Quicquid tamen sit, mihi videtur, qd intentio huius rub. non sit ponere conditionem aliquam, sed (vt dixi) solum demonstrare tempus. † Et illud, quod dicitur, quod ablatiui absoluti resoluntur in conditionem, non est semper verum, sed varijs modis capi possunt secundum subiectam materiam, & verba, quibus adijciuntur, prout etiam voluit hic Ias. in 2. lect. & Parpal. Aliqñ enim importat causam, vt d. l. si mandato meo. §. fin. cum sim. si vis, qd ibi sint ablatiui absoluti, quod ego supra negavi. Aliqñ importat praesentis temporis casum, & stant in vi suppositorum terminorum, vt l. liberi, in fi. prin. C. de inof. test. l. i. C. de codic. & cum laici, de iur. pat. & c. si qua de reb. l. 2. q. 2. & ita potest capi hic in ru. nostra. Vnde si in instrumento dicitur, Sempronius recepit centum Titio dante, & numerante, importatur talis casus, & vera numeratio, ita singulariter concludit Bal. in conf. 441. super eo, & c. in fi. §. voluminis.

Aliquando verò importat etiam dispositionem l. qui fidem supra de transact. l. fideicommissa. §. cum esset, infra de leg. 3. & in auth. matr. & auia. C. quando mul. tut. offi. fun. po. cum sim. Vnde signanter Bar. in l. 2. §. videndum. j. ad Tertul. determinat, qd si statutum dicat, qd stantibus masculis mater non succedat, per talia verba importatur, qd masculi agnati succedant, vt per eum, & ita considerat hic Parpal. Sed tu dic qd ibi id non est, quia ablatiui absoluti disponant, quia qñ disponunt, illud tantum disponunt, quod ipsi importat, vnde ibi disponerent, qd masculi extarent, quod est ridiculum. Dico ergo, quod masculi vocantur ex reg. iuris, quia filij patri succedunt, & vocantur soli, quia per statutum foeminae excluduntur, & hoc si statutum loquitur de filiis.

Sed si de agnatis ad exclusionem matris, vt loquitur Barto. ibi, dic. id esse, quia statutum habet caput exclusiuum matris, & inclusiuum agnatorum, eo quia quando quid alicui auferitur contemplatione alterius, illi censetur datum, vt ibi per Barto. Et hoc feriret, etiam si de filiis loquatur, licet non indigeamus. Non ergo id est, quia ablatiui absoluti eo casu disponant. Et scias, quod nunquam ablatiui praedicti disponunt, nisi per proferentem pos sit illa dispositio induci, vt per Barto. in d. l. si a testatore. & Pau. de Ca. in l. in ratione. l. 2. §. tamen si. ff. ad l. Falcid. Et disponeretur etiam quando lex proferretur ab homine, vt d. l. qui fidem. & d. §. cum esset, licet contrarium videatur velle Signo. in conf. 69. in quaest. Blandifae. s. col. Aliquando etiam tales ablatiui absoluti alijs modis capiuntur, prout sermo subiectus exposulat. Et inter cetera aliquando important conditionem, vt d. l. a testatore, & ibi per Barto. & alios cum multis simi. alle. hic per Ias. Et pro praedictis pondera d. l. a testatore, in fin. dum dicit, quod potest dubitari an sit conditio, &c. nam ex eo innuitur, quod non semper conditio importatur.

ADDITIONO. Aliquando verò ablatiui absoluti, nec disponunt, nec faciunt conditionem, sed exponuntur si & quatenus, puta si vir legat vxori vsum fructum ea viuente in viduitate. nā exponens, id est, quatenus vel quandiu vidua manserit. Erit enim tunc tale legatum annuum pro primo anno purum, pro sequentibus conditionale. l. si in singulos. j. de ann. legat. & hoc ex verisimili mēte testatoris. ita Rui. i. cōf. clxxx. p. solutione nu. 7. scdo volumine.

17 Dixit etiam Ias. in i. lec. qd si aliqñ ablatiui absoluti ponuntur modaliter, seu inducunt modum allegat l. facta. §. rescripto. j. ad Treb. ibi, vt si quis accepta a Titio pecunia, &c. iuncto si. Ibi, id iuris est, & si quis, &c. nam cum in fi. ponatur conditio, & principij a fine differre debeat, sequitur quod in principio non sit conditio, erit ergo modus tanquam quid simile conditioni, maxime attempta natura dictionis, vt, quae modum solet importare. l. demonstratio falsa. §. si. infra de cond. & demo. & not. in l. j. C. de his, quae sub mo. & dixit Barto. in l. societatem. §. arbitratorum in j. op. s. pro foc. Et ita in d. §. rescripto. no. Alb. de Ro. & Imo. & sequitur hoc Parpal. Et qd ablatiui absoluti possint importare modum, aī istos voluit Glo. in d. l. a testatore. de cond. & demonst. licet nihil alleget praeter considerationem, quae de illo tex. fieri pot. Sed quicquid isti dicant, mihi hoc non videtur verum, & si bene considera bis, non dabis casum, in quo ablatiui absoluti modum importent. Et ad d. §. rescrip. respondetur, quod imo ibi ponitur in vim conditionis, & sic exponitur, accepta pecunia, id est si pecunia accepta fuerit, nec te offendat dictio, vt, quia tunc modum importat, qñ respicit aliquid iniunctum personae principaliter honoratae, vt declarat Barto. in l. quibus diebus. §. Terminus. j. de cōd. & demo. quod non est ibi, nam si bene consideras, respicit ibi principalem dispositionem, & ponit pro aduerbio, rescripto enim significat, vt id est, qd si quis rogatus fuerit restituere, &c. accepta certa pecunia, sic in simili ponitur in l. Stichum. in principio. infra de statul. ibi, vt rationibus redditus Stichum manumittant, & in dicta l. a testatore. de cond. & demon. Et praeterea dico, qd in d. iuris dicitio, vt, non respicit ipsos ablatiuos absolutos, sed id quod disponitur, vt de se patet, & qd per dictionem, vt, non impediatur, quin ablatiui absoluti importent conditionem, dixit Barto. in l. sub conditione, secunda col. infra de sol. prout refert & sequitur ipsemet Ias. hic in 2. lect. 3. colum. allegas ad hoc inter cetera d. §. rescripto. Nec obf. qd principium debeat a fine differre, vt inducebat Alb. quia respondetur, quod differt, & ponuntur casus diuersi. nam in fine conditio fuit expressa per proprium modum, id est, per, si in principio vero aliter, id est per ablatiuos absolutos, & sic est diuersitas in facto, & in tali facto ex quo aliquando possibile est causari diuersitatem in iure, cum per ablatiuos absolutos possibile sit importari etiam dispositionem, vt d. §. cū esset, & supra dixi. Non sic est, quando conditio ponitur per, si, per regu. l. si quis sub conditione dandorum x. infra si quis omil. cau. testa. Ita etiam dixit Paul. de Cast. in l. in ratione la 2. §. tamen si, in fin. vbi etiam Alexan. infra ad l. Falcid. Et refert hic Ias. in 2. lect. Praeterea, quod ibi non importetur modus, pbatur, quia aut vis, quod modus sit iniunctus haeredi, & non est possibile, quia verba non patiuntur, & praeterea modus iniungitur personae honoratae, ibi autem haeres dicitur grauari, ergo, &c. Aut vis, quod sit iniunctus Titio, & tunc non suspenderet restitutionem haereditatis, sed satis esset, quod ille caueret de modo implendo, & sic de pecunia danda, quod est manifeste contra illum tex. in quo restituuntur haereditatis suspenditur.

Demum concludit inter alia Ias. in 2. lect. (ceteris dimissis, qd licet † si emphyteuta vendit sub expressa conditione si dominus consenserit) non priuatur iure suo, vt tradunt Albe. de Rosa. & alij in l. fi. C. de iure emphy. cum alijs allegatis hic per Ias. tamen si vendat saluo, & reseruato iure, vel cōsensu domini & nō aliter, & sic per ablatiuos absolutos erit iure suo priuatus, nec proderit ei talis reseruatō, & protestatio, nam illa dicitur contra facta, & propterea non debet releuare. c. sollicitudinem. in fi. 19 de app. † Praeterea, vt vendens non amittat ius suum debet cōsensu domini ante factum, vel saltem in ipso facto venditionis interuenire, vt tradit Bald. in l. j. xvj. q. C. de his, quae pe. no. Abb. in c. 2. in fi. de feud. & And. de Iser. in c. imperialem. §. scriba. de 20 prohi. alie. feud. per Fed. Et sic secundum Ias. inferitur quod † nō tantum operatur conditio per ablatiuos absolutos importata, quantum expressa per verum modum conditionis. Et ratio est, quia quando exprimitur propria conditio nihil ponit inesse. d. l. si quis sub conditione, secus si per ablatiuos absolutos, quia tunc aliquo modo se habet ad dispositionem, vt d. l. fideicommissa. §. cum esset. de leg. 3. cum alijs supra allegatis.

Sed tu considera, quia si illa conditio per ablatiuos absolutos importaretur, quae proprie, & per dictionem, si, expressa, saluaret ius vendentis, forte idem esset, & sic etiam illo casu ius eius saluum esset, pone qd vendo, domino demum consentiente, seu cōsensu domini adhibito, certe videtur, qd tunc debebat exponi, id est, si dominus consenserit, & per consequens videtur, qd ius saluum esse debeat. Nec potest hoc casu dici, qd

D. Maria. Soc. Iuni. in Rub.

protestatio sit tria facta, quia dico, quod factum, nulli est, sed quicquid fieri intenditur totum pendet a conditione, si dominus consentiat non minus, si ita fuisset expressum, ut d. l. a testatore. cum similibus.

A D D I T I O. Et probatur hoc optime in dicta l. facta. §. rescipro, infra ad Trebell. & consequenter si nihil dicitur factum non consentiente domino, sequitur, quod vendens non debet iure suo priuari.)

Nec obstat, quod ablatiui absoluti aliquando se habeant ad dispositionem, quia illud non tollit, quin quod ad alia habeant vim conditionis, ut d. §. cum esset, cum similibus, & declarat Barto. in d. l. a testatore. Præterea non semper est verum, quod disponant, & ubi disponunt dicuntur disponere illud, quod per eos importat, ut d. §. cum esset, quod in casu nostro non potest considerari, quia disponerent dominum consentire, quod esset ridiculum. Non tamen, quia decisio Bald. & aliorum, s. relata, non displicet in casu suo, quia tunc per ablatiui absolutos non importatur conditio, si dominus consenserit, sed alia, videlicet si saluetur ius, & consensus domini, quæ etiam expressa non patrocinaretur vendenti: puta, si uedat, si seruetur ius, & consensus domini. Talis enim conditio semper dicitur impleta, cum iuri, & consensui domini præiudicari non possit, cogita super hoc, quia est noua consideratio. Et ex his infero contra illud, quod ultimo loco dicit Ias limitando hanc decisionem Bald. & aliorum, nisi addatur, & non aliter, nec alio modo. & c. dicit enim quod propter talia verba vendens in iure suo conferuatur, ut per eum. Quoniam esto, quod illa clausula ita geminata, & operetur, vendentem nullo alio modo uendere, tamē dico quod (eo posito) priuabitur iure suo, si dominus uelit, quia illa conditio, quod ius, & consensus domini referuatur, dicitur ab ipso initio impleta, & per consequens dicitur satisfactum illi clausulæ non aliter, nec alio modo, & c. Et si dicatur, quod non ista fuit mens contractantis, & ideo non debet sic considerari, arg. l. non omnis, supra

21 si cer. per. Respondeatur, quod immo talis mens præsumitur, qualem uerba important. l. Labeo. prope si. infra de sup. leg. Et si illud uolebat vendens, alijs uerbis uidebat, arg. l. si alij, infra de usufr. leg. & sibi imputet, qui non didicit cautius negociari. arg. g. l. 2. c. de furtis. Secundò colligo est ista rub. quod dos dicitur etiam post solum matrimonium, cuius contrarium uideatur probari in l. 3. supra de iur. dot. & in l. si pater mulieris, in fin. eodem tit. & in l. fin. C. de dona. ante nup. cum sim. quibus dicitur dotem sine matrimonio esse non posse. Respondetur tamen, quod illud procedit ubi nullum nunquam fuit matrimonium, & sic dicimus sine matrimonio, scilicet presenti, vel præterito. Nam, si aliquando fuit matrimonium, licet hodie sit solum, potest dici dos propter reliquias præcedentis matrimonij, ut hic. & l. 2. infra eodem & uidetur tex. in l. etiam, supra de fund. dot. facit l. cum quærebatur, infra de uerbo signifi. cum simi. ita declarando respondet Pau. de Cast. & sequuntur Alex. & alij: & dixit Barto. in l. si marito. §. j. infra eodem. Hinc sumpta occasione examinant hic Doct. quādo dos, & quomodo dici debeat, cum dici soleat, dotem sine matrimonio non dari, & in hoc articulo Doct. varijs modis procedunt, ego pulchro ordine breuiter omnia cōplectar, & dico principaliter consideranda esse tria tempora. Primum ante contractum matrimonium. Secundum eo contracto, & durante. Tertium ipso matrimonio iam dissoluto.

Circa primum considera, quod aliquando, & primò nulla fit dotis consideratio, seu destinatio, & tunc reg. sit clara dotem dici non posse, cum non sit aliquid, quod pro ea consideretur, ut d. l. fin. cum simi. Hoc limitat Parpal. nisi statuto caueretur, quod mulier debeat dotari, & à successione excludi, quoniam tunc, licet non nubat, immo etiam si nubere nolit, dotabitur, & sic dabitur dos matrimonio, & sine destinatione, alleg. Bald. in l. pactum, quod dotali. in 20. q. C. de colla. Tu considera, quia hoc non uidetur bene dictum, quia si nolit nubere, non poterit dos aliquo modo constitui per d. l. fina. Bene fateor, quod ei tantum dabitur, quantum pro dote daretur, si nuberet, & eo debet esse contenta, ne aliàs sit in eius potestate statutum eludere, & hoc est, quod dicit Bald. in d. 20. q. non autem dicit, quod doteur, seu quod datus dos appelletur. Præterea dico, (posito, quod eo casu posset dici dos) quod non effemus in casu nostro, cum ego loquar, quando, nulla est facta destinatio prout etiam loquitur Parpal. at in casu illo posset dici aliquo modo pro dote destinatum, scilicet si unquam ipsa nubere uolet.

Aliquando, & secundò, licet non sit contractum matrimonium, fuit tamen facta dotis destinatio, & interuenerunt sponsalia, & fortè etiam datum aliquid pro dote fuit. Et tunc licet propriè non sit dos, & tamen largo modo potest dici dos, attento, quod licet non sit contractum matrimonium, ueniebat tamen statim contrahendum, cum ad illud tendant sponsalia. l. j. supra de sponsa. Et quod dos isto casu dici possit, probatur in l. si sponsa, supra de iur. do. & ita per illum tex. dicit hic patrius & do. meus Socinus in j. conclus. probatur etiā in l. falsus §. si. infra quod cum fal. tut. & c. ubi minor 12. an. dicitur habere dotem, idem etiam probatur in l. 2. in fin. infra de priuile. cred. Et dicitur quasi dos, ut uoluit

25 glo. fin. in l. de diuisione. infra eodem. & Et hinc inferitur, quod

ubi agitur de fauore dotis, vel mulieris, dispositio loquens de dote, procedit etiam in ista dote sic largo modo dicta, ut d. iuribus clarè probatur, & probatur etiam in l. lex Iulia, supra de fund. do. ita dicit do. meus Socius.

Qui etiam not. d. l. lex Iulia. contra l. cætera. §. fin. infra de leg. j. ut per eum, quam contrarietatem solue, quia in d. §. fin. non reperitur eadè ratio in præparatis, ideo statuitur diuersum ius, ut ibi. at in d. l. lex Iulia eadem est ratio, scilicet, ut mulier ista commodius nubere possit, & ideo idè statuitur de destinato ad aliquid, quod de uerè existente, & ita in similibus casibus contingeret, ut uidere potes aliquos cumulatòs per Felin. in cap. cum adeo. in ver. de destinato. de resc. R. deo nunc, & concludo, quod ibi de fauore dotis agitur, vel mulieris & c. ut modo dixi. Et ratio est, quia rei

26 pu. interest illam mulierem nubere posse, & alias, & quando lex aliqua publica ratione fauet matrimonij, debet interpretatione adiuuari. l. hoc modo, infra de cond. & demonf. Vbi uerò in aliqua dispositione ageretur de fauore uiri, uel alterius, ista dos non ueniet sub appellatione dotis. (posito quod nullum sequatur matrimonium) Exemplum in eo, quod dicitur, maritum ad dotem non teneri ultra quam facere possit. l. maritum, infra eodem. Vnde in 27 fero, quod & sponsus factò repudio in solidum dotem restituere tenetur. Et hoc est secundum Socinum nostrum, & quia propriè, & uerè non dicitur dos, ex quo matrimonium nullum interuenit, ut per eum in secunda conclusione, & pro hoc ultra eadè est tex. i. Auth. de trien. & semit. §. neque illo. in fi. colla. tertia. dū dicitur, nuptiæ etenim celebrant dotem, & c. & ultra alios adde bonum tex. in lege in potestate, supra de sponsal. ubi filia nubendo efficiet dotem esse, & c.

Et licet ista ratio uideatur applaudere. De ea tamen potest dubitari per ea, quæ dicam infra circa tertium: tempus principale, dum disputabo, an d. l. maritum, uel eius privilegium procedat in marito putatio. Vnde huius decisionis potest melior, & tutior reddi ratio, uidelicet quia cessat ratio d. l. maritum, scilicet honor bene transacti matrimonij conseruandus, tanquam debitus reuerentiæ maritali. l. alia. in fin. infra eodem. & l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxor. act. Non enim honor, & reuerentia talis in sponso, qui nunquam fuit maritus, reperitur, ergo & c. Sed hic dubitari potest, & an ista, cuius sponso pater dotem dederat, uel promiserat, excludatur a successione tanquò dotata, stante statuto, quod filia dotata non succedat, stantibus masculis prout istud statutum est Senis, & in multis ciuitatibus Italiæ circa, quæ dic. ut statim dicā i. seq. casu.

Aliquò & tertio consideratur facta aliqua destinatio dotis, non tamen facta sponsalia, puta, si pater filie centum pro dote relinquat & dic. quod propriè isto casu non potest dici dos, cum nullum sit matrimonium, nec etiam præparatum, & fortè tunc esse non potuit, si illa filia erat impubes. Et ex hoc inferitur ad q. An scilicet ista mulier includatur in statuto excludente filiam doratam stantibus masculis. & Nam, cum statuta maximè exorbitantia, prout est illud, debeat stricte, & propriè intelligi. l. 3. §. hec uerba, ubi doct. supra de neg. gest. & traditur in l. serui uestri. C. de noxal. & in c. cum dilectus, de pñet. uideat quod solum procedat tale statutum in ea, quæ propriè dicitur dotata, id est, ubi sit uera dos, quæ non est in casu proposito, cum deficiat matrimonium, & sic uidet talem filiam non esse exclusam.

Sed tamen contrarium determinat Bartol. in l. Titio ceterum. §. Titio genero, infra de condi. & demonf. & ibi eum sequitur Paul. de Cast. & idem dixit Bald. in lege non sine. C. de bonis quæ lib. & in l. fin. col. ant. C. de spons. & Pet. de Anch. in conf. clxvii. Pro ueritate, secunda columna, & Fulgo. in consil. xl. Dominicus testator, tertia columna, ut refert hic Ias. qui in prima lect. uidetur cum Bar. transire, & idem uoluit Alex. conf. clj. uisio themate, & c. secundo volumine cum alijs allegatis hic per Ias. & istam opinionem sequitur hic Parpal. & dicit Bal. in d. l. non sine quod ita communiter seruatur Perusij, & ego uidi eam comuniter, seruari Senis.

Et pro ea primò facit l. qui pupillam, infra ad legem Iuliam de adul. & l. non est matrimonium, supra de rit. nupt. Vbi destinatio tantum operatur, quantum ipsum factum, sic ergo dicendum uidetur in casu nostro. Et quod destinatum, ut sit dos, sicut dos iudicetur, allego tex. in l. dotis fructus, in fin. ff. de iur. dot. Sed respondet secundum dominum meum Soc. Primò, quod ideo illud ibi est, quia agit de euitatione penæ illius tutoris, quod est fauorabile, nos uerò agimus de exclusione filie, quæ uidetur odiosa, ut per eum. Sed ad hoc posset replicari, quod immo ista exclusio, & statuti dispositio potest dici fauorabilis, eo quod principalis intentio statutum fuit fauere masculis, & conseruationi agnationis, & aliàs statuta, & leges iudicantur odiosa, uel fauorabilia inspecto eo, quod principaliter agitur, ut l. qui exceptionem in principio, ubi Doct. tradunt, & Ias. post alios, supra de condi. inde.

Vel secundo respondetur similiter secundum Socinum, quod ibi ideo illud est, quia etiam in destinato uerificantur uerba legis excusantis tutore à pena, requirit enim consensum patris pupillæ. l. cum post. §. nuptijs, §. de iur. dot. qui consensus est per destinationem interuenit. At in casu nostro non ita est, quia uerba statuti, excludentis filiam, non uerificantur, nam excludit dotatam, quod propriè

in casu isto non est, cum ista nondum nupta fuerit. Si vis tueri opin. Bar. & communem, ad arg. s. factum potest dici, prout etiam dominus meus Soc. in fin. dicit, qd ex quo videtur eadem ratio excludendi, & ista filia saltem largo modo dr dotata, valet argumē tum de propria ad latam significationem, vt per eum. Secundo pro ista opin. Bar. facit, quia qñ quid proprie, & iuridice fieri non potest, t̄ satis videtur, si quis faciat, quantum in eo est, saltē illud de facto faciendo. l. mulier. §. 1. infra de condi. insti. & l. Stichus si heredi. infra de statulib. Sic ergo videtur satis fuisse ita dotem relicuisse, ita arguit Bar. in d. §. Titio genero. Sed respōdet ad hoc Soc. qd arg. procederet, quando dispositum erat impossibile, nisi intelligatur de implemento de facto, & nihil dispositio poterat operari, prout loquuntur dicta iura. Quod non est in casu nostro, quia dispositum a statuto non est impossibile, & verificabitur in illis, quæ proprie, & vere sunt dotata. Potest tamen repli cari tuendo Bar. quod intentio sua fuit dicere, quod huic patri, sic decedenti, & desideranti filiam excludere, erat impossibile tanquam dotatam eam excludere, nisi eo modo, vnde cum fecerit quantum in eo erat circa actum dotandi, videtur, quod debet consequi eundem effectum, & ita fiat compos desiderij.

ADDITIO. Potest tamen pro opinione contra Bar. dici & responderi quod immo statutum præcisè voluit solum dotatam excludi, & ideo dixit filia dotata, &c. nec videtur sufficere patris intentio, nisi verificentur verba statuta.)

Breuius in hoc articulo aduertendum est. Primo, quia videtur q. vana, cum alia via ista filia per fratres institutos possit excludi. Nam si in dote fuit instituta, res de plano procedit: si vero fuit simpliciter relicta, & non expresse iure institutionis, adhuc vt, qd per interpretationem dicitur instituta, ita vt testamentum rescindere non possit, vt videtur casus in capit. Raynucius, de testa. & illud videtur, vel quia dos est quid vniuersale, prout dixit Ant. de But. ibi, de quo tñ dicam infra in diffinitione dotis, vel quia dos succedit in locum legitimæ. † Bar. in d. §. Titio, & Salic. in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. † & consequenter relictum de ea, † dicitur factū iure institutionis, † sicut de legitima dr, vt per Bar. & communem opin. in Auth. vnde si parens. C. de inoffi. testa. Alex. & Dec. in l. humanitatis. C. de imp. & ali. subfti.

Potest tñ dici, hoc tenendo, q. ista habebit locum, qñ filij instituti nolint vt via prædicta, scilicet beneficio statuti, vel si pater extra testamentum dotem sic filia constituerit, puta in codicillis ab intestato, vel aliter. Vel etiam potes prædicta negare, quia nō transit iure dubio, qd relictum dotis censetur factum iure institutionis. Vt cumque tñ capias in casu, in quo locus sit q. pro eius resolutione aduertendum est. Secundo, Nam si communis vsus loquendi extat, & probetur, qd dotata dicitur, etiā cui ita a patre † relinquitur, abique dubio excludetur, † quia in qualibet materia, etiam stricte interpretanda magis communis vsus loquendi inspicitur, quam verborum proprietates. arg. l. librorum. §. quod tñ Caius, infra de leg. 3. facit cap. quamquam. 2. q. 7. ibi secundum vocabula, quæ vsus, &c. tradit Bar. in l. non dubium. C. de leg. 4. † colum. & in hoc concordant omnes. † Et qd etiam in statutis communis vsus loquendi attendatur, dixit Fulg. in conf. 1. 19 proponitur, qd &c. in fin. C. de in offi. C. de in offi. Helias, &c. 4. colum. & d. meus Soc. in conf. 1. 02. visis script. &c. 3. colum. 3. vol. Sed si talis vsus non extet, dubitari potest, & qd tunc ista filia non excludatur, tenent Imol. & C. in d. §. Titio genero, & videtur sentire Bal. sibi ipsi contrarius in l. si plures. 7. col. C. de cond. insti. dū dicit, quod pater posthumam, vel infantem filiam dotare non potest. Et (vt dixi) pro ista opi. fundamentum est, quia cum nō possit dici dos, vel dotata mulier, vbi nunquam fuit matrimonium, loquendo proprie, non potest esse locus statuto, quod debet proprie intelligi, cum sit exorbitans, & contra ius commune. Tota vis consistit, an sit eadem ratio.

Qui defendunt Bar. tenent, qd ratio sit eadē, vt facit hic Soc. noster. Nā tale statutū vī factū fauore agnationis, vt per eum, qui fauor etiam isto casu consideratur, & attendi debet, ergo, &c.

ADDITIO. Et n. dicatur, q. ista ratio non est certa, & negari potest, nisi probetur quod sit vnica, cum plures præsumantur, prout videtur velle Salic. in l. 2. C. de noxal. §. Alex. in l. si constat. in 9. q. 1. partis infra eod. & Inf. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Respondet hic Ripa. nu. 62. quod satis probatur, quia talis ratio ponitur in l. antiqua, vt per eum. Tu dic quod immo satis videtur probari, nisi alia ratio verisimilis allegetur, & illud dictum Alex. & Inf. nunquam probauit: nec verē illud voluit Salic. in d. l. 2. & veritas est, quod ab vnica ratione allegata potest argui, iuxta not. in l. quāuis. C. de fideicom. & præsumitur vnica, nisi alia verisimilis allegetur.

Et propterea dixit Bal. in d. l. nō sine, quod si aliud teneremus, melioris conditionis esset pupilla ad exclusionem fratrum pro sua parte, quā maior nupta, quod non esset conueniens.

† Si vis tueri aliam partem, quæ fortē in pñcto iuris est verior oportet negare, qd sit eadem ratio. Et illud sic demonstratur. Nā licet statutum voluerit fauere agnationi, & filias excludere, non

tamen illud simpliciter voluit, sed in eueniente illa qualitate, q. filia sit dotata, quod potest dici à statuto consideratum, quia illa, quæ proprie dicitur dotata, id est quæ iā viro nupta est, seorsum habitat, & vitæ suæ normam, & modum inuenit, & iam habet, quod mulier solet appetere, quæ consideratio nō reperitur in casu nostro. Et facile est, qd pro dote sibi à patre relicta non inueniat concedentem virum, ita vt honeste, & secundum conditionem suam illa cōtinetur, cessante ergo ratione statuti, debet esse fare etiam statutum, cum cessante, de appel. cum vulgaribus.

Et qd statutū ita considerauerit, ostenditur, quia aliās satis fuit fer dicere, qd femina stantibus masculis, non succedat, sed subdit qd dotari debeat, vnde cum requisierit, qd sit dotata, intelligemus aliqua rōne id fecisse, & sit ratio pallegrati, & sic itelligemus statutū in ea quæ iam nupsit, quæ proprie dicitur dotata. Et pro hoc pōdero d. §. Titio genero, ibi vt incipiat esse dotata, &c. vult enim ibi tex. † si bene consideretur, qd ante contractas nuptias, & rem traditam mulier non dicitur dotata, sed qd incipit esse dotata, cum constat matrimonium, & res traditur marito. Præterea pro ista opin. qd communem moueor, † quia lex loquens de dote, seu dotata non procedit in ea, cui sub cōditione dos debetur. l. 1. §. si sub conditione, infra de col. dot. Sed isti debetur iub conditione secundum Bar. in d. §. Titio genero, ergo &c.

ADDITIO. Hoc argumētū postea inueni fieri hic p. Ruin.)

Præterea facit, quia attentio, qd relictum dr conditionale, filia interim pendente conditione dr indotata, & præ erita, † cū conditio nil ponat in esse, sed suspendat. l. si quis sub conditione, infra si quis omis. ca. test. Et licet conditio sit tacita, scilicet, si nupsit, tñ suspendit, vt not. in l. item quia, supra de pact. Sic requirit, qd non dr comprehensa in statuto. Nec dicas cum Bar. in d. §. Titio, qd dos, vt legitima, potest per statutum diminui in tempore, sicut in re, vt per eum, quia illud possit procedere in tempore certo, sicut etiam de re certa procedit, puta, qd habeat Calend. Aug. Sed conditio dicitur continere tempus incertum, & possit non existere. Vnde in eo etiam non placet dictum Bar. & sic videtur concludendum in proposito casu, statutum non procedere. Et pro ista opin. dicit se p̄uuluisse Fulg. in l. nō est mat. s. de rit. nupt.

† Et licet hoc statutum videatur fauorabile, vt supra dixi, & propterea late videatur interpretandum, tñ potest dici. Primò, qd licet ex parte masculorū sit fauorabile, & eo respectu debeat amplari, tamen ex parte filiarū exclusi dicitur odiosum, & ideo eo respectu debet stricte intelligi, iuxta singularem Doct. Bal. in l. venia. C. de in ius voc. Et qd debeat stricte interpretari, & dicitur odiosum, tenuit Oldr. conf. 142. Factum tale est. Ang. in conf. 105. statuto cauetur. 2. col. & Paul. de Cast. in conf. 224. Quod saltem procedit in casu nostro, cum agatur de exclusioe filiarū, cui hereditas iure naturæ dicitur debita, prout videtur eleganter Bal. in l. is quidem. C. qui non pos. ad liber. perue. & tradit Corn. in cōf. 2. licet in hac consultatione 3. col. 4. vol. Vel 2. potest dici, qd isto casu, nec etiam late dicitur ista filia dotata, attentio, qd nec in matrimonio nec etiam traditio interuenit. Nam cum vtrunque requiratur, vt proprie dotata sit, vt probat in d. §. Titio genero, & modo induxi, alterum videtur necessarium, vt lato sumpto vocabulo dicitur dotata.

Facit, quod dicit Bar. in l. iurifgentium, in princ. in vlt. ver. supra de pact. volens, qd contractus dotis ex traditione inducatur. Pro quo videtur tex. in l. 1. C. de dot. ca. non nume. & in proposito declarat Alex. in conf. 13. circa primum. 5. col. 3. vol.

Vel & tertio dici pōt, posito, qd possit dici largo mō dotata, qd licet in statutis fauorabilibus lata interpretatio admittatur, nō tñ ita lata fieri debet vt inducatur aliquid qd mentem, & rationē statuti, prout esset in casu isto, vt ex prædictis constat. † Semper. n. mens disponentis preferenda est l. 3. C. de lib. præter. l. scire oportet. §. aliud, infra de excus. tut. & c. sedō requiris. de appel.

ADDITIO. Pro communi facit, quia aliās possit filia nolle nubere, vt non excludatur, & sic statutum quodammodo videtur reludere, quod non videtur tolerandum per c. si ciuitas, de sententia excommunicatio. lib. 6.]

ADDITIO. Et tenendo communem, non obs. decisio Bar. in conf. 28. quia in casu illo testamentum fuit nullum præteritio ne filia, vt ipse ibi declarat, & ideo institutio illegitima pro dote relicta nō valuit, nos autē loquimur qñ relictum pro dote valuit. Cogita super istis. Et in dubio, maxime in decisiois non recedas ab opi. Bar. & communi. secundum quam verbū, dotata, in statu debet exponi, id est in quam pater quantum in eo est, actū dotandi exercuit. Et verē mentem statuti cōsiderando, videtur, qd voluerit quamlibet filia posse excludi, & dotari, & in istis impuberibus, aliter pater nō poterat, vnde vī, qd satis sit, quod fecit & verosimile est, qd si statuentes de hoc casu fuissent interrogati, sic respondissent. Et potest negari, qd tale relictum sit conditionale, prout negat. Pau. de Cas. in d. §. Titio, per quod tolluntur duo arg. vlt. fact. contra Bar.

Immo dico, qd Bar. met. ibi in casu isto, scilicet qñ dos relinquitur à patre, negat esse conditionale, quādo scilicet aliter nō relinquitur Maria. Soc. lun. A 3 querit

querit illi filia legitimam, vt per eum ibi. 3. col. vers. sed quid in patre, & Anch. in conf. 3. 68. Et ad illam rationem, quod in ea non est qualitas dotationis per statutum considerata, vt supra, respōde, quod immo est saltem largissimo modo.

ADDITIO. Et pro hoc pondero dictum §. Titio genero, in principio, dum dicitur quod legati emolumentum pertinet ad filiam, quae dotem habere incipit, referendo tale principium ad omnia ibi sequentia, inter cetera enim ponitur etiam, quando matrimonium non erat secutum, nec res tradita.]

Et cum à patre fuerit dos constituta, credendum est, quod sit pueniens, vt nubere possit, cogita tñ. Et ista opin. Bart. sine dubio vt tenenda in terminis praecedentis casus, quoniam pater spōso filiae dotē promiserat, & forte dederat, quia cum filia iam videat collocata, cessat consideratio, quam supra p̄ Bar. & communem faciebam.

Circa secundum casum siue tempus, videlicet, si sit contractum matrimonium, & duret, siue sit verum, siue putatiuum, loquar donec durat, & pro vero habetur.

ADDITIO. Circa hoc secundum tempus potest ante omnia distingui, quod aut est p̄ctum & consumatum copula carnali, aut est contractum solum per verba de praesenti. Primo casu procedit, quae hic sequuntur. Secundo, cum verè sit matrimonium. I. nuptias, j. de regu. iur. vt quod possit dici verè dos, sicut & in primo casu, maxime si dos tradita fuit. Ex quo videtur inferri, quod in ea habeat locum statutum de lucranda dote, decedente vxore in matrimonio sine filiis, prout ita voluit Bar. in l. nihil, j. rerum amota, quae multi sequuntur, vt hic per Ripam. nu. 68. qui et hanc opinionem sequitur cum quadam tñ limitatione vt per eum. Et licet plerique teneant contrariam opinionem, vt ipse refert, & quidam et dicunt opinionem p̄ Bar. esse communem, vt Fely. in rub. extra de spōsa. & Decius in conf. 67. quoniam ex facto ius oritur. Tamè hodie mihi videtur quod opinio Bar. sit communior, vt constat ex alleg. per Ripam. & ultra eos addo quod illam tenuit Thomas doctus in conf. 43. Lancilot. Dec. in l. si ante nuptias, j. eo. Ias. in conf. 135. in 2. q. 1. vol. Palat. in rub. de donat. inter vir. & vxor. Ioannes Camp. eg. in tracta tu dotium, in 13. q. 5. partis. Afflictus in decisione, 61. Beltrand. in conf. 229. 2. vol. Ex primis. Rubens in conf. 89. Ioannes de Amicis in conf. 63. & Tiraquellus in l. si nunquam, pagina. 191. C. de reuoc. don. & Grat. in conf. 131. in 2. parte. 3

Et tunc, aut primò, dos promissa, & tradita fuit, & tali casu
44. † dos propriè, & verè appellatur, & mulier dicitur verè dotata. Hoc tamen intellecto, quod si matrimonium fuerit putatiuum, similiter & dos putatiua dicatur. Et procedunt isto casu priuilegia dotis, vt scilicet alienari non possit, argumento d. l. lex Iulia,
45. & probatur in toto illo titulo supra de fund. dot. Et etiam, † vt bona mariti sint tacite obligata, vt tradunt in l. 2. §. fin. cum l. seq.
46. supra de priuileg. cred. & ita voluit D. me^o Soc. hic i prin. † Sūt, & habent locum, & alia multa priuilegia, de quibus per Bal. No uel. in tracta. dot. in 7. parte. vbi enumerat vsque ad 47.

Aut & secundò nulla est facta dotis constitutio, sed mulier bona sua viro permittit administrare. Et tunc an talia bona dicantur dos, vel eorum pars, q. dubia est, vide per Bar. in sua septima disputatione. Mulier habens magnū patrimonium, &c. vbi longe disputat, & tandem concludit non esse dotem, etiam quod longo tēpore maritus ea bona teneat, nisi tamen eadem bona fuissent iam dos primo viro constituta, vt per eum, quod nunc aliter non discutio, neque firmo. Posset hic dubitari, † an maritus aliquid lucretur, stante statuto in ciuitate de lucranda dote? & inuenio, quod Bal. in l. nulla. C. de iur. dot. determinat eū nihil lucrari, cum nulla sit dos, iuxta doct. Bar. in dicta sua disputatione. Verum ipsemet Bald. contrarium firmat consil. 100. 4. volumine, volens, quod constitui debet pro dote inquantitas arbitrio boni viri, & in ea habebit locum lucrum statuti. Ita Ias. hic quinta columna.

ADDITIO. Baldus sibi contrarius, sed potest concordari, vt dixi in consilio 8. num. 33. secundo volumine.]

Et ista opinio est multum aequa, vt per Alex. in conf. 144. 5. volumine, quam etiam sequitur Iacob. de sancto Georgio in l. mulier, supra de iur. dot. super quo cogita, quia nihil firmo.

ADDITIO. Ego tñ aliàs consilii secundum hanc opinionem, vt habes in dicto consil. 8. 2. vol. Nec p̄ illam obstat decisio l. primè. C. de dot. promif. tenendo quod ibi non constituatur dos arbitrio boni viri. Quoniam responderetur, quod ibi nil fuerat marito traditum prout in consil. illo praesuppositum.]

Aut & tertio, dos fuit tantum promissa, non autem tradita in totum, vel in partem, & tunc videtur, quoniam largo modo possit dici dos, ex quo saltem promissa fuit, & matrimonium dicitur verè contractum, de hoc tamen, quia aliqui tenent, quod immo propriè dos dici potest, plenè dicam in definitione dotis, vbi alij tangunt in
48. secunda conclusione. Sed tunc potest dubitari, † an dispositio, loquens de dote, procedat in ea, puta, statuto cauetur, quod vir lucretur dotem, vel partem eius decedente vxore in matrimonio sine liberis, prout reperitur in multis locis, dubitatur enim, nunquid procedat in dote promissa nondum soluta. Et certè si statutum simpliciter de dote loquitur, dicendum est, quod procedat etiam in do-

te promissa, licet non soluta, cum & illa saltem largo modo dicatur dos, vt dixi, & probatur in rubr. C. de dot. promif. & in rubr. C. de dot. ca. non nu. cum similibus allegatis hic per Ias. in 1. lect. 6. columna.

Quibus adde l. si pater. C. de collat. & l. si socius pro filia, supra pra pro socio. † & aliàs in statutis et valet argumentum de propria ad latam significationem, quoniam scilicet reperitur eadè ratio, vt supra dixi, & probatur in l. filium habeo, supra ad Maced. & est gloss. communiter approbata in verficulo, eligatur, in clementi na prima, de electio. cum similibus, vt tradunt Doct. maximè Alexand. in l. si constant. in princip. in 9. quest. primè partis, infra eodem. Sed hic est eadem ratio, vt statim patebit, ergo, &c. Et hanc opin. magis communiter sequuntur doctores. vt Bald. in l. fina. C. de dot. promif. Ang. in consil. 180. praemitto ad euentiam, &c. Paul. de Castro, & Alexand. in l. si donaturus, in fine. supra de cōdictio. ob causam, vbi dicunt ita cōmuniter teneri, & tradit Ias. hic in quinta columna, in fine.

50. Et ex istis infero ad pulchram quest. † An. f. opinio Marti. de qua in l. dos à parte. C. soluto matrimonio, habeat locum in dote promissa, nondum soluta.

Nam cum ipse, & consuetudo illius opinionem seruans simpliciter dotē consideret, seu simpliciter de dote loquatur, dicendum est, quod procedat et in dote promissa, cum & illa saltem largo modo dos sit, & vrgeat ratio consuetudinis, licet prius dixerunt Bal. Nouel. & nouissimi Perusini in l. post dotem, infra eod.

Et ita dum Pisis legerem consilii apud Exium ciuitatē Marchiae, & consilium meum subscribendo comprobauit excellentissimus Decius. habes consil. 351. vol. num. 16.

Sed contra hoc est decisio Barto. in simili in d. l. post dotem, in quinta quaestione, dum vult opinionem Marti. non procedere in vidua decedente, & cum Bar. videtur ibi cōmunis opinio.

Sed ego dico illam opinionem non esse veram, & eam reprobo
51. bar. ibi Ias. vt per eum, & ultra eum p̄ Bar. facit, † quia vidua dicitur esse, & permanere in matrimonio defuncti viri. l. fin. C. de bon. mater. cogita tñ propter auctoritatē Bart. & cōmunis opinionis.

Si verò statutum dicat, quod maritus lucretur dotē datā, vel partem dotis datae, res dubia videtur. Nam licet dos promissa, dos dici possit, non tñ dicitur dos data, vt de se patet, & probatur in l. si. C. solu. matr. ibi, data, vel promissa, & in l. si qs. §. j. C. de incest. nup. ibi, data, aut promissa, &c. Dictiones enim illae, vel & aut, ponunt se
52. lent inter diuersa. † Et hanc partem, quod tale statutum non procedat in dote solum promissa tenuit Bar. in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. eccl. cum quo transit ibi Pau. de Cast. & Aret. hic, col. 6. & Pau. de Cast. & Ale. in l. si donaturus. §. fin. supra de condi. ob causam, cum limi. tamen, nisi qui dotem promiserit per interpellationem constitutus fuerit in mora, vt per eos. Sed mihi ista opinio non videtur vera, & sic videtur, quod etiam nulla data interpellatione, statutum procedat etiam in dote promissa. Et moueor ex pluribus. Primò propter rationem statuentium etiam isto casu existentem. Nam fuit factum tale statutum in recompensationem onerum matrimonij, quae vir sustinet secundum magis communem opin. vel vt viri alliciantur ad matrimonia, vt tradit D. meus Soc. in l. cui fuerit, infra de condi. & demon. sed quaelibet ex his rationibus procedit etiam quoniam dos non fuit soluta, sed tantum promissa, ergo &c. Secundò, quia tale statutum debet interpretari secundum communem vsum loquendi, arg. l. librorū. §. q. tamen Cassius, de lega. 3. & dixi circa aliud statutum supra
53. circa primum tempus, sed communis vsus est, † quod dicitur dos data statim quod est constituta, licet non sit soluta, ergo, &c.

Id autem probatur, quia ab ipso initio dicere solemus; Sempronius tradidit filiam nuptui Gaio; & dedit pro dotibus mille aureos, & vbi esset opus talis vñs probaretur etiam, quod verè dos non sit numerata. Tertio arguendo à simili. Nam si statuto caueatur, quod vir restituat tertiam partem dotis, & reliquum lucretur, prout est Brixiae, si dos non fuerit soluta, sed tantum promissa, vir petere poterit duas tertias, & sic procedet illud statutum, etiam in dote solum promissa, non obstante illo verbo, restituat, quod videtur praesupponere, quod dos sit data, ita singulariter determinat Sal. in l. i. constante. C. de dona. ante nupt. quem refert & sequitur Ias. hic in 5. col. sic ergo in simili isto casu, non obstante verbo, data, videtur quod statutum procedat etiam in dote promissa, & dicam, quod ad dotem agitur non ex statuto, sed ex promissione, & ei non obstat exceptio, vide Bar. in l. si pater ignorans, infra eod. & Glo. in l. i. C. si dos constan. matri.

ADDITIO. est verum quod Rui. in consil. 197. primo vol. tenet contra Bali. propter illud verbum, restituat, siue, retineat, quamuis idem Rui. tenuerit, quod hic dicitur in consil. 133. numero quarto, lib. quarto.]

Quartò facit, quia licet mulier non sit in mora constituta per interpellationem, si vii mora re ipsa, eo quod maritus subijit onera matrimonij, & sic implet pro parte sua, vt post glo. voluit Bar. in d. l. de diuisione, j. eo. Vñ non debet esse melioris conditionis ista mulier sic morosa, quae quae soluit. Nec ita tenendo, obf. verbum, data, quia
primò

primò dico, q̄ licet aliàs dos data differat à promissa, & statutū loquens in vno casu, in alio forte non procedit istud simpliciter procedit secundum ordinem iuris, nihil extrinsecus considerato. Secus erit si aliud exposcat communis vsus loquendi prout in hac materia exposcit, ut supra dixi. Vel secundo dici potest, q̄ statutū videtur verbo, data, non q̄ necessariò dationem requirit, sed rōne frequentioris vsus. Si quidem ut plurimum contingit, q̄ si vxor in matrimonio decedat, dos sit data, quæ saepe solet dari antequam in domum viri ducatur vxor, ex hoc tamen nõ excluditur casus nõ datae dotis pp̄ identitatē rōnis, ut iam dixi, si cut in simili videmus in l. i. infra de iur. pos. in eo, q̄ d̄ possessionē dici à pedum positione, quod intelligitur rōne frequentioris vsus. Non tamen excludit, q̄ quin possessio dicatur etiam ubi non sit pedum positio. l. i. §. si iusserim. eo. tit. ut ibi plene dixi, & tradit D. meus Soci. in l. i. §. appellata, supra si cert. peta. Et pro hoc est glo. i. in l. i. C. de his qui ad ecclē. confug. facit optime l. i. iuncta glo. super verbo, sponfam. C. de rapt. virgi. Lex. n. ibi de raptore mafculo loquitur rōne frequentioris vsus, procedit tamen & in muliere raptrice, licet raro accidat, ut ibi in glo. & ita ad hoc allegat Bar. in consi. vj. scriptum est præclare. vij. col. i. j. vol. Et hanc opinionem, si recte aduertatur, sentit Alex. in consi. 60. stantibus his quæ & c. in fi. 4. volum.

ADDITIO. Et tenendo istam opinionem, dicas, q̄ maritus non peteret dotem, vel partem cōditione ex statuto, quia non sic loquitur, sed petet vigore promissionis sibi factæ. nam licet solutū sit matrimonium, adhuc tamē durat obligatio, & dos d̄ debita, fin quod docet Bar. in l. si pater ignoris, infra eo. Nec ei obstat exceptio soluti matrimonij, nec illa, dolo facit petere, & c. de qua in l. dolo facis, infra de excep. doli, quia replicabit, q̄ peti retenturus pp̄ statutum sibi lucrum deferens. §

Cogita supra istis, quæ ubi nõ placeat, vel dubites, nõ recedas in dubio ab opinione Bar. cum limitatione Pau. de Cast. ut Alex. de qua supra, quæ ante eos fuit Ang. in d. consi. 130. quam etiam tenet Parvus meus Soc. in l. de diuisione, infra eod.

ADDITIO. Et pro opinione Bar. considera, q̄ forte est diuersa ratio, qm̄ in statuto d̄, ita d̄ dotis, ad exclusionem promissæ tñ, ut si maritus vxore orbatu minus grauetur in reddēdo, ne ita bona sua diminuatur, q̄ non consideratur in promissa tantū. J

Circa tertium tempus, videlicet postquam solutum est matrimonium. Facias duos casus principales. Primò, si matrimonium de iure tenuit, & fuit legitimum. Secundo, si fuit illegitimum. Circa primum iterum considera, q̄ aut dos nondum est recuperata, aut recuperata est. § Primo casu dicas, q̄ dos dicitur, & retinet nomen dotis, quia, ut supra dictum fuit, regula, dictans non esse dotem sine matrimonio, intelligitur. s. præsentis, vel præteriti secundum Bar. in l. si marito. §. i. infra eo. & ita dicunt hic Paul. de Cast. in prin. Alex. 7. col. Are. Soc. Iaf. & alij circa prin. Et pro ista opi. est rub. nostral. 2. in prin. infra eo. & bonus tex. in §. fuerat Insti. de act. ibi, mulier de dote sua & c. & in alijs versiculis, videtur casus in l. etiam directo, supra de fund. dot.

Sed aduertendum est, quia lex illa videtur probare contrariū, ponderando verbum, intelligitur, quod denotat improprietatē. I. quoniam, supra de his, qui no. infra. & l. nec emptio, in fin. supra de contrahen. emp. vbi glo. cum similibus allegatis per Iaf. hic 2. col. Sed respondet ipse ponderando implicatiam, etiam, per quam apparet verbum, intelligitur, referri etiam ante diremptū matri. ut per eum, quam ponderationem sibi ascribit Decan. l. i. colum. fin. C. vnde vir, & vxor.

Quæ responsio ipsimet Iaf. non placet per not. in l. 2. supra de offic. pronconf. & leg. ut per eum. Quæ etiam ex alio tollitur fin Dec. vbi supra, quia, si implicatio sit tantum respectu effectus, ut scilicet fundus non alienetur, ut per eum, quod v̄ contra verba legis. Non. n. ibi de tali effectu loquitur, nisi implicite, & virtualiter, sed expressè loquitur, q̄ fundus dotalis intelligatur. Sed quicquid sit circa hanc solut. D. meus Soci. hic respondet aliter, ut. s. verbum, intelligitur, proprietatem denotat ratione adiuncti verbi, esse, ut per eum, quem hic sequitur Parpal. & tacito auctore ponit hoc Dec. vbi supra. Sed ista solut. posset negari, quia nõ probatur iure, q̄ verbum importat sui natura improprietatem, perdat naturā suam per adiectionē verbi, Sum. es, est, immo contrarium v̄ probari in c. j. de regular. li. 6. ibi, præsumitur esse professus, negari. n. non potest, quin ille posset aliud in animo habere. Igitur pro solutione dicendum est, q̄ verbum, intelligitur, et per se reperitur expressiuum veritatis, & sic vario modo capitur prout subiecta materia exposcit, & q̄ ita ponatur, probatur in d. l. nec emptio. §. fin. in prin. ibi, intelligitur veditio, & c. iuncto eo, quod sequitur, quia ipse emptio est & c. & in l. i. C. de don. ante nup. in princip. ibi, nulla dos intelligitur sine nuptijs & c. & in §. si aduersus, Insti. de nup. ibi, nec vxor, nec dos intelligitur.

Ad idem, l. si filiosa. l. ij. infra eo. ibi, intelligitur autē. cū multis similibus. Sic igitur intelligatur d. l. etiam, ut verbum, intelligitur, veritatem importet ratione subiectæ materiæ, cum p̄ alia iure satis conslet dotem vere dici etiam soluto matrimonio.

Et ultra s̄ allegata, hoc probatur in l. si pater sine consensu, in l. si cum dotem. §. j. & §. si soluto, in l. filia. & l. filia. infra eod. & in l. Titio genero. §. Titio genero, ibi, qm̄ in dotem, & c. infra de conditio. & demon. Sic in simili videmus de verbo, v̄. Nam & illud ratione subiectæ materiæ veritatem importat, ut probatur in d. §. Titio genero, ibi, consultum v̄, & c. & ibidem v̄ probari et de verbo, intelligitur, ibi, ut ipse legatarius intelligatur. Sic et dicimus de verbo, quasi, ut p̄ illū tex. tradit in l. j. §. de transac.

Potest et responderi aliter ad d. l. etiam, seu comprobari præcedens solutio, ut. sibi verbum, intelligitur, importet veritatem, quia loquimur super eo, quod est iuris, iuxta doctri. Bal. in capit. bonæ memoriæ, secunda columna, de appel. Est etenim iuris intelligere. An soluto matrimonio fundus dotalis intelligatur, & hanc solut. forte sentit hic Iaf. dum illam doctrinam Bald. allegat, licet hoc nõ exprimat, quā et ponit Dec. vbi supra. Et pro ea facit elegans doctrina Bar. in l. si is q̄ pro emptore. col. 1. §. de usuc. dū vult, q̄ lex i his, q̄ sūt iuris, nõ fingat, sed verè disponat.

Concludendum ergo v̄ ex prædictis, dotem vere, & proprie dici et soluto matrimonio, immo (prout aliqui dicunt) tunc incipiunt habere locum multa priuilegia dotis, ut est priuilegiū, prælationis, retranslationis domini, & alia multa, de quibus p̄ Bal. Nouel. in d. tract. dot. in 8. parte, vbi enumerat vtique ad 38.

56 Sed contra hanc cōmunem conclusionem. § Et q̄ dos soluto matrimonio proprie non dicatur, v̄ velle glof. in §. si verò in ver. dare, in Auth. de restit. col. 8. & glo. in ver. percepti in l. diuor. §. ob donationes. infra eo. & pro hoc v̄ tex. quem considerat Iaf. in ij. lect. in l. 3. supra de iur. dot. vbi clarè declaratur dos, vbi non datur nomen matrimonij. Et ultra doc. hic v̄ casus in l. j. §. ante nuptias, supra pro dote, in ver. ceterum, vbi d̄, q̄ cessante matrimonio, quia nulla dos est, vsucapio pro dote nõ procedit, & hanc opinionem per istum tex. sentit Dec. in d. l. j. col. pen. C. vnde vir, & vxor. & audio q̄ per istum tex. tenent contra cōmunem excel. Carol. Ruin. Sed tenēdo cōmē responderi potest ad primum, prout dicit Iaf. quia debet intelligi de præsentis, vel præterito, quod v̄ necessarium, ut iura iuribus concordentur. Vel forte melius dici potest, quod illa ratio vbicunque igitur & c. simpliciter intelligatur respectu dicti, & sic vbi matrimonij nomen non est. i. esse nõ potest, & iure non admittitur. Non autem intelligatur generaliter ita, ut et casum soluti matrimonij comprehendat, licet ergo ratio videatur generalis, restringi tamē debet ad terminos dicti, sicut in simili fit in §. fratris, & ibi glossa declarat Insti. de nup. & in l. de eo. §. si quis ex vuis, iuncta glossa. fin. supra ad exhiben. Hoc et ostenditur ex ver. igitur, ex quo demonstratur, q̄ illud dictum inferitur ex iam dictis, & ad ea referri d̄, cogita tamē. Ad fin̄ p̄ responderi, primò, q̄ ille tex. loquitur ex parte viri. Nam quo ad eum soluto matrimonio perditur nomen dotis, & ideo amplius non præscribit, sed nõ sic est ex parte mulieris, quia quò ad eam, remanet dos, cum tunc actio competat, & dos restitui debeat, ita aliàs circulariter respondebatur Pifis cum istum tex. ego allegassem. Sed ista responsio nihil est, quia etiam ex parte viri deberet remanere dos, cum in ea ab eo exigēda habeat priuilegium, de quo in l. maritum, infra eo.

Præterea, cum ibi generaliter dicatur. Nulla dos est, debet generaliter intelligi et ex parte mulieris. § Aliàs. n. oratio illa, cum sit vniuersalis falsificata in parte, tota falsa redderetur. l. si is qui ducenta. §. vtrum. infra de reb. dub. Vnde secundo responderi potest, q̄ tex. non loquitur soluto matrimonio, sed cessante matrimonio, dicit enim tex. si cesset matrimonium, & c. quod intelligitur, id est si non fuit contractum. In hoc enim sonat verbum cesset, ut in simili probatur in l. 3. C. de iur. & figno. in l. si is à quo in princ. infra ut in pos. lega. in l. si seruus communis meus, & castren. peculij, in fi. princ. infra de stip. seruo. in l. si procurator. §. mandati actio, supra manda. in l. ergo. §. planè, supra de fideicom. liber. & ibi glo. exponit, cessat, id est, non valet, & in c. primo. de purificat. post partum. ibi à templi cessarent ingressu, & c. cum multis similibus. Facit l. qui res. §. aream, infra de solut. ibi, magis cessare, quàm extincta esse, & c. & in proposito est tex. optimus in l. si concubina. in prin. infra rer. amot. vbi dicitur cessat matrimonium, & clarum est, q̄ ibi non tenuit.

Et si aliquando reperias, q̄ hoc verbum importet extinctionē rei iam in esse deductæ, nõ stabit in propria eius significatione, & erit illud rōne subiectæ materiæ. Et q̄ ita verbum, cesset, d̄cat, exponi, probatur et, quia in eadem lin. §. præced. ita capitur verbum, cessabit, arg. igitur sumpto, a consuetudine loquentis ultra propriam significationem, sic accipi debet. Præterea tex. in præcedētib. proponit casum, quādo sponsa dat fundū sponso, & intendit loqui, & prosequi in oibus casibus cōtingētibus. Et ideo primò loquitur ante nuptias stantibus sponsalibus. Secundo cōtractis nuptijs, & cōstante matrimonio. Tertio loquitur in vers. ceterum, si cesset matrimonium, & de eo nulla spes est, quia non cōtrahitur, nec cōtrahi potest, & possumus fin glossam ibi, & Ange. declarare scilicet nec de iure, nec de facto contrahitur. Quarto loquitur, quādo de facto cōtrahitur, licet non de iure. Sit igitur

D. Maria. Soc. Iuni. in Rub.

tur firmum, q̄ ibi nō loquitur soluto matrimonio & ita verbū, cesset, exponit ibi Ang. Vel dici p̄t, q̄ in ver. ceterum, loquatur tex. quando de facto fuit cōtinuatiuē ille sequitur, & hoc suadet ex ver. p̄ced. ad quem cōtinuatiuē ille sequitur, & aduersariuē item & ex ver. seq. vbi deciditur idē si non sciens, & per eandem rationem, de quo tamen poterat probabiliter dubitari propter bonam fidem mariti. Cogita tamen. Casus autem soluti matrimonij ibi non ponitur, quia non ad propositum, & tunc non potest agi de inchoata p̄scriptio.

Et p̄terea fortē etiā soluto matrimonio procedit vscapio pro dote, si res penes maritum lucro remaneat, puta ex pacto, super quo tñ cogita. Sit igitur firma conclusio ex pacto, supra ratio. Prima, Præiudicia t̄ dicuntur priuata leges, cap. p̄iudicia. 3. dist. & propterea sunt interpretanda stricte, & proprie, c. sanē, de p̄iudic. Sed cum dote concedantur, vt C. de p̄iudic. dot. & habent locum in dote soluto matrimonio, sequitur q̄ dos proprie dicitur. Secunda, quia illud est proprie tale, quod est simpliciter tale. l. i. 2. resp. infra de donat. t̄ Sed dos soluto matrimonio dicitur simpliciter dos, vt hic & iuribus supra allegatis, ergo, &c.

A D D I T I O. Sed tuēdo opinionē q̄ communem ad ista duo posset responderi. Ad primum, q̄ immo procedunt p̄iudicia ēt in dote largo modo sumpta, si sit eadem ratio, sicut dicimus de dispositione exorbitanti, & sic stricte intelligendo. Ad secundū dicas q̄ dicitur dos simpliciter respectu largæ significationis. 3

Sed circa articulū istum considera, q̄ contra communem, & sic, q̄ non sit proprie dos soluto matrimonio etiam ante recuperationem, bene facit. Primò, quia cuz careat effectu, dēt & nomine carere. c. admonere. 3. q. 2. & ibi glo. caret. n. effectu, quia nō feruit amplius oneribus matrimonij. Secundò, quia vere dotis fructus debent regulariter esse mariti. l. pro oneribus. C. de iur. dot. sed soluto matrimonio non sic est, quia debent dari vxori. l. si marito. §. sine. infra eod. ergo &c.

Tertio, quia vinculū, quod est ad dotem inducendam, per p̄iudicium vbi cesset, debet esse ad dissoluendum dotem, arg. c. i. de reg. iur. in antiquis, & l. nihil tam naturale, infra de reg. iur. sed propter matrimonium dos inducitur, ergo. Et p̄terea videtur casus in d. l. 3. supra de iur. dot. Nec responsio §. posita videtur bona, quia tunc dicam restringi possessionem generalem, quando alias re pugnet legi scriptæ, sed non reperitur iure cautum dotem proprie dici soluto matrimonio, ergo talis restrictio fieri nō debet, cogita, quia ista opinio videtur pulchra in disputatione, & forte in puncto iuris verior, in dubio tamen non recedas à communi.

A D D I T I O. Et istam cōmunem tenendo, ad p̄iudicia p̄t responderi, & ad primum, q̄ illud procedit quando quis caret effectu, ex sui culpa, vt in c. admonere. 3. q. 2. vbi cum sua gl. probatur arg. & id est, non quia vere perdat nomen, sed pp culpam non meretur, sed in casu nostro nulla culpa dotis est, vt nomen nō mereatur. Vel secūdo dici p̄t, satis esse, q̄ ab initio data fuit pro oneribus matrimonij, & illis aliquādo seruauit, vnde primordium veritatis operatur, vt retineat nomen dotis, arg. l. cū filius. §. haeres, de leg. 2. ibi, nec in totum falsum videri, &c. Ad fm, q̄ illud est verum durante matrimonio, sed eo soluto, fructus pertinent ad vxorem. l. si marito. §. si. infra eo. vti de bonis eius percepti, ex eo tñ non desinit esse dos, sed nomen suum retinet pp primordia, & hoc bene probatur in d. §. si. dum d̄r, q̄ fructus auget dotem, &c. Ad tertium respondetur, quod non valet consequentia, aliquid inducitur ex certa cā, illa finitur, ergo tollitur inducitur, nisi qñ cā nedum induceret, sed in esse ēt p̄seruaret, vt est certa respectu signi, in ea impressi. Sed si cā tñ induceret, aliud est, vt in sigillo respectu illius signi, & in p̄re resp̄u filij, doctrina est Bal. in l. gñaliter. C. de episc. & cle. At in casu nostro matrimonij solum inducit dotem, non tñ illam p̄seruat, quia remanet ēt soluto matrimonio, saltē ante recuperationem prout loquimur. Demum ad dictā legem 3. potest teneri responsio cōis, & etiam alia, quam §. posui, dicendo, quod immo satis inuenire reperitur quod dos soluto matrimonio dicatur, vt ex p̄iudicis constat. 3

61. t̄ Hæc tñ cōis conclusio limitatur fm do. meum Socinum, quādo morte mulieris soluitur matrimonij, tunc n. desinit esse dos, siue illa sit viro remansura, siue etiam hæredibus, vel patri mulieris restituenda. Primum probatur, quia cum viro remaneat, tanquam suorum nām sapit. arg. l. sed & si plures, §. filio, infra de vulg. subst. Scdm verò probatur, quia hæredes mulieris possent alienare fundum, qui fuerat dotalis, ergo, &c. l. lex Julia, §. de fund. dot. quod patet, quia postea hæreditatem mulieris repudiare, vt per eum, cum quo in vtroq; dicto trāsit Parpal. hic. Sed q̄ primum v̄ l. consensu. §. virum ēt. C. de repud. vbi dos appellatur, & tamen retinetur per virum soluto matrimonio. Idem probatur in l. si dotali, infra eo. & in l. Titia. prope fi. §. de iur. dot. Itē q̄ fm v̄ text. in l. si post diuortium, infra eo. in l. si. §. exceptis. C. q̄ pot. in pig. hab. in l. si dotis. C. de iur. dot. & in l. si filia. §. eo. in quibus d̄r dos, quæ vxoris hæredibus, vel patri restituenda est.

P̄terea in d. l. si post diuortium, d̄r, q̄ hñt locū p̄iudicia dotis, ergo dos dici dēt. De hoc tñ vltimo perp̄dit Socinus notis dicēs q̄ licet isto casu nō sit dos, hñt tñ locū p̄iudicia dotis excepta prohibitione alienationis, vt per eū. Sed hoc (ni fallor) nihil est, nā nō conuenit dare p̄iudicia dotib. concessa, vbi nō esset dos. Et ex his videtur q̄ do. meus Socinus in vtroque dicto male loquatur, quod puto tenendum saltē in secundo eius dicto. In quo ēt v̄ malē loqui in alio, dū vult probare, q̄ alienare possunt, q̄ possunt repudiare. Nam consequentia non valet, vt l. alienationis verbum, de verb. signific. & l. quia autem, in principio, infra que in fraud. credit. cum concordantibus, de quibus in gloss. Ex alio tamen id v̄ verum, quia. Italis prohibitio mortua muliere si cui facta esset, esset facta in fauorem hæredum eius. l. dotale. §. hæredi, §. de fund. dot. vnde non debet retorqueri contra eos. l. quod fauore. C. de leg. quod fieret, si alienare non possent.

Sed circa primum dictum videtur, q̄ Socinus defendi possit, attento q̄ de cetero non potest amplius considerari, vt dos, nec aliquid eius p̄iudicium sit habiturum effectum (loquor quando vir pro se libere retinet.)

Et ad iura allegata in p̄rium rñdetur, q̄ loquuntur largo quodā modo, & grā demonstrationis fm tamen ea, quæ infra dicam.

Sed q̄ hoc v̄ l. si marito. §. i. in si. infra eo. intelligendo, q̄ ibi pp pactum de lucrando maritus petebat, vt vno modo intelligit gl. & sequitur Bart. ibi. Potest tñ rñderi primo, q̄ ille intellectus non est verus, & alius debet teneri, videlicet, q̄ matrimonij nō erat solutum, vel secundo, q̄ illud d̄r ratione demonstrationis, vt sic illa centum cum reliquo dotis vir velut dotem lucretur, & sic loquitur improprie, sicut & ad alia iura supra fuit responsū, 62. teneas tamen pro vera primam solutionem. t̄ Secundo casu, qñ dos iam recuperata est per mulierem, nō d̄r amplius dos, sed d̄r effecta proprium patrimonium eius. Et hoc primo v̄ probari in l. si. C. communia vtri. iud. ibi, paternæ facta substantiæ, &c.

Secundo probat per illud, quod in simili dicitur de hereditate adita, vt d. l. sed & si plures, §. filiosam. infra de vulg. & pup. Et ita concludebat hic Pau. de Cast. & sequitur alij magis cōiter.

Quod tertio secundum dominum meum Socinū probatur, quia cum amplius actio non detur, nec dāda sit, desinit esse dos, l. fundus dotalis. §. si. supra de fund. dot.

Reperio q̄ insignis doctor do. Ioann. Campegi. in tract. dot. in tertia questione, primæ partis p̄rium tenet, videlicet, quod etiam post recuperationem dos vere dicitur.

Mouetur lege, & auctoritate. Lege pro istam rub. per l. scdm, in princ. infra eo. & per dictam l. etiam, de fund. dot. vbi fm eum est bonus tex. ad hoc. Auctoritate, quia dicit, quod ita tenet Bar. in l. si marito. §. i. infra eo. Sed defendi potest, & de facili cōmunis opinio, quia iura ista, & etiam auctoritas Bar. debent intelligi antequam dos fuerit recuperata, vt ex p̄iudicis constat.

63. Comprobatur ista communis opinio, t̄ quia cum per restitutionem dotis omnis actio, & obligatio ex dote oriens extinguitur, iuxta illud, solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, vt Insti. quibus modis toll. obli. in principio, dēt merito dotis nomen, vel p̄ctus extingui. Sicut in simili diceremus de p̄ctū, & nomine depositi, vel pignoris, postquam restituta sūt. Sed aduertendum est, quia q̄ hanc opinionem, & q̄ immo ēt post extinctionē dicat dos. Primo v̄ tex. in l. si cuz dotem. §. i. infra eo. ibi, Dotem exactam. Nec placet, quod circa illum tex. dicit las. vt iō ibi appellatur dos, quia nō fuit iuste recuperata pp defectum paterni consensu, nā hoc ibi non p̄stat, & sic v̄, q̄ dos ideo dicat. quia ita de iure appellatur quomodo cuncque, etiam recuperata.

Secundo hoc probatur in l. cū post, prope fi. infra de adm. tur. ibi. Exacta sit dos, fm vnum intellectum. Sed ad ista iura potest rñderi, q̄ non d̄r ibi simpliciter dos, sed dos exacta, vt sic videatur ista iura loqui qualitate, & gratia demonstrationis, & quantum in d. §. i. postea simpliciter dos d̄r, loquitur respectu restituendę. Tertio est bonus tex. in l. si marito. §. i. infra eo. ibi. nec intelliguntur dotis esse, &c. Nam p̄supponit dotem esse, cuius il la centum non sunt, & tamen pater exegerat. Facit, & quarto,

64. t̄ quia vidua d̄r in matrimonio perdurare, l. si. C. de bon. mat. & in §. soluto igitur, in Auth. de nup. col. 4. & sic sequitur, quod dos non dicitur sine matrimonio, aliquo modo considerato, quæ ratio hodie generaliter procedit, cum sola morte matrimonia dirimantur, vt dictum fuit in principio.

Et si disputando vis tenere istam opinionem ad contraria p̄o 65. teris respondere. Nam primo ad l. si. C. communia vtri. iud. t̄ p̄o test dici, q̄ loquitur per verbum, quasi, per quod improprietas denotatur, in suis, supra de lib. & posth. Sic ergo nō proprie dicitur facta de substantia patris, & consequenter sequitur q̄ remanet dos. Et ita ille tex. potest retorqueri. Potest etiam secundum responderi, q̄ non sequitur effecta est paternæ substantiæ, ergo non est dos, quia potest adhuc dici dos, sed patris effecta. Secundo ad id, quod de hereditate dictum est, respondetur, q̄ in 66. mo t̄ hereditas dicitur etiam adita, vt d. §. filio. Et licet ibi dicatur, q̄ est iuncta cum patrimonio, &c. non tamen negatur, quæ adhuc

adhuc sit hæreditas. Sed solum dicitur, q̄ ratione vnionis non potest substitui vniam acceptare, & aliam respuere. Et q̄ hæreditas dicitur etiam post aditionem, probatur in l. item veniunt. §. fructus, §. de petit. hæred. in l. si. §. si in autem patre, & ibi not. Bal. C. de bono, quæ lib. & in l. qui Titij, in fine, infra de his quibus, vt indig. licet. Arcet. in d. §. filio. 2. nota. videatur illum textum allegare in contrarium.

Sed q̄ hæreditas adita non sit hæreditas, videtur probari in l. qui liberis. §. hæc verba, infra de vulg. & pup. ibi, neque hæredis, hæres, &c. sed potest responderi, q̄ nil facit, ibi. n. tñ probatur, q̄ hæres hæredis non dicitur hæres primi defuncti ex eius iudicio. Immo dico, q̄ probatur p̄rium, quia si post aditionem nõ esset hæreditas, nec ille diceretur hæres, & sic non vocaretur ad substitutionem q̄ illum text. Et quod dixi, quod non ex iudicio testatoris, &c. intellige, se expresso, per ea, quæ traduntur in l. cū filio, vbi plenè dixi de leg. 1. Et q̄ hæreditas dicitur et post aditam, v̄ probari in l. 2. in fi. infra de crimi. expil. hæred. cum. n. ibi dicitur furum non comitti, v̄, quod sit hæreditas. Sed ille text. non probat nisi antequam hæres apprehendat rerum possessionem.

Et ex inductione prædicta inferretur, q̄ post apprehensam possessionem non esset hæreditas, contrarium tamen credo per prædicta, remitto tamen te ad ea, quæ dicam in l. qui Romæ. §. duo fratres. in secundo nota. infra de verb. obli.

Non obst. tertio, q̄ dicebat do. meus Socinus, quia responderetur, q̄ in d. l. fundus dotalis, non dicitur q̄ non sit amplius dos, vel fundus dotalis, sed tantum, quod desinit esse inalienabilis. Remanet tamen illud, quod vltimo pro cõi opinione q̄ alios dicebam, videlicet q̄ non debet dici dos, cum omnis actio, & obligatio sit extincta. Qua propter pro ipsius arg. resolutione, & pro intelligentia legum in materia loquentium, considera, q̄ q̄ dos in iure potest dici nomen æquiuocum, id est q̄ diuerso modo capitur. Nam aliquando dos capitur pro ipso p̄ctu producere obligationem, & actionem, & tunc dici potest, q̄ non prius esse incipit dos, eo modo accepta, quàm tradatur res dotalis, vel factem, quoad mulierem, pro tradita habeatur, vt v̄ probari in l. quem admodum, §. de iur. dot. ibi, traditioe quoque rei dotalis, &c. & melius in l. 1. C. de do. ca. non nune. Benefacit d. §. Titio genero, ibi, cõstante autem matrimonio, dum dicitur, vt incipiat esse dotalis. &c. Et hoc modo assumendo dotem, aliud est, a rebus in dotem datis, & poterit tunc dici dos, quiddam p̄ctus ex traditione rei dotalis, resultans, vt ex dictis iuribus colligi potest, & ita debent intelligi omnia iura, quibus d̄ res in dotem data, vel in dotem accepta, vel dotis fit, vel similia verba, vt l. res date in dotem, & l. si res quas, §. de iur. dot. in his, §. mancipia. l. usufructu in princ. l. si fundus. l. si æstimatis, & l. Meuia. §. fundus, infra eo. & l. si mulier ita, in princ. supra de iur. dot. & l. dotis. §. 1. eo. tit. cum similibus.

Et dos, hoc modo accepta, est illa, ex qua oritur obligatio, & actio ex stipulatu in fauorem mulieris, de qua in l. vnica. C. de rei vxor. actio. Et dos ista dicitur, & durabit nomen eius quousque p̄ctus iste dissoluatur, id est quid docung, cõpetit, vel spes est, q̄ in futurum competat dotis repetitio. Et cõsequenter sequitur q̄ fm hanc significationem dos dicitur nedum cõstante matrimonio, sed et eo soluto ante tamen, quàm fiat restitutio. Et hoc modo dotem considerando procedant, q̄ dixi §. fm Pau. de Cas. & cõem opinionem, vt. l. post recuperationem non dicatur amplius dos. Nam postquam facta est restitutio, omne ius ex illo p̄ctu d̄ sublatum, & sic et ille p̄ctus, sicut in simili dicimus in deposito quatenus capitur pro p̄ctu, iuxta l. iuris gentium, in princ. §. de pac. Nam si res deposita restituitur, depositum, id est p̄ctus depositi extinguitur, idem de commodato, & similibus. Sed prædictis dicit d. l. si marito, §. 1. infra eo. Nam ibi capitur dos hoc modo, & tamen v̄ sic appellari et post recuperationem, vt §. dicebam in 3. arg. Igitur rñde, q̄ immo ibi loquitur ante recuperationem, & intende, q̄ illa centum non fiant dotis, quæ penes virum fuerat, vt sic ad ea etiam possit cõueniri, aliàs in eo text. nullus la esset dubitatio. Et nota, q̄a ex post inueni, q̄ ille text. est corruptus, nam vbi dicit exegerit, debet legi egerit, & sic non præsupponitur dos recuperata, sed loquitur ante recuperationem, vt modò dixi.

Aliquando verò accipitur dos in iure pro eo, quod pro dote datur, si pro ipsa re dotali, vel pro eo, quod in dote reperitur, & in hunc sensum capitur in omnibus iuribus quibus d̄ dotem dedit, dotem promisit, vel quid simile, prout est text. in l. dedit dotem, §. de coll. bon. in l. profectitia in princ. §. 1. & §. fin. in d. l. si mulier, in l. si is qui. §. ibi dos, & in l. si sponsa, §. de iur. dot. in l. si filio fam. in princ. & in l. quotiens pater, j. cod. cum similibus q̄ sic et in simili d̄ depositum aliqui pro ipsa re, quæ in depositu datur vt l. 1. in princ. l. si in Asia. §. 1. & l. fin. §. de pos. cum similibus. Idem & de commodato dico, vt l. 3. §. hæres. l. licet certo, in princ. cum similibus. §. commodati. Vnde sicut depositu, & commodatu, & verba hmoi capiuntur in iure, & pro ipso p̄ctu, vt d. l. iuris gentium, in princ. Et pro ipsa re deposita, vel commodata, vt iuribus præallegatis, ita & de hoc verbo, dos, dicendum est, vt. l. pro p̄-

ctu, & etiam pro re dotali capiatur per prædicta. Hoc tamen notabis, quod dos, & nomen istud sumptum hoc secundo modo, signat, & importat vniuersaliter oēs res ad dotem ordinatas, quomodocunque, & siue per partes, vt si plura in dotem dantur, siue etiam ex l. dispositione, q̄ vt sunt fructus ex rebus dotalibus percepti, vel ante p̄ctas nuptias per sponsum, vel etiã soluto matrimonio. Nam tales fructus dotem augent, vt l. si marito, §. si. j. eod. De hoc §. latius dicemus. Ita ergo signatione attenda, p̄ dotem, oia in dotem data, vel conuersa quomodocunque, significari possunt, nedum constante matrimonio, sed etiam eo soluto. Et et post recuperationem, & ita intelligantur, & procedat omnia iura, quæ dotem appellant, soluto matrimonio, & facta recuperatione, vt d. l. si cum dotem. §. 1. cum aliis §. allegatis. Pone enim q̄ fundus detur in dotem Bertæ, certè ille fundus semper dicitur dos Bertæ, siue constet matrimonium, siue non, etiam quod per eam sit recuperatus.

ADDITIO. Sed v̄, q̄ si per recuperationem tollitur p̄ctus dotis, i. omnis obligatio & actio inde proueniens, dicatur etiam sublatum nomen dotis a fundo, cum tale nomen habuerit a p̄ctu, velut a causa formali, vnde forma remora, v̄ quod remoueat dos a tali fundo. sed tuẽdo iã dictis, rñderi potest, dicẽdo quod p̄ctus hẽt se vt sigillum ad signũ in cera, fundus verò, vt cera, & ideo remoto p̄ctu, nõ tollitur dos a fundo, sicut nec signũ a cera.

Et ex prædictis inferitur ad duas q̄. Prima est, quam ponit hic Pau. de Cast. & alij post eum, videlicet q̄ vtrum Senense statutũ dictans, q̄ mulier hñs liberos non possit disponere, nisi de quarta parte dotis suæ, & reliquas tres quartas debeat relinquere liberis, procedat in vidua? Videatur. n. primo aspectu, q̄ non, q̄ cum amplius non sit matrimonium, non v̄, q̄ propriè dos dici possit, maximè postquam est recuperata. Et aliàs statuta debent strictè, & propriè intelligi per iura vulgaria. Sed tñ dicendũ est, q̄ stantibus prædictis res clarissima est in p̄rium, sic et vidua tali statuto ligetur, etiam post recuperationem dotis, cum etiam tunc dixerimus dotem propriè dici in illa secunda signatione. §. de clara. Et ita (ni fallor) capi debet in d. statuto. Non enim conuenit, q̄ in eo capiatur dos prout est quidam p̄ctus obligationem, & actionem producens. Cauete tamen, quia non ita dicitur Senense statutũ, & fuit erratum in eius relatione. Illud. n. non loquitur de dote, sed simpliciter de bonis mulieris, & sunt ista verba. Mulier hñs liberos non possit relinquere, donare vel aliàs alienare, ita, vt filij, qui remanserint, priuentur bonis suis, saluo q̄ quartam partem bonorum suorum possit pro suo arbitrio dispensare. vnde super tali statuto eiusmodi q̄. formari non potuit. Sed tamen pulchra est q̄. Posito q̄ aliquod statutum ita dictans reperiretur, prout facillè est. q̄ Secundo inferitur ad aliam q̄. pone, q̄ statuto cauetur, prout est Mutinæ, quod mulier non possit de dote sua plus relinquere filiis secundi matrimonij, quàm filijs primi, sed debeat eam æqualitèr omnibus relinquere. Pone modò q̄ mulier sit vidua ex secundo matrimonio, an comprehendatur in statuto? Et certè fm prædicta dicendum est, q̄ comprehendatur, et si dotem recuperasset, ita determinat Bal. in l. 1. in fi. C. vnde vir, & vxor, & sequuntur hic Pau. de Cast. & alij. Et nota quia istè de cõsione in vtroque statuto videntur veræ, etiam tenendo q̄ dos recuperata non possit dici propriè dos, & ita volunt Doct. quia saltem largo modo dicitur dos, & aliàs in statutis licet arguere ad latam signationem, q̄ sit eadem ratio. arg. l. filium habeo, §. ad Macedon. & §. dictum fuit, sed in vidua etiam post recuperationem dotis d̄ esse eadem ratio, quæ in alia, ergo &c. emanant enim dicta statuta fauore filiorum, ne. fmater lexis fragilitate, iuxta §. primum, in fi. Inñ. quibus alien. licet, vel non. ab alio forte seducta filios sua dote priuet in primo statuto, vel etiam inæquales filios faciat, in secundo. Quæ rationes, vt de se pater, procedunt et in vidua, & post dotis recuperationem, ergo, &c. Et licet proprium nomen dotis amittat, non tñ inconuenit, q̄ tãquã de dote disponatur ita ratione dictante, arg. l. si. §. q̄n act. de pec. est annal. Comprobatur ista opinio fm Iason. quia dos, q̄n post recuperationem venit alteri restituenda, retinet nomen dotis, licet sit recuperata, sicut de hæreditate dicimus, quæ et post aditionem retinet nomen, si alteri sit restituenda, vt j. & C. ad Trebel. per totum. Sed per prædicta statuta, dos d̄ alteri restituenda. §. filijs, & eis cõseruanda, ergo. &c. Ita etiam in proposito statuti Mutinensis præfati arguit Dec. non faciens de lat. mentionem in d. l. 1. 4. col. C. vñ vir, & vxor. Sed licet arg. videatur vrgens, mihi v̄ q̄ nihil faciat. Nam ideo in hæreditate illud est, quia exploratissimum est testatorem voluisse, q̄ ea adita restituatur, quia ita expressè iussit, sed in casu nostro non cõstabat, q̄ statuta ita voluerint. Immo hoc est, de quo disputatur. Vñ. n. posse dici q̄ voluerint statuentes solum loqui ante restitutionem, cum tunc dos datur, & non postea fm Doct. attento q̄. d. statuta loquuntur de dote. Veruntamen licet eiusmodi arg. lat. & Dec. nihil faciat, nõ puto recedendum ab opi. Pau. de Cast. & cõi per prædicta, et tenendo, q̄ post recuperationem non dicatur dos propriè, quia sal-

D. Maria. Soc. Iun. in Rub.

rem latè dicitur dos. Tenendo tñ prout s. tenui, q̄ etiam tñc dos dicatur, ista cõclusio redditur indubitata. Hanc conclusionem, circa vtrunque statutum s. relatam, limitat Aret. vno modo circa statutum, quod Senenè dicunt. Alio modo circa Mutinensè. Quo ad primum, dicit hanc conclusionem procedere. si ratio sit
76 expressa in statuto. † Nam tunc verum est, q̄ ea ratione attenda, licet arguere de propria ad latam significationem, vt per eũ. Pro quo facit, quod dixit Bar. in l. liberorum, 6. col. j. de verb. sign. in versu. Quæro pone retento, &c. dum dicit ex ratione non expressa non valere argumentum. Soc. noster & Ias. reprobant hanc limitationem, quia esto, q̄ ratio non sit expressa, ex quo tñ vnica tantum ratio consideratur, de qua s. licet arguere, perinde ac si esset expressa, vt cõiter traditur in l. quamuis. C. de fideicom. Thom. Parpal. in hoc sequitur Aret. quia cum ratio nõ sit expressa, non potest dici, q̄ sit vnica, nisi probetur, qm̄ in dubio præsumuntur plures rationes in statuto, † & dicenti vnica incumbit onus probandi, prout voluit Alex. in l. si constante, j. eo. in 9. q. primæ partis, & Ias. in l. 1. 3. col. C. de suc. edic. & in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. Et vbique dicunt fuisse hoc dictum Sal. in l. si serui vestri. C. de noxal. Mihi hoc dictum nunquã placuit. Et teneo, q̄ sufficit allegare rationem verisimilem, quæ vnica habebitur, nisi ex aduerso dicens esse plures alias verosimiles alleget, quod si fiat, fateor, q̄ dicenti esse vnica incumbit probatio, & in his terminis intelligo dictum Sal. in d. l. si serui. Alioquin sequeretur, q̄ nunquam ab vnica ratione, non expressa, liceret arguere, cum facile cuilibet esset dicere nõ esse vnica, sed plures rationes, quod esset q̄ ea, quæ communiter dicuntur in d. l. quamuis, & ita aliàs dixi in d. l. si constante, vbi ita voluit Claud. & reperio, q̄ ita etiam sentit Cur. in consi. 80. Recè præfatus. 3. col. Concludo ergo s̄m Pau. de Cal. & alios, illud statutum in vidua simpliciter procedere, licet non sit ratio expressa, quidquid dixerint Aret. & Parpal. Fateor tñ, q̄ si ratio alia verosimilis allegaretur, quæ non procederet in vidua iam dote recuperata, limitatio Aret. esset vera, sed tñ non video, quæ alia ratio possit allegari, quæ èt isto casu non procedat. Quo ad Mutinensè statutum limitat Aret. hanc conclusionem, & restringit, vt non procedat, si vidua habiter seorsum à filiis secundi matrimonij, tunc n. cessat suspitio seductionis faciendæ per d. filios secundi matrimonij contra filios primi matrimonij, vt per eum.

Sed & hanc limit. reprobat d. meus Soc. & bene, quia non est verum, q̄ statutum solum suspicetur de filiis secundi matrimonij, quia tunc satis fuisset cauere, q̄ eis plus non relinquatur, quã filijs primi matrimonij, arg. l. hac edictali. C. de secundis nup. sed statutum illud processit vtra dicens, q̄ æqualiter omnibus relinquatur, & sic ratio simpliciter fuit, ne mulier à quoquam propter eius fragilitatem ad inæqualitatem inter liberos faciendam inducatur, vt sic statutum dicatur factum ratione æqualitatis seruandæ inter liberos, † quæ etiam à iure communi plurimum desideratur. l. illud, in fi. C. de colla. Et stante ista declaratione cõclusio ista simpliciter posita, bene vñ probari per l. si. C. communia vtri. iud. allegatam per Bal. in d. l. j. C. vnde vir, & vxor. Quicquid in prium dixerit Aret. Nam sicut lex inducens collationem inter filios fauore æqualitatis conseruandæ, & loquens de dote, procedit etiam in dote recuperata, vt d. l. si. ita & statutum Mutinensè, cum loquatur de dote, & disponat fauore æqualitatis seruandæ, debet habere locum etiam in dote recuperata, vt per d. meũ Soci. Nec prædictis ob. vna ratio Aret. hic, dum dicit, q̄ qualitas dotis debet reperiri tpe, quo mulier disponit iuxta reg. l. in delictis. S. si extraneus, cum similibus s. de noxa. Qm̄ licet Soc. qui eam refert expressè non rñdeat, tñ ex intètionem eius rñderi potest, q̄ immo eo tpe ista qualitas reperitur saltem largo modo, cum etiã tunc largo modo dicatur dos per prædicta. Vel etiã potest dici, quod immo propriè reperitur, declarando, & capiendõ dote illo secundo modo, pro re in dotem data, prout etiam vñ, quod in d. statuto capi debeat. Sed aduerte, quia tenendo, q̄ recuperata propriè non sit dos, vñ q̄ decisio cõis in vtroq; statuto nõ sit bona, cum debeant statuta intelligi strictè, & in propria dote. Nec est licitum arguere ad latam signationem ex identitate rationis, vt s. Quia negatur, q̄ præallegata sit ratio istorum statutorum, qm̄ si illa esset ratio non loquerentur statuta tñ de dote, sed èt de alijs bonis mulieris, cum etiam in eis sit cõsiderandus fauor filiorum, & fragilitas mulieris, & propter hanc considerationem audio, quod q̄ communem tenet Caro. Rui. dicens, quod ratio primi statuti fuit conseruare filijs dotem, in qua & ipsi dicuntur habere translata priuilegia aliqua ab eorum matre, prout traditur j. eo. l. j. Quæ ratio cessat in dote recuperata, quia nulla cõpetunt priuilegia, cum sit vnica cum reliquo patrimonio mulieris.

A D D I T O. Et reperio nunc q̄ ita Ruin. dicit in suis scriptis. † In secundo autem statuto dicit rationem esse ex parte affectionem secundi viri, in eo, q̄ statutum vult, etiam filijs primi relinquere, & ex parte odium secundi viri in eo, quod iubet etiam filijs eius relinquere. Hæc autem circa s̄m statutum, si nõ sit necessaria ratio, tñ talis est, vt faciat dubiam rationem communem, vt

fic ab incerta ratione non licet arguere. Et ideo statutum debet intelligi in dote vera, & strictè sumpta, & sic non in recuperata. Eo addito, quia etiam in secundo statuto potest considerari ratio, de qua s. l. vt voluerit conseruare dotem filijs æqualiter, in qua etiam dicuntur habere priuilegia, &c. quæ ratio cessat in dote recuperata. Verum his nõ obstantibus ego teneo communè, per s. allegata, & firmo, q̄ ratio vtriusque statuti sit fauor filiorum vna cum fragilitate mulieris, propter quam statutum noluit de ea circa dotem confidere. Et particulariter de dote, cū illa sit præcipua propter matrimonium, vt l. j. eod. & matrimonij ordinè ad liberos procreandos, quasi magis liberis ex intentione statuti videatur debita, quàm reliquum patrimonium. Et licet etiam in eo possit considerari fragilitas, & liberorum fauor, tamè lex noluit vltra grauare, sed in eo voluit confidere de materna affectione. Quinimmo etiam in quarta parte dotis, in primo statuto nõ arctatur mater. Nec ex eo, q̄ statutum tñ de dote loquitur, tollitur ratio prædicta, videlicet, q̄ non fuerit factum fauore liberorum, & quia non confidit statutum de matre. Nam & aliàs lex fauore liberorum, non confidens de parentibus, arctat eos ad legitimum, & de alijs bonis non curauit, ne ita libera disponendi voluntas patris grauaretur. Nec placet, q̄ statutum cõsiderauerit loqui de dote, in qua, & donec filij habeant priuilegium. Sed bene cõsiderando, q̄ aliàs filij in iure respectu dotis maternæ sunt priuilegiati, eo quod eis magis debita videtur, vt s. dixi, voluit in hoc eis fauendo, non confidere de fragilitate matris s̄m prædicta. Et circa s̄m statutum nõ debet restringi ratio ad odium, vel affectionem secundi viri, sed simpliciter ratio est, quia lex voluit filijs, & omnibus æqualiter fauere, & ideo de fragilitate mulieris non confidens, quæ à quoquam poterat in contrarium indicari, disposuit, vt in d. statuto. Cogitabis.

Circa s̄m casum principale, qm̄ s̄m matrimonium de iure nõ tenuit, considera duos casus. Quia aut ab initio scienter fuit cõstitutum, aut erranter. † Primo casu dico, q̄ nec dos dici potest, quod datum, vel promissum fuerit. Nec priuilegia dotis competent, vt probatur in s. si aduersus, Inst. de nup. & in l. si. s. de cond. sine ca.
80 † Hoc tñ vñ limitandum, qm̄ matrimonium non tenuit ratione minoris ætatis, nam tñc illa mulier, quæ ita minor pro vxore fuerat accepta, habebit circa dotes uel quasi dotes, quas dederat, in repetendo priuilegium, ut l. 2. s. si. cum lege seq. de priuileg. cred. Interest. n. Reip. & c. ut ibi dñ. Quod puto procedere, etiam si à patre ista minor fuit tradita nupti, argum. l. penul. s. fin. j. cum cum sal. tut. Secundo casu, qm̄ partes crediderint matrimonij ualere, & ita forte communiter reputabatur, vt sic diceretur matrimonium putatiuum, & sic etiam dos putatiua. Attèta postea veritate, quia cum postea aliquod impedimentum apparet, fuit rationale matrimonium dissolutum. † Et certe in hoc casu dos verè dici non potest, ex quo non fuit matrimonium, vt est tex. in l. 3. s. de iur. dot. bene probatur in lege in potestate, s. de sponsa. l. bi. Folia nubendo efficiat dotem esse, probatur etiam hoc in d. s. si aduersus. Fateor tamen, q̄ isto casu largo quodammodo dicitur dos seu quasi dos, vt probatur in l. si cum dotem s. si. j. eo. & in l. si qs incesti, & in auth. seq. C. de incest. nup. Siue malis, q̄ dicitur dos putatiua respectu temporis præteriti. Et in hac quasi, seu putatiua dote hnt locum plurima priuilegia dotis, vt d. s. si. Et id dñ inductum fauore dotis, licet improprie, siue non vere, & per cõseques fauore publico, vt l. 1. j. eo. & probat in l. 3. j. de priuileg. cred.
82 † Et sic mulier post talem dissolutionem matrimonij putatiui, hanc, quasi, siue putatiua dotem cum priuilegio repetet non qui dem per actione ex stipulatu, quæ pro dote datur, sed condictione ne ob causam, vt l. si. C. de cond. ob causam. ita voluit hic Dom. meus Soc. in principio, concludens, q̄ omnia priuilegia inducta fauore dotis, vel mulieris, habebunt locum etiam in hoc casu. Non sic est, dicit ipse in priuilegijs, non eo respectu inductis, sed alio, puta fauore mariti, nam illis non erit locus. Et ex hoc
83 singulariter inferitur, q̄ quod maritus in ea quasi dote restituenda non habebit priuilegium, de quo in l. maritum, j. eod. sed erit in solidum condemnandus, & cum effectu. Et vltra prædicta primo vñ casus pro ista opinione in c. 1. & cap. de prudentia, de dona. inter vir. & vxor. quibus dicitur, q̄ in tali casu, tota dos restitui debet. Igitur maritus nihil potest retinere, ita tenet Ioan. An. dr. in d. c. 1. & ibi, sequuntur Ant. de But. & Abb. idè tenent Alex. & alij in d. l. si cum dotem. s. si. & in d. l. maritum, & firmat hic D. meus Soc. in 1. col. Pro qua etiam secundo facit, quia priuilegium illud vñ marito dari, solum, quando cõuenitur actione de dote, vt dicit Abb. in d. c. 1. Et vltra eum probatur in l. diuortio, s. de neg. gest. in principio, vbi maritus conuentus actione negotiorum gestorum in solidum, condemnatur. Sed in casu isto nõ datur actio de dote, sed condictio ob causam, vt dictũ est, & probatur in l. 1. C. de cond. ob causam, & tradit gloss. in d. c. de prudentia, ergo &c. Et vñ hoc vrgens argumentum. Tertiõ probatur per locum à simili. Nam vñ, q̄ alias in his quæ eius vtilitatem re-
84 spiciunt, † maritus putatiuus non equiparetur vero, vt probat in l. diuortio, s. si iuncta. l. in iuncta, s. 1. j. eo. cū declaratione gl. fi. in d. s.

in d. §. si. & vtroque per Docto. Compenfat. n. impensas neces-
sarias cum fructibus, quod non est in vero marito, vt ibi habet-
tur. Idem patet & in alio, quia non lucratur dotem ex pacto, vel
per statutum, vt d. l. vbi Bal. not. Ita arguit Imo. & Pau. de Cas.
in d. §. si. & Alex. in d. l. maritum.

Sed aduertendum est, quia licet ista sit cōis opin. tria tñ vide-
tur de iure probabilior, vt equior, vt scilicet iste putatiuus mari-
tus, solum in quantum facere possit, condemnatur ad exemplū
veri mariti. Et moueor primò, arg. sumpto à nā correlatiuorum
iuxta l. j. C. de cupres. lib. 10. & l. fin. C. de indi. vid. tol. Nam sicut
vxori putatiue circa dotis, seu quasi dotis repetitionē dantur pri-
uilegia dotis, vt d. l. si cum dotem. §. si. cum alijs §. allegatis, ita &
marito putatiuo dari debet circa restitutionem. Nec obs. qd vxor
ideo datur, quia publicè interest, &c. vt d. l. 3. de priuileg. cred. &
l. 1. §. eo. quod non vt considerabile in persona viri. Quia respon-
detur, vt patebit ex rationibus sequentibus. Secundo arguendo
ab identitate rationis iuxta l. à Titio, §. de verb. obl. l. si. C. ad l. Fal.
& c. constitutionem, de regularibus. lib. 6. cum vulgaribus. Dico
n. quod & in hoc casu reperitur ratio d. l. maritum, & eius priui-
legij, ergo, &c. Hoc autem ostenditur. Nam illud priuilegium
fuit marito concessum in honorem, & memoriam bene tran-
sacti matrimonij, & velut debitum reuerentię maritali, vt dicitur in
l. alia, §. eo. in fin. & clarius in l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxo.
act. quasi §. bonos mores sit maritum vltra quam facere possit, qd
demnari ad instantiam eius mulieris, quæ illi modò reuerentiā
maritalem prestabat, vt probatur in d. l. alia, in fin. Quę ratio etiā
in casu nostro consideratur. Nam cum veri coniuges communi-
ter reputantur, & ipsi inuicem pro talibus se tractarent, aderat
reuerentia maritalis, & esset nunc ad dedecus putatiui transacti
matrimonij, & quasi §. bonos mores, qd quis ab ea, quę pro eius
legitima vxore communiter habitata fuit cogere tur mendicare,
quod esset, si simpliciter in solidum deberet, & cum effectu con-
demnari, sicut consideratur, quando legitimum precessit matri-
monium. Non enim illa maritalis reuerentię, quę inter eos fuit,
saltem putatiua in sui debiti conseruaretur, quod esset cōtra d.
§. cum autem, & d. l. alia, in fi.

Nec dicatur, quod ista iura loquuntur de reuerentia de presē-
ti debita. q. d. vxor, si in solidum vellet exigere, nō prestaret viro
reuerentiam maritalem, quam debet, attento qd iam fuit maritus
eius; quę consideratio non cadit in hoc casu, cum iam cōstet, qd
nunquam fuit maritus. Quoniam responderetur primò illud non
esse verū, quia tñc d. l. mariti, procederet, dūtaxat qñ ab ipsa vxore
conueniretur, & non si ab eius heredibus, quod tamē videtur
falsum, quia est contra generalitatem d. l. maritum.

Item etiam non procederet in fauorem filiorum mariti, quod
tamen est contra l. etiam in prin. §. eo. Quia de re videtur, quod
iura illa loquantur, & habeant respectum ad reuerentiam præte-
ritam. Vel secundo responderi potest, qd immo etiam quādo verum
fuit matrimonium, non potest considerari debita reueren-
tia maritalis de presēti, ex quo amplius non est maritus, cū præ-
supponatur matrimonium dissolutum.

Et si dicatur, qd debetur nunc ratione veri matrimonij præce-
dentis. Dicam, qd & in casu nro similiter deberi debet, ratione
precedentis matrimonij putatiui. Tertiò facit, qd quia hoc priui-
legium publico fauore, & ad bene esse ciuitatis, & reipubli. dicitur
concessum, ergo plene debet interpretari, arg. l. hoc modo, in
fi. §. de cond. & dem. et doct. Bar. in l. 2. §. exercitum. §. de his qui
not. inf. & in l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11. Et p
consequens dicendum est, qd lex loquens de marito procedat et
in putatiuo. Sicut dicimus e contra, qd priuilegia doti concessa re
spectu vxoris, seu vxori in dote, hnt locum etiam in vxore puta-
tiua, vt d. l. si cum dotem. §. si. & d. l. 2. in fi. cum l. seq. de priuileg. cred.
dit. Assumptum arg. probatur. Nam, qd maritus vltra quam face-
re possit, non condemnatur, inductum fuit propter reuerentiam
maritalem, vt dictum est. Et quia §. bonos mores esset, quod quis
propter mulierem illam, quę modò, vt vxor quodammodo iubi-
ecta ei fuerat, & reuerentiam prestabat, cogatur medicare. Istud
n. publicę honestati non conueniret, & sic nec publicę vtilitati,
probantur ista in d. l. alia, in fi. iuncta l. item apud Labeonem, §.
sed quod adijcitur, §. de iniur. vbi in ver. Idem ait, &c. vñr decla-
rari iura loquētia de bonis morib. vt intelligatū de bonis mo-
ribus ciuitatis, & sic publicis. Vnde conuenienter dici potest rei
pub. interesse, bonos mores in ciuitate conseruari, & ne quid §.
bonos mores fiat. Cū igitur maritum ex causā vxoris cogi mē-
dicare, sit §. bonos mores, vt d. l. alia, sequitur, quod sit etiam con-
tra honestatem, & publicam quandam vtilitatem. Et propterea
dici potest, qd priuilegium d. l. maritum, per quod huic incon-
uenienti medetur, fuit inductum publico fauore, vt in arg. dixi. La-
tē igitur dictum priuilegium interpretando concludendum vñr,
quod procedat etiam in marito putatiuo, cum in eo eadē ratio
publicę honestatis consideretur, vt ex prædictis constat.

Quartò comprobantur prædicta per communem doct. gl. of.
Cy. & aliorum in l. qui §. C. de incest. nup. dum voluit, qd filij, ex

putatiuo matrimonio nati, legitimi sint, & ita equiparentur na-
tis ex vero matrimonio. Cui doct. non obstat l. 3. C. sol. matrim.
quia respondendum est, vt per Cy. in d. l. qui §. Ita ergo & in ca-
su nostro putatiuum matrimonium dēt vero equiparari. Præterea
& quinto si ab illis filijs, vt patris heredibus, dos peteretur, certe
ex quo dicuntur legitimi filij, non vñr dubium, quin hērent istud
priuilegium iuxta l. etiam in prin. §. eo. Et tamen illi sunt ex ma-
trimonio putatiuo, & dos putatiua erat. Sic ergo idē videtur di-
cendum in marito, ne sit deterioris conditionis, & de quo in fi-
lios videtur tale priuilegium transferri.

Sextò facit l. si rerum, §. de re iudi. in illa ratione dubitandi, ibi,
iure precedentis societatis, tale n. priuilegium dē concessum pro-
pter d. societate. Et alijs conceditur socio simili cōsideratione,
vt l. verum. in prin. §. pro soc. Sed talis societas fuit et in casu no-
stro, ergo &c. Non obstant modò allegata in §. rium. Et primò
non obstat d. ca. 1. & ca. de prudentia, quia responderetur, qd debent
intelligi, vt tota dos restituatur, si totam facere pōt, vt ibi voluit
Glo. vt sic illa iura per alia declarentur. l. non est nouū. §. de legi.
Nec te offendant verbum, totā, & sic verbum vniuersale, quia et
l. 2. §. eo. in prin. loquitur vniuersaliter, cū loquatur indefinite, &
tñ ita declaratur per alia iura. Et si dixeris, qd non debet præsu-
mi, qd verbum, totā, exprimitur sine ministerio aliquid operādi.
Respondetur primò, quod istud toleratur, qñ exprimitur, qd taci-
te inest. l. 3. cum materia, §. de legat. j. Vel secundo responderetur,
qd multi operatur vt. nihil retineri possit ex causā pacti, vel sta-
tuti de lucranda dote. Nam in hoc casu non attenduntur, vt l. 1.
C. de condi. ob causam, cum his, quæ ibi dicit Bal. Et hanc solu-
in effectu sequuntur Cardin. Zabara. & Card. Alex. in d. ca. 1. qui
sequuntur hanc opinionem. Facit pro ista solu. quia licet heres
rogetur restituere totā hereditatē, tñ poterit detrahere quartam
secundum Pau. de Cast. in consi. 150. In causā, quæ vertitur. col.
pen. in antiquis, & auū meū Soci. in consi. 14. sequendo ordinē,
col. si. verum est, qd in hoc aliqui tenent §. rium, vt Ang. consi. 125.
& Alex. consi. 201. 6. volu. de quo vide etiā Pau. de Cast. in auth.
sed cum testator. C. ad l. Falcid. Melius ergo pro ista soluit. facit l.
eum qui. §. si mulier. §. de iureiur. in ver. tota summa, iuncta decla-
ratione Bar. Pau. Alex. & aliorum ibi, quicquid dixerit gl. cōmu-
niter reprobata in l. 3. C. de pac. conuent. ibi integrā dotis. iñ. ita
l. et in prin. §. eo. in l. Neennius in fi. §. de re iudi. Nō obstat idē,
quia primò responderi pōt, negando, qd tale priuilegiū solū de-
tur in actione de dote, vt sic actioni concessum videatur, cū etiā
detur, si vir de constituta pecunia cōueniatur. l. 3. in prin. §. de
sist. pec. Immo etiam generaliter datur ex quocunq; §. tu in cō-
stante matrimonio conueniatur, vt l. nō tantum. §. de re iudi.
Videtur ergo dicendum, qd non actioni, sed personæ mariti tale
priuilegiū concessum sit & filijs eiusdem matrimonij, vt l. quia
tale. iuncta l. et, in prin. §. eo. & vñr tex. clarius in l. & si fideiusso. §.
de re iudi. ibi id. n. mariti personæ. Et eius personæ maximē dat,
qd conuenitur ad dotem. §. itē si de dote. Insti. de act. & l. 1. §. cū
37 autē. C. de rei vxo. act. §. Et ex his constat non obstat d. l. diuortio,
in §. rium allegatam, quia ibi actio negociorum gestorū non ad
dotem, sed ad reddendam rationem gestorū datur. In qua ge-
stor de culpa tenetur. l. si pupilli. §. si. & per totū tit. §. de neg. gest.
vnde cum ibi fuerit in culpa in non exigendo à se antequā desi-
neret facere posse, tenetur ratione prædictæ culpæ in redditione
administrationis ad dotem in solidū, ex quo à se in solidū exige-
re possit, si non fuisset negligens, & in culpa. & vltra etiā ibi
tenetur ex eo, quod fit soluto matrimonio, nimirum, si in solidū,
iuxta not. in d. l. non tñ. Licet ergo in hoc casu non detur actio
de dote sed pōditio ob causam, tñ quia datur ad dotē saltē puta-
tiua, & §. maritum putatiuum poterit maritus vt tali priuilegio
per prædicta, cū illud nō actioni, sed personæ detur, & ista est ve-
ra, & realis responsio. Vel secundo responderetur, posito milies qd
priuilegiū istud detur actioni de dote, nam dici pōt, qd habebit
locum et in alia actione, ad eius exemplū cōpetentē, & sic et in p-
dictione ob causam, de qua agimus, cū sit eadem ratio, & ad exe-
plū actionis de dote detur. l. si sponsa. supra de iur. dot. Sicut in fi
mili dicimus in fauorem vxoris, vt, §. priuilegiū competens actio-
ni de dote, vt in personalibus præferatur, habeat locū etiā in ista
p-dictione ob causam vt d. l. cū dotem. §. si. & d. l. si sponsa, vbi est
tex. apertus. Demum non obstat quod tertio loco allegabatur.
Quia responderetur, qd non valet ista consequentia, duo, vel plura
aliquo casu differūt, ergo in omnibus dispari passu procedetur.
Nec et valet psequētia eōtra. Duo aliquo casu sunt paria, ergo
in omnibus participatur, vt de se pstat, & traditur in l. 1. §. de leg. 1.
Vnde dico, qd inter vana, & diuersa in facto reperitur paritas, vel
differētia in iure secundū existentia, vel defectum eiusdem rōnis.
Quapropter licet de casibus, de quibus in argu. sit differentia
inter maritum verum, & putatiuum, quod quidē est, quia non con-
sideratur eadem ratio, tamen in casu nostro idem erit in putati-
uo, quod in vero pp identitatem rationis per prædicta. Et vltra
ista loquendo in specie, qd nō valet arg. de lucro dotis ad casum
nostrum, probatur, quia nec et de eo arguitur ad alia priuilegia
dotis,

28 dotis. † Nam nec vxor putatiua ex tali pacto, vel statuto lucratur donationem propter nuptias, vt d. l. i. de condi. ob causam, in sui generalitate, & tamen fauore vxoris hnt locum multa priuilegia puti, q̄ aliis preferatur, vt l. 4. in princ. §. de priuileg. cred. & d. l. si cum dotem, in fin. Item q̄ habeat tacitam hypothecam, & priuilegiariam, vt plene traditur in dictis iuribus. Et ratio est, quia vbi versatur publicus fauor, publica honestas, & bonorum morum conseruatio, putatiuum matrimonium habetur, pro vero, vt d. l. 3. cum aliis allegatis §. de priuileg. cred. Et nemini dubiū est, bonis moribus honestati, & vtilitati publice conuenire, mulierem illam posse nubere, & propterea ei dotem conseruari. Vnde, sicut respectu vxoris putatiue arg. in §. rium factum, non procederet, sic etiam non debet procedere respectu mariti putatiui, cum etiam in priuilegio, de quo agimus, ista publica honestas & fideretur, per iam dicta. Preterea pro solutione arg. sufficeret dare instantiā, iuxta gl. in c. sicut vgeri. i. q. i. cum similibus, vt tradit Ias. in l. si pro fundo. 7. no. C. de transact. & est bonus tex. quē vltra alios soleo ponderare in §. pauonum, Inst. de rer. diu. Et ex his videtur, q̄ ista opinio ē communem de iure possit sustineri. Sed aduerte, quia pro communi videtur tex. in l. si cōcubina, in prin. §. rerum amo. prout ibi Bart. illum intelligit in matrimonio putatiuo, & ita illum tex. allegat Ale. in d. l. si cum dotem. §. fin. 2. col. Potest tñ dici pro tutela predictōrū, quōd ibi loquatur tñ, quando cessat matrimonium, eo quōd iniuste sit per licentes ēctum, prout exemplificat tex. quādo tutor pupillam duxit, & ad familia exempla debet referri sequens generalitas, licet Bartol. aliter videatur intelligere.

Vel si vis, q̄ loquatur etiam in putatiuo matrimonio, & vult Bar. potest dici id esse ibi, ne furtum, quod fecit illa, remaneat imputatum, cum reip. sic expedit. l. ita vulneratus, §. ad leg. Aquil. Et licet l. non inducat hoc in eam, quē fuit vera vxor, in honorē transacti matrimonij. l. 2. illo tit. Et videtur ex simili ratione idē statuendum respectu putatiue, tamen ex alio suadete illa publica vtilitate noluit lex concedere, quē ratio cessat in casu nostro, immo publica vtilitas suadet contrarium, vt dixi in 3. argum. pro ista parte.

Fateor tamē, q̄ istę solutiones non sūt multum tutę. Et ē vltimam facit, quia immo etiam isto casu cōcurrit publica vtilitas, vt. simul nubere possit. Nisi dicas, q̄ in pari causa potior sit cōditio possidētis, & ita preferatur vtilitas publica, quē fauet viro. Cogitabis. Et vbi solutio aliqua non placeat, & per hoc argum. velis tueri communem opin. ad omnia in §. rium allegata posset responderi, negando, q̄ sit eadem ratio, vel saltem, q̄ a iure non sic recipitur, vt vir putatiuus vero equiparetur ad sui commodū, vt per multa probat Alex. in d. §. si cogita tamen.

S V M M A R I V M.

- 1 Continuatio a remotis solet tolerari.
- 2 Verbum quemadmodum quatuor significat.
- 3 Nulus auctor digestorum fuit vocatus infortiatus.
- 4 Totum volumen digestorum fuit diuisum per compilatores, & Iustinianū in quinquaginta libros, & postea ab eisdem in septem partes.
- 5 Nomina magistralia, & propria non sunt curanda.
- 6 Nomina magistralia ponuntur ad cognitionem rerum, & gratia demonstrationis, & possunt ad libitum mutari.
- 7 Nomina pulchra & honesta sunt imponenda, & turpia fugienda.
- 8 Dicitur Malantia vxoris Ioan. Andrea.
- 9 An notarij & mercatores possint mutare solitum suum signum.
- 10 Licet quis vocetur Perusinus, non tamen ex eo probatur quōd sit de Perusio.
- 11 Non valet argumentum ab ethymologia vocabuli in nominibus proprijs.
- 12 Regula quōd in appellatiuis valeat argumentum ab ethymologia, fallit multis modis.
- 13 Tantum est Perusinus appellatiuo nomine, quantum de Perusio, & numero 15.
- 14 Natura dictionis, de, est demonstrare causam originariam.
- 15 Differentia inter Perusinum, & de Perusio. & nu. 22. & 25.
- 16 Municeps dicitur etiam ex solo domicilio.
- 17 Romanus, & Byzantius solum important originarium.
- 18 Prouincialis dicitur, qui in prouincia domicilium habet, non qui ibi ortus sit.
- 19 Quę olim fuerit differentia inter prouinciales, & Itali cos.
- 20 Roma dicitur communis patria.
- 21 Potes quis fieri ciuis per receptionem.
- 22 Dispositio loquens de Perusino solum procedit in originario.
- 23 Municeps vero modo capitur.
- 24 Differentia inter rem ex hereditate, & rem hereditariam.
- 25 Repraesalē concessa contra Perusinos, vel de Perusio, non possunt exerceri contra eum, qui nomine proprio vocatur Perusinus.
- 26 An repraesalē possint exerceri contra Perusinum origine habentem alibi domicilium.
- 27 Propter culpam aliquorum tota gens etiam innocens plectitur.
- 28 Habitans alibi, si in loco originis per se munera subit, puta Perusinus

- Paduę habitans, poterit capi mediantibus repraesaljs contra Perusinos concessis.
- 30 Ex pluribus qualitatibus diuersa inducentibus attenditur, quę prodest.
- 31 Nomen Perusinus in dubio quomodo capiat.
- 32 Concessio contra aliquos velut odiosa, debet strictē & proprie intelligi.
- 33 Propter accidens, & consuetudinem, & presentem modum viuendi receditur ab originali natura, & a regula, secundum naturam statutorum.
- 34 Patitur sub vniuersitate, qui vt particularis pati non potest.
- 35 Qui munera non subit proprie non potest dici municeps.
- 36 Ad essentiam proprię & veri ciuis requiritur, quōd aliquo modo munera subeat.
- 37 Princeps efficitur debitor illius, cui iustitia denegatur.
- 38 Propter necessitatem licitum est exigere etiam a libera persona.
- 39 In dubio attenditur qualitas naturalis.
- 40 Text. in l. pro herede §. quid si tantum, ff. de acquirenda hereditate declarat.
- 41 Quando finis est diuersus, aut contrarius, attenditur potius qualitas accidentalis.
- 42 Delinquens non debet esse melioris conditionis, quā non delinquens.
- 43 Lex aliquid permitens debet interpretari iuxta suam permissionem.
- 44 Vtrum ciuis ciuitatis concedentis repraesaljs contra Perusinos, si domicilium Perusij habeat, capi possit tanquā Perusinus.
- 45 Ethymologia nominis Infortiatus.
- 46 Dispositio proprie dicitur, quę in vltima voluntate fit.
- 47 Volumen Infortiatum in quinque partes diuiditur.
- 48 Nomen a posteriori parte sumendum est.
- 49 Quicquid edendum est a capite edi debet.
- 50 Omneius digestorum in tria volumina diuisum fuit per Iuriscōsultos gratia commodioris l. Euræ. & num. 52. contra.
- 51 Licet editio a capite fieri debeat, tamē quando aliquid diuisum editur gratia commodioris vsus, iure toleratur.
- 52 Antiqua diuisio digestorum.
- 53 Vnum notabile circa continuationem rogatum notariorum.
- 54 Volumen a quoocē capitur.
- 55 Sufficit rub. conuenire his, quę principaliter sub regula, & generali d. finitione tradenda sunt.
- 56 Non inconuenit sub aliquo titulo ponere leges vrbis eius non conuenientes ratione alicuius specialitatis denotanda.
- 57 Aliquando toleratur q̄ textus & nigrum sit generalius ipso rubro.
- 58 Ad perfectum tractatum pertinet loqui nedum de re vera, sed etiam de putatiua.
- 59 Quod datum est pro dote licet non fuerit dos, tamen ad instar dotis repeti potest.
- 60 Contrahentibus non iure, scientibus & ius, & factum, non datur repetitio dotis, sed confiscatur.
- 61 Virum mulier contrahens prohibitas nuptias, ex sola iuris ignorantia excusetur ab amissione dotis.
- 62 Mulier propter iuris ignorantiam non excusatur, nisi in casibus iuris expressis.
- 63 A legibus habentibus plures intellectus non licet arguere.
- 64 Peccatum nullum nisi voluntarium.
- 65 Mulier non debet esse deterioris conditionis, quā masculus.
- 66 Nunquā habet locum pena amissionis nostri iuris nisi expressē in iure cauetur.
- 67 Cū quid ex aliquo pendeat, ei iuranti creditur.
- 68 Lex semper ita debet intelligi, vt per homines deludi non possit.
- 69 Non valet argumentum a pena excommunicationis ad panam amissionis dotis.
- 70 Vbi dicitur ius a naturali ratione ductum, eius ignorantia non creditur.
- 71 Ignorantia iuris positiuī facile admittitur, maximē in muliere.
- 72 Non debet ita argui, vt intellectus absonus, & contra leges resultet.
- 73 Scientia iuris sępe potest ex coniecturis probari, sicut dolus iudicij.
- 74 Lex confidens in iuramento non credit quēquam ita sua salutis immemorem, vt velit falsum iurare.
- 75 Donario propter nuptias debet fieri aequalis doti.
- 76 Consulendi sunt peritiores.
- 77 Dos semper dicitur a muliere, uel parte eius viro tradita.
- 78 De uerbo Peto, quid contineat.
- 79 Cum verba Peto, Recdo, & Do, ponuntur tanquā genus, tunc sub eis cōprehenditur qualibet eorum species.
- 80 Verbum compositum ultra significationem simplicis, aliquid significat.
- 81 Verbum compositum dicitur uerbum generale.
- 82 Simplex potest esse generalius suo composito.
- 83 Verbum simplex potest poni ut genus.
- 84 Verbum compositum non ponitur ut genus.
- 85 In populo plebs coninetur.
- 86 Quomodo exponatur uerbum petatur in rub. nostra.
- 87 Quando res estimata datur in dotem, dicitur fieri empirio.
- 88 Aliud est dos, aliud est res in dotem data.
- 89 Quando genus repetitur respectu speciei dicitur simplex partitio.
- 90 Si statutum dicat, quōd quicquid petie it aliquid in i. i. io so nat ce quid, an habeat locum in repetente.
- 91 Verbum Peto, cum sit genus, dicitur quamlibet eius speciem si b se comprehendere.

- 93 Lex, uel statutum loquens de aliquo genere generaliter procedit in qualibet specie.
- 94 Statuta cum indefinite loquantur, solum debent procedere in casibus, in quibus eadem est ratio.
- 95 Oratio indefinita non respicit ea, in quibus non est eadem ratio, cum illa equipolleat uniuersali.
- 96 Generalis sermo omnia comprehendit.
- 97 Lex generalis comprehendit omnes casus, etiam habentes minorem rationem.
- 98 Omnia, quae ex propria uocabuli ueniunt dicuntur inclusa etiam in particularibus, licet in aliquo sit minor ratio.
- 99 Ratione fauoris ampliandi debet fieri larga interpretatio.
- 100 Potest simul flare quoddam statutum fiat fauorabile, & corrigat ius commune.
- 101 Ubi lex uel statutum, aut aliqua dispositio fauorabilis loquitur de simplici uerbo, uel nomine, habet etiam locum in composito.
- 102 Immunitas concessa uenientibus ad habitandum in aliquo castro dicitur etiam concessa reuenientibus.
- 103 Prohibitum facere fornicium, poterit iam factum rescere.
- 104 Licet laicus prohibeatur conuenire clericum coram iudice seculari, tamen non prohibetur reuenire.
- 105 Statutum loquens, quod uenientes scholares soluunt certum quid pro matricula, non procedit in reuenientibus.
- 106 Fulciens aedificium, non dicitur nouum opus facere.
- 107 Excommunicatio non dicitur esse odiosa, sed medicinalis.
- 108 Quando dispositio utitur uerbo composito, non comprehendit uerbum simplex.
- 109 Verbum compositum dispositioni appositum, eam qualificat, ita ut requirat terminos habiles.
- 110 Verbum compositum impropriatur, ut seruiat intentioni disponentis.
- 111 An statutum, quod maritus restituat tertiam partem dotis, & reliquum lucretur, procedat si dos solum promissa fuerat, & nondum soluta.
- 112 Conclusio, quod quocumque modo dissoluatur matrimonium procedit titulus nosster, ut sit locus repetitioni dotis, & casus quibus fallit haec conclusio, uel regula.
- 113 Quando propter adulterium uxoris, uel aliud eius flagitium dissoluitur matrimonium, tunc mulier perdit dotem.
- 114 An propter dissolutionem matrimonij per captiuitatem alterius coniugum sit locus repetitioni dotis.
- 115 Hodie matrimonium sola captiuitate non dissoluitur, donec persona captiua uiuat, & ubi dubitatur, an amplius uiuat, ex tunc debet post quinquentium expectari.
- 116 Dicitio quemadmodum, potest poni similitudinarie, directe, uel per contrarium.
- 117 Item ponitur interrogatiue, uel determinate.

SECUNDA PARS.



ENIO nunc ad gloss. rubr. Et gl. primam diuido in septem partes, in quibus quid fiat, per se patet, & sufficit eas demonstrare. Secunda ergo est ibi, secundo no. Tertia ibi, Tertio quero. Quarta ibi, tradat hoc uolumen. Quinta ibi, jete dicitur. Sexta ibi, quarto & ultimo. Septima ibi, item not. Et licet ista diuisio satis bene procedat, tamen non est ad mentem gloss. quae tantum intendit principaliter facere de se quatuor partes ut patet ibi, quarto & ultimo. Vnde sequendo eam facias postea ex tertia parte tres partes. Et ex quarta duas, & per se patet.

In prima parte gl. Bart. hic in 2. col. vers. Hoc praemisso, dicit, quod prima continuatio gloss. est a remotis, ideo si alia dari potest, uoluit dicere Bart. non est tenenda, per regulam l. 2. s. de stat. hom. cum similibus. Vnde dicit, quod secunda continuatio potest sustineri. Ipse tamen clarius, & plenius continuat incipiendo a titulo de sponsalibus, & profequendo singulatum usque ad titulum nostrum, ut per eum, cum quo Doc. communiter transeunt.

Considera tamen, quod secundum subordinationem Bar. potest dici saluata prima continuatio gl. quoniam licet uideatur a remotis, tamen tituli omnes intermedij sunt pertinentes ad materiam, ut de se patet, quo casu est continuatio, solet tolerari, ut aliqui tradunt in rub. de leg. 1. & ibi scripti. Nisi dicas, quod tituli remedij non sunt omnes pertinentes ad materiam dotium, licet pertineant ad materiam matrimonij, ut sunt duo tituli precedentes. Sed super istis non est insistendum, tum quia continuatio Bart. per se clara est, cum etiam quia disputare de continuatione nullius est uitulatus. Hoc tamen non pretermisero, quod ex mente Bart. & aliorum reprobantium primam continuationem tanquam factam a remotis colligitur, & expressè dicunt Imo. Ale. & Parpal. quod licet aliam a remotis toleretur continuatio in capite libri, iuxta gl. in rubr. s. de condic. furti. Non tamen ita toleratur in capite voluminis, si non sit ibi caput libri ut hic. Pro quo facit, quia ratio cur in capite libri toleretur (videlicet, quia cum illa rub. sit prima, aliam ante se habere non potest, ad quam applicetur, seu continuetur, sed habet tantum materiam libri precedentis, ad quam continua-

tur, ut Inst. de rer. diui. cum similibus) cessat in capite voluminis, si non est caput libri ut hic. Dicit tamen, quod haec sunt inconsiderate dicta, quia quando fuit facta subordinatio istarum rubr. per conciliatores digestorum, non fuit hic caput voluminis, cum unum tantum fecisset uolumen digestorum ex quinquaginta libris, ut infra dicitur.

Cetera circa istam glossam examinabuntur iuxta dicta Bart. cuius ordinem sequar, & omnia dicta gl. tangentur. Ante tamen, quam ad eius dicta deueniam, expediam alias duas glo. literaliter, quas etiam Bart. in suo commento tangit, licet prius tangat ultimam, quam penultimam. Glo. in verb. quemadmodum dicit hoc uerbum quatuor significare, ut in ea. glo. fin. habet tres partes, in prima exponit tex. in secunda infert adducendo simile. In tertia dicit primum illato aliquando reperiri. secunda ibi. & ita, &c. tertia ibi, sic econtra, &c. Nunc pro reasumptione, & declaratione omnium glossarum, & directorum per eas, uenio ad dicta Bar. & eius ordinem sequendo applicabo dicta aliorum, quae relatu digna uidebuntur. Et ex tota doctrina Bar. in prima eius quaest. ad litteram prius declarata colligo sex conclusiones. Prima sit dum Bart. reprobat tertiam responsionem gloss. Quod nullus auctor huius libri fuit hoc nomine uocatus. Infortuatus nam compilatores diuerso nomine uocabantur, & auctor, qui dedit robur dicebatur Iustinianus, ut per Bart. Et ex hoc meum eius infertur, quod & Iustinianus, & compilatores fuerunt huius voluminis auctores, de cuius nomine disputatur. Sed aduerte, quia licet ipsi fuerint auctores totius voluminis digestorum, tamen non istius voluminis ita distincti, & tali nomine nuncupati. Ipsi enim compilauerunt istos quinquaginta libros digestorum, & omnes uno volumine clauserunt, ut sic unus codex, uel liber digestorum, diceretur uel etiam simpliciter uolumen digestorum, ut probatur in l. 1. §. 1. C. de uet. iur. enuc. ibi. Et tot auctorum dispersa uolumina uno codice ostendere, &c. & in §. ideoque iubemus, ibi altero iuris enucleati, & in futurum codicem componendi, &c. & in l. 2. eod. tit. §. sexta. in fine ibi, totius digestorum voluminis, cum similibus.

¶ Solum igitur per compilatores, & Iustinianum reperitur facta diuisio in quinquaginta libros, & illi quinquaginta libri postea reperiuntur ab eisdem diuisi in septem partes, ut in d. l. 2. §. & in septem partes. Vnde dicas, quod ista tria uolumina, ita distincta fuerunt a nostris maioribus, uel a scriptoribus, & ita diuerso nomine appellata, gratia commodioris usus dicam de hoc aliquid in oppo. Bart. Secunda conclusio est, quod de nominibus magistratibus, & proprijs curandum non est, quod intellige ut ex eis argui, & concludi possit, quod illa simpliciter ponuntur ad rerum cognitionem, & gratia demonstrationis. I. ad recognitionem. C. de ing. & manu. Et possunt ad libitum mutari iuxta ea, quae traduntur in l. si quis in fundi uocabulo, de leg. 1. Modò tamen mutatio dolose, & in fraudem non fiat, iuxta l. unicam cum materia. C. de muta. nomi. Fatentur tamen omnes, quod de eis curandum est, ut pulchra, & honesta sint nomina, quae imponuntur, & turpia euitentur, iuxta gl. in l. facta. §. si in danda, j. ad Treb. unde illud carmen. Nomina sunt ipso penè tenenda sono, & ideo Io. And. in c. grauis, de spons. refert, quod vxor eius dicitur Malantia dicebat, quod etiam si nomina magno precio emenda essent, deberet pulchrum nomen per filijs emi, prout refert hic Ias. & sequitur Fel. in proem. decret. col. 5. Sed circa praedicta dubitari potest, nunquid, sicut quod nomen proprium mutare potest, ita etiam liceat notario, uel mercatori mutare eius solitum signum. Et quidem cum signa illa capiantur ad beneplacitum, sicut nomina propria, ut quod liceat, per locum a simili. Sed tamen primum determinat Bal. post Iac. de Bel. in proe. C. j. col. ver. hemus simile in Tabellione prout hic refert, & sequitur Alex. 2. col. in fi. Pro quo secundum eum primo facit l. eos. 2. rñso, j. ad leg. Corn. de fals. Secundo d. l. si. circa medium, ibi, & si non consiliarij signum. C. de assess. Item & tertio. §. oportet. in Auth. de instr. fid. & can. colla. 6. inducendo, ut per eum. Et considerando praedicta, & uerba Alex. ex eius intentione concluditur, aliud esse in mutatione signi per notarium uel mercatorem faciendam, aliud esse in mutatione proprii nominis. Licet enim haec pro regula permittatur. Illa tamen pro regula prohibetur. Limitat Alex. hoc nisi notarius utens signo alieno, hoc ex preferit in sua scriptura iuxta dicta per Bar. in l. ad testium. §. si ab ipso, j. de testa. cum concordantibus per eum hic allegatis. Et hanc opi. Alex. licet de eo non facit mentionem, ponit simpliciter Fel. in d. proe. colum. 10. Sed considera, quia non uidetur faciendam differentiam inter nomina propria, & ista signa per rationem praedictam, quia scilicet utraque ex arbitrio accipiuntur. Et ideo dicendum uidetur, quod si notarius, uel mercator uoluerit signum mutare, quod poterit, sicut de nomine proprio dictum est, nec credo aliud uoluisse Bal. in d. proe. C. & in alijs locis per Alex. allegatis, & expressè idem Bal. dicit in l. 1. C. quae res uendi non possunt. Quod tamen intellige, si uniuersaliter talis mutatio faciat, at si in uno instrum. utatur notarius uno signo, & in alio instrum. altero, & sic uariet, credo, quod erreret, & pena falsi puniendus sit, & hoc est quod uoluit Bal. in d. proe. & in alijs locis. Itē, & secundo intellige, nisi talis

D. Maria. Soc. Iun. in Rub.

talī mutatio fieret in fraudem, tunc enim non toleraretur, cum iura semper fraudibus obstant, sicut etiam de nomine proprio supra dixi per d. l. i. C. de muta. nomi. Nec prædictis obstantia iura allegata in contrarium, quoniam illa, vel ex eis sumpta argumenta procedunt, quando mutatio signi fieret dolose, & in fraudem, vel saltem esset suspecta, ut in eis rectè considerati apparebit. Et quod dictum est de signo instrumenti quo ad notarium, videtur dicendum etiam de signo literarum, quo ad mercatorem, quia videtur eadem ratio, cogita tamen super istis propter auctoritatem Alex. cui plurimum semper detuli. Placeret tamè, quod in principio, quando mutatio fit, quod mutans de hoc aliquo modo faceret mentionem dicendo, puta, quod posthabito primo signo, & hoc nouo de cetero intèdit uti, ut sic appareat de mutatione, & cesset
10 omnis suspitio. † Tertia sit conclusio, quod aliquem dici, & nominari Perusinum, vel Paduanum non probat eum esse de Perusio, vel de Padua, quod procedit, quando ita denominatur inspecto proprio nomine, prout sæpe contingit. nam sæpe quis denominatur in eius proprio nomine ab aliqua ciuitate seu ei illud nomen fuit impositum, de qua tamen ciuitate ille non est, exemplum est in quodam nobili concine meo, qui Firmanus nominatur, & tamen nomen non de Firmo est, sed de Senis, & ita de similibus. Et ex ista conclusione secundum Bar. oriuntur alia tres conclusiones.
11 † Prima est, & sic quarta conclusio in ordine, quod argumentum ab ethymologia vocabili, licet in nominibus appellatiuis valeat, tamen non valet in proprijs, nam si quis vocatur Perusinus non ex eo probatur quod sit de Perusio, ut dixi. Idem voluit Bar. in l. j. 4. col. j. ad municip. ver. ij. no. & c. Et transeunt communiter Doct. ut per Alex. Iaf. & alios tradit Felin. in d. proce. col. 8. ver. prima conclusio & c. & sequuntur Doct. in locis, de quibus per Iaf.

Qui subdit hæc dicta Bar. & aliorum esse incepta. nam Bar. loquitur de argumento sumpto ab ethymologia affirmatiue, ut non valeat in nominibus proprijs, ut in exemplo suo, quasi tale argumentum valeat in appellatiuis, quod dicit Iaf. est falsum quia affirmatiue etiam in appellatiuis non arguitur, puta, est testatio mentis, ergo est testamentum, non valet, cum possit esse legatum. debet ergo dici (inquit ipse) quod arguitur, vel non arguitur negatiue, ut per eum.

Considera defendendo Bar. quia primò potest dici, quod forte non alia fuerit mens eius, ut sic voluerit non valere argumentum, non est de Perusio. ergo non potest dici Perusinus, licet non sit de Perusio, & ita assumendo metem Bar. bene procedit, quod eo modo valebit argumentum, sumendo Perusinum appellatiuo nomine. Intellige tamen hoc, quando ethymologia sumitur à quidditate, & substantia ethymologati, iuxta eleganter dicta per patruum, & do. meum Soc. in l. 2. §. appellata, supra si cer. pet.

Vel secundò dici potest saluando Bar. & alios, quod Bar. respexit regulam, nam pro regula in appellatiuis valet argumentum ab ethymologia etiam affirmatiue, † quæ regula fallit multis modis, ut plenè declarat Felin. in d. proce. 9. & 10. colum.

Et quod dictum est de testamento clauditur sub prima fallentia, quæ est, quod regula non procedit, quando diffinitio repugnat ethymologia, ut ibi per Felin.

ADDITIO. Vide Rip. in c. cum M. numero primo de constitutionibus.

13 † Secunda conclusio inferitur, & sic quinta in ordine, quod nomē hoc Perusinus appellatiuum idem importat, quod de Perusio, idem dixit Bar. in d. l. i. ad municip. & in l. si possessor. §. ait Senatus, §. de petit. hæredi. Hoc et videtur velle hic Are. 2. col. ver. super q. autè principali. Et expressè dicit Claud. & Parpal. utroque. n. modo originarius importatur secundum Parpal. licet in hoc quid senserit hic Bar. non satis cõstet, sed tamen dicit, quod idem importat. Potest tamen dici, quod ita sentiat, maximè cum id velit in l. j. ver. itè no. j. de tu. & cur. da. ab his. Et de verbo de Perusio, quod originem significet non
14 est dubium, † & sic importat illa dictio, de eius. n. nã est demonstrare eam originariã, & immediatã, iuxta no. per Barto. in l. j. §. si plures, §. de exerci. & in l. j. §. nunc videamus, j. de cõiun. cõ emãc. l. b. & per Bal. in l. de prioribus. C. ad leg. Aquil. Sed dubiū est, an item importet verbū Perusinus videtur. n. q. sic. Et pro hoc, primò videtur cap. 1. de sponfal. & c. significatè. de rescrip. alleg. hic per Bar. Secundò videtur tex. in l. sed & reprobari. §. amplius. iuncta glof. in ver. Cumaneus, dum exponit, idest de Cumana, supra de excusa. tut.

15 † Alex. hic tenet, quod immo non sit eiusdem importantiæ, quia Perusinus importat & originarium, & etiam habentem solū domiciliū, de Perusio vero solum originarium, quod etiam voluit Bar. in l. prouinciales. in fin. infra de ver. sign. idè etiam voluit Roma. hic ut refert, & sequi videtur Lancel. Dec. Pro qua opinione primò allegatur l. i. in fin. infra de tuto. & cu. dat. ab his, iuncta d. l. prouinciales. nam in d. l. i. in fin. verba illa eiusdem prouinciæ exponuntur, idest de eadè prouincia, & ibi solum importat originarios, quia aliàs superflue adderetur, vel vbi domiciliū habent, & in d. l. prouinciales, verbum illud importat etiam habètes domiciliū, & sicut hoc ibi dicitur de verbo prouinciales, ita etiam

in proposito dicendum est de verbo Perusinus. Secundò facit l. in vrbe Romana, supra de sta. homi.

Tertiò facit, quia tantum videtur importare Perusinus, quantum municeps Perusinae ciuitatis. l. i. post prin. supra ad munic. ibi Cã panos. Puteolanos, & c. † sed municeps dicitur etiam ex solo domicilio. l. filij. §. municeps. eo. tit. ergo, & c. ita arguit Barto. in tractat. reprefaliarium in r. q. 7. q. principalis, licet ad aliud propositum, ut modò dicam. Reperio quod Bar. in d. l. q. ponit tres opiniones, videlicet quod idem importat Perusinus, & de Perusio, sed vtrūque complectitur etiam habentē solū domiciliū, & facit argumentū §. nouissime factū, iuncta tamen d. l. sed & reprobari. §. amplius cū sua glo. dū exponit Cumaneus, idest de Cumana. Et cum in hoc articulo Bar. (in cuius dictis solet esse veritas) præter morem suum ita varius reperitur, negari non potest, quin punctus sit valde dubius. Et forte disputando qualibet opinio posset sustineri.

Ergo tamen arbitror, primam opinionem esse probabilè, quã forte sentit hic Bar. ut §. dixi, & eã etiam tenet Bar. in auth. & omnino. C. ne vxor pro mari. §. col. & in l. siue possidetis 2. col. C. de probat. & Alex. in conf. xlj. visis, quæ subtiliter, col. fi. §. vol. Et pro ea videt bonus tex. in §. si quis igitur ex qualibet, in Auth. quibus modis
17 nat. effi. l. i. co. 7. ibi, & Romanus, aut byzantius. † quæ verba necessariò important solū originarium, si bene ad mentem illius tex. referantur. Et hanc opinionem etiam sentit Pau. de Cast. in l. si eadè, in fine, supra de offi. assesso. dum dicit, quod nomen Florentinus solum in oriundo verificatur. Nec obstat allegata in §. rium, nam primò ad d. l. prouinciales respondetur sicut Bal. in d. auth. & omnino, quod ibi non sit relatio ad aliquem locū specifica tamen, & verbi illius de latior significatio, & ita etiam voluit Ang. in l. ciues, in fi. C. de appe. dum dixit, quod quem dicit Lombardum non probat esse de

18 Lombardia, licet secus sit in Paduano, ut per eum. † Vel etiam dici potest, quod (non aliter considerato, vbi quis sit ortus) solus ille dicitur prouincialis, qui in ea domiciliū habet, alibi vero habitans, licet in prouincia ortus sit, prouincialis non dicitur. Et hoc est proprie, quod ibi dicitur secundum veram literam, in qua deest illud verbum duntaxat. Istud clare voluit Ang. in l. adoptio ne. la. r. C. de adop. dicens, quod istud nomen prouincialis, sonat in domiciliū. Ad quod facit in terminis, quod legitur in l. fi. C. ad Velleia. nam ibi verbum prouinciales videtur solum ad habitantes referri. Similiter facit l. fi. C. in quibus cau. pig. vel hypot. taci. contrah. Vnde dico, quod de eo non debet argui ad Perusinum, vel simile nomen, cum sit clarum hoc verificari in solo originario, ut d. §. amplius.

Potest etiam dici, quod illa l. prouinciales intelligatur respectu tributorum, aliorumque onerum prouincialibus iniungendorum, ita ut non Italicis, prout videtur de intentione. Bal. in d. §. amplius.

19 † Solebat enim prouinciales ab Italicis distingui, quia à multis oneribus erant immunes, & multi ex prouincialibus ex privilegio pro italicis habebantur, ut l. i. & l. fin. & per totum, infra de censu. Dicit ergo potest, quod isto respectu consideratur domiciliū, non origo. cogita. Secundò non obstat d. l. in vrbe Romana, quia primò respondetur, illud ibi esse, quia Roma dicitur communis

20 patria. l. Roma. j. ad municip. † Vel secundò secundum Gloss. ibi dici potest, quod omnes illi dicuntur ciues Romani, idest perfectè liberi, iuxta §. fina. Instituti. de liberti. Vel etiam tertio dici potest, quod ibi non dicuntur simpliciter Romani, sed ciues Romani, illud autem de plano procedit, † quia potest quis fieri ciuis per receptionem, ut l. ciues. C. de incolis. libro 10. nam & qui Padua, ut ciuis recipitur, dicitur ciuis Paduanus, sed non simpliciter Paduanus.

Demum non obstat arg. Bar. tertio loco factum, quia negat primum eius assumptum. Nec obstat d. l. i. quia ibi non probat, quod in argumento dicitur, sed tamen dicit ibi tex. quod abusive municeps dicitur cuiusque ciuitatis ciuis, veluti Capanus, Puteolanus, & c. scilicet ciuis. Nam fateor, quod ciuis Perusinus dicitur etiam, qui ibi solum domiciliū habet, modò sit ciuis, puta per receptionem, ut §. dixi. Sic ergo ibi non probatur, quod Puteolanus, & Campanus simpliciter sint municeps, nisi quia sunt ciues. Et clarius dico quod esto, quod Campanus dici possit municeps, non tamen sequitur, quod idem sint, quia municeps se habet ad plus, quia etiam habentem solum domiciliū comprehendit, modo sit ciuis.

Sed contra prædicta videtur l. r. C. de municip. & orig. lib. 10. vbi non videtur sufficiens demonstratio originis ex solo nomine illo Biblium, sed additur origine. Sed tamen responderi potest, quod ibi ille ita de facto narrabat, & aliàs ex narratione facti non sumitur ius, neque licet arguere, ut est glof. quã ibi post alios no. Dec. in l. vnica. 4. col. C. quando non pet. par. cū cõcord. per eum

22 allegatis. † Concludatur igitur ex prædictis, quod hoc nomen Perusinus, Paduanus, Senensis, vel familia tantum originem demonstrant, quoniam simpliciter proferuntur, & per consequens non differunt ab eo nomine de Perusio, de Padua, de Senis, & similibus.

23 † Et ideo in practica notabis, quod dispositio loquens de Perusino solum procedet in originario, secus si de ciue Perusino loquatur, quia tunc etiam incolam ciuem effectum comprehendet. Cogitabis

tabis tñ, quia punctus est valde dubius, & de facili posset teneri prius, & maxime per dictam l. primam. ad municip. cui responsio s. data non videtur tunc. nisi licet in illo versiculo, vt puta Campanus, &c. possit per relationem ad precedentia dici, s. cuius, tñ non ita videtur in seq. vbi simpliciter dicitur Campanus, & municipis absque illa qualitate cuius. Nisi tuendo prædicta dicas, q̄ postquam ibi semel dixerat tex. ciues cuiusque ciuitatis di ci municipis, semper facienda est illa relatio, ita vt cñ postea dicit Campanus, Illiensis &c. debeat intelligi, scilicet cuius.

Vel etiam dici potest, q̄ non sequitur, Campanus importat municipem, ergo omnem municipem (vt sic etiam solum habet 24 tem domicilium) comprehendit. † cum municipes sint aliqui ratione originis, aliqui ratione domicilij, & receptionis, vt etiam s. terigi. Limita tamen prædicta, nisi ratio subiectæ materiæ exposcularet, vt sub verbo Perusinus, & similibus etiam habentes solum domicilium comprehendantur, puta si diceret lex, q̄ prætor Perusinus pupillis Perusinis tutorem constituat. Cum enim tunc ratio dandæ tutelæ sit eadem in omnibus, dabitur tutor etiam habentibus solum domicilium, arg. l. i. j. de tut. & cur. da. ab his. Et ita voluit hic Claudius, licet non exprimat in 2. col. dum post Ale. allegat. l. i. Sed vterius considera, quia vñ, q̄ immo plus sit dicere de Perusino, quam Perusinus, vt vñ probari in l. si possessor. s. ait Senatus. in ver. sed si vendidit, cum ver. seq. prout ibi not. Bar. s. de petit. hæred. Et licet Bar. ibi teneat, q̄ immo ista verba idem important. tamen non responder ad illum tex. per se notatum, vt vt s. Vnde potest forte responderi, q̄ illa verba, ex hæreditate in illo tex. latius capiuntur, quia (vt videtur ibi velle Ang.) intelliguntur, vt dicatur res ex hæreditate, quæ in hæreditate est inuenta quæ tñ nõ est hæreditaria, nisi erat in dominio decedentis.

45 † Vel potest dici, quod subtiliter considerando verbũ, ex hæreditate, & hæreditaria idem importat, id est rem, quæ erat in bonis defuncti, sed in hoc differit, quia vnum, præsumitur aliud esse probandum, quicquid. n. inuenitur in hæreditate, præsumitur fuisse defuncti, & sic potest dici, & res hæreditaria, & res ex hereditate. Et si lex loquitur de re hæreditaria, probandum illud esse, sed si de re ex hæreditate, ita præsumitur, si modo in hæreditate inuenta sit.

Et q̄ aliàs non sit differentia, patet, quia si constet, q̄ non fuerat defuncti, non tenebitur bonæ fidei possessor, vt patet ibi in ver. nam & Iulianus. Ex quibus patet ex illo tex. non bene notari posse ad propositum nostrum, quod Bar. notabat.

26 † Tertia infertur conclusio, & sit in ordine sexta, & vltima, q̄ representat concessa q̄ Perusinos, vel q̄ homines de Perusio, nõ poterunt exerceri q̄ eum, qui proprio nomine vocatur Perusinus, si aliter non constet, q̄ sit de Perusio, cum Bar. transeunt cõiter 27 Doct. † Sed tunc dubitatur, an exerceri possint q̄ Perusini origine alibi hntem domicilium? hanc questionem mouet hic Imo. & post eum alij remittentes sed ad Bar. in tract. representat. in 2. & 3. q. 7. q. principalis, qui tadem quicquid aliàs dixerit in l. prouinciales de verb. sig. determinat, q̄ q̄ eum exercerentur, & capi poterit ex duobus. Primo quia licet alibi habitet, originem tñ non 28 mutat, nec mutare pot. l. assumptio. in prin. j. ad munic. † Secundo in hmoi casibus pp culpã aliquorũ tota gens, et innocens, in aliqua ciuitate plectitur. c. dñs noster. 2. 3. q. 2. Et per istã rationẽ, quam ibi sentit Bar. & clare ponit in eo tract. in 4. q. 6. q. princ. rñ detur ad illud, qd ipse Bar. dixit in d. l. prouinciales, dñ dicebat, q̄ representat videntur concedi pp delictum populi, vt per eum.

Restrigitur tñ ista conclusio per eundem Bar. in loco prædicto, quando iste alibi habitans, Perusij, & sic in loco originis munera subiret, vel per se vel per alium, puta filium, fratrem, vel aliũ tunc, n. ex eo diceretur verẽ municeps. l. i. j. ad municip. Vbi ait nullo modo munera subiret propter prædictas representatias capi non posset, & cum ista declaratione Bar. est communis opinio Doct. super hac vtili, & frequenti materia multa scribunt, licet (vt inquit Alex.) impertinentia ad materiam nostram, vnde, vt magis vtilia completar, aliquibus dimissis, facias breuiter tres conclusiones.

29 † Prima sit, q̄ alibi habitas, si in loco originis p se munera subijit, puta Perusinus Paduæ habitas, poterit capi mediatis representatias q̄ Perusinos concessis, & ita tenet ferẽ omnes per superius allegata, quod et tenuit Dec. in l. si eadem, s. de offic. assesso. Quæ conclusio, habita pro vera, limitatur nisi iste habitaret in loco concedente representatias, ita signanter declarat Bar. in d. trac. in 3. q. 7. princ. refert, & sequi vñ hic Alex. in ver. sed si talis, quam quis dicat articulum esse dubium idẽ simp̄r probat d. meus Soc.

Quod ego verum arbitror, si per talem habitationem ille fuerit receptus in ciuem, vel saltẽ sit incola illius ciuitatis, & in hoc proprio casu (si recte aduertatur) loquitur Bart. sed si solum pro tunc habitaret, & non esset cuius, vel incola, prout pot. poni exemplum in scholari, non esset forte discedendum à regula. Nã tunc cessant omnes rationes, quas ibi allegat Bart. & vigent aliæ in prius allegata. Verum tu super istis cogitabis, quia nõ parum dubito super ista principali conclusione, & forte disputando teneri

possit indistincte, q̄ alibi habitans (si ei nihil culpe potest imputari) non debet pati tales representatias, quod abique dubio erit, si prius cepit habitare, quam committeretur causa cõcessarum representatiarum. Et ita post Cy. voluit Pa. de Cast. in l. si eadem, s. de offic. assesso. attento quod loquitur generaliter nõ facta distinctio ne, an subest munera, vel non.

Et ad hoc moueor per rationem Bart. vbi ita voluit in d. l. prouinciales, vt per eum, & supra dixi.

Cui non obstat. d. c. dominus noster. 2. 3. q. 2. quia ibi loquitur de quadam tolerantia, quæ dñ voluntaria, quia .i. tota ciuitas negligenter vindicare, quod improbe factum erat, hic verò munera ex necessitate soluit, & aliud quicquam ei imputari non potest.

30 † Et vltra pro hac opinione moueor. primo, quia quando duæ qualitates concurrunt, diuersa inducentes: illa qualitas attenditur, quæ prodest. l. emancipatum, s. f. s. de Senato. & l. 2. s. si quis palam, s. de iure f. s. Sed in Perusino Paduæ habitante, reperitur qualitas Perusini, s. respectu originis, & Paduani respectu domicilij, & hæc illi prodest, quia secundum eam non poterit capi, ergo, &c. Et si dicatur, q̄ immo debet attendi qualitas, quæ non cet tanquam potentior, iuxta dicta per Bar. in l. si quis in grau. s. f. j. ad Syllan & potentior videtur, attento, quod vltra originem munera soluit Perusij. Respondetur, q̄ immo potentior est causa domicilij, vt patebit in seq. argumento. Et quod soluat onera in proposito non debet considerari, nec qualitatem per se debiliorem potest facere potentior quia scilicet soluitur ex necessitate. Non enim quod ex necessitate sit, debent aliquem grauare, sed potius ex eo quis debet excusari, argumento l. si fideiusor s. si necessaria, supra qui satisfacere cogantur.

31 † Secundo, quia verbum, Perusinus, in proprio eius significato, & in dubio capitur pro habitante, & domicilium habente, iuxta no. per gl. in ver. vnam dietam. in fi. in c. statutum, s. cum vero de ref. lib. 6. dixit Pet. de Anch. in conf. 4. 7. ista sententia, &c. & Ant. de But. in conf. 2. 1. viso puncto prop̄ fi. & Dec. in d. l. si eadem de off. assesso. Et propterea concludit Pet. de Anch. in d. conf. q̄ statutum loquens de Ianuensibus, intelligitur de habitantibus domicilium habente. Vnde cum in proposito agatur de interpretatione illius verbi, Perusinos, q̄ duos representatias sunt concessæ, debet 32 intelligi de habitantibus Perusij, † maxime quia talis concessio velut odiosa debet stricte, & proprie intelligi. c. 1. de inu. libr. 6. Sed dicit aliquis, q̄ gl. in d. s. cum vero, in casu suo bene loquitur ratione subiectæ materiæ, quia non bene conueniret, quod ibi locus originis attendere, & hoc est, quod voluit Alex. hic in 3. colum. vers. hæc tamen vera, vnde non debet illud trahi ad casum nostrum.

Ad hoc tamen responderi potest primo, q̄ immo licet gl. illa loquatur respectu vnius casus, tamen in suis verbis generaliter loquitur. Vel secundo dico, quod etiam isto casu ratio subiectæ materiæ representatiarum, propter eius rigorositatem, & quia est odiosa idem requirit, vt sic verbum Perusinus, capiatur in potiori significato, & vt minus lædatur ius commune per talem concessionem.

Et propter hanc rationem posset forte dici, quod merus incola in ciuitate Perusina, nulla subiiciens munera alibi ortus, non posset capi, prout etiam videtur velle Bar. in dicto tractatu in prima. q. 7. q. principalis, de quo tamen nunc non disputo.

33 † Tertio facit in argumentum s. pavonum. In fi. de rerum diuis. vbi propter accidens consuetudinem, & præsentem modum viuendi receditur ab originali natura, & à regula secundum naturam statuti. Et ita ad hoc allegat illũ tex. Bal. in c. r. s. r. de for. fi. de prop̄ fi. in vsibus feudorum, licet non sic declarat, vbi etiam facit fundamentum s. factum, de attendenda qualitate, quæ prodest, licet non alleget iura s. allegata. Sic ergo videtur dicendum in proposito. Ex his ergo concludendum videtur, istum Perusinum, Paduæ habentem domicilium, capi nõ posse, ea potissima ratione, quia nihil culpæ ei potest imputari.

Sed adhuc videtur vrgere, dicto cap. dominus noster, nam, & in se potest considerari, quod in ciuitate, & gente illa aliqui reperiantur, quibus nihil culpæ ascribi possit, & qui volentes non possent vindicare, & tamen ibi dicitur, quod tota gens, & tota ciuitas plectitur.

Veruntamen tuendo prædicta, respondetur, q̄ ibi culpa est in vniuersitate, & contra eam & ciuitatem bellum mouetur, & nõ contra particulares.

Et licet postea particulares homines patiantur, patiuntur tanquam homines de vniuersitate, & ciuitate illa, qui ita considerati vniuersaliter vindicare, neglexerent, vt ibi probatur in vers. sic 34 gens, & ciuitas plectenda est, quæ vindicare neglexerit &c. † Sic ergo patiuntur sub vniuersitate, qui vt particulares pati non possent, facit in argumentum l. quædam, j. de acqui. rer. dom. & l. i. s. de fundo do. Sed in casu nostro representatias non conceduntur q̄ vniuersitatem, vel ciuitatem, sed q̄ particulares quoslibet de vniuersitate, & ita etiam exercentur. Non enim cõceditur, quod capiatur

D. Maria. Soc. Iuni. in Rub.

piatur ciuitas, vel vniuersus populus, sed homines de ciuitate Perusina, seu Perusini.

Remanet itaque conclusio, quod cum concessio repretalium sit odiosa, & strictè interpretanda. d. c. i. de iniuriis, lib. 6. verba illa, quod Perusinos, vt minus lædant, debent intelligi strictissimè, & pro priori modo, vt solum comprehendant habentes domicilium Perusij, attento maximè, quod in eis aliquid culpæ potest considerari, quod non est in alibi habitantibus per prædicta, super quibus cogitabis.

Posita tamen communi conclusione pro vera, limitat eam do minus meus Soc. alijs duobus modis.

Primo, si iste per longa tempora alibi, puta Paduæ, habitasset cum maiori parte fortunarum suarum, vt sic verum domicilium dicitur habere. Nam tunc dicit, quod non poterit capi, licet adhuc munera subeat in ciuitate Perusina, & ita dicit se consuluisse, vt per eum.

Secundo, si domicilium habeat in loco dominante respectu loci originis, vt si ille Perusinus habeat Romæ domicilium quia nec tunc capi poterit, vt per eum.

Qui fortius isto casu, dicit, quod nec tenebitur ad munera suæ ciuitatis, dicens se ita consuluisse, & reperieris hoc in suo consilio centesimo vigesimo nono, Præstantissimi Iurisconsul. p. totum, & hoc et ponit in cons. 288. circa primam, & c. 3. colum. cum seq. & idè etiã dicit se consuluisse do. Bulga. conciuus meus in 15. colu. in fauorè cuiusdam de sancto Miniato, qui se Florentiam contulerat ad habitandum, vt per eum. Aduerte tamen, quia ista secunda limitatio videtur dubia. Primo, quia ratio domini mei Soci. non videtur bona, nam licet iste sit ciuis ciuitatis dominantis, non tamen dicitur dominans ipse, sed ipse dicitur subditus, sicut etiam est subdita eius originalis patria loquendo de eo in particulari.

Secundo, quia quo ad ciuitatè concedentè repretalias, non consideratur ista differentia, pone quod contra Pisanos ciuitas Senensis concedat repretalias, non erit differentia, an Pisani habeat domicilium Florentiæ, & sic in loco sibi dominante, an alibi, cum illa dominatio, quod ad Senensès, non consideretur, cogita ergo super hoc.

Secunda conclusio sit (& est ampliatio præcedentis) quod prædicta conclusio procedit etiam, si per alium in loco originis munera subeat, vt per filium, & similes, vt supra dixi, & ita magis communiter tenetur, pro qua conclusione allegatur l. cum scimus. C. de agrico. & cen. l. i. in fin. Et videtur ista conclusio de plar. o. procedere, quando alibi habitans ita per alium munera subit in loco originis, vt ipse tubere videatur, puta, si cum eo communia bona habeat in tali loco vel non habeat, & filius onera subibat. Sed si non datur talis communio, videtur res dubia. Nam licet ille, puta frater istius alibi habitantis, munera subeat, non tamen iste dicitur munera tubere, neque per se, neque per fratrem. Et propterea, videtur, quod contra eum repretalia non debeant exerceri, cum ei nihil culpæ alicui possit, nec verè munera subit.

Nec obli. d. l. cum scimus, quia primo responderi potest, quod ibi erant bona communia, vt ibi videtur velle glo. Verum est, quod ille male recipit istum sensum.

Et ideo secundo respondetur, quod ex eo tex. ad casum nostrum non licet arguere, quia diuersus est casus, diuersi termini, & diuersa ratio decidendi. Inā ibi onera erant præstada, velut ab vno corpore censitorum, & a scriptoribus, & erant onera certa. Vnde si a parte præstantur, perinde est ac si omnes præstitissent, merito ille absens non debet liberari. Præterea ab vno, qui seruauit in casu illius l. totum onus, quod desiderari posset, etiam ab alijs præstitum fuit, vt probatur ibi in versu. cui per patrem omne, quod voluerit accedebat, & c. Nos vero loquimur in casu quo onus, ab vno præstitum, ab eo tantum præstandum erat, & non ab isto absente, cum enim ipse nihil ibi habeat, non tenebatur ad onerationem bonorum fratris. Ex diuersis ergo non debet fieri illatio, vel argumentum per iura vulgaria. Et sunt ista ex mente domini mei Soci. Præterea sicut eundem diu. meum Socinū dici potest quod ille tex. loquitur de conseruatione iuris iam quæsiti, nos vero loquimur de præiudicio noniter inferendo, vt per eum. Tertia & vltima conclusio sit, quod originarius, puta, Perusinus, nec per se, nec per alium munera subiens, in ciuitate Perusij non potest capi propter prædictas repretalias. Ex quo enim munera non subit, non potest propriè dici municipes. l. i. infra ad municipal. & de incol.

Licet cum illa conclusione transeat communis opinio, tamen Ale. in puncto iuris contradicit, volens, quod etiam iste capi possit. Et mouetur, quia licet non sit propriè municipes, tamen dicitur propriè ciuis, quod per consequens saltem lato modo dicitur municipes, vt d. l. i. ibi, sed nunc abusiue & c. Et si non poterit capi tanquam municipes, capi poterit tanquam ciuis, cum n. repretalia quod ciues Perusinos concedantur, & iste sit ciuis, sequitur, quod capi poterit. Dominus meus Socinus defendit communem, quia dicit, quod licet iste possit dici ciuis, non tamen dicitur propriè ciuis, sed impropriè, quod probat, quoniam ad essentiam veri, & proprii ciuis requiritur, quod aliquo modo munera subeat, prout est de intentione Bald. in l. quod fauore. in septima oppositione. C. de legibus. & videtur velle Barto. in dicto tractatu in r. quæst. 7. q. princ. in fine.

Sed considera, quia hoc argumentum negari potest, & concedi, quod de natura ciuis sit, vt possint ei onera imponi, & hoc tamen dicit Baldus in dicta septima oppositione, sed non dicit, quod si realiter non subij, non dicitur ciuis, & in proposito fatebor, quod licet iste realiter non subeat, possent tamen sibi onera de iure imponi Bart. autem in dicta prima quæstione, solum dicit, quod Forensis non fit ciuis, nisi ad munera recipiatur.

Mouetur tamen Socin. ex alio, quia si iste dicitur ciuis nudo nomine, & per consequens non debet in hoc considerari argumento l. secundæ. §. sed si sint, infra ad Tertulianum, & eorū, quæ dicit in simili Bal. in rub. C. si a non competet. iudice.

Facit etiam, quia quando consideratur persona simpliciter per se, non procedit, quod consideretur origo, puta si lex loquatur de iniuria illata Perusino, Sed quando persona consideratur propter aliquod extrinsecum, puta, vt collectari possit, & in proposito, vt capi possit, tunc sola origo non sufficit, nisi etiã sit accidens propter quod dispositio videtur facta.

Sed aduerte, quia pro opinione Alex. facit primo, Nam princeps efficitur debitor illius, cui iustitia denegat, sicut Bar. in dicto tractatu in secunda quæstione, primæ quæstionis principalis. Hoc posito, dico, quod propter necessitatem licitum est exigere etiam a libera persona, in quam ius habeat debitor meus, iuxta l. pro hærede. §. si quid tamen ibi notatis per Bartolum §. de acquirenda hæredita. Sed princeps debitor eius, cui repretalia conceduntur ius habet in talè originarium, licet munera non subeat, ergo & c.

Secundo facit, quia in dubio attenditur qualitas naturalis, l. q. habet, infra de iute. cum igitur iste, inspecta naturali qualitate sit Perusinus, sequitur, quod debet posse capi. Maximè, cum in eo verificentur verba concessionis, quæ facta est contra Perusinos, & Perusinus importet originarium, vt s. fuit dictum. Sed tuendo communem responderi potest ad primum, quod illud procedit, quando id, quod exigere creditor intendit, tale est quod ita debitori debeat, vt illud petere, & exigere possit, & ita procedit, quod dicitur in d. §. si quid tamen, vbi libertus patrono operas illas debeat, & exigi poterant, nec sufficit simpliciter habere ius in personam, alioquin ibi a liberto totum debitum exigi posset, quod nemo diceret, sed in casu nostro iste Perusinus (licet princeps, vel ciuitas ius habeat in eum) non debet hoc ius ciuitati, quod ab eo petitur mediantibus repretalijs, ergo & c. Et sic patet inductio nem, quam facit Bar. in d. §. si quid tamen non esse bonam, & propterea forte dicebat ibi Cuma, quod erat multum a longe, & eam etiã reprobat ibi Alex. licet ratio Alex. non sit bona, vt ibi per Iac. in fin. Ad secundum respondetur, quod procedit, quoniam finis qualitatis naturalis, & accidentalis est idem, saltem in genere, prout in d. l. qui habet, scilicet prospicere personæ, & bonis pupilli furiosi. Id enim fit tam per tutorem quam per curatorem, licet in aliquo tales prouisiones differant, sed quando finis est diuersus seu diuersus, attenditur potius qualitas accidentalis vt in §. pauonem, in fi. Instit. de rer. diui. Maxime si concurrat, quod qualitas accidentalis proficit, & naturalis noceat, arg. l. emancipatum. §. si. §. de senat. sed in casu nostro finis est diuersus. Nam qualitas originis induceret posse capi, accidentalis vero, quod non capiatur item qualitas accidentalis prodest, ergo illa debet attendi. Nec obstat, quod iste possit dici Perusinus, & concessio sit quod Perusinos, quia, vt ex prædictis constat, debet intelligi contra illos Perusinos quibus quid culpe possit imputari, quod non est in isto, cum non habeat, nec munera subeat. Et prædicta omnia simul considerando, potest firmari ista generalis conclusio, quod habens alibi domicilium ante, si quam iniustitia denegaretur, propter quam repretalia contra Perusinos concessa fuerunt, earum vigore capi non potest, licet sit originarius, Perusinus & etiam ibi munera subeat.

Sed aduerte, quia pro tria conclusione similiter generaliter posita, quod capi possit, etiam, quod munera non subeat aliquo modo. Primo facit, talis concessio loquitur de Perusinis generali verbo, ergo debet in quolibet Perusino verificari, licet non in omnibus sit par ratio, & sumus in odiosis. l. i. §. cum autem, §. de alex. luf. & alex. facit l. cum lege, §. de test. sed iste verè est Perusinus, ergo & c. Secundo facit, quia qui repretaliarū beneficio potest gaudere, conuenit, vt contra eis ligetur. l. secundum naturam, §. de reg. iu. Sed isti originario per suam ciuitatè Perusina possunt concedi repretalia. Bartol. in d. tract. in §. q. prin. ergo & c. Tercio facit quia plus originarius, quam incola. l. assumptio. §. filius, ad municip. l. libertus. §. præscriptio, eo. tit. sed incola capi potest. Bar. in d. tract. in §. q. prin. ergo fortius originarius, etiam quod munera non subeat.

Pro quo vltimo facit, posita tamen communi opinione, quod subiens munera capi possit. Nam fortius videtur, quod iste, cum, si non subit, hoc fit ex contumacia. secundum Bar. in d. tract. in §. q. 7. q. princ. & sic ex delicto, vnde non debet esse melioris conditionis, quam non delinquens. l. non solum, & ibi glo. ff. de noxa. & §. si in Auth. de resti. & ea quæ par. col. 4. Et defendendo istam partem considera, quod talis concessio potest dici facta non simpliciter, vt Perusini culposi patiantur, sed vt ciuitas videns suos

pat,

pat,

pati, moueatur, vt iustitiam faciat, vt sic sui ciues, quos diligere præsumitur, non patiantur, per quam considerationem tollitur præcipuum fundamentum alterius opin. & ad alia facilis erit re ipsio, cogitabis. Et si uis aliam opinionem, quam s. videor firmasse, defendere, ad ista contraria poteris respondere, negando ante omnia præcedentem considerationem, quia lex non sic interpretatur, sed tantum iuxta sitam permissionem, vt scilicet repressalia concedantur, vt puniantur delinquentes, idest quibus potest illa denegata iniuria imputari, arg. l. sancimus. C. de poen. cum sim. Et maxime, quia parum afficitur ciuitas eo, quia iam per longa tempora alibi habet domicilium.

Non obliuimur primum, quia illud procedit, quando ratio disponendi est, licet in vno casu maior, sed hic omnino cessat ratio cum nihil culpe ei imputetur, ergo &c. Ad secundum dicas, quod si munera non subit, possunt denegari, vt per Bar. in dicto tract. in 2. quaest. 5. q. princ. & ita argumentum non procedit, sed si munera subit, dico, quod ratio facit, quod gaudeat repressalijs, cum munera subeat, & isto respectu procedit reg. l. secundum naturam. Sed quod ad concessas contra Perusinos in eo cessat ratio, vt iam dictum est, igitur &c. Ad tertium responderetur, quod quod ad filium, vt sequatur patrem, & quod ad mutationem & honores, verum est quod plus est origo, quam domicilium, sed non sequitur, ergo in omnibus, si maxime ratio suadet contrarium, dico ergo, quod in proposito, plus est domicilium, vt supra sæpe dixi, vide Ias. in l. si arrogator, colum. 1. 9. supra de adop. Ad ultimum responderetur primo, quod non teneo communem opinionem, vel ea posita dico quod licet iste delinquat quod ad suam originariam ciuitatem, & ab ea veniat puniendus, tamen non quod ad ciuitatem concedentem repressalias, quia non subeundo munera suæ patriæ, non fauet, vt sic concedens repressalias quicquam ei imputare possit.

44 † Sed quaeritur vtrum ciuis ciuitatis concedentis repressalias contra Perusinos, si domicilium habeat Perusij, capi possit tanquam Perusinus, vide per Alex. in 4. col. ver. sed quid extra, qui determinat, quod non, ut per eum, cum quo in hoc transeunt d. meus Soc. & alij. Cætera, quæ per Imo. Alex. Aret. & alios hic ponuntur circa hanc materiam, & prædictorum occasione, quia sunt nimis extrauagantia materia nostra, quæ per se satis est onerata, missa facio, videte per eos hic, & in locis, ad quæ uos remittunt.

45 † Denum circa ethymologiam huius nominis infortiatum dicas, vt placet. Nihil enim concludens dici potest, nisi, quod, ita placuit imperatori, qui tamen quis fuerit, & quantæ auctoritatis ignoratur. potest forte dici, ideo sic dici, quia cum sit medium volumen, videtur quasi infortia aliorum positum, quod ideo sit dictum, tu cogitabis, vidisti, quid voluerit Bartol. qui secundam, vel vltimam rationem glo. dicit posse defendi, vt per eum. Et in

46 quantum tenet vitiam, non ex verbis eius, † quod dispositio proprie dicitur, quæ in vltima voluntate fit, & ita videntur tenere Doct. vt per Alex. qui hoc sequendo limitat, nisi ratio subiectæ materiæ non patitur importantiam vltimæ voluntatis, vt in cap. 2. & cap. cum illis §. illis. de præb. lib. 6. ad quod adde opt. text. in §. r. in Auth. vt lic. matr. & auie collat. 8. iuncta glof. Sed aduertendum est, quia teneri potest, quod sui natura importet, tam viventium, quam morientium dispositiones, prout etiã voluit hic Claud. & quod capitur, vel pro vtroque, vel pro altero tro secundum quod subiecta materia patitur. Et dicit Clau. quod in dubio capietur pro vltima voluntate, vel in significato potentiori, vt per eum, quod mihi non satisfacit, quia non video, quare vna significatio, sit potior alia. Et tenendo hoc contra Clau. sequitur, quod ista vltima ratio glo. non bene procedit, & vt verum fatear credo, quod glo. somniauerit istam vocem caldeam istius significationis. Capi 2. quaest. Bar. & ex dictis eius habes

47 primo, † quod volumen hoc non in tres partes vt dicit glo. sed in quinque diuiditur, vt per eum. Considera, quod licet glo. non ita expresserit, non tamen ab hoc dissentit. Nam gl. in 3. par. quæ facit de materia testamentorum ponit contineri qualiter succedatur, tam ex testamento, quam ab intestato, sic generaliter loquendo, vt etiam tractatum bonorum possessionis comprehen-

48 dat. † Secundo habes, quod nomen semper à potentiori parte sumendum est, de quo alias dixi in l. r. in princ. infra de ver. obli. post Alex. & Ias. ibi.

49 Ex dictis Bar. in r. eius opp. collige tres conclusiones. † Prima sit, quod quicquid edendum est, à capite edi debet, sicut enim in ciuile est, nisi tota lege perspecta &c. l. inciuile, supra de legi. intelligendo de eo, quod sequitur, ita enim de eo, quod procedit vsque ad caput, de quo tamen uide in §. edi. alleg. per Bar. & 50 intellige secundum ea, quæ infra dicam. † Secunda conclusio est, quod iurisconsulti ius hoc Digestorum in ista tria volumina diuiserunt, gratia commodioris lecturæ, & vsus. Fuisse enim liber nimis magnus, si totum ius Pandectarum vno volumine fuisset clausum, & nisi sic diuisum in ista tria volumina, prout fuit, fuisset vnus liber nimis paruus, & alius nimis magnus, & ita secundum Bar. tollitur obiectio de l. argentarius. §. edi. supra de ed.

51 † Ex quo nota, quod licet alias editio à capite fieri debeat: tamen

quando aliquid diuisum editur gratia commodioris vsus, iure to leraur. caue tamen, quia dici potest, quod eo casu editio fit à capite, si per actorem præsupponatur facta diuisio. nam vbi erat vnus liber, & illud, quod editur, editur à capite, cum in quo liber membro caput reperitur. Verum hoc non videtur continere in casu nostro, quia hic non fit diuersus liber, sed remanet vnus continens titulum nostrum, & duos præcedentes in ff. veteris, bene verum est, quod sit editio à capite voluminis.

52 † Circa ista considera primo, quod insulse dictum est, iurisconsultos diuisisse ius Digestorum in tria volumina. Nam ab eis hoc ius non est editum, sed a compilatoribus auctoritate Iustiniani, licet ex liberis antiquorum Iurisconsultorum acceptum fuerit. Sed vltra etiam dico, quod nec ab ipsis compilatoribus, aut à Iustiniano fuit facta talis diuisio, solum etenim ipsi diuiserunt ius Digestorum in 50. libros, & postea totum opus diuiserunt in 7. partes, totum tamen hoc ius semper pro vno codice, & vno volumine habuerunt, & ita appellauerunt, ut probatur in l. 1. §. 1. §. ideoque iubemus, & §. fi. C. de vet. iu. enucl. & in §. hæc autem, in proemio Digestorum, & supra etiam dixi. Igitur dicendum est, hanc diuisiōem factam fuisse à primis nostris doctoribus, uel à scriptoribus, & ea ratione, ut eis commodius vterentur.

Secundo considera circa solutionem contrarij, quod hic 2. 4. liber Digestorum ideo fuit diuisus, vt commodius legi posset, arg. eius quod de fundo dicimus, ut per Bar. Sed hoc reprobatur Alex. & mihi satis placet, quia non fit verisimile, quia iste solus titulus non multum onerasset fructus, nec econtra illi duo tituli ff. veteris multum onerassent infortiatum. immo adhuc remansisset maius volumen ff. veteris, cum ibi essent libri 24. hic uero tantum 15. Vnde hoc modicum minimè considerandum erat, ut per Alexand. & Claud. argum. l. 1. §. sed sciendum, supra de uil. edic. ibi (dummodo meminerimus non utique quodlibet quàm leuissimum efficere, vt morbosus habeatur &c.) Et aliàs dixit Bald. in auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. quod pro modico debito capi non debet vt suspectus, quod pro singulari commendat Roman. in singul. 98. Dic mihi tu habes &c. ut hic refert Claud. qui plura ad propositum congerit, fateor tamen, quod diuisio in tria volumina ea ratione facta fuit, sed non istius libri, & sic si bene consideras remanet contrarium per Bar. formatum insoluitum. Quare Imo. & Ale. post eum respondent, primo, quod dictus §. edi. procedit, quando editio fit à parte parti de aliquo instrumento, & ita fit à persona suspecta, hic uero fit à legislatore, & sic a persona non suspecta: tu dic, quod à legislatore ista editio non fit, vt supra dixi. Facendum tamen est, quod hic non procedit dictus §. edi. euz sua ratione, quia persona, quæ edidi, quæcunque fuerit, caret omni suspitione, & ultra dico, quod hic suspitio considerari non potest, ut de se constat. Vel secundo respondent prædicti, quod dictus §. edi. procedit, quando vna tantum fit editio, tunc enim oportet, quod à capite edatur, sed vbi fiunt plures simul, prout in casu nostro, potest in vna caput contineri, in alia reliquum, prout hic fit. nam iste 2. 4. liber tres titulos habet, qui omnes eduntur, & sufficit quemlibet per se in integrum edi, & dicitur editio fieri à capite, & pro hoc confidero d. §. edi. ibi, vt non totum, &c. Et clarius hoc demonstrando dicas, quod prius procedit, quando nullo modo caput editur, sed tantum modicum, vel finis, hic autem editur etiam caput, licet in diuersis libris, & in d. §. edi. sufficeret etiam edere in diuersis chartis. Ista est vera responsio, quod ad oppositionem Bar. de d. §. edi. nec est præter mentem Bar.

Sed aduerte, quia adhuc remanet dubium, cur istud volumen non inceperit à titulo de don. inter vir. & vxo. vbi est caput libri, uel à titulo, infra seq. vbi similiter est caput libri, & si quid horum contigisset, nemo malefactum iudicaret, immo etiam si inceperisset hoc volumen à titulo de sponsalibus, vbi est caput 21. libri, non damnaretur, maxime quia & tunc ff. vetus remansisset maius infortiatum. Et certè in hac difficultate melior ratio, quæ assignari possit, est, quia sic placuit diuidenti. Non tamen displicet pro persuasua ratione, quod dicit Clau. videlicet, quia hic incipit aliquo modo tractare de materia vltimarum uoluntatum, hoc est de eo, quod fit post mortem alicuius, vt per eum, quod non contingit in duobus titulis præcedentibus, sed agitur in eis de his, quæ inter viuos aguntur absque consideratione mortis.

Vel vltra alios potest dici, & probabiliter, vel cum dotis materia vilis, & necessaria sit, vt ipsa aliquando tractaretur in scholis placuit eam hic ponere, quod forte non contigisset, si remansisset in ff. veteri, cum in eo alia pulchra, & necessariæ materiæ sint quæ leguntur, vt est illa iurisdictionum, & illa contractuum. Et hoc ideo, quia arbitror hanc diuisiōem librorum satis nouam, 53 idest postquam inceperunt scribi gl. † Prius. n. totum volumen Digestorum reperiebatur scriptum in duobus voluminibus, & secundum incipiebat circa finem. l. quærebatur, j. ad legem Fal. in uer. tres partes, vt ibi gl. no. & in memoria adhuc ponit littera magna. Et si tunc dicas, cur non inceperit à tit. de don. inter vir. & vx.

D. Maria. Soc. Iun. in Rub.

vt sic fuisset capituli libri, potest forte dici, quod ex quo propter causam predictam tres libri sponsalia, nuptias, & dotes continent, de quibus in l. 2. §. post tres. C. de vet. iu. enu. erant non simul tradendi, placuit, vt vnus integer ponatur in ff. veteri, videlicet primus, quintus verò ponatur in infortiato, & secundus diuidatur, vt partim in vno, partim in altero sit, & hic noster titulus videtur ita magnus, vt equiparetur duobus præcedentibus cogita-
54 per istis, super quibus non insisto, quia inutilia sunt. † Ex his tamen, quæ supra dicta sunt circa hoc inferit hic Bal. q. si appareant duo volumina rogatum eiusdem notarij, & sermo vnus continuatur cum altero, præpositio indictionis, & Consul in primo posita, communis erit vtrique, si in secundo alia præpositio non reperitur, quia propter illam continuationem pro eodem volumine habentur, & pro hoc est tex. singul. in l. si quis ex argentiariis. §. si initium, supra de eden. Cum Bal. tranfit Alex. exprisè, & alij tacitè. Et subdit Alex. quod non idem crederet in præpositione diei, quia non est verisimile de dot. instrumentis vna die, quæ rogari, vt per eum.

Ex qua ratione potest inferri primò ampliatio ad dictum Alex. vt scilicet idem dicendum sit, etiam respectu vnus voluminis tantum, si in eo essent numerosi contractus, prout ego pluries vidi.

Secundo inferri potest limitatio, vt non procedat, si in duobus libris sint pauci contractus, de quibus sit verosimile notarij vna die rogatum, puta, quia sint contractus longissimi plura continentes, nam tunc propter continuationem secundi libri ad primum, si dies tantum in primo reperitur, erit communis vtrique, maxime, si tales contractus sint inter eandem personas. Cogitabis, ego totum hoc iudicis arbitrio committerem.

Tertia & vltima conclusio sit, quod licet hic non sit caput libri, est tamen caput voluminis, ex quo habes ex intentione Bar. q. quin quaginta libri Digestorum non dicuntur volumina, sed volumina dicuntur ista tria, scilicet verus, infortiatum, & nouum ff.

† Sed dic, quod hoc nomen, volumen, equiuocè capitur. Nam aliquando accipitur pro eo, quod vno corpore ad oculum demonstrabili secundum nostrum usum habemus, & tunc est verum, quod dicit Bar. aliquando verò capitur pro libro proportionali, & tunc etiam isti quinquaginta libri possunt dici volumina, & ita intelligantur iura, quæ dictos libros volumina appellant, vt §. post hos, ibi, tribus librorum voluminibus, &c. & §. sexta, ibi, vni sunt in certæ volumini, &c. in l. secunda. C. de veteri iur. enuclean. §. alterutri in proemio Digestorum, & ex gemino volumine cum similibus. Fateor tamen, quod frequentiori vsu, & in dubio accipietur in prima significatione, vt videtur probari in l. librorum. §. si cui. de legatis tertio.

Ex secunda oppo. quam facit Bar. de l. si constante, infra eodem, collige duas conclusiones.

† Prima sit, quod sufficit rubricam conuenire his, quæ principaliter sub regula, & sub generali diffinitione tradeda sunt, cum enim compilatores, de repetitione dotis tractare intenderent, que pro regula, & generaliter fit soluto matrimonio, de eo principaliter loqui intenderent, posterunt rub. sol. matrimo. & pro his quædam allegat hic Parpal. considerans trinam solutionem quasi ad idem

37 inuenit sub aliquo titulo ponere. In verbis eius non conuenientes ratione alicuius specialitatis denotande, prout fit de d. l. si constante. nam cum sub isto titulo sint poneda plura specialia dotis, & inter alia reperitur illud, de quo ibi, conueniens fuit, vt & illud poneretur, licet rub. non conueniat, quod etiam ex alio potest dici factum, vt scilicet intelligamus aliquando constante etiam matrimonio, dotem repeti, & ne rub. ista nos deciperet. Potest ta-

38 men ista oppositio Bart. aliter resolui secundum Parpal. † quia scilicet toleratur aliquando, quod tex. & nigrum generaliter sit ipso rubro iuxta gloss. in ver. in omnes. in Auth. nullum credent agri. col. 4. & gloss. in ver. simpliciter. in l. r. C. etiam ob chirogra. pecu. tradunt docto. maxime Alex. & Moder. in l. r. supra si cer. pet. ita ergo & hic dici potest, quod ego non improbo, sed dico, quod rectè intuenti idem voluit Bar. cum fateatur lillam si constante, non comprehendi sub verbis rubr.

Sequitur ergo oppo. Bar. de l. si cum dotem. §. si. infra e. ex cuius dictis facias tres conclusiones. Prima sit, quod ad perfectum tractatum pertinet, nedum de re vera, & propria loqui, sed etiam de putatiua, & propterea ponitur ille §. vt per Bar. illud enim putatiuum matrimonium antequam eius impedimentum pateret, pro vero, & legitimo reputabatur, & quod eius causa erat datum pro dote vera, & communiter habebatur. Secunda conclusio est, quod in veritate, quod datum est, non potest dici dos cum sit, quod vbi non est nomen matrimonij, nec dos esse possit. l. 3. supra de iure dotiu.

60 Tertia est, quod illud, quod pro dote eo casu datum fuit, licet dos vere non fuerit, tamen ad instar dotis repeti potest, non quidem per actionem de dote, sed per conditionem ob causam. l. r. C. de conditio. ob causam. Ista conclusio de plano procedit, si ignoratè illicitum matrimonium contrahatur. vt traditur in l. qui contra. C. de ince. nup. Et adeo, vt sola ignorantia iuris sufficiat cum sciè-

tia facti, vt videtur tex. in l. si supra de condi. si. cau. quod perpetuò notabis. Et licet quidam dixerint hoc procedere tantum, quò ad sponsalia, & non si sequatur matrimonium, vt refert hic Alex. & vltra glo. per eum allegatas, ita dixit Sali. in d. qui contra. Ang. Aret. & Tal. in §. si aduersus. Infi. de nup. tamen idem esset, si matrimonium, seu copula sequatur, tenet Abb. in c. & si necesse. De
61 donatio. inter vir. & vxor. † Quando autem contrahentes sciunt factum, & ius, dos non repetitur, sed confiscatur. d. l. qui contra, vt hic per Alex. Sed pro veritate prædictorum indaganda, reuocò
62 in dubium, † vt vtrum mulier contrahens prohibitas nuptias ex ignorantia iuris ignorantia, excusetur ab amissione dotis. Abb. & Alex. vt dixi tenent, quod excusetur, & fuit opi Io. vt refert Abb. in d. c. & si necesse. pro qua opinione, primò facit regul. error. in fi. supra de iur. & fac. ign. attèto, quod si ista mulier dotem non posset repetere, diceretur eam amittere, & sic agitur de re mulieris perdenda, vel ne, igitur iuris ignorantia excusat.

Secundo facit auth. incestas, & in corpore vnde sumitur C. de incest. nup. in ver. talia scièter peccante, requirit enim ille tex. iuriam delinquendi, & loquitur inter cetera de amissione dotis, ergo, &c. Tercio videtur bonus tex. in d. c. & si necesse. secundum secundam solu. gloss. ibi, quam pro vera in se approbat ibi Abb. & alij, quæ est, quod ideo ibi data in dotem non perduntur, quia dans ius ignorabat, vt ibi per Doct. & ita per ista fundamenta disputando, dum Pifis legerem, hanc partem comprobabam. Sed tuentes contrarium ex solutione per me prius data, dicebat per fundamentum, quod cum iam præsupponatur matrimonium illicitum copulatum, non potest fieri separatio, nisi per sententiam iudicis. Ex quo declarabitur mulier ista auctrix sceleris, & sic erit ini quum illam repetere dotem cuius scelere pronunciatum fuerit matrimonium nullum. vt inquit Barto. in d. l. fin. supra de condi. sine causa. Quo sic posito, argumentis meis respondebatur. Ad

63 primum, † quod immo mulier propter iuris ignorantiam non excusetur, nisi in casibus in iure expressis, pro quo (licet non allegatur) videtur l. si. C. de iur. & fac. igno. Sed quòd isto casu excusetur, non reperitur iure cautum, ergo &c. & l. si. C. de conditio. sine cau. loquitur non contracto matrimonio.

Ad secundum, quòd ille tex. non loquitur de amissione dotis tantum, sed de ea cum alijs pœnis, in quibus requiritur iuris sciètia, sed talis sciètia non requiritur in amittenda dote per predicta. Ad tertium dicebatur, illud dictum gloss. non esse verum, &

64 quod in eo. tex. fuit etiam ignorantia facti, † item quòd ex eo non licet arguere, cum habeat plures intellectus, iuxta doct. Barto. in Lin. ambiguo. infra de rebus dubijs. Ego verò tuèdo partes meas dixi in primis fundamentum nihil facere ad propositum, vltra quod non est necessarium, vt dicitur, quia absque iudiciali sententia (loquor in contradicteores) potest dictum matrimonium separari, puta, quòd partes per se, cognito impedimento, si pareatur, & licet etiam eo casu declaratio iudicis requiratur ad euitandas fraudes, tamen si mulier nesciebat iuris impedimentum non potest dici, quòd matrimonium pronuncietur nullum eius scelere. Et si præsupponatur quòd ita sit pronunciatum, iam sumus extra terminos, quia tunc constaret quòd ius non ignorabat, aliàs non diceretur aliquod scelus, vel peccatum commississe

65 deficiente voluntate, † cum peccatum nullum sit, nisi voluntarium, & Bart. in d. l. si loquitur, quan. lo scièter fuerunt incestu nuptiæ contractæ.

Nec responsiones ad argumenta nostra videntur concludentes, nam quòd ad primum dicebam, quòd satis in iure cauetur, ex quo in amissione rei suæ pro regula statuitur, quemlibet excusari, vt d. l. error. in fi. hic mulier agit de amissione suæ dotis, ergo &c. Et cum ille tex. loquatur generaliter, etiam istum casum dicitur comprehendere.

Nec oblt. d. l. si. de iur. & fa. igno. quia secundum gloss. Pau. de Cast. Sali. & alios ibi, intelligitur aliàs, quam quando agit de dā-
66 no vitando, per d. l. error. in fi. † Alioquin mulier esset deterioris conditionis matulo, quod non est dicendum, vt ibi per Doct. Quò ad secundum, quod solutio non tollit argumentum. nam licet ibi etiam de alijs pœnis loquatur, tamè in omnibus requirit sciètia iuris, & sic etiam quò ad perditionem dotis, alioquin ille tex. malè immitteret pœnam amittendæ dotis alijs pœnis, si in ea aliter esset statuendum, quam ibi statuitur, & cum dictis iuribus concordat l. si adulterium cum incestu. §. fratres. vers. nam mulieres in iure errantes &c. infra ad legem Iuliam de adul.

Quò ad tertium respondebam, quod in argumento præsuppono illam opinionem Abb. & aliorum ibi, quæ est, quod illud dictum gloss. fit in se verum, licet litera non conueniant in eo, tñ non facio magnum fundamentum, quatenus verò dicebatur, quòd ibi fuit ignorantia facti, potest dici, quod immo non solum facti, sed etiam iuris sciètia videtur præsupponi, tum quia tex. dicit ob turpem causam, tum quia dicit non debere in commodum cedere, quod deberet in pœnam. Et ita videntur considerare ibi Doc. sed de hoc (vt dixi) parum curo, sed ista opinio ex alijs videatur de iure ve-

67 ra, quod etiam vltra prædicta facit, † quia nunquam habet locum pœna

pœna amissionis iuris nostri, nisi expresse in iure caueatur, vt §. cum igitur in Auth. de non eligendo secun. nubet. collat. prima, tradit Alex. in l. etiam. §. licet, infra eodem. sed hic agitur de pœna amittende dotis, & nō reperitur in iure expresse, ergo, &c. Sed contra eam considerabam ego primo clem. primam. de cōsangu. & affini. iuncta glo. in ver. scienter, quam ibi post Pau. sequitur Card. in secundo contrario, nam si talis mulier excommunicatur, vt ibi, fortius debet dotem perdere, cū minus videatur, auth. multo magis. C. de sacrosanctis eccles.

Secundo per locum a simili, facit l. venia. C. de in ius voc. à pœna enim, de qua ibi, iuris ignorantia non excusat, ergo in simili, nec ab ista.

Tertio facit l. 3. C. eodem titulo, a contrario sensu, vt ibi videtur subnotare glo. in ver. ignorans. Vltimo considerabam rationem, quia si non perderetur dos, facile esset legem deludere, cū 68 semper dicit mulier se ignorasse ius, † cum ex vno pendeat, ei iuranti crederetur, iuxta no. in §. sed iste. Insti. de actio. quod esset 69 contra reg. cap. si ciuitas. cum ibi not. de sent. excom. lib. 6. † semper enim sic debet tex. intelligi, ne per homines deludi possit, vt ibi. Et hanc opi. tenuit glo. & Sali. in d. l. qui contra glo. in §. si aduersus. Inst. de nup. & ibi Docto. sequuntur, vt per Ang. Are. & Ias. ibi, quam tenuit Ioan. And. in d. c. & si necesse, & vt ibi refert Abb. est communis opin. & Ioan. And. allegabat d. l. si. C. de iur. & fac. igno. Sed tamē, si vis tueri, quod supra dixi, poteris adhuc respondere, & ad primum, q̄ immo clem. illa facit pro te, & sic retorqueretur, dicit enim scienter &c. ergo non procedit, si ignoranter & ita tenet ibi Imo. quicquid alij dixerint in contrarium destruentes illum tex. pro quo optimè facit d. auth. incestas. C.

70 de incest. nup. † Præterea dici possent non valere argumentum de pœna excommunicationis ad amissionem dotis, ab illa enim mulier aliquando poterit absolui, sed dotem amissam nunquam recuperaret, quod nedum sibi, sed & Reip. damnum quodammodo inferretur, iuxta l. r. infra isto titu. vnde nimirum, si in ea 71 amittenda strictius proceditur. Prima solu. est melior. † Ad secundum respondetur, q̄ casus sicut sunt diuersi, ita diuersam habent rationem, nam ibi ius, quod ignoratur naturali ratione dicitur inductum, vnde talis ignorantia non creditur, & si ita etiā esset, non admittitur, vt probatur in c. purgatur. §. notandum, in q. 4. & ibi glo. in ver. i. damnabilis. exemplificat in d. l. venia. & ad hoc bene facit l. si adulterium cū incestu. §. r. infra ad leg. Iul. de adul. Sed in casu nostro prohibitio nuptiarum in certis gradibus 72 dicitur iure positiuo inducta, † merito eius ignorantia facilius admittitur, maxime in muliere, vt l. reg. supra de iur. & fac. igno. & dicitur in d. §. notandum, & declarat Imo. in d. cle. r. in 2. col.

73 Ad tertium potest responderi, † q̄ non debet ita argui, cum resultat absonus & contra iura intellectus, iuxta not. in l. 2. C. de cond. infer. & in l. i. §. huius rei. supra de offi. eius cui mand. est iurisd. & ita videtur tenuisse ibi Placen. Vel secundo potest dici, q̄ ille tex. cum sua illatione in sensu contrario procedit, quando cum seruo contrahitur, & ei dos datur, ipse enim nihil habet, vt eam restituere possit, & vt dominus de peculio teneatur, requiritur, q̄ ab ignorante tradita fuerit, nam si a sciente illum seruū, detur, ex quo scit domino quæri, sibi imputabit, non tamen procedet ille tex. vbi libero homini dos detur, & ex alio matrimonium non tenet, cum ipse dotem sibi acceperit, & habeat vnde reddat. Vel tertio, q̄ sensus contrarius non simpliciter debet capi, sed si sciat statum eius, & iuris regulam prohibentem matrimonium, cogitabis.

74 Ad vltimum respondetur, † q̄ sæpe potest ex coniecturis probari scientia iuris, sicut etiam dolus inditijs probatur, licet ex animo pendeat. l. dolum. C. de dolo. Et vbi probari nō possit fateor, 75 q̄ stabitur iuramento eius, sed tñ † lex in iuramento confidens, non credit quemquam ita suæ salutis immemorem, vt velit falsum iurare, iuxta c. fancimus. r. q. 7. & ea quæ dixit Spe. in titu. de excep. §. i. ver. qui. l. si probatur &c. & ita presumptione iuris non fiet legis delusio. Et hanc opi. videtur voluisse Bar. in d. l. fin. in 2. col. & in l. si adulterium cum incestu. 3. col. infra ad l. Iul. de adul.

Sed contra istam opi. videtur d. l. qui contra, in pluribus locis, & d. l. si. supra de condi. sine cau. in ver. neque nuptis, prout ponderat Ias. in d. l. si. 3. col. ver. & licet Bar. vbi ipse tenet contra Bar. vt per eum. Verum tu responde, q̄ immo prout dicit Bart. in d. l. qui contra, loquitur tantum de lucro in eo, q̄ dicit fisco applicandum &c. Et non procedit in dote, neque in donatione propter nuptias, & ita etiam intelligit ibi glo. in ver. liberalitate. Nec obstant ibi illa generalia verba, siue deinceps quoquo modo &c. cū his, quæ ibi præcedunt. Nam, primò dici potest, quòd tantum loquantur de his, quæ ex liberalitate &c. vt ex sequentijs constare videtur, quòd non cadit in dote, quicquid ibi duæ glossellæ dixerint. Vel secundo, & melius, q̄ procedit, quo ad id, vt auferatur ei, qui recipit, quòd primo ibi disponitur, sed non quòd ad inferendum fisco, quòd secundo loco disponitur: id enim tantum procedit in liberalitate, qua donans irrecuperabiliter erat priuatus, sed dos ex causa onerosa, & similiter donatio ppter nuptias,

76 † quæ doti debet fieri æqualis. l. ex morte. cum auth. seq. C. de pact. conuen. & tradens est recuperaturus soluto matrimonio. Et in eisdem terminis intelligitur ver. exceptis &c. in d. l. qui contra. Et (vt puto) ista est vera mens l. & Bar. ad l. si. ibi neque nuptis. Respondetur primò q̄ argumentum a contrario sensu nō debet sumi, quia esset contra iura præallegata.

Vel secundo, q̄ loquitur, quando nulla erat ignorantia, quòd patet, quia aliàs non posset dici turpis causa, quòd videtur cōtra illum textum. Et ex his defenditur ista opi. contra communem, 77 cui etiam non obstat, si dicatur isti mulieri esse imputadū, † quia debeat cōsulere peritiores, iuxta l. in bonorum, j. de bonorum possess. qm̄ respondetur, qd̄ id solum in acquirendis pcedat, put loquitur ille tex. secus in damnis, vt d. l. error. cogita super istis.

Ex quarta oppo. Bar. vsque ad primam q. & ex dictis per eum ad litteram prius declaratis collige quinque conclusiones.

78 Prima est, † q̄ dos semper dicitur tradita viro a muliere, vel parte eius, quòd intellige vel verè, vel saltem iuris interpretatione quadam breui manu, per l. licet. §. r. & l. nuptura. supra de iure dot. & ea, quæ habentur in l. singularia. §. si cert. pet. Et consequenter inferitur, si mulieri soluto matrimonio competit ius ad dotē, conuenienter dici potest non petere, sed repetere. Quando autē extraneus dotem pro muliere dedisset, & mulieri actio non quæreretur fateor, q̄ ab ea non dicitur alicui data dos, sed a dot. ante, vt parte mulieris, cui ex propria prouisione ius quæsitum esset ad dotem repetendā, iuxta §. accedit, in l. vnica. C. de rei vxo. act.

79 Secunda conclusio † sit, q̄ verbum, peto, potest esse genus, omnem petitionem, & repetitionem sub se continens, item etiam potest esse species distincta, & cōgualis à verbo, repeto, vt. l. que libet earum specierum continetur sub verbo, peto, generaliter sumpto tanquam sub suo genere, sicut de nomine, equo, & alijs animalibus dici potest. Idem dicit Bar. de verbo, reddo, respectu dationis, seu verbi do. Et idem per contrarium de verbo, do, respectu verbi, reddo, vt per eum, de quo infra dicam.

80 † Tertia quòd vbi verba ista videlicet, peto, reddo, do, ponuntur tanquam genus, tunc sub eis quælibet eorum species comprehenditur ex propria significatione, & ita potest accipi hic verbum petatur, & tunc expositio fit tantum gratia tollendæ dubitationis, & ad declarationem.

Quarta est, q̄ vbi talia verba ponunt, vt species distincta ab alia specie, tunc si aliam speciem comprehendunt, hoc fit tantum per interpretationem, non ex propria significatione, & ita intelligit Bar. glo. in l. verbum reddendi, infra de verborum signific.

Alia, & quinta conclusio Bar. sit, q̄ ex prædictis inferri potest ad intelligentiam statutorum, & licet ipse nō delectet, voluit dicere, q̄ cum in statutis intelligentia sumatur ex propria verborū importancia, & sic verba propriè capiantur, & non admittatur interpretatio, si verba prædicta ponantur, vt genus, etiam in statutis quamlibet spec. em comprehendent; sed si ponantur pro specie, non comprehendent aliam speciem, quia interpretatio in statutis non admittitur. Circa prædicta omnia, ne in recitandis doctoribus, qui plurima scribunt, tempus conteratur, quatuor considerabis, & virtualiter erunt discussa dicta doctorum. Primò ergo considera circa importantiam horum verborum, an bene loquatur Bar. in secunda, & tertia conclusione, suprapositis, & quidem Ang. Imo. & Ale. sequuntur eum Ias. multa est iudens verba reprehendit in effectu Bar. in duobus. licet confusè loquatur, & videtur sibi contradicere. Primò, quia Bar. videtur defectiuus, q̄ idem debebat dicere de verbo, repeto, vt possit esse genus, sicut dixit de verbo, reddo, cum sit eadem ratio. Secundò in eo, q̄ Bar. voluit, q̄ peto, & do, velut simplicia verba possint accipi, & vt genus, & vt species, vt dixi in secunda conclusione. Nam hoc fecerunt eum videtur falsum, solum etenim verba composita, vt reddo, & repeto, possunt dici genus, & comprehendunt sua simplicia tanquam suas species. Mouetur primò ratione, † quia in verbis compositis consideratur auctio quadam significationis, vt sic aliquid ultra simplicia verba significant, vt videtur pro-

81 bari in l. prima, in principio, supra de positi. † Vnde verbum compositum, ratione illius auctiois, & maioris significationis, dicitur verbum generale, & sic genus dici potest, quia. l. etiam simplex verbum comprehendit, non sic contra verbum, quòd est simplex, & sic minus significans, potest dici genus, vt in eo, quòd est plus comprehendatur, Secundò mouetur multis iuribus. Primò per d. l. verbum reddendi. Secundò per l. cum quidam vxori. de leg. 2. Tertio per l. cum etiam. C. de reb. credi. vbi Bald. not. Quarto per l. primam, infra quorum bon. Quintò per c. primo. de adult. vt per eum, qui concludit, quòd verbum compositum potest esse genus, & etiam species, & quòd est genus comprehendit simplex verbum ex propria significatione. l. semper in generalibus, infra de regu. iur. sed verbum simplex nō potest esse genus, & ideo vbi importat compositum, illud est per interpretationem.

Non obstat, l. amplius non peti. infra rem rat. hab. & l. si decem cum petiero, de verbo. obli. quas allegat Bar. quia licet probent, Mar. Soc. Iun. B 2 quòd

quod verbum, peto, quamlibet petitionem iudicalem, vel extra
comprehendat, non tamen probans, quod importet repetitionem. Con-
sidera, quia illa l. si decem probans, quod importet repetitionem. Con-
sidera, quia illa l. si decem celerius reddatur, &c. si ergo ex parte pro-
missoris dicitur redditio, ex parte stipulatoris erit repetitio, nisi
dicas, quod reddantur, stat pro dantur, cum stipulatio fuerit decem
dari, ut in prin. l. dicitur. Et pro ista opin. Ias. ultra eum bene facit
§. plebs autem. In §. de iur. natu. & videtur text. in l. haeres meus.
in princ. infra de leg. 3. Sed quicquid ipse dicat, eius opin. est fal-
sa in quolibet eius capite, dico enim primo, quod immo verbum
simplex ut Do, & Peto, dicitur habere naturam genericam. Sec-
undo dico, quod verbum compositum, ut Reddo, & repeto, non
potest capi ut genus, ita quod verbum simplex importat ex propria
significatione. Et sunt haec ex intentione domini Bulgar. conciu-
is mei, licet ipse Ias. non viderit.

Et probantur primo, quia compositum non potest esse gene-
ralius suo simplici, ut satis notum est, ut peramo, perlego, & simi-
lia, sed contra simplex potest esse generalius suo composito.
83 † Nam quicumque perlegit, aut peramat, & legere, & amare di-
citur. Non econverso. sicut de homine, & animali dicitur.

Secundo pro his facit l. cui eorum §. primo. de postula. ubi nur-
rus, vel generi appellatione, quae sunt nomina simplicia veniunt
pronurus, & progner, quae sunt composita, & quidem ex pro-
pria significatione, non sic esset contra.

Præterea & tertio, pro prædictis, & contra Ias. quod verbum com-
positum non sit genus, facit l. 3. §. reficere, iuncto §. ait prætor, in-
fra de itin. actuque priuato.

Quarto etiam facit d. l. verbum reddendi, ponderando, quod dicit
recipit, ex quo verbo demonstratur, quod talem significationem
pro se non habet, sed per interpretationem eam recipit, ut etiam
84 ubi gio. voluit, & ita etiam ponderavit hic Lancel. Dec. † Con-
clude igitur, quod verbum simplex potest poni ut genus, prout dixit
85 Bar. quicquid dixerit Ias. † Item, quod compositum non ponitur, ut
genus, & in hoc etiam contra Bar. & sequaces. Et ideo inferitur,
quod si unum pro alio ponatur, erit vel ex propria significatione, vel
ex interpretatione secundum prædicta.

Non obstat fundamentum Ias. Nam ad primum respondetur,
quod immo facit in trium, quia verbum compositum ex propria ei-
significatione solum importat cum illa auctoritate, ut ex prædi-
ctis constat. Secundo ad iura per eum allegata, & ad similia, res-
pondetur, quod intelliguntur per interpretationem per prædicta.

Nec demum obstat §. plebs autem, quem supra pro Ias. allegabam,
quia verè nihil facit. Primo, quia ibi non ponitur verum genus,
nec vera species, ut recte consideranti, & ex his, quae notantur in
86 l. si quid eorum. §. interemptum, infra de l. 2. apparebit. † Secun-
do, quia in populo plebs necessario continetur, non sic in verbo
composito. Nam reddo, non continet per se dare ex sui natura.
Non ergo potest dici genus. Et licet Bar. illud dixerit, tamen non
probat, & iura, quae allegat, loquuntur de verbo Do. videlicet l.
ubi autem. in si. de verbo. obliga. & §. sic itaque. In §. de actio.

Secundo considera quatenus Bar. vult, quod si verbum, quod
potest esse genus, & species, ponatur pro specie aliam specie im-
portabit tantum per interpretationem, & eo respectu fiet exposi-
tio, puta, si peto ponatur ut species, & sic pro simplici petitione,
per interpretationem poterit importare repetitionem, ut in quar-
ta conclusione dictum est. Nam licet cum hoc dicto Barto. tran-
seant Doc. tamen si recte aduertatur, videtur falsum, & incon-
siderabile, prout etiam est de intentione domini Bulgarini, quia
eo ipso, quod praesupponeretur tale verbum poni pro specie, & hoc
constat, similiter etiam constat, quod aliam speciem nullo modo
potest importare, non secus, quam si velimus, quod homo bouem
importet per interpretationem.

Et si quo modo aliam speciem appareret sub tali verbo impor-
tari, non posset dici constare, quod pro specie ponatur, ut recte con-
sideranti apparebit. Sicut gratia exempli, si hoc nomen adoptio,
quod potest poni ut genus, & ut species, ponatur ut species, &
constet, non potest tunc aliam speciem. arrogationem importa-
re. Idem dico, & de cognatione respectu agnationis. Igitur dicē-
dum est, quod quando verbum Peto, vel Do, importat repeti-
tionem, vel redditionem, semper dicitur poni generaliter.

Et si dicatur, ut quidam dicunt, quod potest in aliqua dispositio-
ne constare quod verbum ponatur pro specie, & tamen ex identita-
te rationis decisio procedet etiam in alia specie. Respondetur
primo, quod hoc est difficilis considerationis. Et secundo dico, posi-
to, quod ita contingere possit, non fiet illud per interpretationem
verbi, sed per quandam extensionem dispositionis propter rati-
onis identitatem, iuxta tradita per Doctorem maxime Alex. in l. si
constante. in 9. quaestione, primae partis, infra eodem.

87 † Tertio considera circa expositionem rub. nostrae, quam glo.
Bar. & alij faciunt. Nam licet quasi omnes cum Bart. teneant, quod
si necessaria, tamen Ias. hoc negat, dicens verbum, petatur, simpli-
citer intelligendum. Et quod per talem expositionem fieret iniuria
Iurisconsulto, ut per eum, qui dicit rub. posse intelligi. Primo quia

88 do datur res astatim: in dotem, † quo casu fit emptio. I. quoties,
supra de iure do. quod etiam ante eum dixit Lancelot. Deci. Sec-
undo si daretur res constitens in pondere, numero, vel mensu-
ra, iuxta l. res datae in dotem, eo. tit. Nam utroque casu periculum
est mariti, & tenetur ad aliud, quam acceperis, specialiter loquen-
do, ergo tunc petetur, non repetetur.

Sed ad haec dici posset, quod in primo casu propter emptionem,
quae fit a marito, dicitur datum precium in dotem breui manu. Et
quod ad secundum casum, cum quo etiam primus potest conu-
merari, potest dici, quod ex eo non impeditur, quin dicatur repetitio.
Sic enim iura videntur velle, prout etiam dicit Parpal. qui alle-
gat. l. repetitio, supra de cond. inde. Tu in proposito videas d. l. res
datae in dotem, ubi dicitur, quod restituitur res eiusdem qualitatis,
&c. Unde si restituitur, dicuntur peti.

Præterea contra Ias. dico, quod cum sua declaratio ad rubri. no-
stram non sit generalis, non est tenenda. Et si dicas secundum
Claud. quod istis casibus, licet lex dicat repeti posse, loquitur respec-
tu generis, sed tamen respectu specierum dicitur simplex peti-
tio, prout in simili dixit Bar. in rubri. supra si certum petatur.

Respondetur similiter, quod non est generalis declaratio. Non. n.
comprehenditur quando res inastimata data fuisset, quo casu
nullo respectu potest dici simplex petitio. Alio etiam modo di-
cit Ias. verbum petatur in simplici significatione saluari posse, im-
mo quod non bene fuisset dictum, repetatur, quia secundum eum nu-
quam reperitur, quod datum fuit, si quidem datae fuerunt res in
89 dotem, & postea petitur dos, † & aliud est dos, aliud res in dotem
data. l. etiam. C. de iur. dot. & l. quod dicitur, la. infra titu. primo.

Sed nec istud satisficit, quia esto quod illa differant, de quo j.
dicitur, tamen quod ad dationem, & repetitionem non est differen-
tia. Nam sicut dos datur per dationem rei dotalis. l. dedit dotem,
infra de collat. bon. iuncta d. l. res datae in dotem, ita etiam repeti-
tur, & restituitur per repetitionem, & restitutionem rei dotalis. l.
si alienam, & l. si filiosa. §. si. l. semel mora. l. si marito. §. si. l. Meuia.
§. si. l. si astatimatis. & l. penul. in princ. & §. mulier, infra cod. cum
similibus. Et licet quis dicatur repetere dotem, & ita iura loqui
soleant, tamen res ipsa dicitur repetere res dotales, quas dedit, vel
in specie si astatimatae datae fuerunt, vel saltem in genere, & sic se-
quitur, quod nec ista saluatio est bona. Et ideo concludo, quod
ista expositio, seu maus declaratio dicitur conueniens, & oportu-
90 tuna saltem gratia tollendae dubitationis. † Excepto casu, quan-
do genus reperitur, quia tunc respectu speciei dicitur simplex pe-
titio, licet respectu generis etiam tunc sit repetitio, & illud atten-
di debet, quia reperitur dos, quae in illo genere constabat. Nec
tibi videatur impertinens ita verbum istud exponendo declara-
re, cum iura ipsa videantur ita velle, in quibus saepissime legi-
tur dotem repeti, dotem reddi, vel restitui, ut in l. si cum. §. si
soluta, in l. si filiosa. §. primo & secundo, in l. Titia, infra cod.
in l. si quidem, & in l. filia. C. eo. in l. prima. C. de don. ante nub.
& in l. etiam. C. de iur. dot. cum similibus, & in l. fin. C. de senten-
tiae fin. cer. quanti. ubi respectu eiusdem dotis lex vult utroque
verbo, & peteretur, & repeteretur, & idem etiam reperitur in l.
Meuia. §. fin. infra eo. & in d. §. si soluta, & in d. l. si quidem. Quar-
to & ultimo considera circa statuta talibus verbis utentia, ad
quae ex prædictis inferri potest, ut dixit Bar. vno verbo, & docto.
plurima scribunt. Nam distinguo hanc materiam in duo capi-
ta. Primum sit, utrum si loquatur in simplici, procedant in com-
91 posito. Secundum econverso. † Circa primum, exemplum sit,
si statutum dicitur, quod quicumque petierit aliquid in iudicio
soluat certum quid, an procedat in repetente. Vel si dicitur, quod
vbi quid petitur inter coniunctos usque ad certum gradum de-
beat fieri compromissum, an procedat si quid repetatur vel
in similibus statutis. Et in primis videtur, quod talia statuta etiā
92 in repetente procedant, † quia cum verbum Peto sit genus,
dicitur quamlibet eius speciem sub se comprehendere l. sem-
per in generalibus, infra de regu. iur. Repetere autem dicitur
species verbi peto (ut est dictum) ergo &c. † Solet enim pro
reg. tradi, quod lex, vel statutum loquens de aliquo genere
generaliter procedat in qualibet eius specie. l. prima. §. & ge-
neraliter, supra de leg. praest. l. in fraudem. §. fin. infra de mili-
tari. & §. vulgo quaesitos, In §. de succel. cognat. Et ita simplici-
ter determinat hic Angel. Nec secundum eum obstat, quod
alias statuta debeant strictè interpretari, & extendi, quia isto
casu nulla interpretatio, aut extensio fit, sed potius declara-
tio significationis generalis verbi peto, iuxta dictam l. sem-
per in generalibus. Et ista resolutio videtur procedere, quic-
quid in contrarium dixerit Imo. hic putans statuta non pro-
94 cedere in repetente, morus, † quia cum statuta indefinite lo-
quantur, solum debent procedere in casibus, in quibus eadem
ratio reperitur, iuxta not. per Dy. & alios in rub. de reg. iur. lib.
6. Et in repetente dicebat ipse non est eadem ratio, quia ille
est favorabilior, quam petens, cum ipsi fructus simpliciter
debeantur, non sic petenti. l. videamus. §. si actionem. cum
§. praeced. supra de vsur. cum similibus. Facit l. vnica. C. de
impo.

impo. lucra. describ. lib. decimo. cum alijs per eum allegatis.

Dico .n. quod ad hæc ex prædictis apparet responsio, quia statuta prædicta non loquuntur per verba indefinita, sed videntur generaliter verbo, ita quidè vt succedat regula præall. l. sp. in gñalibus. 95 † Fateor etenim, quod oratio indefinita non respicit ea, in quibus non est eadè ratio, cum illa æquipolleat vniuersali per interpretationem, secundum Barto. in l. omnes populi, in 3. q. 6. q. princ. in ver. vt igitur videamus supra de iust. & iur. & Bal. in cap. ex parte M. colum. penult. de appella. Secus tñ est in sermone generali, 96 † quia ille omnia comprehendit ex sui natura. d. l. semper. & voluit Bart. vbi supra, ita ad allegata per Imo. respondet hic Arc. Et pro opinione Ang. & contra rationem Imol. facit l. prima. §. pen. 97 supra de alex. luf. & aleat. † vbi lex generalis comprehendit omnes casus etiam habentes minorem rationem Alexan. hic pro Imo. plurima adducit, quæ respiciunt secundum caput nostræ disputationis, vnum tamè est, quod pro Imo. facit in hoc primo capite, illud. s. quod verba debent in dubio potius capi in specie, quàm in genere. l. hoc legatum, vbi nota Barto. de leg. tertio. Tradunt canoniste per illum text. in capitulo Rodolphus de rescript. Vnde videtur, quod verbum Peto, solum simplicem petitionem comprehendat, vt sic in specie capiatur, de hoc tamen qualiter procedat infra dicam. Demum Alexan. dicit esse distinguendum, quod aut statutum loquens de petente dicitur fauorabile, aut odiosum, vt per eum.

Sed aduerte, quia in quantum Alex. vult quod in odiosis non fiat interpretatio, & sic, quod talia statuta non procedant in repetente, per c. odia. de reg. iur. lib. 6. & l. cum quidam, infra de liber. & posthu. Nam hoc non videtur sine dubio, quia licet iura illa prohibeant extensionem, seu interpretationem extensiuam, & alias dicatur, quod statuta stricte sunt interpretanda, tamen non reperitur sublatam 98 propria significatio, quatenus proprietas vocabuli importat. † Omnia enim quæ ex propria vi vocabuli veniunt, dicuntur inclusa etiam in pœnalis, licet in aliquo sit minor ratio. l. cum lege. j. de testa. vbi not. Areti. & declarat hic Bulgar. vt per eum. Pro qua etiam facit dicta l. i. §. penultimo. de alex. luf. & c.

Quare latius declarando, quam dixerit Alex. satis tamen ex mente eius dicas secundum Bulgar. quod quoddam est nomen generis, ita quod non reperitur nomen speciei, vt animal, & tunc procedant, quæ modo dixi, vt flex vtens verbo illo generali, licet odio fa, vel pœnalis procedat in qualibet specie etiam quod videatur minor ratio in vna, quam in alia. d. l. cum lege. & d. §. penultimo.

Quoddam verò est nomen generis, quod aliquando reperitur in significatione speciei in eodem sono, vt est Adoptio, Cognatio, Iurisdicctio, & similia, & tale etiam est verbum Peto, vel etiã Do. Nam aliquando generaliter ponuntur, aliquando etiam capiuntur pro specie distincta à repetitione, vel redditione, & sic p. simplici petitione, vel datione. Et isto casu distinguitur, vt per Alexand. quia aut loquimur in materia fauorabili, prout est statutum, quod de petitione facta inter coniunctos fiat compromissum iuxta not. p. Doc. in l. qui se patris. C. vnde lib. & per Bar. in proce. C. & tunc, 99 † quia ratione fauoris ampliandi debet fieri larga interpretatio, verbum Peto, accipietur vt genus, & sic procedet statutum etiam in repetente. Nō tamen ita esset, si generaliter quoslibet petentes statutum compellat compromittere, quoniam, eo casu statutum videtur odiosum potius, quam fauorabile, cum in totum corrigat ius commune iuxta tradita per Bart. in l. si constante, in 9. q. prima partis cum allegatis hic per Alex. & ideo eo casu non procederet statutum in repetente, vt per eum.

Et licet posset super hoc dubitari, an scilicet tale statutum sit fauorabile, etiam generaliter loquatur, vel econtra odiosum, etiam si solum inter coniunctos, si quidem recte intuenti videntur eadem rationes, & vbi velles, quod indistincte esset fauorabile eo quod sit factum pro bono pacis, nihil obstarè, quod sit iuris communis correctorium, quia ex eo non sequitur, ergo est odiosum. 100 † Ista enim simul stare possunt, quod statutum fauorabiliter fiat, & corrigat ius commune, vt consideranti patebit, quam opinio videtur sequi Deci. in l. qui se patris, columna penultima. C. vnde liberi.

Tamen super his non instando, quia non est materia nostra, 101 satis sit ex prædictis firmare, † quod vbi lex, vel statutum, aut aliqua dispositio fauorabilis loquitur de simplici verbo, seu nomine, puta, de petente, procedit etiam in composito, & sic in repetente, eo quod verbū illud in tali dispositione capitur vt genus.

Et pro his optime facit l. i. §. penul. supra de mort. infer. vbi lex loquens in edificante, procedit etiam in reedificante, seu reficiēte, cum simus ibi in fauorabilibus, vt probatur in eadem l. §. inter dictum, iuncta l. sunt persone, supra de religi. & sumpt. fune. & vltra etiam quod ad illum textum dici potest, quod cum concedatur edificatio, quod est plus, fortius dicitur concedi refectio tantum minus.

Hinc eleganter consuluit Alex. in cons. 108. visis his quæ, & c. 3. volumine, quod statutum imponens dominis molendinorum, vt faciant vegetes, seu foueas, dicitur etiam imponere, vt reficiant

ea ratione inter alias, quia. s. tale statutum dicitur fauorabile, vt per eum ibi quarta & quinta columna.

Hinc etiam concludit idem Alex. in consilio quinquagesimo 102 quarto, viso puncto subtiliter formato, quarto volumine, † quod immunitas concessa venientibus ad habitandum in aliquo castro dicitur concessa etiam reuenientibus, vt per eum. Sed caue, quia istud non est consil. Alexan. sed domi. Vincentij Paleotti, quæ tñ omnia intelligas, quando videtur eadem ratio disponēdi in vtroque casu, aliàs secus, vt probatur. & ibi est exemplum in ca. 3. & c. consuluit, de Iuda. vbi lex prohibens sinagogas fieri per Iudæos licet videatur fauorabilis respectu fidei, tamen non prohibet eas refici, & per illa iura Bald. in consilio 202. 4. volum. signantur de 103 terminat, † quod prohibitus facere fortilicium, poterit iam factum reficere, vt refert, & sequitur Feli. in dicto cap. consuluit vbi plures glos. in simili allegat, & hoc submilitat, nisi quid funditus destructum esset, quia tunc, etiam refectio esset prohibita, vt per eum.

Aur loquimur in dispositione odiosa, & stricte interpretanda, & tunc verbum, quod potest esse genus, & etiam species, intelligitur esse positum vt species, argumen. d. l. hoc legatum, & dicto c. Rodolphus, & eorum, quæ tradit Bar. in l. talis scriptura, de leg. 1. Ista reg. ponit etiam Carol. Rui. in l. 4. §. Cato, prima column. infra de verborum obligatio. vbi aliquid dixi, exemplum erit in statuto, quod petens aliquid in iudicio soluat certam gabellam. Nam tunc, quia materia videtur odiosa, & restringibilis, tale statutum non procedet in repetente, ita firmat Alexan. hic, verbum enim petens, accipietur in specie pro simplici petitione, separata à repetitione.

Et hinc sequi videtur, quod gabella quæ debet solui de pfectione instrumentorum, non debet solui de refectioe, vt tradit Anto. de But. in capitulo tertio. de Iuda. & Feli. in capitulo cum accessissent. columna penultima. de consil.

Sed considera, quia potest forte dici quod statuta de soluenda gabella non sint odiosa, sed potius fauorabilia, attento quod sūt ob publicam vtilitatem, & ob publicum fauorem, & licet ex eis resultet grauamen priuatis personis, propter quod videntur odiosa, tamen videntur, quod debeat inspici, quod in eis principaliter agitur. l. si quis nec causam, cum similibus, supra si certū petatur. Et in terminis ad cognoscendum, vtrum lex partim fauorabilis, partim odiosa, dici debeat odiosa, vel fauorabilis, semper inspicitur principalis intentio, disponentis, vt per Ias. post alios in l. qui exceptionem, in prin. supra de condi. inde. super hoc, quia nō est materia nostra, non insisto.

104 Ex prædictis etiam sequitur, † quod licet laycus prohibeatur conuenire clericum coram iudice seculari, tamen non prohibetur eum reconuenire, secundum magis communem opinionem, de qua plenè per Doct. maximè Felin. in capitulo at si clerici, de iudi.

Sed caue, quia etiam ista dispositio nō odiosa, sed fauorabilis videtur, quia. l. fuit principaliter inducta pro honore, & fauore vniuersalis status clericalis, vt habetur in c. si diligenti, de foro cōpeten. & propterea videtur, quod procedat etiam in reconuentione per supra dicta, & ita tenet ibi Barba. columna decimanona, qui idem tenuit in l. 2. §. ex his, decimanona columna. infra de verbo rum obligati. super quo tamè cogita, & aliquid statim dicam. Ex 105 his etiam inferri potest, † quod statutum dictans, vt venientes scho lares soluant certum quid pro matricula, non procedet in reuenientibus vt tradit Alexan. in l. filio quem pater, propè fin. infra de lib. & posthu. Et secundum prædicta videtur, quod procedat l. i. §. si quis edificium, infra de no. oper. nuncia. videtur enim talis nunciatio odiosa, cum prohibeat edificia construi.

Verum est, quod quod ad illum textum dici potest, quod ex eo procedat 106 dit, quia in edicto sit expressa mentio noui operis, † & fulciens vetus edificium non dicitur nouum opus facere, vt ibi dicitur.

Sed aduertendum est, quia contra prædicta facit c. cum inter. in fin. de except. iuncto c. intelleximus, cum ibi not. de iudi. Nam excommunicatus prohibetur conuenire, & sumus in odiosis, & pœnalibus, & tamen prohibetur etiam reconuenire, si vis tueri prædicta potes respondere.

107 Primò, † quod immò excommunicatio nō videtur odiosa, cum sit medicinalis. c. 1. de senten. excommunic. lib. 6. Bar. in l. fin. C. si à non compe. iudi.

Vel secundò, esto, quod simus in odiosis, potest dici, quod eo casu sit speciale propter odium excommunicati, & etiam propter periculum, ne dolo inducat quempiam ad agendum contra se, vt eum reconueniat.

Vel & tertio dici potest, illud esse, quia lex vltra processit expresse ita declarando, vt d. c. cum inter, in fin. pro quo facit, quod nota. glo. in l. quod vero contra, in fin. supra de legi.

Sed vltius aduerte, quia contra hanc distinctionem Alexan. inter statuta fauorabilia, & odiosa, facit primo, contra primum membrum de fauorabilibus, pulchra decisio Specul. in titulo de stat. mona. §. i. verficulo trigesimo septimo, dum vult, quod Mar. Soc. lun. B 3 annus

annus datus intranti religionem ad profitendum, nō datur reintranti, & tamen sumus in fauorabilibus. Facit etiam illa communis opinio Doctor. in d. c. at si clerici, paulo ante allegata.

Et contra secundum membrum de odiosis facit, quod modo dixi de excommunicato prohibito conuenire, &c.

Nam solutiones, quas ei dedi, non videntur tollere difficultatem. Nam prima non videtur secura, quia dato, quod excommunicatio in se sit medicinalis, tamen dispositio illa ne conueniat, dicitur in eius odium inducta. secunda vero, nihil videtur, quia ea attenda, idem dici posset in qualibet odiosa dispositione, nec illa consideratio doli videtur admittenda, vt ex ea à regula recedamus arg. l. meritò. supra pro socio. Tertia autem facit in trium, quia sicut lex ita illo casu declarat, ita & nos ad instar l. declarare possumus. Quapropter pro resolutione considerabam breuius omnia posse expediri, vt scilicet reiecta cōsideratione odij, vel fauoris, dicamus, aut reperitur eadē ratio in composito, quæ in simplicis, & tunc indistincte procedit statutum, etiam in composito, & ita procedat, quod de excommunicato dictum est, nam cum statutum sit, eum petere in iudicio non posse, nec conuenire, nec reconuenire poterit cum vtroque casu petere, identitas ergo rationis inducit decisionem, de qua in d. c. cum inter, in fi. & secundum hanc cōsiderationem procedit d. l. 1. §. penul. supra de mor. infer. similiter autem secundum hanc cōsiderationē procedant omnia, quæ supra dixi circa primum membrum de statutis fauorabilibus, vt scilicet decisiones illæ loquentes per verbum simplex, procedant etiam in composito, quia reperitur in eo eadem ratio disponendi, vt etiam ibi tetigi. Et propterea simpliciter dici potest, quod statutum, quod petens cogatur compromittere, procedit etiam in repetente, siue statutum loquatur inter coniunctos, siue etiam generaliter, cum semper videatur eadem ratio in repetente, quæ in petente, scilicet, vt pro bono pacis à litibus recedatur, quod si non probes, dicendo, quod immo non sit eadem ratio, quia repetens fauorabilior videatur, indistincte dicā, quod non procedit in repetente, vt modo dicam in sequenti membro, inter quoscunque loquatur, vt sic solum consideretur, an sit eadem ratio, vel non.

Aut igitur non reperitur eadem ratio, sed diuersa, & tunc nec in fauorabilibus statutum loquens per verbum simplex, procedet in composito, & ita procedat decisio Specu. in dicto versiculo trigesimo septimo, & decisio Doct. in d. c. at si clerici, sic est, procedat c. consuluit. de Iuda. & omnia ea, quæ supra dixi circa secundum membrum de statutis odiosis, vt scilicet nō odium, sed diuersitas rationis impediatur dispositiones illas loquentes per verbum simplex habere locum in composito. Sed potest dubitari, quid si ratio statuti non appareat, quia non est expressa, neque potest considerari vnica, cum plures verosimiles allegentur, ita vt ratio non sit certa, & per consequens non potest cognosci, an reperiat eadem ratio in composito, & certe isto casu arbitror tenendam esse distinctionem Alexan. de qua supra. Cogitabis tamen super istis, quæ sufficiant circa primum caput.

108 † Circa secundum vero, quando scilicet dispositio aliqua vtitur verbo composito puta, rescire, reddere, repetere, vel quid simile, & tunc facias reg. quod talis dispositio non comprehendit verbum simplex, pro qua est tex. in l. tertia. §. ait, iuncto §. penult. supra de itin. actus; priu. ex quo enim verba ista composita habent propriam, & specialem significationem dispositio non procedet extra casum verbi, vt d. §. penult.

109 † Et adeo verum est hoc, vt compositum verbum, dispositioni appositum, eam qualificet, ita, vt requirat terminos habiles ad illud verbum, ita dicunt Iac. But. Angel. Fulgo. & Saly. in l. mancipia. C. de seruis fugi. inferentes propter hoc, quod si statuto caueatur, quod qui turbauerit, & vim intulerit in possessione alicuius condemnatur in centum, & possessionem restituat, & aliquis solum inquietauit, non autem possessionem abstulit, non punietur in centum, nec in eo habebit locum statutum, aut aliqua pars eius, solum ex eo quia in tali casu restitutio possessionis à statuto considerata, fieri non potest, & licet Bald. ibi, quem etiam sequitur Paul. de Castr. teneat contrarium, cuius opinio in disputatione esset pulchra, tamen pro nunc aliter non insistant, quia non est materia nostra, vide ibi per doctores.

Fallit ista reg. nisi ratio subiectæ materiæ aliud exposceret, 110 † nam tunc, vt intentioni disponentis seruiant verba, impropriaretur verbum compositum, & haberet significationem verbi simplicis, & ita procedit l. cum quidam vxori. j. de leg. 2. l. cum et. C. de reb. cred. l. Lucius. §. 1. & l. hæres meus. in princ. de leg. 3. l. 1. infra quor. bon. l. qui vxori. in princ. infra de aur. & arg. leg. & c. 1. de adul. cum multis similibus. Et hoc est, quod voluit d. l. verbū reddendi. infra de verborum significat. Recipit enim tale verbū significationem simplicis verbi, & sic per se dandi, quando ratio subiectæ materiæ ad hoc nos inducit.

Hinc sequitur, quod si quis intentat possessorium adipiscendæ, & concludit possessionem sibi restitui, interpretabitur, id est tradi, ita dixit Barto. in d. l. 1. quor. bon. & hic refert Aretin.

Hinc etiam singulariter determinat Bar. in consi. 123. Factum sic se habet &c. quod si inter fratres diuidentes, vnus ab altero fateatur recepisse pro restitutionem dotis suæ vxoris &c. interpretabitur, id est pro datione dotis, & illa mulier, vbi venerit casus, illam dotem, tanquam pro se datam, repetere poterit, & ita proprie dicit Bar. licet Aretin. aliter referat, super quo tamen cogitabis, ego aliter non discuto, quia non est materia nostra.

111 † Et ex prædictis videtur inferri ad q. statuti dictantis, quod maritus restituat tertiam partem dotis, & reliquum lucretur, prout Brixia reperitur, an scilicet procedat, si dos solum promissa fuerat, & nondum soluta, de qua per Sal. in l. i. constante. C. de don. ante nupt. & per Iaso. hic in 3. col. Nam licet in tali dote non cadat restitutio, & sic videatur, quod statutum non procedat, tamē impropriando verbum, restituat, id est dimittat, poterit statutū procedere, prout ipsi determinant, vt per eos, pro quibus vide l. fi. C. cod. vbi dicit ad mulierem reuertatur, & tamen loquitur etiam de dote promissa, & sic illud verbum, reuertatur, exponitur. i. remaneat, licet aliter ibi senserit glo.

Et ista opinio videtur probabilis, eo quod ratio, & mens statuentium videtur etiam in tali casu habere locum, & statuentes vsi sunt verbo, restituat, in speciebus his quæ vt plurimum accidere solent, vt. f. tempore soluti matrimonij dos reperitur marito soluta, cogita tamen. Et pro his vide, quæ dixi supra in secundo not. circa secundum tempus, vbi de hac quæstione feci mentionem.

Caue tñ, quia in prædicta quæstione, non sumus in materia, de qua nunc agimus, videlicet, vtrum verbum compositum possit pro simplici poni, esto enim, quod vera sit opinio prædicta, non tñ verbum, restituere, accipitur pro, dare, est tamen aliqua conformitas, quia sicut nos dicimus verbum reddere, repetere, & similia, præter eorum propriam significationem capi posse pro dare, & petere &c. sic ibi verbum, restituat, potest per interpretationem accipi pro dimittat. Capiō primam q. Barto. post oppo. quæ fit super vi. parte glo. ibi quarto, & vltimo, & breuiter circa eam cum his quæ doct. scribunt, facias pro reg. vnam conclusionem, quæ 112 aliquibus casibus fallit, † Conclusio ergo, & reg. sit, quod quocunque modo matrimonium dissoluatur, procedit titulus noster, & sic sit locus repetitioni dotis.

Fallit primò ista reg. si fuerit pactum contrarium, puta, quod vir lucretur dotem, seruabitur enim tale pactum vt l. prima. l. ex morte, & per totum. C. de pact. conuen. nisi lex ei resistat, vt l. secunda, supra de pact. dotal. & l. prima, infra de dot. prelegat. & l. 3. C. de pactis conuent. quod est quando ipsa viuens ex tali pacto remaneret sine dote, vt dictis iuribus.

113 † Secundò fallit secundum Angel. † quando propter adulterium vxoris, vel aliud eius flagitium, matrimonium dissolueret, quia tunc mulier dotem perderet vt l. cōsensu. §. virum etiam. C. de repud. intellige tamen hoc respectu iuris ciuiliis, quo propter adulterium poterat dissolui matrimonium, & impune vt d. l. cōsensu, sed iure canonico solum potest fieri separatio thori, vt dixi in princ. & nihilominus mulier dicitur perdere dotem, vt tradit in dicta l. cōsensu, & dixit Iaso. in rub. C. de iudi. prima col. & tex. in capitulo plerunq; de donat. inter vir. & vxor.

Sed videt quod hodie de iure ciuili nō perdat dos, nisi ita fuisset factum pactū, vt in auth. sed hodie, & in corpore vñ sumitur. C. ad leg. Jul. de adul. Doct. videntur tenere secundam sol. glo. ibi, videlicet, quod ille tex. procedit, quando criminaliter mulier accusatur, vt per Bar. in d. auth. videlicet. in corpore vnde sumitur. Tu cogita, an dici possit, quod circa dotem per illum tex. nihil alteratur, sed tantū ille tex. loquitur de substantia mulieris, intelligam. l. vlt. tra dotem, cum de dote iam esset statutum eam apud virum remanere, vt in §. quia vero plurimis, in Authen. vt lic. mat. & aui. Et cum ille tex. loquatur generaliter, debet intelligi etiam quando criminaliter procederetur contra mulierem, ad idem eodem modo considerando est tex. in §. & rursus, in Auth. de nup. colla. quarta, nec in eodem volumine correctio est verosimilis, facit etiam, quia cum iure canonico dos perdat d. c. plerunq; de quo solent delicta mitius puniri, perdi debet fortius de iure ciuili, & maxime, quia etiam ex solo recessu vxoris, timore adulterij commissi, perditur dos vt d. c. plerunq; ex quo ostenditur non esse necessarium vno modo magis, quam alio vxorem conuincere, sed satis est quod de adulterio constat.

Nec obstat quod in fin. dicitur ibi de pactis, &c. quia intelligo circa substantiam mulieris, præter dotem, nam & talia pacta possunt fieri in instrumento dotali, puta, quod in casu adulterij vltra dotem vir lucretur tertiam partem (substantia, cogita tamen).

114 † Tertiò fallit secundum Pau. de Castr. quod matrimonij solui captiuitate alterius, quia tunc propter spem posthominij non reperitur dos, allegat l. si quidem. C. eodem, & ita per illum textum dicitur ibi doct. maxime Sal. qui summam illam textum dicit, quod captiuitas vxoris non facit locum repetitioni dotis, sed mors eius naturalis vt per eum. Pro qua opin. alias allegabatur l. si ab hostibus, in prin. j. co. quam allegat glo. in l. si quis sic stipuletur, in versiculo, vel ancilla infra eo, quæ videtur sentire opin. Pau. de

de Cast. dñi in casibus illius leg. exigit mortē per d.l. si ab hostib.

Alex. hoc reprobatur, quia videtur q̄ dictam l. si quis sic stipulet, & ad dictam l. si quidem respondet, q̄ ibi solum dñr, quod frater vt hæres fororis dotem non petet ipsa viuentē, quod bene procedit, quia hæres non est, sed si ille, quod dotem dedit, stipulatus fuerit sibi reddi in omnem casum &c. certe muliere capta, repetet p̄ dictam l. si quis sic stipuletur, nec contradicit d.l. si quidem.

Nec obstat d.l. si ab hostibus, quia respondetur, q̄ ibi refert cōtingentia facti, & dubitatio erat, quia cum illa filia nō decefferit in potestate patris, nec in matrimonio, videbatur, q̄ patri nō daretur repetitio. sed tñ dicitur tex. illo casu contingente, perinde omnia iudicari, ac si nupta, & in potestate patris decefferit, & procedunt omnia hæc per fictionem l. Cornelia, vt ibi declarat doct. maximē Ale. in 2. col. Et ista opinio videtur verior, quicquid sen ferit glo. in d.l. si quis sic stipuletur, quæ in eo nō bene loquitur, quod etiam probatur per illum tex. in fine, dum vult, q̄ in casibus illis tantum veniet, quantum si mors interuenisset, vnde sequitur præsupponi, q̄ mors verē non interuenerat. Et ita defenditur opinio Alexan.

Si tamen disputatiuē vis tueri opin. Pau. de Cast. facias fundamentum in dicta l. si ab hostibus, negādo q̄ ibi ponatur simplex contingentia absque misterio, immo dicas, q̄ lilla loquitur conditionaliter. Et sic vult, non aliās patrem repetere posse, quam si filia decefferit.

Et facit et̄ rō. s. qui pp̄ spē postliminij cōuenit, vt repetitio stet in suspensō, arg. s. si ab hostibus, Insti. quib. mod. ius pat. po. sol.

Non obstat d.l. si quis stipuletur, quia dicas, q̄ facit pro te, sic considerando, nam dicit inspicimus simpliciter ius cōmune, quo cauetur soluto matrimonio dotem reddi, & tunc intelligatur de tali solutione, quæ videatur perpetua, & sine spē refectionis matrimonij, ita vt non procedat per captiuitatem soluto matrimonio. Aut loquitur quando sit facta stipulatio reddendæ dotis, & tunc aut fuit simplex, & idem ac si non esset facta. Et in his casibus procedit opin. Pau. de Castro.

Aut fuit stipulatio non simplex, sed in vi verborum, completens omnes casus soluti matrimonij, puta si quo casu nupta esse desierit, & tunc etiam casus captiuitatis comprehendatur, & ita propriē loquitur dicta l. si quis sic, & certē ille tex. in verficulo. Nam hoc generali commemoratione. innuit contrarium esse, vbi non fit talis commemoratio generalis. Igitur in duobus casibus præcedentibus, vbi talis commemoratio non est, aliud esse debet per illum textum, & hoc modo poteris retorquere contra Alex. cogitabis.

Et licet in disputatione hoc esset pulchrum, mihi tamē magis placet opin. contra Pau. & ista retorsio non videtur concludere, quia ille tex. loquitur etiam, & pariter, si matrimonium soluat deportatione, vt q̄ mulier aliquo alio modo fiat ancilla, tene ergo opin. Alexan.

Quæ comprobatur primō per l. i. C. de repud. vbi in deportatione, remanente affectione maritali, dicitur dotem ideo non repeti, quia matrimonium non dissoluitur, & sic innuitur, q̄ vbi dissoluitur, dos repeti potest.

Secundō per l. in bello. §. medio. infra de capt. & postlim. reuertitur dicitur, q̄ captiui vxor nō est in matrimonio etiam si velit, ergo sequitur per reg. l. 2. titulo nostro, dotem repeti, & cum contrarium non reperitur, dicam standum illi legi generaliter dicti, quod non est in matrimonio.

Tertiō per §. sed etiam captiuitatis, in Auth. de nup. collatione quarta, vbi dicitur q̄ olim ita captiuitate soluebat matrimonij, ac si bona gratia fieret diuortium, quo casu dos repeti, ergo &c.

Quartō facit l. vxores, in prin. §. de diuortijs, ibi eo solo &c. quod ad alia igitur, & sic quod ad dotis repetitionem, non retinetur locus nuptiarum.

Posset tamen ad illum tex. responderi, quod verba illa, eo solo, non sint exclusiua aliorum respectuum, sed potius demonstratiua causæ, propter quam locus nuptiarum retinetur, vt sic dicamus eo solo. i. solum ea causâ &c.

Et ita intelligendo, ille tex. faceret in cōtrarium, tu cogitabis, mihi placet prima declaratio propter alia iura.

Et ex eo secundum primā declarationē singulariter nota, q̄ licet isto iure C. & Digestorū soluat matrimonij captiuitate tñ in vno vires retinet, vt. s. vxor alteri temerē nō nubat, quousq̄ certum sit maritum, licet captiuum viuere.

115 † Hodie autem iure Auth. immutatum est, & decretum, vt indistinctē matrimonia sola captiuitate non soluantur, donec persona capta viuatur, & certum sit, & vbi dubitetur ex tunc post quinquennium debet expectari, text. est in d. §. sed etiam captiuitatis, in Auth. de nup. collatione quarta. Et ex hoc dici posset, q̄ si non dissoluitur matrimonium, nec dos repeti potest. Et ita potest defendi opinio Paul. de Castro. s. de iure Auth. Prædicta procedunt inspecto iure civili, at de iure canonico indistinctē sola morte soluitur matrimonij, vt dixi in prima lectione. Secundo quærit Barto. pro declaratione secundæ glo. qualiter capiat in ista

rub. dictio, quæadmodū, & ex dictis eius facias duas conclusiones.

116 † Prima est, quod dictio ista poni potest similitudinariē, directe, vel per trium, item & interrogatiuē, vt per eum, dicas secundum Doctō. quod potest capi etiā alijs modis, vt descriptiuē, vel determinatiuē, vt si dicam, nunc ostendam quemadmodum diffiniatur. Item etiā ista dictio exponi potest. i. quomodo, vt l. i. C. de eden. capi etiam potest, & alijs modis, vt studiosus inueniet.

Secunda conclusio sit, quod dictio, quemadmodum, in rubr. ista ponitur interrogatiuē, vt per Bar. Melius fortē est dicere, quod ponat descriptiuē, vt voluit Bal. vel determinatiuē secundum Nic. de Neap. Imo. & Alex. quod si rectē aduertatur, cadit in idem.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad esse dotis requiritur quod deseruiat oneribus matrimonij.
- 2 Satis est quod diffinitio conueniat diffinitio quod ad regulam, & communiter accidentia.
- 3 Socer genero donare non potest.
- 4 Compensatio fit de debito ad creditum.
- 5 In diffinitione dotis ponuntur verba propter onera matrimonij.
- 6 Valet pactum q̄ dos oneribus matrimonij non seruiat in utilitatem mulieris factum.
- 7 Pactum, per quod dos, & eius fructus ab oneribus matrimonij separantur, non valet.
- 8 Pactum, q̄ vir non lucretur fructus dotis non valet, nisi e contra mulier promittat subire munerera.
- 9 Contrariorum eadem debet esse disciplina.
- 10 Valet pactum per quod dos minor dicitur recipi.
- 11 Plus operatur, & nocet expressio, quam quod tacite videtur fieri.
- 12 Ex facti narratione non arguitur.
- 13 Dos requirit traditionem veram, vel si Nam.
- 14 Dos solum promissa dicitur dos.
- 15 Idem est dos, q̄ contractus dotis.
- 16 Omnia iura vna & eadem auctoritate vigent, & omnia simul dicuntur vna dispositio Romani iuris.
- 17 Mens præsumpta contrahentium semper debet attendi.
- 18 Vtrum dos promissa sit propriē dos, quod ad vim vocabuli.
- 19 Ad esse propriē dotis, vt per eā mulier dicatur dotata requirit traditio.
- 20 Dos dicitur in quoddam incorporale & vniuersale, differens a re dotali vel in dotem data.
- 21 Expense factæ in vna re, in alia possunt obtineri solū in iudicio vniuersali.
- 22 Trinitalia non sunt multiplicanda.
- 23 Dotis nomine capax est omnium rerum, quæ oneribus matrimonij possunt deseruire.
- 24 Quando sententia dicitur nulla propter ineptitudinem libelli confirmari non potest.
- 25 Verbo relinquo, non trahitur ad institutionem, nisi sit adiectū vniuersali.
- 26 Ius vniuersale per se semper dicitur aptum comprehendere pluralitatem iurum, & rerum.
- 27 Ius in vniuersalibus quomodo intelligatur.
- 28 Dos non differt a rebus dotalibus contra communem.
- 29 Dos & pecunia in dotem data idem sunt.
- 30 Sicut peculium nascitur, crescit, & decrescit, & moritur, ita & dos.
- 31 Dotis diffinitio.
- 32 Sicut valet incerta promissio dotis, ita etiam debet ualere incerta petitio, & sententia.
- 33 Dos incerta uenit certificanda arbitrio boni iuri.
- 34 Tex. in l. si. C. de sen. que sine cert. quant. profer. declaratur.
- 35 Si mulier simpliciter petat dotē sibi absq̄, alia expressione quantitatis uel rerū poterit talis libellus uelut ineptus, & incertus, si opponat reijci.
- 36 Fructus, & accessiones omnes in dote consideratæ ueniunt restituendæ per actionem de dote.
- 37 An dos sit de iure gentium uel civili.
- 38 Vtrum dotis contractus sit nominatus, uel innominatus.
- 39 Dos unde dicta sit.
- 40 Qualitas sine subiecto esse non potest.
- 41 Qui dat, dicitur donare, & uti liberalitate.
- 42 Differentia inter dotem, & donationem.

TERTIA PARS.



ERTIO extra glo. quærit Bart. quid sit dos, ex cuius doct. in hac q. collige (multis dimissis) quæque conclusiones. Prima sit, q̄ ad esse dotis inter cetera requirit, q̄ deseruiat oneribus matrimonij, ita vult Bar. in sua diff. in quo cū Azo. nō discordat. Vñ s̄m mentē vtriusque, qualitercūque diffiniat dos, debet in diffinitione hoc ipsum exprimi, & cū Bar. in hoc trahunt magis cōter doc. Ang. hic trium tenens claudit, q̄ immo pōt dari dos, quæ oneribus matrimonij non deseruiat, vt l. si conuenerit, in si. supra de pact. dota. & l. fin. in prin. j. de except. dol. & ponit exemplum Ange. si turpis mulier, diues tñ, capiat formolum iuuenē, & promittat se subituram alimentorū onus.

Imo. tuendo communem respondet, q̄ licet eo casu vir nō subeat onera matrimonij quod ad alimenta, tamē alia onera suffert, Mar. Soc. Iuu. B 4 vt

ut vestimentorum, & aliorum muliebrium ornamentorum, quae ipse mulieres ex luxu, & pompa appetere solent, de quibus loquitur l. vestis, §. muliebria, & l. argumento, §. ornamenta, j. de aur. & arg. leg. Ista. n. ut experientia docet, ad onus viri pertinent. Hanc, solum reprobatur Alex. quia qui alimenta promittit, etiam ad vestes, illi convenientes secundum personae dignitatem tenetur, allegat l. pen. dicas tu iuncta l. legatis, j. de alim. leg. & quod not. Bal. in l. si maritus in id, infra eod.

Sed tuendo Imo. dici potest, quod iura illa intelliguntur de vestimentis ad vitam necessariis, & tunc secundum qualitatem hominis, &c. ut d. l. penult. & ita videtur velle tex. in d. l. legatis, ibi, quia sine his corpus ali non potest, & ad hoc bene facit doct. Bal. pra. allegata, dum dicit secundum necessitatem deberi alimenta.

Imola vero loquitur de vestibus, & alijs ornamentis non necessarijs ad alimenta, sed quae ex luxu, & pompa fiunt gratia ornatus, ut ex eius verbis apparet, dum dicit vestes preciosas, & ornamenta, & iocalia preciosa &c. patet etiam ex legibus per eum allegatis, quae de talibus loquuntur.

Sed ex alio solutio Imo. non videtur tuta, quia pactum, quod etiam ista ad mulierem pertineant, valeret, ut d. l. si conuenerit in fi. infra dicam.

Vnde Alex. aliter respondet argumento Ang. quia in diffinitione dicitur propter onera matrimonij, ex eo quod ita frequentius contingit, & regulariter, ut l. pro oneribus, cum concordantibus ibi allegatis. C. de iur. dot.

† Satis enim est secundum eum, quod diffinitio conveniat diffinitio quod ad reg. & communiter accidentia, arg. not. in l. omnis diffinitio, infra de reg. iur.

Et hanc solut. licet Alexand. non dicat, posuit ipse Imo. pro al legat. l. nam ad ea, supra de legi. Ias. hoc non probat, primo, quia regu. quod omnis diffinitio debeat conuertere, &c. debet simpliciter intelligi.

Secundo, quia si liceret a regula sumere diffinitionem, diffinitio non diceretur in iure periculosa, contra d. l. omnis diffinitio, ut per eum. Confirmatur per l. i. §. i. de dolo, ubi, si recte aduertatur, probatur contra Imo. & Alex.

Vnde ipse Alex. secundo modo respondet, quod licet vxor se alere promiserit, & ita teneatur, tamen maritus se, & liberos alere, tenebitur, quod respicit onera matrimonij, l. v. q. adhuc. C. de iur. dot.

Sed dic, quod nec ista solu. v. bona, quia valeret pactum, quod mulier omnes alat, ut vniuersa onera subeat, ut d. l. si conuenerit, in fi. prout etiam dixit Ias. nisi ad hoc replicando, respondeas, quod in d. §. si non dicit simpliciter vniuersa onera, sed onera sua, & sic v. quod non loquatur de oneribus, quae mulierem non respiciunt, praeter expressa, ut sunt alimenta mariti, & similia, de quibus ibi nihil dicit, sed ad hoc dici potest, quod alere maritum non v. de oneribus matrimonij, cum & sine matrimonio alendus erat, & quod ibi dicitur sua, potest forte exponi, id est propter se causata, & inducta, & sic propter matrimonium. Et ita constat, quod etiam ista solu. videtur dubia. Quare Aret. & Ias. tertio modo respondent, quod in mo. & in casu Ang. vir onera cum effectu dicitur sustinere, quia conuertit fructus dotis in dotem, nec de eis poterit ex arbitrio disponere. Et ita proprie loquuntur iura allegata per Ang. & ita et respondet Alex. colum. fi. in ver. Et in quantum supra retuli, dicens quod pactum, de quo per Ang. non aliam valet, nisi e contra maritus promittat fructus in dotem conuertere, istam solu. sequitur Claud. & Parpal. & est communiter approbata.

Insignis Doctor Lancel. Dec. hic in 2. col. triu. tenet post Bal. Nouel. ab eo relatum, allegabat Bal. Nouel. l. si quis pro vxore, §. si. de dona. inter vir. & vxor. Et ipse Dec. dicit melius facere d. l. si. in princ. §. de except. dol. ponderando, quod ibi per errorem erat promissa vsura, & sic, si non interuenisset error, peti possent, ut per eum.

Claud. respondet primo, quod error ibi probatur a lege, & satis est. Sed ista solu. nihil est, quia cum tex. conditionaliter loquatur, requirit de errore constare.

Secundo respondet Claud. quod ibi illud pactum sicte fuit factum ante matrimonium, quo tpe non dicitur donatio prohibita.

Sed & hoc nihil est, quia in his terminis proponitur praesens disputatio. scilicet quando ante matrimonium fuit conuentum, & ita Angel. & alij loquuntur.

Igitur ultra Doct. tu clare respondeas, quod requiritur ibi error, ne ex promissione facta ex post, vsura exigantur, si aut post praestita alimenta non per errorem praeterite vsura promitterentur, deberentur, & ita vult ille text. qui proprie loquitur de promissione facta ex post. Immo videtur, quod etiam ex post facta promissio non valeat, quia sceler genero donare non potest. l. 3. §. ab vxoris, supra de dona. inter virum & vxor.

Nisi ad hoc dicas, quod det intelligi tex. in terminis habilibus. v. l. alias valeat, ubi error non adesset, puta, quod filia non sit in potestate patris.

Sed si non fuisset facta promissio, tex. non intendit vsuras posse peti, immo recte intuenti trium sentit. Nam ibi error erat, quia credidit ille homo. rusticanus se tales vsuras debere, ex quo se-

quitur, quod de iure non tenebatur, & propter illum tex. principaliter inclino in hanc partem. Pro qua etiam secundo facit d. l. si quis pro vxore, in fi. quam in trium Bal. Nouel. allegabat ponderando, quod ibi vir, qui patitur vxore frui dote, non dicitur ei quicquam donare. Si non tenetur vir ita pati, vel saltem conuertere fructus in dotem in compensationem onerum, quae vxor ferebat, ita patiendum fieret pauperior, & ita donatio diceretur, & non valeret. l. si sponsus, §. si maritus, il. 2. illo tit. quod esset contra d. l. si quis pro vxore.

Tertio etiam facit idem tex. ponderando, quod ibi dicitur, quod fit compensatio, nam illa fit de debito ad creditum. l. i. §. de compensat. Sequitur ergo, quod ibi vir dicebatur obligatus, & dicas obligatus, vel ad onera matrimonij, vel saltem ad conuertendos fructus in dotem, vel ad patiendum, ut ibi.

Et ex istis concludo secundum communem opinionem, quod optime in diffinitione dotis ponuntur verba, propter onera matrimonij, & pro hoc est optimus tex. in l. si pater mulieris, in fi. §. de iur. do.

Haec de plano procedunt, quando nihil in contrarium expressum se caueatur. Verum si expressum conueniatur, quod fructus dotis viri sint, & vxor onera subeat se suosque alendo, posset dubitari, an tale pactum valeat.

Et primo, quod valeat videtur reg. l. iuris gentium, §. praetor ait, supra de pact.

Secundo probatur argumento sumpto a correlatiuis, nam valet pactum, quod dos oneribus matrimonij non deseruiat in utilitatem mulieris factum. l. Iulianus, §. de iur. dot. & l. si pater. §. i. §. de pact. dotal. ergo etiam debet valere, si fiat in utilitatem viri.

Tertio facit l. quæris §. de pact. dotal. nam sicut ibi valet pactum, quod de fructibus dotis satisfiat creditori mulieris quasi minor dos data sit, sic e contra in casu nostro debet valere, quasi maior dos data videatur, ut sic illud pactum videatur pars dotis.

Quarto argumentatur sic, pacta circa dotes ad voluntatem pertinentia, valent, ut d. l. si pater §. i. sed hoc pactum pertinet ad voluntatem, & potest dici comprehensum in eo tex. in ver. & his similia, ergo, &c.

Sed in trium, quod tale pactum non valeat. Primo ostenditur sic, quod pactum per quod dos, & eius fructus ab oneribus matrimonij separantur non valet. l. cum pater, §. de pact. dot. secundum quod illi tex. declarat Barr. facit l. si is qui §. vbi dos, §. de iur. dot. sed isto casu fructus separantur ab oneribus matrimonij, ergo, &c.

† Secundo, Pactum quod vir non lucretur fructus non valet, nisi e contra mulier promittat subire onera, ut d. l. si conuenerit, in fi. §. de pact. dotal. ergo per trium non debet valere, quod onera subeat mulier, nisi e contra vir vertat fructus in dotem, ut sic trium sit eadem disciplina, iuxta not. in rub. j. de acquir. poss.

Tertio. Inualiditas talis pacti probatur, quia videtur quod bonos mores, & quod leges, nam ex eo inducitur donatio inter virum & vxorem summa ratione reprobata, id aut probatur, quia cum onera matrimonij apud virum esse debeant, & ex fructibus dotis sumi d. §. vbi dos, mulier subeundo onera dicitur donare, & virum locupletiolem facit, ergo &c. l. sed, & si constante. §. tit. 2. & perinde videtur, ac si creditor mariti mulier solueret iuxta l. si sponsus, §. si vxor uiri, eo. tit. Et per hoc argum. patet responsio ad primum argumentum factum in trium. Nec dicas, quod pactum fuit factum ante matrimonium, & sic tempore, quo donatio non dicitur prohibita, quia responderetur, quod effectus confertur in tempus matrimonij, quod sufficit, ut l. quod sponsus, C. de dona. ante nupt.

Quarto facit d. l. si quis pro vxore, §. fin. nam ex quo praesupponitur ibi maritus si ex pacto liberaretur, ei uideretur donari, ergo, &c.

Et licet articulus sit disputabilis, tamen haec vltima pars videtur tutior, & videtur, quod immo tale pactum non sit de pertinentibus merè ad voluntatem, sed potius quod pertineat ad ius, uel saltem participet de utroque, & propterea quatenus repugnat iuri in eo, quod fructus dotis non seruiant oneribus matrimonij, & in eo, quod inducit donationem inter coniuges, non debet valere per praedicta, & ex hoc tollitur quartum argumentum supra factum in contrarium.

Nec obstat secundum argumentum, quia respondetur, quod per pactum illud in d. l. Iulianus, ubi non sit pactum de lucranda dote, dicitur per virum remitti dos. Nam sicut in dicta l. quæris, ut valet pactum per quod dos minor dicitur recipi, ita in d. l. Iulianus, valet pactum, per quod dos totaliter dicitur remitti, cum uir potuisset ab initio sine dote matrimonium contrahere. l. fin. C. de dona. ante nupt. intelligo tamen, quod pactum illud fuerit factum ante contrahendas nuptias, & non post per d. l. quæris. Vel potest dici ibi, tale pactum valere, quasi per illud uideatur minor dos promissa, quod tamen non uideatur securum, ideo tunc prima solutionem.

Ad tertium arg. responderi potest, quod dicta l. quæris, procedit ex eo, quia saltem pro parte fructus dotis deseruiunt oneribus matrimonij, uel quia certum est dimisso illo creditore, quod in totum seruiunt, quae non considerantur in casu nostro, quia secundum illud pactum

partum nec in parte seruirent, aut spes esset, q̄ seruiret oneribus matrimonij, ex diuersitate ergo rei tollitur vis argumenti. Ex his defenditur ista pars. Si tñ disputado vis tenere primã opinionẽ fa-
 14 cias fundamentũ in secũdo, & tertio argu. pro ea factis, q̄bus s. da-
 te soluit, non videntur multũ tutã, esto. n. q̄ in d.l. Iulianus, proce-
 dat quod dixi, nõ vñ tolli argumentũ. Et dicã, q̄ sicut ibi vir d̄ do-
 tem remittere, ita in casu nostro mulier dicatur maiorem dotem
 in effectu promississe, prout in 2. argu. dicebatur, & solutio ad il-
 lud data similiter non videtur tuta, quia sicut in d.l. quæris, valet
 pactũ, non obstantẽ, q̄ fructus dotis separentur ab oneribus ma-
 trimonij saltem pro parte, vel pro aliquo tempore, propter quod
 dicitur minor dos data, ita in casu nostro toleretur talis separatio
 & propter id dicatur maior dos data, prout ab initio poterat, qua-
 si illud pactum dicatur pars dotis.

Et ad allegata in 3̄ium responderi potest, & ad primum, q̄ im-
 mo possunt tales fructus separari ex pacto vt d.l. Iulianus, & d.l.
 quæri, & d.l. si pater. §. 1. modò tñ non sit tale pactũ per quod mu-
 lier fiat indotata, vt si expresse dicatur, q̄ dos constanter matrimo-
 nio non peratur, & ita procedat d.l. cũ pater, & licet etiam isto ca-
 11 sũ tacite videatur quid simile sequi, † tamen plus operatur, & no-
 cet expressio, quã quod tacite videtur fieri. l. expressa nocent. ff.
 de reg. iur. facit l. si pater dotem. §. 1. in fi. de pact. dotal. & ita rectẽ
 intuenti probatur in d.l. Iulianus, in ver. aliu est enim &c.

Præterea in l. cum pater, dos non potest per illud pactum con-
 siderari minor, sicut in d.l. quæris, ex quo nihil vnquam ad mari-
 tum peruenturum est, at in casu nostro dos datur marito, & pro-
 pter pactum censetur data maior, vt supra dixi.

Non obstat reg. d. §. ibi dos, quia procedit, nisi pacto contrariũ
 inducatur, vt ex prædictis patet. Præterea considerando q̄ per ta-
 le pactum dicatur maior dos data virtualiter maritus substat on-
 nera vt consideranti patebit. Præterea dici potest q̄ in d.l. cum pa-
 ter, non probatur, q̄ non valeret pactum, si fuisset expressum etiã
 se mortuo, sed q̄ in dubio sic tex. interpretatur, ne aliã sequatur
 illud indignissimum, cogita tamen, quia non firmo.

Ad 2̄m argumentũ rñdetur negando, q̄ in d.l. si conuerit, illud
 12 dicatur, sed ibi narratur factum, † & aliã ex narratione facti nõ
 non solet argui, vt tradunt Doctõ. maximè Moder. in l. vnica. C.
 qñ non per. par. Ad tertium responderi potest negando, q̄ sit 3̄ bo-
 nos mores, nec ex eo resultat prohibita donatio, quia dicaz, q̄ ex
 quo ab initio sic fuit conuentum, dicitur quodammodo maior dos
 data, & pactum dicitur pars dotis. Pone enim q̄ mihi offeratur
 fundus in dotem, qui cum mihi quid parum videatur, cupiamq̄
 maiorem dotem, conuenio cum vxore, vel petre eius, vt onera ip-
 si sustineant, & ego fundo fruar, certe pactum hoc diceretur pars
 dotis, & sic ego dico maiorem dotem habuisse, quã sit ipse fun-
 dus. Nulla igitur dicitur fieri donatio inter coniuges, sed dicitur
 obseruantia pacti, & promissa dotis.

Vel et pone, q̄ extraneus pro muliere dat dotẽ promittens ipse
 extraneus se subiturũ oĩa onera matrimonij cũ pacto, q̄ fructus
 dotis quarantur viro. Nã isto casu nõ cõsiderabitur donatio inter
 virũ, & vxorẽ sed potius ab illo extraneo esset donatũ viro, puto
 tñ q̄ nulla sit donatio, sed obseruantia pacti, & pmisã dotis, vt s.

Et per hæc etiam patet responsio ad d.l. si quis pro vxore. §. fin.
 quarto loco allegatã, quia dico, q̄ in casu nostro maritus nõ præ-
 supponitur debitor in aliquo, quod ei donari videatur, cum illi
 omnia ex pacto, & dotis promissione debeantur, & d. §. fin. loqui-
 tur, vbi non fuisset sic expresse conuentum, sed tantum, q̄ mulier
 se, suosque pasceret, quam conuentionem si aliud nõ dicatur, lex
 interpretatur, vt illud faciat mulier ex fructibus dotis. Sed vbi su-
 per hoc reperitur expressã conuentio, illi standum est.

Et secundum hanc opin. in diffinitione, non conueniunt ver-
 ba, propter onera matrimonij. Nisi dicas, q̄ diffinitio ponatur,
 16 prout de iure ordinatio dos consideratur. At isto casu ex expres-
 sa conuentione dicitur derogatum iuri ordinario.

Vel potest dici, q̄ etiam isto casu virtualiter dos seruit, quia cũ
 pactum sit pars dotis, iam dos minor est apud virũ, & ita per do-
 tem onera sustinentur. Cogitabis, quia punctus est disputabilis
 mihi alia opinio magis placet, secundum quam de plano in diffi-
 nitione procedunt verba, propter onera matrimonij.

Sed pro alia opinione vltra prædicta videtur d.l. si. de exce. dot.
 in eo q̄ vult valere promissionẽ, si non per errorem facta fuerit.

Potest tamen responderi, q̄ ibi loquitur quando talis promif-
 sio fit ex post, quasi pater tunc videatur genero donare.

Vel dic melius (hoc enim videtur contra l. 3. §. vxoris. supra de
 dona. inter vir. & vxor.) q̄ tale argumentum non procedit, ne res-
 sultet iuris correctio, & hoc ex post facto, sed ab initio nõ valui-
 fet, quia videretur contra leges & bonos mores per prædicta, cir-
 ca quã tamen cogitabis.

13 † Secunda conclusio Bar. est, q̄ dos requirit traditionẽ veram,
 vel fictã, ita vult ipse, dũ in sua diffinitione dicit, traditur, vel pro
 tradito habebitur, cũ Bar. trãseunt doc. magis cõmunit. Ang. tñ
 in l. si prædiorũ. C. ad leg. Fal. & in cons. 180. Premitto ad euiden-
 tiam 3̄ium tenet, q̄ immo vbi solum facta est promissio dotis,

proprie dicitur dos, ita quidẽ, vt dixerit, diffinitionem Bar. nõ esse
 bonã, quia dotẽ promissã non continet, & consequenter non
 conuertitur cum omni suo diffinito. † & q̄ dos promissã dicatur
 dos, probatur. C. de dot. promissio. per totum cum alijs adductis
 hic per Ale. Pro quo benefacit l. fi. C. sol. mat. l. si mulier. §. si dos.
 supra quod met. ca. & l. ad exactionem. C. de dot. promif.

Nec obstat q̄ Bar. dixerit, vel pro tradito habetur. Quoniã il-
 lud ad dotem promissã referri non potest, vt per Ale. col. 8. Et
 vltra cum dic, q̄ ita dixit Bar. propter ea, quã ipse dixit in pri. op.
 2̄tra Azo. de l. promittendo. §. 1. supra de iur. dot. Vnde ipse Ang.
 tertio loco aliter diffinit, dicens, Dos est ius quoddam, continens
 in se datum, traditũ, vel promissum in se muliere vel &c. marito vel
 &c. ob causã matrimonij, vt si dos, & dicunt Alex. & Areti. q̄
 hoc est probabile, & eis satis placet.

Subdit tñ Ale. q̄ opi. & diffinitio Bar. põt defendi præsuppo-
 nendo ex eius mente, quòd dos promissã non sit proprie dos.

Et probatur hoc primò secundũ eum, quia oneribus matrimo-
 nij seruire non potest, cũ non sit soluta, ergo &c. l. si pater mulie-
 ris, in fi. cum similibus, supra de iur. dot. Sed huic argumento re-
 spondet Soc. meus, q̄ non procedit, quando saltem destinatione
 dicitur seruire talibus oneribus, & ita si bene cõsideretur, loqui-
 tur d.l. si pater mulieris, vt per eum. Cũ ergo iura simpliciter do-
 tem promissã dotem appellent, vt iuribus præallegatis, videatur
 quòd possit proprie dos dici.

Secundò Alex. mouetur, quia dos dicitur contractus, qui rei
 interuentu celebratur, iuxta doctrinam Bar. in l. iurifigentium, in
 princ. supra de pact. & sic sumit nomen ab executione, quasi dos
 à dando dicta sit, ex quo sequitur, q̄ dos promissã nõ dicitur pro-
 prie dos, & ita etiam dominus meus Soc. arguit.

Sed videtur posse responderi, q̄ hoc procedit, quòd ad 3̄ctũ, nõ
 quò ad dotẽ, quẽ ab eo differt, cum ex dote 3̄ctus dotis inearur.
 Item & secundò vñ posse dici, q̄ hoc procedit respectu restitutio-
 nis mulieri faciendã, non aut respectu petitionis viri, quã ei so-
 lum competit ante traditionẽ d.l. ad exactionẽ, & per totũ titulũ.
 C. de dot. promif. & ita argu. Alex. & Soc. respondebant quidam
 nouissimi Perusini. Sed tuendo argumentum potest dici circa pri-
 mum, q̄ licet dos, & 3̄ctus dotis videantur diuersã, tñ eo ipso, q̄
 est dos, d̄ etiam 3̄ctus dotis, vnde si 3̄tractus requirit traditionẽ
 ergo, & dos, pro quo videtur casus in l. 1. C. de do. ca. non nu.

Præterea potest dici, q̄ capiendõ dotem vno modo, idest non
 pro ipsã re data, prout capi posse dixi supra in secundo nota. col-
 lecto ex rub. ista dum loquor de dote recuperata in ver. qua pro-
 pter pro ipsius argumenti resolutione, &c.

15 † Idem est dos, quòd contractus dotis, sicut idem est depõsi-
 tum, quòd contractus depõsiti, vt ibi dixi.

Circa secundum potest dici, quòd licet viro deat petitiõ do-
 tis promissã non tamen sequitur ergo est proprie dos, cum hoc
 repugnet vocabulo, sed dicitur dos largo modo, seu cum adiun-
 cto, scilicet dos promissã, & ille dicitur petere dotem, idest, quòd
 futurum est dotis, & pro dote est promissum.

Tertiò mouetur Alex. quia Bar. solum intẽdit diffinire dotem
 traditam, cum isto iure non prius dicatur, ex quo à traditione in-
 cipit, vt per eum. Sed parcat Alex. non parum erat, & primò hoc
 non est credendum, sed potius q̄ Bar. velit dotem diffinire eo iu-
 re inspecto, quòd suo tempore erat seruandum. Præterea licet o-
 lim, idest isto iure digestorum secundum eum nõ ageretur ex nu-
 da promissione, tamen agebatur est stipulatione, si ita dos fuerat
 promissã, & sic saltem eo casu dos promissã, dos dici posset, nec
 enim minus dicitur dos promissã ex eo q̄ interuenit stipulatio.

Præterea et dici põt, q̄ et isto iure digestorũ inspecto, eius cõ-
 pilatione, & auctoritate, cũ fuerit post d.l. ad exactionẽ, põt, dos
 16 ex nuda promissione peti maximè, † quia omnia iura, vna, & ea
 dẽ auctoritate vigent, & omnia simul d̄r vna Romani iuris di-
 spositio, vt l. 2. §. omni igitur. C. de vet. iur. enuc. Quicquid tñ sit
 circa hoc cõcludere vñ Alex. dotẽ proprie non dici, eã, quẽ tantũ
 promissã, & propterea diffinitioni Bar. non est addendũ verbum
 promissum, idem sequitur Soci. meus, & Claud. & dicit do. meus
 Soci. q̄ hoc est vile ad statutorum intelligentiam, vt per eum.

Contrarium tñ tenent Aret. Iaf. & Parpal. & fm Arc. pro eis vi-
 detur casus in l. ex morte, in fi. C. de pact. conuent. vbi dos promif-
 sa continetur in stipulatione de lucranda dote, & tñ in ea debet
 fieri stricta interpretatio, & verba proprie capi debent, vt per eũ.
 Sed illi legi respondet Soc. q̄ ille tex. semper præsupponit dotẽ
 datã, & quatenus loquitur de promissã, respicit principij, hoc est
 dicere, Maritus per stipulationẽ de lucranda dote semper lucratur,
 qñ dos venit restituenda mulieri, siue ipsa per se dederit, vel
 promiserit, vel alius pro ea, ita tñ. q̄ actio queratur. Si igit̄ præ-
 supponitur vxori restituenda, nisi, qui pro ea obtulerit ab initio,
 sibi prospexerit, sequitur clarè q̄ erat tradita. Et pro hoc ponde-
 rant nouissimi Perusini, illum textum ibi, quoniam & alio pro
 ea offerre &c. Nam ista verba secundũ eos arguunt traditionẽ.
 Sed melius facit, quòd ibi sequitur in lucrum suum reposcat, &c.
 & in si. ibi, vt dos prædicta reddatur. Tu breuiter dic, q̄ iste pon-
 derationes

D. Maria Soc. Iun. in Rub.

derationes vñr violare illū textum, cum simpliciter loquatur tā de dote date, quam de promissa. Nec obſt. verbum, offerēte, quia etiam in promissione potest verificari, & verbum, repositat, simpliciter potest procedere, licet dos fuerit tradita, quia mulier repositat ab eo, qui promittit, cum sit obligatus, & ius mulieri sit quaesitum. Et verbum reddatur, respicit, quod verisimiliter futurum erat. Vt traderetur dos per promittentē. Et sic vñr, q̄ ille tex. bene probet opi. Aret. Sed quicquid sit circa illum textum vltra alios hic, dico, q̄ pro eo videtur casus apertus. in §. dotes. in Auth. de nup. collatione 4. in ver. si verò nō contingerit, vbi expresse probatur, pactum de lueranda dote verificari, etiam in promissa, & ita ibi no. Ang. Et ad hoc illum textum allegat dom. meus Soc. in l. de diuisione. j. eo. Præterea hoc probatur per l. Iulianus cum gl. ibi §. de iure dotium. Sed ego argumento Aret. sic roborato aliter responderem, dicendo, q̄ illud pronenit, non ex eo, q̄ dos promissa sit propriè dos, sed ex præsumpta mente contrahētium, q̄ quæ semper debet attendi. l. semper in stipulationibus. infra de reg. iur. Solum etenim ipsi considerauerunt, q̄ si quis præmoriatur, tunc superuiuens lucretur dotem accipiendo pro dote, quod ab eis eius nomine factum esset, vnde cum tñ esset promissa, illam, quod ad eorum conuentionem, habuerunt pro dote.

Vel secundo, & clarius, quod illud est propter identitatem rationis, attendit, q̄ saltem largo modo dicitur dos, & alias vbi est eadem ratio, dispositio procedit, etiam in larga significatione.

Secundo q̄ sit propriè dos probatur secundum Ias. in l. cum post. §. i. ibi, quia dotem habet, §. de admini. tutorum. Item in d. l. si. C. eod. & in alijs per eum adductis, qui concludēdo, q̄ sit propriè dos infert ad statuta de dote lucrāda. vt per eum, & iurius per eum allegatis. Adde optimum textum in l. si pater. C. de collatio. Dic vt infra patebit statim.

Subtilis doctor, & conciuus meus dñs Bulga. col. 1. duo circa hæc dicit, primò, quod illud, quod promittitur, dicitur propriè, & vere dos, capiēdo dotem pro re dotali, nam si promitto fundum, vel centum, fundus, vel centum veram dotem signant, & important, & licet non de præſenti, tamen nihil refert secundū eum, sicut si promitto facere domum, vel dare vinum nasciturū, nam veram domum, & vinum tibi promitto, licet adhuc in rerū natura non sint.

Secundo dicit, q̄ res pro dote promissa cadit in diffinitione Azo. ied salua pace videtur, q̄ in vtroque malè dicat. Primum n. videtur falsum, quia nō dicitur dos, sed pro dote promissum. In eo autem, quod de domo, vel vino dicit, fateor, q̄ ego teneor ad veram domum, vel vinum, sed q̄ antequam fiat, vel nascatur, sit vera domus, vel vinum, falsum est, vt de se patet, sic & in proposito fateor, q̄ teneor ad centum, puta, quæ erunt vera dos, si quando tradentur. Secundum autem eius dictum de se falsum apparet, quia cum Azo in diffinitione dicat, datur, clarum est, promissum non contineri. Ego circa prædicta duo videnda puto, q̄ Primò vtrum dos promissa sit propriè dos, quod ad vim vocabuli. Secundo quid sit circa statuta.

Circa primum breuiter concluderem, q̄ non dicitur propriè dos, cum nondum tradita sit, sed tantum dicitur dos largo modo, vel cum adiuncto dos promissa, vt etiam supra dixi.

Ad esse, enim propriæ dotis, vt per eam mulier dicatur dotata requirit traditio, vt probatur in d. l. i. C. de dot. cau. non num. Pro quo solum vltra Doct. allegaret tex. clarum in l. Titio centū, §. Titio genero, §. de cond. & dem. ibi. Hoc n. & mulieris interest vt incipiat esse dotata, & l. quemadmodum post principium, ibi, tradit §. de iure dotium. & l. de diuisione. in h. j. eo. ibi, idest tradita est possessio. Nec obſt. q̄ ibi appellat constitutam etiam promissam dotem, quia debet exponi, idest promissa, nō q̄ tunc propriè inducatur nomen dotis. facit etiam l. dotale. §. dotale. §. de fun. dot. iuncta l. traditionibus. C. de pact. Probatur etiam ista opinio pulchra ratione. Nam vbi verè & propriè dos est, fructus regulariter pertinent ad maritū, & sunt eius, ita quod si ipse patitur, vxorem illos percipere, dicitur eos donare, & talis donatio dñr iurè prohibita, vt tot. tit. de donatio. inter virum & vxorē, vt hoc probatur in l. pro oneribus. in fi. C. de iure dotium. Sed si dos tantum est promissa, & maritus conuenit, vt fructus sint vxoris, non dñr fieri prohibita donatio, vt l. Iulianus, §. de iure dotiū, ergo sequitur, quod tunc non dicebatur propriè dos.

Nec obſtant iura alleg. per Ias. & mille similia, in quibus dos promissa dos dñr, q̄ procedunt respectu large significationis, vel appellant dotem promissam, & sic cum adiuncto. Sed in §. rium facit l. adoptiuum. §. j. §. de iure dotium. vbi non traditionis, sed promissionis tempus consideratur, & idem probatur in l. vnica, §. accedit. C. de rei vxor. actio. ibi, vel promittuntur, vbi gl. dicit, q̄ etiam allegat d. l. ex morte. in fin. Potest tñ responderi, q̄ bene a promissione oritur obligatio, & non potest tolli, & ab ea, si cetera concurrunt, dñr dos profectitia, vel aduēticia, vt d. §. i. & extraneus postquam promittit, non potest sibi prospicere, quia iam ius q̄ situm est mulieri, vt in d. §. accedit. cū gl. Sed tamen nondum dñr propria, & vera dos, per iura præallegata, & probatur etiā, quia

fructus ante traditionem non sunt dotis, quod esset, si esset dos. l. a marito. §. si. in infra eodem.

Circa secundum de statutis teneo cum Aret. Ias. & seq. q̄ verificentur, & procedant etiam si solum dos promissa sit, si tamē sit considerabilis omnino ratio statuentium, & hoc, non quia tunc propriè dos dici possit, sed quia cum sit eadem ratio, arguitur de propria ad latam significationem. Nulli autem dubium est, dotem promissam dici dotem largo modo, ergo & c. per iura alias §. allegata, sed quia de his statutis satis dixi §. in 2. not. huius rub. in secundo tempore, ab ibi dicta me remitto.

Tertia conclusio sit, quod dos dñr ius quoddam, & sic quid incorporale, & vniuersale differens a re dotali, vel in dotem data, vt per Bar. cum quo tenent Doc. magis cōiter, vt per Alexan. Aret. Soci. Ias. & alios, licet pleriq; §. rium teneant, de quibus §. dicam. Et præcipuum fundamentum Bar. & omnium est l. q̄ dñr, la 1. §. de impens. in reb. dot. fact. & clarius vñr idem probari in l. j. §. sed quod diximus, §. de dot. prælega. quæ iura inducas, vt per d. meum Soc. Et cum eis videtur cōcordare l. si is qui. §. quod dñr, §. de iure dotium. Nam ibi dicitur dotem minui per impensas, non tñ minuitur res dotalis, a iure dotis, ergo sequitur, q̄ dos nō est quid corporale, sed quid vniuersale. Et dicere ad illa iura, q̄ procedunt, si in dotem detur quid vniuersale. prout Bald. & alij quidam dicebant, vt refert Ias. ridiculum est, & nedum est diuinitio, sed quodammodo destructio ad illa iura, cum vt plurimū aliter contingat, & esset ab iuribus ea iura generaliter loquentia restringere ad casum raro contingentem.

Præterea d. l. quod dicitur, & d. §. quod dicitur expresse loquuntur, q̄ fundus erat datus in dotem, & sic nō quid vniuersale, sed quid corporale, & ita etiam intelligitur d. §. sed quid diximus.

Sed Bulgar. subtiliter conatur prædictis iuribus rñdere videlicet, q̄ per impensas diminuitur ius, & nō corpora, quia verum est dicit ipse quod corpora non desinunt in parte esse dotalia, sed p̄tinent diminutio ad vniuersitatē, vt d. §. sed quod diximus, idest ad totalitatem dotis, quia. l. pp̄ expensas minus diceretur esse in dote mediante retentione, q̄ marito p̄ceditur, vt d. l. & §. quod dñr, & pro his allegat l. si fidei cōmissum, §. tractatum, §. de iudicijs. in ver. es. n. alienum, & c. Nam sicut ibi res alienum non ista, vel illa bona, vel certi loci facultates minuit, sed totalitatem facultatum & patrimonij, quia. l. pp̄ res alienum in effectu patrimonium dñr esse minus, ita & expresse tanquam res alienū ipsius dotis faciūt, vt minus sit in dote per retentionē, non aut faciunt rem aliquā desinere esse dotalem. Et sic non procedit ista diminutio ad instar legis Falcidie, quæ singula legata minuit. Sed tñ ad ista, licet subtilia sint, ex mēte d. mei Soc. rñdetur, quod ex eis rectè consideratis nihil infertur q̄ Bar. Nam si dos, & non corpora minuit, corpora aut retinent, sequit, q̄ illud q̄d minuit, & sic dos est diuersū ab eo, q̄d retinetur, & sic ab ipsis corporib. Si igitur dos a corporibus, sequitur, quod dñr quid intellectuale, & vniuersale.

Cōprobatur hoc, quia expresse facte in vna re, in alia possunt obtineri, solum in iudicio vniuersali, ut per Bar. in l. in fundo. §. de rei uen. Sed in dote expresse facte in fundo retinetur de pecunia d. l. quod dñr, & l. diuortio. §. item si messes. §. eo. ita Soc. hic, ad q̄d addit l. si fundus §. si. j. eo. ergo & c. Sed ille text. potius probat §. rium, attēto quod ibi sentit non fieri deductionē de fructibus alterius fundi, vel anni, & sic non de alia re, pro hoc tñ dicto Soc. dicas esse tex. apertum in l. si is qui. §. si. supra de iur. dot. & sic vñr, quod hoc primum fundamentum Bar. remanet firmum.

Secundo pro ista opin. est aliud fundamentum Bar. quia. f. dos fructibus augetur. l. si marito. §. si. j. eo. quod tantum iuri vniuersali, non particulari competit, ut per eum, ergo & c.

Verum huic argumento diuersimodè rñdetur per tenētes §. cōem, & multis dimissis, sedm aliquos sic vñr posse rñderi, quod illud sit speciale fauore dotis, prout habet alias multas prerogatiuas, ut j. l. i. Non autem procedit ex eo, quod sit quid vniuersale ita post Ang. & Bald. Nouel. ab eo relatos declarat Bulga. col. 5. Sed ad hoc replicari possit, quod cū istud non reperitur expresse vñr, non videtur dicendum, q̄ quia non sunt multiplicanda privilegia l. quod uerò cum materia, supra de legib.

Vnde ad argumētū Bar. secundo respondetur, secundum Bal. Nouel. in tract. dotium, quod respectu fructuum perceptorū ante matrimonij res de plano procedit, dicuntur. n. argumētū dotis, quia mulier et eos pro dote vñr dedisse ut p̄ Ias. col. 8. e. a. n. quæ ante matrimonij accedunt, dicuntur dotē ampliare. l. si seruo in dotem. §. de iur. do. Respectu uerò p̄ceptorum solum matrimonio potest dici, quod non fiant dotis, seu res dotales, sed doti accedant uelut pullus equæ. & iō eadē actione ueniāt. Et pro ista op. ultra Bal. Nouel. & alios bene facit l. diuortio. §. ob donationes, §. eod. iuncta l. vnica §. faciat. C. de rei vxor. actio. Cū. n. tales fructus donationis, & amotis retineri possint, vt d. §. ob donationes, sequit, quod non dicuntur dos, aut pars eius, quæ illis causis retineri nō pot, ut d. §. tacet, & istud vñr de intentione gl. si. in princ. d. §. ob donationes. Sed aduerte, quia ista sol. & declaratio ad d. §. si. secū dum d. meum Soc. col. fi. est q̄ illū tex. ibi, habita rōne anni, quo nupta

nupta nō fuisset, nā illa verba respiciunt et tps soluti matrimonij, immo ille tex. in fi. expresse loquitur et de fructibus preceptis soluto matrimonio, & q̄ et illi dicitur dos, probatur ibidē, cū dicitur, q̄ eis nō redditis, dicat reddita dos diminuta, vt p̄ eū. Sed tu p̄sidera, primò dici posse, q̄ immo fructus soluto matrimonio p̄cepti, nō sint verè dos, & hoc per argumētū quod modo feci, sed bene dñr, quasi dos. Quo stāte secido dici p̄t, q̄ d. §. fi. loquatur improprie hoc est respectu quasi dotis, & hoc est ex eo, quia, ex quo sunt percepti soluto matrimonio, & sic tpe, quo nō debēt esse mariti, aequū est eos restitui mulieri, ac si dotales essēt, & ideo, si nō restituitur, vt reddi dos diminuta, & eadē actione peti possunt. Ex hoc tñ non inferitur, q̄ dos sit quid vniuersale, nā & i particularibus reperitur, vt eadē actio cōpetat propter id, quod vltra rem equum est p̄stari, vt l. Iulianus. §. i. j. de verbo. obli. g. & l. etiam, j. de solu. Circa ista vide omnino, quae dicā in fi. huius rub. vbi a multis alijs hāc opinione defendi. Vel etiam & tertio ad argumentum dici potest, quod licet tales fructus augeant dotē, nō tñ sequitur q̄ dos dī quid intellectuāle, separam ab ipsis rebus dotalibus. nam dici potest q̄ dos est nomen collectum, comprehendens omnes res, quae sunt dos vel ab initio, vel ex post, & nō differt ab ipsis rebus omnibus, sed bene differt ab vna ex rebus datis, sicut de peculio similiter diceremus, quod est idē, quod res omnes in peculio consistentes, vt ex definitione rectē intuetū patet quam habes in l. depositi. §. fi. supra de pecul. loquor collectiue sicut nunc de dote dixi. Dicitur ergo vniuersitas facti, vel etiam iuris secundum comprehensā in ipsa dote, prout proprie contingit in peculio.

Tertio pro ista communi opi. facit secundum Bart. quia in dote pretium succedit loco rei, ergo &c. vt per eū. Sed tenentes contrarium respondent, q̄ immo pro regu. non succedit, sicut reperitur in particularibus, fallit tñ ista regu. si simul concurrant cōsentus cōiugum, & mulieris vtilitas, vt est glos. in l. ex pecunia. C. de iur. dot. & de hoc est tex. in l. si ita constante, iuncta l. si ex lapidicinis, supra de iure dot. & vtrūque probatur in l. similiter. in fi. §. de pac. do. & ita debet intelligi l. res quae ex dotali, supra de iure dotum. vt ibi per gloss. Non igitur prouenit hoc, quia dos sit quid vniuersale, & intellectuāle, quia tñ indistinctē illud fieret, & ita si rectē aduertens argumentum potest retorqueri. Et nota, q̄ his duobus interuenientibus, quod in locum alterius succedit, erit vera & propria dos, t̄ cum nomen dotis fit capax omnium rerū quae oneribus matrimonij possunt deferuire. Nō ergo alteratur nomen, q̄ pro re pecunia succedat, vel e conuerso, sicut nec in hē reditate, peculio, vel similibus secundum Bulg. hic §. colum.

Sed quatenus dixi argumentum Bart. posse retorqueri, aduertē dum est, quia do. meus Socinus col. pen. in fi. dicit, q̄ immo pro regu. quia dos est quid vniuersale, pretium succedit loco rei, sed fauore mulieris, & dotis inducūm fuit, q̄ non succedat nisi illa duo interuenierint, videlicet cōsentus, & vtilitas mulieris.

Secundo etiam dicit, q̄ non valet consequentia, pretiū nō succedit loco rei, non sumus in vniuersalibus, quia videmus, q̄ possessor hereditatis vendens quid, nō tenetur vniuersali iudicio familie ercisc. nisi in subsidium. l. i. C. de co. ter. ali. vt per eum.

Veruntamen considera, quia ad ista potest responderi.

Et ad primū, q̄ immo lita constante. l. si ex lapidicinis, quas ipse allegat, & d. l. similiter, potius probant, q̄ fauore mulieris sit inducūm, vt illis duobus interuenientibus vna res in locū alterius succedat, p̄supponēdo regu. in p̄riū, quā, q̄ p̄supponatur regu. affirmatiua, a qua recedatur, nisi illa duo interuenierint.

Ad secundum dici potest, illud esse quia illa regu. non debet interpretari ad damnum domini rei, & propterea remanet ei vōdicatio in d. l. prima. si tñ voluerit ab initio agere q̄ vendit, nō negat ille tex. eum posse, quicquid glos. ibi, & Socin. hic dicat in p̄rium. Hoc tñ non puto securum, quia Sali. & alij in d. l. i. sequitur illam gloss. Propterea vbi non placeat retorsio argumenti, satis nobis est, dicent tenentes q̄ Bar. q̄ argm̄ pro eo non probet. Pōt etiā ad argm̄ principaliter responderi, quia non vñ necessaria cōsequentia, pretiū succedit loco rei, ergo est quid vniuersale, qm̄ & in particularibus id reperitur. l. si ipsa, supra, quod metus cau. leg. Labeo. la. i. ver. item si dominus, infra de verb. signi.

Præterea & quartò pro communi inducit Bart. l. fi. C. de sentē. quae sine cer. quanti. considerando, q̄ si ibi in dote valet libellus incertus, & generalis, sequitur quod dos est quid vniuersale, vt p̄ eum, & licet ibi sententia non valeat, illud est, quia non cōstabat dotem esse datam, nec sententia apparebat data super dote, sed erat omni respectu incerta. Sed ad illam tex. respondetur, quia secidū tenentes q̄ Bar. ibi est casus rotundus q̄ eū, cum ibi nō valeat sentētia, in qua saltē interpretatiue p̄ relationē ad libellū, continetur dos, vel causa dotis, sed quia non continebat certam quantitatem dicitur nulla, ergo sequitur, q̄ non sumus in vniuersalibus.

Domini meus Soci. tenendo Bar. respondet, q̄ sententia incerta, certificata, per relationem ad libellum, tunc validatur, qm̄ illud in sententia exprimitur, vt scilicet ad libellum habeatur relatio. Sed in tacita relatione solum admittitur certificatio sentētia, qm̄

fit ad acta probatoria, ita secundum eum voluit Barto. in l. ait pro. §. i. de re iud. & videtur tex. iuncta glo. 2. in l. i. C. de sen. qua. sine cer. quanti. Certum est enim q̄ in d. l. fi. fuit simpliciter dos petita, & q̄ tenuit libellus, sed iententia ratione suae incertitudinis, & etiam quia nihil fuit probatum de dote, non valet: si igit valet libellus, sequitur verum, quod dicit Bar. Et si dicatur, quod diuinare sit dicere, quod de dote nihil fuit probatum. Respondetur secundum Soci. q̄ immo hoc ibi p̄supponitur in ver. dotē datā liquidā non esse. Et si idē dicatur, q̄ illa sunt verba iudicis, ex quibus bene arguitur dotem datam, sed non quantū, responderetur secundum Alex. q̄ immo sunt verba imperatoris referēdas illud, qd̄ i facto narrabat, nō q̄ aliquid de dote dicta p̄batū esset.

Vel secundò respondetur, dicit Alex. esto q̄ sint verba iudicis, sunt tñ simpliciter enunciatiua, & non important, quòd per acta probatoria constet esse datam, cum verè non cōstet, prima tamē solu. est melior secundum eum. Et q̄ ibi per acta non cōstaret dotem esse datam, probatur secundum domin. meum Soc. licet obscure loquatur, nam dos simpliciter fuit petita, & talis libellus in particularibus esset ineptus, & per consequens sententia lata nuper eo esset nulla iuxta glo. Insi. de obl. in prin. & sicut illa prima sententia eo respectu erat nulla, ita etiam & secunda deberet dici nulla, t̄ quia quando sententia dī nulla propter ineptitudinē libelli, confirmari non potest. c. cū dilecti. vbi omnes no. de empt. & venditione. & tamen ibi dī secunda sententia valida, igitur sequitur, q̄ libellus non fuit ineptus, & per consequens, quòd sumus in vniuersalibus, cum in particularibus libellus, de quo ibi, fuit ineptus. Quo stante, sequitur necessariò, quòd per acta probatoria non constabat dotem datam, qui alias sententia illa incerta per relationem tacitam ad acta probatoria, valeret.

Et si dicatur, q̄ ibi de incertitudine libelli nō fuit oppositum, quo casu toleratur ipse, & infra inde sequēs. l. fi. C. de anna. except.

Respondetur, istud verum, si modo per acta incertitudo libelli certificatur secundum Bar. in l. si rem. §. fi. §. de rei vendi. & Abba. in ca. i. de lib. oblat. Hoc autem in ea l. non constat, igitur &c. Et ista est intentio domini mei Socini, licet in aliquibus obscure loquatur, vt dixi. Concludit ergo, per illum textū bene probari intentionem Bar. Sed considera, quia ista dicta in duobus non videtur vera, in quibus stat reliquorum virtus, nam dum primò dicit, in d. l. fi. p̄supponi constare non esse liquidam dotē, & propterea sententia dicitur nulla, vt, quòd hoc in proposito non seruiat, quia ille text. vult idem esse, etiam si illud non p̄supponeretur, vt patet in ver. p̄sertim, quod includit, idem esse etiā eo cessante, quòd per illud verbū ponitur, sicut dictio, maximē. l. j. in prin. vbi glos. j. de lib. homi. exhib. esset igitur in eo tex. sententia nulla etiam si illud non constaret, & per consequens dici potest, quòd diuinare sit dicere, quòd ibi p̄supponatur nihil de dote p̄batū.

Secundò dum Soci. dicit libellum, non fuisse ineptum, probari ex eo, quòd secunda sententia valet, quia non valeret, vbi fuisset ineptus, vt dixi, aduertendum est quia illud esset verum, qm̄ secunda sententia diceretur lata p̄textu primi libelli & esset confirmatoria primae, prout etiam verba Soc. sonant, & ita loquitur Doc. in d. c. cum dilecti. sed iste non est casus illius l. fi. quia illa secunda sententia non est confirmatoria primae, sed contraria, item non dicitur lata p̄textu eiusdem libelli, sed alterius, qui ex post fuit propositus, vt vult ibi glo. in ver. postea.

Et ex his cōstat posse dici, quòd ibi aliquid de dote fuerit p̄batum, scilicet dotem datam, licet non quid, vel quantum, & per consequens, quòd debet valere prima sententia, licet incerta per tacitam relationem ad acta probatoria certificanda, si dos esset quid vniuersale. Cum itaque dicatur ibi, q̄ sententia nō valet, vt posse dici, quòd dos nō sit quid vniuersale contra Bar. & communem.

Quintò pro cōmuni allegatur c. Raynutius. de testa. quatenus ibi valet testamentum, in quo filiae relicta erat dos, & quaedā alia.

25 t̄ Nam verbum, relinquo, non trahitur ad institutionem, nisi sit adiectum vniuersitati, vt per Imol. & alios in l. i. §. in ex fundo. j. de hered. instit. & in l. his verbis eod. tit. vt hic per Alex. & ita per d. c. Raynutius. tenet ibi Ant. de But. & Ale. & Iaf. hic referit. Sed ad hoc respondet Alex. negando inductionem quia non est bona, aliās sequeretur, q̄ si filio relinquerem peculium, vel gregem, valeret testamentum, quòd non est dicendum, & ad illum tex. respondetur, q̄ loquitur de iure canonico, secundum Bal. in l. fi. C. fami. ercisc. quem hic sequitur Alex. Sed secundum Iaf. hoc non videtur verum, quia cum iure ciuili sit clarē decisum, quòd requiratur titulus institutionis, & contrarium iure canonico non exprimitur, standum est iuri ciuili etiam in foro canonico, vt communiter traditur in c. i. de no. ope. num. cum simi.

Non enim induci debet discrimen inter iura, nisi qm̄ expresse repetitur, arg. c. cum expediat. de elec. lib. 6. & est gl. in c. apicetes. §. quod si per 20. eo. tit. Præterea cū titu. institut. sit et honorabilis, & vtilis filio, nō est credendū, q̄ Papa voluerit ita tacite filijs p̄iudicare, & ita pro maiori parte tenent Docto. in d. c. Raynutius.

Sic ergo videtur, q̄ non obstante solutione Alex. ille text. probet opinionem Bar. Sed tamen tuēdo aliam partem, videtur pos-

D. Maria. Soc. Iun. in Rub.

se responderi, prout ipsemet Ias. subdit, q̄ debet ille tex. intelligi quòd fuerat factum relictum iure institutionis, vt per gl. ibi quasi communiter approbatam. Facit pro hoc, quia cum ibi de validitate testamenti non disputetur, præsupponuntur ad q. de qua ibi termini habiles, arg. l. qui testamento, in prin. j. de testam. & per consequens validitas testamenti secundum q̄ aliàs à iure requiritur, & sic quòd iure institutionis fuerit dos relicta. Vel secundo vltra alios potest responderi, q̄ valet ibi testamētum, quia relinquatur dos, non quidem ex eo, quòd sit quid vniuersale (quia hoc negatur) sed quia quando dos relinquatur exclusa à successione, succedit loco legitima secundum Sal. in auth. nouissima. C. de inoff. testa. fuit dictum Ricar. Malumb. in l. Titio centum. §. Titio genero. j. de condit. & demonst. vbi idem dixit Imo. Vn de tantum valet quantum si relinqueretur legitima, quo casu ex qualitate relicti, & natura eius simul cum legis ordinatione semper præsumitur relicta iure institutionis, & valet testamētum, ita Bar. & alij in auth. vnde si parens, C. de inoffic. testam. Bald. & Pau. de Cast. in l. humanitatis. C. de impube. & ali. subdit. & est communis opi. vt ibi dicit Alex. & sequitur ibi Dec. & Corn. in conf. 238. ante omnia præmittendum. 2. & 3. colum. 1. vol.

Sexto pro communi facit, quia dos patitur as alienum. l. impenfa. §. de relig. & sumpti. func. si ergo ita est, vt iura & actiones patiatur, videtur quòd sit quid vniuersale, sicut hæreditas, maxime quia etiam actiua iura habere potest, puta si rei dotali damnum detur, vel seruo dotali quid debeatur. Ista enim iura transeunt cum dote. l. in eum. §. de relig. & sumpt. fun. & per hanc rationem quidam in conscientia sequuntur Bar. Sed tamen potest responderi, q̄ non sequitur, ergo est ius vniuersale separatum à rebus dotalibus, erit enim dos nomē collectiū rerum omnium talia iura comprehendens, sicut in peculio contingeret. Ex alio etiam negatur consequentia argumenti, quia iura etiā in rebus particularibus considerantur, pone q̄ fundo seruitus debeatur, vel ipse debeat, item si habet ascriptos glebæ, vel si onus tributum habeat, nam omnia ista cum ipso fundo transeunt. Ex prædictis igitur constat, q̄ pro opin. Bart. & communi solum remanet fundamentum in d. l. quod dicitur cum socijs. Contraria verò opi. quòd immo dos non sit quid vniuersale, & non differat à rebus in dotem datis, tenuit Bald. Nouel. in tract. dot. in 2. par. & vt dixit Ias. ita tenuit Bal. in l. i. j. eo. & in d. l. si. C. de sen. que sine cer. quanti. Idem tenent hic Ang. & Pau. de Cast. prout Mod. dicunt, & ita etiam q̄ Bar. tenent. Dec. & Bulg. hic concludentes, q̄ idem est dos in effectu, q̄ res dotalis, & non dicitur ius vniuersale, & omittit multis præcipua fundamenta sunt infra scripta. Primo quia vniuersalis successor tenetur stare colono, vt traditur in l. emptorem. C. loc. sed mulier succedens marito in dotem non ita tenetur. l. si filio. §. fina. j. eo. ergo dos non est quid vniuersale. Sed potest responderi tuendo communem, primò quòd ille §. si. videtur probare prius, & ita ibi summat Bart. & multi sequuntur, & Alexand. ibi dicit illam opin. esse sustentabilem, de quo tamen me remitto ad ibi dicta, & si ista opin. esset vera, argumentū retorqueretur. Secundo etiam respondetur, posito, quòd mulier non teneatur stare colono vt dicitur in argum. Nam secundum Alex. & Soc. illud procedit in eo vniuersali successore, qui in totum personam defuncti repræsentat, vt est hæres. l. hæres in omne. j. de acquir. hæred. & in Aut. de iureiur. à mor. præst. in princ. collat. 5. quòd non est in muliere succedente uiro in dote, vt est clarum, cum ille repræsentetur per suum hæredem, sicut nec per contrarium vir dotem recipiens repræsentat personam mulieris licet omnia bona in dotem dentur. l. mulier bona. §. de iur. do. Se cundò facit d. l. mulier bona. Nam si dos esset quid vniuersale, vir teneri deberet ad omnia onera vxoris, maxime, vbi omnia bona dantur, vt ibi, quòd est contra illum tex. Ita arguebat Ang. hic & Bal. in l. sed & si possessor. §. si. supra de iureiur. Sed ad hoc respondetur secundum Alex. primò, quòd ibi omnia bona dedit mulier in dotē, quòd intelligitur deducto ære alieno l. subsignatum. §. bona. de verborum sign. nimirum ergo, si non teneretur vir ad debita mulieris. Vel secundo respondetur, quòd non valet consequentia, maritus suscipit dotem, & sic quid vniuersale, ergo tenetur ad omnia onera dantis, quia nec emptor hæreditatis ad onera ipso iure tenetur, quia hæres venditor tenetur. l. 2. C. de pac. & l. 2. C. de hæred. vel actio. vendi.

Sic etiam qui peculium, vel gregem suscipit, licet quid vniuersale suscipiat, non tamen tenetur ad onera dantis, quia in eis sicut & in dote dicitur quis successor particularis, intelligo respectu eius, à quo accipiunt, & respectu hæreditarij iuris ipsius dantis, & ita intelligantur gl. in l. diuortio, in prin. j. eo. in eo, quòd dicit, quòd mulier dicitur in dote successor particularis.

Vel tertio vltra Doct. respōderi potest quòd in vniuersali succedens tenetur ad onera scilicet illius iuris vniuersalis, puta hæres in hæreditate ad onera hæreditaria, in peculio ad onera peculij, &c. Et sic dici potest in dote, vt si quid oneris in ea est tantum in dote, transeat in successorem, puta onus funerandi mulier em. l. in eum. cum l. seq. de reli. & sum. fun. & hoc non nega-

26 tur in d. l. mulier bona. † Tertio arguitur sic, ius vniuersale per se semper dicitur aptum comprehendere pluralitatem iurium, & rerum vt in hæreditate l. pecunia. §. i. j. de verborum signific. & in peculio l. peculium nascitur, supra de pec. Sed si solus fundus detur in dotem, ibi est dos, & tamen nō dicitur aptitudo plurium rerum, ergo &c.

Sed ad hoc respondet Soc. meus, q̄ in hoc arg. præsupponitur vnum falsum, videlicet, quòd fundus ille sit dos, vult enim Soc. quòd dos sit in intellectu, & non in illo fundo. Nec obstat q̄ vna tantum res sit, quia hoc non impedit esse ius vniuersale, vt videmus in peculio, vt d. l. peculium. Vel clarius respondetur, quòd licet vna tantum res sit in dote, & ipsa res non recipiat augmentū & per se dicitur ipsa comprehendere plures res, puta, si quid doti addatur, vel eo soluto, iuxta l. si marito. §. si. infra eo.

27 † Quarto arguitur, & videtur forte argumentum, in vniuersalibus ius, & nomen remanent, licet in eo contenta corpora pereant. l. hæreditas, in princ. supra de pet. hæ. facit l. hæreditatis appellatio. & l. pecunia. §. i. infra de verb. sign. Sed dos non remanet rebus peremptis, sed extinguitur l. plerumque, in principio, supra de iur. dot. ergo &c. Sed secundum dominum meum Socium respondere potest. Nam quoddam esse ius vniuersale, quòd sine aliqua re in esse produci potest, & tantum refertur ad iuris intellectum, vt hæreditas, & tunc verum est, quòd perempto corpore non perit ius, vt d. l. hæreditas. Quoddā verò est ius vniuersale, quòd nec in esse produci neque stare potest sine aliqua re, & tunc verum est, q̄ peremptis rebus in eo contentis, perit & ipsum ius vniuersale, exemplum in vniuersitate hominum. l. sicut, §. si. supra quod cuiusque vniuer. no. idem in grege, vt l. si grege, de leg. 1. Caue tamen, quia in istis non videtur, q̄ sit ius vniuersale, sed solum videtur, q̄ sit vniuersitas facti, cum ex corporibus consistit. l. rerum mixtura, infra de vlticap. in princ. Idem tamen dicit Do. meus in peculio, vt. l. extinctis rebus destin esse peculium, nec contrarium probatur in d. l. peculium nascitur, quia solum ibi dicitur, quòd decrescit, quando serui vicarij moriuntur, uel res interdicunt. intelligo, scilicet aliqua. Sed si omnia in peculio consistentia perirent, & nullum esset nomen debitoris, deberet & ipsum peculium perire, cum non sit amplius aliquid, per quod peculium representetur. Sic ergo dicitur in dote, vt si res pereant omnes, pereat vt dos. d. l. plerumque. Sed ex hoc non sequitur, q̄ dos nō sit quid vniuersale. Nam dos ex eo perit rebus omnibus peremptis, non quòd ipsæ res essent dos, sed quòd per eas dos, & eius nomen representabatur.

Differt tamen dos à rebus in dotem datis, sicut peculium, vel hæreditas à rebus in peculio, vel hæreditate existentibus, ita inquit d. meus Socinus, & pro æquiparatione dotis, & peculij allegat ipse gl. in d. l. peculium, ibi gl. hoc non dicit, sed vult allegare gl. si. infra tit. 1. in illa enim glo. fit talis æquiparatio. Sed aduerte, quia audio, q̄ Carol. Ruin. reprehendit dom. meum Soc. in eo, quòd dicit peculium extingui extinctis rebus. Nam dicit hoc esse contra d. l. peculium nascitur, in fi. vbi dicitur mori peculium, cum amittitur, & rebus peremptis decrescere. Remanet ergo et rebus omnibus extinctis, quia remanet voluntas domini donec adimatur, à qua pendeat. l. peculium est, in prin. eo. tit. Pro quo adde bene facere §. pen. in l. peculium est.

Sed tamen dico, q̄ prædicta defendi possunt, & videntur probari ex diffinitione peculij. Si enim dicitur, quòd seruus habet &c. l. depositi. §. si. illo ti. si nihil habet, tollitur diffinitio, ergo & diffinitio. Facit quia dicitur simile huiusmodi d. l. peculium nascitur, ergo ad eius instar perit, facit etiam l. non statim, eod. tit. Nam si desiderat naturalem traditionem, vt ibi dicitur, sequitur, quòd non constat in sola voluntate. Nō obstat d. l. peculium, quia ibi gratia exempli exponitur, si adimatur, sed non sequitur, ergo aliter non moritur, & id, quòd dicitur decrescere, si res interdicunt, intellige, scilicet aliqua, ut iam dixi. Non ob. quòd remanet voluntas, quia illa non sufficit d. l. statim. Præterea potest dici, quòd nec sit præsumptiue, quia cum illa esset respectu rerum iam concessarum, & illa totaliter perierint, creditur, quòd & voluntas cessauerit, ad dictū §. penult. respondetur, quòd ibi res peculiare extabant, licet peculium ære alieno esset exaustum, & hoc quia cum res ipsæ extant, potest considerari, quòd eueniet vt ibi dicitur.

Quintò contra Bart. & communem facit secundum Are. quia si dos esset quid vniuersale, incerta promissio dotis iure communi valeret, sicut dicimus in grege legato. d. l. si grege de leg. 1. sed hoc est falsum, quia valet specialiter fauore dotis. l. cum post. §. gener. supra de iur. do. & dicitur infra in l. i. ergo &c.

Sed respondetur secundum eundem in fine commenti, quòd dos dicitur quid vniuersale postquam est tradita, & sic respectu vxoris, & iuris competentis ei, uel parti eius. Non autem ante traditionem respectu mariti, quòd nota. Et pro hoc facit, quia antequam tradatur, non potest dici dos proprie, vt supra fuit dictum in 2. no. ex ista rub. Vel secundo ad argumentum respōderi potest secundum Soc. quòd aut agimus de incerta dispositione

ne alicuius vniuersalis iam in esse producti, & tunc valet incerta mero iure, & ita procedat arg. aut ius illud vniuersale est in esse producendum, & regulariter incerta dispositio nō valeret, puta, si dicerem. *Dono tibi vnum peculium, sed speciali fauore dotis valet promissio dotis incertae etiam antequam ius illud vniuersali in esse producatur, loquor secundum communem op. de qua tamen an sit vera dicemus infra in l. 1. Demum, & sexto contra Bar. & quod dos sit idem, quod res dotales, inducitur d. l. qd dicitur variis modis per Bulg. in 9. funda. Sed pluribus dimissis, de quibus ad eum te remitto accipe duos. Primo ibi dicitur, qd tunc fit diminutio dotis ipso iure, vbi non sunt corpora, sed pecunia, quia tunc pecunia diminuitur, sed alibi dicitur dotem minui, vt ibi in l. 1. & in alia l. qd dicitur. eo. titu. ergo pecunia dicitur dos, & ita dos, non videtur differre a re in dotē data. Secundo, si aliud esset dos ab ipsis rebus, frustra fieret differentia inter pecuniam, & corpora, quae in dotem dantur, quia semper fieret diminitio dotis, quae esset quid separatum ab illis rebus, nec esset opus considerare corpora, vel pecuniam, quod esset contra illum text. in quo ver. ibi, ergo &c. ad cognoscendum, quando dos propter impensas minuitur, distinguitur, an sit data pecunia, vel ne, vt ibi, ex quo videtur inferri qd res datae dicuntur dos, & ista videntur valde vigere. Sed tamen tenendo communem responderi potest, ad primum potest dici, qd pecunia minuitur, id est dos consistens in pecunia, pecunia ergo velut res in dote consistens minuitur, cum in ea cessat absurdum, quod s. illa lex dixerat circa corpora. Non tamen intendit text. qd pecunia sit dos, differt enim continens a contento, vt l. 1. §. de rer. diu. praeterea si recte legas illum text. nunquam ibi dicitur pecuniam minui, sed dotem in qua est pecunia, & ita debet intelligi ille ver. nam in pecunia, id est vbi pecunia sit, fieri dotis diminutionem.*

Ad secundum potest dici qd immo, licet dos a rebus dotalibus differat, debet talis differentia consisti, dicimus. n. quod istud ius dotis simpliciter minuitur, & ita procedunt iura dicentia dotem minui. Sed cum postea queritur, an talis diminutio dotis respiciat res in dotem datas, distinguitur, an sint corpora, vel pecunia, vt ibi. Corpora enim non minuitur propter absurdum, de quo ibi pecunia vero minuitur, cum in ea absurdum cesset quidquid autem ibi consideratur de rebus datis in dotem, consideratur tñ velut de contento in ea, non autem, qd illae sint dos, & melius loquendo in eo text. nunquam dicitur, qd pecunia minuitur, sed dos in qua est pecunia, vt modo dixi. Et per ista si recte aduertes poteris tollere ferē omnes inductiones Bulgar. quas facit de d. l. quod dicitur. Et per ista videtur saluata opinio. Bar. & communis pro qua videtur casus in d. l. 1. §. sed quod diximus, §. de dote praereg. & in d. l. quod dicitur, la. j. tit. 1. Sed ultra alios aduertes, quia secundum praedicta in d. l. quod dicitur. vñ fieri quaedam manifesta p̄dictio. Nam in ver. non. n. ipso iure corporum, sed dotis fit diminutio, vult text. qd fiat diminutio dotis & iam si corpora data fuerint & statim in ver. ibi ergo admittimus diminutionem dotis in ipso iure fieri &c. vñ velle, qd non aliter fiat dotis diminutio, quam si sit pecunia in dotem data, & sic vbi corpora tñ essent data, de negat text. diminutionem dotis. Quod etiam probatur in eadem lege, in fi. prin. in ver. sed si impensis &c. vult enim ille text. qd ius in se, quod ex refectione expensarum non crescat dos quae consistebat in corporibus, & nō in pecunia. Si igitur non crescit, patet, qd non erat diminuta, & ita hunc finem considerabat Bulgar. ad aliud propositum in 4. sua inductione. si vis saluare praedicta, poteris dicere ad tollendam p̄dictionem praeregatam, qd in ver. ibi uerō admittimus &c. & etiam in d. ver. sed si impensis, capitur dos pro re dotali, prout alias in iure capitur, vt dixi in 2. not. ex ista rub. circa 3. tempus, & tunc bene dicit text. qd dos consistens in corporibus id est ipsa corpora non minuitur, in praecedentibus autem ver. capitur dos proprie pro ipso iure vniuersali, illa enim semper diminuitur quidquid in dotem datum sit. Mihi tamen ista declaratio vñ admodum dura, & videtur inconueniens, qd iurisconsultus ita subito mutet importantiam uerbi, dos.

28. Et praeterea ultra alios p̄ communem op. j. & quod dos non differat a rebus dotalibus moueor, quibus fundamentis.

Primo, quia priuata mulier rebus dotalibus, dicitur priuata do. tel. fi. in prin. C. de iur. dot. ergo dos est idem quod res dotales. Secundo, sequestrum, qd in manibus tertij sit, non cadit in iuribus in intellectu consistentibus, patet, quia non possunt detineri, uel possideri. l. seruus, §. incorporales. j. de acq. re. do. & qst. ex toto tit. extra de sequest. poss. & fru. Sed dos potest sequestrari. l. si cū dote §. si nauit in seuisimo, j. eo. ergo nō est qd intellectuale. Tertio facit d. l. qd dicitur. §. si cum l. seq. dum dicitur remq; meliorem vxoris fecerit, hoc est dotem, loquitur. n. de impensis factis in fundo, vt l. seq. si ergo res dotalis exponitur, id est dos, sequitur, quod sunt idem.

Quarto, hoc videtur probari in l. dote, de dot. praereg. ibi aliud est. n. minorem factam dotem, &c. aliud pignoris nomine teneri dotem. Capi. n. debet ver. dotem, in eodem significato, sed in secundo capit pro re dotali, cum dicat ea teneri, quod nō cadit in incorporali, ergo &c. Quinto hoc etiam probat rub. infra tit. j. dū

dicit de impensis in rebus dotalibus factis, alibi enim haec impensa dicitur facta in dotem, vt l. 1. §. 1. & l. quod dicitur, la. 1. illo tit. cum similib. Cum ergo illa iura confundant hos sermones, scilicet in rebus dotalibus, vel in res dotales, vt dicitur in l. quod dicitur, la. 2. eodem titu. & in dotem, sequitur, qd non differunt res dotales a dote, & ita etiam considerabat Bulg. in 11. arg.

Potest tamen ad hoc responderi, qd verba illa in dotem, capiuntur pro rebus dotalibus, prout alias aliquando dos capi potest, vt iam dixi. Et ad primum videtur respondere Socin. hic col. pen. vt scilicet id fiat, quia desunt res, per quas representabatur dos. Et ad secundum potest dici, qd in d. §. si autem in sequis, capitur dos pro re dotali prout de quinto dixi. Ad tertium dico, qd dos, licet sit quid vniuersale, dicitur tñ res mulieris, cū plures res habeat, vnde, vt intelligat de qua re dicitur hoc est dotē capitur, ergo ibi res nō simpliciter pro re dotali, sed pro dote, sic alias nō capitur pro re particulari in tit. de in rem veris, vel dici potest, qd illa verba, hoc est dotē, debent deleri ex text. put reperi fidū codicē sine eis, & sic nihil obtinabit.

Ad quartum dici potest, qd in d. l. dote, capitur dos pro re dotali, prout alias capi potest, supra diximus, & sicut dixi quo ad secundum de d. §. si autem in sequis, l. alias tñ dos dicitur quid vniuersale. vt d. l. 1. §. sed qd diximus, de dot. praereg. Verum ista solut. non multum satisfaciunt, quia fateor, dotē poni pro rebus dotalibus, sed sit ex eo, quia idem sunt, & circa primum dico illud non ex alio procedere, nisi quia dos capiēdo collectiue, nō differt a rebus dotalibus. Ex his patet punctū esse difficultem, & difficultatem totaz pendere ab intellectu d. l. quod dicitur, la. 1. cum socijs. Quid tandem dicemus? Fateor rem esse dubiam, & libentius in hac difficultate edoceri vellem, quam docere. Dicam tamen quid sentiam. Pro resolutione itaque praefatis articuli considera in primis, qd totum hoc videtur pendere ab eo scilicet quomodo per impensas necessarias dos minuitur. Plura enim iura simpliciter dicunt dotē minui, vt l. 1. & l. quod dicitur, la. 1. & la. 2. infra tit. 1. §. sed quod diximus, & l. dote, infra de iur. dot. l. vnica. §. sed nec ob impensas. C. de rei vx. act. & §. propter retentionem. In fi. de act. cum sim. Et circa hoc considera, qd in iure ista diminutio aliquando accipitur verē, & proprie siue per se, siue per rerum dotalium estimationem, & hoc est quod voluit dicere d. l. quod dicitur, la. 1. in ver. ibi ergo admittimus &c. cum ver. Proinde si aestimata, & d. l. si is qui §. quod dicitur, in ver. si pecunia, & fundus, & in d. ver. ibi ergo &c. si bene consideretur, ex vi verborum omnino denegatur diminutio dotis, vbi in dote sunt tantum corpora, quod intellige respectu istius & proprie diminutionis.

Aliquando vero accipitur ista diminutio non ita verē, & proprie, sed abusuē, & improprie per quendam effectum & rerum dotalium retentionem, quod est, quando in dote sunt tantum corpora. Nam tunc corpora in nulla parte desunt esse dotalia, nisi tamen impensa ascendat ad estimationem omnium corporum, nam tunc integraliter desunt esse dotalia, vt l. si is qui §. quod dicitur, supra de iur. dot. Nec vnquam admitterem, qd ille text. corrigatur, per d. l. quod dicitur, la. 2. vt ibi dicit Barto. quid esset facere iura contraria, §. l. 1. §. nulla, & l. 2. §. contrarium. C. de vet. iur. enuc. Nec etiam placet, qd in d. §. quod dicitur, referatur opin. Scauolae, sed non approbetur, vt videtur velle Sali. in l. 1. §. sed nec ob impensas. C. de rei vx. act. quia si bene aduertis, Scauola ibi approbatur per Paulum. Hoc itaque tenendo respondetur ad l. quod dicitur, quod in ver. ceterum, dictio, vel, ponitur pro etiam, prout alias fit Instit. de lege Fal. in prin. & in l. nemo est qui neiciat, infra de duo. reis, cum sim. quo posito, ille text. recte considerari non contradicit Scauolae, per Pau. approbato in d. §. quod dicitur, qd ergo impensa non ascendit ad estimationem integram corporum, ipsa corpora non delinunt pro aliqua parte esse dotalia; sed dos dicitur adhuc esse in omnibus, & totis illis corporibus, put prius erat antefactas impensas, ita qd proprie, & verē per eas nulla fiat diminutio dotis, tunc enim reg. dictans dotem minui nō sic accipitur, vt corpora ipsa minuantur, sed qd retineantur donec de impensis satisfiat, vt d. l. quod dicitur, in ver. Manebit igitur &c. & d. §. quod dicitur, in ver. sed nisi impensa, &c. Et licet lex pro reg. videat dicere, qd dos per impensas minuitur, non tamen dicitur, quod corpora minuantur, cum absurdum esset, &c. vt d. l. quod dicitur, ver. Et enim absurdum esset, &c. sed simpliciter dicitur fieri diminutionem dotis, id est vniuersitatis, vt d. §. sed quod diximus, de dot. praereg. quod intelligo tam respectu propriae, quam etia respectu impropriae diminutionis. Volens tamen in d. l. quod dicitur, demonstrare text. quando proprie, & veresiat ista diminutio, subdit ibi, ergo admittimus, &c. declarans, eam solum fieri proprie, & verē, & quando in dote non sunt corpora, scilicet tantum, id est pecunia. Nam tuac, cum dos consisteret in fundo, & centum: si decē erant impensa, facta verē diminutione in dote, dicerentur solum nonaginta, & fundus. Sed quando sola sunt corpora eadem, & tota corpora dicuntur in dote, etiam factis aliquibus impensis, vt prius erant, vt iam dixi, & sic non fit vera & propria diminutio. Fit tñ impropria, quia cum conueniat marito de impensis satisfieri, da-

D. Maria. Soc. Iuni. in Rub.

tar ei retentio corporum quousque impensa restituatur, ut iam dicta, quod faciet, ut in effectu quantitas, ualor, & uniuersa dotis aestimatio ad uxorem diminuta redibit. Et ideo lex dicit, quod diminutio ad uniuersitatem pertinet, ut d. §. sed quod diximus, quod debet exponi, id est ad uniuersam dotis quantitatem, & aestimationem & ita debent omnia iura intelligi, dum dicunt dotem minui, i. dotis quantitatem, prout hoc modo loquendi utitur tex. in l. vn. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxo. act. Et capio ista iura largere, ut loquantur, tam de propria, & vera diminutione, quam etiam de impropria, quia & tunc diminutio illa respicit uniuersam dotis quantitatem, & aestimationem per effectum tñ, ut modo dixi.

Et si dicas, si sola sunt corpora, quomodo consideratur quantitas? respondeo, quod fiet hoc per corporum aestimationem, iuxta l. propemodum, & l. hæc annunciatio, §. de verb. sign. Et ad hæc facit l. si cum dotem. §. sin autem in sequissim. §. eo. ibi secundum dotis quantitatem &c.

Et ex his sequitur primo, quod est sublata contradictio, quæ primo aspectu videbatur in d. l. quod dicitur, de qua §. dixi. Secundo, quod quando dos est tantum in corporibus uerè, & proprie respectu rerum, non minuitur dos per impensas, sed solum improprie, & per effectum ut dixi.

Tertio sequitur, quod d. l. quod dicitur, cum socijs, pro opinione Bar. allegata non probat eius intentionem, ut l. dos sit quid uniuersale, differens à rebus in dotem datis, immo probat potius quod rium secundum inductiones supra factas.

Et ultra prædicta etiam alio modo induci potest §. Bart. Nam in versiculo ibi &c. dicitur quod in pecunia rem admittit diminutionem, & sic uult pecuniam minui, & statim in seq. versiculo dicitur quod si dentur corpora aestimata, diminuitur dos, & sic 29 innuit, quod dos & pecunia in dotem data sunt idem.

Sic igitur concludendum uidetur, ut ex prædictis patet. Caue tamen quia non nego dotem habere quid generalitatis. Quoniam dico, quod hoc nomen, dos, importat omnes res, vel omnia iura, quæ in dotem dantur, vel in eam deducuntur, vel ex pacto, vel ex dispositione legis, puta in fructibus, ante nuptias perceptis, ut l. si marito. §. si iuncta gl. & l. de diuisione. §. eod. & l. si seruo in dote, §. de iur. dot. Et omnia ea, quæ ita in dote reperiuntur simul collata, sunt dos, & dos sunt omnia ea, & ita conuertuntur, & in uicem non differunt; fateor tamen, quod dos differt ab una ex rebus dotalibus, illa. n. res non dicitur dos, sed res dotalis. Dos ergo dicitur nomen signatiuum omnium rerum in dote comprehensarum. Et quia in dote possunt plura esse, & unum tñ potest dici quod sit nomen collectiuum signatiuum unius rei, vel plurium ad unum effectum coniunctarum ab homine, vel a lege, pro ut etiam dicit Bulg. addendo, ut subeantur onera matrimonij. Et prout etiam ipse dicit, dicam, quod dos sit similis peculio, quod similiter potest dici nomen collectiuum signatiuum unius rei, vel plurium ad unum effectum coniunctarum ut scilicet sit quasi patrimonium serui, ut l. depositi, §. peculium, & l. peculium & ex eodem supra de pecul.

30 Quod intellige respectu administrationis. quomodo n. peculium nascitur, crescit, decrescit, & moritur. l. peculium nascitur. §. de pecu. ita & dos, nascitur. n. cum constituitur, crescit, si quid addatur, ut l. etiam. C. de iur. dot. vel etiam fructibus ante nuptias perceptis, ut d. §. si. Item decrescit, si fiat impensa necessaria per maritum, ut ex §. dictis constat, vel si res dotalis pereat, uel deterior fiat, l. plerunque, in prin. §. de iur. dot. moritur autem, si omnia dotalia extinguantur, vel cum totaliter fuerit recuperata. Itē sicut in peculio possunt iura contineri, & et sine eis esse potest. l. si peculium legetur, de pecul. lega. ita & in dote, nam & sola corpora dari possunt, & sola iura, & mixta, ut de se patet, sed dices, quod immo si dos est similis peculio, differt a rebus dotalibus, prout peculium a rebus peculiaribus, prout ut probari in l. si peculium seruo, §. de pecul. legat. Verum respondetur, quod immo nec peculium differt a rebus omnibus peculiaribus collectis simul, ut ex prædictis patet, & ad l. si peculiū, dico, quod intelligitur quādo specialiter, & nominatim legatur res peculiare puta fundus, domus, & similia, secus si simpliciter dicatur, lego res omnes peculiare, & ita uir intelligere ibi gl. & doct. communiter. Ex his prædicta omnia bene considerando, uidetur, quod dos nouiter diffinitur

31 possit, ut l. dicamus, dos est illud, quod a muliere, vel eius parte marito, vel eius patri traditur, uel pro tradito habeatur propter onera matrimonij cum suis legitimis argumentis. Et isti diffinitionem recte considerando nihil obstat. Et defenditur ad similitudinem diffinitionis peculi, de qua in l. peculium est, in prin. & in l. depositi. §. si. §. de pecul. Sicut enim peculium diffinitur per rerum peculiarium demonstrationem, ut d. iuribus, sic & dos diffiniri potest, sunt, n. ista nomina in hoc similia, ut dixi, & si recte uertes hanc æquiparationem sentit etiam dominus meus Soc. licet ipse teneat dotem esse ius intellectuale, separatum a rebus dotalibus. Ita, n. uidetur sentire dum respondet ad argumentum, quod §. feci in quarto loco. Sed dices, immo non sunt similia, nam per impensas corpora dotalia non minuuntur, d. l. quod dicitur, & tamē

peculium sic per æs alienum minuitur, ut singula corpora dicantur minui, ut l. si peculium legetur, secundo resp. §. de pec. leg. Sed responderi potest, quod immo ex eo tñ, quod sit æs alienum dñicum nulla ipso iure fit diminutio, & res integre remaneat in causa peculiari, ut l. peculium est. §. si ære. §. de pec. Verum est, quod si eo casu sit legatum peculium, & sit legatario soluendum, fit corporum diminutio, ut dicitur in d. l. si peculium legetur, & hoc forte est, ne sit in arbitrio domini quamcunque rem uoluerit de peculio auferre. Ex quo fiet, quod postea in executione uenient hæres, & legatarius ad concordiam, vel detractio fiet arbitrio boni uiri in una re, uel duabus, argumento l. non amplius. §. si. cum l. seq. de leg. 1. sicut de legitima, & de Falcidia dicemus, & ita est de mente Bart. ibi, hæc consideratio non cadit in dote, cum marito succurratur per retentionem. Sed per hanc differentiam non tollitur quin uera sit similitudo circa diffinitionem secundum prædicta cogita super istis.

Quarta conclusio colligitur ex doct. Bar. dum ipse infert ad prædictam, quod in dote sufficit libellus generalis. Puta, peto dotem mihi reddi, absque eo quod aliquid exprimat. Et ita est scdm Bar. ualere sententia eo modo lata, scilicet Condemno te ad dotem restituendam. Ratio est secundum eum, quia cum dos sit ius quoddam uniuersale, hoc debet tolerari iuxta reg. communiter traditam post gl. ibi in l. i. in princ. §. de eden. & etiam traditur in l. edita. C. eo. tit. Et pro ista conclusione scdm Bar. est casus in l. si. C. de sen. quæ sin. cert. quant. profe. cum Bar. transeunt Doct. magis communiter, ut per Alex. Ias. & Moderniores. Et stante ista conclusione, infertur, quod in iudicio recte omnia procedent, etiam quod in processu nulla fiat dotis liquidatio. i. quantitas in dotē data uel rerum pro dote datarum, & satis erit talē liquidationem postea fieri in executione, prout hic per Ias. in 3. concl.

Qui hanc conclusionem Bart. & communem confirmat primo, arguendo de legitima ad dotem, in legitima. n. talis simplex libellus, peto legitimam, toleratur secundum Bal in c. conquerere, post Innoc. ibi de offi. ordi. uide per Ias. Sed tu dic, quod nihil facit, quoniam tunc dos succedit in locum legitime, quādo de dote cum patre tractaretur, sicut etiam de legitima tractatur, & tunc pro istud argumentum bene infertur, si filia a patre dotem peteret, id est se dotari, quod recte peteret: sed nos agimus de dote re petenda a marito, uel eius hæredibus, quo respectu non dicitur succedere in locum legitime, & ideo de legitima ad eam nō potest argui. Secundo comprobatur Ias. quod quia sicut ualeat promissio dotis incerta, ita et debet ualere incerta petitio, & sententia arg. nō in §. curare. Insti. de act. ut per eum, & ad hoc tendit et sua com probatio, dum dicit, quod ratione incertitudinis promissionis uidetur actor excusandus, si simpliciter in libello dotem petat ut per eum.

Verum ipsemet respondet, quod eiusmodi argumentum procederet, quod promissio incerta ualere de iure communi, prout est inter esse, quod non est in dote, quia eius incerta promissio speciali fauore dotis non ualet, ut per eum, sed huic responsioni potest replicari, quod esto, quod speciali fauore dotis illud sit, de quo tamē dicemus, §. in l. i. sicut toleratur incerta promissio, ita in quādam consequentiam similiter speciali fauore dotis toleretur incerta petitio. Nec uideo quid repugnet, & satis est, quod apud iudicem sit certitudo eius, quod deducitur in cōtrouersiam, uidelicet, uerum dos data sit, uel ne, & si declaretur rerum teneri, postea dotis quantitas arbitrio boni uiri declarabitur. Sed ego huic suæ confirmationi aliter responderem, & dico, quod promissio incerta in dote ualet, & arbitrio boni uiri uenit certificanda. l. cum post. §. gener. §. de iur. dot. & si promittens non det, potest tunc generaliter, & simpliciter peti dos, & quantitas a bono uiro declarabitur & hoc prouenit ab incertitudine promissionis. Sed illa sunt extra propositum nostrum, loquimur. n. quando agitur de repetitione dotē soluto matrimonio, uel a marito, uel hæredibus, quo tpe iam dos habuit certitudinē ex quo data fuit, solum enim quod datum fuit repetitur.

33 §. Sed §. istam concl. Bar. & comunē tenent hic Com. & Paul. de Cast. Itē Sal. & quidam alij in d. l. si. ut refert hic Ias. Idem et tenet Bulgar. & concludunt, quod immo mulier in repetitione dotis debet in libello exprimere quid & quantum petit, aliàs libellus

34 potest repelli. §. Mouetur oēs p. d. l. si licet Bar. eam in §. rium alle gauerit, nā ibi illa sententia dicitur nulla pp. incertitudinem libelli, ut probatur ibi, cum incertum esset quid accepisset, quantumque ab eo peteretur. Præterea, si ibi libellus ualuisse, & ex defectu probationis tantum sententia infringere, deberet dici iniusta, nō autē nulla, quod esset §. illud tex. Præterea quod generalitas dotis in iudicio deducta, non sufficiat, probatur, quia alias cū ibi iam constaret dotē datā, & ex petitione, & ex actis probatorij sententia uale ret, cum iudex in ea ad acta probatoria uideatur se referre, dū dixit, quæ bona fide accepisti, solue. Non, n. quod quid accepit iudici constare poterat, nisi per legitimas probationes, quod tñ est §. illum texum, nisi ad hoc rīdendo, dixeris, quod iudex potuit et se referre ad simplicem petitionem, ut sic exponatur, quæ accepisti, ut vt petens asserit. Quidquid tñ sit circa hoc, tenendo §. Bar. Non obstat

oblat quod dicit dominus meus Soc. quod immo libellus ibi valuit, quia alias nec secunda sententia valere potuisset, per not. in c. cu dilecti, de em. et vendi. quod tñ est dñ illum tex. vt per eum, qm̄ respondetur (prout et supra dictum fuit) quod ibi sententia secunda fuit lata prout noui libelli, & hoc vltra predicta arbitror in ea. l. probari. Nam cum mulier illa vellet vt prima sententia, q̄ ab ea non fuerat appellata, quia per appellationem fuisset in totum rescissa, iuxta l. i. in fi. ad senatusco. Turpi. & si fuisset appellatum, mulier non reijceretur propter nullitatē sententia in se, sed propter appellationem, & nouam sententiam, quod esset dñ illum tex. Dico ergo, q̄ post primam sententiam, de qua tunc mulier non curauit forte propter eius incertitudinem, fuit per eam datus nouus libellus, & cum noua sententia venerit dñ mulierem, ipsa non curauit appellare, confisa in prima sententia, quae ibi per Imperatorem declaratur nulla, & propterea mulier dñ in totum exclusa per secundam sententiam, quam ipsa nō appellando dñ suo facto confirmasse, & ista est vera declaratio ad illum textum per quem omnino probatur opin. Pau. de Cast. & sequacium dñ Bartolum, & communem, quae mihi vñ verior.

35 † Concludatur ergo, q̄ si mulier simpliciter petat sibi dotem restitui absque alia expressione quantitatis, vel rerum, poterit talis libellus velut ineptus, & incertus, si opponatur, reijci, & si post oppositionem procedatur de facto, sententia erit nulla. Fateor tñ, quod si non opponatur, & sic procedatur, & in processu liqui detur, & certificetur petitio, & ita iudicetur, sententia valebit, iuxta ea, quae habentur in l. fi. C. de anna. excep. & quae tradit Bar. in l. si rem. §. si. de rei vendi. & Abb. in c. i. de libel. oblat. Et ista opin. dñ Bar. seruatur, & practicitur i curiis, prout pluries vidit. Nec principale fundamentum Barto. obstat, quia iam supra remotum est, cum fuerit pro veriori opinione conclusum dotem non esse quid vniuersale differens a rebus dotalibus. Quinta, & vltima p-

36 clusio Bar. sit † q̄ fructus, & accessiones omnes in dote consideratae, restituenda veniunt, non per officium iudicis, sed per actionem de dote, probatur in d. l. si marito. §. si. & nota, quia licet Bar. dicat istud esse, quia actio de dote dñ iudicium vniuersale, & ita et dicit Iaso. & alij, qui Barto. sequuntur, tamen ego nō ita dico, sed quod istud ex eo procedit, quia ex dispositione legis, fructus efficiuntur dotis, & tanquam de parte dotis de eis est iudicandū, vt probatur in d. §. si. ibi, quia minorem dotē recepisset. Et ex ista conclusione vtiliter inferitur, q̄ si in libello, quo petitur dos restitui, omittatur petitio fructum, qui dotem auxerant, iterum peti poterunt, vt d. §. fin. quod nō esset, si solo iudicis officio deberet.

37 tur. vt l. 4. C. de p̄. Quare Barto. quarto loco, † quo iure sit dos, vel contractus dotis, & p̄cludit q̄ dicitur de iure gentium, vt per eum. Sed in contrariū videtur l. ex diuerso. §. i. eo. ibi, iure ciuili.

Pro quo vltra eam primō facit, quia cum matrimonium fuerit quo ad formam, & nomē de iure ciuili, vt probatur Insti. de iur. nat. in prin. iuncta gl. in ver. appellamus, & dos sine matrimonio non sit. l. 3. §. de iur. dot. intelligendo de matrimonio formato, videtur sequi, quod etiam dos possit dici de iure ciuili.

Secundo facit, quia si esset de iure gentium, actio inde pueniens, non denegaretur deportato, iuxta doctrinam Bar. in l. ex hoc iure. col. fi. §. de iusti. & iur. quod tñ videtur falsum, & contra l. instit. in prin. §. eo. Si ergo patri deportato denegatur actio dotis, videtur q̄ contractus non de iure gentium, sed ciuili dicatur.

Et tenendo hoc, non obstant fundamenta Barto. Nam primō ad l. has obligationes. supra de cap. dimi. potest responderi, q̄ nō valet consequentia, actio de dote competit etiam emancipato, & sic capitis diminutione non perit. Item ex bono, & aequo cōcepta est, ergo, non est de iure ciuili. Nam actio iniuriarū, vel quod vi, aut clam, quae filijsfam. competit. l. filiusfam. §. de acti. & obli. dicuntur de iure ciuili, & tamen nemo dicit, eas emancipatis nō competere. Et idem de querela contra testamentum matris dicitur, quae etiam filijsfam. competit. l. filiusfam. supra de inoffi. testi. & not. in d. l. filiusfam. Præterea etiam ius ciuile bonum, & equū respicit, & ita, vt dixerit, iudicem semper aequitate p̄ oculis habere debere. l. quod si Ephesi. supra de eo quod cer. lo. & c. & aequitatem rigori p̄ferri, l. placuit. C. de iudi.

Nec etiam obstat, quod dos dicatur habere naturalem praestantionem, & in iure naturali consistere, vt videtur probari in d. l. has obligationes, quia dici potest, q̄ ius ciuile concedens actionem de dote filijsfam. illud naturale, & aequa ratione fecit, quia si dos dicitur ipsius patrimonium. l. 3. §. sed vtrum, supra de minor. & conuenit naturali rationi & aequitati eam mulieri conferuari, & satis dicitur habere naturalem praestantionem ex eo q̄ naturae cōuenit dotem mulieribus reddi, sed ex eo non sequitur, ergo non est de iure ciuili. vt ex praedictis constat, maxime cum contrariū supra videatur iuridicē probatum. Secundo non obstat q̄ obligatio ex causa dotis, seu contractus dotis non excipiatur. per gl. in §. ius autē gentium, Insti. de iur. nat. & in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. a. reg. d. iurium vna cum alijs contractibus, quos gl. dicunt esse de iure ciuili. Quoniam respondetur, q̄ non sequitur, ergo non est de iure ciuili, quia gl. ibi potuerunt errare, si aliud ten-

tiunt. Præterea glo. illae loquuntur exemplificando illa iura, dum volunt aliquos contractus esse de iure ciuili, sed non sequitur, q̄ etiam vltra gl. non possint in alijs casibus exemplificari. Cogita super istis, quia esset pulchra conclusio in disputatione.

Ex his tñ non videtur recedendum ab opinione Bar. quae cōmunitur approbatur, & quam etiam ponit Pet. de Anc. in rub. extra de dona. inter vir. & vxor. quia responsiones ad d. l. has obligationes. non videntur securae. Et præterea pro ea facit, quia etiā de iure gentium reperitur considerata dos, vt traditur in testamēto veteri, prout legitur Genesis. c. 3. §. 3. ibi, Augete dotem. itē Exo. c. 21. ibi. Dotabit eam. item 3. Reg. c. 9. ibi. Dedit eam in dotem filiae suae, & alibi saepe, & per hoc patet non ob stare rationem, quā ego supra in §. ium primo allegabam, quia ad dotem satis est, q̄ matrimonium, seu coniunctio maris, & foeminae consideraretur, licet non esset nomen matrimonij, nec etiam forma, quae hodie reperitur. Et ita voluit Bald. in l. vnica. col. 4. C. de priuileg. dot. di. cens, q̄ dotes fuerunt dabantur, & repetebantur ab aeternitate mundi, cum primum fuerunt cognita matrimonia.

Nō ob d. l. ex diuerso. §. i. q̄ vltra Alex. hic dictū, cuius responsiones parui sunt momenti, melius dici p̄t, q̄ intelligit ille tex. respectu approbationis, cum & ipsum ius ciuile dotis dñctum probauerit, sicut in simili dicimus, q̄ actio commodata dicitur p̄toria respectu approbationis, vt nō. in l. i. in prin. §. commoda.

Et vltra dico, q̄ in d. §. i. verba illa, quāuis iure ciuili & c. nō respiciūt obligationē dotis, sed obligationē ex causa societatis de qua ibi arguitur ad dotem, & necessario debet intelligi respectu approbationis, vt dixi, cum clarum sit dñctum societatis esse de iure gentium, vt d. §. ius autē gentium. Præterea etiā dici p̄t, q̄ ibi non agitur de vero tractu dotis & de vera dote, sunt enim ista, cū res marito traditur, & nascitur obligatio in fauorem mulieris vt l. i. C. de dot. cau. ibi, viro erat solum promissa, & ius in fauore mariti oriebatur. Nō obstat illa secūda ratio, quia nego q̄ actio dotis tollatur capitis diminutione, vt d. l. has, & dico, q̄ illa actio ex cōtractu dotis competit filiae, sed lex patri communicauit eā; si duo interueniāt, q̄ sit dos profectitia, & filia in potestate. l. 2. §. quod si in patris, & ibi gl. j. eo. & ideo cessante patria potestate, actio consolidatur in persona filiae, vt ibidem dicitur. Nimirum ergo si id fit per deportationem, cum tollatur patria potestas. §. cum autem Inst. quibus mod. ius par. pa. solui.

Limitat hanc conclusionem Alexan. nisi dos per stipulationē promittatur, & nō dum tradita fuerit, quia tunc dicit ipse, dos dicitur de iure ciuili, eo q̄ per stipulationem celebrata sit, quae est de iure ciuili. §. de constituta, Insti. de action. & secundum hanc limitationem dicit posse intelligi de l. ex diuerso. §. i. vt per eum, cum quo transeunt simpliciter alij post eū, & expressē dicit Pappal. Et ita etiam tacito nomine Alex. dicit insignis doctor Ioan. Campeg. in suo tract. dotis in 1. parte. in §. q.

Tu considera, q̄ data communi opinione, de qua supra, pro vera forte ista limitatio non procedit, nec videtur ad propositum. Quando enim quaerimus aliquis contractus, an sit de iure gentium, vel ciuili, quaerimus de eius origine, & a quo iure primū emanauerit, non autem consideratur, postea quomodo celebrat, puta, emptio dicitur de iure gentium. d. §. ius autē gentium, nec istud minus verum erit, si emptio per stipulationem cōtrahatur, vt nemo negabit. Et si dicas in casu nostro sunt contractus diuersi. Nam dos bene dicitur iure gentium inducta, quando interuenit traditio, & tunc verum erit illud, etiam q̄ stipulatio interueniat propter id, quod dñ de emptione & c. Sed vbi traditio nō interuenit nihil iure gentium reperitur, nec eo iure sine traditione contractus dotis celebratur. Verum ius ciuile induxit, vt etiā per stipulationem dos cōtrahatur, & ita videtur, quod sit eo respectu de iure ciuili secundum Alex.

Ego tunc dicā, q̄ tunc non potest dici dñctus dotis cum ille traditione celebretur, vt supra pluries dictum fuit, maxime quando loquebamur de dote recuperata, & in secunda conclusione precedentis q̄ & vñ casus in l. i. C. de dot. cau. non nu. Vnde si dñctus dotis tunc est, frustra queritur, quo iure sit inductus. Et si iterū dicas, si non est dñctus, tñ dicitur dos postquam per stipulationem promissa est. Respondetur, q̄ immo proprie non dicitur dos, vt §. dixi in dicta secunda conclusione. Et posito milies, q̄ posset dici aliquo modo dos, & per modum iuris ciuilis, id est per stipulationem iudicatur, nihilominus dico, q̄ simpliciter debet dici dos de iure gentium, a quo est inuenta. Sicut in simili probatur in §. feruitus, cum sequen. Insti. de iur. perso. Nam licet aliquo modo quis sit ieruus iure ciuili, tamen simpliciter dicitur, quod ieruitus est constitutio iurigentium. Sic igitur in proposito dicendū videtur, quod dos, & dōs contractus simpliciter debeat dici de iure gentium, posito, quod inde hortum habuerit.

Sed aduerte, quia Bal. Nouel. in tract. dot. in 3. parte concludit hodie dicendum esse, quod contractus dotis indistincte sit de iure ciuili propter stipulationem a muliere de dote sibi restituenda factam expressē, vel tacite subintestam, vt per eam ibi, maxime in 3. col. versu. Tertia conclusio & c.

Verum

Verum ego, non sic dicerem, sed ut iam dixi, semper responde-
rem, quod datus dotis simpliciter dicitur de iure gentium, tamen si
per eum multa a iure civili fuerint addita, propter quae videretur,
quod deberet dici de iure civili iuxta ius civile. supra de iusti. & iu-
re. Cum enim dos viro traditur, vel pro tradita habebitur, de in-
duci datus dotis, ex quo vir ad eius restitutionem obligatur sola
to matrimonio, & hoc iure gentium de inducitur. Fateor tamen,
quod via, & remedium, ut restituatur hodie, nouo iure civili induci
videlicet per actionem ex stipulatu, sed ex hoc, quod actio civili pri-
sione detur, non debet dici datus de iure civili, ut videmus in d.
actu emptionis, & similibus, in quibus dantur actiones de iure ci-
uili, & tamen illi et hodie dicitur de iure gentium, ut d. §. ius autem gentium.
Et si hoc faceret datus dici de iure civili, dos fuisset sic denomi-
nanda etiam ante nouam provisionem fidei stipulationis, & actionis
ex stipulatu. Cum actio rei uxoriae, quae competebat, vel etiam illa
prima ex stipulatu, sicut & aliae actiones a iure civili fuerant in-
uetae, ut l. 2. §. deinde ex his. supra de orig. iur. & traditur per Doct.
Insti. de act. in prin. Bene etiam fateor, quod ille datus fidei stipulatio-
nis dicitur iure civili inductus, sicut etiam si expressa stipulatio
interponeretur, diceretur contractus stipulationis de iure civili.
§. de constituta, Insti. de actio. & per istam viam procedit reg. d. l.
ius civile, & ita ei dicitur satisfactum: sed tamen dico, quod con-
tractus dotis simpliciter dicitur de iure gentium per praedicta.

38 Quinto loco ultra Bar. quaeritur. ¶ Vtrum datus dotis sit no-
minatus, & certe sic videtur, cum habeat elegans, & proprium nomen
alteri non competens, quia scilicet dos appellatur & inde orieba-
tur olim actio de dote, quae dicebatur rei uxoriae actio, hodie ori-
tur actio ex stipulatu. l. vnica in prin. & per totum. C. de rei vxo.
actio. & ista sequentia videri probari in l. 1. 2. & 3. supra de pasci.
ver. E conuerso videtur quod sit innominatus, maxime ante sacras consti-
tutiones. C. quia conuentiones nominatae, & sic in speciale no-
men transeuntes producunt ipso iure actionem ex solo consen-
su, ut probatur in l. iuris gentium, in prin. supra de pasci. in ver. sed
& si in alium, sed vbi quis pacto nudo dotem promittebat, licet
adeffet consensus non poterat compelli: & sic non oriebatur ex
ali consensu, & promissione actio, ergo &c.

Id autem probatur, quia ita dicitur reg. d. l. iuris gentium, §. igitur
nuda, & etiam quia hoc noua provisione Imperatoris statuitur
per l. ad exactionem. C. de dot. promiss. & l. fin. C. ad velleia. ex quo
ostenditur, quod prius non ita erat. Bal. in d. l. ad exactionem, dicit, quod
propter istud argumentum dici debet, vel quod dos sit datus innomi-
natus, vel si est nominatus, quod non est de illis, qui perficiuntur con-
sensu. Et propterea dicit ipse, fuit postea inducta provisio fidei sti-
pulationis, ut per eum. Alibi tamen ipsemet Bal. simpliciter tenet, quod
sit datus innominatus. Et si dicatur, quod tunc esset locus poenitentiae
re integra, iuxta lex placito. C. de re. permut. cuius prius probatur
in l. si ego. §. 1. supra de iur. do. Respondet ipse, quod hoc speciali
fauore dotis dicitur inductum per r. d. §. 1. qui secundum eum est tex.
singularis & vnicus in iure, ita inquit Bal. in l. sicut ab initio, in vl-
timis verbis. C. de act. & obliga. & idem videtur sentire in l. leges,
in fi. C. de pasci. dominus Alex. hic tenet quod sit nominatus, ut per
eum, quod etiam voluit Bar. in d. l. iuris gentium, in fi. prin. & in l.
legitima. 2. col. supra de pact. quem Alex. allegat. Reperio, quod Bal.
nouel. in suo tract. dotis in tertia parte, secunda colum. & etiam
in quinta distinguit inter ius antiquum, & nouum. Nam in spe-
cto iure antiquo dos tunc dicebatur contractus nominatus, qua-
do incipiebat a traditione, sed si incipiebat a promissione dice-
bat innominatus. vide eum in d. 3. col. uers. secunda, quod olim
&c. Si vero loquamur de iure nouo dicit ipse indistincte, dos dicitur
contractus nominatus etiam quod incipiat a simplici promissio-
ne, cum iam sit statutum ex ea efficaciter agi posse, dicit l. ad
exactionem, & d. l. si.

Ego simpliciter teneo, quod contractus dotis sit nominatus quocumque
iure, & tempore inspecto, & ita videtur communis opinio, prout etiam
dixit Ioan. Campeg. in praedi. tract. in 6. q. primae partis. Verum
aliter intelligo, & declaro, quam faciant Doct.

Et in primis pro conclusionem simpliciter posita bene facit, quia
cum ex contractu dotis reperitur specialis, & nominatus titulus
vitiacionis, l. pro dote, ut infra pro dote, & C. de vsucap. pro dote,
sequitur, quod & ipse contractus dicitur specialis, & nominatus,
alioquin induceretur vsucapio generalis ex illo titulo pro suo,
prout contigit in contractibus innominatis, & isto argumento
utitur Bal. in d. l. ad exactionem.

Hanc tamen conclusionem intelligo, quoniam vere contractus dotis dica-
tur celebratus, semper enim, & indistincte hodie appellatur, &
olim dicebatur nominatus, nunc autem proprie dos, seu datus dotis
dicitur celebratus, quoniam mulieri, uel parti eius maritus, uel pars eius ob-
ligatur ad dotis restitutionem in aliquo euentum soluti matrimo-
nij, quod erit cum dos tradita fuerit, sola enim promissio non suf-
ficit, ut est textus clarus in l. 1. C. de do. cau. non nume. & probatur
etiam in l. Titio centum. §. Titio genero, uers. constante autem
39 matrimonio &c. infra de condi. & demonst. Et hinc dicimus quod
dos denominatur ab actu exequendi, ut per Bar. in d. l. iuris gen. in

princip. & ut inquit Grammatici dicitur dos a Dydone verbo
greco, quod apud nos est dare, ita apud Iunianum leges, & Cale-
pinus inquit, quod dos dicitur cum datur, & accipitur, & acceptio-
ne firmatur, & aliam dos non esset, Quoniam ergo solum dos est promissa, li-
cet quo ad obligationem promittentis possit dici dos constituta, &
et quo ad ipsius dotis qualitatem, & quantitatem, quia iam certum
est, quid pro dote sit dandum, tamen quo ad verum, & proprium no-
men dotis, & quo ad contractum nondum dicitur dos, nusquam
enim reperies, si aliud non interuenit, quod ex sola illa promissione
maritus, uel pars eius obligetur ad dotis restitutionem soluto ma-
trimonio, stante ergo hoc, quod vbi solum quid pro dote promittitur,
non dicitur proprie dos, ut et dictum fuit supra pluries, & per conse-
sequens non de dotis contractus frustra tunc quaerimus, an sit no-
minatus, vel innominatus, cum nullae non entis sint qualitates. ¶ Et
qualitas sine subiecto esse non potest. l. eius qui in provincia. ff. si
cer. pet. tradit. l. in l. si constante. infra co. col. 2. 4. & Cor. in con-
silio ducentesimo nonagesimo, ardua plurimum, secunda colu. 3.
volu. ubi allegat alia iura.

Et hoc intelligo procedere, necdum inspecto iure antiquo, tecum
dum quod ex nuda promissione non agebatur, sed etiam de iure
nouo, quo ex nudo pacto agi potest. Immo etiam si promissio do-
tis solemni stipulatione fieret.

Nam semper dico dotem, seu contractum dotis ex sola pro-
missione quantumlibet, solemni non induci. Merito ergo uanum
& insipidum esset tunc quaerere, an dos sit contractus nomina-
tus uel innominatus, & hoc tene menti, quia videtur contra men-
tem omnium Doctorum.

Caue tamen, quia quod dixi de traditione dotis, idem dico, si quo
modo habeatur dos pro tradita, ita ut ad mariti periculum perti-
neat, & ita ille obligetur, sicut per veram traditionem obligaretur,
ut in terminis licet. §. primo. & l. nuptura. supra de iure do-
tium. Et ita intelligo l. si extraneus, in fi. eodem titu.

Nam & ibi breui manu dos habetur pro tradita, cum omne ius
mulieris de debitorum illi sit transfatum in virum, quod cum postea fidem ha-
beat, & expectet, ut breui manu quantitatem illam a muliere recepit
se, & illi debitori credidisse, argumento dicti §. primi.

Sic etiam intelligo l. si fundum, supra de fundo dota. quatenus
fundus ille periculo mariti praescribatur, quia & ibi, cum mulier
omne ius suum transfulerit in virum, habebitur ille fundus pro tra-
dito. & ita etiam similes casus considerari possunt, vbi dos habeat
pro tradita ad periculum, & obligationem viri, ut studiosus per
se considerabit. Et in omnibus his casibus cum oriatur contractus
dotis, dicitur quod erit contractus nominatus per praedicta. Ex quibus
patet nullo modo obstrare argumentum, quod supra feci con-
tra conclusionem, quia fateor, quod dos, & eius contractus, immedia-
te quod sunt, producit ipso iure obligationem efficacem &c. Sed,
ut dixi non sunt, antequam dos tradatur, vel aliquo modo pro
tradita habeatur ad periculum, & obligationem mariti.

Sed contra praedicta facit. Nam donatio, licet dicatur quasi do-
ni dacio, & sic dicatur ab actu exequendi, sicut dos. l. enatus. §. 1.
infra de donatio. causa mortis. tamen sola promissione, etiam si-
ne stipulatione perficitur. §. perficiuntur. Insti. de donatio. & l. si
quis argentum. §. si. seu penultimo. C. de donatio. Et non est du-
bium, quod tunc dicitur donatio, vel donationis contractus.

Sic igitur videtur dicendum in dote, ut eo ipso, quod quis causam
promittit, ita ut efficaciter sit obligatus, dicitur dos, & dos con-
tractus habere suam perfectionem. Merito ergo videtur disputan-
dum, an sit nominatus, vel ne. Et hoc videtur fortissimum argu-
mentum, & ita, ut aliquos deduxerit in eam sententiam, ut dos
promissa proprie, & vere dicatur dos. Pro quo videtur bonus tex-
tus in l. de diuisione, infra eo lem. ibi, dotis constituta. nam ad pro-
missionem refertur, & melior videtur in l. quemadmodum, supra
de iure dotium, quam alias supra in contrarium allegauimus, in ver-
tatione quoque rei dotalis, ponderando illud verbum, quoque,
quod implicat, quasi dicat non solum promissione, de qua supra
dixerat, constituitur dos, sed etiam traditione. Et nota, quod sicut per
traditionem constituitur vera, & propria dos, dicit l. 1. C. de dot.
cau. ita etiam & promissione.

Et maxime hoc videtur dicendum, quia statim, quod dos simplici-
ter promittitur, lex fauorabiliter, velut super contractu dotis dispo-
nit, quod fingatur interposita stipulatio in fauorem mariti secundum
Doctores, & quod bona promittentis tacite sint hypotheca-
ta. l. vnica. §. & ut plenius. C. de rei vxo. acti. Sed tamen his non ob-
stantibus, arbitror verissimum, quod si firmari, & pro istorum re-
solutione aduertendum est, quia in dote considerari potest, primo
liberalitas promittentis ea, ita ut ad solutionem teneatur, & ista
perficitur sola, & simplici promissione. d. l. ad exactionem, & d. l. si.
cui alijs §. allegatis, & in hoc est similis donationi. Et ideo impera-
tor in d. l. si ad Velleian. & in d. l. si quis argentum. §. si. videtur quasi
eodem modo loquendi, dum inducit donatorem, & donatorem sola, & nu-
41 da promissione efficaciter obligari. ¶ Nam, & qui dote dicit donare,
& ut liberalitate, ut l. si. C. de do. pmi. & videtur text. in l. si. post
prin. C. de dona. ante nuptiis, ideo enim, & antiqui iuris condi-
tores.

tores. Ex hac tamen liberalitate in dote promittenda, & ex obligatione promittentis non oritur aliqua obligatio mariti ad dotis restitutionem soluto matrimonio, & sic non inducitur dos vera, seu contractus dotis. Vnde in dote considerantur secundò, quod maritus, vel pars eius obligetur, ut dixi. Et ita mulieri, vel eius parti ius quaeratur, & hoc tantum fit si dos tradatur, vel aliquo modo pro tradita habeatur per praedicta, & tunc dicitur induci contractus, & verum, & proprium nomē dotis, ut supra dictum fuit. † Et per hoc apparet differentia inter dotem, & donationē donatio. n. ad aliud nō tendit, nisi ut donatario ius quaeratur, quod fit etiam ex sola promissione. Et ideo dicitur tūc perfecta donatio, ut d. §. perficiuntur. Intellige tamen hoc, quando ex verbis promissionis non differtur actus donationis in futurum, puta, quod dicat, promitto centum ex causa donationis, vel quae tibi dono. Sed si diceret, promitto donare (quia tunc actus donandi videtur relatus in futurum) non dicitur perfecta donatio, sed potius pactum de donando. & ita potest intelligi quod dicit Bart. in d. l. iurigentium. in prin.

Sed dos, seu eius contractus tendit etiam, ut inde mulieri quaeratur ius, & maritus restituere obligetur in euentum soluti matrimonij, quod ex sola promissione non fit, & ideo propriè non dicitur dos, nec contractus inducitur, ergo &c.

Nec obf. d. l. de diuisione, quia ibi verbum illud, constitute, stat improprie, & exponi debet, id est promissa, ut ibi glo. sentit, quod necessario probatur ex fine illius l. ubi dicitur dotale praedium (& sic dotem) constituit tunc cum res traditur.

Non obf. d. l. quemadmodum, quia illud verbum, quoque implet id, quod s. dixerat, maritum, & illius serui dominum non teneri, seu ad eius periculum non esse, si quis seruo dotem promiserit, nam etiam traditione confita dos, ita constituitur, ut neque periculum &c. ut ibi sequitur. Non ergo ibi implicatur constitutio dotis. Vis videre, quod hoc sit verum, quia tunc malè procederet tex. qui per ver. quoque, implicaret casum magis dubitabilem cōtra naturam suam. Nemini. n. dubium erit facilius, & clarius constitui dotem traditione, quam promissione, posito, quod cōstitueretur, quod tñ est fallum, loquēdo de propria dote per praedicta. Vult ergo ibi tex. quod iam dixerat dominum non subire periculum, si seruo dos promissa erat, habere locum, etiam si res fuerit tradita, quo casu videbatur magis dubium, cum per traditionem solent constitui vera dos, & eius contractus, ex quo maritus soler obligari, sed tamen dicit ille tex. virum non subire periculum, etiam illo casu ante ratificationem, quia licet videatur dos constitui traditione & verè, regulariter cōstituitur, & etiam illo casu tamen constituitur, ita & cum hac declaratione, ut vir periculum non subeat, ut dixi. & nunc intelligis illum text. qui nedum opinioni nostrae non obest, sed eam plurimum coadiuuat. Non obf. quod lex, facta promissione dotis, inducat fictam stipulationem, & hpothecam. Quia primò potest negari, quod de ficta stipulatione dicitur, ut dicam j. in l. i. in 2. opp. Bar. super primo privilegio. Sed posito, quod ita sit, prout dicunt Doct. Respōdetur, quod lex disponit in fauorem mariti, ut est dictum, immediate quod fit promissio, & hoc ut dos vere, & proprie. Et sic eius 3 ctus postea per traditionem inducatur, & sic maritus habeat, vnde de subeat onera matrimonij, & etiam mulieri ex tali 3 ctu obligetur in casu restitutionis dotis. Ex his tamen non est inferendū quod dos & eius contractus proprie ex sola promissione fiant, cum contrarium supra ex pluribus probatum fuerit.

Hec omnia nota, & adde ea his, quae dixi s. in 2. conclus. circa tertiam quaest. Bar. in eo art. an dos tantum promissa, sit proprie dos. Et ex his inferitur primò, quod promissio danda dotis quantum libet solenniter facta, nec olim, nec etiam hodie dicitur dos. Secundò consequenter inferitur, quod talis promissio, licet hodie producat actionem, non potest dici contractus dotis. Et ideo frustra quaesitur, an sit nominatus, vel ne.

Tertio, quod dos vbiunque proprie detur, dicitur indistincte contractus nominatus quocunque iure inspecto. Quarto, & ultimo, quod ibi proprie, & vere dicitur dos, & sic dotis contractus, vbi interuenit traditio vera, uel ficta. Cogita tamen super eis.

Ex quibus fit vtiliter, ut puto, & cum summa diligentia expedita ista rubrica ad laudem summi Dei, eiusque Virginis gloriose, ac beatae Catherinae uirginis, & martyris studioforum aduocatae, cuius solemnitatem cras militans ecclesia celebrabit. In almo Patauino Gymnasio.

Interpretatio in legem primam. ff. soluto matrimonio.

S V M M A R I V M.

- 3 Mulier potest renunciare cum iuramento privilegio dotis, & fauori suo.
- 4 Fallit tamen in generali privilegio, videlicet quod causa dotis sit semper praecipua, cui renunciari non potest cum iuramento.
- 5 Mulier si renunciavit in genere omnibus privilegijs dotis, & eius praecipuitati, non valet renunciatio etiam cum iuramento.
- 6 Dotis causa dicitur praecipua, fallit, ut num. 64. cum sequentibus usque ad numero 70.
- 7 Lex de dote loquens, si disponat contra regulas communes, intelligitur esse specialis, fauore dotis.
- 8 Privilegia non sunt multiplicanda.
- 9 Instrumenta duo si eadem die reperiantur confecta, & dubitatur de prioritare, illud praesumendum est anterius, quod fauet doti. limita tamen ut nu. 44. cum seq.
- 10 Amplia hoc habere locum in libertate.
- 11 Maritus potest manumittere seruum dotalem etiam inuita vxore, & hoc fauore libertatis.
- 12 Probatio, quae fit per iuris praesumptionem, dicitur plena probatio.
- 13 Instrumenta duo si eadem die confecta reperiantur, & vertatur questio de anterioritate, illud prius confectum, indicandum est, quod fauet pia causa.
- 24 Amplia hoc precedere fauore studij.
- 15 Item fauore fisci. Limita tamen, ut nu. 44. cum multis sequentibus.
- 16 Hypotheca tacita pro dote praefertur anteriori tacitae priuatorum.
- 17 In dubio indicandum est contra fidei, & nu. 18.
- 19 Dos & fiscus pari passu non ambulant, sed vide nu. 40.
- 20 Mulier, & priuatus in expressa hypotheca se inuicem praecedunt secundum temporis praerogatiuam, secundum communem opinionem, sed contra nu. 73. sed vide nu. 105. & 111.
- 21 Intellectus ad l. i. c. de iure fisci.
- 22 Intellectus ad l. si is qui ff. de iur. fisci. & nu. 33.
- 23 Argumentum de casu ad casum non valet in privilegijs.
- 24 Intellectus ad legem. Non puto. ff. de iure fisci. & numero 25. & 26. & sequent.
- 27 Index in dubijs potest gratificare uni parti.
- 28 Probatio dubia non releuat.
- 29 Fiscus in dubio regulatur iure communi.
- 30 Prior in tempore, potior est in iure.
- 31 Argumentum a simili, uel a pari arguit verum paritatem.
- 32 Argumentum de priuato ad fidei, an ualeat.
- 34 Decisio in una facti contingentia, non trahitur ad aliam diuersam.
- 35 Probatio incumbit alleganti.
- 36 Dos an fisco preferatur, & nu. 260.
- 37 In pari causa, potior est conditio possidentis.
- 38 Privilegiati de privilegio certantes, ille praefertur qui maius privilegium habet.
- 39 Si uinco uincetem te fortius uinco te, & hoc regulariter. fallit tamen in casu, & c. & nu. 112.
- 41 Quod communiter omnibus prodest, priuata utilitati praeferrri debet & nu. me. sequent.
- 43 Ratio an debeat esse generalior dicto.
- 45 Priuatio praesupponit habitum.
- 46 Hypotheca pro dote etiam expressa non praefertur anteriori expressa creditioris, & est communis opinio.
- 47 Instrumentum publicum praefertur priuatae scripturae.
- 48 Scriptura priuata subscripta tribus testibus integra, & probata opinio nis habet uim publici instrumenti.
- 49 Vxor habet tacitam, seu legalem hypothecam in omnibus boni uiri.
- 50 Instrumentum in quo est apposta hora praefertur illi in quo tantum dies est appostus, si de prioritare dubitetur.
- 51 Beneficium si eadem die fuerit collatum a Papa, & ab ordinario, si in collatione ordinarij fuerit expressa hora, praefertur collationi factae a Praefice. fallit tamen ut nu. 53.
- 52 Collatio ordinarij solum praefertur ceteris paribus, quando constat de eius prioritare saltem per horam.
- 54 Instrumentum redditu incertum, siue aliqua dispositio sine diei expressione, secus uero si hora non exprimitur.
- 55 Hora expressio non est in usu in instrumenti, siue dispositionis, nec ideo dicitur dispositio minus certa, quia deficit hora.
- 56 Hora anterioritas in dispositionibus nedum consideratur, sed etiam unius puncti.
- 57 Argumentum a uerosimili ualidum est.
- 58 Clausula motu proprio, & clausula decreti, & c. quid referant, uide remij siue.
- 59 Causa privilegiata debet concurrere in data, sicut illa praefertur.
- 60 Possessio commodum inducit, & pro possidente lex praesumit, nisi agens eius intentionem concludenter probet.
- 61 Causa privilegiata uirtus sua praerogativa etiam contra possidentem. & nu. 64.
- 62 Actore non probante, reus absoluitur.
- 63 Possidenti in dubio fauendum est, & pro coindicandum. fallit tamen in causa liberali.
- 64 Fineris impensa praecedat dotem, & illam minuit. Sicq. regula dotis fallit.
- 65 Inuicta & illata sunt tacite obligata domino locanti domum.

1 Dictio, & est implicatiua, quando ponitur pro etiam.
2 Dos est privilegiata, non solum fauore mulierum, sed etiam fauore publico.

D. Maria. Soc. Iuni. in Rub.

- 66 Argumentum valet inter correlativa, si sit tamen eadem ratio.
- 67 Maritus non exigitur in dote, ultra quam facere possit.
- 68 Dos non præferatur in casu, scilicet si concurrat cum causa Primipilari, & sic fallit reg.
- 70 Dilectio, semper, includit omnes casus, & omnia tempora. fallit tamen ut ibi.
- 71 Opinio illa in iudicando tenenda est, quæ fauet dote, etiam si sit vnius Dotoris.
- 72 Testamentaria causa est favorabilis, sic ut in dubijs iudicandum sit pro testamento, & illa tenenda sit opinio, quæ illi fauet, sed in hoc contra num. 74.
- 75 Dos nedom dicitur privilegiaria, sed etiam specialiter privilegiaria.
- 76 Statuta generaliter loquentia non comprehendunt dotes, si tamen præiudicium inferrent, aliàs secus.
- 77 Statutum dictans q instrumenta non probent, nisi sint registrata in archivo, non comprehendit instrumenta dotalia, secundum aliquos, auctor vero contra.
- 78 In generali renunciatione non includitur ius dotale.
- 79 Mulier etiam sterilis gaudet privilegijs dote. num. 266. & 269.
- 80 Privilegium prælationis in hypotheca est concessum dote, & non mulieri, ideo in heredes transit, sed vide num. 104. & 139.
- 81 Republica maxime interest civitatem liberis repleti.
- 82 Filios habentes in pluribus prærogativam habent, siue privilegia, quæ non nulla videas ibi.
- 83 Statutum concedens aliquid venientibus ad habitandum in civitate dicitur favorabile, ideoque renunciari non potest.
- 84 Matrimonia contrahi in civitate, reipublica interest, ut ea hominibus repleatur.
- 85 Mulieres esse dotatas interest reipub.
- 86 Mulier indotata non præsumitur de facili virum invenire.
- 87 Dotes dantur proprie pro oneribus matrimonij.
- 88 Utilitas publica facit, ut recedamus à regulis iuris.
- 89 Dotis causa est summaria. fallit tamen, &c.
- 90 Argumentum per locum ab antecedenti destructo valet.
- 91 Dominium quo casu sine traditione retrofacta retransferatur? vide nullos casus.
- 92 Lex semper operatur plenius quam possit.
- 93 Dominium regulariter siue traditione non transfertur.
- 94 Privilegium tacita hypotheca competit actioni pro dote, & cum ipsa actio ne transit in quoscunque transit ipsa actio. & num. 100.
- 95 Hypotheca inest dote, sicut stipulatio.
- 96 Hypotheca tacita datur etiam in matrimonio putativo. Item & sponsa non sequitur nuptijs, sed hoc vltimum reprobat, ut num. 98.
- 97 Actio de dote quibus casibus non datur, sed conditio ob causam?
- 99 Actio aliquando capitur pro contractu, aliquando pro hominis actu.
- 100 Hypotheca tacita in dote, siue privilegium an competat extraneo dotanti, & stipulanti? quod non, secundum com. opi.
- 101 Hypotheca tacita an transeat in heredes mulieris quantumcunque extraneos?
- 102 Intellectus ad l. i. C. de privil. dot.
- 103 Argumentum à cessante causa non vendicat sibi locum, quando effectus iam est consummatus.
- 104 Hypotheca privilegium, scilicet ut mulier præferatur in ea, non transit ad alios, præterquam in filios.
- 105 Mulier quibus creditoribus, qui sine hypothecis præferatur.
- 106 Lex suum, non tuum denegat auxilium.
- 107 Difficilius tollitur, quod iure communi firmatur, quam quod iure speciali.
- 108 Mulier in personalibus etiam anterioribus præfertur, cæteris creditoribus.
- 109 Hypotheca expressa veluti potentior impedit manumissionem, tacita vero minime.
- 110 Falcem immittere in messem alienam nemo debet.
- 113 Privilegium dote concessum, siue rebus in dotem datis, videlicet quod alienari non valeant, transit in heredes.
- 114 Privilegium, quod instrumentum dote præferatur tanquam prius factum, transit ad heredes mulieris.
- 115 Limitata causa limitatum producit effectum.
- 116 Privilegium facta stipulationis in dote, & quod dicatur bonæ fidei transit ad heredes.
- 117 Index in causa dote potest favore mulieris abbreviare dilationes, similiter & in causa alimentorum.
- 118 Dilationes in causa dote brevantur, sed an hoc privilegium nedom ipsi mulieri, sed etiam heredibus competat?
- 119 Instantia in causa dote an fiat biennio?
- 120 Instantia in causis fiscalibus non currit.
- 121 Extensio est licita ab identitate rationis.
- 122 Instantia non currit in causis pjs, & ecclesiæ.
- 123 Dispositio l. Properandum. C. de iudic. est favorabilis, & ideo etiam cum iuramento renunciari non potest.
- 124 Lex generalis an comprehendat causam dote.
- 125 Limitatio, quando exprimitur per ditionem taxativam, non debet extendi ad alios casus.
- 126 Legi habenti varios intellectus, non est fundamentum iactandum.
- 127 Dotis causa an possit tempore feriato agitari?
- 128 Iudicia tempore feriato conquirere debent.
- 129 Alimentorum causa diebus feriatis agitari potest. quod etiam procedit in omnibus causis pjs.
- 130 Litis contestatio fieri debet in causa dote, licet ea favorabilis dicatur.
- 131 Probationes legitime fieri debent in causa dote.
- 132 Dotis causa, siue iudicium an possit coram iudice ecclesiastico pertractari latius discutitur.
- 133 Index cause principalis potest etiam de illo incidenti cognoscere, quod per se aliàs esset extra ipsius iurisdictionem.
- 134 Causa pia possunt pertractari coram iudice ecclesiastico.
- 135 Papa potest causam dote committere iudici ecclesiastico, qui deinde valet in ea procedere.
- 136 Index ecclesiasticus adiri potest in defectu iudicis secularis nolentis ius reddere petenti.
- 137 Iura sine leges semper quo ad possibile est, reduci debent ad concordiam.
- 138 Causa viduarum duntaxat an possint coram iudice ecclesiastico pertractari, vel ne.
- 139 Privilegium prælationis in personalibus datur mulieri, sed an ad heredes transeat, & num. seq.
- 141 Feudum antiquum ex pacto & providentia filius habere non potest, nisi sit hys.
- 142 Privilegia dote cui dicantur data an mulieri ipsi, vel potius dote, aut actioni. cum seq. num.
- 144 Dos ante matrimonium non dicitur habere privilegium, nisi ipsa subsecuto.
- 145 Confirmatio quando fit eius, quod de per se non valebat, qui confirmat dicitur dare.
- 146 Dos peti potest actione ex stipulatu, licet stipulatio non intervenierit, quia dote favore fingitur stipulatio, & procedit etiam ex parte mariti.
- 147 Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.
- 148 Fictio non solet induci nisi ex magna causa, & æquitate etiam sustentante.
- 149 Interest nostra habere plura remedia.
- 150 Remedium legis ad exactionem. an hodie servetur, sic, ut illius conditione agi possit.
- 151 Dos debetur etiam ex pacto nudo.
- 152 Mulieres aliquando defectu dorum expelluntur à iuris remedijs ideoq interest eas dotatas esse.
- 153 Officium paternum est dotare filiam.
- 154 Pater compelli potest ad dotandum filiam, etiam duntaxat secundum magis communem opin. & num. seq.
- 155 Pater habens apud se bona filie, eam simpliciter dotavit, præsumitur de bonis proprijs dotasse, & non filie.
- 156 Iactare suum nemo præsumitur.
- 157 Pater non tenetur alere filios duntaxat.
- 158 Mater licet teneatur alere filias, tamen non tenetur illis dotem præstare.
- 159 Dos debetur filie à patre, non iure obligationis, sed iudicis officio, & ex æquitate.
- 160 Declaratio ad tex. in l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum.
- 161 Declaratio ad legem finalem. C. de dote promissione, & num. seq. & iterum 183. & seq.
- 162 Verbum, omnino, licet aliàs sit præcisum, & generale. debet tamen interpretari ad congruum sensum.
- 163 Legitima debetur filio quantumcunque duntaxat, qui ea debetur iure sanguinis.
- 164 Dos & alimenta an parificentur, & an dos sit favorabilior alimentis.
- 165 Pater dotando filiam, si expresserit dotare de suis bonis, & filie, quomodo intelligatur dotatio, & vide num. 167. cum seq. ubi ampliat, & pluribus modis limitat.
- 166 Pater tenetur dotare nedom filiam in potestate constitutam, sed etiam emancipatam.
- 168 Pater administrator bonorum filie, quicquid facit, videtur administrato ri nomine facere, unde si dotem promisit, videtur de bonis ipsius filie, & illa, & non proprijs promississe, plerique tamen contra, & numero 173 & 177.
- 169 Nemo præsumitur promittere, plus quam teneretur.
- 170 Limitata causa limitatum producit effectum.
- 171 Legi quantumvis in aliquo dure, postquam sic scripta est, parere convenit.
- 172 Copula, & aliquando non retinet suam naturam propter necessitatem aliquam.
- 173 Pater ne teneatur in dotazione filie habentis bona propria, cautela datur, ut protestetur expressè, quod intendit dotare de bonis filie, & non ipsius patris, sed an hæc cautela subsistat, ibi declaratur.
- 174 Actus nostri nihil operantur ultra intentionem.
- 175 Pater utrum teneatur dotem dare filie nuptiæ tradite, & dotata, & num. 127.
- 176 Dos si non fuit congruè à patre data, potest cogi supplere usque ad decentem dotem secundum vires patrimonij.

- 178 Ordo, sive prioritas, aut posterioritas in connexis non attenditur.
- 179 Pater naturalis tantum dotando filiam non legitimam, non dicitur de proprijs bonis dotasse, sed filia.
- 180 Pater non tenetur dotare filiam naturalem tantum & hæc est com. opin. sed hodie videtur com. opin. in contrarium vt num. 186.
- 181 Pater tenetur alere filiam naturalem, & natam etiam de quocumque re probato coitu. cum seq.
- 182 Declaratio ad tex. in l. uxorem. s. pater naturalis, infra de legatis tertio, & numero 184.
- 183 Dos data filie naturali, ea mortua ad patrem, vel eius hæredes redire debet. Sed ne redeat cautela traditur.
- 187 Argumentum non procedit, data instantia.
- 188 Alimenta sunt præstanda uxori secundum qualitatem dotis præstitæ.
- 189 Pater debitor filie, si illam dotauit, an videatur debitum cum dote compensare voluisse.
- 190 Auis paternus tenetur dotare neptem, si tamen pater puella sit inops, alijs minime, & est com. op. vt num. 192.
- 191 Auis paternus tenetur nepotibus alimenta præstare, modò eorum pater pauper sit.
- 193 Dos data ayo nepti, computanda venit in legitimam filij, & sic patris puella.
- 194 Dos computatur in legitimam.
- 195 Auis habens apud se bona filij, si dotauit neptem, vtrum dicatur de proprijs bonis dotasse, an verò filij.
- 196 Pater dives dotando filiam, vtrum censatur de proprijs bonis dotasse, an verò patris eius videntis?
- 197 Mater non tenetur regulariter filiam dotare, fallit tamen in aliquibus casib. vt ibi.
- 198 Iudæi apud nos iure civili viuunt.
- 199 Frater tenetur dotare sororem suam, modò sit ex eodem patre nata, & sit inops, & est com. opin.
- 200 Frater clericus si aliunde non habet, vt sororem docet, potest de redditibus ecclesie illam dotare.
- 201 Dotare puellam inopem quis potius cogatur, mater, aut frater, ambo diuites?
- 202 Patrius an teneatur filiam fratris dotare
Filius an teneatur dotare matrem ibid.
- 203 Bona mariti sunt tacita hypothecata, etiam respectu pretij rerum dotalium.
- 204 Stipulatio tacita, quæ à iure fingitur in dote interuenisse, habet etiam locum in donatione propter nuptias.
- 205 Præiudicium tacite hypothecæ, & factæ stipulationis, quod datur mulieri pro dote repetenda, competit etiam marito pro dote sibi soluenda.
- 209 Ficta stipulatio, quæ dicatur.
- 207 Notarius tanquam publica persona potest alteri stipulari, & dicitur ficta stipulatio.
- 208 Locatio fingitur renouata in homine sane memis, secus verò in furioso.
- 209 Statutum dictans, quòd instrumenta habeant paratam executionem an habeat locum in ficta stipulatione?
- 219 Iuramentum est stricti iuris.
- 211 Statuta locutionis in casu vero non vendicant sibi locum in casu ficto.
- 212 Dos in arbitrium patris committi potest, & incerta promissio dotis valet, & num. 218. & est com. opin. sed vide num. 220.
- 213 Dotis promissio in arbitrium tertij valet, & per plures sequentes numeros, & vide etiam num. 223.
- 214 Venditio collata in arbitrium tertij valet, secus verò si in arbitrium patris.
- 215 Remissio facta in voluntatem vnus ex contrahentibus, intelligitur facta arbitrio boni viri.
- 216 Libertatis causa fauorabilior est, quàm dotis.
- 218 Legatum incertum valet fauore alimentorum. Item & fauore viæ reificiendæ, quod tamen regulariter non valeret.
- 219 Duo specialia regulariter concurrere non possunt, fallit tamen aliquibus casibus, & vide num. 224.
- 221 Ratio legis, vel alterius dispositionis regulari debet a præcedentibus.
- 222 Promissio incerta licet regulariter non valeat fallit tamen fauore studij, necnon & pia causa. fallit quoque de æquitate canonica.
- 225 Fideiussio non fit nudo pacto.
- 226 Lis regulariter inter patrem & filium esse non potest, fallit tamen in causa dotis.
- 228 Filia licet de iure civili absque consensu patris nubere non possit, tamen de iure canonico potest, & debet habere dotem, licet reperitur nuptiæ, & hæc est com. opin.
- 229 Matrimonium absque dote esse potest.
- 230 Filia si sine consensu patris nubens, nubat indigno, est iusta causa exheredationis, & perdere debeat dotem, & est com. opin. vt num. 232.
- 231 Alimenta filijs, ex illis causis denegari possunt, ex quibus possunt exheredari.
- 233 Filia si in corpus peccauerit luxuriose viuendo, vel nupserit indigno postquam tamen egerit vigesimum quantum annum, non potest exheredari, nec etiam dotem perdere. quod an extendatur etiam ad minus tempus secundum consuetudinem patris dotandi feminas. vide ibi cõ-
- tra Bal. Nouel.
- 234 Res immobilis data in dotem alienari non potest, etiam cum consensu mulieris, & alijs &c. Limitatur tamen vt ibi pluribus modis.
- 235 Res mobilis in dotem data, si inasimata datur, non potest alienari fallis tamen.
- 236 Prescriptio nulla currit contra pupillum, nec etiam contra dotem constate matrimonio.
- 237 Inclusio vnus, vel expressio gratia frequentioris usus facta, non excludit casum similem.
- 238 Statutum dictans, quòd vir mortua uxore lucretur certam partem dotis data, an habeat locum in dote tantum promissa?
- 239 Dominium rerum dotalium soluto matrimonio an retransferatur in uxorem?
- 240 Alienatio rei dotalis prohibita alienari, valet interueniente iuramento.
- 241 Cautela, vt alienatio rei dotalis èi iuramento vallata nullius sit roboris.
- 242 Mulier habens tacitam hypothecam, an præferatur anteriori habenti expressam sicuti præferitur habenti tacitam.
- 243 Verbum semper, aliquando exponitur pro multis, vel vt plurimum, idem de verbis continuò, quotidie, & sim. & vide num. 251.
- 244 Testis dictum de possessione testificantis, debet referri ad possessionem naturalem, & non ad civilem.
- 245 Testes debent testificari per aliquem sensum corporeum, & non de animi iudicio.
- 245 Testis si deposuit, & Titius, puta, possedit per triginta annos semper, & tamen probetur aliquo tempore absentem fuisse, an possit saluari a falso & num. 243, fallit, vt num. 249 secundum aliquos.
- 247 Possidere quis dicitur per perceptionem fructuum, etiam si percipiat per colonum.
- 250 Probatio dubia non releuat probantem.
- 252 Dicitio vbique quid denotet.
- 253 Diuitiæ fiscales dicantur pertinere ad publicam vtilitatem respectu vniuersi.
- 254 Pecunia secundum Aristotelem dicitur fideiussor futura necessitatis.
- 253 Ciuitas, si indigeat, compellere potest particulares homines ad contribuendum.
- 256 Mulieres esse dotatas respicit publicam vtilitatem tantum secundario.
- 257 Iniuria illata filio est illata patri, & illata uxori est facta viro.
- 258 Homines esse locupletes interest Reipublica, licet hoc principaliter respiciat priuatam vtilitatem.
- 259 Vtilitas publica consistens in Sacris Sacerdotibus, & magistratibus præferitur omnibus, etiam doti.
- 261 Præiudicium causa præfertur cause dotis.
- 261 Fiscus causa, & vtilitas in iure quaesito præfertur cause, & vtilitati priuatorum.
- 263 Maritus non potest expellere uxorem sub pretextu dotis non solute, quòd nulla dos fuit promissa.
- 264 Dos dicitur profectitia, vel aduentitia, etiam apud mulierem sui iuris, licet secus sit in nomine peculij.
- 265 Mulier licet sit iterum nupta, gaudet nihilominus omnibus priuilegijs in dote sua.
- 267 Cause, quæ sint, & mulieres tot habent priuilegia in dotibus suis.
- 268 Mulier potest cum iuramento renunciare suis priuilegijs dotalibus.
- 270 Castratus vnde dicitur, & vnde spado, & num. seq.
- 271 Castratus non potest matrimonium contrahere, nec adoptare nec posthumum hæredem instituere, & quid in spadonibus.
- 272 Doctor fabrum malleantem iuxta scholas, vel eius studium repellere potest.
- 273 Doctores, qui officium Doctoris non exercent, non gaudent priuilegijs Doctorum.
- 274 Scholæ si se inuicem impediunt, officium iudicis erit impedimentum remouere.
- 275 Doctor legens alta voce in eius camera, sic vt alterum impediatur, potest compelli vt taceat limitatur tamen hoc, vt ibi.
- 276 Scholares possunt repellere fabrum malleantem prope domum illorum, si iudici videatur, & est com. opin.
- 277 Studiorum causa, & dotis & debita ex prædictis causis equiparantur.
- 278 Reipublica illa beata dici potest, quam viri sapientes regunt, atque gubernant.

DO T I S causa. Deinde secundum glof. Barto. & omnes in tres partes, vt per eos. Summa, vt per Barto. quem sequuntur quasi omnes. Sed aduertendum est, quia summarius Barto. non datur ex mente legis, quia lex ista sentit priuilegium principaliter ex alia causa dari, quàm fauore Reipublice, qui vertitur in liberis procreandis, vt probatur in secunda parte, ibi. Nam &c. Implicat enim illa dicitio, & posita pro etiam, quòd causa dotis habet priuilegia principaliter propter aliud.

Vnde Paul. de Cast. melius forte considerans verba tex. aliter summat, videlicet, Dos est priuilegiaria non solù fauore mulierum, sed etiam fauore publico, &c. Et ita cum summario Pau. de Cast. transiens aduertit hic Bulg. Bartolum reprehendens.

D. Maria. Soc. Iun. in Rub.

dendo, & Iaf. etiam in 2. lect. licet de Bulgarino mentionem non faciat. Et fuit hoc ex intentione gl. hic in versiculo. Nam & reipublica. Ponit Bart. infra in 6. col. & quasi omnes dicunt in notabilibus.

Cogitabam ego subtiliter intuendo mentem Iuriscōsulti hic q̄ summariū Bar. relatum ad tex. possit optimè defendi. Nam lex ista concedit doti prarogatiuam, & prarogatiuam quādam generalem respectu temporis, loci, & casuum. Et hoc priuilegiū tam generale principaliter publico fauore fuit cōcessum. Et hoc proprie vult iste tex. in vers. Nam & reipublica, &c. aliā non esset bona ratio, quod non est dicendum. Nec obstat implicatiua, & quia dico q̄ implicat respectu dicti, non respectu rationis, vt consideranti patebit. Fatetur. n. lex nostra, q̄ mulierum interest earum dotes saluas fore, & est notissimum. Verum ex eo tantum (cum sit priuatum interesse per se) non induxisset legislator tam generale priuilegium nisi adesset interesse Reipublice, vt dotes conferrentur, vt d̄r in tex. Et hoc (ni fallor) est, quod proprie voluit lex ista. Et sic sequitur q̄ Bar. bene summariū. Ad tollendam tñ communem dubitationem, adde eius summariū vnum verbum, & de plano procedet, videlicet, causa dotis d̄r ḡna liter priuilegiata propter fauorem Reipublice, &c. vt per Bar. Et ex ista declaratione infero multum singulariter, q̄ licet vni, vel alteri priuilegio, & fauori mulier possit cum iūro renuntiare. cū contingat, de iure iur. & c. licet, co. tit. li. 6. & declarat hic Pau. de Cast. Et hoc quia talia priuilegia particularia dicuntur cōcessa principaliter eius fauore, vt I. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. licet secū

4 dario fauore publico, tñ t̄ huic generali priuilegio, videlicet, q̄ causa dotis sit semper prarogatiua, non poterit mulier etiam cum iuramento renuntiare, ex quo d̄r principaliter inductum publico fauore. arg. c. si diligenti, de fo. comp. Quod nota quia est pulchrum dictum. Ex quo particulariter infero, t̄ q̄ si in aliquo instrumento mulier & etiam cum iuramento renunciauerit in genere omnibus priuilegijs dotis, & eius prarogatiua, talis renunciatio non valebit. Super istis cogitabis. Et sis cautus vt facias renunciarī particulariter ne tibi prarogatiua obsint.

Ponit Bar. casum vt per eum, cum quo quasi omnes transeūt. Ang. tñ & Imo. dicunt casum ita in specie non bene figurari, cū sit consultatio ḡnalis. Pone ergo casum sub nube & in genere dictinctè per partes procedendo, & pro exemplo sit casus Bart.

6 Nota primò (prout prima verba sonant) q̄ t̄ causa dotis d̄r prarogatiua, fauorabilis, & priuilegiaria semper & vbique. Et certè plurima sunt priuilegia eius, vt hic per gl. & alios maximè Bal. qui enumerat circa triginta. Et penè infinita enumerant Bal. Nouel. & Io. Camp. in eorum tractatibus de dotibus. Sed de eis, seu de multis ipsorum particulariter, j. videbimus. Ex isto text. ita notato, seu ex ista ḡnali prarogatiua, & prarogatiua dotibus concessa inferri p̄t, q̄ quoties reperitur aliqua lex, quæ loquens in dote disponat aliquid t̄ regulas communes ei, iure optimo r̄nderi p̄t, q̄ procedit specialiter fauore dotis. Tamen si in ea de specialitate nulla mentio fiat. Ita firmat hic Pau. de Cast. & sequit̄ Bulgar. concius meus. Et licet alias dici soleat, t̄ priuilegia non esse multiplicanda, nec a regula recedendum, nisi specialiter reperiatur expressum, argumento l. in fraudem §. si. infra de milit. test. & c. sanè de priu. cum materia. Tñ isto casu dici p̄t, q̄ satis reperit̄ derogatum per illam legem t̄ regulam disponentem iuncta ista generali prarogatiua hic dotibus concessa. Et ex eadē ḡnali prarogatiua otitur in iure regula, q̄ in dubio semper pro dotibus iudicandum est. l. in ambiguis, §. de iur. dot. & infra de reg. iur.

Secundò) prarogatiua ad practicam deducendo, & casum Bar. p̄ exemplo textui nostro applicando) nota, q̄ si reperiantur duo instrumenta eodem die confecta, & de prioritate contendatur, illud prarogatiua est anterius & ita prarogatiua est, quod fauet doti, vt per Bar. quem alij sequuntur. Et ita in specie nō. Dñs & Patruus meus Soc. Bulgar. & Iaf. Quod dictum est fauore dotis. t̄ Primò ampliatur vt procedat etiam fauore libertatis t̄ do minum meum Soc. argumento l. inter pares, §. de re iud. Cui adde c. si. extra eo. tit. &c. ex literis, de probat. vers. prarogatiua in liberali, &c. Facit l. in obscuris, §. de reg. iur. Et exemplica, si in vno instrumento reperiatur manumissio, in alio specialis obligatio eiusdem serui. Non sic esset in generali obligatione, quia tunc etiam post eam seruus potest manumitti. l. i. & lab eo. C. de seruo pig. da. ma.

Comprobatur ista opinio, primò, quia si hoc est in dote fortius esse debet in libertate, quæ sicut omnibus rebus est fauorabilior. l. libertas §. de reg. iur. ita est fauorabilior ipsa dote vt ibi in verb. omnibus, &c. iuncta regula leg. Iulianus, de leg. 3. Et in specie probatur in d. l. i. iuncta regula dicente, Rem dotalē alienari non posse, vt §. de fund. dot. per totum.

11 Immo dico t̄ q̄ tñ potest fauor libertatis, vt manumitti seruus dotalis possit a marito, etiam inuita muliere l. dotalē, §. titulo nostro, modo tamen vir soluendū remaneat.

Secundò) probatur per l. si peculium, §. si. §. de manumiss. test. & l. si seruus legatus, §. de fideicom. liber.

Tertiò confirmatur per l. si fuerit, §. si. infra de reb. dub. vbi dicit hoc est aliud exemplum.

Sed contra hoc facit l. non ideo minus. C. de liber. causa. ibi. f. affirmationem suam nō impleat. &c. & l. matrem. C. de prob. ibi. ostendi conuenit. Videntur enim illa verba velle, q̄ qui de sua libertate contendit, debet plene & concludētē probare, alias succumbet, & sic non videtur q̄ sufficiat rem esse in dubio. Sed respondetur primò, q̄ qui paritatem probat, iuris prarogatiua dicitur plene probare, quia lex pro libertate prarogatiua. Et t̄ probatio, que fit ex iuris prarogatiua, videt̄ plena probatio, argumētū. l. si quis locuplex, §. de manu. testa. & l. licet Imperator, de leg. 1.

Sed aduerte, quia neque istud videtur verum, primo per genera-
litatem d. l. omnes, ibi vel qualibet alijs, &c. secundò per ea que
modo dixi contra primam illationem per d. l. in fraudem, in fin.
Ac etiam, quia Bal. in d. consi. non ita firmat, sed dubitat. Immo
videtur prius velle ibi in versic. solutio &c. quem videas. Non
obstat fundamenta Ias. quia respondetur, vt dixi modo circa alia
illationem. Nec obstat d. l. non ideo minus, quia specialiter illud
procedit in libertate. Et ratio est, quia ei non potest prospici per
recursum qd. fiscum intra quadriennium, & esset absolum, & du-
rum, qd. ita liberati absq; remedio aliquo præiudicaretur. Et hæc
specialitas in libertate voluit gl. in versiculo moueri, in d. l. om-
nes. Et ibi idem dicit Sal. Non ergo debet illud trahi ad dote in
qua ratio illa cessat, vt clarum est. Cogita tamen.

78 Tertiò etiam inferitur, qd. in generali renunciatione non in-
cluditur ius dotale. Ita Pau. de Cast. singulariter in consi. 129. se-
cundum Ias. sed mihi est nu. 13. 1. licet ista Domina Lisa. &c. &
secundum nouam impressionem est nu. 73. 1. vol. & ita sequitur
hic Ias. aliqua allegans, vt per eum. Considera qd. istud (habito
pro vero) (quia de eius veritate aliter non discutio) potest fortè
limitari nisi talis renunciatio ad nihil aliud referri possit, nisi ad
dotem. Quoniam tunc arbitraret, qd. doti præiudicaretur in casu in
quo expresse posset renunciando præiudicari. Nam illo casu
habebitur pro expressa, argumento l. 2. cum ibi no. per Doct. j.
de liber. & posthum.

Quintò not. ibi. Nam & reipublicæ &c. secundum Pau. de Cas-
str. Arer. Patrum meum Soc. Ias. & alios, qd. dos habet præroga-
tiuam etiam alijs rationibus quam publico fauore.

Quæ rationes sumuntur ex l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab.
vt per eos. Immo fm Paul. de Cast. Bulga. & Ias. rationes &
sic fauor mulieris dicitur à iure principaliter consideratus, publi-
cus verò fauor secundariò, & licet ipsi non dicant, hoc videtur
probari in ista implicatiua & prol. et posita. nã includit ratione
minis dubiam, & magis apertam etiam. C. si tut. vel cura. inter.
cum similibus. Hoc idem voluit Bar. j. in 4. opp. vbi dicemus. Et
inferunt Pau. de Cast. & Ias. ad validitatem renunciationis a mu-
liere factæ cum iuramento, vt per eos. Ego circa hoc dicerem, vt
dixi supra circa summarij Bar. vt l. generalis præcipuitas, de qua
hic fuerit principaliter publico fauore inducta. Fauor enim pri-
uatus non fuisset potens ad tam grande priuilegium, vt ibi dixi.

Et hoc modo potest saluari quod dicit hic Ale. in vlt. notab. Ex
79 isto not. etiam refert D. meus Soc. qd. quòd etiam mulier in qua
cessat ratio publici fauoris, puta, quia sit sterilis, gaudet priuile-
gio dotis, vt per eum. Qui super hoc multa scribit, sed ego dicā
post Bar. infra in 4. quæst.

80 Sextò not. ibi, Dotes mulieribus & c. iuncto princ. & figura-
tione casus Bartol. quòd qd. priuilegium prælationis de quo in
dicto casu dicitur concessum doti & non mulieribus. Ita not.
Soc. noster in tertio notab. Ex quo videtur inferri quòd in hæ-
redes transeat.

Super quo multum dubitat Dom. meus. Sed dicam post Bar.
infra in 1. opp. in 4. conclusione.

Septimò not. Reipublicæ maximè interesse sobolem procrea-
ri, & ita ciuitatem liberis repleti, concordat l. hoc modo, in fin. j.
de cond. & demonst. Et ideo Hadrianus Imperator dicebat se
malle hominum adiectione imperium ampliari quam pecunia-
rum copia, vt legitur in l. cum ratio. §. si plures. j. de bonis damn.
vnde fons ille eloquentiæ Cicero in primo Officiorum inquit,
partum etiam reipublicæ nasci, quòd etiam legitur apud Iuriscō-
sultum in l. 1. §. & generaliter. j. de ventr. in pos. mit. Facit l. 2. pro-
pe si. C. de indicta. vidu. tol.

82 Hinc qd. prouenit, qd. qui filios habet in pluribus dicuntur ha-
bere prærogatiuam à iure, puta, qd. ab onere tutelæ vel curæ excu-
sentur, si certum numerum habeat, vt Inst. & excus. tut. in prin.
& C. qui nume. filio. & c. per totum. Item qd. in honoribus præfe-
ratur liberis non habentibus. l. in albo, vbi Bar. & Bal. C. de decur.
lib. 1. o. & videtur tex. in l. spurius. §. si. j. de decur. Item etiā in testi-
monijs prolatis vel proferendis secundum Bal. in d. l. in albo. Hæc
tamen intellige, data in cæteris paritate. Et hoc vidi alijs allegari
ab vno Doctore Ligureo, vt præferretur alteri eadē die cū. lau-
reato, quod nota.

83 Ex hoc notabiliter inferitur, qd. statutum qd. concedens aliquid
uentibus ad habitandum in ciuitate dicitur fauorabile ratio-
ne publicæ utilitatis secundum Ale. hic.

Et propterea Bar. in l. si quis pro eo. infra de fideius. vult, qd. si-
milibus statutis etiam cum iuramento renunciari non potest qd.
c. si diligenti, de for. compet. Particulariter inferendo, qd. si statu-
tum, dicat, vt ciuitas hominibus abudeat, disponimus, qd. quilibet
obligatus ad quantitatem frumenti dando 10. pro corbe liberet-
ur, non poterit etiam cum iuramento tali statuto renunciari. Ita
tradit hic Ale. Quòd credo declarandum, vt procedat tempore
contractus, vel quādo cūque ante tempus solutionis, vt sic si-
bi debitor onus imponit soluendi necessario frumentum. Sed si
postea velit soluere frumentum, puto qd. poterit. Nam statutum
non cogit soluere 10. pro corbe, sed sic soluentem liberat, vt vi-
deatur ponerè id in eius arbitrio. Sed dicet quis in quo detrahit-
ur publicæ utilitati, quòd quis cogatur soluere frumentum? Re-
sponderi potest, quia ex defectu frumenti non poterit commo-
de viuere, qui eo se priuauit. Et ita ciuitas non remanebit abun-
dans hominibus qd. mentem statuti. Super quo bene cogita, quia
cum non sit materia nostra non discutio aliter de eius veritate.

Et cum ciuitas non tam facillè liberis repleatur, quam per ma-
trimonia. Hinc ex prædictis, & virtualiter ex tex. isto notatur o-
84 tauo loco quòd qd. Reipublicæ interest matrimonia in ciuitate
contrahi per quæ humano generi ex liberorum procreatione
immortalitas, & perpetuitas artificiose inducitur, vt inquit Impe-
rator in Auth. de nup. in prin. colum. 4. & ibi glo. declarat. Et ea
causa, vt matrimonialliberius contrahantur, fuit inductus titulus
C. de indict. vid. tol. vt in eo dicitur maxime in l. 1. & 2. Probat
hoc not. in d. l. hoc modo, de cond. & demonst. ibi, legem. n. vti-
lem, reipublicæ, &c.

85 Nonò nota, qd. Reipublicæ interest mulieres esse dotatas, eis
que dotes earum conferuari. Et hoc proprie dicitur hic. Mulier
n. dotem habens nubere poterit facillius, & ita ciuitatem liberis
repleat. Ita voluit hic tex. Concordat l. 2. §. de iur. do. & l. 3. infra
de priuileg. cred. Et ex prædictis tria inferuntur, que similiter ex isto
tex. notari possunt.

86 Primum (& sit decimum notabile.) quòd qd. mulier indotata
non presumitur de facili virum inuenire, ita probat Lisa, in ver-
ficulo maximè sit necessarium. Er ita in specie ho. Arer. in vlt. no-
ta. Facit d. l. 2. de iure dot. & d. l. 3. infra de priu. ere. Ratio est, quia
cum matrimonium plurimò onera secum afferat, viri non facillè
ad talia onera inducuntur, nisi pro quo dote, que eis detur, vt ea
mediante talia onera sustinere valeant. Et ita experientia rerum
87 magistra docet. Pro oneribus enim qd. proprie datur dos. l. pro o-
neribus. C. de iur. do. & dixi supra in Rubr. circa eius definitione.
Et ibi dos esse debet, vbi sunt onera in matrimonij. l. si is quòd. §.
vbi dos, infra de iur. do.

88 Secundò inferitur, & sit vndecimum notabile, quòd qd. propter
publicam utilitatem recedimus a regula iuris communis. Ita
not. Alexand. in 1. not. Et probatur, quia cum hic maximum pri-
uilegium detur doti, & priuilegium sit priuata lex, & sic qd. regu-
lam c. priuilegia. 3. dist. Et totum hoc fiat propter reipublice inte-
resse, vt sepius dictum est sequitur quòd propter illud a regula re-
cedimus. Concordat l. fin. C. de sacros. eccl. allegata per Alexan.
Item l. ad bestias infra de pen. quam allegat Claud. Et plurima
ad hoc congerit Fel. in c. nonnulli. col. 2. §. de refecr.

Tertiò inferitur, (& sic duodecimo, & ultimo noto) & ad hoc
tendunt

D. Maria. Soc. Iuni. in Rub.

tendunt omnia prædicta, q̄ ideo doti dantur priuilegia, & causa eius d̄ præcipua, vt ea mediante matrimonia fiant, & ita ciuitas liberis repleatur, in quo stat publicum interesse. Ita not. Patruus & Dom. meus Socin. in 4. no. & Bulg. in secundo. Ias. in sexto, & est de mente omnium scribentium. Ex his fm Do. meum Soci.
89 inferri potest, q̄ t̄ causa dotis debet, quam citius potest, expediri, vt sic citius ad sobolem procreandam proueniri possit, in quo vertitur publicum interesse. Et hoc fortè voluit gl. 2. hic prope si ibi, vt R. i. iudicium, &c. De quo tamen ibi, & in prima opposit. Bar. videbimus. Considera t̄m, q̄ ista ratio non semper in iudicio dotis abbreviando potest adaptari. Pone enim q̄ de dote agitur mortua muliere, vel in tali ætate constituta, vt certum sit eã non suscepturam filios, vel q̄ nolit nubere, vel etiam pone, q̄ iam sit nupta, & apud virum, & sic per iudicium dotis procreatio liberorum non retardatur.

De hac tamen materia, & multa de iudicio dotis dicemus in d. l. opp. in 7. conclusionem.

In gl. secunda in primis aduerte, quia vltima eius verba ibi alij i. matrimonium, &c. in antiquis codicibus non legunt. Nec Bar. & alij videntur ea verba habuisse. Vnde cum Doct. faciant in gl. sex partes, facias septem. Potest tamen dici q̄ ista septima expositio superaddita virtualiter in tertia contineatur. Ex prima, & secunda parte gl. notatur, dupliciter causam considerari causantem. s. & causam prout in simili de natura no. in l. respiciendum, s. si cert. pe. & in §. conditiones. Inst. de ver. oblig. Hoc fm Bald. facit ad q. nouo statuto cauetur, q̄ certarum rerum venditiones factæ a mense citra, non valeant, seu sint nullæ, vt format hic Ale. Modo Titius a mense citra rem aliquam statuto comprehensam vendiderat ante factum statutum, & tradiderat, & sic dominium in emptorem erat translatum, certum est venditionem, & contractum ipsum esse annullatum a statuto. Sed queritur, vtrum etiam in Titium dicatur retranslatum dominium, vt sic ille possit vindicare in quo stat vtilitas huius questionis.

Et videtur q̄ sit retranslatum, quia cum sit annullata venditio & per consequens causa propter quam fuit, translatum dominium in emptorem, per locum a cessante causa videtur q̄ etiam dominium non debeat esse apud emptorem, sed q̄ redierit ad venditorem, apud quem erat ante celebrationem contractus, siue t̄ve lis arguere per locum ab antecedenti destructo iuxta no. in l. eũ qui, in princ. supra de public. & traditur in c. cum ex officij, maxime per Abba. extra de præscrip. Si enim per statutum destruitur contractus velut antecedens, videtur, q̄ etiam tollatur dominij
90 translatio velut consequens. Nec t̄ videtur mirum si dominium sine traditione retrofacta retransferatur in venditorem. Quoniã & alibi hoc in iure toleratur vt in pacto l. commissoria. l. i. & p totum. ff. de lege commissi. & l. 4. C. de pactis int. empt. & vendit. Item in pacto adiectionis in diem vt l. 2. & per totum, supra de in diem adiect.

Et hoc etiam reperitur in l. lex veltigali, §. de pign. per quem tex. hanc opin. in proposita q. tenet Pet. de Anch. in c. canonum statuta, de const. lib. 6. prout hic refert Ale.

92 Pro qua etiam vtrã Doct. facit ratio, quia t̄ lex semper operatur plenius quam possit, etiam vt dominia transeant sine traditione vt videmus in legato. l. legatum ita, infra de leg. secundo, cum similibus, in ecclesia, vel ciuitate, iuxta l. fin. C. de sacros. eccl. & in alijs casibus, vt no. in l. si ager, supra de rei vend.

Cum ergo statutum dicat, contractus sit ipso iure nullus (pro ut Bal. format q.) vt plenius statutum operetur, videtur, q̄ etiam dominij translatio annulletur & ita quidam subtilis discipulus arguebat. Demum pro ista opi. facit l. si mortis causa res. §. de do. causa mor. in vers. si verò sic &c. ibi. n. erat translatum dominium, & tamen retransferitur sine retrotraditione.

Contrarium tamen videtur verum prout Bal. concludit, videlicet q̄ immo licet sit annullatus t̄ctus non t̄ dicitur retranslatum dominium, & ita etiam sequitur hic Ale. Bulg. & Parpal. Fundamentum est, t̄ quia sine traditione ex solo titulo vel ex sola causa dominium non retransferitur. l. si ager præallegata. l. traditionibus. cum m̄. C. de pac. Et probatur in l. quotiens. C. de rei vend. Facit fm Alex. quia respectu translationis dominij, eiusdem nature debet esse distractus, cuius est t̄ctus, fm Bar. in l. & ideo, §. de cond. fur. cum concordantibus, vt per Alex. Et pro hoc in simili est bona gl. in l. i. in fi. gl. magna. C. de inoff. don. Non obstat t̄ria, quia licet annulletur t̄ctus, qui d̄ causa mediata seu mediatum antecedens, non tamen annullatur causa immediata seu proximum, & immediata antecedens translationis dominij videlicet consensus cum traditione, iuxta §. per traditionem. Inst. de rer. diuis. Et iste consensus cum traditione, & sic ista causa immediata dicitur causa causans, t̄ctus verò dicitur causa causata vt per Alex. Hoc intellige quò ad d. causas per se consideratas, quia consensus causat t̄ctum, & sic t̄ctus d̄ causa causata a consensu. Non autem intelligas respectu translationis dominij. Nam eo respectu vtrumque d̄ causa causans. Vnde cum ipse cause causans. s. & causata sint diuersæ vt in gl. ad propositi inferitur, q̄ ex annullatione vnius,

non sequitur annullatio alterius, cum ex diuersis non fiat illatio per iura vulgaria. Sufficit ergo in proposito, q̄ remaneat causa causans & immediata, seu antecedens proximum & immediatum quæ causa attendi debet, iuxta l. si mulier, in prin. cum glo. j. rer. amot. vt per Bal. hic.

Non obstat q̄ de pacto l. commissoria vel adiectionis in diem dictum est, quia illud specialiter tributum est a lege prædictis pactis, prout iure scripto legitur. Sed non debet illud trahi ad cõsequentias. l. q̄ verò §. de legi. Non obstat d. l. lex veltigali, quia dicitur Ale. q̄ nihil facit, nõ t̄ declarat nec aliter r̄ndet. Vnde tu poteris r̄ndere primò negando, q̄ ibi fiat translatio dominij prout in simili casu videtur tex. in l. 3. C. de pact. inter. empt. & vend. Vel secundò, & melius respõdetur quòd ille tex. loquitur in concessione fundi veltigalis. i. emphyteutici, vt ibi per gl. in qua domino concedenti remanet directum dominium. Et pactum illud procedit respectu vtilis concessi emphyteutæ, vt. s. ab eo cadat, si non soluat, iuxta l. 2. C. de iur. emphy. Et ita in d. l. lex veltigali, important verba illa, quòd fundus ad dominum redeat. Non est ergo mirum si eo non soluente perdatur vtilis illud dominium. Et sic extincto eo dominus iure sui directi vtatur.

Non obstat etiam illius discipuli ratio, quia verum est, q̄ lex operatur, quando vult.

Et fateor q̄ potuisset statutum id facere, si voluisset, sed dico, q̄ non creditur velle, ex quo non dixit, cum hoc sit t̄ regulas iuris. Nec si solum lex diceret legatum omnino, & pleno iure impleatur, vel t̄ctus factus ecclesiæ induceretur translatio dominij sine traditione, quia id iuris regulis repugnaret. Sed illud fit in d. casibus, quia lex expressit, sed istud statutum hoc non exprimit, ergo &c. Demum non obstat d. l. si mortis causa res, quia ibi non datur directa venditio, sed vtilis. Et illud procedit, quia donatio causa mortis in effectu dicitur, vltima voluntas, vt ibi per gl. in versiculo in rem actionem.

Hanc conclusionem limitat Alex. nisi ab initio t̄ctus venditionis prædictæ fuerit appositum pactum l. commissoria, quia inquit ipse, cum tunc sit a principio conditionalis t̄ctus, retransferatur dominium per statutum. Sed si ex intervallo pactum illud factum fuisset, statutum non operaretur translationem dominij ipso iure, vt per eum. Qui dicit ita voluisse Bal. in l. 2. in princ. C. communia de leg. Et cum ista limitatione transit Parpal. hic, alij non tangunt. Tu dic primò, q̄ Bal. in d. l. 2. hoc non dicit, sed t̄m facit differentiam, an pactum l. commissoria, vel adiectionis in diem apponatur incontinenti, vel ex intervallo, vt per eum. Sed nihil dicit de prædicto statuto.

Secundò dicas, q̄ ista limitatio non videtur vera. Nã aut vis q̄ emptor non soluerit intra diem præstitutum, & fateor, quòd dominium retransferatur sed illud non fit per statutum, sed ex virtute illius pacti.

Et sic id procederet etiam si tale statutum nunquam factum fuisset, vt d. l. 4. C. de pact. inter. empt. & vend. eũ similibus. Aut emptor soluit, & sic pactum illud non fortitur effectum, & v̄, q̄ tali casu non retransferatur dominium non obstante dicto statuto, per ea, quæ s. dicta sunt pro conclusione Bald.

Nec quicquam debet operari tale pactum, quia cum non habuerit locum, non debet attendi, sed proinde erit, ac si factum non fuisset. Vnde cum tempore facti statuti dominium esset in emptorem translatum per traditionem factã, non debet sine traditione retransferri per prædicta.

Et si dicas, Alex. loquitur quando per tale pactum t̄ctus ipse redditur conditionalis. Puta, vendo per centum, si ea intra mensem solueris, prout proprie sonant verba Alex. dum dicit, quòd à principio dicitur conditionalis t̄ctus. Ipse dicam primò, q̄ tale pactum proprie loquendo non dicitur pactum l. commissoria, quia illud solet tantum fieri resolutiuũ contractus conditionaliter, vt in toto titulo, §. de lege commissi.

Sed posito q̄ aliquo mō dici possit vt pleriq; volunt, & forte Ale. hic sentit, dico secundo, q̄ tunc nõ est locus q̄oni. Quia cum tunc t̄ctus sit q̄dionalis, dominium nõ d̄ translatum, et q̄ res fuerit tradita, prout in simili d̄ in l. si mortis causa res. §. de donatione, causa mor. Facit l. 4. §. de in diem adiect. & est regula in l. nunquam nuda, §. de acqu. rer. dom. Vnde frustra tunc quæreretur vtili per statutum induceretur retranslatio dominij, cogitabis.

Limitat Bulg. conclusionem prædictam alijs trib. modis, quos per te videas. Ego gratia breuitatis non discutiam, neq; referam.

Sed aduerte, quia t̄ conclusionem ipsam v̄ sic, & fortiter argui posse, si fiat pacti, q̄ res sit inempta, vt in pacto l. commissoria, vel adiectionis in diem, lex interpretatur tale pactum, ita vt per talia verba dominium retransferat, certe v̄, q̄ similiter debeant interpretari illa verba statuti, v̄ditiones. sunt ipso iure nullæ, prout Bald. ponit q̄onẽ. Maxime attẽto q̄ in eiusmodi maior est potentia legis, seu statuti, q̄ sit pacti t̄hentiu. Tuendo t̄m prædicta, dicas, q̄ verba illius pacti, q̄ res sit inempta, respiciunt principiu t̄ctus, & important, q̄ hæc pro nõ facto. Nõ sic est in verbis d. statuti, q̄ solum v̄r respicere t̄ps q̄diti statuti. Et verba ipso iure important quòd

quod non sit opus petere contractum annullari. Non autem inducitur per statutum annullatio usque ab initio contractus, quia tunc aliud esset, ut per Bulgar. in prima & secunda limitatione.

Ceterum pro reassumptione, & declaratione istius secundae glo. vide primam oppo. Bar. & ex illa ad litteram prius declarata, collige infrascriptas conclusiones pluribus dimissis. Prima sit, quod si privilegium tacite hypothecae competit actioni pro dote, & cum ipsa actione transit in quoscunque transeat ipsa actio. Circa hanc conclusionem, ut distincte procedas, facias duo capita. Primum, quod tale privilegium datur actioni.

Secundum quod cum ipsa actione transit. Circa primum cum opinione Bar. pro qua videtur tex. per eum allegatus in l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. transeunt communiter Doctores. Excepto Domino Claud. qui negat eiusmodi privilegium dari actioni. Motus, quia si ita esset velut actionis accessorium nunquam ab ea separaretur, & cum ea concurreret.

Illud autem est falsum, quia actio de dote & hypothecaria datur ad diuersa, & non concurrunt, ergo &c. vt per eum. Parpal. dicit non esse propter hoc a communi recedendum, tamen ad argumentum Claud. non responderet.

Quare tu poteris respondere verum esse quod ab actione non separatur, quia l. cui datur actio, datur etiam hypotheca, dato quod tendant ad diuersa. Nec obstat quod exercitio non concurrant, quia illud provenit ex reg. l. nemo. §. quotiens. infra de reg. iur. & l. cum filius. §. varijs. infra de leg. 2. cum similibus. Pro ista opi. Barto. & communi videtur tex. in §. fuerat. Inst. de act. in vers. sed & tacita & c. iuncta glo. Item & l. affiduis. ver. cuique etiam tacitam donamus &c. C. qui pot. in pig. hab.

Sed aduerte, quia contra hanc communem opi. plura adduci possunt, ex quibus probatur tacitam hypothecam non dari actioni, sed dote potius vel contractui dotis, vel ipsi mulieri.

Et primo allegat l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. in ver. sicut. n. & stipulationes, dum dicitur quod hypothecae dotibus inesse intelligunt, si enim dant doti & ei insunt, ergo non actioni.

Secundo facit l. si constante. §. iura etiam. C. de don. an. nup. ibi iura hypothecarum quae in augenda dote fuerint &c. quasi dicat in ipsa auctione & sic in contractu & constitutione dotis, non in actione, Caue tamen, quia ille tex. loquitur de hypotheca expressa, nos vero loquimur de tacita.

95 Tercio si nam hypotheca inest doti, sicut & stipulatio, vt d. §. & vt plenius ver. sicut. n. &c. Ex quo sequitur quod ei datur privilegium hypothecae cui & stipulationis. Sed privilegium stipulationis non datur actioni, cum actio ex ipsa stipulatione oriat, ergo nec hypotheca.

Quarto arguitur sic, hypotheca ista datur ad similitudinem eius, quae pro legatis & certis alijs casibus datur, vt d. §. & vt plenius, cum gl. sed illa non datur actioni, sed legatarijs datur, vt l. r. C. communia de leg. ergo &c.

Quinto facit d. l. affiduis. §. exceptis, ibi, quibus pro dote matris iure dedimus hypothecas & c. verba enim illa volunt hypothecam non actioni, sed personis dari.

96 Sexto si tacita hypotheca datur in matrimonio putativo. glof. & Bar. in l. si cum dotem. §. fin. infra eo. Item & sponso non sequitur nuptijs, vt per gl. in l. 2. in fi. infra de priuil. cred.

97 Sed si istis casibus non datur actio de dote, sed conditio ob causam vt d. iuribus & l. j. C. de cond. ob causam, ergo non videtur datur actio, intelligendo de actione ex stipulatu pro dote, vt intelligunt Doctores, & infra etiam dicitur in sequenti arti.

98 Caue tamen, si quia in sponfa glo. in d. l. 2. reprobat ut ibi Barto. qui dicit quod contra glo. tenent Dyn. lac. de Are. & oes. Demum arguitur sic, privilegia actioni concessa illam qualificant vt scilicet inde nominentur & effectum privilegij operentur.

Putat, quod sit bonae fidei, vt d. §. fuerat. Sic in simili in hypothecaria actione, vt dicatur habere privilegium praelationis. Sed actio personalis ad dotem nec denominatur ab hypothecaria nec secundum eam quicquam per se operatur, ergo &c.

Et si per ista disputando vis tenere contra communem opin. ad contraria sic poteris respondere.

Et primo ad d. §. & vt plenius, in versic. & in huiusmodi actione, &c. prout Bar. ponderabat, responderetur.

99 Primo, quod si ver. actio, capit pro contractu vt per Clau. Vel secundo responderetur, quod capit actio generaliter pro hominis actu, vt fit alias in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. & in l. haeredes palam. §. si. infra de testa. Vel tertio responderetur quod ibi non dicitur hypothecam dari actioni, sed in actione, & potest intelligi quod datur contractui, vel etiam mulieri in actione de dote. i. dum dotem suam consequi desiderat, quod vt plurimum fit per actionem. Secundo non obstat d. §. fuerat, quia responderi potest, quod ibi debent exponi ei. mulier, prout etiam ibi glof. dicit in vltima expositione, & istud multum convenit ibi sequentibus, vbi de ipsa muliere in hypotheca praeferea loquitur. Vel quarto dici potest, suijs intelligere ei. actioni, quod debet intelligi dedimus hypothecam. l. per adiectionem hoc est ultra quod induximus actionem illam ex stipulatu, & eam diximus esse bonae fidei, ei etiam adiecit hypothecam,

Non obstat tertio d. l. affiduis, vt supra inducta, quia verbum illud cuique, &c. exponitur, scilicet dote de qua supra dixerat.

De hoc articulo dic vt infra dicitur circa vltimam conclusionem. Et interim si dubitas, non recedas a communi. op. Pro qua ultra praallegata videtur bonus tex. in d. §. & vt plenius, in ver. & nemo putet, in sibi & natura quidem ex stipulatu actionis hoc intelligatur, iunctis praecedentibus.

Circa secundum caput dum Barto. dicit, quod privilegium tacitae hypothecae transit ad quoscunque transit actio. Adhuc de duobus distincte agendum est. Primo si utrum competat extraneo dotanti & stipulanti dote sibi restitui. Secundo utrum transeat ad haeredes.

Circa primum videtur quod competat ex intentione. Bar. hic si. n. illud habet quicumque actionem de dote habet, extraneo ita stipulando habet actionem. l. vnica. §. in praesenti. C. de rei vxor. act. ergo, &c. Et ita esse de mente Bar. considerat Ias. in §. fuerat. 10. col. Inst. de act. dicens hanc opi. esse verissimam. Mouetur primo per d. §. fuerat. in fin. quatenus ibi dicitur, quod privilegium praelationis solum mulieri datur, innuitur quod hypotheca datur omnibus, igitur etiam extraneo. Secundo dicit esse casum de hoc in d. §. & vt plenius. in ver. siue alia pro his personae, vt per eum. Et quia senserit hic Bar. ponderavit ante Ias. Ale. infra col. 12. in ver. successiue quaerit Nic. Et idem videtur velle Bar. in l. post dotem. col. si. infra eo. dum dicit, quod si ad diabolum infernalem transfret dos, haberet privilegium dotis. Sed breuiter communis opi. est in contrarium, vt per Ale. post alios per eum relatos in d. col. 12. Et ita tenent communiter Doctores in d. §. & vt plenius, & in d. §. fuerat, quicquid ibi Ias. dixerit. Et tradunt Lancel. Dec. & Claud. super ista glo. Fundamentum est, quia hypotheca dicitur inducta solum in fauorem actionis ex stipulatu ex ficta stipulatione prouenientis, quam stipulationem in subsidium lex induxit, & quae actio dicitur bonae fidei. vt d. §. fuerat, sed illa non datur extraneo dotanti & stipulanti vt supra, ergo &c. Etenim extraneus solum habere potest actionem ex expressa stipulatione quando per eum sibi expressè prospexit, vt d. §. in praesenti, & illa tunc dicitur stricti iuris iuxta propriam naturam actionis ex stipulatu, vt traditur in l. 2. in prin. infra eo. Non obstat contraria. Nam primo ad auctoritatem Bar. responderi potest, quod forte ipse non ita sensit, ut illi crederent, sed videtur loqui respectu haeredum, in quos de muliere transit dos, vel ad eam actio, cui actioni hypotheca videtur concessa, vt patet ex verbis eius, qui semper vitur verbo transit. Et idem forte voluit Bar. si in alium quam haeredem transeat actio ab ipsa muliere, de quo tamen pro nunc nihil dico. At in istum extraneum de muliere nulla transit actio pro dote, sed eam habet ex propria stipulatione, ergo &c. Ad d. §. fuerat, respondetur quod inductio praedicta valeret respectu haeredum, in quos de muliere transit hypotheca, & ita vno modo intelligitur ille tex. Non ergo loquitur respectu extranei, & ita inferri non potest, tacitam hypothecam illi competere. Vel responderi potest aliter illi tex. intelligendo, vt infra dicitur in seq. quaestione. Ad dict. §. vt plenius, respondetur, quod intelligi debet, quando alia persona dat vel promittit dotem pro muliere, ita vt lex inducat actionem ex stipulatu ex ficta stipulatione in fauorem mulieris, hoc est quando talis persona extranea non fuit ab initio stipulata dote sibi reddi. Tali enim actioni condonari videtur tacita hypotheca in fauorem mulieris, cui quaeritur actio. Non autem procedit quando extraneus stipulatur, vt est quaestio nostra. Sed dices tu secundum ista sequi videri, quod si mulier ipsa dans dotem expressè stipuletur, non debebit hypothecam. Verum ad hoc respondet Alexan. loco praedicto istud negando, quia cum expressa stipulatio fiat per mulierem ad augmentum iuris sui, non debet operari diminutionem. l. quod fauore. C. de legi. cum similibus. Sic ergo videtur velle Alexand. quod semper datur ficta stipulatio, & ex ea actio ex stipulatu cui conceditur tacita hypotheca, etiam quod expressa fiat stipulatio. Hoc mihi non satisfacit, quia vbi adest vera stipulatio, non est opus ficta. Dico ergo aliter, quod tacita hypotheca datur actioni ex stipulatu, quae sit bonae fidei, quam lex vult omnino locum habere etiam fingendo stipulationem in subsidium, quando facta non sit. Si autem expressè & in bona forma facta fuerit, lex eam non finget, sed eum datur actio ex stipulatu licet ex expressa stipulatione, datur etiam hypotheca. Hoc non procedit in extraneo, quia ille datas non omnino est habiturus actionem ex stipulatu, sed solum si sibi incontinenti fuerit stipulatus, vt d. l. vnica. §. in praesenti, cum §. praedenti, & illa tunc erit stricti iuris vt supra dictum est, cogitabis. Et si disputando vis tenere contrarium cum Ias. in d. §. fuerat, poteris duplici fundamento moueri. Primo per d. §. & vt plenius, aliter ponderando quam faciat Ias. dicit enim tex. habere locum hypothecam siue ex parte mariti pro restitutione dotis, &c. quae verba vt generalia important fauorem cuiuscunque, cui sit dos restituenda, ergo &c. Secundo, quia cum hypotheca ista sit simpliciter inducta in fauorem dotis, vt scilicet ei subueniat pleniusque consulatur vt d. §. & vt plenius, videtur conueniens, quod etiam extraneo datur, tum quia & tunc dicitur dos, tum etiam quia eo concessio promptiores fiant homines ad dotandas mulieres,

D. Maria Soc. Iun. in Rub.

cum enim illud raro & difficilius contingat, deberet maiori prerogativa gaudere, vel saltem non minori. Adde & tertio. Nam sicut bona extranei dicuntur tacite hypothecata, vt d. §. & vt plenius, Ita e contra videtur qd bona mariti ei sint tacite obligata, vt sic contrariorum eadem sit disciplina, & ipse cum marito pari gaudeant prerogativa.

Ad fundamentum communis opin. responderi potest, negando qd in concessione tacite hypothecae fuerit considerata actio ex stipulatu sic qualificata, sed dici potest qd solum fuit considerata actio ex stipulatu pro dote competens, qua etiam extraneus habere potest, ergo &c. Vel secundo negari posset disputando qd tacita hypotheca det actioni, & dici potest qd det d. §. vt dicebat Claud. Vnde cum nascat datus dotis etiam quando extraneus datus dote stipulatur, videtur qd etiam tunc detur ei hypotheca. Cogita super istis, quae in disputatione essent pulchra. Sed in dubio praesertim in iudicando non recedas a communi opinione. Pro qua vltra praedicta facit, quia videtur, qd tacita hypotheca competat p dote restituenda simul cum ficta stipulatione, vt d. l. & vt plenius, sed ficta stipulatio non datur extraneo, ergo &c. Et tenendo hac communem opinionem respondeas ad contraria.

Ad primum qd ille tex. procedit solum, quando oritur illa actio ex stipulatu, quam oino lex voluit habere locum, vt patet ibi in vericulo praecedenti, dum dicitur. Ita & in huiusmodi actione, &c. cum quo coniunguntur illa verba, siue ex parte mariti, &c. & sic non loquitur in fauorem extranei dantis dotem, vt etiam fuit dictum supra respondendo ad ponderationem las.

Ad secundum respondetur, qd illa prouisio fauore dotis inducitur, scilicet danda marito, & conseruanda postea ipsi mulieri solum matrimonio, vel eius patri, vt siterum per eam nubere possit, quod non cadit in extraneo, quia ille non esset obligatus iterum dotare, etiam si iam datam dotem exegisset, vt recte intuentur probatur in d. §. in praesenti, vbi etiam probatur qd priuilegia inducuntur pro ipsis mulieribus non dantur extraneis, quia quodammodo contra mulieres conuerterentur. Dicam ergo quod cessante ratione concessionis hypothecae cessabit & ipsa.

Nec obstat quod videbatur maiori prerogatiua dignus extraneus, quia illud procederet, quando prerogatiua, seu priuilegium istud concederetur ad inducendum aliquem ad dotandum, quod non est, sed datur vt dos ipsi mulieri conseruetur.

Ad tertium respondetur, qd argumentum procederet respectu uxoris, quae est cum viro correlatiua. Nec in proposito procedit regula contrariorum eadem est disciplina, quia multis dimissis, quae dici possent, non est eadem ratio prout requiritur, vt alias plenè declarauit in Rubrica, infra de acqu. poss.

101 Circa secundum qd vtrum, si tacita hypotheca transeat in haeredes mulieris. Et certe de filiis non est dubium, quia clare probatur in l. affiduis. §. exceptis. C. qui pot. in pig. hab. Dubium ergo est an transeat etiam ad extraneos haeredes? Doctores fere omnes hic, & alibi in hoc sequentes Bart. tenent qd transeat. Ita enim videtur de natura hypothecaria actionis, vt sicut iure hereditario transeat. Et videtur probari ista opi. in d. §. fuerat vt per Bar. Et pro ea ego soleo poterare. l. i. §. illo. proculdubio. C. de rei vxor. act. ibi actio secundum naturam suam ad mulieris haeredes transeat, &c. cum natura illius actionis videatur hypothecam continere, vt in ea. l. §. & nemo, in vericulo, & natura quidem ex stipulatu actionis hac intelligatur, &c. iunctis praecedentibus.

Et haec vltra generale fundamentum Bar. hic quia, si talis hypotheca datur actioni, ergo cum ea in haeredes transire debet. l. in omnibus causis, infra de reg. iur. cum similibus allegatis per Bart. De hoc tamen cui. s. datur tale priuilegium atque etiam alia, dicam infra in viti. conclu. prout supra etiam dixi. Sed contrarium tenuit Dy. in d. §. fuerat, vt ibi refert. Iam mihi col. 17. qui etiam dicit, quod idem tenent ibi Io. Fabr. & Bal. licet ego non inuenirem hoc apud Ioan. Fabrum in libro meo.

Et fundamentum eorum est, vt credo, regula, & generalitas l. prima. C. de priu. dot. Nam etiam tacita hypotheca videtur priuilegium, quo mulier vitur in actione de dote, ergo ad haeredem non transit per illum tex. Nisi enim trium reperitur standum est regulae, iuxta notata in l. omnis definitio, infra de reg. iur.

Secundo p ista opi. optime facit d. l. affiduis. §. exceptis. ibi, p dote matris suae dedimus hypothecam. Ex his enim verbis innuitur talem hypothecam aliis haeredibus non dari.

Facit & tertio, quia cum muliere mortua sine filiis cessare videatur omnis ratio fauoris & priuilegij, cessare debet etiam priuilegium, per locum a cessante causa per iura vulgaria. Non enim adest spes sobolis procreandae, in qua reponitur fauor publicus, vt in l. ista. Nec persona mulieris, cui etiam iura fauerunt, vt d. l. affiduis.

Quarto etiam facit, quia si transfret, haeres mulieris in effectu ratione hypothecae praeretur in personalibus, quia alij creditores solum personalem habentes succumberent ratione hypothecae, quod non videtur tolerandum, quia sic praeratio impedita transferretur in personalibus. l. i. C. de priu. dot. & p indirectum videretur transferri contra e. cum quid vna via. de

regulis iuris libro 6. cum similibus. Et tenendo istam opinionem. Dyn. qui in disputatione pulchra esset, ad contraria responderi potest.

Nam ad primum dici potest, qd procedit regulariter etiam quando hypothecaria actio simpliciter conceditur, & non in priuilegium personae. At hic dici potest quod licet hypotheca detur actioni, non tamen datur simpliciter, sed in priuilegium & fauore mulieris, ergo &c. Et ita proprie dicebat Dyn. Et pro ista solutione facit l. in omnibus causis, & l. priuilegia, j. de reg. iur. cum similibus.

Ad secundum respondetur, qd dicitur. §. fuerat, in illa aduersatiua non habet respectum ad haeredes, sed loquitur respectu mariti, cum, & ipse, & sic non sola mulier habeat tacitam hypothecam vt d. §. & vt plenius. Vel potest dici & forte melius, qd loquitur ille text. respectu ipsius mulieris in donatione propter nuptias. Nam etiam in ea habet tacitam hypothecam. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & ita illum tex. declarat ibi gl.

Tertio non obstat d. §. illo proculdubio, quia responderi potest qd verba illa sicut naturam suam &c. non comprehendunt hypothecam, sed demonstrant transitum fieri ex natura ipsius stipulationis. cogita super istis. Si tamen vis tueri communem opin. (a qua in dubio maxime in decisuris recedendum non est) ad funtorum contra contraria sic respondere poteris. Ad primum qd d. l. i. non procedit, nisi in priuilegio praerationis, illud enim tanquam personale ad haeredem non transit. l. quia tale. j. eo. Et plus dico qd quo ad mentem Imperatoris Seueri illius l. auctoris loquitur solum de priuilegio praerationis in personalibus. Nam eo tempore praeratio in hypothecaria, immo nec tacita hypotheca erat concessa, cum vtrunque postea a Iustiniano fuerit concessum in d. §. & vt plenius, & in d. l. affiduis, cum igitur nondum esset concessa hypotheca, de ea. l. i. intelligi non potest.

Et si dicas qd in ea debet attendi tempus compilationis Codicis & non Seueri Imperatoris, quia si qd verba eius non a Seueri, sed a Iustiniano nobis traduntur simul cum d. l. vnica. de rei vxor. act. Responderi potest, qd d. l. vnica. de rei vxor. act. fuit promulgata post primam Codicis compilationem. Et sic postquam Iustinianus. l. i. de priu. dot. pro sua nobis tradiderat, Vel etiam & melius dici potest quod non potest illa l. i. loqui de tacita hypotheca, quia mulier illa non vitur in actione de dote, de qua ille tex. loquitur, sed vitur separatim proponendo hypothecariam actionem, solum ergo in actione de dote mulier vitur priuilegio praerationis in personalibus, & de illo loquitur ille tex.

Ad secundum respondetur, quod illud non debet sumi ex illo tex. Intentio enim eius est loqui de priuilegio praerationis, & dum dicit, quibus pro dote matris suae &c. intelligit. vti eius haeredibus sed de filiis particulariter loquitur, quia illis data fuit hypotheca cum praeratione, de qua ibi loquitur, quae extraneis haeredibus non conceditur. Ad tertium respondetur, qd quod argumentum a cessante causa, non procedit quando effectus iam est consumatus iuxta doctrinam Baldi. l. generaliter. C. de Episc. & Cle. Sed in proposito iam erat consumatus, quia iam mulieri erat tale ius hypothecae acquisitum, & quidem perinde ac si expressim de tali hypotheca sibi prospexisset, vt videtur probari in dicto §. & vt plenius, ibi, ita enim & imperitia hominum, &c. & etiam ibi, quasi omnibus dotalibus instrumentis, &c. postea in fine ibi, quasi fuerit scripta.

Et non est dubium, quod si falsus expressa, transfret ad oes haeredes, ergo &c. Et istud (ni fallor) optime videtur concludere.

Et vltra praedicta pro communi opinione facit, quia tacita hypotheca, & ficta stipulatio pari modo conceduntur, vt patet ex dicto §. & vt plenius. Sed priuilegium fictae stipulationis transit in omnes haeredes, vt dicta l. §. maneat, & dicto §. Illo proculdubio, de rei vxor. act. ergo idem de priuilegio hypothecae dicendum est.

Denum respondetur ad quartum quod nihil facit, quia negatur quod aliquo modo etiam per indirectum haeres mulieris praeratur in personalibus, eo enim respectu par erit alijs creditoribus non priuilegiarijs. Sed bene iste haeres obtinebit aduersus eos ratione suae hypothecae, vt res obligatae sibi assignentur pro hypotheca retinenda, donec ei de dote satisfiat. Et ita etiam quilibet alius creditor, si hypothecam haberet, licet in personalibus cum alijs esset par. Sed ex hoc non potest dici aliquem eorum praerari in personalibus. Praeratio enim cadit inter concurrentes eodem iure, sed qui venit ratione hypothecae, venit alio iure, quam faciant alij creditores, ergo &c. Et istam opinio. ego puto veriorum. Nec illi ob. Auth. vt ex actione in statu dotis post nuptias & §. si in Auth. vt immobil. ante nup. quae iura allegat hic las, licet non respondeat, quia respondetur, quod loquuntur de praeratione, non de hypotheca, & dico de praeratione in personalibus loquitur primus tex. secundus vero in vtraque. Et in primo probatur quia praeratio, quam allegabant filij, eis non proderat, quia paria priuilegia concurrunt, nec ex tempore praerunt. l. priuilegia. j. de priu. cred. quicquid ibi dixerit gl. quae ibi per Bar. non tenetur quod

quod etiam voluit Sal. in d. l. affiduis. §. exceptis. & ideo dicit in d. Auth. q. filij proposuerunt hypothecam, quae ex tempore praefertur, & ideo obtinuerunt, ut ibi sequitur, maxime dum dicitur, quod non vult praepone re hypothecam hypothecis. In secundo autem vult probari dum dicit si tunc mulier actionem mouerit, & in eo quod sequitur id genus privilegij prout est litera Holoandri, cui inhaerendum puto, quod non de omnibus absolute, sed de quibusdam &c. & dicam de praelatione, ut ex dictis iuribus constat. Fateor tamen hanc solutionem esse nimis restrictivam generalitatis illius rex. Et ideo si per eam vis tenere quod communem facile poteris. Et ad id quod dicitur §. q. hypotheca habetur pro scripta, & conueta & illa transferret, potest rideri, quod loquitur quantum ad essentiam, non quantum ad effectum, cum illa veniat ex conuentione, illa ex privilegio, quod striete est interpretandum, cogita super istis. Et in dubio non recedas a communi opinione, quae mihi verior videtur, ut dixi.

Et responsio data ad d. §. fin. in Auth. ut immobil. &c. videtur vera declarando, quod ille versiculus omnibus privilegijs, &c. ponatur ibi per parentem, & versiculus si tamen, referatur ad decisionem §. positam in fauorem mulieris, & sic in effectu procedit in praerogatione, vel simili privilegio. Et hoc bene intelliges secundum literam Holoandri, quae mihi placet ut dixi.

104 Secunda est conclusio Bartol. quod privilegium praelationis in sua hypotheca mulieri concessum non transit ad alios, sed illi soli competit, quando pro sua dote experitur, pro qua est tex. in d. §. fuerat, in fin. Quod tamen debet intelligi praeter eius filios. Nam & ipsi tale privilegium habent, ut d. l. affiduis. §. exceptis, & dixit idem Bar. j. prope finem istius primae opinionis, dicit de hoc privilegio loquitur dicens, quod non transit, nisi ad suum heredem, intelligendo suum ratione generationis, non ratione iustitiae, cum eo respectu mulier suos heredes non habeat. l. illud. §. ad testamenta, j. de bonorum poss. §. tab. Et ita ipsemet Bart. declarat in l. i. in prin. C. de priuil. dot.

105 Sed hic queri potest quibus creditoribus, seu quibus hypothecis praefertur mulier in sua hypotheca. Et quidam vt Mart. & alij plerique dixerunt, quod praefertur omnibus creditoribus, etiam anterioribus, siue tacitam, siue expressam hypothecam habentibus, prout videntur importare verba d. l. affiduis, circa medium, ibi, potiora iura habere contra omnes mariti creditores, &c.

Sed communis opinio est, quod solum praefertur tacitis hypothecis anterioribus, sed non praefertur expressis anterioribus vt tradit D. meus Soc. in fi. Bulgar. col. 2. 4. & alij plures, & firmat Sal. in d. l. affiduis, post gl. ibi. Et hoc in effectu voluit Bar. hic in principio in sua figuracione casus, vt declarat las. in 2. lect. & dixi tibi in voce figurando casum.

Fundamentum est, quia non videtur lex in hoc privilegio voluisse auferre creditoribus ius illud, quod ipsi expressa eorum prouisione adepti fuerunt in expressis hypothecis, sed tantum creditur voluisse auferre ius & beneficium pignoris, quod aliqui 106 haberent ex legis prouisione. Vnde illud lex suum non tibi tuum denegat auxilium vt not. in d. l. affiduis, & in l. siue apud acta, in gl. magna, C. de transact. quia fortius est beneficium, quod quis habet propria prouisione, quam aliunde l. si ius §. erit, j. de fideicom. liber. Quod n. habet quis prouisione habet iure communi, sed quod habet a lege dicitur hinc iure speciali, & alias difficilius tollitur quod iure communi firmatur, quam quod iure speciali. l. eius militis. §. si milita missus, j. de milit. test. Et secundum hunc sensum debet intelligi d. l. affiduis, in versiculo omnes creditores, scilicet habentes tacitas hypothecas. Quod videtur innui ibi ex sequentibus verbis, licet sint privilegio vallati, & habentes expressam nullo videntur vallati privilegio. Ita arguebat inter caetera Sal. in d. l. affiduis, 2. col. Qui et pro hac opi. ponderat l. vbi adhuc. C. de iur. dot. ibi vel a creditoribus posterioribus, &c. innuitur a prius, quod anterioribus non praefertur, pro quo allegat l. in rebus. C. de iur. dot. a fortiori, nam ibi dicitur quod mulier praefertur omnibus anterioribus pro rebus quas dedit in dotem, ergo in rebus mariti non praefertur omnibus. Si non omnibus, ergo non habentibus expressam, quia constat dotem praefertur habentibus tacitam. d. l. affiduis.

Tertia fuit opinio, vt distinguatur inter hypothecam mulieris tacitam & expressam, vt in tacita procedat communis opinio in expressa vero opinio Mart. vt sic tamen operetur expressa quae expressas, quantum tacita quae tacitas. Ita voluit Ang. in §. his consequens in Auth. de aequalit. dot. Idem dicit hic Aret. col. 3. & Bald. Noue. in tract. dot. in 10. parte in 16. limitatione, & hanc distinctionem sequitur hic las. in 2. lect. Et licet plurima pro ista opinione congerat, duo tantum sunt, quae videantur facere, & ad quae quodammodo omnia reducuntur.

108 Primum est, quod quia mulier in personalibus, etiam anterioribus praefertur. Et tamen ipsi dicitur ius illud habere ex propria prouisione, ita ergo & isto casu dicendum est. Et per hoc dicit las. tollitur fundamentum communis opinio.

Secundum est quia aliam d. l. affiduis, tanto apparatu facta, redederetur eluoria. Nam facile cuique contrahenti esset prospice-

re sibi de expressa hypotheca, vnde ne hoc sequatur, arguendo, nisi ciuitas, de sent. ex com. lib. 6. debet interpretari, vt velit mulierem habentem expressam praefertur etiam habentibus expressam anteriorem.

Comprobatur ista distinctio vltra las. per l. est differentia, §. in 109 quibus ca. pig. tac. contr. j. Expressa. n. hypotheca vt potentior impedit manumissionem, non tacita vt ibi.

Ad quod etiam & quarto facit l. moschis, iuncta gl. 3. j. de iur. sic. etenim secundum illa tempora, expressa hypotheca potestius operabatur, quam tacita contra possessorem.

Sed ista opinio non est tuenda, nec facienda praedicta distinctio. Si enim tacita hypotheca non praefertur anterioribus expressis, vt Ang. & seq. fatentur, non debet praefertur etiam expressa per eadem rationem, quae non tollitur ex eo, quod mulier prospiciat sibi de expressa hypotheca, quia praelatio non prouenit a facto hominis, sed a legali dispositione. Mulier enim facit quantum velit, nunquam per se & propria prouisione possit habere tale praelationem, & ita ius anterioribus creditoribus quantum auferre. 110 l. si vnus. §. ante omnia, §. de pactis, cum similibus. j. Nemini. n. licet inmittere falcem in messem alienam. l. sicuti. §. Aristo. & ibi Doct. tradunt supra si seruitus vend.

Sed illam praelationem concedit lex ex privilegio fauore dotis. Vnde sicut, si tacita esset hypotheca anterioribus expressis, non praefertur. Ita & si sit expressa, quia semper vrget ratio, quod lex praelationem concedendo, non creditur voluisse alicui auferre ius pignoris quantum tamen propria ipsius prouisione.

Nec obstat quod dictum est de praelatione in personalibus, quia eo attento etiam tacita deberet praefertur, quia etiam in personalibus praelatio illa non oritur ex facto mulieris per se, aut eius prouisione, sed ex prouisione legis talem praelationem concedentis, & tamen Ang. & seq. fatentur tacitam hypothecam non praefertur expressis.

Et eodem modo tollitur secundum fundamentum, nam & illud procederet etiam respectu tacitae hypothecae, de qua principaliter loquitur d. l. affiduis. Et propterea non videtur, quod sequeretur talis delusio, quia vbi non sit expressa (quae pro vero non semper fit) mulier praefertur.

Ad l. est differentia, tertio loco allegatam respondetur primo quod illud non prouenit ex sola stipulatione pignoris, sed quia specialiter seruus sit obligatus. Nam si generaliter, licet expresse possit manumitti. l. 3. C. de seruo pigno. da. ma. Sic ergo differentia non videtur fieri ibi inter expressam, & tacitam hypothecam simpliciter, sed inter specialem & generalem.

Possit & secundo responderi, posito quod talis differentia ibi fieret, quod non valet consequentia. In aliquo differt expressa hypotheca a tacita, ergo & in proposito differre debet. Maxime quia illud ibi procedit speciali fauore libertatis, & reperitur in iure expressum, sed in proposito, quo ad praelationem non reperitur in iure ista differentia, & ideo fieri non debet. Praefertur cum semper vigeat eadem ratio, vt ex praedictis patet.

Et ista solutio tollit etiam quantum fundamentum de d. l. moschis, cum gl. quia ex illa differentia, quae iure scripta est, non debet argui ad casum nostrum. Et maxime quia illa differentia est parui praedicti, quia possessor rigore expressae conuentus habet regressum contra auctorem. Et si soluendo sit, ei satisfaciet. Et vbi non sit soluendo, etiam vigore tacitae, veniet tandem cum demandus possessor. At in casu nostro esset maximi praedicti ista differentia, quoniam per expressam totaliter praedictaretur in iure pignoris, per tacitam nullo modo. Nec demum obstat quod primo dicebatur, tamen, debere operari expressam hypothecam quae expressas, quantum tacita quae tacitas, quia illud procederet, vbi esset par ratio operandi, quod in casu nostro non est. Nam vt est dictum tacita quae tacitas operatur, quia lex in sua praelatione suum tibi denegat auxilium, & tuum auferre non vult, seu velle non creditur, licet possit. Sed in expressa hoc non consideratur contra expressas, quia expressio fit ab homine, qui ius alteri quantum auferre non potest, vt supra dictum fuit.

Nec est dubitandum, quod si ex sola expressione hypothecae praelatio insurgeret, illa proueniret ab ipsa muliere, quae expressam hypothecam procurauit, quod tamen (vt dixi) facere non potest. Et ex his rejecta ista differentia, & tertia opinio, praedicta vt defenata cois op.

111 Quid dicemus nos? Ego j. puto in punto iuris verior opinio ne Mart. vt l. hypotheca mulieris in bonis mariti, siue expressa, siue tacita praefertur omnibus creditoribus etiam habentibus expressam.

Et pro ea primo facit illa ratio Martini relata per gl. in d. l. affiduis, in prin. glossae magna. Nam mulier in sua hypotheca praefertur creditori in refectionem, vt in §. his consequens, in Auth. de aequalitate dotis, creditor ille praefertur etiam habentibus expressam anteriorem. l. interdum, cum l. seq. §. qui pot. in pig. hab. ergo 112 eis debet praefertur et mulier per regulam si vnico vincit te, ergo fortius vnico te. l. de accessionibus, j. de diuer. & temp. praer. Et licet aliqui ista regula non procedat, vt per gl. in d. l. affiduis, tamen in isto casu vt procedere, cum videamus esse in eadem conseruatione,

Et hoc suaderi potest, ne aliàs sit sibi prius in eo, quod dicitur in d. l. i. Sed quicquid sentit hic Bar. istud puro verum. Et prius nam prælatio in hypotheca v̄ maius priuilegium, q̄ in personalibus, tum quia illud concedere non fuit auctoritas antiqua, vt dicitur in d. l. assiduis. tum & maxime, quia per illam magis prius commune grauantur creditores anteriores. Nam de iure communi mulier in personatibus pariter cū alijs fuisse vocanda, in hypothecaria vero in totum veniebat v̄ posterior excludenda.

Vnde per locum à fortiori, si transit ad filios prælatio in hypothecaria, fortius debet transire in personalibus, auct. multo magis. C. de sacros. eccl. Nec obstat. lex non solum. §. si puellæ. s. de ritu nupti. & quod per illu tex. dicit Bar. in l. dabimus. §. i. de priuileg. cred. & in l. ex pluribus, infra de administra. tut. Quia respondetur, quod illa procedunt, quando priuilegium datur merè personæ alio non considerato, sed in casu nostro datur non simpliciter personæ, sed fauore matrimonij & liberorum, propter quos matrimonium contrahitur, nimirum ergo si ad eos transit, v̄ tñ simili declarat Bar. in l. quia tale, infra tit. nostro.

Tertio aduertendum est, q̄ Bar. vult, quod istæ prælationes dent diuersis. Nam illa in personalibus datur mulieri, vt in octaua conclusione. Sed in hypothecaria dat actioni, licet fauore mulieris. Sed v̄ quod immo vtraq̄ datur eidē sicut & in alijs parificant, & ita dicit hic Parpal. asserens esse de intentione Claud. Neuter tñ declarat cui datur ista priuilegia. Bar. autē in d. l. i. dicit, quod vtrunq̄ datur mulieri, vt per eum, & sic videtur sibi contrarius.

142 Tu considera, quod iura circa hoc, vario modo loquuntur t̄ Nã in d. l. dabimus, dicitur quod datur mulieri, & loquitur in prælatione in personalibus. Sed idem dicitur in hypothecaria in d. l. assiduis, veru. Hoc mulieri & nunc indulgemus & c. & ibidem in §. exceptis, versiculo datum ex vxori. Et generaliter hoc dicitur in Auth. de priuileg. dot. versiculo quia. n. dedimus mulieribus priuilegium. Et caue, quia ibi idem dicitur de priuilegio tacite hypothecæ in versiculo quibus pro dote iam dedimus hypothecam. Et simpliciter de quolibet priuilegio in recuperatione dotis, idē videtur dici in c. ex literis, de pignor. versiculo, cum mulieribus fauor multus & c. Alibi vero videtur dici, quod eiusmodi prælatio datur actioni, ut d. l. assiduis, in princ. ibi, Re iuxoriarum actioni præstantes, & loquitur ibi de prælatione in personalibus. Ad quod in simili prælatione facit l. 2. in princ. de priuileg. cred. ibi, priuilegium habeat funeraria. factio. Et de priuilegio tacite hypothecæ, quod datur actioni, videtur tex. in §. fuerat Inst. de acti. cum similibus adductis supra in prima conclusione.

Rursum alibi videtur probari, quod prelationis privilegium datur doti, ut in §. aliud, in Auth. de aequalit. dotis. versiculo privilegium .n. dedimus dotibus &c. & paulo post ibi, ut dos, & augmentum habeat privilegium quod antiquiores, &c. & alibi etiam in discursu illius §. Similiter etiam tacita hypotheca videtur concessa doti. ut l. i. §. & ut plenius. C. de rei vx. act. ibi dotibus ineffe creditur. Et plus etiam quod generaliter omnia privilegia in hac materia dicantur data ipsi doti, videtur probari in Auth. ut immobilia ante nuptias. donat. prope fi. in verbo, omnibus privilegiis doti datis.

143 Quapropter pro resolutione huius difficultatis, cui. f. dicantur concessa privilegia, in hac materia cogitabam sic dicendum, ut privilegia simpliciter dicantur concessa in causa dotis, & circa dotes, & non precise mulieri, actioni, aut contractui, seu doti ita quod non alteri predictorum. Sed iuste videtur posse dici, quod cuique predictorum in effectu dicantur data, dummodo conveniant. Et semper & in quolibet privilegio resoluitur, quod dantur circa dotes, & propter mulieres. Nimirum ergo, si iura vario modo loquuntur, ut visum est. Quoniam siue doti, siue mulieri, siue actioni dicas dari, non male dices.

Nam si doti, etiam mulieri & actioni. Si mulieri, etiam doti & actioni, & si actioni, etiam mulieri & doti privilegia in effectu competunt. Et hinc Imperator in d. l. i. de privileg. dot. in verbis suis vult velle, quodlibet ex predictis dici posse. Appellat. n. privilegii dotis, dicit quod eo vultur mulieres, & quidem in actione de dote, ut per eum. Sic igitur concludendum videtur, quod omnia iura de quibus §. videantur bene loqui, & optime procedunt.

Et sic inferitur quod Bar. non videtur bene loqui, distinguendo privilegia, & unum restringens ad actionem, aliud ad mulierem, ut per eum. cogita super istis.

Gl. super verbo, semper, variis modis per Doctores dividitur, sed mihi videtur ad mentem eius, quod debeat dividi in tres partes.

In prima declarat text. & quomodo capiatur verbum, precipua, volens in dote considerari precipuitatem & privilegia tribus temporibus, vique ibi, & pone exempla.

Ibi incipit secunda in qua ponit exempla & privilegia plura de quolibet tempore, & dum ponit exempla tertii temporis, interserit argumentum quod predicta, & quod text. Quod Bar. hic format in secunda sua principali oppositione vique ibi, & facit.

Ibi tertia, in qua ad omnia iam dicta & ad text. istum allegat l. in ambiguis, §. de iur. dot. Pro huius gl. declaratione capias secundam oppositionem Bar. quem facit de l. maritum, §. eo. vbi Bart. examinationem totius glo. seu contentorum in ea, reducit ad tria ut per eum.

Et capiendum primum, ex breui doctrina Bart. circa illud colligere duo, prout duobus modis respondet ad argumentum, quod facit, quod ante matrimonium non videantur consideranda privilegia dotis.

144 Primum est ex prima solutione, quod si dos ante matrimonium ideo in his, quae ante matrimonium fiunt, non dicitur prius habere privilegium, quam sequatur matrimonium. Ratio est, quia quicquid antea fit circa dotem, habet tacitam conditionem, si nuptiae sequantur. Stipulationem, §. de iur. dot. Unde interim omnia dicta tunc esse in suspensio. Et si non sequatur nuptiae, extinguntur. Si vero sequantur, omnia confirmantur. Et tunc dicimus, quod privilegia dotis locum habent, & quod habuerunt locum vique ab initio.

Dicas igitur quod ante matrimonium privilegia locum habent in spe, & eo sequuto foriuntur plenum effectum. Eo autem cessante spes illa evanescit. Secundo collige ex secunda solutione, quod imo etiam nullo sequuto matrimonio considerantur privilegia dotis, si sponsalia maxime interuenerunt, tunc .n. licet non omnia competant privilegia, competunt tamen aliqua si aequitas suggerit ea competere. Ratio est, quia licet tunc non sit proprie dos, dicitur tamen quasi dos. l. si sponsa, §. de iur. dot. cum socia allegata per Bar. & fuit dictum §. in Rubr. Circa ista dicas quod prima solutio vult tutior, seu magis ad propositum: quam secunda praesupponit matrimonium non haberi, quo dato, non vult proprie dici posse habere locum privilegia ante matrimonium, quod praesupponit non sequutum. Praeterea privilegium, de quo in iuribus allegatis per Bar. non est de illis, quae hic per gl. enumerantur pro privilegiis ante matrimonium: nec illa possent habere locum matrimonio non sequuto, sicut etiam illud non daretur matrimonio sequuto. Et consequenter ex ista secunda sol. non defenderetur gl. in suis dictis. Ad quod videtur tendere Bar. in istis solutionibus, teneas ergo primam solutionem.

Sed §. etiam facit doct. Bar. & aliorum in l. & quia, §. de iurisd. om. iud. dum ibi firmatur, quod si quod sit confirmatio eius quod per se non valebat, qui confirmat de dare, & confirmans consideratur, & non confirmatum. Nam secundum primam solutionem sequens matrimonium agit actum precedentem, qui per se non valebat, validare, & propterea videtur quod privilegia deberet potius a tempore matrimonii, quam ante matrimonium denominari. Sed tuendo predicta respondetur primo, quod argumentum forte procederet, quod confirmans principaliter ad illud tendit, & fuit §. confirma-

tio fiat in consequentia, prout hic videtur contingere. Nam matrimonium non dirigitur principaliter ad confirmandam dotem, sed ut iugales vinculo matrimonii coniungantur, & in consequentiam sequitur confirmatio dotis. Et pro ista responsione facit in simili l. i. post princ. §. de aucto. tuto. Vel secundo responderetur, quod immo in proposito nostro actus precedentens non erat nullus, sed potius imperfectus, perfectionem expectans a futuris nuptiis, in quo casu Bar. met. & alij in d. l. & quia, fatentur confirmantem non dare, & ipsum confirmatum debere attendi.

Circa secundum principale intentum Bar. verum. §. glof. ponat bona exempla, procedendo distincte de privilegio in privilegii ut Bar. facit, Ex dictis Bar. dum opponit quod privilegium. §. l. ad examinationem, C. de dotis promiss. collige duo. Primum est, quod si privilegium ut pro dote, & eius favore fingatur stipulatio, ut sic dos per actionem ex stipulatu peti possit, procedit etiam ex parte mariti, si ei dos promittatur. Et pro ista opinione facit l. vnica, in pr. C. de rei vx. act. ibi, omnes dotes &c. Secundo videtur casus in ea. l. §. & nemo, vbi dicitur, quod intelligitur facta stipulatio, & hypotheca ex utraque parte, & ita ibi notant. Salic. & communiter Doct. sequuntur hanc opin. ibi, & hic, ut per Alex. col. 8. Et pro ea tertio bene facit ea. l. in §. & ut plenius, dum dicitur, quod in huiusmodi actione datur hypotheca ex utroque latere. Praesupponunt. n. illa verba, quod actio illa, in qua hypotheca datur competat ex utroque latere, & loquitur text. de actione ex stipulatu ex facta stipulatione proveniente, ut constat ibi ex precedentibus ergo &c.

Sed adverte, quia gl. in verbo marito, in l. i. C. de iure dotium, videtur trium firmare & ita etiam sentit in d. §. & ut plenius, in uerf. euctis, & de hoc dubitatur in d. l. vnica, in pri. in versiculo omnes dotes, propter quas gl. data est mihi cautela dubitandi de predicta communi opinione. Et reperio, quod subtilis & insignis Modernus Fortunius Garfia, Hispanus (cum quo aliam in patria mea fuit mihi longam & quasi diuinam disputatio) in l. legitima, §. de pact. in 8. & 9. col. communem opinionem reprobando concludit ex parte seu in fauorem mariti non fingi stipulationem, & sic non dari illam actionem ex stipul. Et quidem ex pluribus, licet de predictis gl. mentionem non faciat.

Et primo quia stante communi opinione inutilis esset provisio l. ad examinationem. C. de dotis promiss. siue superflue in iure posita esset, ut l. ex pacto nudo oriatur actio, quod non videtur tollerandum, ut in simili dixit gl. in c. fuerit. 7. dist. Et id videtur audacius dicendum, cum idem dicatur in l. si. C. ad Velleia. quae est Iustin. & ideo verisimilius est, ut non sit superflue posita. Secundo

147 do quia si subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum, §. si quis caut. cum similibus.

Sed actio ex stipulatu, propter quam fingitur stipulatio, datur in locum rei vxoriae actionis, ut d. l. vnica, in prin. & per totum maxime in §. & nemo, & in §. fuerat, Insti. de acti. Illa autem solum datur mulieri vel patri eius pro repetitione dotis, ut d. §. fuerat, & d. l. vnica, ergo &c. Tertio ista fictio in fauorem mariti super-

149 sua esset, cum etiam ex nuda promissione agi posset. Fictio facta non solet induci nisi ex magna causa & ex aequitate. l. deniq; cum l. seq. §. ex quibus cau. maio. & l. postliminium est. in prin. §. de capiti. & postlim. reuer. Sed hic nulla adest aequitas, nulla causa, cum satis plene viro esset consultum, ergo &c.

Quarto facit d. l. vnica. §. accedit, ibi. Ne quod pro mulieribus introduximus, §. cas &c. Si n. in fauorem mariti fingeretur, contra mulieres conuerteretur, ergo &c.

Allegat etiam predictus Doctor alia quaedam, sed predicta vultur gentiora. Et pro hac opinione videtur text. in §. cum autem, in d. l. vnica, vbi dicitur, quod ex stipulatu actio iubeat fieri restitutione dotis vxori a parte mariti, & nihil dicit econtra, ergo &c. Et ita tenendo non obstat §. tria. Nam ad primum responderetur, quod verba illa, omnes dotes, debent intelligi, quae sunt per vxorem, vel patrem eius soluto matrimonio repetentur, quod satis constat quia ibi dicitur, sublata rei vxoriae actione volumus in locum eius per actionem ex stipulatu dotem repeti, ergo &c. ut dictum fuit in secundo argumento pro ista parte.

Ad secundum responderetur, quod verba illa ex utraque parte referuntur solum ad hypothecam, ut si fiat punctus ibi, intelligi factam stipulationem, declarando, si fauore mulieris tantum. Et hypothecam ex utraque parte, prout etiam §. dictum erat de hypotheca, quod ex utroque latere dabatur.

Ad tertium respondetur, quod debet ille text. exponi in huiusmodi actione. i. in huiusmodi actu hoc est in tractatu, qui de dote fit inter virum & vxorem, prout similis expositio fit in aut. hoc ius porrectu. C. de sacros. eccl. & alibi etiam, ut per gl. 2. in prin. Insti. de act. in prin.

Sed his non obstantibus si vis communi opinionem tueri dicas, quod rationes §. datae non vultur tolerabiles, maxime ad secundum & tertium. Na solutio data ad secundum, vultur mentem illius textus, & violentia quaedam verborum cum ibi continuata oratione dicat, simili modo intelligi facta stipulationem & hypothecam ex utraque parte. Non. n. simili modo facta predicta dicerent, si hypotheca ex utraque parte, stipulatio vero ex vna tantum diceretur facta, sic igitur verba

D. Maria. Soc. Jun. in Rub.

illa ex vtraque par te, videntur necessario referri ad vtrunque.

Similiter etiam nunc videtur toleranda expositio per quam responsum fuit ad tertium, quia verbum illud, huiusmodi, repugnat. Ostendit enim de illa actione loqui, de qua statim loquutus erat, & sic de actione ex stipulatu, quam lex voluit habere locum (saltem ex ficta stipulatione, de qua in precedētibus loquutus fuit. Et maximè quia illud clarè dicitur in §. fuerat, Institu. de act. ibi sed & tacitam ei dedimus hypothecam. Nam de actione videtur ille tex. intelligendus, vt ibi gloss. primo loco exponit in versiculo ei. Et vltra prædicta pro communi opinione pondero aliter d. §. & nemo, in versiculo, Nihil. n. prohibet, & c. vult enim ibi tex. q. siue dos detur, siue promittatur, siue suscipiatur, intelligitur facta stipulatio, & hypotheca, vbi autem tantum promittitur non videtur q. possit dici facta stipulatio, ex parte vxoris, seu in eius fauorem cum maritus ex sola promissione sibi facta nõ obligetur, sed ex numeratione. l. i. C. de dote cau. non nume. ergo necessario videtur q. intelligatur facta stipulatio ex parte mariti, de eo, quod sibi pro dote promittitur.

Præterea plurimum facit quia in d. §. & vt plenius, & in d. §. & nemo, Imperator semper vñ pares ponere, seu æquiparare stipulationes, & hypothecas vt patet ibi in versiculo, Sicut. n. stipulationes & hypothecas, & c. ibi, simili modo intelligi stipulationem, & hypothecam, sed hypotheca datur ex vtraq; parte, ergo & c.

Non obstat modò contraria. Nam ad primum respondetur, q. immo lilla ad exactionem, & eius prouiso nõ stabit superflue, nec inutilis dici potest, vt infra patebit.

Ad secundum respondetur, fatendo, q. principaliter actio ex stipulatu, & consequenter ficta stipulatio fuit in locum rei vxoriarum actionis, & pro muliere introducta, & eo respectu uti subrogata sapit naturam eius, & c. Verum ne vir in exigenda dote sibi promissa esset deterioris conditionis ipsa muliere, placuit legi et viro eandem actionem dare, licet ei non esset necessaria, ex quo exigere poterat etiam quod nudo pacto ei promissum erat, sicut in simili dicitur de bonorum possessione contra tabulas, vel vnde liberi, quæ pro emancipatis inductæ fuerunt. §. emancipatos, Inst. de hæred. lib. & §. emancipati, Inst. de hæred. quæ ab intestato, de her. & tamen datur etiam suis, ne sint deterioris conditionis licet eis non sit necessaria, cum habeant vel ius dicendi nullum, vel ius succedendi ab intestato, vt sui hæredes.

Non obstat tertium, quia fateor, q. in fauorem mariti istud remedium non erat necessarium, nec principaliter propter eum fuit inductum, sed propter mulierem pro restitutione dotis, sed ratio 149 ne prædicta etiam marito fuit concessum. Et est ei utile, quia nostra interest habere plura remedia, argumento l. 3. in fi. de liber. lega. & probatur in l. i. C. communia de lega. & in l. cum filius, §. varijs, j. de leg. 2.

Præterea potest etiam dici talis actio utilis, cum sit bonæ fidei vt d. §. fuerat, quod (vt credo) non est in conditione ex lege proueniente ex d. l. ad exactionem.

Ad quartum respondetur, q. ille tex. loquitur respectu actionis ex stipulatu siue illius tacite stipulationis, quæ est maritum in dotis receptione fingitur. Illa. n. tantum pro mulieribus inducta fuit, & propterea non uenit, vt in fauorem extranei dantis dotem fingatur, quia tunc mulieri præiudicaretur, vt ibi dicitur. Sed ex eo non negatur quin etiam in fauorem mariti fingatur pro dote ei præstanda, cum illud clarè alibi in eadem l. legatur expressum. Demum non obstat d. §. cum autem, in ea. l. quia loquitur de veteri actione ex stipulatu, & non inducta mediante fictione stipulationis, & illa vetus ibi in aliquibus emendatur.

Præterea non valet consequentia ex verbis illius tex. ergo nõ datur ex parte mariti pro dote ei præstanda, cum ibi Imperator solum ponat id quod intendit remouere, s. q. illa dabatur illico & insolidum, & c. Et plus dico q. illa antiqua actio ex stipulatu non dabatur, nisi vera stipulatio interuenisset, & propterea etiã viro competeat, si dotem sibi dari stipulabatur, sicut etiam mulieri tunc competeat qñ ipsa stipulabatur. Et ex his defenditur cõs opinio a qua non est recedendum. Fateor tñ punctum esse valde dubium. Et in triam opinionem vltra, dicta plurimũ facit Rubrica illa de rei vxorie actione in ex stipulatu actionem trãl fusa. Nam illa verba videntur velle, q. semper actio ex stipulatu habeat in se transfusam rei vxorie actionem. Id aut non potest considerari in fauorem mariti, cum actio rei vxorie solum cõtra eum daretur pro restitutione dotis, ergo & c.

Secundò facit §. si quid aut in ea. l. ibi, vt sit noua ista ex stipulatu, quam composuimus, & non proposita tñ, sed et veteris actionis pulchritudine decorata, iuncta gl. quæ dicit veteris actionis, l. rei vxorie & c. vt erit exemplũ in §. videamus, cum duobus seq. ea. l. Non. n. actio ex stipulatu, q. marito peteret scdm cõem op. pot. dici decorata pulchritudine actionis rei vxorie, ergo & c.

Præterea & tertio discurrendo totam illam legem, qñ Imperator declarat nãm & qualitatem suæ actionis ex stipulatu, quã ille proposuit fingendo, sp. loquitur ex parte vxoris & in eius fauorem pro restitutione dotis, & nunquam ex parte mariti pro do-

te sibi præstanda. Immo illæ quæ dicitur hñe actionem illam ex stipulatu, non possent procedi respectu eius, quod marito daretur, & tamen verissime est, q. si eam et marito dari uoluisset, aliquando eam nãm & qualitatem eius declarasset.

Et si per ista disputando vis teneret communem, ad tria rñdere poteris. Nam dum primo negabatur responsio ad secundũ velut destructiua, & violentatiua. d. §. & nemo. potest dici, q. immo vñ conueniens declaratio, vt sic iura iuribus concordentur.

Non obstat verbum similitudo, quia illa similitudo stat in hoc, vt sicut sine scriptis dos detur, promittatur & c. perinde vtraque procedat, ac si scripta fuerit, vtraque. n. stipulatio & hypotheca ex potentia l. pro facta habetur, sed tñ quælibet in casu suo. Similiter et responsio data ad tertium, vñ disputando sustentabilis. Nõ obstat d. §. fuerat, quia esto q. ibi debeat exponi. i. actioni (sine præiudicio veritatis,) illud tamen tolerari potest in co. text. quia solum loquitur de hypotheca vxoris contra maritum.

Non obstat d. §. & nemo, dum in eo ponderatur illud verbum vel promittitur, quia responderi potest, q. debet intelligi, quãdo marito promittitur dos ab extraneo. Nam etiam tunc mulier fingitur stipulata, nisi ab initio ipse extraneus sibi pacto, vel stipulatione prospexerit, vt ea. l. in præsentia.

Demum nõ obstat æquiparatio, quam lex illa facere videtur de stipulatione & hypotheca, quæ rñdetur, q. æquiparatio fit in hoc, vt modo dicebam, quia in casibus, in quibus quælibet earum datur, datur per legem abiq; hominis prouisione, sed nõ per hoc est inferendum, q. sint in omnibus æquiparata, ita vt de vna ad aliã valeat argumentum, prout contingeret, si æquipararentur per viã rñe, iuxta tradita per Doct. in l. 2. & ibi aliquando dicit, j. de leg. i. cogita super prædictis, quæ in disputatione pulchra essent.

In dubio tamen non recedas à communi opinione, quam de fendo a tria vltimo loco §. allegata rñderi potest vno verbo, q. omnia procedunt respectu actionis ex stipulatu, quam pro muliere Imperator induxit, & fateor, q. illa quæ datur marito ex ficta stipulatione, quam et ille fecisse dicit, non habet in se transfusam rei vxorie actionem, nec eius pulchritudine dñ decorata. Sed ex eo non inferitur, quin etiam pro marito facta fingatur, declarando, vt s. maximè cum illud apertissimè uideatur probari in d. §. & nemo, attento continuato & copulato sermone eius.

Et licet Imperator per discursum illius legis non declarat aliter nãm talis actionis, qñ viro competit, tñ satis est, q. dicit eam dari, seu stipulationem fingi. Et id fortè fecit Imperator, quia non occurbat circa eam aliquid dicere, nisi q. sit bonæ fidei, quod fortè dicit in §. sed & si non ignoramus, qui immediatè sequitur d. §. & nemo, cogitabis tamen, quia (vt dixi) articulus est valde dubius, & disputabilis ad utranque partem.

150 Sed posita communi opinione, quaeritur, j. nunquid hodie illa lex ad exactionem, seruetur, vt sic agi possit conditione ex illa lege? Et breuiter respondetur q. sic, per regulam l. quoties, j. de act. & obli. alioquin ad quid comparet membrum? vt inquit gl. in simili in c. fuerunt 7. dist. Quodlibet ergo remedium procedere potest, & erit in arbitrio mariti, quo velit uti, vt si voluerit nisi ex veritate, agat ex pacto nudo, & sic utetur conditione ex d. l. actio nem, si verò ex fictione agat ex stipulatu, per ea, quæ dicta sunt, secundum communem op. & ita inquit hic Lanc. Dec.

Plus fortè dici potest, q. si una via agendo non obtineat, poterit alia actione uti, nisi succubuerit ex causa, quæ utramque actionem respiciat & perimat, argumento l. si actor, & l. duobus, §. exceptio, §. de iureiur.

151 Secundo collige ex dictis Bar. j. q. etiam mulieris interest viro deberi dotem, etiam pacto nudo promissam, ac etiam in fauorem viri fingi stipulationem, quia secundum Bar. mulieri statim quaeritur, vt per eum.

Sed aduerte, quia vt inquit Parp. istud non vñ generaliter verum, si ponas, puta, q. extraneus promiserit dotem marito nudo pacto, & statim sibi eam reddi stipulatus sit, tñ. n. mulieri nihil quaeritur, vt d. l. vnica. §. accedit, ergo & c.

Immo fortius dicam, q. aliquando mulieri nõcebit, si ipsa pacto nudo promiserit. Nã ex ista legali prouisione efficaciter obligaretur. l. i. i. §. gentium. §. igitur nuda, §. de pact. Verum istis rñdetur, & primò dici potest s. Imo. hic, q. satis mulieris dicitur interesse, quia dotata melius, & honorabilius per virum tractabitur, §. si quis enim. in Auth. de nup. col. 4.

Et vltra etiam secundo dici potest, q. privilegia doti eo respectu datur, vt propter dotem facilius matrimonia fiant, & conuertentur. l. 2. §. de iur. doti. l. interest, j. de priu. cred. & probatur in l. ista, ibi, cñ dotatas esse feminas, & c. Hoc aut nõ ita sine dote quip 152 git, & j. mulier aliqñ ex defectu dotis a viro expellitur. l. fin. C. ad Velle. merito ergo hoc attento dici potest, q. mulieris interest.

Bene fateor, q. aliqñ mulieri pecuniariter nihil accuriat, & si de commodo pecuniario Bar. loqui uoluerit, eius dictum nõ q. procedit, & ex prædictis constat, sed satis est ei quaeri, vt dotata dicat.

Potest etiam ad argumentum Bar. rñderi q. l. ista non loquitur ex parte mulieris simpliciter, sed fauor e pulchro, cum dicitur recipi-

reipublica: intereff dotes mulieribus conferuari, & id contingit etiam mediantibus his priuilegijs, de quibus agimus.

Aggredior nunc aliud priuilegium, quod ponit Bar. post glo. hic. de l. fi. C. de dot. promif. In quo Bar. annexit tres quæstiones, quas infra diftinctè tangam. Sed dum de patre loquitur, collige ex dictis eius tres conclusiones.

153 Prima fit, q̄ p̄ paternum officium est dotare filiam suam legitimam & naturalem, vt sic nubere possit, vt est tex. in d. l. fin. in vers. neque enim incognitæ sunt ll. quibus cautum est omnimodo paternum esse officium dotem &c.

154 Immo p̄ ad id pater compelli potest. l. qui liberos, supra de rit. nup. Sed de hoc infra. Et ex ista conclusione sumitur secunda q̄-

155 clusio, quam Bar. primò ponit, videlicet q̄ p̄ pater habes apud se bona filie, si simpliciter pro ea dotem promisit, vel soluit, præsumitur de suis proprijs bonis id fecisse, nō de bonis filie. ex eo q̄ illi tanquam patri onus eam dotandi incumbat, cui creditur satisfacere voluisse, vt est casus in d. l. fin. Et in hoc dicit glof. est

156 vnum speciale contra regulam, qua dicitur, p̄ quod nemo præsumitur iactare suum. l. cum de indebito, supra de probat.

Et licet paternum officium ita esset, propter quod videtur, q̄ talis specialitas non posset considerari, quia sic faciēdo pater nō iactat suum, sed proprio debito satisfacit, tamē potest dici, q̄ satis suum iactare videtur, cum ad id iure obligationis non teneretur, sed tantum officio iudicis, vt infra dicitur, & ex se faciēs dicitur vt liberalitate, vt dicitur in d. l. fin. cum posset aperte dicere, q̄ dotabat de bonis ipsius filie, & sua bona volebat referuare vsq; quo per officium iudicis compelleretur.

Et hoc dico tenendo quod compelli possit etiam diuitem filiā dotare, prout est magis communis opinio, de quo tamē infra dicam. Sed tenendo, q̄ eo casu non possit compelli, vt plerique tenent, vt modo videbimus, clarum est q̄ dicitur iactare suum.

Circa istas conclusiones, licet vna ex alia pendere videatur, ergo tamen pro clariori intellectu distinetè procedam.

Primò ergo circa primam conclusionem dico, quod illa est clara & indubitata, si filia nuptura non habet vnde se dotare possit, quia pauper sit. Sed si ipsa sit diues & honorificè se ipsam dotare potest, dubitari tunc potest, an pater de suo dotare teneatur?

Et licet ex intēctione Doctorum magis communiter hic & in d. l. fi. sit, quod teneatur, tum per regulam d. l. qui liberos, tum et maxime per d. l. fi. vbi de hoc videtur casus, cum præsupponatur, q̄ filia diues esset. Tamen Bar. in l. mulier. §. cum proponeretur, infra ad Trebel. post lac. de Are. videtur velle, q̄ immo nō teneatur, & eius opinio, dicit esse sustentabilem Bulgar. hic mihi col. 1. cum 4. seq. allegans pro ea vsque ad nouem fundamenta satis pulchra vt per eum.

Quod multum audacter firmat hic Iaf. 7. col. dicens, q̄ ita intrepidè consulere & iudicaret. Huius opinionis vrgentiora fundamenta (multis dimissis) sunt infra scripta.

157 Primò, p̄ pater non teneretur alere filios diuites, siue habentes vnde se aleant. l. si quis a liberis. §. sed si filius, infra de alen. vel agnos. lib. sic ergo nec dotare. Et quidem fortiori ratione, cum alimenta magis debita videantur. Et istud probatur primò, quia magis sunt necessaria ad vitam hominis. Secundò, quia iure naturali debentur, dos autem iure ciuili.

158 Item & tertio, p̄ quia videmus matrem ad alimenta filiorum teneri. d. l. si quis a liberis. §. 1. ibi, ergo & matrē cogemus, &c. que tamen ad dotem filie non teneretur. l. mater. C. de iur. dot. & dicit Bart. in secūda quæstione, quam format circa istud priuilegium. Et ita de alimentis ad dotem, licet non sic à fortiori arguit Bart. in d. §. cum proponetur, sic etiam arguant Bulgar. & Iaf. Cōprobatur hoc, quia cum dos filie danda, videatur onus patrem respiciens, vt d. l. qui liberos, debet velut onus parificari alimentis, vt d. l. si quis a liberis. §. non tantum, ibi cetera quoque onera, &c.

159 Secundò facit secundum Bar. ibi, p̄ nam dos filie debetur, non iure obligationis, sed officio iudicis, vt d. l. qui liberos, vbi ita dicit Sal. qui idem dixit in l. filiusfamilias, supra ad Macedon. Et voluit Bart. in l. obligamur. §. lege, infra de act. & oblig. tale autē officium in æquitate fundatum (iuxta l. quod si Ephesi. infra de eo quod cer. loc.) cessare debet æquitate cessante. Sed isto casu cessat æquitas, quia filia diues de suis bonis congruenter potest dotari, ergo, &c.

Tertio facit d. l. fi. de dotis promif. inducta per Bulgar. hic pluri bus modis, tu accipe duos.

Primò, quia ibi dubitatur ante pater, qui filie quid debebat, dicatur ea mente dotasse, vt se à debito exoneraret, an vt liberalitate vtatur. Ex eo enim videtur probari, q̄ ad dotandū nō tenebatur. Primò, quia aliud appellat debiti, & non dotē. Secundò, quia respectu dotis de suo dande, tex. ille dicit patrem vt liberalitate, ergo videtur, q̄ non esset debita, quia in debitis, & necessarijs nemo liberalis dicitur. l. rem legatam, infra de alim. lega.

Secundò quia prædicta dubitatio conuenienter non caderet in eo tex. si pater ad dotē fuisset obligatus, qm̄ cū dādo dotem, faceret illud ad quod præcisè erat obligatus, non poterat velle,

q̄ alia tolleretur obligatio, quæ ad dotandū non erat. Effer enim præsumptio, dotē datam secundum q̄ danda erat, argumento l. fi. C. de alim. pupil. præstan. Et cū pater non poterat nolle de iure dare, nō fuisset dubiū, quod voluisset, argumento l. eius est velle, §. de reg. iur. Alias inductiones vide p̄ Bulgar. q̄ et facit alia fundamēta, sed nō curo, quia prædicta sunt vrgentiora. Et tenendo hanc opin. quæ in disputatione pulchra esset, nō obstarent contraria.

160 Nam p̄ primò ad d. l. q̄ liberos, respondet Bulgar. q̄ loquitur in filia in potestate, que illo tpe nihil habere poterat, sed quicquid acquirere patri acquirerebat. l. 1. in princ. §. si quis a paren. sic. man.

Posset præterea dici, q̄ nō procederet ille tex. vbi filie de dote esset aliquo modo prouitum, Puta, q̄ alius eā dotasset, tunc enim non videretur pater cogendus dotare per rationes prædictas, & maxime, quia non reperio mulierē dotatam, iterum debere dotari, si dos illa ei sit salua. vnde cum in casu nostro videatur filie satis prouitum, cum de bonis suis dotari possit, non videtur procedi

161 dere d. l. qui liberos. Secundò p̄ non obit. d. l. fi. quia respondetur secundum Iaf. q̄ debet intelligi, si filia non habet vnde dotetur, tunc enim omnimodo paternum officium est &c. vt ibi dicitur,

162 & verbum illud omnimodo, licet aliàs sit præcisum, & generale, debet tamen interpretari, & restringi ad congruum & honestum sensum, vt hic per Iaf.

Vel secundò & melius responderi potest, quod verba illa non important simplicem, & absolutam necessitatem, sed potius cōdecorant quandam pietati & affectioni paternæ cōsentaneā, vt si dicat necessitas quædam causatiua si pater velit charitati & pietati paternæ, & paterno officio satisfacere, præcisè tū non cogit.

Et q̄ ita debeat ille tex. intelligi, litari potest. Nam ibi dicitur, q̄ antiqui ll. & non incognitis tale paternum officium inducebatur. Quo posito dico, q̄ si pater omnino & præcisè teneretur etiam filiam diuitem dotare & simpliciter dotasse, non fuisset. l. u bitatū de quibus bonis, nec antiqui legislatores in diuersas sententias se diuisissent, quia absque dubio diceretur id fecerit pro suo necessario officio implendo, videtur ergo posse dici, q̄ dubiū erat, quia pater non ex necessitate præcisè tenebatur, sed tantum ex paterna decentia, vnde videbatur, q̄ pro suo debito necessario dedisset, sed tamen cōtrarium ibi deciditur, & sic quod lex in dubio præsumit patrem voluisse vt tali officio & paterna cō-

decentia, potius quàm soluere siue promittere de bonis filie. Et nota bene hoc fundamentum de decentia, quia per illum rectè consideratum poteris de facili tollere multa contraria.

Et videtur quod ista opinio in puncto iuris maxime disputando, sit sustentabilis, de qua plenius videas hic per Bulgar.

Cogitabis tamen super istis, & in dubio non recedans a communi opinione, quæ videtur probabilior. Nam per ea videtur solidum fundamentum in d. l. fi. ibi omnimodo paternum esse officium &c. etenim ibi ponitur ratio decisionis, de qua ibi.

Et rō illa respicit & pcedit in casu proposito, & sic q̄ mulier erat diues, & habebat vñ dotari posset, aliqñ nō esset bona rō.

Et ex hoc tollitur totaliter solutio Iaf. si enim ratio illa, in qua necessitas dotandi consideratur seu præsupponitur, respicit etiā casum quando mulier sit diues, vt nulli dubium est, sequitur q̄ solutio & restrictio Iaf. est contra illum text.

Præterea tunc verbum omnimodo, vel simile, recipit talem restrictionem, qm̄ ad eam expresso iure vrgemur, vel vrgentissima ratione, & id fit ne iura iuribus, aut veris rationibus aduersentur, vt in locis allegatis per Iaf. quod in proposito nostro non reperitur. Nulla enim lege cauetur patrem in casu nostro non teneri, merito ergo d. l. fi. in illis verbis debet generaliter intelligi, & rationes supra in contrarium factæ non vrgent, vt infra patebit.

Nec etiam obit. solutio illa de decentia &c. quia videtur illi illi tex. in versiculo omnimodo, quod dē præcisum & necessitatem importat. c. quamuis, & ibi tradunt Doc. de pact. lib. 6. & tradit Corn. in consil. 27. In princ. prima col. 4. vol. & Patrius meus Soc. in l. si quis arbitrato. §. col. j. de verb. oblig. Nec tunc obstat, q̄ isto modo intelligendo, vana videretur dubitatio, de qua ibi, vt §. dicebatur, quia respondetur q̄ immo pulchra erat dubitatio, quia cum pater esset legitimus administrator bonorū filie, videbatur q̄ administratorio nomine promississet, vel dotasset, argumento l. Nefennius, §. de nego. gestis. & sic concurrebant duæ præsumptiones vrgē, una sc̄ q̄ fecisset vt pater, alia q̄ ut administrator, cū in eo utraque qualitas reperiretur, tñ Imperator ibi dixerat, q̄ dicitur fecisse ut pater, ut sic primo officio dicatur functus, cōcordat l. cum pater, alias est §. si l. profectitia, supra de iur. dot. qui tex. videtur propriè tollere prædictam dubitationem.

Vel secundo responderi potest, q̄ ibi dubiū erat, quia aliud erat debitum paternum præcisum, & in forna obligationis redactū, videbatur enim, q̄ ab eo pater uoluerit liberari, argumento l. 2. & 3. j. de solut. & sic nō de suo dare, cum de suo dare, quando fit sponte, sapiat libertatem quandam. Et hoc videtur probari in eo tex. dum dubitatur, utrum videatur ex hoc debito promittere dotem, ut a tali nexu liberetur, an uero liberalitate uti &c. Dico. n. quod cum pater cogatur dotare filiam, non iure obligationis,

Mar. Soc. Iun. D 4 sed

D. Maria. Soc. Iun. in Rub.

sed per officium Iudicis vt dictum est, antequam cogatur, sponte faciens, dicitur vt liberalitate. Et ita videtur ille text. intelligendus, dum saepe de liberalitate mentionem facit.

Sic etiam possunt intelligi plura iura, quae dotem filiae dari appellant liberalitatem, munificetiam, vel donationem, vt l. cognouimus. C. de heredi. l. 2. C. de bon. que liber. & l. si a focero. infra quae in frau. credi. cum similibus.

Et pro comuni opi. optimè facit, vt pleriq; hic dicit, quia dos dicitur succedere loco legitimae. Legitima tamen debet et filio diuiti, cum iure sanguinis debeatur, vt l. qm in prioribus. C. de inoff. test. & §. aliud quoque, in Auth. vt cum de appel. cognos. ergo &c.

Non obstant modo fundamenta contraria, quia respondetur ad primum, quod non valet argumentum de alimentis ad dotem, cum multae sint differentiae, vt per Alex. & maximè quia de nostra quaestione extat clara decisio in d. l. si. & in d. l. cum pater, & hoc dum argumentum feret a simili.

164 Sed quatenus arguitur a fortiori, respondetur, quod alimentum & dos habent se vt excedentia & excessa. In quibusdam enim alimenta sunt fauorabilia, vt in argumento. In quibusdam vero dos dicitur fauorabilior respectu personae dotandae, vel alenda, vt puta extraneus aluit simpliciter, repetit. l. alimenta, & l. si pater no. C. de nego. gestis. non sic, si dotant, quia non repetit.

Itè pater administrator alendo non dicitur donare, vt dd. iuribus, secus dotando, vt d. l. cum pater. ff. de iur. dot. Itè pro dote sunt bona obligata, vt est notum, non pro alimentis secundum Bar. in l. Lucius, §. de alim. lega. & sic et in alijs poterit idem exemplificari. Sic igitur est in proposito, vt si dos sit in hoc fauorabilior ipsis alimentis.

Et ista differentia habet rationem, nam alimenta debentur in subsidium ne quis fame pereat, & propterea si filius habet unde se aliat, pater non tenetur alere. Sed dos in filia diuite reperitur. Et cum soleat dici, quod dos succedit loco legitimae, sicut legitima etiam ditassime filiae debetur, ita etiam dos, vt etiam supra dixi.

Et potest dici, hoc simpliciter patri fuisse iniunctum publico quodam fauore vt. l. facilius matrimonia fiant. Non obsecundum, quia (posito p. vero, quod dos officio iudicis debeatur, licet quibusdam non placuerit) respondetur, quod immo non cessat equitas pro diuitibus filiarum, cum duret adhuc generatio, paterna charitas, & publicus fauor.

Demum non obsecundum, l. si. duobus modis inducta, vt s. Quoniam ad primam inductionem responsio colligitur ex predictis. Fateor. n. quod aliud ibi erat verè debitum & in formam obligationis positum, ita quod iure actionis pater ad illud tenebatur, quod non est in dote, cum illa solo iudicis officio debeatur. Et hinc est quod si pater antequam cogatur, sponte dotet filiam, dicitur in eo aliqua liberalitate vt.

Et ex his et respondetur ad secundam inductionem, quia cum pater iure obligationis ad dotem non teneretur, poterat quod ad suam voluntatem habuisse animum soluendi respectu alterius obligationis proprie & verè, & ubi illud constaret, puta, quia expressisset, & sic non essemus in dubio, ille text. non procederet in eo, quod vult, patrem de suo dedisse, quia solus procedit ille text. in casu dubio.

Fateor tamen ex eo non tolli, quin postea pater officio iudicis compellatur dotare. Et ex his defenditur communis opinio. Ad alia plura, quae adduci possent, est facilis est responsio, cogitabis tamen super eis, quia articulus est valde dubius. Et ad praedicta disputando forte posset responderi, sed non insisto ulterius, quia ista communis opinio magis placet, a qua in dubio non est recedendum.

Circa secundam conclusionem, in qua Doctores plurimum instant, breuius quam potero procedendo, dico primum, eam esse indubitatam, prout omnes fatentur, quia de ea est casus in d. l. fin. C. de dotis promiss.

Secundò hanc conclusionem amplia duobus modis. Primò 165 tamen vt procedat etiam si pater in dotando exprimat de suis & filiae bonis, prout est text. in d. l. si. in secunda dubitatione, dummodo ex patris bonis quantitatis promissa solui possit, vt ibi clarè dicitur. Et licet eo casu virtute illius copulae, videretur, quod debeat per dimidia tantum de suis, & pro alia dimidia de filiae bonis, iuxta regulam l. reos. §. cum in talibus. infra de duob. reis cum similibus, tamen contrarium ibi deciditur & ratio est secundum Dominum meum Soc. & Iaf. quia copula ponitur inter res, respectu personarum, inter quas est aliquis ordo necessitatis, argumento no. per Doctores in l. Gallus, §. i. de liber. & posth. cum. n. pater cogatur dotare, id est necessitas, quae non reperitur in ipsa filia. Etenim non reperitur iure cautum mulieri teneri vel cogi posse ad se ipsam dotandam, & posita est talis necessitas in patre propter paternam charitatem, quia conuenit, vt filia per me genita a me habeat, vt matrimonio coniungi possit, & in eo statu condecenter viuat, quod fit mediante dote.

166 Secundò amplia, vt tamen procedat etiam in filia emancipata, prout etiam in ea loquitur d. l. si. concordat. l. cum pater. supra de iure dot. Non etiam emancipata filiam pater dotare cogitur, cum per emancipationem non tollatur generatio, & ius sanguinis. Et sic sequitur, quod l. qui liberos, supra de rit. nupt. quae in filia in potestate loquitur, ampliat, vt et in emancipata procedat. Fateor tamen, quod illa

potest intelligi, vt loquatur de filijs in potestate respectu prohibitionis paternae, ne filia nubat, argum. tex. Inst. de nupt. in princ.

Tertiò praedictam conclusionem sic ampliatam, limita pluribus modis. Et primò limita, tamen vt procedat, quando pater, qui sic dotem promissit, non esset in ops, sed ad id idoneam substantiam haberet, prout clarè dicitur in d. l. si. Quando autem non idoneam substantiam haberet, non diceretur de suis bonis talem dotem promississe, vt ibi dicitur, & ita communiter dicunt hic Doct.

Caue tamen, quia ista limitatio non videtur procedere, nisi in secunda dubitatione illius l. si. & sic in casu primae ampliationis supra posite, sed in prima dubitatione, quoniam simpliciter mille puta, promississet filiae pro dote, non videtur talis limitatio procedere, attento quod ibi Imperator in primo casu eam non posuit, sed simpliciter, & absolute dixit de bonis paternis dotem dici promissam. Et tunc ratio differentiae erit, quia in secundo casu propter copulam interpretatam vt supra. l. primò de bonis paternis, si potest, sin autè de bonis filiae, inducitur illa decisio, vt dixi in prima ampliatione, quae consideratio non potest cadere in primo casu, cum in dotatione pater nullo modo de bonis filiae meminerit.

168 Secundò limita, tamen nisi pater tunc esset administrator bonorum filiae pro qua dotem dedit, aut promissit. Nam tunc quicquid ipse facit, pro filia facere censetur nomine administratorio, & ita dotando videtur de bonis filiae, quae administrabat, & non de bonis suis. Ita voluit Bar. in l. Nescennius, per illum tex. supra de nego. gestis. quem ibi sequitur Angel. Sed Roma. hic. Imol. Alex. Bulgar. & alij plures reprobant opinionem Bar. contra quem etiam tenet Fulgos. in d. l. Nescennius, fundamentum est, quia dicunt ipsi d. l. si. C. de dotis promiss. procedere etiam in legitimo administratore filiae suae, cum ibi pater esset legitimus administrator aduentitiorum eius. l. i. C. de bon. mater.

Praeterea in d. l. si. dicitur, vel quocumque modo filia habeat actionem pro patre, & sic omnis casus dicitur inclusus. Comprobat Alex. p. l. si. C. de alimen. pupil. prestan. & quod per illum tex. dicit Bar. in l. cum seruus, §. de verb. oblig. Dum vult, factum aliquod presumi factum, ab eo, qui ad illud tenebatur. Sed pater dotare filiam tenebatur, ergo &c. Et ita etiam firmat Corn. in consil. 3. vt in hac. 2. vol. Non obsecundum d. l. Nescennius, quia loquitur in auia, quae illo casu nepotem alere non tenebatur, nimirum si dicitur fecisse administratorio nomine. At in casu nostro pater dotare tenebatur, ergo &c.

Et pro ista opinione contra Bart. ultra alios allego tex. in l. cum pater, la prima. supra de iur. dot. ubi videtur casus. Patruus & Dominus meus Soc. dicit opinionem Bar. in d. l. Nescennius, defendi posse, si rectè intelligatur. Nam secundum eum Bar. solum intendit loqui respectu illius dotis, vel partis eius per patrem promissae, ad quam ipse non tenebatur, puta, pater iuxta vires eius poterat dotare in centum, & ad id compelli poterat, promissit ducenta, certè centum vt pater dicitur promississe, & alia centum administratorio nomine de bonis filiae, argumento l. post mortem, in fin. cum ibi not. infra quoniam ex facto tuto. Et quod Barto. ita senserit, ostendit Soc. ex tribus vt per eum. Qui etiam pro ista opinione allegat l. profectitia. §. si filius fami. il primo supra de iure dot. & dicit quod talis inuestigatio utilis est vt per eum. Ista opinio licet in eo, quod defendit Bart. videtur applaudere tamen videtur quod sit contra d. l. si. prope finem, ibi, poterat enim secundum vires suas &c. Nam, cum ibi dicitur, quod poterat dotem secundum vires suas dare, videtur aperte praesupponi quod ibi promissit ultra vires, & quia non fecit secundum consilium illius legis incidit in periculum sui, vt in fine dicitur, & sic videt, quod opinio Soci. nostri procedere non possit, & per illum tex. destruiatur.

Sed ipsemet videtur hoc perpendisse, & respondisse in sequenti articulo, dicens, quod immo in d. l. si. non debet illud praesupponi, sed dici debet, quod dos erat tantum promissa secundum facultates & vires eius, prout tamen ostendi paulo ante, ibi, si pater idoneam substantiam haberet &c. dicitur de suo dedisse vel promississe, intelligitur, scilicet iuxta vires eius, quia non ultra tenebatur. tamen Nemo enim praesumitur plus uelle promittere, quam tenere. l. si stipulatus, cum materia. supra de usur. & ita videtur gl. ibi super uerbo idoneam intelligere, & dicit hic Soci. meus, quod ita est de mente Bald. ibi. Et adde quod ita expresse firmat ibi Sali.

Nec uidetur obstare uerficulus poterat enim &c. quoniam procedit, quia si pater in dote etiam secundum vires suas promissa noluisse in totum teneri, poterat declarare pro qua parte de suo teneri uolebat, & postea in reliquo sentire filiae de suo aggregari, aliis est uisus sermone tenebatur de suo in totum, scilicet secundum vires suas, ut erat facta promissio. Ita uoluit dominus meus Soci. Et ultra eum etiam poni potest, quod uerè promissio fuerit facta supra vires, sed tamen quia lex dicit eum teneri, si idoneam habeat facultatem declarando ut ibi per gl. Sequitur quod decisio illa non procedet, nisi iuxta vires, quoniam supra non uidetur habere idoneam facultatem, & uerba illa secundum vires suas, possunt referri ad uoluntatem patris, ut uerba sequentia inueniuntur, ibi, ut sic appareat quod ipse uult dare, &c.

Et pro praedictis, & quod ille tex. secundum eam debeat intelligi, ostenditur fori ratione ex intentione domini mei Socini, Nam loquitur

loquitur ille tex. in secunda dubitatione, & si quando pater promittit dotem de suis, & filia bonis, quo casu propter naturam copulae deberet intelligi de quibuslibet pro dimidia. l. reos. §. cum in talibus. infra de duobus reis, cum similibus. Sed tamē propter officium paternum, & necessitatem sibi iniunctam lex interpretatur quod pater si potest, de suo tantum promississe dicatur. Quo scilicet, non debet ista ratio plus operari quam ipsa sit. Vnde cum illa sit tantum iuxta vires eius, & non ultra, eatenus tantū debet operari, cum si limitata causa limitatū producat effectū. l. in agris. infra de acquir. rer. domi. cum similibus allegatis hic per Soc.

Et sicut in casu dictae l. fin. praedicta videntur vera, ita etiam in simili, in casu patris administratoris videtur dicendum, cum ex paterno officio, & patris necessitate recedatur a regula, qua dici solet, quod quis administratorio nomine fecisse dicatur. d. l. Nefennius, de nego. gestis. & d. l. post mortem, in si. quando ex facto tuto. Et ista notabis quae videntur vrgentissima, & pulcherrima in disputatione. Verum apud me sunt valde dubia, & contra ea, & sic contra dominum meum Soc. videtur plurimum vrgere. d. l. fin. & responsiones supra datae videntur cauilliosae, & contra verborū importantiam, & consequenter contra mentem imperatoris ibi. Nam, cum lex illa tacitum praebens consilium, dicat, quod pater poterat se eundem vires suas, &c. aperte demonstrat, quod eo non facto pater tenebitur etiam ultra vires. Quod apertius offendit in fine ibi, in sui periculum. Quia si non obligaretur etiam §. vires, non videtur periculum aliquod incidere, cum ad illud de iure compelli poterat.

Præterea quod in eo tex. dum dicitur patrem teneri, non habetur respectus ad vires patrimonij, seu ad illud, ad quod pater compelli poterat, sed solum, an patris substantia sit idonea, & ex ea reali ter dos solui possit, videtur probari ex versiculo ibi precedenti. Nam quando tex. dicit, patrem non teneri, vult quod penitus inopia sit detentus, quae verba arguunt, quod ubi ex eius bonis solui posset dos promissa, etiam cum incommodo, non procederet ille text. Sola difficultas est tollere illam fortem rationem factam supra in contrarium. Alia enim ex praedictis sublata videntur. Quare cogitabam posse responderi.

Primo, quod illa ratio, licet fortis videatur, non sit attendenda, quia repugnat decisioni d. l. si. cum ibi satis aperte determinet, patrem teneri ad quantitatem promissam nullo habito respectu, an fuerit ultra vires, vel decentiam, vel ne, vt §. dictum fuit. et vnde postquam lex sic scripta reperitur, ei standum est, etiam si ex aliquo dura videretur, argumēto l. profexit, infra qui & a quibus.

Vel secundo dici potest, & erit quari ratio primae responsionis, & tollitur duritia, quae ex illa decisione, stante illa forti ratione, sumi videbatur. Dico enim quod illud, quod de viribus patris, & decentia, & congruitate dotis in iure disponitur, inducitur partim favore filiae dotandae, si pater minus dare vellet, & istud modo non feruit. Item etiam inducitur partim in favore patris, ne scilicet in plus grauetur. Modò dico, quod pater potest tali favori renunciare, per regulam l. si quis in conscribendo. C. de pactis, cum similibus. Et in proposito dicitur renunciare expressè promittendo §. decentiam, & ultra quam cogi posset, & sibi debet imputare, si damnificetur, cum id accidat ex facto & culpa sua. l. quod quis, §. de reg. iur. & c. damnum quod quis, eo. tit. libro sexto. Et statibus 172 his negatur consequentia, quae fiebat in illa forti ratione. Non enim valet, receditur a natura copulae propter patris necessitatem, ergo solum receditur quatenus necessitabatur, sed receditur respectu totius dispositionis, vt constat ex traditis communiter per Doctores in l. Gallus. §. l. de liber & posthu. Nam copula ibi stat ordine successivo propter ordinem necessitatis, & tamen id non fit quatenus necessitabatur, sed respectu totius hereditatis, cum necessitaretur pater filium instituire solum in legitima. Sic ergo erit in d. l. si. & pariter in proposito patris administratoris. Nam licet a regula administrationis recedatur propter patris necessitatem, recedatur tamen simpliciter respectu suae promissionis, & non quatenus pater cogi poterat. Et sic quicquid dixerit Patruus meus Socinus non videtur recedendum a communi opinione, licet non reperiam, quod per aliquem responderetur praedictae rationi factae in contrarium. Pro qua pondero d. l. cum pater, la prima. de iure dotium. Nam in sui generalitate ita loquitur, si pater constituerit dotem ultra vires suas, sicut aliter, &c. vnde videtur sic generaliter intelligenda iuribus vulgaribus Cogita super istis, quia fateor, articulum esse valde difficilem.

Tertio limitatur praedicta conclusio, et nisi pater promittendo dotem expresse protestetur, quod intendit dotare de bonis filiae, ita dicunt Doctores in d. l. si. & ratio est, quia cum illa l. loquatur in dubio, intendit, quod in re clara standum est certitudini. Dici est solet in casibus certis non esse locum coniecturis. l. continuus. §. cum ita infra de verbo. obliga. Ita etiam dicit hic dominus meus Socinus, & alij quidam, quod tamen Aret. intelligit, si filia tali protestationi consenserit, pro quo videtur tex. in l. profectitia. §. si. de iure dot. ibi, si voluntate filiae dedit, &c. Alioquin inquit Aret. sequeretur, quod pater videretur liberari ab officio dotandi contra voluntatem filiae, quod esset iniquum, vt per eum.

Patruus meus Soci. defendit, negando quod sequatur illud iniquum, quoniam filia, quae non consensit poterit a patre omnia sua, vel sibi debita, petere, & ita in effectu onus dotandi remanebit, apud patrem vt per eum. Reperio, quod hanc limitationem in effectu reprobatur l. in §. fuerat. nume. 105. in fine. Instat. de actio. volens, quod immo non obstante tali expressione patris omnimodo dicatur pater de suo dotare, vt per eum.

Tu breuiter praedicta omnia ad veritatem declarando, considero, quod aut, & primo quaeritur, nūquid pater ex illa promissione de bonis suis teneatur, & dic indubitanter quod non. Nam cum praepertè protestatus fuerit, quod intendebat dotare de bonis filiae, 174 non debet ex eo teneri de bonis suis, et cum actus nostri nil operentur ultra intentionem nostram. l. non omnes, supra si cert. petat. & ita simpliciter declaretur, limitationem praedictam procedere, sic simpliciter positam. Et ex hoc sequitur, quod male loquitur l. in d. §. fuerat, & rectè intuenti constabit, nihil obstaré ex his, quae ibi per ipsum adducuntur, cum primam hanc questionem non respiciant, sed solum interesse filiae.

Aut & secundo quaeritur, vtrum ex tali promissione cum protestatione sic a patre facta, bona filiae sint omnino pro dote soluenda obligata, ipsa contradicente, & dic quod non. Et hoc modo procedat quod videtur innui ex d. l. profectitia. §. fina. & in hunc sensum potest saluari dictum Aret. nam, vt bona filiae pro dote dentur, consensus eius requiritur vt d. §. fina. Hoc limitari debet, nisi in tali promissione pro filia facta, pater vtiliter re filiae gesserit. Tunc enim videtur, quod illa cogi possit ratificare. J. Pomponius scribit, supra de neg. gest.

Aut & tertio quaeritur, vtrum pater ex eo liberetur ab onere dotandi illi iniuncto per legem, & dicas, quod si filia non consentiat solutioni, & dotationi praedictae, sic de suis rebus factae, pater non liberatur, cum adhuc filia non sit dotata, & hoc procedit sine dubio. Pater enim non dotatam filiam dotare tenet, & in hoc posset saluari dictum l. in d. §. fuerat, de quo supra, si tamen verba sua ad id possunt adaptari.

Si verò filia consentit, & sic reperitur dotata, & nupta, & tunc 175 hoc videtur pendere ab illa questione, et vtrum scilicet pater teneatur dare dotem filiae iam nuptae, & dotatae? Circa quod, licet quando solum esset nupta, & non dotata, magna videatur dubitatio. Nam Bar. in l. obligamur. §. lege, infra de actio. & obli. tenet quod non teneatur, quod etiam firmat. Sal. in l. qui liberis. supra de ritu nup. Alij verò contrarium dicunt, de quo infra dicemus. Tamen quando reperitur nupta, ac etiam dotata, potest concludi, quod pater amplius ad dotandum non teneatur, cum iure non caueatur, dotatam iterum dotandam, & cum eo casu videatur cessare omnis ratio, propter quam alias pater compellitur dotare.

Quarto limitatur praedicta conclusio, nisi per prius pater dotasset vnam filiam communiter de bonis suis, & filiae, puta, pro virili, scilicet ea filia consentiente. Nam tunc si pro alia filia pater promittat dotem, cesset eodem modo promississe de bonis suis & filiae, prout aliam filiam dotauit. Et hoc ratione equalitatis inter filias seruanda iuxta l. si. C. communia vtrius. iud. & l. illud. C. de collat. Ita dicit hic Patruus meus Socinus, & sequi videtur Taurinens. quod videtur de plano procedere, quando pater in dotando secundam, dicat de suis & filiae bonis se dotare, in quo casu loquitur de meo Soc. Tunc enim illa copula stabit in propria natura, & copulabit aequaliter. Nec ordo necessitatis faciet nos a sua natura recedere propter contrariam praesumptionem patris dotantis, vt scilicet voluerit inter filias dotes aequales constitueri. Et talis praesumptio praefertur & alia tollit iuxta l. diuus supra de in integr. restit. cum similibus, & sic faciet quodammodo nos esse in claro, & ideo cessabit dict. l. si. quae solum videtur procedere in dubio.

Sed si simpliciter recedatur secundam filiam dotaret, puta in mille, potest dubitari, licet Taurinens. in hoc exemplo videantur sequi Soc. Et sic velint dotem promissam ad instar primae filiae, & videtur intelligere sic Socinum meum voluisse. Sed mihi verba domini mei Socini sapiunt primum casum. Et in hoc secundo, facile potest contrarium teneri, cum cesset ratio copulae. Et sicut alias in dict. l. si. sola ratio copulae non operatur, ita videtur quod sola ratio aequalitatis seruanda per se non operetur, cum notum sit, posse patrem vni filiae maiorem dotem dare, quam alteri. Et ego milies id fieri vidi, & proculdubio istud tenerem, si quantitas promissa non est aequalis primae dotationi, seu doti datae primae filiae, cum ex ipsa disparitate quantitatis iam consistat de inequalitate inter filias. Sed si quantitas eadem promitteretur plusculum dubitationis res haberet. Super quo cogitabis, & pro nunc nihil firmabo. Scias tamen quod in casu, quo pater etiam de bonis filiae constituitur promissus, vt promissio ita feruetur, consensus filiae requiritur d. l. profectitia. §. si. vel quod id per patrem vtiliter gestum sit ad filiae modum, quia tunc tenetur habere ratum. d. l. Pomponius, de negotijs gestis. Verum pater nūquam ultra suam ratam tenebitur, cum noluerit ultra obligari, per regulam l. non omnis, supra si certum petatur, prout in simili dictum fuit in precedenti limitatione.

D. Maria. Soc. Iuni. in Rub.

176 ne. Fateret tamen, quòd si promissa dos pro parte patris non fuisset congrua, posset pater compelli supplere usque ad decentem dotem secundum vires patrimonij, & alia considerabilia, iuxta l. cum quæro, & l. cum post. §. gener. supra de iur. dot. & l. si filia supra de leg. tertio, cum similibus.

177 Quinto si & ultimo limitatur prædicta conclusio, ut non procedat quando pater promitteret certam summam, puta mille aureos, computato in eis omni & toto eo, quod ipsi filia de bonis maternis, vel aliunde a me sibi deberetur. Nam isto casu non procedit d. l. si. C. de dot. promiss. sed solum de bonis paternis dandum est, quod prædictæ summæ deest facta computatione prædicta. Nam cum lilla loquatur in casu dubio, non potest isto casu locum habere, in quo de clara mente patris & verbis expressis constat. Ita inquit hic Patruus & dominus meus Socinus licet aliquantulum videatur dubitare, allegans quòd ita tenuit genitor eius, & auus meus dominus Marianus Soci. (cuius nudum nomen ego represento) in c. tua, extra de sponsal. & sequitur etiam Ias. Et inuenio quod ita voluit Corne. Perusini. in consi. 1. 6. in præsent. colum. fin. tertio vol. Comprobat Ias. ex eo, quod in simili dicitur de nouatione per Bar. in l. 2. infra de nouat. Nam verba illa computato omni eo, &c. sicut habent vim expressionis in casu illo, ita habebunt etiam in nostro, ut per eum. Et hanc opi. sequitur etiam Parpal. Et videtur procedere sine dubio ista opinio, quando summa promissa excederet vires patrimonij paterni. Non enim vero similiter est patre voluisse teneri supra eius vires.

Ad quod facit secundum d. meum Soc. l. non ideo. §. fin. supra de in rem ver. in ratione sui, ut per eum, cum quo concordat l. perfectitia. §. si filiusfamil. il primo, supra de iur. dot.

Sed contrariam tenuit opinionem, primò Ioan. de Montesperel. consulendo, ut refert, & sequitur Bald. Nouel. in tracta. dot. in sexto pnuilegio sextæ partis & ita etiam sequitur hic Vicentius Herculanus, quem pro Nouissimis Perusinis soleo allegare. & sic omnes Perusini, excepto Corneo, concordant in hac opinione contra aum meum. Et mouentur Perusini prædicti per d. l. fin. de dotis promiss. ubi secundum eos videtur casus in decisione secundæ dubitationis. Nam & ibi in virtute verborum dos erat danda pro dimidia de bonis filia. Et tamen ceterum facta promissio in totum de bonis patris, si idoneam habebat facultatem. Sic ergo dici debet in casu nostro. Et verba illa computato omni & toto, &c. operabuntur solum quando quantitas promissa realiter de patrimonio patris solui non posset, sicut in simili dicit in d. l. si.

Nec obstat, quod isto casu non videatur esse in dubio, & sic extra casum d. l. si. quia dicunt nouissimi Perusini, quod immo sumus in dubio, quoniam ex promissione sicut supra facta, non constat quantum sit promissum de bonis patris, & quantum de bonis filia, nisi demum facta computatione, quod certè secundum eos non videtur sufficere. Nam in d. l. si. sumpta interpretatione ex natura copulae apparet quod pro dimidia diceretur facta promissio de bonis cuiusque. Et tamen, quia illud non exprimitur, non sufficit, sed deciditur ibi fauore dotis, quod pater, si potest, totum debet soluere de suis bonis. Sic ergo & in casu isto dicendum videtur, ut per eos, qui dicunt quod dominus meus Soc. Et Ias. hic æquiuocauerunt, dicentes quod in casu isto non sumus in dubio. Et sic ipsi audacter concludunt hanc limitationem esse falsam, & quod immo etiam isto casu procedit d. l. si. ut solum de bonis patris dicatur promissa dos. Et in hanc opinionem potest sumi doctrina Ias. in d. §. fuerat. nu. 105. supra allegato, & quidem a fortiori. Nam si pater clarè & expresse dicit, quod dotat de bonis filia, & non obstante dicitur de suo dotasse, ut per eum, fortius esset hoc dicendum in casu isto, in quo secundum prædictos Perusinos non potest dici clara & expressa patris voluntas. Bulgarinus conciuus meus hic ita super hoc puncto dubitauit, ut super eo cogitandum reliquerit.

In considera, quia dictum Soc. nostri, & Ias. hic potest defendi & verius videtur, quoniam, ut ipsi dicunt, magna videtur differentia inter casum istum, & d. l. si. Nam ibi licet per naturam copulae videatur, quod promissio esset facta de dimidia cuiuslibet, tamen attento paterno officio lex interpretatur, patrem non ita voluisse, sed potius quod per illam copulam voluerit demonstrare ordinem successiuum, sicut in simili tradunt Doctores in l. Gallus. §. 1. de liber. & posthu. Et ita communiter d. l. si. intelligitur. Et licet illa decisio procederet, etiam si pater dixisset, quod dotabat de bonis filia, & suis, ut ibi determinat Bal. Non tamen ex eo communis declaratio prædicta debet rejici, quia perinde est, ac si dixisset de bonis suis, & filia, cum sic ratione paterni officij credi dicitur voluisse, ut sic licet in prolatione dicatur de bonis filia, & patris, tamen ordine intellectus dicitur dictum de bonis patris,

178 & filia, cum si in connexis non attendatur prioritas, vel posterioritas, quando per legem aliquis ordo consideratur. l. 2. §. prius. & ibi tradunt Doctores, infra de vulg. & pupil. Cum igitur in d. l. si. dubium sit, quomodo pater copulam intellexerit, lex fauore dotis interpretatur, ut ibi dicitur. Sed si clarè constaret, quod pater eam retulisset ad dimidiam bonorum vtriusque, puta dimidiam de bonis meis, & dimidiam de bonis filia, clarum esset, quod non

procederet decisio d. l. si. ex quo efficitur in re clara, ut dominus meus Socinus infra dicit. Nec isti Nouissimi Pecuniam diffinitur. Sed in casu isto clare constat, quod pater de suis bonis noluit promittere, nisi quod summam promissæ deesset, bonis maternis, aut alijs bonis filia prius computatis. Et sic aperte constat, quod pater ab initio voluit bona filia promittere, ergo ita seruandum est, cum non sumus in dubio, & sic sumus extra terminos d. l. si.

Non obstat, quod prius non constabit, quam fiat computatio, quoniam hoc in proposito nihil est. Satis enim est quod constet factò computato, ad quod se retulit pater. Et incertitudo, quæ interim habetur, non præbet nobis dubiam patris promittentis voluntatem, ita ut sit locus presumptioni legis, cum iatis sit voluntas eius expressa. Et sic re vera apparet, quid pater de suo dare voluerit, scilicet quod factò computo prædicto deesset ad summam promissam. Et hoc modo dicitur satisfactum d. l. si. in versiculo. Poterat enim secum suas vires, &c. ut re vera appareat, &c. Non negauero tamen (tenendo hanc limitationem contra Perusini.) bona filia non alias deberi, nisi ipsa consenserit, aut ratificare teneatur iuxta dicta l. Pomponius, de negotijs gestis. bona tamen patris vigore dictæ promissionis non tenebuntur ultra quam ipse voluerit, cum actus agentium ultra eorum intentionem non operentur, dicta l. non omnis si certum petatur, & supra dictum fuit, & ad hoc tantum tendit prædicta limitatio.

179 Tertia & vltima conclusio sit, quod si pater naturalis tantum dotando filiam non legitime natam non dicitur de proprijs bonis dotasse, sed de bonis filia, per l. uxorem. §. pater naturalis, infra de legat. tertio. Et ratio est ex mente Bar. quia pater talem filiam dotare non tenetur, & sic quod dicit l. si. de dotis promiss. dicitur de paterno officio, intelligi debet solum de patre legitimo, & naturali, & non de naturali tantum.

Circa ista duo, distinctè duo videnda sunt. Primò vtrum pater teneat dotare filiam ex legitimo matrimonio non procreatam?

Secundò, vtrum eam dotando, dicatur in dubio de suis bonis 180 dotasse? Circa si primum, ut dixi, Bar. hic simpliciter videtur vel leg. non teneatur, qui id clarius voluit in consilio centesimo de cimo nono Dominus Dominicus, & c. ubi plus dixit, scilicet quod à patre tali filia dos data, debet patris heredibus restitui, & quod non teneatur sequuntur hic Baldus, Angelus, & Alexand. qui dicit ita communiter teneri, ut per eum, dicentem, quod pro ista opinione est textus in dicto §. pater naturalis. Nam si ibi illa filia ratiocasset illam donationem, non posset postea fideicommissum petere, quod nihil est aliud, quam dicere, quod fuerit dotata de proprijs bonis. Ex quo sequitur, quod pater eam non teneatur dotare, quia si ad id fuisset obligatus, dotando diceretur de suo dotasse, ut sic paternum eius officium impleteret, per d. l. si. & cum ista opinione videtur transire hic Ias.

Sed contrarium tenet hic Imol. & in l. Meuius. §. duobus, de legat. secundo, motus primò, quia ipse pater est, & in dict. l. si. dicitur simpliciter paternum officium est dotare filiam, ergo videtur, quod de quolibet patre loquatur.

181 Secundò eadem conclusio probatur, si quia iste pater talem filiam alere tenetur. l. si quis a liberis. §. 1. in sui generalitate, infra de liber. agnos. & de quolibet reprobo coitu natam, est textus in cap. cum haberet, in si. de eo, qui contraxit cum ea, quam polu. per adulter. si sic, ergo & dotare, arguendo de alimentis ad dotem, & licet l. qui liberos, de ritu nupt. loquatur de filiabus in potestate existentibus, quod non cadit in filia non legitime nata, in d. l. si. loquitur generaliter etiam de non existentibus in potestate, cum loquatur de emancipata, & in ratione sui dicat, quia paternum officium est, & c. ut sic etiam istum premissum videatur comprehendere.

Nec ita tenendo obstat dict. §. pater naturalis, quia responderet Imo. quod ibi non probatur, patrem non teneri ad dotandam, sed solum, quod pater non dicitur de suo dotasse. Veruntamen ut dicit hic Ale. & supra retuli, veritas videtur, quod immo illud etiam probetur, inducendo ut modò dicebam, & sic contra Imol. stat fundamentum in eo textu. nec videntur vrgere allegata per Imol. Nam ad primum responderetur, quòd d. l. si. loquitur in parte legitimo & naturali, & verum est, quòd eo respectu loquitur generaliter, siue habeat in potestate, siue emancipauerit: Non, autem loquitur in filia non legitime nata, quæ non est, nec vnquam fuit in potestate, & sic non dicitur emancipata. Nec dicas, quòd debet argui de emancipata ad illam, cum nulla istarum sit in potestate, quoniam inter eas non est par ratio. Nam emancipata datur remedium contra testamentum patris cum sit relata ad instar existentis in potestate, ut hic per Bulgar. columna mihi decimas septima, versiculo, sed ad hoc potest responderi. Et dum in dicta l. si. dicitur, quòd paternum est officium, & intelligi debet respectu illius patris, de quo supra erat dictum & sic de eo, qui filiam in potestate haberet, vel qui eam emancipasset.

Ad secundum responderetur, negando argumentum de alimentis ad dotem. Nam ut inquit hic Alexan. dantur multa instantiæ, ut etiam supra dictum fuit, & inter alia mater teneatur alere filiam, & tamen non tenetur dotare. Similiter & filius matrem, & frater

forem

fororē nō vtrinq̄ue p̄iunctā vt per Alex. & Aret. hic, & licet Bar. in l. si. j. de his q̄bus vt indig. videat̄ vt tali argumēto, & alij et̄ se pe illud faciāt, vt Abb. in c. puenit. de arbitr. cū p̄cordātibz allegatis hic per Alex. Tamen vt ipse dicit, & ex p̄dictis apparet, malē vident̄ arguere, prout etiam dicit Ang. in l. a filio, in prin. j. ad Treb. cum concordantibus, de quibus per Alex. & alios hic.

Sed aduerte, quia dom. meus Soc. videtur defendere simpliciter opinionem Imolae multipliciter respondendo ad d. §. pater naturalis. Et t̄ primō q̄ illud ibi est, quia pater dedit dotem nomine filiae, prout etiam dicit ibi Bar. vno modo tex. illum intelligendo, quod probatur fm̄ Bar. quia aliās non conuenienter ibi ageretur de ratificatione, quia quod meo nomine non est gestū, ratum habere non possum. l. si pupilli. §. sed & si ego, supra de nego. gestis. & tradit Bart. in l. 3. in tertia oppo. C. de rei v̄d. Quod etiam ostenditur, quia ibi dicitur non mandato mulieris &c. Nā propriē cadit consideratio, interuenient mandatum vel ne, quando aliquid nostro nomine geritur.

Et tenēdo hūc intellectū ad illū tex. infert̄ singulariter fm̄ Soc. 183 ci. nostrū, t̄ q̄ si in d. l. fin. de dotis promiss. dotatio a patre facta fuisset nomine filiae, & ita eo noīe dedisset, non diceret̄ pater de suo dedisse, sed de bonis filiae. Cōprobat̄ secundū eū. Nā esto q̄ sit pater naturalis, tū nō teneatur, sed pro extraneo habeatur sine dubio dotando, in dubio diceretur dotasse aīo donandi. l. i. §. accedit. C. de rei vxor. act. & tamen si nomine filiae dotē dederit, nō sic est, vt ibi habetur Idē ergo dicendum videtur de patre legitimo & naturali, si nomine filiae illā dotaret, intelligendo tū q̄ verba illa nomine filiae sint prolata respectu gestionis pro ea factae, non sic si talia verba prolata essent eo respectu, q̄ dos pro illa, seu nomine eius daretur, hoc est, q̄ esset dos eius, vt loquitur lauuus neptis, supra de iur. dot. & in l. dedit dotem, infra de collat. bono. Et in terminis nostris, q̄ verba nomine eius respiciunt gestionem pro ea factam, arbitror hanc esse notabilem limitationem ad d. l. si. quam etiam puto veram. Nam cum d. l. fin. loquat̄ in casu dubio, isto casu procedere non potest, cum praesupponamus, quod pater, ita promittendo, gerit negotium filiae, & sic nō sumus in dubio. Debet tamen filio consentire, vt talis promissio sic de bonis suis impleatur, vel si in eius vtilitatem pater ita promittendo gesserit, tenetur ratificare. d. l. Pomponius, de neg. gest. & supra in simili dictum fuit.

184 Secundō t̄ respondet Dñs meus Soc. ad d. §. pater naturalis, q̄ ibi iam filia erat per prius ad dotē obligata, vnde pater eius eā soluendo, videtur negotium filiae gerere, liberando eam. Et ita et̄ alio modo intellexit Bar. illū tex. Et ex isto intellectu infert̄ Dñs meus Soc. aliud singulare ad limitationem d. l. fin. vt scilicet non procedat, quando filia per prius ex sua promissione fuisset ad dotē obligata, vt per eum. Sed considera, q̄ licet hoc sit pulcherrū, & non parua sit auctoritas Do. mei Soc. tamen mihi nō videtur fecurum si simpliciter intelligatur. Nam videtur contra generalitatem d. l. si. Facile enim poni potest, q̄ in ea praecessisset promissio dotis, vel donationis propter nuptias, maxime, si filius fuisset emancipatus. Ex eo tamen non sequitur, q̄ certum sit patrem voluisse ea de causa soluere, cum etiam (ea promissione posita) potuisset pater de suo soluere voluisse. Vnde cum etiam tūc sumus in dubio, debet habere locum d. l. si. Nec obstat tunc §. pater naturalis. isto secundo modo intellectus, quia talis intellectus negari potest tanquam diuinatiuus. Nihil enim in eo dicitur ex quo talis praecedēs promissio argui, aut colligi possit. Vel si vis eum tenere, respondetur, quod procederet in non obligato ad dotandū secundum communem opinionem, sed bene l. fin. cum loquatur in patre legitimo & naturali.

Nec quod inquit Soc. noster, solutionē censeri factam ex cā praecedenti per l. quaedam mulier, supra de rei v̄d. & per no. per Bar. in l. triticum, infra de verb. oblig. Pro quo bene facit l. 2. C. de acquir. pos. obstat praedictis, quoniam primō dici potest, quod argumentum posset procedere, quando eadem persona soluit, quae promiserat, vel secundō, quando alia causa probabilior sumi non poterat, sed in proposito probabilior causa est propter legis praesumptionem, quod pater voluerit suae obligationi, satisfaciendo, paternum implere officium, vt d. l. si. ergo &c.

In vno tñ casu posset fortē saluari dictum do. mei Soc. qñ. l. pater soluendo, praedictae obligationis filiae meminerit, ita vt colligi possit, quod eo respectu voluerit soluere, qđ ego cōmitterem arbitrio boni viri, arg. l. i. infra de iur. delib. cogita super istis.

Tertiō et̄ respondet Soc. meus ad d. §. pater naturalis, vt illud ibi sit, qđ filia habebat vñ dotari posse, saltē illud fideicommissum a patre sibi debitū. Et nota, quia secundū hanc responsionē videtur concordari opiniones, vt l. scōis opinio, pcedat, si filia habeat vnde se dotare possit. Et sic eo casu pater naturalis tantum non teneatur, licet secus sit in naturali & legitimo, vt supra dictū fuit. Opinio vero Io. de Imol. procedat, si filia sit inops, ita, vt se dotare non possit. Hanc opinionem videtur tenere Bal. in l. mater. C. de iur. dot. cum hac tamen declaratione, vt scilicet tantum dare teneatur, quantum iussiceret ipsi filiae ad alimenta, & non vl-

tra. Nam si q̄ dotare teneatur solūm ex eo inducitur, quia teneatur alere, eatenus tantum teneri debet, cum inductum ob certam causam, ab ea limitari debet. l. Lucius, supra de exerc. Limitata. n. causa limitatum producat effectum. l. cancellauerat, j. de his, quae in testamento delent. & l. in agris, j. de acqu. rer. domi. cum similibus. Et nota quia ista opinio Bald. propter hoc differt ab opinione Imol. Nam fm̄ Io. de Imol. pater tenetur ad dotandum simpliciter, tanquam ex dispositione legis ad hoc ordinata, & teneatur iuxta vires suarum facultatum, & dignitatē eius & mariti, iuxta l. cum post §. gener. §. de iure dot. & l. si filiae. de leg. 3. cum similibus, & quaeretur ita filiae, quod ad haeredes eius transfret. Non sic secundum opi. Bal. Nam secundum eam in primis non teneret pater ex lege ad hoc ordinata, sed solūm, quia teneatur alere, prouidere debet de re aliqua, ex qua alij possit, & ita eam pro dote dare, & non considerabuntur qualitates in dote considerande iuxta d. §. gener. cum similibus. Sed qualitates considerande in alimentis, iuxta l. penul. infra de alimen. & ciba. lega.

185 Et t̄ dos istius filiae naturalis, ea mortua, cum amplius alenda non sit, ad patrem, vel eius haeredes redire debet, vt per Bar. in l. fin. infra de his quibus vt indig. vbi tradit consilium, q̄ pater illud post mortem filiae relinquat eius filijs, vt per eum. Et in hac opinionem Bal. rectē intuenti tendit intentio Bar. in d. l. fin. & in auth. ex complexu. C. de incestis nupt.

Alex. indistinctē tenet, q̄ pater non teneatur talem filiam dotare, etiam secundum q̄ dicit Bal. qm̄, vt supra dictum fuit nō valet argumentum de alimentis ad dotem. Et addit, q̄ praestatio alimentorum minus grauat, quam praestatio dotis. Alimenta enim annua vel menstrua praestantur, & minuuntur. Dos vero vno actu, & vna praestatione dari solet, quod grauius videtur, argumentum §. Lucius, supra de viur. Non debet ergo valere argumentum affirmatiuē de minori obligatione ad maiorem.

Et adeo secundum Ale. hoc verum est, vt procedat etiam inspecto iure canonico. Nam licet ex ipsius iuris aequitate inductum sit etiam filios spurios, & alios quoslibet non legitime natos alendos esse, cap. cum haberet, in fi. de eo qui contrax. matrim. cum ea quam pol. per adulter. (per quem tex. arguendo de alimentis ad dotem mouetur Bar. in locis praedictis) tamen quicqđ dixerit Bar. & alij, ex illo tex. secundum Ale. non debet argui de alimentis ad dotem per praedicta. Sic itaque vult Alex. quod pater non teneatur dotare filiam non legitime natam, etiam si nata fuisset ex concubina, & sic ex coitu iure ciuili non improbatō.

Sed Patruus & dominus meus Soc. tenet, q̄ immo pater tenetur dotare omnem filiam, licet non legitime natam, etiam ex damnato coitu, attēta aequitate canonica per d. c. cum haberet, & stat in argumento de alimentis ad dotem, vt per eum. Et ad allegata per Alex. contra tale argumentum respondet, quod quicqđ sit respectu aliorum, in filijs argumentum procedit a fortiori, cū pater filiam diuitem dotare teneatur, licet non alere, vt supra dictū fuit, vel saltem procedit a pari, cum in iure videantur parificari. l. cognouimus. C. de haeret. Facit auth. p̄tra rogatus. C. ad Trebell. & auth. res. quae cum ibi notatis. C. cōia de leg. Et pro argumento videtur facere l. si cum dotem. §. finautem in tenuissimo, j. eod. vbi probari videtur, q̄ dos pro alimentis seruire debet, & quasi pro eis detur. Vnde d̄, vxorem ibi alēdam, vbi dos est. l. si is qui. §. vbi dos, supra de iure dotium, & l. si. j. de excepti. dol. in prin. Nec tali argumēto obstat, quod Ale. dicebat de annua praestatione &c. Quoniam secundum Bulgari. hic, qui in hanc opinionē inclinare videtur, respondetur, quod euitabitur assignādo in dotem pro alimentis vitisfructus vnus fundi, vel alterius rei, & sic pro dote non fieret vna praestatio, sed annua, menstrua, prout vel esset redditus illius rei, vt per eum. Confirmatur ista opinio secū dum eundem Bulgari. quia dos videtur esse onus quoddam mulieris, cum sine ea commodē non nubat. sed pater nedum alere filiam tenetur, sed etiam alia eius onera subire. l. si quis a liberis. §. non tantum, infra de liber. agnos. ergo, &c. Attento quod tota illa lex loquitur etiam in filijs naturalibus tantum.

Hanc eandem opinionem sequitur etiā Claud. hic pro ea addēdo dict. cap. cum haberet, in fi. ibi, necessaria subministrat, &c. Nam secundum eum etiam dos dicitur filiae necessaria.

Comprobatur ista opinio, quia in hac dubierate eligenda est via, quae fauet doti, cum in ambiguis pro dote sit respondendū. l. in ambiguis, supra de iur. dot. & infra de regu. iur. et ita per hanc rationem vltra praedicta, hanc opinionem sequuntur hic Nominissimi Perusini. Hoc idem in effectu sequitur Felin. in ca. Ecclesia 186 Sanctae Mariae, columna decima octaua. de constit. Et t̄ hodie videtur communis opin. Et dicit hic Aret. quod propter auctoritatem Bart. in praedicta l. si. & propter magnam equitatem, quae in ea est, ista opinio in practica seruanda esset, licet iure bene nō probetur, vt per eum. Qui tamen in l. quae neptis, infra de acquir. haered. hanc opinionem simpliciter per argumentum de alimentis ad dotem aperte firmat.

Quid dicemus? punctus pro certo dubius est. Et in dubio, propter aequitatem ac etiam ob dotis, & Reipublicae fauorem tenenda

D. Maria. Soc. Iun. in Rub.

nenda esset opinio predictorum, quae ut dixi hodie videtur communis per praedicta, si tamen disputando velis tenere opinionem Bar. & Ale. (quae forte in puncto iuris est verior, & qua est firmata Bald. sibi contrarius in d.l. fin. col. 2. ver. sed nunquid pater teneatur, de dotis promiss.) sic eam fundabis. Nam onus dotandi antiquo iure solum reperitur iniunctum parentibus erga filias postumtas in potestate d.l. q. liberos, de rit. nup. postea per Imperatorem iniunctum fuit et respectu filiae emancipatae d.l. si. de dotis promiss. & sic respectu eius, quae aliquando fuit in potestate, sed filia naturalis non est talis, quia nec est, nec fuit in potestate, ergo &c. Dicens itaque iure non cauere, quod illa sit a patre dotanda, ergo id dicere non debemus, ne sine lege loquendo erubescamus, vulgata l. lillam. C. de collat. & §. consideramus. in Auth. de trient. & semil.

Nec tunc obstant supra in contrarium considerata, & allegata. Quoniam omnibus respondetur, licet non ordine, quo facta sunt. Non obstat ergo primo d. §. non tantum, allegatus per Bulgari. quia respondetur, quod nihil facit, eo quod dos non dicitur onus ex his, de quibus loquitur ille textus. Etenim loquitur de illis oneribus, quae necessario filijs incumbunt, ut est alere uxorem, & filios eius, prout ibi gl. Bar. & alij intelligunt. Etenim dos proprie non dicitur nisi filiae onus, quia potest nolle nubere, vel sine dote nubere poterit, ergo &c. Et similiter respondetur ad d. ca. cum haberet, allegatum per Claud. Quoniam verbum necessario, de quo ibi in fin. non comprehendit dotem, sed tantum alimenta, & ita Doctores ibi intelligunt illum textum. Nec obstat argumentum de alimentis ad dotem (in quo solo videtur difficultas) quoniam, ut saepe dictum fuit, non videtur in proposito valere, cum dentur multae instantiae, ut de matre, filio, & fratre, ut ex iam dictis constat, & alia data instantia, petit argumentum, iuxta notata in c. sicut virgeri. 1. quae. 1. pro quo solo allegare §. pauperum, ibi. Nec ad rem pertinet, &c. Inst. de rer. diuis.

Et dicere, quod immo respectu patris, & filiae argumentum procedit, ut per dominum meum. Soc. mihi non satisfacit, quia verum non puto in proposito, loquendo affirmatiue, quia lex obligas ad minus, non dicitur obligare ad maius, & non vult dubitandum, quin plus sit maiorisque oneris praestare dotem, quam alimenta. Cum alimenta minutim & cum magna commoditate praestentur, dos vero simul & vna praestatione, ut dictum fuit, loquar regulariter. Nec videtur tutum, quod dicit Bulgari. de praestatione usufructus vnius fundi, &c. Quia primo dici potest, quod non semper ead. ut id fieri possit. Praeterea etiam dico, quod vbi id fieret quantum ad patrem videretur quasi vna praestatio, & in effectu pater priuaret tota illa res, quod graue sibi esset, cum paratus esset annua, vel mensua praestare alimenta, prout alimentandae opus esset.

Nec obstat, quod de filia diuitem dotanda, & non alenda dictum est, in quo iacet punctus. Et propter quod dicebatur argumentum procedere a fortiori. Quoniam respondetur, & aduertitur.

Primo enim dico, argumentum per se non valere propter multas instantias, ob quas petit argumentum, ut dictum est.

Secundo dico, quod ideo eo casu pater tenetur dotare, licet non alere, quia per diuitias filiae non tollitur paternum officium ad dotandum, ut d.l. si. Sed bene tollitur ratio praestandi alimenta, quae erat ne fame filia periret. Si enim ipsa diues est, & possit se alere, fame non peribit, licet a patre non alatur. Et ista est ratio l. si quis aliberis. §. sed si filius, de libe. agnos. ut ibi per Doc. Et hoc fit dictum tenendo eum communi opinione, quod pater teneretur dotare filiam diuitem, sed si tenere velles, quod non teneatur, ut voluit Bar. in l. mulier. §. cum proponeretur, ad Trebell. & plerique alij, ut §. in eo articulo dixi, argumentum tunc a fortiori cessaret. sed quicquid de hoc sit, satis constat argumentum a fortiori esse omnino sublatum. Nec etiam procedit a pari, quia, licet in d.l. cognouimus, & in alijs §. allegatis, ad probandum paritatem, dos & alimenta in illis casibus equiparentur, non tamen valet sequentia, ergo in omnibus sunt similia, cum equiparatio non fiat per viam regulae, iuxta tradita per Doc. in l. 1. vbi dixi de leg. 1. Et quod talis sequentia non valeat, constat ex instantijs §. positus. Et alia ego dixi §. in quest. de filia diuitem, quod dos & alimenta se habent, ut excedentia & excessa, quod est hic seruaret. vide per te. Et pro praedictis quatenus dixi plus esse, quae ad dotem tenent, ad alimenta vix probari in d.l. cognouimus, de heredi. in vers. sed & dotes p. filiabus, &c. Nam illa verba ostendunt quid maius per ea addi veniunt enim illa verba, sed & additur eius, quod maioris sit dubitationis, ac si diceretur, sed et. Non enim est dubium, dictionem etiam, sic operari iuxta c. tanta. extra de fimo, & in Clem. grauius. de seten. ex communi. cum concordantibus, ut per Gem. in conf. 68. Disputiam quodlibet. 3. col. vers. Restat respondere, & in vers. & si dicatur, &c. Demum non obstat, quod dicebatur, dotem videri dari pro alimentis, &c. quia respondendo dico, quod dos datur propter onera matrimonij, pro oneribus, C. de iure dot. l. dotis fructus, in princ. & l. si quis. Sibi dos, supra de iure dot. cum similibus, inter quae onera est, ut vxor alatur. Et ibi dos esse debet, vbi ipsa alatur, & matrimonij onera sunt, & secundum quantitatem dotis vxori furiosae sunt alimentata decernenda. d. §. in autem in fortissimo.

Sic igitur ex praedictis concludendum videtur, patrem non teneri ad dotandam filiam non legitimam natam, etiam de iure canonico, licet eam alere teneatur. Et ista opinio securior procedit in spuria, & in alia ex damnato coitu nata. In illa autem, quae ex concubina nata sit, & quae verum dicitur naturalis, maior videtur dubitatio. cum coitus concubinaris sit iure ciuili permissus, ut infra de concub. per totum. Sed tamen disputando per strictam rationem, videtur idem in ea dicendum. Cogitabis super praedictis, & in dubio non recedas ab opinione communi, quae in qua libet filia est, quod pater teneatur secundum praedicta, & cum ea procedit aequitas. Et nota quod tenendo communem in filia naturali potest teneri secundum Io. de Imol. & prout supra declaratum est, cum patet illi non omnino prohibeat relinquere, auth. licet prius, & per totum tit. C. de nat. liber. In spuria verum, & simili, si vis quod pater teneatur, dic, quod tenebitur iuxta considerationem alimentorum secundum Bal. in d.l. mater. C. de iur. dot. & supra dictum fuit.

Verum tenendo indistincte, quod pater talis non teneatur, ut supra fuit disputando firmatum. Quae possit, an saltem pater possit si velit tales filias dotare? Et certe in naturali concludendum est absque dubio, quod possit. In spuria verum vel simili potest dubitari, cum praeter alimenta pater relinquere, aut dare quicquam prohibeat, auth. ex complexu. C. de incest. nup. cum similibus. Et huius sententia fuit Bar. in conf. 1. 9. §. allegato. Reperio tamen quod Bald. in conf. 4. 5. 6. Recoilo me consuluisset, quinto vol. firmat, quod immo possit, dicens, quod si secus diceremus, saepe tales filiae cogere tur metricari in infamiam, & dedecus patris, & familiae suae, Nec ita rigorositate legis ciuili inhaerendum est. Illa enim ita amauit castitatem, ut paternam pietatem destruxerit, quod nota, quia magnifacio propter auctoritatem Bal. & propter equitatem.

Et ex praedictis inferri potest circa secundum quod videndum proposuimus. Nam si tenemus, quod pater istae dotare teneatur, in dubio dici debet, quod censetur de suo dotasse, ut paternum expleat officium. d.l. si. de dotis promiss. ut sic in hoc idem de eo dicatur, quod de patre legitimo & naturali. Et tunc ad d. §. pater naturalis, pater responsio ex praedictis. Puta, quia filia habebat, unde dotari possit, vel quia pater nomine filiae & negotia eius gerens, eam dotauit, & hoc videtur tutius. Sed tenendo, quod non teneatur, videtur quod de eo idem sit dicendum, quod de quolibet extraneo odotante diceretur. Et sic quod animo donandi de bonis suis dotasse dicatur, iuxta l. 1. §. accedit. cum §. sequenti. C. de rei vxor. act. Et ex hoc ita tenendo videntur reddi falsa tres conclusiones do. mei Soc. hic §. si istius articuli. Prima enim simpliciter posita, non videtur vera, quia, licet filia naturalis de suo se dotare possit, si tamen pater simpliciter dotes, dicitur de suo dotasse sicut quilibet extraneus diceretur. Secunda verum & tertia conclusio videtur falsa, ex eo, quod in eis praesupponitur, patrem teneri dotare tales filias, quod tamen nos negamus, & ipsemet do. meus has conclusiones forte negaret, tenendo ut dixi. Cogita tamen, quia immo secunda conclusio potest procedere etiam tenendo, quod pater non teneatur, licet non per rationem positam per Soc. ratio ne paterni officij, sed per illam rationem, quia. si. si non teneatur tanquam extraneus, dicitur de suo dotasse, per iam dicta.

Fallit autem conclusio supra posita fundata in d. §. accedit. Primo, nisi iste pater dotaret filiam eius nomine, quasi eius negotium gerens, tunc enim non animo donandi diceretur dotasse, sed de bonis filiae, vel animo repetendi, ut probatur in d. §. pater naturalis, secundum vnum intellectum, ut etiam supra dictum fuit. Ad quod facit l. Nefennius, cum traditis ibi per Doctores, supra de neg. gest.

Secundo, secundum aliquos fallit nisi pater esset debitor, vel iure obligationis, vel quia apud eum aliquid esset de bonis filiae. Quoniam tunc non donandi animo, sed compensandi potius diceretur dotasse. Et ita videtur velle Bar. in d. §. pater naturalis, ita illum textum vno modo intelligendo, cum ibi pater esset debitor filiae in illo fideicommissio. Mihi tamen hoc tutum non videtur. Nam in text. praesupponitur, patrem aliquo casu de suo dotasse, ut si non costet, quod dederit ita ut mulier ratum haberet, ut ibi in fi. vult ille text. & tamen ibi pater erat debitor filiae.

Quaerit modo Bar. circa idem privilegium, postquam de patre locutus fuit, quid in auo? Ex dictis & vera mente Barto. pono locutus fuit, quid in auo? Ex dictis & vera mente Barto. pono 190 istam conclusionem, quod Auus paternus tenetur dotare neptem. Et pro ista est text. in l. dedit dotem, infra de collati. bono. facit l. profectitia. §. si filius. il primo, supra de in. dot. l. & ideo §. si. §. de in rem ver. & l. cognouimus. C. de haer. vbi bene probatur, ibi, sed & dotem pro filiabus, & neptibus, &c. clare videtur probari in d.l. si. C. de dotis promiss. ibi, pro sua dare progenie, &c. cum sub progenie veniat etiam neptis ex filio, Ad quod etiam videtur l. q. liberos, §. de rit. nup. cum sub nomine liberorum in potestate exstetium neptis ex filio veniat & similes. l. liberorum, §. de verbo. sign. & hoc ita tenet, sequitur, quod male videtur loqui gl. in d. l. si. volēs auum non teneri. Potest tamen gl. illa saluari in auo materno, & hodie reperitur, quod in ea gl. est additum expressis de materno, licet in antiquis libris glo. simpliciter loquatur de auo, ut quidam

dam dicunt, & ita (vt opinior) habebat Bar. in libro suo.

Et ex ista conclusione inferitur, qd si atus paternus habet apud se de bonis neptis, illam simpliciter dotet, dicitur de suo dotare, vt suo auito fungatur officio per d. l. si. Ista conclusio, vt s. declarata cu sua illatione de plano procedit, si pater de medio sit inops, ita vt propriam filiam dotare non possit, prout vt plurimum contingit. Et in hoc concordant omnes Doctores. Iura n. praallegata isto casu sine dubio procedunt. Idem etiam putarem, si pater de medio predecesserit, siue neptis ex eo sit inops, & se dotare non possit, siue etiam possit se commode dotare, loquer stantē communi opinione, qd pater etiam diuitem filiam dotare teneatur, de qua s. plenē dictum fuit. Verum si pater de medio viuat, & habeat vnde propriam filiam dotare possit, dubitari potest. Et Sal. mouet hanc difficultatem in d. l. si. dicens videri, qd auus nō teneatur, quia cum ipse propter filium teneatur, vt d. l. dedit dotem, vt qd ipse filius per prius teneatur, & propter eum, eo postea deficiente, teneatur auus. Noli tamen Sal. quicquam firmare, quia tunc sub iudice de eo lis erat. Sed ante eum eandem questionem ponit Bald. in authen. res. quae. C. communia de leg. & concludit, qd eo casu atus non tenebitur, motus primo per d. l. dedit dotem, inducendo, vt s.

¶ 91. Secundo quia sic videamus in alimentis. Nam licet auus teneatur alere nepotes, tamen ad id nō teneatur, si pater de medio diues est, & potest proprios filios alere, prout post lac. de Aren. firmat Bar. in l. pen. quae incipit. Non quemadmodum, j. de libe. agnos. Et hanc opinionem tenent hic Rom. Alex. & ferē omnes alij, vt per eum, & Moderniores. Eandem tenere videtur Ant. de But. in conf. 56. Si filius haberet, & apertius illam sequitur Aret. in conf. 17. consideratis diligentissime in quarto dubio. Et inter cetera mouetur Aret. (& sic tertium fundamentum pro ista parte) per l. profectitia. §. si filiusfamil. 2. s. de iure dot. Nā ibi filiusfamil. promittens dotem pro sua filia, si post mortē patris eius soluit, dicitur aas alienum proprium soluisse, & sic dos erit filiae profectitia, ergo sequitur, qd auus non tenebatur, quia tunc aas alienum fuisse eius. Et nota, quia do. meus Socin. malē refert inductionem illius §. cum dicat, qd auus ibi promissit, quod est contra illum tex. Bene verum est, qd Aret. in d. consil. dicit qd promissio ibi facta per filiumfamil. dicitur formata ab initio in persona aui patris eius, cum apud eum esset paterna pās, pro quo facit in ea. l. §. si filius, il. 1. Et hoc posuit, Aret. ita illum tex. inducit. Nam ibi filius sui iuris factus, soluens id, ad quod pater eius tenebatur, nō dicit soluisse aas alienum patris, sed suum, vt ibi dicitur, & sic sequitur, qd ibi habitas superueniens in filio post mortem patris, exonerat patris eius hereditatem a praedicta obligatione, & illum filium dicit obligare. Vnde secundum Arc. idem dicendum vī, qd si filius esset habilis viuo patre eius, vt si ipse, & non pater eius, & sic auus, de quo loquimur, teneatur ad dotem, vt per Arc. in d. c. p. 17. Patruus & Dominus meus Soc. hic dicit posse teneri, qd immo et isto casu auus teneatur dotare neptem, licet pater de medio diues sit, & habilis ad dotandam eam. Et mouetur per d. l. dedit dotem, per d. l. qui liberos, & per d. l. si. in earum generalitate. Et enim cum in eis dicatur, auum teneri dotare neptem, nec restringitur hoc, si pater sit inops, debet hoc generaliter intelligi, sit pater inops, vel diues, vt per eum.

Secundo facit, quia, si auus neptem diuitem dotare teneatur, licet habeat vnde dotari possit, vt s. est dictum, videtur, qd idem sit dicendum isto casu. Qui in effectu videtur idem, quia, si neptis habet patrem a quo dotari possit, & certē nō videtur, quod possit allegari ratio diuersitatis.

Et ita tenendo ad tria responderi potest. Et ad primum, licet dom. meus Soc. aperte non respondeat, ex intentione sua responderi potest, qd immo d. l. dedit dotem, facit in trium. Nam ponit regulam, qd auus teneatur dare dotem nepti, & non distinguit, an filius de medio possit dotare, vel ne, ergo nec nos distinguere debemus. l. de pretio, s. de publicia. cum similibus. Et licet auus dicatur teneri propter patrem, vt ibi dicitur. Non tamen est inferendum, qd si pater dotare possit, auus ipse non teneatur, cum semel a lege sit declaratum, auum simpliciter teneri, & auitum esse officium absque aliqua distinctione.

Ad secundum fundamentum in doct. Bar. in d. l. pen. de libe. agn. respondetur, posito quod talis doctrina sit vera, qd illa procedit prout loquitur in alimentis, de quibus ad dotem non ualet argumentum, vt s. fuit pluries dictum. Et in proposito, qd non ualet, patet, quia pater filiam diuitem non teneatur alere, & tamen teneatur dotare, vt dictum fuit per d. l. si. Possit etiam dici, qd forte illa Doct. Bar. non sit tuta, & videatur illi tex. vt j. dicam. Ad tertium de d. §. si filiusfamil. allegato per Aret. in d. consil. 17. respondeatur secundum dominum meum Soc. Primo qd ideo ibi filius dicitur aas alienum proprium agnoscere, quia ipse est, qui promissit, & ita promittendo se ipsum obligauerat l. filiusfamil. j. de act. & obli. Ex eo tamen non sequitur, qd auus non fuisse obligatus dotare, si de eo oportune requisitus fuisset, cum de hoc extēt iura praallegata clarē dicentia, auum teneri. Quod et probatur in d. l. pro-

fectitia, §. si filius, il. 1. Et dicere, qd ibi ex promissione, facta per filium, diceretur auus obligatus, non vī verum. Primo, non constat, quod filius promissit eo animo, vt verteret in rem patris, prout vī necessarium. vt l. & ideo. §. si. s. de in rem ver. Secundo etiam quia verē nihil fuerat versum in rem patris, ex quo nondū erat soluta dos in vita eius. Secundo etiam responderetur secundū Soc. nostrum quod ille filius dicitur suum aas alienū soluisse, ex quo iam patris eius erat factus haeres. Quae responsio videtur dubia, quia, si ille pater habuisset plures haeredes, quilibet pro sua rata teneretur iuxta l. 1. C. si cer. pet. & l. pro hereditarijs. C. de hered. act. cum similibus. Et sic prima solutio videtur tutior. Nisi tuendo Soc. nostrum & hanc secundum responsionem dixeris, tale aas alienum, cum esset factum pro dote filiae eius, solum ipsum respiciat, sicut dicitur de obligatione ad dotem pro filia morientis, vt. l. si fam tantum respiciat, & non cohæredes eius, vt est tex. clarus in l. 1. §. filiam, j. de coll. dot. Et hoc in terminis videtur velle Bald. post Spec. quem allegat in l. si. col. si. ver. Quid si duo sunt fratres C. de dotis promiss. super quo tamen cogita.

¶ 92. Bulg. hic conciuus meus. Iaf. Claud. & Nouissimi Perusini j. sequentes communem opinionem concludunt, atam in casu praedicto non teneri, per d. l. dedit dotem, inducendo vt s. Nec secūdum eos obstat gñalitas illius l. & d. l. qui liberos, quia loquuntur tempore suo, & sic antiquo iure, quo filius nihil habebat, sed omnia querebat patri. l. 1. in prin. j. si quis a paren. man. fue. Et ad rationem Domini mei Soc. quam secundo allegat de nepte diuitem, & c. Respondetur, qd semper ipsa mulier, quae sit dotanda, debet prius petere dotem a patre, vel ut a primo obligato, & si sit habilis dotabitur, nec ulterius quæri debet, & sic verē auus non tenebitur, sed patre in habili reperto, auus postea propter filium teneatur, per d. l. dedit dotem. Et ita per praedictos defenditur communis opinio, a qua vbi tu dubites, nō est in iudicando recedēdū.

Ego tamen licet articulus videatur valde dubius, puto in pūcto iuris opinionem d. mei Soc. posse iuridicē defendi per dicta per eum. Etenim optimum est fundamentum in pluribus iuribus. s. in princ. allegatis in eorum generalitate. Nam si esset restringēda ad casum, quando pater de medio esset inops, certe in eis uel saltem in aliqua ex illis legibus aliquid de hoc diceretur, cum in eo staret dictarum legum decisio. vnde cum de eo nil dicatur, & facile dici poterat, credi dēt, quod diura hanc restrictionē non inferunt, argumēto l. 1. §. si autem ad deficientis. C. de cad. toll. & cad. audientiam, in fi. de decim. cum similibus. Nec bona est responsio, quod illa iura loquuntur tempore suo, quo filiusfamil. nihil habebat, quoniam primō dico, quod inter alia iura praedicta, est l. si. C. de dotis promiss. cui talis responsio non potest conuenire. Secundo dico, quod immo et illo antiquo iure filiusfamil. poterat hñe castrensia, vel quasi castrensia bona, vt est clarum. Tertio et dici potest, qd ista distinctio temporū nō vī probabilis, maxime in proposito nro. Nā vna auctoritate nobis iura oīa a Iustiano traduntur. Et iura in volumine sforū habuerūt apud nos iuris auctoritate post compilationem codicis, vt in proem. Inst. §. & cum sacratissimas constitutiones, & sic postq̄ data erāt filijsfamil. bo. materna & alia aduentitia, disponitur in tit. C. de bo. mat. & de bo. quē libe.

Et ultra praedicta pro ista opi. facit praallegata l. non quemadmodum, de liber. agnos. vbi cum ponatur differentia inter auum paternum & maternum, & in materno dicitur, quod teneat alere nepotes, si eorum p̄ sit inhabilis, necessariō vidēt velle, quod in paterno aliud sit, & sic, quod teneat alere nepotes, et quod pater de medio non egeat. Ita illū tex. declarādo sequitur, quod dicitur. Bar. de qua ibi, nō vī tuta, in qua fundabatur scdm argm̄ rādi. Et hoc ita posito arguitur nunc qd cōem. Nam, si auus paternus in casu nostro tenet alere, et quod p̄ de medio esset diues, fortius teneatur dotare, cū facilius lex obliget parentes masculos dotare, quā alere, vt patet in patre respectu filie diuitis. Eam enim dotare teneatur, licet non alere, secundum communem opinionem vt s. dictum fuit. Nec ille text. euitabitur, dicendo, vt dicebat Claud. quod debet intelligi ille tex. antiquo tempore, quo filius nihil habebat, quoniam tali dicto obstant secunda, & tertia responsio data supra ad simile dictum, respectu l. qui libere, & l. dedit dotem, & similibus, de quibus supra. Et quod eo tempore filiusfamil. habere posset, ostenditur ex l. si quis a liberis. §. sed si filius illo titulo. Nam ibi consideratur an filius habeat, vt se aliat, vel ne.

Non oastat, qd in d. l. dedit dotem, dicitur, quod auus teneatur pro patre dare dotem nepti. & qd officium aui pendet ab officio patris, ac et qd auus dicitur soluere propter patrem. Quā respondetur, qd omnia procedunt ex eo, quia si auus non esset, pater solus & praeisē teneretur. Sed auus existens pro eo, in effectu teneatur, quasi onera eius subiens, & dicitur teneri propter eum, i. mediante eius persona. Et tale onus dicitur auo impositum etiā ratione patrie potestatis. Et potest et dici pro patre teneri, quasi vna persona cum eo existēs, iuxta l. si. C. de impub. & alijs iustit. Et hoc si uis qd et ipse p̄ teneatur, prout vī probabile & equum cū, & in eo verificent verba d. l. si. de dotis prom. Sed tenendo, qd

ita autem teneat, ut eo viro pater de medio non teneat, dicemus, quod verba posita in d.l. dedit dotem, ut est relata, intelliguntur, seu procedunt ex eo, quia si autem non esset, pater teneret, sed autem existit facit eum non teneri, sed ipse pro eo tenetur, quasi ipsum per ascensionem deontiam representans. Et soli auctori dicitur onus impositum, veluti primo & habenti patriam potestatem, iuxta d.l. qui liberis.

Ad illud autem de legato responderetur, q̄ potius consistit legatum in liberalitate testatoris, iuxta definitionem Imperatoris in fit. de lega. post princ. quam in benemeritis, licet plerumq; ea cõsideretur, & in dubio ita creditur. Et ita intelligitur l. nec adiecit §. pro socio. Et hoc modo ad argm̄ de legato rñdet hic Lancelo. Dec. non obstat l. cum duo, de in diem adieci. secundo loco allegata in §. rium. Nam ibi est casus diuersus, cum nulla sit ibi prærij incertitudo, sed tñ dubitatur cuius serui intuitu sit facta adiectio, nec id ratione adiuncti potest declarari, cum pendeat ex animo adijcentis, qui particulare interesse pretendere potest, de quo nulla est cognitio. Præterea dici potest q̄ ibi in §. rium concurrat fauor conseruandi q̄tus iam celebrati. Ad tertium fundamentum in d. §. qua de causa, rñsio patet ex prædictis. Non enim sit locatio, qui ad eam (vt dixi) requiruntur de certa mercede conueniunt, & potest actus nõ vitari, si per relationem ad aliud posset fieri declaratio, vt modo dicebam. Ad quartum, & vltimum respon detur, q̄ immo ibi. f. in d. §. gener. declaratio seu certificatio fit ab obiecto obligationis legalis, prout §. in fallentia dictum fuit. Et ex his constat defenfatam esse opinionem Cyn. non tamen simpliciter, sed secundum declarationem, & distinctionem Patru mei Socini.

Quid tandem dicemus? Quia articulus pulcher est subtilis & quotidianus placuit diligentius speculari. Et certè licet prædicta plurimum placeant, & probabilia videantur, tamen de eis dubitari potest, quoniam per ea restringitur d. §. gener. ad personam obligatam ad dotandam, & sic stantibus prædictis, text. ille non procederet in extraneo promittente dotem, nec etiam in ipsa filia, quod profecto vñ q̄ gñalitatē eius in sui ratione. Inquit. n. q̄ ideo valet ibi dotis promissio, quia illa potest constitui secundum facultatum vires, & dignitatem natalium viri. Quæ ratio videtur considerabilis, siue obligata persona promittat, siue aliam: merito videtur, q̄ indistinctè procedat. Nisi tuendo iam dicta dixeris, q̄ ratio illa regulari debeat ad præcedentibus, sicut aliàs fit per gl. in §. fratris. Infit. de nup. & in l. de eo. §. si quis, §. ad exhib. Pro quo vñr facere verba in d. §. gener. ibi, inter modum constituendæ dotis, &c. quasi loqui videatur tex. solum, q̄ dos erat cõstituenda, & sic quando persona promittens erat obligata; alioquin dos propriè non diceretur constituenda, cum talia verba necessitatem quandam importare videantur, cogitabis.

Et nouiter vltra Doctores considera, q̄ forte ista iura possunt aliter concordari dicendo. Quòd aut promissio dotis incertæ facta fuit sub præfinitione arbitrii, puta arbitrato meo, pmitto dotem, vel alterius, & tunc valeat arbitrio determinando secundum qualitates, de quibus in dicto §. gener. Et procedat hoc etiam in extraneo non obligato promittente, vt dicta l. 3. de dotis promif.

Aut simpliciter promittitur dos incerta, & tunc non valeat, ratione incertitudinis: & ita procedat d. l. i. C. de dotis prom. Nec tunc obstat d. §. gener. in verbis illis detracto arbitrio, quia dici potest, q̄ intelligi dēt, illo non arbitrate scã primam declarationem.

D. Maria. Soc. Iuni. in l.

Et hoc adeo videtur verum, vt procedat etiam si nupserit filia sine consensu patris, vt voluit gloss. in c. de raptoribus. 3. 9. quest. 228 1. & in c. hoc sanctum. 3. 2. quest. 2. Cum tamen hodie iure canonico filia possit nubere sine consensu patris, quicquid de iure civili disponatur, vt probatur in d. c. hoc sanctum. Pro qua opinione fecundo facit, quia pater dicitur teneri ad duo, videlicet ad maritandum, item & ad dotandum, vt d. l. qui liberos, supra de rit. nupt. vnde licet filia sit nupta, tamen dotem non habet, ergo &c. Et cum ista opinione tenent hic Alex. Claud. & nouissimi. Idem voluit Bal. Nouel. in suo tract. dotium in 1. 6. priuileg. sextae partis Idem etiam Ias. in l. 2. §. 1. infra eod. Et prout omnes moderni dicunt ista est communis opinio, quam etiam sequitur Angel. Aretin. in §. fuerat. mihi col. 20. Insti. de act. & Alexan. in consi. septimo, visis, & diligenter. secundo volu. & Corne. in consi. 2. 52. in causa appellationis vertente, tertio vol.

Contrariam tamen opinionem tenuit Guliel. de Cun. in l. c. u. is. §. si mulier, §. de cond. indeb. quem sequitur Bar. in d. l. obligamur. §. ea lege, de act. & obl. & in auth. res qua. C. communia de lega. Idem tenet Sal. in d. l. qui liberos, §. de rit. nup. Ita etiam voluit Abb. in c. 1. de adulte. & in alijs locis allegatis hic per Alex. Et fundamentum huius opinionis est, quia pater ad dotandum non tenetur iure obligationis, sed officio iudicis, quod si officium aequitate nititur, vt si mediante dote filia possit nubere, nam propter hoc tantum dicitur dos priuilegiaria, vt in l. nostra. §. 1. in filia iam nupta cessat ista ratio, & ista aequitas. Et ideo vbi non sit amplius in quo fundetur tale iudicis officium. Sed tenendo communem opinionem ad argumentum in forma respondetur, & fateor quod in equitate nititur officium iudicis, sed dico, quod hic aequitas non cessat. Equitas enim est, quod cum pater ille sit, paterno officio, & paterna pietate fungatur erga filiam ei dando dotem, propter quam, & maritum inueniat, & eo inuenio melius ab ipso tractetur, nec expellatur, vt plerumque contingit in indotatis, vt l. si. C. ad Velleia. Et hoc onus dicitur iniunctum patri, vt dixi, non simpliciter, si filia nubere possit, sed praetextu patris nominis, quod pater, quia alius pater non teneretur dotare filiam diuitem, cum aliunde posset nubendo dotari, quod tamen est falsum secundum communem opinionem, de qua supra.

Si disputando vis tueri opinionem Bart. oportet tenere aliam opinionem, videlicet, quod nec filiam diuitem pater dotare tenetur, quam idem Bart. tenet in l. mulier. §. cum proponeretur, §. ad Senat. cont. Treb. Et ea retenta, potest dici, quod immo non ad aliud patri onus dotandi iniungitur, nisi vt filia habeat vnde nubere possit, quare, cum iam nupta sit, cessat ratio, ergo, &c. Et ad allegata in contrarium facilis est responsio. Nam ad primum, quando dicimus, quod hodie potest nubere sine consensu patris, attento iure canonico, Respondetur, quod non inferitur ex eo, ergo postquam est nupta, pater tenetur ei dare dotem. Secundo ad illud quod dicitur patrem teneri ad duo. Respondetur, quod ad vnum tenetur propter alium, quia ad dotandum tenetur propter matrimonium. i. vt nubere possit, vt supra dixi.

Tenendo tamen communem opinionem, eam primo limitabis ultra omnes, quando ab initio conuentum est inter patrem & maritum filiae, & sic generum eius, quod nulla dos detur, tunc enim 219 arbitraretur, patrem non posse cogi, tamen cum matrimonio sine dote esse possit. l. si. C. de don. ante nupt. & l. si. C. de repud.

Quod verum crederem, etiam si non expresse talis conuentio fiat, sed ex coniecturis violentis (vt si dixerim) ita praesumi, potest. Cui ea, quae ex iuris praesumptione dicitur, clare probata dicitur. l. licet imperator, infra de leg. primo, cum similibus. cogita tamen.

230 Secundo limitatur communis conclusio in Bal. hic, tamen Nisi filia sine consensu patris nubens, nubat indigno. Quia cum tunc illud sit iusta causa exheredationis. l. 3. §. si emancipatus, infra de bon. poss. contra tabul. debet etiam dici iusta causa denegandi dotem. Ita etiam voluit gloss. in c. de raptoribus. trigesima sexta, quaestione prima. Et Anto. de Butr. in c. accedens, de procurat. Dñs Ale. hic post Imol. in d. c. accedens, determinat contrarium, quod immo etiam tunc pater tenetur dotare filiam, licet indigno nupserit. Idem tenet Ias. in auth. sed si post. C. de inoffi. test. Et mouentur, quia cum hodie nubere indigno, non sit iusta causa exheredationis, vt patet in §. causas, in Auth. vt cum de appell. cogn. ibi enim hoc inter alias causas non numeratur, non debet etiam dici iusta causa denegandae dotis. Et istud argumentum, secundum 231 cum Alex. confirmatur, quia videmus, quod tamen illis causis negari possunt alimenta, quibus filij possunt exheredari, vt traditur in l. si quis a liberis. §. si quis ex his. ff. de liber. agnos. Et aliam quod statuitur in alimentis, maxime negatiue, procedit etiam in dote, secundum Bal. in auth. res qua. C. communia de leg.

Sed ista confirmatio non vrget, quia aliam dicitur fuit, non procedere argumentum de alimentis ad dotem, & negatiue, vt patet in filia diuitem non alenda, sed dotanda.

Remanet ergo simplex argumentum de causa exheredationis ad causam denegandae dotis. Declarat tamen Ale. hanc conclusionem procedere quo ad hoc, scilicet quia dos non denegatur, sed tamen

fatur ipse, prout etiam dixit Imol. in d. c. accedens, quod minor dos danda erit a patre coactio, cum cum nupserit indigno, eius conditionem denigravit, & per consequens non dicitur digna tanta dote, quanta prius. Claud. tenet simpliciter limitationem Bal. & concludit, quod filie indigno nubenti non sit danda dos. Et mouet per argumentum Imola, & Alex. illud quod eos retorquendo. Nam hoc etiam hodie esset iusta causa exheredationis, vt probatur secundum eum in §. si alicui, in Auth. vt cum de appell. cogn. & ibi gl. Reperio, quod idem tenet Ias. sibi contrarius in l. 2. §. quod si in patris, 6. col. 7. eo. vbi allegat ita etiam tenuisse Abb. in c. cum causa de rapt. & Ale. con. 97. 6. col. 1. volu. & alios plures, vt per eum. 232 tamen. Et ista videtur communis opinio. Considera tamen, quia fundamentum Claud. non videtur tutum. Nam tex. in d. §. si alicui, requirit duo, quae isto casu non videntur interuenire.

Primo quod pater filiae velit maritum dare simul & dotem, & ipsa recuset. Secundo, quod ipsa luxuriose viuat. Sed in casu nostro neutrum contingit. Non enim praesupponitur, quod pater velit eam aut patri tradere, nec est verum quod illa luxuriose viuat, quia licet vir sit indignus, tamen cum vir sit & matrimonio ei copuletur, non dicitur illa filia luxuriose viuere. Nec obstat ibi sequens verbum. si vero, & c. si a contrario sensu inducatur, quasi decisio illius textus procedat, si intra 25. annum, & c. vel patre non negligente, quoniam respondetur, tale argumentum non procedere, quia cum agamus de aliquo excludendo a suo iure, debet hoc reperiri expressum, vt tradit Alexand. in l. etiam. §. licet, infra eod. Praeterea si argumentum procederet, idem dicendum esset, etiam si digno nuberet, quod tamen est falsum, vt supra dixi. Et per ista videtur defendi posse opinio Alex. licet communis videatur in contrarium.

Confirmatur ista opinio, quia cum apud Deum non sit acceptio personarum, & licitum sit filiae, etiam contradicente patri, cui voluerit nubere, vt dixi, non conuenit, quod illa perdat ius potestatis dotis, licet eligat indignum quod ad genus suum, quia cum illa crediderit illum, esse dignum quod ad se, & fecerit secum nuptias lege permittente, non debet inde aliquod damnum pati. Ne alioquin dicamus illa sub auctoritate, & permissione legis fuisse deceptam, & damnum passam, argumento l. prima. C. de his qui veniunt a imper. Et ista opinio mihi videtur aequior, licet sit communis in contrarium, super qua tamen cogita.

Et tenendo communem opinionem, videlicet, quod nubenti indigno, pater non teneatur dare dotem, eam limita, nisi talis casus processerit culpa patris, puta, quia patitur filiam in domo inuictam permanere supra viginti quinque annos. Nam tunc si filia nupserit etiam indigno, vel quod plus est, in corpus sui peccauerit, tamen pater sicut propter hoc eam non potest exheredare red. ver. si vero, & ponitur in auth. sed si post. C. de inoffi. test. Ita etiam non poterit denegare dotem. Ita voluit hic quasi omnes, & tradit Bal. Nouel. in tract. dotium. 1. 6. priu. 6. partis. Qui subdit multum notabiliter, quod idem esset, si ante 25. annum, modo tamen praeterisset tempus, intra quod communiter ex consuetudine patriae nubere solent, puta, viginti annos. Et ita dicit consuluisset Abb. & tenuisse in lectura, in c. de depon. imp. Sed ibi hoc non dicit Abba. Sed ego super hoc multum dubito, quia iure communi aetas conueniens matrimonio est duodecim annorum, & tamen lex ad hunc effectum considerat aetatem viginti quinque annorum. Immo dico quod aliam lex dicit, quod ex consuetudine mulier 18. anno solet nubere, & tamen ita disponitur in d. §. si vero. Ita ergo quod consuetudo patriae recipiat interpretationem quo ad hoc a d. §. si vero, & per consequens, sit viginti quinque annorum.

Ponit modo Bar. exempla secundi temporis. scilicet constante matrimonio, & primo ponit priuilegium prohibita alienationis ex cuius dicit colligere tres conclusiones. Prima sit, quae ipse praesupponit veram, & super ea non intendit loqui, tamen videlicet, quod res immobilis data in dotem alienari non potest, etiam cum solennitate, auth. siue a me. C. ad Velleia, quia licet mulier consentiat, & pluries, post longum tempus, non tamen valet alienatio, vt Insti. quib. alie. lic. vel non, in prin. Et ita voluit gl. in d. auth. siue a me. ad quam videtur se referre Bart. Et ita de opinione Bar. etiam dicit hic Ale. Imo & Rom. aliter Bart. intellexerint, vt per Alex. Limita hanc conclusionem primo, nisi res immobilis fuisset data aestimata, quia tunc alienari potest tanquam alia res mariti, eod quia per aestimationem fieri venditio, & non erit res illa in dote, sed pretium eius, tex. in l. quoties, & l. plerumque, §. si ante, §. de iur. dot. Hoc autem intelligas procedere, nisi expresse, vel tacite inter partes agatur, quod non obstant aestimatione res illa sit in dote & eadem postea restituitur. Nam eo casu dicitur res dotalis, & non erit effecta vera emptio, & eadem restitui debet, & non pretium. Ita singulariter determinat Aret. in consilio 84. Diligenter ponderatis, secunda columna, & sentit Bald. in l. ex con. uentione. C. de pactis. Et per hoc non sunt tres menses, quod ego inferebam ad questionem de facto contingentem. Dederat in dote praedium focer pro mille, hoc inuito pacto, quod si intra triennium

triennium mille soluantur, prædium restituatur, & in dicto casu dos intelligatur in mille, & sic in quantitate. Dicebatur enim, quod ex tali pacto colligitur tacita mens præsentium, quod si mille debito tempore non soluantur, dos non sit in quantitate, sed in ipso prædium, & estimatio non fecit emptionem, sed solum videtur facta, ut sciret pro quanto prædium erat redimendum, super quo tamen cogitabis, & notabis, quia frequenter contingere potest.

Secundo limita, nisi alienatio fiat in utilitatem uxoris ea consentiente. Nam hoc fieri potest, & dos quæ erat in prædium cõuerteretur in pecuniam, de hoc est tex. in l. ita constante, supra de iur. dot. cum similibus, & aliquid supra diximus.

235 Secunda conclusio sit, quod res mobilis in dotem data, si inæstimata detur, hodie non potest alienari, nisi ab initio præsentiat mulier, & iterum lapsio biennio, & viro remaneant in bonis tot, quæ optimè sufficiunt ad dotis restitutionem, & ista est solennitas, de qua in auth. siue a me. C. ad velleia, de qua loquitur Bartol. & tenent communiter Doctores, ut per Alex. & Iaf.

Fallit primò in rebus consistentibus pòdere, numero, vel mēsurā, ut lres date in dotem, supra de iure dotium.

Fallit secundo in omnibus rebus, quæ vsu consumuntur, & sic seruando seruari non possunt. Nam & iste possunt alienari, ut dicebat Petr. argumento l. lex qua tutor. C. de administratio. tuto. Et nota, quod intentio Petri est arguere de pupillo ad dotem, non autem simpliciter de pupillo ad mulierē, quia tunc, ut dicit Bartol. argumentum non procederet per l. sicut. C. de præscriptio. triginta annorum. Sed bene procedit de pupillo ad dotem etiā in ter-

236 minis Bar. videlicet in materia præscriptionis. Nam si sicut nulla præscriptio currit contra pupillum, ut d. l. sicut ita tunc contra dotem constante matrimonio, ut l. cum notissimi. §. illud, eo. tit. & in l. in rebus. §. omnino. C. de iure dot. Ita Iaf. hic.

Tertiò fallit fauore libertatis. Nam seruis dotalis manumitti potest. l. i. C. de ser. pignò. dat. man. & l. dotalem, in principio, §. eodē, est gl. in l. libertas, infra de regul. iur. Et hoc adeo verum est, ut procedat etiam contradicente uxore, ut d. l. dotalem. Sed 2 conclusio, quod in nullo modo res mobilis possit alienari sicut res immobilis, arguitur, quod non potest vsu capi, nec etiā alienari potest, vel e contra. l. cum vir. infra de vsu capi. sed in re dotali prohibet vsu capi (quæ propriè cadit in re mobili) dicit §. omnis, ergo similiter debet prohiberi alienatio. Ita arguit Iaf. & non respondet. Tu respondeas, quod nihil facit, quia d. §. omnis, loquitur quando ex permisso legis res non potuit alienari, sed in casu nostro dico, quod lex permittit alienationem cum solennitate, de qua supra, ut traditur in dicta auth. siue a me, igitur, & c. Et ultra dico, quod in dict. §. omnis, non prohibet vsu capi simpliciter, eo quod res non potuerit alienari, sed eo quia mulieri tunc non competit actio cõstante matrimonio, sed solum mat. bene cutreret vsu capi, licet antea fuisset facta alienatio, & etiam cõstāte, in casu quo mulier dotem repetere potest, scilicet viro verigente ad inopiam. Et dico quod ille textus etiam loquitur de immobili, & tamen istis casibus præscriptio currit, & tamen nō dicemus, ergo potuit alienari. Vnde dico, quod argumentum non procedit in materia nostra, sed procedit, quando quid non potest præscribi, vel vsu capi propter vitium rei, vel aliam qualitatem in ea consideratam, ut res sacra, & c. In casu verò dotis alienatio valet, quo ad alienantem, sicut & aliæ rei alienæ venditio, & suis temporibus procedit vsu capi, vel præscriptio. Cogita, quia nemo dicit.

Secundo opponitur 2 conclusio e contra, quod indistinctè & sine solennitate res mobilis alienari potest, ut est text. Instit. quib. alien. licet vel nō, in principio quod loquitur in rebus soli, ergo, & c. Dicebant quidā, ut refert Bartol. quod illud sit gratia exēpli, ut fuit Odofred. Iaf. dicit quod illud sit gratia frequentioris vsus. Nā frequentius datur res immobiles in æstimatē in dotem, quæ mobiles, ut experientia

237 docet. Quo stante sequitur regula dictans, quod inclusio vnus, vel expressio gratia frequentioris vsus facta non excludit casum similem, ut voluit gloss. in Clementina prima, in versiculo præsidētes, in fin. de rescript. & gloss. in l. i. C. de his quæ ad eccles. p. fugi. cū similibus allegatis per Iaf. Et mihi satis placet hoc. Pro quo facit, quod aliā dicunt quidā, & ego soleo probare, quod ethymologia possessionis, de qua in l. i. de acquiren. possessio. dicitur ratione frequentioris vsus, non tñ ex eo negatur, quin etiam sine pedū positione possessio acquiratur dicta l. i. §. si iusserim. Et propter hoc

238 (non sunt multi dies) quod inferebā, quod si statutū dictans, virū mortuam uxore in matrimonio lucrari certam partem dotis date, habet locum etiam si dos tantum fuit promissa, cum sit eadē ratio, & statutum loquatur de data ratione frequentioris vsus, licet cõtrarium voluerit Bartol. in l. iubemus. §. sane. C. de sacro. sanct. eccles. quod nota, quia est quotidianum. Hęc procedunt tenendo, quod prohibitio alienationis in rebus mobilibus pari iure sit facta, quod de rebus immobilibus. Sed considera, quia hoc videtur contra Bartol. hic, qui voluit, quod antiquo iure nō erat prohibita alienatio mobilium, sed quod soluto matrimonio retransferebatur dominium in uxorem.

Pro quo ultra eum videtur tex. in l. in rebus, in princ. C. de iure dot. vnde Bart. dixit, quod prohibitio huiusmodi solum procedit hodie per dicta auth. siue a me, iuncta gl. ibi communiter approbata. Quo dato argumentum Iaf. factum non obstat, quia fatebor, quod per legem Iuliam, & antiquo illo iure prohibitio alienationis tantum in re immobili erat. Tu in hoc tene, quod velis, & satis est, quod simpliciter inspecto iure ciuili dicatur talis alienatio prohibita, prout communiter tenetur. Cogita tamen qualiter opinio Bart. probetur, quia intellectus eius non multum cõuenit d. authenticæ siue a me.

339 Concludit etiam Bartol. tertiò, quod si antiquo iure dominium soluto matrimonio retransferebatur in uxorem, super qua multum dubitat Parpal. Sed breuiter quicquid ipse dicit, dicit quod loquitur respectu noui iuris Authent. & sic illud antiquum ius, & ius Codicis, & pro eo datur casus in d. l. in rebus, in principio. Non autem intelligas de iure antiquiori, quia falsum est tunc, quod dominium retransferebatur, ut voluit Bart. post gloss. ibi in l. si mora, prima columna, infra eodem. vbi sequitur Alexand. secunda columna. Et pro hoc ego pondero l. si marito. §. final. in fin. infra eodem, vbi dicitur, quod partus ancillarum, vel legata ancillis facta, soluto matrimonio acquiruntur marito, licet restituerentur, si acquiruntur ei, ergo ipse erat dominus, ut probatur in §. de his, Instituit. per quas person. nob. acquir.

Prædicta omnia de prohibita alienatione rei dotalis procedunt, nisi eius alienationi consenserit mulier cum iuramento, quia tunc propter vinculum sacramenti non poterit rescindi, iuxta c. cum contingat, de iure iur. & cap. licet, eodem tit. libro

240 6. v. hic per Doctores. Hoc tamē singulariter limita, nisi mulier per prius iurasset, se non cõsensuram alienationi rei dotalis, & ex tunc si vnquam consensit (nisi certa solennitas adit) cū iuramento declarauerit se non consentire, vel reuocauerit dictā alienationem. Nam tunc propter primum iuramentum, secūndum non obligat cap. tanta, de iure iur. & notatur in d. cap. licet in glo. in verbo. compellendos, vbi plenè per Doctores. Et ex hoc notant fauentes mulieribus cautelam, quod ab initio faciāt eis ita iurare.

Ponit secundo Bartol. aliud priuilegium, de quo in l. si constante, §. eo. & in l. vbi adhuc, §. de iur. dot. Bartol. se remittit ad d. l. si constante, & ita etiam ego me remitto.

Ponit deinde Bar. exempla tertij temporis. Et in quantum ponit priuilegia prelationis in hypothecaria, & in personali. Dubi 242 tatur, vtrum si mulier habens tacitam hypothecam, præferatur anteriori etiam expressæ, sicut præferatur anteriori tacite? Marti. Iaco. de Arena, & Ultramont. tenuerunt, quod sic, & ita etiam tenuit Cyn. in l. assiduis. C. qui potior in pign. hab. & Bald. in §. fuerat. Instit. de act. & ita demum tenet Iaf. hic in secunda lectura. Sed tamen contrarium tenetur communiter in dict. iuribus, & vbiq; vbi Doctores de materia loquuntur, a qua opinione non est recedendum per iura & rationes per Doctores allegatas.

Ego tamen disputando arguebam in contrarium, ut audistis in circulis. Sed posita communi, dubitatur, quid si mulier hæat expressam prout hodie quasi semper contingit? & tunc dixit Angel. singulariter in §. his consequenter, in Auth. de æqualitate dotis, quod præferatur anteriori et expressæ, de quo dicto plurimū dubito, de quo vide per Parpal. & alios Moder. Potest etiam dubitari si habet tacitam, an præferatur habenti expressam posteriorem? de quo vide Aretin. d. §. & per Moder. hic, & conclude quod sic secundum eum.

Circa vitium priuilegium Bartol. vide eum in l. rei iudicate, §. l. infra eod.

Concludit insuper Bar. textui nostro in verbo seper, esse subaudiendum ferè, ut sic tollatur contrarium de l. maritum, infra eod. formatum, in principio huius secundæ oppositionis quicquid aliud voluerit Dyn. ut per eum. Et cum Bar. transeunt Doctores, Iaf. dicit quod ista subauditio, & restrictio ad istum textum nunquam sibi placuit, quia secundum eum nimis violat textum nostrum, qui generaliter dicit causam dotis semper esse præcipuā vnde, & c. Et ideo ipse cum verbis text. concludit, quod dotis causa semper dicitur priuilegiaria. Non obstat d. l. maritum, quia rñdetur, quod immo etiam illo casu dos dicitur priuilegiaria. Nā etiam mulier habet priuilegium, de quo ibi, ut probatur in l. non tñ, in fi. de rei iud. Quo posito dicit ipse, quod cum istud priuilegium competat vtrique, & sic hinc inde, non potest dici dos minus priuilegiaria, argumento l. de fidei commissio. C. de transactio. & l. si pater puelle. C. de inoff. test. ut per eum.

Tu dic, quod istud nihil est, quia prout dicebat Bar. contra Dy. negari non potest, quin si dotem iudicetur, si maritus non contemnatur in solidum vnde cunq; illud proneniat, & sic dotis causa non dicitur illo casu præcipua, sed generalitatem l. nostræ. Nec obstant argumentum Iaf. & iura per eum allegata, quia rñdetur, & in primis dico, quod licet mulier et habeat priuilegium illud, non

si ex eo dos dicitur privilegiaria, immo dico; quod etiam illud, est contra dotem, quia scilicet eam maritus in solidum exigere non potest, pro qua alias lex inducit aliqua privilegia, ut scilicet fingatur stipulatio, & dicatur bona mulieris tacite obligata, ut d. l. i. §. & nemo, &c. Nec dicas, quod est privilegiata mulier, quia dico quod hoc non satisfacit huic legi, quae non mulieris causam, sed dotis dicitur esse precipuam.

Præterea dico, quod esse mulierem illo privilegio munitam in casu suo, non facit quin contra eam non dicatur iudicari, si maritus e contra vitur privilegio in casu suo. Bene possunt fateri, quod de eo non potest mulier conqueri, cum & illa eodem iure e contra possit vti. Ad iura autem allegata per Ias. dic. quod nihil faciunt, quia in eis tantum dicitur quod, quis non potest conqueri, neque dici laesus in remissione fideicommissi reciproci, vel in gravamine similiter reciproci fideicommissi. Sed quod in d. iuribus consideretur aliquis privilegiarius, formum est. Et dicam ulterius quod adveniente casu ille potest dici ius suum laesisse, qui supervenit secundum terminos d. l. de fideicommissi.

243 Vnde sequendo Bart. & communiter alios dicas, quod verbum semper, debet exponi & declarari, id est multoties, & ut plurimum, ut exponit gl. in §. eum vero, in Auth. ut deturmi. sit num. cleric. col. i. quem infra allegat Bart. sic in simili habetur in c. si clericus laicum, de foro compete. vbi cum dicitur text. quod actor semper sequitur forum rei, gl. ibi & Doctores dicunt, quod aliquando non procedit. Possunt & alia plurima allegari tam de illo verbo semper, quam de similibus, ut continuo, sine intermissione quotidie, & similia, de quibus hic per Doctores. Et plenè tradit Fel. in poem. Decret. versiculo, Rex pacificus, secunda columna. Et sic iter ex prædictis conclusio, quod verbum semper & similia, quamvis generalia sint, non tamen minus bene posita dicuntur, si aliquando contrarium reperitur, ut hic cum similibus. Ex quo inferit hic Bart. post Dyn. ad salvandos testes ut per eum. Ex cuius dictis elicio quatuor conclusiones.

244 Prima sit (quam ponit dum reprehendit Dynum) quod dictum testis de possessione testificantis debet referri ad possessionem naturalem, & quae per acta extrinseca retinetur, non ad eam quae in animo consistit, & sic ad possessionem facti, iuxta notata in l. stipulatio ista. §. hæc quoque, infra de verborum obligationibus.

245 Et huius conclusionis ratio est, quia quod testis debet testificari, non de his, quae per intellectum, & animi iudicium simpliciter accipit, sed tantum de his, quae per aliquem sensum corporeum cognovit, ut traditur in l. testium. C. de testi.

246 Secunda conclusio est, quod quod re aliqua vitur ordinarie, licet aliquando non vitur, si tamen vitur potest, habetur perinde ac si semper vitur, allegat l. prima. §. ergo. de aqua quot. & est. & per hoc vno modo voluit salvari posse dictum testis, cum hoc contingere poterit. Aretinus tamen in primo notabili legis nostrae videtur de hoc dubitare quod ad propositum salvationis testis, quia si dicit, quod Titius possedit per triginta annos semper, & probet quod aliquo tempore fuit absens a re, non videtur quod sufficiat illum potuisse se vti re, & sic possidere, nisi vere possederit, quia testis non de potentia possidendi, sed de ipsa possessione testificatur.

Nec obstat dict. l. i. §. ergo, quia ibi verbum quotidiana relatū ad rem, respicit nedum actum, sed etiam potestiam: quia aqua dicitur quotidiana, dummodo quotidie duci possit. Vnde ipse dicit, quod aliter potest dici, videlicet quod vidit eum possidere semper triginta annis, intelligo, scilicet temporibus congruis, iuxta notata in cap. fin. de verborum significatione, lib. 6. & in cap. sacrosancta, vigesima secunda distinctione, ut per eum. Cogita an salvari possit conclusio Bartol. in proposito, dicendo quod testis ita dixit, quia credebat eum possidere, qui re ad arbitrium vti potest. Et si dicatur, ista esset ignorantia iuris. Responderi potest, quod illa excusat in damnis vitandis, iuxta l. error, supra de iur. & fact. ignor. & nulli dubium est, quod querens excusari a pena falsi tractat de damno vitando. Præterea potest dici, quod in poenam falsi non incidit, nisi qui dolose fecit. l. i. infra de falsi. & alias quelibet causa excusat quem a dolo. l. igitur. §. i. infra de liber. causa, vnde fatebor, quod iste testis non probabit, circa quod non intendit loqui Bart. sed tantum ex prædictis videtur, quod possit a poena falsi excusari. cogita tamen.

247 Tertia sit conclusio, quod quod per perceptionem fructuum dicitur quis possidere, etiam si percipiat per colonum, & ei de ipsis responderetur, ut probatur in l. litibus. C. de agric. & cens. lib. i. l. legata per Bartol. Et est notabile dictum, quod vbi que sequuntur Doctores. Et ideo sequitur, quod qui vidit alicui de fructibus responderi, & istud testificatur, dicitur vidisse, & ita testificati illum talem possidisse. Et procedit hoc etiam si de fructibus respondentum esset domino, mediante procuratore, vel negotiorum gestore, de his vide Felin. in capitulo cum Bertoldus. columna antepen. & pen. de re iudic.

Quarta conclusio sit, (& ista est principalis, quam Bartol. for. 248 mare intendit) quod quod testis deponens Titium per triginta annos semper possidisse, non incidit in falsum, & falsi poenam, licet pro-

batū fuerit, quod aliquo loco Titius fuerit absens. cū Bart. in hoc transeunt omnes, ut per Alex. & per Ias. Nec obstat verbum semper, quia illud potest dici verificatum, licet aliquando non ita contingat, & hic procedit aduersus C. de vlt. iuncta doctrina Bart. ibi, prout illum textum allegat hic Alex. concordant & alia plura ut per Ias. hic. Hinc singulariter dixit Angel. in l. i. §. de sum. quod quis dicit semper in aliqua civitate permanisse, si ibi communiter, & plurimum stetit, licet aliquando fuerit foris. Et ibi Angelus sequitur conclusionem Bart. hic & communem de possidete. 249. Limita tamen hanc conclusionem, nisi probatum fuerit, quod aliquo longo tempore fuerit absens, quia tunc testis non saluaretur. Ita Petrus de Anchar. in conf. 291. Et fuit opin. Bal. in prima constitutione C. in fine princip. Ita refert & sequitur hic Ias. & erit longum tempus, puta decem annorum secundum Dec. hic, vel arbitrio iudicis, ita Fel. vbi §. in dicto proem. Decret.

Ista limitatio non videtur tuta præsupponendo terminos Bart. qui dicit, quod probatur, quod de fructibus fuerat ei responsum, Nam ex eo testis saluaretur. Ita dicit hic Parpal. Ego aliter dico, quod ista limitatio non sit vera, sed non quod probetur, ut iste dicit, sed dico, quod istud potest considerari, & potuisse esse in mente testis. Nam ex eo, saluatur a falso, & ista videtur intentio Bartol. licet enim probetur, quod fuerit absens per longum tempus, tamen istud necessario non concludit, cum non possedit, se etiam illo tempore, quia poterat ei vel suis procuratoribus de fructibus singulis annis responderi. Et sic ista dubia probatio ad conuincendum testem de falso non releuat. non hoc C. vnde legi. & cl. in presentia. de probatione. Cogita.

251 Denum notabis unum, quia quod dictio, semper, secundum Ias. hic, importat generalitatem temporis, ut sic exponatur, id est omni tempore, non autem generalitatem casuum ut sic exponatur, id est omni casu, & probat per l. si. C. de testi. in principio, iuncta l. si. C. de iur. & fact. ignor. inducendo, ut per eum.

Tu dic, quod l. fin. C. de iur. & fact. ignor. non loquitur de rusticis, sed de mulieribus, sed forte Ias. sentit arguere de muliere ad sticos, cum quandoque acquiparentur. Poterat Ias. allegare regulas grammaticales, quia semper, dicitur adverbium temporis. Sed in contrarium facit lex nostra declarata, ut supra, quia dicimus omni tempore, & omni casu eorum temporum. vnde consideranda, quod respectu eius, de quo loquimur, si ad plures casus referri potest, tunc semper dicitur importare etiam generalitatem casuum, ut hic. Nam hic non dicit esse dotem precipuam in vno casu particulari, sed generaliter, ergo & c. fecus si id de quo loquimur, non refertur generaliter.

Circa tertiam oppositionem Bartol. quae est ad declarationem gloss. super versiculo vbi que. Dic breuiter primo, quod prima, & tertia expositio gloss. non conueniunt, sed secunda est vera. pro 252 ut etiam Bartol. sentit, & ita omnes sequuntur, cum quod dictio, vbi que, sit adverbium loci, vide Parpal. Secundo aduerte, quia solutio Bartol. non videtur vera. Nam cum in §. & cum lex, in lege vnica. C. de rei vxor. act. & Instit. quibus alien. licet vel non, in principio ponatur, quod lex Iulia ita disponebat, non potest dici, quod ibi referatur opinio vana quorundam, quae non recipiatur. Ita arguunt Imol. & Aret. Vnde Imol. secundo modo respondet, quod illa lex Iulia erat de quadam iuris prudentia, quae erat ante ius Digestorum, quae postea iure Digestorum dicitur sublata, ut probatur in lege nostra. Sed ut dicit Aretin. hoc non conuenit, quia illam legem Iuliam corrigat Imperator ex sua noua prouisione in d. iuribus, ergo prius non erat sublata.

Vnde Aretin. tertio modo respondet, quod ista dictio, vbi que, non est ita præcisa, ut si in aliquo loco contrarium sit non dicatur bene posita, sicut supra dictum est de dictione, semper.

Et sic ex intentione sua verbum ferè, subaudi debet, quod ad vtriuque verbi importantiam Parpal. dubitat de ista solutione, quia secundum eam inducitur correctio istius l. vnde ipse videtur magis inherere solutioni, vel Bartolo vel Imola, ut per eum. Sed dic, quod hoc nihil est, quia si fatemur corrigi legem Iuliam, dicemus etiam, quod ista l. quatenus cum ea concordaret, corrigitur. Sed ex alio quidam alij & melius reprobant Aretin. quia secundum eum hic non poneretur regula generalis locorum, quae in aliquo particulari loco falleret, sed e contra potius, cum lex Iulia tantum in Italia haberet locum, & plura, & ampliora loca sunt extra Italiam, &c. Vnde quarto modo ipse responderet quod hic text. intelligitur realiter, & vbi que locorum, respectu aliorum privilegiorum, quia iste text. non loquitur solum de privilegio interdictæ alienationis, sed generaliter de omnibus. Sed ex hoc non videtur tolli difficultas, quia licet loquatur iste textus de omnibus privilegijs, tamen verba sua ad quodlibet privilegium in sui significatione referri debent.

Igitur breuiter considera, quia primo dici potest, quod hic Iuriscōsultus non habuit respectum ad aliquod particulare privilegium, quod alias doti reperitur concessum, sed tantum videtur voluisse ponere vnum generale privilegium, videlicet, quod causa dotis semper

& vbiq; debet esse præcipua quod intelligitur in dubio, prout diximus in primo, & secundo notabili. Non autem voluit tex. loqui, qñ in aliquo reperiat expressa decisio, vel pro dote vel 3 dote. Et istud generale priuilegiū vbiq; locū habebit, & habet.

Nec contrarium probatur ex illa lege Iulia, quia ex regula cōmuni maritus poterat alienare res dotales, & illa lex voluit tantum prohibere alienationem Italici soli, ex quo nihil inducitur contra generalitatem l. nostræ. Et istud credo verum, super quo tamen cogita. Vel secundò dici potest (si vis referre legem nostram ad omnia priuilegia, & sic etiam ad prohibitionem alienationis) quod hic tex. loquitur ex intentione noui iuris, quod in compilatione præceperat, vt alias ego dixi in l. 1. infra de leg. 1. & de alijs legibus sepe. Prima magis placet.

Sequitur glo. super verbo, Nam & Reipublicæ, &c. quam diuido in quatuor partes, secunda ibi. Item nota, quòd ratio, &c. Tertia ibi. Item nota interest, &c. quarta ibi. Et sic aliàs est &c. Et ista vltima posset subdiuidi in plures, vt per te cognosces. Circa istam gl. Bar. format quartam & quintam oppositionē. Quarta respicit secundam partem gl. Quinta vero respicit tertiā partem.

Capiendo igitur quartam opp. Bar. in qua altius repetit materiam publicæ utilitatis, ex dictis per eum facias septem conclusiones. Prima sit qd diuitiæ fiscales, & publicæ dicuntur pertinere ad publicā utilitatē simpliciter, iuxta l. utilitas. C. d. primil. lib. 1. 2. Illæ. n. afferunt utilitatē respectu vniuersi, cum per eas publice necessitati provideatur. Nam secundum Arist. quinto Ethic. 254 co. vt refert Socin. qd pecunia dicitur fideiussor futuræ necessitatis. Item etiam mediante pecunia, Respublica a sibi aduersariis defenditur. Sed eiusmodi diuitiæ non dicuntur afferre utilitatem in particulari secundum Bar. illud enim quod spectat ad Republicam non respicit particularium hominum utilitatem.

Sed 3 Baro. in hoc facit secundū Soc. quia videtur, qd immo 255 possit afferre utilitatem etiam in particulari. Nam si Respublica indigeat, oportebit particulares homines collectis grauare, iuxta notata in l. 2. §. quod si nemo s. quod cuiusque vniuersi. nom. a quibus collectis non grauatur, si camera fiscalis sit diues: ergo sequitur, quòd ex publicis diuitijs etiā particulares sentiunt utilitatem. Præterea etiam si particulares indigeant, ex publicis diuitijs eis est succurrendum, vt Philosophus ait in quarto Ethicorū, & refert Socin. Sed breuiter responderi potest, qd doctrina Barto. intelligitur quo ad simplicem considerationem istius camere fiscalis, & non considerato aliquo extrinseco, sed tantum illo attento, ad quod per se vñ ordinari, & sic sine aliqua adiectione causæ, prout dixit Barto. de diuitijs particulariū in quarta utilitate. Et istud de intentione Soc. j. in quarta utilitate, dñ per ea, quæ ibi dicit, vult qd colligatur solutio ad prædictam obiectionem.

256 Secunda sit conclusio, qd si mulieres esse dotatas, & eis dotes conferuari respicit publicā utilitatem tantum secundario, principaliter vero dicitur respicere priuatam utilitatem ipsarum mulierum. Nam qd vtile sit, & principaliter ipsis mulieribus, satis est exploratum. Quod autem etiam publicè sit vtile secundario, constat, quia ista utilitas est apta nata afferre utilitatem respectu vniuersi: quia in primis poterit nasci homines, quod plurimum est vtile Reipublice. l. nostra & l. cum ratio, de bon. damnat. cum similibus. Præterea etiam ex talibus hominibus poterunt aliqui fieri sacerdotes, & magistratus, & vt dicit Barto. Papa, vel Imperator, ex quo resularet in consequentiam prima utilitas publica considerata hic per Bar.

Sed contra istam cōclusionem Barto. facit, quia videtur, qd immo fauor doti sit datus principaliter propter publicam utilitatē, quia illa est, quæ finaliter consideratur, & alias illud quod est vltimum in executione, dñ primum in intentione, vt per Socin. hic Sed responderi potest secundum Soc. duobus modis. Primo, qd immo principaliter mulierum utilitas consideratur, & secunda 257 rio publica, attento ordine nature. nam sic dicimus, qd licet iniuria illata filiofamilias, vel vxori, etiam patri vel marito dicat illata. l. 1. in fin. j. de iniur. tñ attento ordine nature, prius dñ illata filio, & vxori: patri vero vel marito dñ illata secundario, vt per Bart. in 1. consti. C. in 2. col. Sed ista solutio nō tollit difficultatē, quia obiectio non respicit ordinem nature, sed tantum, qd in mente disponentis residet, vt scilicet quicquid naturaliter præcedat, illud principaliter dicatur esse in intentione, quod erat vltimū in executione, & effectū, & semper illud solet considerari, quod principaliter in intentione disponentis consideratur, & ad quem finem principaliter disponat iuxta ea, quæ tradunt Doctores maxime Ias. in l. qui exceptionem, supra de condi. indeb.

Vel secundo modo responderi potest Soc. considerando principalitatem ordine intellectus. Nam aliquando, & primo interesse publicum, & priuatum consistit in aliquo commodo non pecuniario neque estimabili, & tunc si dispositio æquē principaliter respiciat vtrunque, non dicitur continere magis publicam utilitatem, quàm priuatam, &c. Puta, qd ciues dissentientes cogantur ad concordiam. Nam & ipsorum utilitas cōtinetur. Item & Reipublicæ, ne scilicet ex discordia lædatur, iuxta l. si quis in genua.

S. in ciuibus, j. de capt. & postlimi. reuer. Et ita pcedat dictū Bar. i. d. prima qñ. C. & in l. ambitiosa, ppe si. j. de decretis ab ord. fac.

Aliquando, & secundo dispositio respicit vtrunque interesse pecuniariū, sed tantū fundatur sub publica utilitate, & tunc verū est, qd dispositio dñ respicere principaliter publicā utilitatē. Puta, lex prohibet retineri colonos vendito fundo, cui erant ascripti. l. 2. C. de agricol. & celi. lib. 1. 1. Et ita vñ velle Bar. l. 1. si qs pro eo. 2. col. j. de fideiuss. dum loquitur de reprobatione contractus ratione publicæ utilitatis, & ita pcedant dicta in argumento.

Aliquando & tertio consideratur vtrunque interesse, sed priuatum pecuniarium, publicum vero nō pecuniarium, nec dispositio fundatur sub publica utilitate, & tunc dicitur principaliter respectu priuatæ utilitatis, publica vero secundario, vt probatur in l. 2. prope finem, vbi Bart. notat infra ad municip. vbi si filius magistratus tutores non dederit, pater non tenetur. Ratio est, quia nihil Reipublicæ interest pupillis dari tutores, quod ad rem pecuniariam attinet. Et ita procedat conclusio Bart. & materia nostra. Nam lex fauens doti respicit vtrunque utilitatem, vt hic, & in l. assiduis. C. qui pot. in pign. habe. vnde cum priuata utilitas sit pecuniaria, dicitur principaliter considerata. Et nota us, quia ista sunt vera quātum ad rem ipsam, videlicet quæ utilitas in se dicitur, quia dicitur principaliter priuata. Item etiā sunt vera quo ad motuum legislatoris, inspiciendo particularia priuilegia dotis. Nam illa concessa sunt principaliter fauore mulieris, & sic priuata respectu: non tamen procedunt respectu priuilegiū generalis, de quo in l. ista, quia dico, qd motuum legislatoris fuit principaliter fauor publicus, quia vbi ille fauor non esset, non fuisset concessum priuilegium tam generale, vt vult litera nostra, vt dixi supra in principio.

258 Tertia sit conclusio, quòd si homines abundare diuitijs, licet simpliciter respiciat priuatam utilitatē, & propriè dicatur priuata utilitas, tamen aliquo modo dicitur publica utilitas, ex eo quia affert utilitatem respectu vniuersi: cum iura dicant, & verè, quòd Reipublicæ interest homines & subiectos esse locupletes, vt in iuribus allegatis per Barto. pro quo est etiam tex. in l. j. §. pen. C. de cadu. tol. ibi, Nostrū esse proprium subiectorum commodū imperialiter existimantes. Et qd publicè intersit, & afferatur vtilitas respectu vniuersi satis constare potest ex l. j. §. quod si nemo, supra quod cuiusque vniuersi. no. iuncta glo. super ver. Proconful. in fine. Et ista de plano procedunt. Dixit etiam Barto. quòd ista utilitas nō dicitur apta nata afferre utilitatem in quolibet particulari vniuersaliter.

Contra quod secundum Imol. & Ale. faciunt notata in d. §. si nemo, vt per eos. Sed breuiter ex intentione Soc. dicas, quòd illo casu affertur utilitas respectu particularium collectiue non distributiue: quod nil aliud est, quàm dicere quòd afferunt vtilitatem respectu vniuersi, prout dicit Barto. Ex eo enim qd ex diuitijs & bonis hominum inducitur aliqua publica utilitas, vel in erectione furcarum, vt dicit Alex. vel in aliquo simili, quilibet in communi tamen, & vniuersaliter dicitur percipere aliquid utilitatis, non tamen quilibet particularis per se & distinctè percipit utilitatem de bonis alicuius. Et ad hæc reducuntur dicta Soc. licet videantur obscura, & sunt omnia ex intentione Bar.

259 Quarta sit conclusio, qd si publica utilitatis consistens in sacris, sacerdotibus, & magistratibus, omnibus præfertur, & sic etiam p iudicat doti. Et hinc inferri potest, quòd si contenderetur de præcedentia temporis, mulier ex causâ dotis, & Episcopus pro ecclesia cōstruenda, censebitur prior causâ ecclesiæ, cum in ea cōsistat ista publica utilitas, quæ etiam doti præfertur, quod nota, quia ad alias poteris inferre.

260 Quinta conclusio est, quòd si fiscus in causâ sua pecuniaria, & dos pro regula pari passu ambulant per l. 2. cum glo. C. de priuile. fil. Ista conclusio fuit discussa supra in secundo no. Et ibi diximus posse teneri istam conclusionem cum limitatione tamen Sali. in d. l. 2. videlicet nisi alter reperiat in possessione. Diximus etiam, quod tutior erat opinio Socin. in primo no. in si. post Bald. in l. dotis. C. de iur. dot. videlicet causam dotis in dubio fisco præferri, tanquam magis priuilegiatam, vt ibi videre potes. Ex eo etiā quia causâ dotis dicitur communiter omnibus prodesse, auth. res que. C. communia de lega. & aliàs fiscus cedit his que communiter profunt. l. prima. §. penul. C. de cadu. tol. ad ibi dicta me remitto. Et istud tenendo ad d. l. 2. responderi potest, quòd l. ibi talis prælatio in dubio non probatur, sed tantum ibi dicitur, quòd in re clara prior in tempore, potior in iure. Ex quo nō potest argui, quòd in dubio pari passu debeant ambulare, vt est notum. Et in d. secundo notabili etiam fuit discussus intellectus l. non puto, infra de iur. fil. Et tādē omnia declarata fuerunt p nos post Alex. Soc. & Bulg. ibi, ad quæ me remitto. Quæ Ias. hic satis imperfectè tangit, licet ipse dicat, quòd a nemine declaratur.

261 Sexta conclusio erit, qd si causâ primipilaris præferatur causæ dotis vt l. satis. C. i. q. b. ca. pig. vel hypothec. cōtrahā. & probatur in l. vtilius. C. de primil. lib. 1. 2. Et hoc necdum procedit, si sumus in dubio, verū etiā in re clara, hoc est, licet mulier pcedat in tempore

D. Maria. Soc. Iun. in l. i.

Ista est de intentione Doctorum simpliciter loquentium. Ego cogitabam ex pietate, & favore dotis hoc fortasse non procedere, sed debere intelligi, quia mulier nupit tempore, quo quis erat in administratione, ea ratione, quia tunc mulieri videtur quid imputandum, videtur enim consentire viro, & omnibus qualitibus eius, argumento l. plenam. §. equitatis, de viis, & habitis. Et ita videtur loqui tex. in d. l. satis, dum dicit, que nupta sit his, qui primipilli sarcinam lubent, &c. Sed si mulier prius det dote ei, qui primipilaris non erat, & sic bona viri ei sunt tacite obligata, licet vir postea efficiat primipilaris, non videtur, quod mulieri debeat preiudicare, cum nihil sit, quod ei possit imputari. Nec dicas, quod secundum hoc nullum esset speciale in primipilo, quia immo est speciale, quia tacita hypotheca mulieris posterior ei non preferitur, contra dispositionem l. assiduis. C. qui pot. in pignor. habe. cogita super hoc, quia est noni dictum maxima equitate fundatum, non tamen audeo illud affirmare.

262 Septima, & ultima conclusio Bar. est, quod si causa, & utilitas fisci in iure quaesito praefertur causae, & utilitati priuatorum, quod intelligitur in dubio. Nam alius priuatus prior in tempore, potior est in iure, etiam si cum fisco contendat. l. si fundum. C. qui dot. in pignor. habeantur. Sed ista conclusio videtur in l. non puto, infra de iur. fit. & quod per illum tex. dixit ibi Bar. sed breuiter circa hoc dicitur dixi supra in secundo not. bili, ubi diximus posse teneri, quod in pari causa, pari passu ambulant. Et fiscus ubi de particulari privilegio non constat, habetur pro priuato, vel etiam, quod fiscus praefertur, ut vult hic Bart. & ad d. l. non puto, respondimus. Caetera circa istam quartam opp. dic. ut per Bart. & alios. Circa quintam oppositionem, dic. ut per Bar. cum quo transeunt omnes.

In glo. sup. versiculo Ad fobolē, in si. adde l. si. C. ad Velleia. ibi, 263 Et sic a viro forsitan repelli. Dic tamen, quod si sine conventionione dotis fuerit contractum matrimonium, maritus non potest expellere uxorem eo praetextu, quod dotem non dedit, ut l. fin. C. de repud. Et si repellat, tenetur dare ei quartam partem suae substantiae, ut in §. si quis, in Auth. de nupt. col. 4. allegato in gl. sed si dos fuerit ab initio promissa, & non soluaatur, aliud est, de quo vide per Bal. in d. l. si. C. ad velleia. & in l. pro oneribus. C. de iure dot. & in l. de diuisione, infra eo. Circa glo. sequentes, & sextam opp. Bart. dic. ut in eis. Et pro glo. in ver. ciuitatem, in prin. dic. facere tex. in §. sed quoties, Insti. de iu. nat.

Venio nunc ad quaestiones Bart. Et ex dictis per eum in prima 264 quaestione collige, quod si dos dicitur profectitia, vel aduēticia etiam apud mulierem sui iuris, licet secus sit in nomine peculij aduēticij, vel profecticij. Et sic stat conclusio, quod dotē profectitiam non facit ius potestatis, sed parentis nomen, ut l. profectitia. §. pen. §. de iure dot. Hoc tamen intelligas, capiendum dotē profectitiam largo modo, sed si strictē capiatur, tunc solum importat dotē filiae fam. a praefectam, cuius actio est communis patris, & filiae, ut l. 2. §. quod si in patris, infra eo. Non autem si fuerit emancipata: quia tunc dotis actio non dicitur communis, ut ibi notatur. Ita declarat singulariter Bal. in l. aua. 2. col. C. de iure dot. & videtur sequi Parpal. hic. Et ex hoc inferitur, ita gl. primam declarando, quod ex ea potest notari, quod eadem verba ad plures personas relata, possunt diuerso modo intelligi secundum qualitatem personarum. Facit quod notat in l. 2. supra de offic. proconf. & lega. Ita Fulg. hic ut supra declarans glo. primam, licet de Bal. mentionem non faciat.

Sed mihi ista non satisfaciunt, sed dico, quod hoc nomen, Dos profectitia, ita proprie datur in emancipata, sicut in existenti in potestate, quia prout dicit hic Bar. (quicquid de peculio datur) in iure dos profectitia efficitur, non a iure patriae potestatis, sed a nomine parentis, ut d. §. pen. & notatur in d. l. aua. nec discurrendo omnia iura contrarium reperies. Nec obstat d. §. quod si in patris, cum ibi notatis, quia dicat ibi gl. quicquid velit, dico, quod ille tex. nihil obstat. Nam ad hoc, ut actio sit communis, requiruntur duo copulatiue scilicet quod dos a patre proficiscatur, & quod filia sit in potestate patris, alias alterum illorum non sufficeret. Ex quibus verbis non potest inferri, quod dos profectitia dicatur proprie, si filia fam. detur, sed potius contrarium. Nam cum praesupponit alterum sine altero esse posse, innuit quod dabitur profectitia sine patria potestate, & sic ille tex. videtur retorqueri in contrarium.

Circa secundam quaestionem Bart. quae est ad declarationem glo. super verb. ciuitatem, in si. dic. ut per Parpal. hic, qui addit plurima ad propositum.

265 Ex dictis Bar. in tertia quaestione ponas secundum eum conclusionem, quod si mulier licet sit nupta, gaudet in dote sua omnibus privilegijs. Nam, si privilegia dantur filijs, matre iam mortua, ubi nulla spes est matrimonij. l. assiduis. §. exceptis. C. qui pot. in pig. hab. multo magis competent ipsi mulieri iam nuptae. Ita arguit Bart. in l. nupta. in prin. infra eo. & cum Barto. transeunt communiter Doctores, & ibi & hic. ut per Ale. 3. col. Et huius conclusionis ratio est, quia licet iam sit nupta, expedit tamen ei ne a viro expellatur, vel male tractetur, quod quandoque contingit, si dotem vir non haberet, & eam de facili posset non habere, si mulier privilegio uti non posset, puta si essent anteriores creditores. Addit Parpal. aliam rationem, quia si aliud esset, vir fraudaretur sub spe

& auctoritate legis, contra l. i. C. de his qui ven. etat. impetr. Et subdit, quod hanc rationem ponit Bulgar. Sed dic primo, quod Bulgar. ista non ponit, sed bene dicit, quod est optimum, ut etiam nupta habeat privilegium, quia sic liberius viri viduas accipient, ut per eum. Secundo dic, quod nec ratio in se videtur bona, quia si ita de iure esset, quod mulier nubendo perderet privilegia dotis, vir qui ea acciperet, non posset dici fraudulenter, auctoritate legis, nec de lege coqueri posset, quia eo pro vero in iure posito, vir illud sciret, 266 vel scire, praesumeret. Capio quartam quaestionem Bar. quod quam facit de muliere sterili ex cuius dictis collige tres conclusiones.

Prima sit, quod ubi plures rationes in aliqua decisione allegantur, semper procedit dispositio, licet una tantum ratio remaneat, ut probat in iuribus, & glo. allegatis per Bart. Pro quo ultra Doctores adde tex. optimum in l. Seruus si haeredi. in prin. infra de statulib. ibi, duae sunt enim causae, &c. Et ibi sentit glo. super verbo demonstratus. Secunda conclusio est, quod si plures sunt causae propter quas dotibus, vel mulieribus in causa dotis data sunt privilegia, ut partus periculum, labor in liberorum educatione, item & obedientia maritis praestita, ut probatur in d. l. assiduis. C. qui potior. in pig. hab. Item & interesse Reipublice ut hic. Et nota, quia secundum Doctores ex his causis principaliter dicuntur considerate rationes respicientes priuatum interesse mulierum, & non fauor publicus, sed bene secundario. Ex quo multum fin 267 gulariter inferitur, quod si mulier cum iuramento suis privilegijs renunciare potest, ut est tex. in c. cum contingat, de iureiur. & in c. licet mulieres, eo. titu. lib. 6. Hoc autem non admitteretur, si principaliter fuisset consideratus fauor publicus, argumento c. si diligenti, de for. compete. & ita tenent omnes, ut dixi in prin. l. Hoc autem ego limitarem, prout alias ego dixi supra, nisi ageremus de generali privilegio l. nostrae. Quoniam in eo concedendo videtur principaliter consideratus fauor publicus, merito ergo ei renunciari non poterit, etiam cum iuramento ut saepe dixi.

Tertia sit conclusio (quam Bar. principaliter intendit ponere) 269 quod si mulier, etiam si sit sterilis debet habere privilegia dotis. Cum Bar. transeunt communiter Doctores & hic & alibi ut per Alex. Iaf. & alios, & dicit Bal. in d. l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. ibi post medium in versu. siue ab initio non habuit, &c. est melior tex. de iure, prout etiam Ale. & Iaf. referunt, & sequi videntur. Sed dicit Soc. & bene, quod immo nihil probat, quia non sequitur, filios aliquos nunquam habuit, ergo est sterilis, cum illud aliunde possit provenire, ut per eum.

Limitatur ista conclusio secundum Petr. ut non procedat quae do mulier esset sterilis per accidens, quia tunc non habebit privilegia, mouetur per l. sed est quaesitum, infra de libe. & posthu. ibi, sed si castratus sit &c. sed Bar. in l. si quis posthumos, infra de lib. & posthu. & Ray. hic limitant istam conclusionem per contrarium, ut scilicet illa procedat, quando mulier sit sterilis ex accidenti, secus quando esset sterilis a natura. Nam tunc propter naturae impedimentum non diceretur gaudere privilegijs dotis. Et mouetur primo per d. l. si quis posthumos, ibi quod natura magis generandi &c. Praeterea & secundo facit, quia semper impedimenta naturalia praefertuntur & magis attenduntur, quam accidentalia, ut l. qui habet, infra de tutel. Et ita tenetur communiter. Nec obstat d. l. sed est quaesitum, allegata per Pet. quia ille tex. probat totum contrarium secundum Doctores. Nam cum dicat, Castratos non posse instituere posthumum, loquitur de impedimento a natura. Dum autem illud permittit Spadonibus, loquitur de impedimento accidentalium. Nam si Castratus dicitur quasi castratus, spado cui spata & gladio virilia incisa sunt, ut voluit gloss. communiter approbata in §. in pluribus, Insti. de adoptio. & in d. l. sed est quaesitum, in ver. non puta, in si. ubi similiter communiter approbatur. Vnde secundum Alberi. de Rosa. ibi sunt versus.

Castratos natura facit, violenta Spadones efficit improbitas, &c. 271 Et istis sic statibus si voluit Doctores, impeditos a natura non posse contrahere matrimonium, ut est Castratus, & ita intelligit l. si serua. §. si spadoni, supra de iu. dot. ubi gl. idem dicit. Item non posse adoptare, ut d. §. in plurimis. Item etiam nec posthumum heredem instituere, ut d. l. sed est quaesitum. Omnia autem praedicta fieri possunt per eos, qui ex accidenti impediuntur, puta si cui ab scindantur virilia, prout est spado secundum Doctores. Ista communis declaratio nunquam mihi placuit, & vsq; dum eram scho-laris contra eam disputavi, & dico in primis, quod spado dicitur nomen generale ad omnes inhabiles ad generandum. l. Spadonum, infra de verb. signi. & ita capitur in d. l. si serua. §. si spadoni. Non ergo proprie significat tantum eum cui spata inciduntur virilia, sed etiam eum, qui inhabilis nascitur. Sic etiam in genere capitur in l. 4. §. 2. infra ad l. Corn. de ficar.

Secundo dico, quod capitur aliquando spado in specie, & tunc ponitur ad differentiam castrati, ut d. l. sed est quaesitum, & d. §. in plurimis, est ergo nomen generis & speciei. Tertio dic, quod castratus non dicitur castratus, sed ille, qui castratur, & sic qui ex accidenti efficitur inhabilis, ut probatur in l. si serua. §. si quis & si puerum, supra ad l. Aquil. quem allegat Soc. ibi, Si puerum quis

quis castraverit, concordat l. 3. §. qui hominem, j. ad l. Corn. de si car. ibi, qui hominem castraverit, & in l. legem, §. si. eo. tit. ibi nemo enim liberum, &c. castrare debet, & in l. seque. ibi, hi qui castrat, &c. & in l. adiles, la. 1. §. fed. n. (supra de edil. edi. Ex quo sequitur, qd si spado in specie ponitur ad differentiam castrati, vt dixi, qd importat eum cui non euidenter apparet defectus generandi, licet tamen re ipsa non generat. Et ita communiter creditur ad generandum inhabilis. His sic declaratis, dico qd castratus nec matrimonium contrahit, nec adoptat, nec etiam posthumum potest instituire, non quidem, quia vt casu natus habeat impedimentum naturale, sed ex eo, quia in eo euidenter apparet inhabilitas generandi, licet ex accidenti prouenerit. Et ita procedat d. §. si spadoni. d. §. in plurimis, & d. l. sed est. quæsitum, & hoc modo potest saluari limitatio Pet. quam §. retuli, licet ab omnibus reprobetur, & si ita sensit (prout credo) melius iura inspexit, qd fecerint alij. Spadones vero qui, s. ex natura credantur inhabiles, (non tamen hoc euidenter & necessario constat) possunt omnia prædicta facere vt in iuribus prædictis. Et idem est si ex accidenti temporale vitium aliquod appareat, vel ex aduersa valetudine vel propter aetatem. Nam & isti possunt omnia facere, vt d. l. si qs posthumos, & ratio est, vt ibi dicitur, quia natura, & consuetudo in homine generandi inspicit debet. Hæc de viris procedunt, & tunc si sumus in casu, in quo matrimonium non prohibeat, res clara est, qd mulier habeat in dote priuilegia. Sed si matrimonium cum viro illo non ualere ex apparetu inhabilitate eius potest dubitari, quia, cum non sit matrimonium, non est dos, sic videtur qd non sit locus priuilegio. Famen Soc. hic concludit, qd etiam tunc mulier habeat priuilegia, quia licet matrimonium non teneat, mulier tamen suis priuilegijs non priuatur. l. si cum dote. §. si. j. eo.

Huic opinioni videtur refragari d. §. si spadoni, dum dicitur, qd si non est matrimonium, nec dos dicitur. Si enim dos non est, non videtur, qd possit dote priuilegia dari, quia non entis nulla est qualitas, sed tuendo opinionem Soc. respondeas, quod verum est, qd non est propriè dos, sed dicitur quasi dos, & ita erant quasi priuilegia, prout vult tex. in d. §. si. ibi, quasi priuilegium, & ibi gl. declarat. Hoc tamen intellige si mulier in qualitate mariti erraret, quia, si credebat eum virum, & habebat ad matrimonium, prout in simili loquitur d. §. si. si. secus forte esset, si ab initio mulier sciret virum inhabilem, & sic matrimonium nullum, quia tunc sibi imputet, quod cum tali contraxit, immo poena uideatur digna. Hæc (vt dixi) procedunt, si impedimentum sit ex parte mariti.

Si autem sit ex parte mulierum, prout propriè loquitur Bart. idem arbitrio omnino dicendum in pertinentibus, ad eam, videlicet an possit contrahere matrimonium, vt scilicet distinguatur an euidenter appareat, eam non posse generare, & tunc sit matrimonium nullum. Et licet difficile sit hoc dignoscere (loquimur, posito, qd hoc constet) siue illud eueniat ex accidenti, siue a natura & erit exemplum, si tam arcta appareat, vt mulier fieri non possit, vt dicitur in l. quæritur. §. mulierem, §. de adilit. edict. vel si forte priuata fuerit matrice, vel receptaculo filiorum, si dari possit. Et cum istis casibus matrimonium non sit, nec dos, nec etiã subit causa, propter quam dentur priuilegia, mulier ista nõ habebit priuilegia dotis.

Si verò verum & euidentis impedimentum non appareat, sed creditur inhabilis, quia nunquam genuit, vel ex aliquo morbo, vel quacunque causa, & tunc inspecta natura generali, & consuetudine mulierum poterit qd heret matrimonium, & per cõsequens erit dos, & habebit priuilegia dotis. Et ex his constat, nec limitacionem Petri, nec etiam Bar. simpliciter procedere, sed limitatio debet poni, vt conclusio Bar. procedat, nisi euidenter apparuerit vera & clara inhabilitas generandi, siue a natura, siue ex accidenti, quia tunc non habebit priuilegia, vt ex prædictis constat.

Ex vltima quaestione Bar. de fabro malleante, collige quatuor 272 conclusiones. Prima sit, qd an doctor fabrum malleantem repellere possit? totum pendet ex arbitrio iudicis, qui attetis qualitatibus diuersis & varijs circumstantijs, prout ei iustius videbitur iudicare debet, & sic variè ex personis causisque constituet, vt in simili dicitur in c. r. §. i. hic finitur lex, deinde inncip. consu. & in dubio debet iudicare pro Doctore qd Fabrum, & hoc est quod in effectu voluit Bart. cum quo ceteri transeunt. Et procedit ista conclusio non solum, si Faber mallearet propè scholas, vbi doctor legit, vel docet, de quo non videtur dubitandum, sed etiam si propè domum Doctoris, ita qd impediatur ipsum studere. Et ratio est, quia licet tunc non sit in actu docendi, tamè dicitur esse in præparatione lectionis, & nisi commode & sine molestia studere possit, nõ posset postea docere, & sic impediretur publica vtilitas considerata per Bar. Et hac ratione attempta, potest fortè dici, quod non procedit hoc in doctore non legente, ex quo ab eo talis publica vtilitas non consideratur prouenire, circa quod aduertet, quia si intelligimus de his, qui non legunt, nec aliquid faciunt, quod pertineat ad Doctorem, quia etiam non aduocant,

non consulunt, nec iudicant, & quod plus est, super libris eorũ digito scribi possent. seu qui libros vendiderat, qui vt verũ fatear, non Doctores, sed Doctorelli, seu potius doctorati tantum dici debent, prout multos noui, & absolute credo prædicta non procedere, quoniam isti cum totaliter sint inutiles, non gaudent priuilegijs Doctorum, vt plene tradit Bulg. in auth. habita. in pluribus locis, maxime colum. 24. C. ne fili. pro pat. vbi plus dicit, qd istis Doctorellis, licet senes sint, Doctores iuniores periti preponendi sunt, immo scholares docti & eruditi. Si verò iste Doctor non legens, alia facit pertinentia ad Doctores, ex quibus publica vtilitas oriatur, & tunc idem erit, quod in legentibus, vt per Imol. & Claud. & tandem concluditur, quod iudex ex officio suo omnia considerare debet, & prout dicit Bartol. ex varijs circumstantijs iudicare.

274. Secunda sit conclusio, qd si similiter spectat ad officium iudicis tollere & remouere impedimẽtum, quod inter duas scholas vicinas sepe contingit, vt in l. 1. allegata hic in gl. nam cuiuslibet assignari debet locus vt ibi dicitur. Idem tenent Bal. & Ange. in d. l. 1. C. de stud. liber. & fuit opinio Spec. in titulo de ferijs. §. sequitur, & communiter sequuntur Doctores, vt per Alex. & Moderniores hic.

275. Et hinc inferitur, qd si essent duo Doctores, qui haberet came- ras vicinas, & se impedirent, puta, quia vnus alta voce legeret, similiter ad iudicis officium pertinet eos iudicare. Et licet Alex. dicat simpliciter iudicandum qd legentem, & studentem alta voce, videlicet vt compellatur tacere, uel inde recedere, prout etiam voluit Spec. titulo de iud. §. 2. ver. Hoc etiam nota, & Ant. de Butr. in procem. Decret. Et idem dicere videatur nouissimi, tamen mihi magis placet, qd hoc totum arbitrio iudicis committatur. Possunt enim adesse circumstantie aliqua, propter quas pro alta voce studente esset iudicandum. Pone qd ibi diutius commo- ratus sit, & alter nouiter venerit, vel etiam, qd ille alibi comode studere nõ posset, alter sic, vel et si qualitas personæ esset longe fauorabilior, vel qd simile, ita vt alius iudicis inclinẽt in fauore eius, certe nõ credo qd eũ iudicandũ, ergo iudicis arbitrio committatur.

276. Tertia sit conclusio, qd si qd dicta sunt de Doctoribus procedunt et fauore scholarium, si propè domum illorum extet faber malleans, vt. expelli possit, si iudicis arbitrio videatur, cum Bar. tran sit cõis opinio, vt per Alex. Soci. & Iaf. Imo. tamen hic qd dixit volens qd immo priuilegium istud processum Doctoribus legentibus, nõ procedit in scholaribus, & mouetur ratione, & lege. Ratio. n. est secundum eum, quia per studium & exercitiũ scholaris nõ resultat publica vtilitas, sicut per exercitiũ Doctoris, qui alios docet, qd non facit scholaris. Itẽ & secũdò pro hoc allegat l. 2. in fi. C. de excus. artifi. lib. 10. & ibi gl. notabilis. Et tuẽdò hoc qd Bar. nõ obstat l. legatis seruis. §. ornaticibus, j. de leg. 3. in quo se fundat Bar. quia loquitur simpliciter fauore vltimæ voluntatis, in qua fieri dẽt plenior interpretatio. l. in testamẽtis, j. de reg. iij.

Sed Alex. Soc. & Iaf. & alij cõiter tuentur Bar. Pro quo primò dicunt esse casum in d. l. 1. C. de stud. lib. &c. vbi text. qui tẽdit ad strepitum remouendum, ita considerat circa scholares, ut addiscere possint, sicut circa Doctores, ut possint docere, & per cõsequens in hoc par fauor impenditur, ergo, &c.

Secundò facit ille tex. a fortiori, quia si ibi strepitus scholarium inuicem remoueri debet, vt quietè addiscere possint, fortius debet remoueri faber.

Præterea & tertio pro hoc facit, quia in effectu cõsideratur eadem publica vtilitas, quia scholaris studens fiet Doctor, & leger & sic alios docebit, & etiam fieri poterit magistratus, Episcopus, vel Papa, uel quid simile, ut propriè considerat hic Bart.

Et per hoc patet non obstat rationem Imolæ, quia licet per studium scholaris non oriatur eadem utilitas, que per studium Doctoris legentis de presenti, satis tamen est, qd de futuro speratur, & ea ratione eis fauor impenditur. Allegant hic Soc. & Iaf. alia plura pro ista opinione, quæ per te uideas.

Non obstat modo d. l. 2. de excus. artifi. Nam respondet Soc. duobus modis. Primò, qd ibi non est par ratio in scholare, que in magistro, uoluit fortè dicere prout in sua solutione dixit Iaf. qd immunitas, de qua ibi, conceditur ratione doctrinæ, & peritiæ in exercitijs, de quibus ibi, quæ in scholare non reperitur, ergo &c. Et ex hoc tollitur, quod dicit Bar. in l. 1. §. nec Castrense, j. de col. lat. bon. Sed ista responsio non vñ tuta, quia potius uñ, qd immunitas detur ratione occupationis, & studij, ad quod illi cõpelluntur. Quod etiam in scholare consideratur, & ita tex. hoc uidetur exprimere ibi, in par studium docendi atque discendi compellimus. Vnde secundo modo rñder Soc. qd ibi illa immunitas est qd publicam utilitatem, meritò concessa magistris, non datur discipulis. Sed in casu nostro est ad publicam utilitatẽ, igitur &c. Sed nec ista solutio uidetur tuta, quia immo dñ ob publicam utilitatem inducta, uidelicet, ut ciuitas abundet talibus artificibus, & mercibus, & operibus ab eis faciendis. Et licet ueniat qd unã publicã utilitatem, tñ illa dñ reputata minor. Et maior minori preferretur. n. ibi pro maiore utilitate habet prædictis abudare, ergo &c.

Reperio

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

Reperio, qd Bar. in d. Sornatricibus, tertio modo respondet, videlicet, quod ibi loquimur in privilegijs, in quibus debet fieri stricta interpretatio, & ita videtur respondere Alex. hic quando dicit, qd extra casum nostrum in alia materia credit opinionem Imolæ veriorē, videlicet, qd privilegia concessa Doctoribus nō competāt scolaribus, per notata in procēm. Decreta. Ista solutio potest tolerari. Et tamē plurimum videtur, ob stare, quia videtur qd sit eadem ratio in adficientibus, quæ, in docentibus, videlicet vt suo exercitio studere valeant.

Ego nouiter aliter respondeo, & dico, qd immo facit pro conclusione Bar. & ille tex. probat contrarium eius, ad quod allegatur, & sic, qd immunitatem etiam adficientes habent. tum quia est eadem ratio vt dixi, tum etiam quia verba ita important. Nam cum omnes compulerit ad par studium, subdit, gaudeant itaque immunitatibus &c. Nec obstat, quod ibi sequitur, & suscipiant docendos, qui docere sufficiant. quia fateor, qd scholares non debent docere, sed adficeri, tamen immunitas omnibus cōceditur. Nec illa verba, Qui docere sufficiant, referri debent ad verbum illud gaudeant immunitatibus, sed illud terminatur generaliter scēdum prædicta, super hoc cogitabis, quia mihi videtur verum. Et inuenio quod Bartol. & Ange. ibi in summario suo istud dicunt, dicentes esse notandum pro his, quæ habentur in d. Sornatricibus.

277 Quarta, & vltima conclusio est, qd causa dotis, & causa studij, & debita ex prædictis causis equiparantur. Et ideo ex intentione Bar. si concurrant, potior in tempore, potior est in iure. Et si de prioritate non constat, pari passu ambulabunt. Et hinc inferitur, qd si causa studij cum priuato concurrat, & de prioritate non constat, causa studij præsumitur præcessisse, vt de causa dotis fuit dictum in principio l. & ibi etiam vidistis extendi ad causam studij. Sed contra istam conclusionem, qd immo cause istæ non sint pares, sed favorabilior sit causa dotis, arguitur sic. Causa studij continet publicam vtilitatem, quia est apta nata producere homines sapientes, qui erunt magistratus, Episcopi, &c. vt per Bar. alia vtilitas publica in causa studij non consideratur, sed in causa dotis est ista eadē vtilitas, quia poterunt nasci homines, qui tales fient vt per Bar. s. in quarta opp. in tertia vtilitate, & vltra etiam est alia publica vtilitas, quia replebitur ciuitas liberis hominibus, & sic videtur maior vtilitas in causa dotis, ergo &c.

Sed tuendo Bar. respondet Soci. noster, qd etiam in causa studij reperitur aliquid plus, videlicet quia licet causa dotis sit apta afferre magistratus, sacerdotes, & similes, tamen causa studij dicitur apta afferre optimos, & sapientes magistratus, & ciues Rempublicam propter sapientiam optime administrantes. Illa enim Respublica beata dici potest, quia Sapientes administrant, secūdum Platonē, vt Cicero inquit in epistola ad Quintum Fratrem. Et hoc præsertim procedit respectu iuris prudentum, quorum proprium est Rempublicam gubernare, vt videtur velle Imperator in procēm. Instit. Et vltra sententiam & peritiam, quæ in magistratibus, & similib. consideratur, cōsiderari potest etiam propter sententiam vtilitas publica simpliciter, quia. l. Reipublicæ interest repleti sapientibus hominibus, quorum scientia mundus illuminatur, vt dicitur in auth. habita. C. ne fil. pro patre. Et per consequens sequitur, qd si in causa dotis consideratur vna vtilitas, quæ non est in causa studij, vt. l. ciuitas liberis repleatur. In causa studij dicitur alia, videlicet, vt ciuitas iuris sapientibus abundet, quæ non est in causa dotis. Et per consequens sequendo Bar. & communem concludatur, has duas causas pari passu ambulare. Et ex his ad laudem omnipotentis Dei, eiusque pijsimæ genitricis sit impositus finis huic legi. Anno Domini 1526. In almo Patauino Gymnasio.

Interpretatio in legem Gallus. ff. de Libe. & Posthu.

S V M M A R I V M.

- 1 Heredes sui dicuntur, qui in patria potestate morientis fuerint, & in eius linea proximiores.
- 2 Nepos dicitur suus hæres aucto, licet pater eum præcedat, quando tamen pater fuit ex hæredatus, & nepos institutus, sed contra num. 5.
- 3 Ex hæredatio ad eum potens est, vt faciat filium ex hæredatum haberi pro mortuo.
- 4 Dominium continuatur in hæredes suos.
- 6 Negatiua præposita verbo potest, negat rem absolute, seu omnem potentiam.
- 7 Intellectus ad l. qui aliena. S. interdum, supra de acqui. hære.
- 8 Parentam commune votum est pro filijs thesaurizare, ideoque ipsi in vita patrum dicuntur quasi domini.
- 9 Posthumus dicitur quasi post humum natus, proprie tamen loquendo, capitur etiam & improprie, & nu. 40. & 41.
- 10 Posthumorum quidam sunt sui & ex proprio corpore nati, quidam sui, &

- ex alieno, & c. vide ibi, quia multæ species declarantur.
- 11 Declaratio ad tex. Instit. de honor. post. in princ. & ad S. posthumus, de leg. & ad S. ille casus, hac ead. lege.
 - 12 Galli iuris consulti prouiso quodammodo appellanda sit correctoria l. 12. tab. vel limitatoria, aut Interpretatiua.
 - 13 Tex. in S. Nunc de lege. infra in hac eadem lege, restituitur ad veram lectionem.
 - 14 Declaratio ad S. posthumus, Instit. de lega.
 - 15 Declaratio ad l. pen. infra de leg. 1. & num. 19.
 - 16 Posthumus etiam alienis hodie institui posse receptum est, eisque legari, fallit tamen vt num. seq.
 - 18 Verbum inducere quid importet.
 - 20 Lex nostra intelligitur de posthumo alieno, & non suo, & hac est com. op.
 - 21 Verbum potest, non semper importat liberam voluntatem, seu simplicem potestatem, & num. 28. & 30.
 - 22 Substitutio potest dici institutio, cum ea dicatur secunda, vel conditionalis institutio.
 - 23 Masculinum in dispositione testatoris an concipiat femininum, & numero 50.
 - 24 Dicitio tunc, extremitatem temporis denotat.
 - 25 Factum tempore prohibito, valet, si conferatur in tempus permissum, scilicet e contra.
 - 26 Partus dicitur legitimus, etiam si 10. mense post mortem patris natus fuerit.
 - 27 Prouiso legis nouæ limitatoria legis antiquæ, non trahitur de casu ad casum.
 - 29 Declaratio ad l. penult. ff. de pact.
 - 31 Verbum potest, in vltimis voluntatibus importat necessitatem, si referatur ad personam grauatam.
 - 32 Testamentum virum hodie valeret, si fieret secundum formulam Gallisne aliqua expressa institutione filij.
 - 33 Declaratio ad tex. in l. si quis ita hæres instituitur, infra de hæredibus instituentis.
 - 34 Præteritio filij tunc rumpit testamentum, quando fit per iniuriam, alias minime.
 - 35 Institutio tacita in testamento an sufficiat?
 - 36 Testamentorum vtilitati fauendum est semper.
 - 37 Filij positi in conditione non videntur ex testamento vocati.
 - 38 Hæredum nomina palam esse exprimenda, & proprio testatoris ore, aut eius manu scribenda.
 - 39 Hæredis institutio est de forma substantiali testamenti.
 - 40 Posthumi nepotes, de quibus loquitur Gallus, an possint dici proprie posthumi.
 - 42 Dispositio odiosa debet restringi.
 - 43 Tutoris dario est odiosa.
 - 44 Statuta de posthumis loquentia procedunt tantum in his, qui post mortem nascuntur, non autem viuo parente, licet post testamentum.
 - 45 Statuta semper proprie intelligenda sunt, & regulari debent ab existentia, vel defectu rationis.
 - 46 Continuatio non est necessaria de lege ad legem, nec Rubrica de verbo ad verbum.
 - 47 Prouiso Galli fuit facta solum respectu posthumi nepotis nascituri post mortem auctoris testantis.
 - 48 Dispositio hominis, puta institutio, vel substitutio facta in vnum casum, non trahitur ad alium contingentem.
 - 49 Testator si timore mortis influat nasciturum post mortem suam, & natus est in vita, dicitur tacite institutus.
 - 50 Masculinum an concipiat femininum etiam in materia correctoria, & numero 53.
 - 51 Appellatione nepotis an veniat neptis.
 - 52 Cautela abundans non dicitur vitiosa.
 - 54 Partus legitimus non posse nasci vltra decem menses.
 - 55 Natus post decem menses per vnum, vel duos dies, dicitur legitimus, & est com. opi. vt nu. seq.
 - 56 Standum est semper peritis in arte.
 - 57 Dies mortis computatur in termino decem mensium in nascituro post mortem patris.
 - 58 Generare quis potest, & sic uxorem prægnantem reddere in vltimo die vite sua, intellige tamen vt ibi.
 - 59 Matrimonium potest contrahi in articulo mortis, & filij tunc illegitimi nati legitimantur.
 - 60 Natus secundo die post decem menses, non dicitur præteritus, licet institutio facta sit si intra decem menses nasceretur.
 - 61 Mulier, quæ paulo post mortem viri nupsit secundo, & peperit in nono mense, cuius præsumitur partus.
 - 62 Prouiso Galli non fuit vana, vt longo sermone reiectis aliorum demonstratur.
 - 63 Filius institutus, si viuo patre decedat, testamentum efficitur caducum.

GALLVS. Quanta sit istius legis difficultas tam in se ipsa quam in eius materia, & omnes scribentes attestantur, & re ipsa quisque vestrum intelligit, & clarius in progressu cognoscat. Qua propter ad eam quam diligentissimè aduertendum est, atque summopere insudandum, non enim intelligitur ab his super quorum libris digito scribi poterit, cum ipsa tamen difficultate maximam utilitatem complectitur, propter quam, qui in eius intelligentia laborauerint, tandem se sic laborasse, labantur.

Et ante omnia pro ingressu & intelligentia huius difficillimæ legis, & materiae (diuino numine prius implorato) quaedam præmitto. Et primò, quia sæpe de suis hæredibus fit mentio, præmitte, quod sui hæredes dicuntur, qui in potestate patria mortis fuerint, & in sua linea fuerint defuncto proximiores, vt in §. sui, Inst. de hære. quali. & dif. Et §. sui, cum §. seq. Inst. de hære. que ab intel. defer. Filij ergo qui sunt in potestate, semper sunt patri sui hæredes. Nepotes vero, & deinceps cæteri, tunc demum sunt sui hæredes, quoniam persona, que eos præcedebat de medio fuerit sublata, puta morte, emancipatione, vel alio modo, vt in iuribus prædictis.

Hoc tñ primo intellige, vt debeat esse defuncto proximiores eo tempore, quo defertur hereditas, de qua agit. l. scripto, in prin. j. vnde libe. l. i. §. sciendum j. de suis, & legi. l. si quis filio exheredato, in prin. infra tit. primo. Et in §. cum autem quaeritur, ubi est text. clarus, Inst. de hære. que ab intel. defer. Et ideo si filij interim de medio tollatur, quia moriatur, nepos erit suus hæres auctoris, licet tempore mortis eius non fuisset ei in sua linea proximior, vt iuribus prædictis. Et hoc transit de plano.

Item & secundo intellige, quod & limita regulam supra positam, nisi pater filio exheredato, nepotem ex eo instituat, nam tunc nepos dicitur suus hæres auctoris ex testamento, licet pater eum præcedat. Et dicitur suus contra regulam prædictam, propter voluntatem testatoris. De hoc est text. secundum Doctores in l. qui in aliena. §. interdum, infra de acquir. hæred. Et ita firmat ibi Bartol. & sequuntur alij. Et est commune dictum omnium, quos viderim tñ ibi, quam alibi. Inducitur autem ille text.

Primò, quia si nepos facit patrem eius suam hæredem auctoris, vt verba text. sonant, sequitur, quod & ipse est auctoris suus hæres, aliàs quod in se non haberet, in patrem non transferret. l. nemo plus iuris, infra de regul. iur.

Secundò dum ibi dicitur, quod sit necessarius hæres pater per filium, nepotemque testatoris, nam per idem argumentum, & ipse nepos debet esse necessarius, quo posito, sequitur necessario, quod etiam sit suus, quia necessitas in hærede non requiritur, nisi in seruo, vel in suo hærede, vt Insti. de hære. quali. & diffe. per totum. Ille non est seruus, ergo suus hæres. Et hoc eodem modo inducendo, idem probat l. filius patroni, infra de bon. lib. quam pro concordanti cum d. §. interdum, allegat Crot. in d. §. & quid si factum. Ratio aut huius dicti & limitationis ad regulam prædictam, est, quia per exheredationem factam de filio, dicitur in eo sublata iustas. l. i. §. sciendum, infra de suis, & legi. & bene probatur in d. §. interdum.

Et adeo potens est exheredatio, vt faciat filium exheredatum haberi pro mortuo, vt notatur in §. exheredatos in Auth. de hæred. & falc. & est text. in l. i. §. si pater, et primo, infra de coniung. cum emanc. lib. Ita in effectu voluit Bar. in d. §. interdum. Et tradunt Doctores max. Ias. in l. qui se patris. C. vnde libe. Sed ista ratio non videtur bona, quia secundum eam nepos, etiam non institutus, esset suus hæres, cum etiam tunc filius sit exheredatus, quod nullus diceret, & esset contra l. si quis posthumos. §. i. supra eo. Et l. si quis filio, in prin. infra tit. primo. Doctores tñ hoc dubitant, vt per Crotum, & Fortun. in §. & quid si tantum, in prin. infra ea. Et Crot. dicit se de hac difficultate interrogasse præceptores suos, & nunquam vidi dari bonum responsum. Vnde ipse ibi in secunda col. respondit, dicendo, quod quando filio exheredato instituitur extraneus, exheredatio non sortitur effectum, nisi adeatur hereditas. l. filium. §. sed cum exheredato, infra de bon. poss. contra tab. Nimirum ergo si prius nepos non sit suus hæres, sed ista ratio prout etiam ibi Fortun. dicit videtur vana, quia ea attenda idem esset dicendum, etiam instituto nepote, & sic in casu d. §. interdum, vt. l. nec tunc antequam nepos adierit, per exheredationem non diceretur remota iustas. Quod tamen omnes negant. Et videtur contra d. §. interdum.

Præterea contra rationem Croti facit, quia, si extraneus sit institutus, & adeat, & ita sit remota iustas per exheredationem confirmatam aditione, nepos deberet tunc dici factus suus, & deberet posse rumpere testamentum, vt præteritus. Quod tamen falsum est, & contra d. l. si quis posthumos. §. i. Sed dices tu subtilis defendendo rationes Croti circa primum, quod cum nepos institutus sit, hæres necessarius dicitur immediate per l. sine aditione factus hæres, & d. §. interdum, vt sic non videatur dari medium inter mortem, & aditionem.

Et consequenter illo momento dicitur adita hereditas, & ita confirmata exheredatio, & per eam successiue sublata iustas. Vnde

videtur quod merito tunc nepos institutus, sit suus. Ad secundum vero dici potest, quod suus hæres consideratus, quando hereditas defertur, quo tempore nepos non est suus, cum filius præcedat. Postquam autem extraneus adierit, non videtur amplius consideranda iustas, quia hereditas non dicitur amplius delata, sed adita.

Et præterea, licet exheredatio confirmata subtraheret iustitiam in filio, non tamen videtur sequi, ergo transit in nepotem, cum ipse sit ad eam inhabilis propter præcedentiam filij, qui adhuc viuit, & fuit in potestate tempore mortis, licet sit in eo sublata iustas. Alioquin non video cur nepos, si suus fieret, non posset venire contra testamentum contra text. in d. §. i. Verum quicquid de secundo argumento contra Crotum sit dicendum, quod apparebit ex sequentibus, arbitror, quod primum recte procedat contra eum, & ad subtilem rationem subtilius replicando, dico, quod licet immediate, & momento quodam per l. omnia fieri videantur, tamen ordine intellectus debet precedere aditio, vt sic per eam confirmata exheredatio tollat iustitiam filij, & nepos fiat suus, quod videtur impossibile, quia non prius nepos erit necessarius, quam suus, si necessitatem habet a iustitate, videtur ergo dicendum, quod prius adibit vt extraneus, & sic non potest dici vt suus habere hereditatem. Quare Fortun. in d. §. & quid si tantum, in hac difficultate dicit, veram esse rationem, quia vere post mortem exheredatus non potest dici suus, tñ cum in eum propter exheredationem non continetur dominium, prout est de natura iustitatis l. in suis. supra eo. Et licet ante aditionem non sit in totum sublata, tamen dicitur suspensa iustas, ita vt non operetur effectum continuationis dominij, cum autem nepos fuerit in potestate, & sic habilis ad iustitiam, & eum auctoris instituit, propter voluntatem eius, concurrentibus prædictis, illa continuatio dominij, quia non potest stare in suspensio, adaptatur in eo, licet tempore mortis auctoris eum præcederet, argumeto l. scripto, infra vnde lib. ibi nec dici potest heredem non suum nepotem fore, quia proximum. Ista ratio, quam alias antequam Fortun. viderem, in effectu cogitaueram, tunc satis placuit, & inuenio, quod eam virtualiter ponit Ias. in d. §. interdum, secunda col. in prin. & in d. l. qui se patris, prima col. nunc vero viderem mihi multum dubia, & maxime secundum verba istius doctoris. Nam contra eam facit primò, quia exheredatio non habet effectum ante aditionem, vt est dictum. Et ideo filius ante aditam non videtur remotus a iustitate, & sic successione, & continuatione dominij, saltem vt illa possint nepoti applicari. Postea vero cum per nepotem adita sit hereditas, cessat consideratio iustitatis, quæ non post aditam, sed tempore, quo defertur, consideratur.

Nec dicat continuationem dominij adaptari in nepote, quia non potest stare in suspensio, quoniam dico, quod immo quatenus velimus eam ab exheredato remouere, potest stare in suspensio, puta instituto extraneo. Nam tunc expectabitur eius aditio, vel repudiatio.

Et si dicas immo saltem iuris intellectu seu per fictionem non dicitur stare in suspensio, quia quandoque adeatur hereditas, censetur adita tempore mortis. l. heres quandoque, infra de acquir. hæred. Respondebo (vtra quod regula d. l. non semper procedit, vt ibi per glo. & Doctores) quod licet fiat illud, tamen interim non potest negari quin sit in suspensio, sicut in simili probatur in §. sed si ab hostibus, Insti. quib. mo. ius patr. pot. sol. Secundo contra istam rationem vt per Fortun. ponitur, & secundum verba eius facit, quia dicta sua videntur habere repugnantiam, & in duobus. Nam primò dicit iustitiam non tolli, sed suspensam per exheredationem, quod intelligo respectu effectus, & sic quo ad continuationem dominij. Et postea dicit continuationem non posse stare in suspensio, hæc est prima conditio. Secunda est, quia primo dicit, quod iustas intelligo. l. cum suo effectu, non dicitur a filio sublata ante aditam, & postea dicit quod immediate adaptatur nepoti, ex quo sequitur, quod erat a filio sublata, & non suspensa. Cogita super his, quia sunt subtilia, & fortasse subtilius cogitando aliquid contra eam posset adduci, sed vtra non infisto, quia propositam difficultatē aliter quam faciunt Doctores puto posse resolui. Igitur tñ vt omnis tollatur difficultas, pono tibi conclusionem contra omnes Doctores, videlicet, quod institutus nepos ex filio exheredato non dicitur suus hæres auctoris, quod si probauero, sublata erit omnis disputatio.

Primò ergo hoc probatur, quia ille dicitur suus hæres, qui tempore delatæ hereditatis ex testamento, vel ab intestato reperitur in primo, seu proximiori gradu respectu suæ lineæ, vt supra dictum fuit. Et bene probatur in d. l. scripto, vnde libe. ibi, nec pater cum in hac successione præuenit, sed tempore, quo defertur hereditas ex testamento, filius nepotē præcedit, ergo nepos non potest dici suus hæres. Nec dicatur, quod propter exheredationem non præcedat, quia, vt est dictum, exheredatio non sortitur effectum antequam ex testamento adeatur hereditas. Nec voluntas testatoris, vocando nepotem, operatur circa iustitiam, quia illa non ab eius voluntate, sed ex lege prouenit.

Secundo facit l. i. §. sciendum, de suis, & legi. ibi, quod ita procedit, nam illa verba videntur restringere quod erat dictum, ad casus, per

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

per illa postpos, argumento l. libertas. §. 2. j. de manum. testa. & l. Lucius. §. quæ habebat. j. ad Treb.

6 † Tertio induco tex. in §. ita demum, versiculo, nam si quod tē pus. ibi, suus hæres esse non potest, Inst. de hæredit. quæ ab intē itato defertur. Nam negatiua præposita verbo potest, negat rem absolutè, seu omnem potentiam, vt traditur in c. 1. de reg. iu. lib. 6. & in l. 1. in principio, j. de verb. oblig. vbi aliquando dixi. facit etiam idem §. in prin. ibi, ita demum, quasi dicat non aliter, & si dicas, ibi dicitur, si filius moriatur, &c. & ex hæredatus habet pro mortuo, d. l. 1. §. si pater, de coniug. cum eman. ergo, &c. R. espōdetur, qd illud procedit respectu ipsius filij, quo ad bona patris ex hæredantis, nō quo ad alias personas, & præterea procedit illud per fictionem, non per veritatem, alioquin nepos deberet dici sius, etsi non sit institutus: quod tamē est falsum, vt dictum est. Nota tamen qd d. §. ita tamen, loquitur de tempore mortis, eo qd tunc regulariter defertur hæreditas, & solet cognosci, an quis de cesserit intestatus, sed si alio tempore illud cognoscatur, & sic de feratur hæreditas, illud tempus est inspiciendum, vt d. l. scripto, & §. cum autem quæritur. Concludendum ergo videtur, qd iste nepos non potest dici suus hæres aucto, benè fateor, qd erit necessarius, & hoc tantum mihi probat d. §. interdum, vbi solum dicitur per eum, patrem suum fieri necessarium hæredem, quod etiam probatur in l. filius patroni, de bon. liber. ibi, licet enim necessarius hæres. Cum enim ista iura non dicant eum fieri suum hæredem, nec ego dicam, præsertim, quia illi dicto repugnarent iura, vt ex prædictis constat.

Licet ergo isto casu in nepote non detur sinitas, quia nō tenet primum locum, tamen datur necessitas, nec mirum, nam illa causatur a potestate patria, sicut in feruis causatur a dominica. Quippe lex 12. tab. sinitatem induxit fauore liberorum existētium in proximiori gradu. Item, & necessitatem fauore parentū propter patriam potestatem. vnde cum in isto nepote sit patria potestas, & voluntas aui, debet marito dici necessarius. Ex quo infero, qd si filius, & nepos, instituantur, ambo erunt necessarii, filius vt rō solus erit suus, licet Pau. de Cast. in d. §. interdum, voluerit vtrunque etiam suum dici posse. Et licet Pau. ibi per Alex. & la. reprobetur, cum quibus ego etiam sum, respectu sinitatis, tamen respectu necessitatis placet mihi opinio Pau. de Cast. per prædicta.

7 Non obstat modo † d. §. interdum, in quo est fundamentum Doctorum in verbo suum, quoniam respondetur, qd illud pronomen non respicit verbum hæredem sibi remotum, sed verbum patrem sibi magis proximum, similis modus loquendi habetur milites in iure, vt in l. pater quotiens, §. de acqu. her. ibi, filius suus, & in d. l. filius patroni, ibi, patri suo, cum similibus. Et ita alias in publica mea disputatione intelligebam illum tex. ad aliud tamē propositum, & postea reperij, quod ita intelligit Insignis Modus Marcus Anton. Bauer. in l. cum filio, j. de legat. 1. vt ibi ego dixi in 3. parte.

8 Nec obstat quod dicebatur, non dari necessitatem vltra fertos, nisi in suis hæredibus, quia hoc negatur, quia contrariū probatur in d. §. interdum, & in d. l. filius patroni. Ad quod etiam est tex. in l. sed si plures. §. 1. §. de vulg. & pupill. cum multis concordantibus, de quibus ibi per gl. ibi enim filius meus, quem fratri suo impuberi substitui, erit fratri eius hæres necessarius, & tamē suus esse non potest, cum non sit in eius potestate. Nec obstat §. 1. Inst. de hæredit. quali. & diff. quia de seruo loquitur, exempli gratia. Et ille tex. debet recipere declarationem per prædicta iura. Nec ex hoc est arguere imperatorē de defectu, qd prout ibi dicitur, tres tantum sunt hæredum species, sed inter necessarios possunt poni etiam nepotes, quando expresse a testatore vocantur per prædicta. Et satis fuit imperatori breuitate propter iuuenes vterq; illam speciem necessitatis vno exemplo demonstrare. Nec te offendat, quod in d. §. interdum dicitur sine aditione, &c. Quod videtur proprie contingere in suis hæredibus, quoniam dico, illud contingere & in necessariis. Nam & illi dicuntur fieri hæredes statim ex dispositione l. etiam quod adire nolint, vt in d. §. 1. Inst. de hæred. qual. & diff. & §. 1. Inst. qui, & ex quibus ca. ma. non po.

Et quod in d. §. interdum, non intendat tex. loqui de sinitate, videlicet qd sit factus suus hæres, neque per illud verbum suum, neque etiam per illa verba, sine aditione, videtur probari, quia tunc si de suo hærede dixisset, satis etiam dixisset de necessario, cum sui sint simul & necessarii, §. sui, cum seq. Inst. de hered. qual. & diff. & ita an esset necessarius, amplius non fuisset dubitandum, sed ibi statim de hoc dubitatur, & specialiter deciditur, qd est necessarius, vt ibi in versiculo. Et quidem necessarii, ergo &c. alioquin superflua essent illa verba, §. regulam l. si quādo, ff. de leg. 1. & c. si Papa, de priu. lib. 6. Et ex ista conclusione, sic contra omnes defensata, inferunt vtiliter quod in isto nepote non habet locum continuatio dominij cum suis effectibus, iuxta l. in suis, cum mater l. §. eo. sed dicitur, & nouiter acquiri hæreditas, sicut quilibet alteri.

Illam enim continuatio solum procedit in suis hæredibus, vt ibi dicitur. Cogita super prædictis, quæ tantum disputationis gratia, & ornamento huius principij dicta sint. Et certè in disputatione pulchra essent, in practica tamen non recedas a communi opinione, pro qua optimè potest induci d. §. interdum, ponderando illa verba, sine aditione, quia videtur qd nec sinitatē, nec necessitatem importent.

Primo, quia statim de necessitate subditur, ergo prius nō erat dictum. Secundo, quia illud proprie videtur suorum hæredum, vt scilicet sine aditione fiant hæredes propter illam continuationem dominij. Nam illi non dicitur adire, sed se bonis immiscere. Necessarii vero dicuntur adire, sed illud etiam intuitu facere tenentur. sine perinde habeantur ac si adiuisent. Iterum tamen cogita, quia tunc plura ex prædictis valde vigerent, & fortè etiam huic inductioni posset disputando responderi, sed ultra non sequor gratia breuitatis. Et vbi velis tenere communem ad difficultatem in principio motam, non displicet illa resolutio. Fortun. modò illam sic ponas, vt ibi contradictionem nō implicet, vt ille facit. Habes iam, qui sint sui hæredes, quibus quidem hoc nomen a iure ciuili indultum fuit. l. cum ratio. in prin. j. de bon. damn. Et eodem iure ciuili indultum est, vt qui tale nomē habent, inspecta naturali ratione, & communi verbo parentum † quod est filij thesaurizare. l. scripto, vnde lib. in fi. dicantur hères in bonis patris, vel aui, cui sui hæredes sunt, vt quasi domini in vita parentum dicantur. l. in suis. §. eo. Et propterea ut ab intestato succedant. Et in testamento patris necessario debeant institui, uel nominatim ex hæredari. l. inter cætera. infra eod. & in §. de exha. lib. in prin. & hoc in eorum fauorem inducitur est, sed per contrarium fauore parentum propter patriam potestatem inducitur fuit, vt tales liberi necessarii essent hæredes. §. necessarii, el 2. Inst. de hered. & qual. differ. Quamquam postea illis ex æquitate prætoria fuerit indultum beneficium abstinendi, ut ibidem sequitur in versiculo, sed his prætor promittitur &c. Et notabis, quod ex hoc nomine suorum hæredum. & ex iure illi concessio tractum est nomen sinitatis, quod certe totū ius istud importat. Non quidem quod sit nomen legale hoc, quod in aliquo iure illud legamus, sed fuit inuentum magistraliter a nostris Doctoribus gratia doctrinæ. de huius nominis diffinitione, cum non sit iuris nomen, non quæram, sed si desideras, vide per Angel. de Peril. in l. in suis, supra eodem. Et per Modern. in §. & quid sit tm. Nobis satis sit intellexisse, quod sint sui hæredes, de quibus iura sapissimè loquuntur, utemur tamen aliquando versiculo illo sinitatis, gratia breuioris sermonis, sicut etiam supra vsi fuimus.

Adde prædictis, quia postquam ea scripseram, peruenit ad manus meas Repetitio nouissimorum Bononiesium, in l. qui est pater. C. vnde lib. qui satis longe per tres col. examinant hunc articulum, & dicunt se contra omnes tenere, quod iste nepos non sit suus, sed necessarius, prout ego etiam dixi. Et in d. §. interdum, referunt pronomen suum ad patrem, non hæredem, vt ego feci, & quædam alia etiam dicunt ex his, quæ dixi, non tñ omnia, licet et alia plura dicant, vt per eos. sed vt iam dixi, & antequam talis repetitio scriberetur, ego habui istum sensum circa verba d. §. interdum, licet ad aliud propositum, vt dixi in d. l. cum filio. in 3. parte de leg. 1. Notabis tamen qd isti repetentes si bene aduertatur, non videntur a communi recedere, nam in 7. col. versiculo bene fateor, dicunt, quod licet iste nepos proprie non sit suus, est tamen suus improprie, quia non est simpliciter tuus, sed testator quid. Nam dicunt qd est suus in vno tantum casu, scilicet testamento, & vntim tantum habere sinitatis effectum, scilicet transmissionis hæreditatis non adita, vt per eos. Dico enim qd communis opinio idem videtur velle, dicunt enim Doctores, qd nepos, quem filius præcedit licet non sit suus ab intestato, nec §. testator tamen dicitur suus ex testamento. & ex voluntate aui in casu d. §. interdum, hic ergo nec Doctores dicunt eum esse simpliciter, sed tantum ex testamento, & secundum voluntatem aui. Neque de eo loqui volunt, nisi quando sit institutus filio ex hæredato. Et sic videtur, qd isti repetentes asserentes se contra omnes tenere, virtualiter non recedant a mente communis opi. verim ego dixi posse teneri, qd nec illo casu possit dici suus, & hoc modo loquor contra Doctores.

Secundò præmitte secundum Bart. hic, in secundo præmissio, qd posthumus dicitur proprie alicui, qui post eius mortem nascitur, quasi post humum natus. l. posthumi. §. 1. j. tit. 1. cæteri vero si quando appellantur posthumi (prout sæpe cōtingit, vt notatur in l. filius a patre. §. 1. §. eo. & in l. vltima. C. eo.) improprie dicuntur. Bar. de hoc se remittit ad j. dicenda. Dicemus ergo est eo j. in tertia opp.

10 Tertio præmitte, qd posthumorum quidam dicuntur sui, & ex proprio corpore nati, vt filij. Quidam sui, & ex alieno corpore, vt ex filio in potestate prædefuncto nepote. Quidā verò sunt alieni, & ex alieno corpore nati, vt si ex filio emancipato nascantur, §. posthumo, Inst. de leg. Idem etiam si ex filia, vel ex quolibet

bet extraneus, est enim posthumus alienus, qui natus inter suos hæres testatoris futurus non est, ut ibi dicitur. Ita has species posthumorum declarat Christophor. Porc. in §. posthumi, Inst. de ex hære. liber. cui adde, q̄ quarto loco quidam dicuntur ex proprio corpore, sed alieni & non sui, ut sunt filij naturales, spurij, & alij illegitime concepti, sunt enim ex proprio corpore, sed non sui, & sic alieni respectu iuris sui iuris.

Sed tunc nascitur dubium, qualis sit posthumus nepos de quo loquitur Gallus, an. s. dicatur suus, vel alienus? Cõmunis est opinio, q̄ sit alienus, tamen & si plerique voluerint eum dici suum, Dicam in not. vbi distinguendo opiniones concordabo.

Quartò pro intelligentia prouisionis Galli Aquilij, legis Velleiæ, & totius l. nostræ præmittendum est. Et aduertè diligenter, quia ex discursu, quem faciam, multa poteris intelligere, de quibus magna est quæstio inter Doctores. Et licet ut verum fatear, in istis ambulemus in tenebris, quia nihil pro certo scire, aut cõfirmare possumus. Tamen q̄ verisimilius credo, & ex quorundã Modernorum intentione proferam: plenius tñ, quàm ipsi faciãt, omnia declarando, & multa addendo, quæ tu poteris addere declarationi, quam facit Bar. in §. ille casus, infra in ista l. q̄ antiquifimo tempore, & iure tunc obseruato seruabatur regula quadã, videlicet, q̄ non natis, velut non existentibus vere in rerum natura, quia non apparebat, nec certum erat an venturi essent, nihil relinquebatur, nec etiam legitima hæreditas defendebatur, ut in argumentum probat l. Titius in si. infra de suis, & legit. in argumentum dico, quia loquitur de lege 1. 2. ta. quæ fuit post illam antiquissimam regulam.

Circa prædicta, quatuor ueniunt distinctè consideranda. Primò uidendum est, an sumus in materia correctoria. Et certe Bart. supra in 6. oppo. uidetur sentire, quod sumus in ea, cum dicat, quod prouisio Galli est quod ius commune. Alij tamen Doctores uñ uel le, quod immo sumus in limitatoria, ut per Ias. & ita etiam uoluerunt Alex. Are. & Patruus meus Soc. supra in notabilibus. Inquit tñ Ias. quod nec Bart. aliter sentit, quia non ualet consequentia ista prouisio est contra ius commune, seu antiquum l. 1. 2. tab. ergo dicit correctoria, non. n. corrigit, sed bene limitat, ut per eum. Ego circa hoc in quarto præmissio dixi, quod poterat dici aliquo respectu limitatoria, & aliquo respectu etiam correctoria. Dixi tamen uerius esse, ut dicitur interpretatiua, seu declaratiua legis 1. 2. tabu. Mar. Soc. Iun. Prima Pars. F 3 prout

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Gallus.

prout etiam dicunt quidam nouissimi. Vide que ibi dixi in vers. & ex ista declaratione colligere poteris.

51 Secundo videndum est, an si Gallus dixisset solū, si mihi nepos nasceretur, &c. diceretur comprehensa etiam neptis? & simili-ter comprehenderetur in testamento, si hodie testator solum de nepote expressisset? Et vñ concludendum, quod etiam neptis esset comprehensa, quia pro regula sub masculino comprehenditur foeminiū. l. qui duos, §. de leg. 3. saltem per legalem, & iustam interpretationem voluntatis loquentis, & propter identitatem rationis. l. iusta, §. de verb. sign. & non est dubium, quod eadē ratio concurrat in nepte, & præsumpta voluntas Galli, vel testatoris, ergo, &c. Nec tunc obstat. d. l. 1. §. quare, de vent. in pos. mitten. quia respondetur, quod cum ibi simus in exhæredatione (que nomi-natum fieri debet, Instit. de exhæ. liber. in princ.) eius odio filia non cōtinetur, cum non possit dici nominatim exhæredata per genus masculinum. Et propterea cum in eo casu nulla ratio exhæredandi consideratur præter solum voluntatem patris, illa restringitur ad casum expressum, & sic ad masculinum.

Tertio videndum est, vtrum stantibus prædictis, Gallus deat de superfluitate reprehendi. Et vtrum gl. ista bene loquatur? & putarem Gallum bene loquutum fuisse, & sic reprehensione dignum non esse. Nam quod subdit, siue quæ neptis, &c. ex abundantia sermonis, & gratia tollendæ dubitationis fecit, & ad clariorem demonstrationem suæ mentis vnde non debet ex eo, re-
52 prehendi, quia (vt quidam nouissimi dicunt) abundans caute la non dicitur vitiosa. l. testamentum. C. de testam.

Et circa gl. dico, quod illa non habuit animum reprehendi Iurisconsultum, sed solum dixit, quod verbum neptis, abundat, quod verum est, quantum ad veritatem, vt ex prædictis constat. Et cū id non sit vitiosum, in eo non est aliqua reprehensio, sed potius dicitur declaratio. Et ideo tuendo, gl. dico, quod non peccauit in spi-ritum sanctum, vt credidit Ias.

53 Quarto videndum est, an si regulariter in materia odiosa, vel correctoria masculinum concipiat foeminiū, & quia materia & difficultas eius est amplissima, ero de ea contentus remissionibus, videas ergo per Doctores in l. 1. §. de pecul. in l. 1. §. de verb. signific. Et in l. si quis id quod, supra de iuris. omn. iud. vide maxime per Archid. & alios in cap. si quis suadente. 17. quæst. 4. per Gem. & alios in c. generali, de elect. lib. 6. Et aliquid per Deci. in l. 2. §. de reg. iur. Et scias quod solet haberi distinctio, an verbum prolatum sit commune, puta, si quis vel simile, vt loquitur tex. in d. l. 1. de verb. sign. an vero sit proprium, vt filius, nepos, vel simile. Et tunc solet considerari ratio, vel qualitas dispositionis, vt per Doctores in locis prædictis.

Supereft gl. si. quæ fm Ias. habet tres partes, prout tres format quæstiones, vt per eum. Tu ad mentem gl. potes facere quatuor partes. Nam in prima gl. declarat tex. ponendo eius rationem vs que ibi, nisi per paucos dies, &c. ibi, incipit secunda pars in qua per viam limitationis ad s. dicta resoluit q. vnam, & in alijs duabus partibus respondet alijs duabus q. vt per Ias.

54 Prima pars est clara, & ad rationem gl. dum dicit, si non vltra 10. menses posse nasci legitimum partum, voluit gl. allegare l. in testato. §. fina. §. de ius. & legit. quæ allegatur statim per eum in secunda parte. Et ita etiam firmat gl. in l. septimo mense, supra de statu homi.

In secunda parte gl. ex prædictis per eam, & per Bar. in sua 3. q. habes hanc conclusionem, quod si natus post 10. menses per vnū, vel duos dies dicitur legitimus, pro qua conclusione facit §. fina. ibi 10. mense perfecto in Auth. de rest. & ea, quæ par. Nam si illa mulier non punitur, nisi 1. r. perfecto mense pariat, sequitur, quod antea poterat ex viro suo parere, & natus per duos dies post 10. menses sine dubio erit legitimus. Et gl. ibi hoc firmat dum dicit, quod naturaliter per 10. menses, & duos dies potest portare filium in ventre.

Sed prium tenet hic Bal. Nic. de Neap. Imo. & Ale. volentes, quod quocunque breui tempore nascatur post 10. menses non dicitur legitimus, prout videtur voluisse gl. in d. l. septimo mense. Et pro eis vñ d. l. in testamento. §. si de suis, & legi. nā ibi dñ, post decem menses natus, non esse legitimus, sed iste verè nascitur post 10. menses, ergo &c. Nec ita tenendo obstat. d. §. si in Aut. de rest. & ea, quæ par. quia argumentum a contrario sensu ex eo tex. tu sumi non debet d. l. in testamento. §. si iuxta tradita per Bal. in l. conuenticulam. C. de Epif. & Cler. & tradita per Doctor. in l. 1. §. huius rei, §. de offi. eius cui mand. est iuris. Et istud in propo-
55 sito vñ absque dubio, quia argumentum illud cōcluderet etiam si per 20. vel 23. dies post 10. menses nasceretur, cum nondum esset perfectus vndecimus mensis, quod tamen nemo admitteret. Breuiter dicas quod in hac difficultate standum est opinioni Physi-
56 corum, & aliorum naturalium, & maxime sapientis, & doctissimi Hippocratis, cum ipse allegauit per Iureconsultum in d. l. se-
56 ptimo mense, & in d. l. in testato. §. ma. si semper enim in qualibet disputatione standum est peris in ea arte, in qua cadit disputa-
tio l. 1. §. 1. §. de vent. inspici.

Quo posito, dico, quod si verum est, quod dicit hic patrus, & D. meus Soc. in quarto notabili, in secunda cōclusionē illius magistri Gentilis, de quo hic per Bar. Videlicet quod licet Hypocrates dixerit, quod post 10. menses communiter non nascuntur, legitimi tñ ab illo termino non dicitur exclusus breuissimus excessus vnus diei, vel duorum. Dico inquam, quod & nos tali opinioni acquiescere debemus. Et sic natus post 10. menses per duos dies pro legitimo hñe debemus. Non obstat d. l. in testamento. §. fin. quia respondetur secundum omnes hanc opinionem tenentes, quod nec in eo tex. censetur exclusus breuissimus ille excessus vnus diei, vel duorum. Et sic dictio, post, de qua ibi intelligi dēt ex interuallo plurium dierum, vide hic Lanc. Dec. Claud. & Moderniores, & potest dici, quod hodie ista opinio sit communis, p-
57 ut eam communem attestatur Claud. licet fortè non sic esset tē-
pore Alexandri. Sunt etiam, qui uelint, quod et longiori tēpore pos-
sit nasci legitimus, vt voluerunt Aristoteles, & Auicenna, vt hic per patrum, & dominum meum Soc. sed cum totum hoc pendeat à Physicis, & alijs naturæ sapientibus, eis standum est. Non tamen omitto, quod apud Aulum Gellium libr. 3. legimus, diuum Adrianum iudicasse eum legitimum esse, qui post mortem alicui natus erat ex muliere honestis moribus, & pudicitia nō ambigua, vt per eum. Sed hoc hodie stantibus ll. nostris non admit-
teretur per iura præallegata.

57 In tertia parte, glo. concludit si diem mortis computari in termino 10. mēsum. Et idem voluit hic Bar. in 2. q. licet ipse loquatur de mense, & non de die, sed credo id scriptū errore, nō quod Bar. ita loqui voluerit. Nam cum ipse alleger gl. hic, & ad eam se referat, credendum est, quod velit loqui de die, prout loquitur gl. Et maxime quia quæstio de mense non esset ad propositum, ut per te intelliges. Et cum ista cōclusionē gl. & Bar. transeunt Do-
58 ctōres, vt per Galiaulam.

58 Ex ista cōclusionē inferitur, quod si quis etiam vltimo die vitæ suæ potest generare, quod tamen intelligitur per Doctores, si illo die sanus fuerat, quod valde notabis, quia ex eo uidetur dicen-
59 dum, quod si ante mortem per multos dies sanus non fuit, & constat eum non potuisse generare 10. menses videtur computandi ab vltima illa die, qua sanus fuit, & generare poterat, & illa dicitur dies in decem mensibus computanda.

59 Inferitur & ex prædicta cōclusionē, si quod in articulo mortis potest quis hñere matrimonium, & hoc sæpe faciunt homines, vt filios, quos illegitimè susceperunt, legitiment per subsequens matrimonium, & videtur tale matrimonium tollerabile, quia licet tunc non esset ille habilis ad exercitum matrimonij, & ad prolis generationem, tamen possibile erat eum liberari ab illa firmitate. De quo tamen, quia non est materia nostra, remitto te ad ea, quæ tradunt Bal. & alij in l. si quis posthumus, §. eo. Et Canonistæ in c. tanta, qui filij sint legit.

Aduerte tñ circa cōclusionē gl. & Bart. quia videtur parui momenti, quia excessus duorum dierum non nocet, vt s. fuit cō-
60 clusum, non videtur referre, an vltima illa dies computetur, vel non, cum solum de vna die agatur. Et tamen toleratur excessus decem mensium per duos dies. Nisi dixeris, quod posset excessus esse in tribus vel quatuor diebus, ita quod nocere posset. Tunc n. erit vtile scire an dies mortis computetur, vel ne.

In quarta parte gl. ibi, sed quid si post duos dies, &c. sup qua
60 Bar. non scribit, habes hanc cōclusionē, quod si natus secundo die post 10. menses, non dicitur præteritus, licet institutio facta sit, si intra 10. menses nasceretur, vt per gl. cum qua transeunt doctores, vt per Ale. Ias. Claud. & alios. Et ratio est, quia cum testator de 10. mensibus meminerit, quia sic naturaliter contingere solet, non dñ exclusisse illum breuissimum excessum duorum dierum, cum etiam tunc (licet raro) cōtingat naturaliter aliquē nasci, vt dictum fuit §. circa secundam partem istius gl.

Dicitur ergo testatorem illud tempus apposuisse ad excludendum eum, qui postea nasceretur, quia legitimus non esset, nec eius filius dici posset, quo considerato, dicendum est, quod per testatorem dicitur inclusus omnis, qui ei legitimus nasceretur, & sic etiam natus per duos dies post 10. menses.

Et per hanc cōsiderationē respondetur ad l. si ita quis in fin. §. de vulg. & pup. Nam ibi tempus decem annorum §. Bal. Imo. Alex. & alios fuit merè voluntarium, licet, n. tempus pupillaris substitutionis sit nāliter longius. s. vltique ad finem 14. annorum placuit tamen testatori substituere tñ si decefferit intra decē annos suæ ætatis, Et cum id non alio respectu fecerit, nisi quia sic placuit, merito dicitur exclusisse aliud tempus argumento l. statu liberum. §. 1. cum sumario Bart. §. de leg. 2. Et l. 3. in prin. iup. Et gl. super versiculo pacti, §. de seruitut.

Et eodem modo tollitur obiectio d. l. comodissime, §. eo. quia & ibi tempus mortis, puta, si dicat testator, si me mortuo nascetur, dñ appositum ex sola voluntate, & non alio respectu, & ideo nō dñ institutus, si uiuo testatore nascatur. Et per hanc viam scies per te tollere omnia, quæ hinc dicitur Hispani. co. 49. quos videas.
61 Circa vltimam q. Barto. si de muliere, quæ paulo post mortem mariti,

mariti, secundo nupsit, & peperit postea nono mense, vel parū vltra post mortem primi viri, ita q̄ tali tempore attento esset primi mariti, sed postea esse etiam secundi, si 7. mense natus esset. Quæri. n. Bar. cuius dicatur filius? Quod expedit scire propter agnationem & propter successionem. Et refert. Bar. tres opi. aliquorū, quas non approbat, postea ponit suam considerando prius signa conceptionis. Secundo illius mulieris in pariendo consuetudinem. Tertio iudicium obstetricum, & medicorum, cui vult hoc committi. Et demum si aliunde non potest cognosci, dicit inspicendum esse, quod frequentius alijs mulieribus contingere solet, intellige in ea ciuitate, cū Bar. est cōmunis opi. vt per Alex. & Ias.

Sed aduertendum est primò, q̄ licet Bart. velit prius mulieris consuetudinem debere inspicere, q̄ iudicium peritorum, videtur tñ melius ordinem conuenerere, vt etiam dicit Claud. Etenim iudicium peritorum v̄ securius, cum mulieres sæpe varient, vel ex ipsarum debilitate, aut fortiori natura superueniente, vel etiam ex robore, & virtute aut debilitate generantis, vel etiam ex propria ipsius filij virtute, vel ex alijs humano generi contingentibus causis, qui excogitari possunt, vel etiam ex syderum influenza.

Secundò aduerte, q̄a non displicent in totum aliæ opin. relate per Bar. Nam in dubio assertio matris non v̄ omnino reiicienda, maxime si constat eam moueri solum zelo veritatis, & suspitione careat. Illa. n. melius, quam ceteri id nouisse creditur. Nec ex eo, q̄ sit mater ratione coniunctionis repellenda est, posito, q̄ careat omni suspitione, arg. c. super eo, el. ij. & dictionum ibi per Doctores de testi. Et licet aliquando mulieres possint in eo decipi, vt dicit Bart. tamen in dubio nō facile creditur talis deceptio, cum raro illud contingat. Nec etiam displicet in dubio similitudinem corporis, & morum (si iam noti sunt) attendenda esse, q̄a, experientia docet, sapissime contingit filios similes esse patri.

Et licet aliquando contingere possit similitudinem esse ratione cogitationis, illud tamen raro contingit, sed frequentius est, vt quis sit similis ei, ex cuius femine conceptus fuit.

Præterea vt plurimum contingit, quod mulieris cogitatio, in ipsa venere est hominis illius, quem amplexatur, maxime si licite id agat, si autem illicitè, p̄ta, quia cum adultero sit, possit tūc dici, quod cogitatio erat de marito, ne. sciam in tanto scelere inueniret. sed iste non est casus noster, quia mulier cum vtroque marito licite coniungebatur. Nec quenquam timebat, vt ob timorem de eo esset cogitatio. Vide hic Hispanos, quia plura pro ista præsumptione ex similitudine dicunt.

Nec præterea v̄ penitus reiicienda prætura sumpta ex domo, in qua natus fuit, q̄a si sumus in dubio non parum facit, quod in domo vnus ex maritis sit natus, cum ex eo videatur ille cōstitui in quasi possessione filiationis illius patris, in cuius domo nascitur, vide hic Galiaul. Et hoc eo maxime dicerem, si in domo primi mariti nascatur, quia mulier verosimiliter non recessisset de domo viuentis mariti, nisi sciret filium esse primi viri iam mortui.

Et tandem dicerem non posse hoc explicatè terminari, sed recurrendū erit ad bonum virū. iudicem, qui suo arbitrio omnib. bene consideratis variè ex personis, causisq̄ constituet, vt in simili d̄r in l. in fundo, supra de rei vend. Et in c. i. §. i. in titulo hic finitur lex deinde consuet. regul. in c. Cogita super prædictis.

Demum pro complemento istius principij aduertendum est quia mouetur hic per Doctores ardua, & profunda difficultas, in cuius resolutione plurimū laborant, & varij varia dixerunt, Diffi-
63 cultas est, quia videtur q̄ prouisio Galli facta fauore consueta-
64 di testamenti fuerit vana, & illud non operetur, quia si filius institutus viuo patre decedat, vt continetur in formula Galli, testamentum efficiatur caducum. l. r. §. cum triplici. C. de cadu. tol. vnde cum eo modo testamentum iam esset ruptum, seu annullatū, non poterat amplius rumpi per natiuitatem posthumi nepotis, licet inueniat se præteritum, quia, quod nullum est rumpi nō potest. l. ham & si sub conditione. §. i. infra titulo. r. Et cum ruptura testamenti ex præteritione posthumi non debet teneri, non videbatur opus, quod Gallus ei prouideret.

Bal. & Ang. timore huius difficultatis dicunt, quod necessario præsupponi debet, q̄ filio sit datus cohæres, ex cuius additione testamentum subsistere possit, vt sic postea natiuitate posthumi nepotis præteriti veniet rumpendum, nisi fm prouisionem Galli institueretur, vt per eos. Sed videtur magna diuinatio, cum de tali cohære nihil dicatur. Et ideo non videtur hoc tenendum. Præterea dicunt Doctores, quod dictum Bal. & Ange. est contra §. in omnibus infra ea. l. Nam, si filio fuisset datus cohæres, potuisset exheredatio filij valere in eius vita per additionem cohæredis contra illum tex. qui dicit exheredatione fieri frustra, quia post mortem fieret. Sed mihi hoc non placet ex plurib.

Primò, quia in hac difficultate non loquimur post factam prouisionem Galli, sed antequam fieret, dicendo quod illa videtur fuisse vana, vt dictum est.

Secundò quia consideratio exheredationis dicitur aliena a presenti difficultate, cum præsupponamus filium institutum, & decedere viuo testatore, & sic testamentum fieri caducum quod

non caderet vbi filius esset exheredatus.

Præterea, & tertio dico, quod de exheredatione non conuenit tractare, cum filius præsupponatur mori viuo testatore. Et sic antequam exheredatio, & testamentum ipsum per mortem testatoris confirmetur, iuxta c. cum Marthæ. de celebra. miss. Alex. hic secundo loco mortæ difficultati aliter respondebat, dicens, quod immo prouisio Galli fuit bona, vt. f. testator haberet heredem ex testamento, attento quod alijs rumpi, & inualidari poterat per caducitatem mortuo filio instituto in vita patris, vt per eum in 5. col. versic. nec obstr. ratio allegata in contrarium. Sed hoc non tollit prædictam difficultatem, quia secundum Alex. fatendum, esset, quod prouisio Galli non emanauit, ne testamentum rumpere agnatione posthumi nepotis, quod videtur contra totam hanc l. & maxime in §. idem credendum, & in §. instituens, & contra ea, quæ diximus supra in quarto præmissio.

Tertio loco Ias. in principio huius difficultatis responder aliter, & dicit q̄ immo per mortem filij, licet viuo patre non sit caducū testamentū, quia cōseruabitur per substitutionē factam de nepote, iuxta §. pro secundo, in l. i. C. de caduc. tol. Sed certe hoc non videtur ad propositum, quia nos loquimur nepote præterito, & ante factam prouisionem Galli, vt supra dictum fuit.

Quare idem Ias. quarto loco inferius aliter responder dicens, q̄ immo prouisio Galli seruit. Et intelligi debet, quado filio erat datus alius substitutus, per quem impediti poterat caducitas testamenti per mortem filij viuo patre, vt per eum hic col. penul. in versu. tu aduerte pro habenda fundamentali veritate. Sed nec istud videtur securum, quia prout etiam plerique dicunt, videtur magna diuinatio, cum de substituto nihil dicatur.

Quintò loco reperio, q̄ Alciat. lib. tertio paradoxorum capite 6. dixit difficultatem tolli, quia filius non fuit institutus, sed dicitur ab intestato vocatus, vt voluit hic Bar. in 2. opp. & supra diximus, quo stante nepos dicitur vocatus in primò gradu testamenti: vnde testamentum per mortem filij non potest fieri caducum, licet viuo testatore decedat, ex quo non erat in testamento institutus, vt per eum. Sed nec istud placet.

Primò quia in d. secunda opin. fuit per nos conclusum, quod immo filius dicitur vocari ex testamento velut institutus, licet taceat, & vbi etiam illud non teneres, adhuc non est tenendum, q̄ vocetur ab intestato, sed quod præsupponitur expressè institutus, vt de eo est communis opi. vt ibi dictum fuit.

Secundò quia in hac difficultate loquimur antequam fieret prouisio Galli, vt supra dictum est, quo tempore attento, dicere, quod filius secundum formulam Galli dicitur vocatus ab intestato, est extra propositum, & recedimus a terminis difficultatis, qui sunt, quod filius præsupponitur institutus.

Secundò Moderni Hispani hic pen. col. aliter tollunt difficultatem, dicendo, q̄ immo per mortem filij testamentum non fiebat caducum, licet viuo testatore decederet, quia per prius ex præteritione posthumi nepotis rumpebatur, quoniam licet postea nasceretur, tamen per fictionem retroactiuam dicebatur natus tempore, quo fuerat conceptus. Et ita dicunt debere intelligi regulam l. qui in vtero, supra de statu homi. quo posito, sequitur, q̄ dicitur natus tempore, quo filius vivebat, cum mortui non concipiunt. Et statim sic per fictionem natus tanquam præteritus rumpebat testamentū adhuc filio instituto viuento. Ita quidē vt prius contingeret ruptela per præteritionem posthumi nepotis, quam testamentum per mortem filij fieret caducum, vt per eos, qui hoc nouo commento plurimum gloriantur.

Sed profecto ceteris omnibus deterius est. Et miror q̄ ipsi alioquin oculatissimi, ita in hoc cæcuerint. Dico enim q̄ si tunc filius institutus vivebat, posthumus natus per fictionem, non poterat rumpere testamentum, eo q̄ propter præcedentiam filij nō tenebat primum locum. Et sic non erat suus, per ea, quæ dixi supra in primo præmissio. poterat enim præteriri, cum pater præcederet, l. si quis filio. in prin. infra titulo primo, cum alijs adductis supra per Gloss. super ver. me viuo. Et si dicas, q̄ erat suus tempore natiuitatis. Respondebo, hoc fatendo, quod nihil facit ad rumbum, cum tunc secundum istos Hispanos non rumpebatur testamentum, sed præsupponeretur iam ruptum tempore conceptionis, quo tempore fingitur natus, quod tamen dici non potest, quia tunc non poterat dici suus. Oportet igitur q̄ consideretur iuus, eo tempore quo volumus, q̄ per eum rumpebatur testamentum, quod in casu, & fictione Hispanorum non datur.

Cogitabam ego propositæ difficultati aliter, & septimo loco posse responderi, præsupponendo pro firmo, q̄ prouisio Galli fauore testamenti consueta emanauerit, ne scilicet rumpere agnatione posthumi nepotis præteriti, vt fuit dictum, §. in quarto præmissio. Hoc aut intelligi debet in casibus, in quibus potuisset rum pi per dicti posthumi præteritione. Et sic præsupponendi sunt in hoc termini habiles ad talē ruptelā, & sequēter ad Galli prouisionem. Semper enim vltra id, de quo disputatur, præsupponit habitas terminorum ad illam disputationē. l. qui testamento, in principio, supra titulo primo, cum concordantibus vt per Deci. in Mar. Soc. Iun. Pri. Pars. F 4 l. i.

D. Maria Soc. Iun. in l. Gallus.

l. si pater secundo notabili. C. de instit. & subst. ita intelligendo res transit sine scrupulo. Qui autem essent terminis habiles, nobis non videtur quaerendum, sed legi scriptae debemus acquiescere, habilitatem terminorum ad eam praesupponendo. Et si curiosius quaeras exemplum, dicam, quod non erit inconueniens declarare, ut ultimo loco dicebat Ias. vel etiam, ut dixerunt Bald. & Angel.

Nec poterit dici diuinatio, licet de eo nihil sit scriptum, quia cum praesupponatur termini habiles ad prouisionem Galli factam ratione de qua s. nos praedictis modis, vel etiam alijs tales terminos exemplificamus.

Vel octauo loco dici potest, quod Gallus in sua prouisione non praesupponit testamentum certo modo factum antedictam prouisionem, de quo non rumpendo ageretur. Sed ipse considerans aliquo modo fieri posse, ut praeteritione posthumi nepotis, rumpatur, licet institui non posset, inuenit modum, quo factum testamentum per natiuitatem posthumi nepotis, non rumpatur, concedendo facultatem, quod institui posset, ut hic dicitur. Et ad propositum considera, quod testator cogitando, quod filius poterat se uiuo mori, & sic institutio fieri posset caduca, poterat ei occurrere pro conseruatione testamenti alium scilicet vocando. Sed tamen ad huc poterat testamentum agnatione posthumi nepotis praeteriti rumpi, quod ipse euitare non poterat, cum ille posthumus non posset institui: ob quam causam Gallus inuenit modum, quo talis ruptela impediatur, ut hic.

Et ista resolutio virtualiter videtur parum a praecedenti differre, & utraque bene procedit, referendo difficultatem, scilicet motam ante factam prouisionem Galli, post eam autem si quis illa utatur, occurret caducitati, & simul ruptela propter praeteritionem nepotis, quia per institutionem, vel substitutionem eius, utrunque cessabit. Cogita super istis, ex quibus ad laudem Dei Patris, & Redemptoris nostri Iesu Christi sit impositus finis, huic principio, in almo Patauino, Gymnasio, anno sexto mae Patauinae lecturae. Anno domini M. D. XXXI. die IX. Martij.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus legis figuratur.
- 2 Condicio inducit formam.
- 3 Voluntas in testamentis semper attendenda est.
- 4 Gallus an a Scauola de superfluitate reprehendatur?
- 5 Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora.
- 6 Dispositio a testatore simpliciter facta, referenda est ad iuris intelligentiam.
- 7 Actio illa in libello intentata censetur, quae ex narratione de iure proponi poterat.
- 8 Dispositio quando certo casu tantum valeret, si simpliciter fiat, ut valida conseruetur, censetur facta eo modo, quo de iure fieri potest.
- 9 Legitima debet filio relinqui ad validitatem testamenti iure institutionis, si tamen relinquatur simpliciter, ut actus valeat, censetur iure institutionis, & haec est com. opin.
- 10 Verbum instituo, potest importare, substitutionem, cum omnis substitutio dicatur institutio.
- 11 Mens disponentis attendenda est, quando aliquo modo ex verbis colligi potest, licet non expresse.
- 12 Substitutio vulgaris potest fieri verbis affirmatiuis absque aliqua expressione conditionis negatiuae, & c.
- 13 Substitutio vulgaris potest fieri, verbis merè directis, & etiam verbis ciuilibus.
- 14 Conditionaliter quod fit, dicitur simpliciter fieri, quando conditio inest.
- 15 Positionibus respondens sub conditione, si illa transit de natura actus, dicitur simpliciter respondisse, & sic statuo satisfacisse disponenti simpliciter responderi debere.
- 16 Intellectus Galliaul. ad tex. nostrum reprobatur.
- 17 Copula, & aliquando praeter naturam suam non coniungit aequaliter, ut simul copulari vocentur, regulariter contra verum, 25.
- 18 Institutio, & vulgaris substitutio vnico verbo dispositiuo fieri possunt.
- 19 Institutio haeres filius, & nepos de eo, an dicantur simul copulati in primo gradu, vel ordine successiuo?
- 20 Verborum ad significationem recedendum est, ut mens, & voluntas testantis adimpleatur.
- 21 Ordo scripturae attendendus est, licet non semper cum fallax sit tale argumentum ab ordine.
- 22 Ordo scripturae non attenditur in coniunctis, siue prioritas, aut posterioritas.
- 23 Alternatiua a natura quandoque receditur, & de differentia inter alternatiuam, & copulatiuam dispositionem, & vide nu. 32. & 34.
- 24 Feudum concessum pro filiis masculis, & feminis, non eos simul vocat, sed ordine successiuo.
- 25 Determinatio vna respiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare.
- 26 Dicitio, cum significat quandam similitudinem, & temporaneam coniunctionem, idem in dictione, vna simul, ut nu. seq. & 37.

- 29 Distincta resoluitur in coniunctam, propter verosimilem, & praesumptam voluntatem testatoris.
- 30 Copula ista, si decesserit in pupillari aetate, & sine liberis, resoluitur in distinctam.
- 31 Testatoris dispositio, si potest interpretari, debet, ut sit conformis iuri communi, vel municipali.
- 32 Declaratio ad tex. in c. Raynutius, & c. Ray, extra de testamentis.
- 33 Dispositio quando fit per nomen collectiuum, puta familia, semper vocatur positi in dispositione, ordine successiuo.
- 34 Appellatione filiorum veniunt nepotes, & alij deinceps, quando nomen filiorum est collectiuum personarum, & an tunc persona veniant ordine successiuo.
- 35 Dicitio cum, vbi est, siue iuncta cum dictione vna, vel simul, siue sola plures dicuntur simul & eodem gradu institutionis vocati.
- 36 Vocati plures ordine successiuo, an dicantur vocati solum respectu vulgaris substitutionis, vel ne?
- 37 Filius, & nepos si non vocentur simpliciter, sed nepos vocaretur sub consideratione mortis filij, tunc ordo successiuus esset, nedum respectu vulgaris, sed etiam fideicommissariae.
- 38 Vocati quando simul in hereditate vocentur nominatim in dispositione, & quando ordine successiuo.
- 39 Ordo affectionis vbi cadit, ut inter patrem & filium, non attenditur ordo scripturae.
- 40 Declaratio ad l. pen. c. de verb. sign. & ad §. pen. l. cum pater in fin. de leg. 2. & concordia distorum iurium.
- 41 Pater stipulando pro se, & filijs, in dubio videtur stipulari pro filijs, ut haec veribus.
- 42 Filius ergo haeres, & filiorum est prima causa successionis ab intestato.
- 43 Patrum per patrem factum pro se, & filijs, in rebus, quae ad heredes extraneos non transeunt, ut in emphyteusi ecclesiastica, dicitur factum pro filijs, ut filijs, non autem, ut haec veribus.
- 44 Filij positi in dispositione, vel contractu cum patre, successiuo ordine intelliguntur vocati.
- 45 Charitas prima incipit a seipso.
- 46 Interpretatio semper debet fieri illa, quae ut plurimum contingere solet.
- 47 Substitutio vulgaris an sola videatur facta, si dicitur, filium instituo, & Sempronium substituo.
- 48 Substitutio sic semper interpretanda est, ut si fieri possit, sit directa, non obliqua, aut fideicommissaria.
- 49 Priuilegium si concedatur patri, & filijs, & filij simul cum patre gaudebunt dicto priuilegio, an vero post eum ordine successiuo?
- 50 Declaratio ad tex. in l. c. de prin. eorum, & c. lib. 12.
- 51 Priuilegium concessum patri & filijs legitimandi, doctorandi, & c. intelligitur, ut etiam viuo patre filij possint legitimare, & c. l. mica tamcn. ut numero seq.

QUIDAM rectè. Omisssa diuisione, de qua hic p. Bart. & alios. Ita lex legitur per gl. hic, seu exemplificatur quinque modis, ut per eam, & Bart. & J. dicitur, & vique ad §. Idem credendum. h. d. in summa. In institutione de nepote posthumo facienda in casum a Gallo prouisum, non est necessaria mentio mortis filij. Et hoc summarium si rectè consideretur, conuenit cuilibet lectioni siue cuilibet exemplo glossae.

1 Pone t casum sub nube. Quarendo. l. vtrum simpliciter possit nepos posthumus institui absque eo quod de morte filij fiat mentio? & dubium faciebat secundum Doctores, quia ex quo Gallus induxit eos antiquam regulam sic posse institui, ut in prin. l. dicitur, videtur quod tali institutioni sit data forma ad vngue obseruanda, & ideo ea non seruata actus deberet dici nullus, iuxta l. c. ij. §. si praeter, & quae ibi tradunt Doctores s. de transla.

2 Et quod sit data forma probari videtur, quia Gallus videtur loqui conditionaliter, dicendo sic posse institui, si filius meus viuo & c. Condicio t autem inducit formam l. praetor in prin. & ibi Doct. J. de collat. bon. & est notab. doctrina Bal. in Authent. mari, & auia. C. quando mult. tut. offi. fung. poss. ergo & c. vide per Ias. & Moderniores. Sic igitur videbatur, nepotem posthumum institui non posse, non seruata forma Galli, & sic non facta mentione mortis filij.

Contrarium determinat Scauola hic, & dicit quod immo absque tali mentione valebit institutio, & valebit eo casu, qui ex verbis concipi potest, communis intellectus exponit ex verbis, scilicet Galli in sua formula, hoc est dicere, valebit institutio nepotis posthumi in casu, quo suus fuerit, & sic in effectu, si filius viuo testatore moriatur. Qui casus in verbis Galli comprehenditur. Nam cum testator propter maiorem affectionem ad filium non credatur libere & absolute vocare nepotem, & tamen vocat, dicitur eum vocare post filium, & in casu, quo talis nepos sic futurus suus & sic si filius viuo testatore decedat, prout iste casus ex verbis Galli concipi potest.

Vel stante eadè expositione, potest aliter declarari, videlicet, ut dicamus ex verbis Galli concipi potest. l. per testatorè. l. in casu quo

quo testator secundum verba Galli concipere potest institutio-
ne nepotis posthumum, & consequenter in casu quo filius viuo patre
decedat, & sic in casum suum. Alij vero exponunt ex verbis
f. testatoris. Et tunc dico, quod licet testator expresse de morte filij
non meminerit, tamen ex quo verba eius videtur prius de filio sonare,
& postea de nepote, attenta maxime verosimili mente testatoris,
ex eius verbis concipi potest, prius filium libere institutum, &
postea nepotem, casu, quo filius viuo patre moreretur, & sic in casu
suiuitatis nepotis, in quo casu si non esset institutus, posset rumpere
testamentum, ad quod conseruandum videtur, quod teneret tota
testatoris ordinatio de posthumo nepote.

Sic itaque quocumque modo exponas textum, concluditur in
eo quod institutio posthumum nepotis valere potest, etiam quod simpliciter
fiat absque alia expressione de morte filij. Et dicit Scauola, quod quod-
dam periti, stante prouisione Galli de qua supra, sic admittendi
crediderunt, & quidem bene, & recte, vt in tex. dicitur.

3 Ratio autem esse potest, quia si semper in testamētis attendēda
est voluntas testatoris. I. quoniam indignum. C. de testa. cum simi-
li. etiam quod talis voluntas ex coniecturis, & tacite intelligatur, quia
quomodocumque verba prolata sint, ipsa voluntas verborum or-
dini, & significationi præferenda est. l. 3. C. de lib. præter. sed volū-
tas testantis creditur, vt voluerit sic posthumum nepotem insti-
tuere, vt. f. post filium, & in casum suiuitatis admittatur, vt ex prædi-
ctis constat, ergo &c. Non obstat ratio dubitandi quia dimissis mul-
tis, quæ dici possent, negatur quod Gallus dederit formam insti-
tutionis, quo ad verba, vt necessario sunt verba sua exprimēda, sed
solum voluit ostendere casum, quo nepos posthumus institui
posset, dū ergo dicit sic posse institui, exponit. hoc casum, si filius
meus me viuo, &c.

Et opus fuit verba illa ponere, vt declaretur casus, in quo per-
mittebatur talis institutio, cum autē testator eo casu tantū posset
nepotem posthumum instituere ex permissione Galli, si simpliciter
instituat, censetur instituisse in eum casum, in quem poterat
per prædicta, & hoc est, quod dicit in hoc tex. Et totum conseruatur
favore validandi, & conseruandi testamenti, vt patet ex his, quæ
dixi in principio istius l. in quarto præmissis. Nec est verū in pro-
posito quod per Gallum fuerit iniuncta conditio suæ permissioni
in verborum prolatione, sed tantum per sua verba demonstra-
tur casus, in quo permittebat. Induceretur autem conditio (vt et
quidam dicunt) si dixisset posse institui, si sic dicatur, si filius me-
&c. (vel vt omnis tollatur dubitatio) poteris sic dicendo declara-
re. Lex 1. 2. tab. permisit posthumos suos institui, ne testamen-
tum rumpere, Gallus ex mente eius dixit posthumum nepotem
in casum suiuitatis posse institui, quia tunc suus in effectu dicitur
institui, declarando casum. si filius meus me viuo, &c. Scauola
vero hic ex intentione quorundam dicit, illud fieri posse, & esse
admittendum, etiam quod non fiat mentio de morte filij, sed sim-
pliciter instituat. Nam etiā eo casu valebit institutio in casum
suiuitatis, & ita non rumpetur testamentum.

4 Not. primò fm gl. Bar. & alios plures quod Gallus reprehendit
hic per Scauolam de superfluitate. Ex quo inferitur fm eos iurisco-
sultum de superfluitate reprehendi posse. Quo ad primū melior
videtur opinio, quod Gallus hic non reprehendatur, sed Scauola
la dicitur sequitur mentē Galli declarando, & interpretādo, vt ex dictis
in figuratōe casus colligi potest, & ita tenent hic Imo. Pau. de
Calf. dñs meus Soc. & plures Moderniores. Et licet verba posita
per Gallum non sint necessaria, vt hic dicitur, nō tamen sequit, ergo
Gallus vii superfluitas de eo reprehenditur, quia nō fuit superfluitas,
opus enim erat quod per aliqua verba demonstraret, in quo casu
institutio esset faciēda, de quo reprehendi non potest, licet pos-
tea per interpretatōem sit admissa institutio, etiam quod de mor-
te filij nihil exprimat, quod quidem est postquam per expressa
verba Galli intelligimus, in quo casu institutio fieri permittitur.

Facit l. 1. §. 1. j. de hæred. insti. dum dixit, quod tribus verbis po-
test fieri testamētum. I. Lucius hæres esto. Nā licet statim ibi sub-
datur, quod immo etiā duobus, tunc nemo dixerit primum dictū
superfluum, vel reprehendendum; Illud enim quod ibi subditur,
procedit ex iuris interpretatōe postquam nouimus, quæ verba
sunt necessaria. Et quod intentio Scauolæ non fuerit Gallum repre-
hendere, seu corrigere, patet in §. seq. ibi, credendum est Gallum
existimasse, &c. Nam videtur quod etiam in hoc §. id quod poni-
tur, sit ex iustificatione Galli per interpretatōem a Scauola su-
ceptā. & ita arguit verbum idem. q. d. dicit quod supra diximus,
Existimauit Gallus, Dixit tamen Ale. non esse curandum, an Gallus
hic reprehendatur, vel non, sed patris, & dominus meus Soc. in
primo notab. dicit, quod immo est curandum, quia si Scauola re-
prehenderetur, & sic quodammodo corrigeret, dispositio eius tā
quā correctoria de casu ad casum trahenda non esset, scilicet si nō
corrigeret, quia traheretur ex identitate rationis, vt per eum.

Circa secundum. f. dum inferunt Doctores Iureconsultum de
superfluitate posse reprehendi, pro tali dicto facit l. f. §. in refuta-
torijs. C. de appel. cum similibus, quibus probatur superflua di-
ctā reiectanda esse.

Hinc si illud, frustra sit per plura, quod potest fieri per paucio-
ra, de quo per Bal. in l. fia. C. de adopt. Et est bonus tex. Insti. qd
cum eo, post princ. ibi ne verborum fiat disputatio. Et istud ego pu-
to verum, intelligendo simpliciter de aliquo Iuriscoconsulto in ali-
quo suo tractatu, quia potest, & potuit, si sit superfluum, reprehendi,
quicquid hic in contrariū dixerint Moder. Hispani. Quia omnia
per eos allegata procedunt respectu Iuriscoconsulti seu legis eius,
quæ reperitur in corpore iuris posita. Nam cum tunc sit talis lex,
& in ea Iuriscoconsultus eius auctor approbatur per imperatorem,
nō possumus dicere, quod aliquid superflue ponat. Quinimo di-
ci solet, quod verba legis sic debent interpretari, vt non sint otiosa,
sed aliquid operentur iuxta l. si quando, in prin. infra de leg. 1. &
c. si papa. de priu. lib. sexto, & per ea, quæ dixit Bal. in Rubrica de
contrah. emp. in nona quæst.

At Iuriscoconsultus aliquis, per se consideratus, bene posset re-
prehendi, si fuisset superfluum, & ita cogisset Gallo hic, vellemus
tenere, quod reprehendatur.

6 Secundo nota, quod si dispositio a testatore simpliciter facta, re-
ferenda semper est ad iuris intelligentiam. Et quis disponēdo, sic
disponere censetur, prout de iure potest, vt eius actus valeat, ne
alias viam eligere videatur ad inualiditatē suæ dispositionis arg.
l. 3. in prin. q. de milit. test. Ita notat hic Bal. Ang. Imo. Ale. & alij.

7 Inferentes, quod in libello dicitur illa actio intētata, quæ ex nar-
ratione de iure proponi poterat. de quo videndum est per Doctores
in l. edita. C. de eden. Et ego dicam j. prope finē, quia Bar. tan-
git in penul. q. Hoc notabile secundum Galiaul. hic, videtur intel-
ligendum, quod post actum celebratum vt valeat, nullum aliud ex-
trinfecum factum hominis interuenire debet, vt per eum. Et ego
adderem. si ipsius disponētis, prout hic. Nam absque alio facto te-
statoris extrinfeco potest dispositio sortiri effectum, si casus con-
tingat, de quo in formula Galli.

Et sic etiam videtur conseruari stipulatio in l. interdum. §. si
seruus. j. de verb. obl. cum aditio ibi requisita non sit factum sti-
pulantis. Verum si absque extrinfeco facto testatoris dispositio vale-
re non potest, forte non ita esset dicendum. Puta, si instituo sim-
pliciter spurium meum, talis enim institutio non videtur valere,
etiam si postea fecerim eum legitimari, licet potuissim ab initio
eum instituire in casum legitimationis, & sic suæ capacitatis. I. in
tēpus, in princ. infra de hæred. insti. Et id erit quia ad talē validita-
tē requirebatur factum illud meum legitimationis, seu legitimationē
petēdi, vel ordinandi, quod post mortē legitimari possit, iuxta
auth. itē si quis. la prima. C. de natura. liber. Similiter, si stipuler
re meam simpliciter, non valebit, etiam quod desinat esse mea. I.
cēt in talē casum potuissim stipulari, pro quo in argumētum vi-
detur l. nemo re suam, infra de verbo. obliga. & l. si re meam. eo.
titulo, vbi glo. in fi. hoc aperte dicit, allegando l. qui decem. §. Sti-
chum; infra de solut. quod bene probat, ea enim res, regulariter
loquendo, absque facto meo non desinet esse mea. I. id quod no-
strum, infra de reg. iur.

Nec prædictis obstat. an seruo, Inst. de lega. vbi aliud factum di-
sponētis non requiritur, vt. l. ille seruus desinat esse hæredis, & tū
illud, in legato simpliciter facto, non subintelligitur, sed non va-
let, licet eo expresso valeret, argumētō §. ibi sequētis. Et idē est in
legato rei legatarij, l. proprios. C. de lega. & lege cætera. §. 1. infra
de leg. 1. Quod respondetur, quod illud prouenit propter regulā Ca-
tonianam, vt patet in l. 1. infra de reg. Cato. & hoc voluit Imper-
ator in d. an seruo, in versiculo quia quod inutile foret, &c. Et
Iuriscoconsultus, in d. §. 1. in fi. ibi, purum igitur legatum Catonia-
na regula impedit, cogita super istis, quia non pono pro constā-
ti, cum aliquo dubitem.

8 Ex prædictis not. tertio secundum Ias. quod si quando di-
spositio certo casu tamen valeret, aut fieri potest, si simpliciter fiat, vt
valida conseruetur, censetur facta eo casu, & eo modo, quo de iure
fieri potest. Vnde in proposito, auus instituendo nepotem post-
humum censetur instituire in casum suiuitatis, & sic quando filius
de medio subducatur viuo testatore, quia eo tantum casu secun-
dum tempora ipsa Galli, talis institutio fieri poterat.

Et nota, quia non dico, quādo dispositio deberet fieri sub cer-
ta forma, vt dicunt Hispani, quia tunc non videretur actus sim-
pliciter factus valere ea forma non seruata. Quia lex, dans certam
formam respicit modum faciēdi, & verborum ordinē, quod non
seruato, non dicitur satisfactum legi; & ideo actus nō valet, cum
forma det esse rei. l. Iulianus, §. sed & si quis, supra ad exhib. Sed
dico, quod institutio posthumum nepotis, velut alieni, tēpore facti te-
stamētis, non potest fieri, nisi differatur in tēpus, quo suus nascere
tur. Et ita nobis constat ex prouisione Galli. Vnde, si quis simpli-
citer nepotē posthumum instituat, habita tamen per prius dēbito mo-
do meūonē de filio, vt talis institutio valeat, censetur facta in casum,
in quem fieri poterat, hoc est casu suiuitatis, & sic mortis filij vi-
uo testatore, licet id non exprimat, vt hic.

9 Sic in simili dicimus, quod hodie si ad validatē testamētis de-
bet filio legitima relinqui iure institutionis, §. aliud quoque capi-
tulum, in Auth. vt cum de appel. cog. si tamē filio pater relinquat
legi-

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

legitimam, ut actus ille valeat, censetur reliquisse iure institutionis, secundum Bart. & communem opin. in auth. vnde si parés. C. de inof. testa. de quo ego aliquid dixi in Rub. infra de leg. 1. in secundo premissis videas ibi col. 1. 1. & sequenti.

10 Quarto, not. ibi, instituat fm Bal. Imol. Aret. & alios, quod verbum instituo, ponitur pro substituo, & sic sequitur, quod verbum instituo, potest importare substitutionem, et eam institutio dicitur genus, habes se ad primam institutionem, & ad substitutionem, hinc dicitur, quod substitutio dicitur secunda institutio. Et sic omnis substitutio est institutio, non autem per contrarium, dixi de hoc, supra in prin. istius l. in tertio notab.

11 Quinto, & ultimo nota, ibi, qui ex verbis concipi possit, quod tunc videtur mens disponētis attendenda, quando aliquo modo ex verbis colligi potest, licet proprie seu expresse illam non dicam. Verum, si nullo modo ex verbis colligi possit mens disponētis, non videtur attendenda, ita in simili voluit Bald. in l. 1. C. de his qui ante apert. tabu. vt refert, & sequit Patruus, & dominus me^o Soc. in l. hæres mei. §. cum ita, in 3. col. j. ad Trebel. vbi pro hoc allegat l. quidam cum filium, infra de hered. instit. vt per eum.

Sed aduerte, quia hoc patitur difficultates non leues. Nam primo videmus, quod immo mens attenditur, etiam quod ex verbis non colligatur, vt est videre si facta sit pupillo expressa vulgaris: nam porrigitur ad pupillarem, licet verba id non importent. l. iam hoc iure, in prin. infra de vulg. & pupil. & l. quamuis. C. de impub. & ali. subst. cum similibus. Et plus videtur, quod sufficiat, disponentem sic verosimiliter disposuisse, si de hoc cogitasset, nulla habita consideratione verborum, iuxta l. tale pactum. §. fin. cum ibi traditis per gl. Bar. & alios, supra de pactis, Item, & scdo. videmus per contrarium, quod aliquando mens non attenditur, licet videatur colligi ex verbis, vt l. si alius, in fra de vsuf. leg. Et quod ibi voluntas illa possit sumi ex verbis, videtur aperte probari in l. & puto. §. primo, supra famil. ercif. Considerando quod nisi ita ex verbis colligeret, decisio ibi posita careret fundamento, & esset maleposita.

Quare, quia materia est latissima, & aequaliter aliena à materia §. nostri, vide Dñm meū Soc. in l. in ambiguo. col. fin. j. de reb. dub. vbi pro resolutione prædictarum difficultatum, & pro iurium plurium concordia ponit decem conclusiones distinctas, ex quibus omnia de plano videntur resolui. Cetera notabilia posita hic per Doctores respiciunt particulares casus, quibus iste tex. exemplificatur, de quibus per glo. & Bar. prout etiam asserunt ipsi, qui notabilia ipsa colligunt, vnde de his in d. casib. videbimus.

Gloss. habet duas partes principales, vt per Iaf. Et circa primam prosequar distincte casus eius, siue modos, quibus glo. vult posse istum tex. exemplificari.

Et circa primum, videlicet, quod testator dicat, si quis nepos mihi post mortem meam nascetur, hæres esto. Bart. dicit, quod est bonus & literæ applaudet, vt per eum. Dum autem ipse dicit Gallum reprehendi non posse de prouisione, sed de modo, cum non sit in institutione nepotis necessarium exprimere de morte filij, dicas quod licet ita sit per interpretationem, vt dixi in 1. notab. tamen Gallus non potest de suis verbis reprehendi, quoniam si verba illa, si filius meus me viuo moriatur, non posuisset, non intelligeretur restricta iuris prouisio ad casum, quo posthumus nepos ius nasceretur, prout ipse volebat, sed etiam natus non suus, puta quia filius de medio adhuc viueret & in potestate esset, comprehenderet. Fuit ergo opus dicere, si filius meus me viuo moriatur.

Et ex isto tex. secundum hunc primum modum intelligendi colligunt tria notabilia. Primo, quod vulgaris substitutio (de qua hic agit) potest fieri verbis affirmatiuis, absq; aliqua expressione conditionis negatiue, vel priuatiue contra suam regularem naturam, iuxta glo. magnam post prin. in §. qua ratione, Insti. de pupil. substit. Et declarat Bar. in l. 1. col. 2. j. de vulg. & pup. Et illud est, quod subauditur illa conditio, si filius me viuo, &c. quæ virtualiter dicitur priuatiua, seu negatiua, nam importat, si morietur ante aditum, immo, & delatam hereditatem, & sic importat si hæres non erit.

13 Secundo quod vulgaris fieri potest et verbis merè directis, vt per Iaf. immo etiam directis ciuilibus, vt sunt illa, hæres esto, fm Bar. in l. Centurio. col. 4. j. de vulg. & pup. Et sic non solum, si dicitur, substituo, & sic per verbum commune, sed etiam si dicitur hæres esto, & sic per verba directa ciuilia. Et hoc (ni fallor) est plusquam clarissimum per tex. in l. 1. post prin. infra de vulg. & pup.

14 Tertio colligitur ex hoc tex. secundum istum modum intelligendo, quod dicitur quid fieri simpliciter, quod fit conditionaliter, si conditio inest ex natura actus, & ita colligunt hic Bal. Ale. Iaf. & multi Moderniores. Alio tamē modo loquuntur Imo. & Aret. videlicet, quod quid dicitur fieri simpliciter, licet exprimat conditionem, quando illa inest ex natura actus. Vtrunque dictum, licet in se diuersum, videtur posse exemplificari hic. Nam si testator dicat, vt isto primo modo exemplificatur tex. dicitur in effectu facta substitutio conditionaliter, si filius meus me viuo moriatur, licet non exprimat, cum inest ex natura actus, & talis substitutio dicitur simpliciter facta vt in tex. dicitur. Et sic procedat dictum Bal. Ale. & sociorum,

Sed si in eodem primo modo consideras, quod fuit dictum, si quis mihi nepos post mortem meam nascatur &c. constat expressam fuisse conditionem, sed quia illa inest ex natura actus secundum ordinem, & prouisionem Galli non impedit quare substitutio dicitur simpliciter facta. Et ita procedit dictum Imolæ, & Aret.

Et omnes doctores concorditer inferunt ad statutum, quo cauetur quod quis debeat positionibus simpliciter respondere; &c. Nam dicitur quis simpliciter respondere, licet in responsione inest conditio de natura actus, secundum primum modum, quo loquuntur Bal. Alex. & socij. Vel licet exprimat conditionem aliquam, si illa sit de natura actus secundum quod loquitur Imolæ & Aret. Sed aduerte, quia secundum Iaf. videtur quod immo tex. iste contrarium probet. Nam, si exprimitur illa conditio, si filius meus me viuo moriatur, non dicitur fieri institutio simpliciter vt est hic tex. & tamen illa videtur inesse ex natura actus, cum et non expressa subintelligatur, & sic videtur iste tex. contra dictum Imolæ, & Aret. Immo etiam contra dictum Bal. Ale. & sociorum, quia, si illud esset verum, expressio dictæ conditionis, cum tacite inesset, nihil operaretur. l. 3. j. de leg. 1. quod repugnaret huic tex.

Ego circa statutum nihil dicam, sed cum sit materia aliena, remitto te ad dicta per Bal. in l. 1. C. de edil. act. Et per doctores maxime modernos in l. 1. §. si quis simpliciter, vbi aliquando dixi j. de verbo. obli. Et in alijs locis de quibus hic per Iaf. & Moderniores. Sed circa istum tex. & notabile id sumptim aduerte, quia Moderni Hispani negant illud posse colligi, ponendo nouum quandam intellectum, vt scilicet institutio posthumi nepotis, non facta mentione de morte filij, valeat, & si filius mortuo testatore moriatur, & sic non est considerandum, quando filius moriatur, sed quandoque moriatur, procederet institutio, prout etiam verba viderentur importare, cum de tali morte non fiat mentio, vt per eos colum. mihi. 1. 2. in versiculo item iste intellectus credo quod procedat &c.

16 Verum ista intellectus, licet videatur subtilis, & coloratus, & esset pulcher in disputatione, tamen mihi non placet, quia si recte aduertat, præsupponit Gallum voluisse posthumum nepotem simpliciter institui posse, & quod etiam alij eum sunt interpretati, quod tamen videtur falsum, quia Gallus solum disposuit nepotem posthumum posse institui in casu, quo suus fieri posset, rumperetque præteritus, vt fuit dictum in quarto premissis ad hanc l. & videtur aperte probari, §. ca. l. instituens, ibi, post mortem natus suus esset rumperetque præteritus.

Tertius est ergo communis intellectus, videlicet quod licet nihil exprimat de morte filij, tamen ad eum casum referatur institutio, quo filius viuo testatore decessat.

Et ita tenendo ad argumentum Iaf. respondeas, quod quando dicitur expresse, si filius meus me viuo moriatur, institutio non dicitur simpliciter facta. respectu verborum, eo quod in eorum sono non simpliciter instituit, sed sub illa expressa conditione, si filius meus, &c. & de hac tantum simplicitate (vt ita dicam) vel implicitate loquitur tex. vt sic tantum consideretur, an illa conditio fuerit expressa, vel ne. Et hinc est (quod ad veram mentem istius tex.) quod licet dicatur, si nepos post mortem meam nascetur &c. non tamen dicitur nepos minus simpliciter institui, quia non eo respectu hic consideratur, nepotem simpliciter institui, sed solum respectu prædictæ conditionis, si filius meus me viuo moriatur. Secundus modus glo. est si dicitur, filium, & nepotem, qui ex eo nascetur post mortem meam hæres instituo, quem similiter Bart. dicit esse bonum, vt per eum.

Et hinc ex isto text. secundum istum intellectum possunt colligi eadem tria notabilia, quæ collecta fuerunt secundum primum modum. Et ultra etiam alia duo:

17 Primo secundum Bal. Imol. & quosdam alios, quod per copula, & aliquando præter naturam suam non contingit æqualiter. l. vt simul copulati vocentur, sed ordinem quandam potius demonstrat, vt hic, & hoc prouenit propter iuris necessitatem, quæ ita exposcit. De quo j. dicitur.

18 Secundo nota, quod institutio, & vulgaris substitutio vnico verbo dispositiuo fieri possunt. solum enim fuit dictum hæres instituo, & tunc respectu filij verbum illud importabit primum gradum, & sic institutionem specialiter sumptam, respectu vero nepotis posthumi importabit secundum gradum, & sic substitutio nem, vt dixi in 4. notab. Et sic vnus, & idem verbum ad diuersas personas relatum, diuersimodè capietur, prout in simili fit de verbo manumitti in l. 2. supra de offi. proconi. & lega. Hæc eadem duo notab. colligi possunt secundum quantum modum intelligendi, vt si dicitur, filium, & nepotem ex eo instituo.

Et ad istos duos modos intelligendi tendit oppositio, quam Bart. post quantum casum facit de l. 1. §. his ita dicas in vers. vbi autem. C. de cad. toll. & de l. si duobus, in prin. infra de leg. 1.

Tertius modus est, vt dicitur, si filius hæres non erit, nepotem qui ex eo nascetur, substituo. Et iste etiam secundum Bart. est bonus. Secundum quem ex isto text. no. quod verba illa vulgaris substitutionis, videlicet si hæres non erit, verificantur aliquando

do solum quando filius institutus viuo testatore decedat, & ita hæres esse non possit, vt hic. Et sic videatur restringi ad casum impotentia considerati per Gallum, ita notat hic Imol. & Aret.

Ratio est secundum eos, quia illo tempore, quo hoc notabile procedit, sola Galli prouisione attenda, non poterat testator nepotem posthumum instituire, nisi in illum casum: & ideo ad eum substitutio restringebatur, & merito, quia dispositio semper ad possibilia adaptatur. l. Lucius. §. pen. infra ad municip. Hodie vero cum simpliciter, & ex arbitrio quilibet posthumus institui possit, si diceretur, vt in isto tertio modo dicitur, vulgaris substitutio procederet ne duz in casu Galli, sed in quolibet alio casu impotentia, & etiam in casu voluntatis iuxta l. 3. cum sua materia. C. de here. inst. Quinimmo si vnus casus per testatorem exprimitur, puta, si hæres esse noluerit, trahitur substitutio ad casum impotentia, vt communiter tradunt Doctores in d. l. 3. & l. 1. post Bart. ibi infra de vulga. & pupil. licet plerique nostri Senenses contrarium tenuerint in eorum tractatu substitutionum, in tractatu de vulga. subst. in septima quaest. principali. in primo effectu.

Sed nunc non est locus disputandi hoc vide per eos, & in dubio non recedas a communi opi. prout illam ego cum illis notis Senensibus substinui.

Quartus modus est, vt testator dicat, filium instituo, & nepotem substituo, & iste casus non reperitur in glo. in omnibus fere libris impressis, sed addi debet, cum illum habuerit Bart. in suo libro, & similiter alij antiqui, & fuit ommissus vitio impressorum. Quem casum, seu modum Bar. (sicut de alijs dixit) dicit esse bonum, & valde notandum, quoniam secundum istum modum hic erit casus, quod si dicam, Titium instituo, & Sempronium substituo, sola vulgaris substitutio dicitur facta, vt per eum, sed de hoc infra dicemus in sexta quaestione Bart.

Quintus, & vltimus modus est, quod testator dicat, Filium, & Nepotem ex eo instituo, de quo sufficiant, quæ supra dixi post secundum casum.

Sed circa predictos quinque modos, seu casus aduertendum est. Nam in primis duobus fit mentio de morte aui testatoris, non autem in tribus vltimis. Vnde videtur quod vel primi duo in eo, sint superflui, vel tres vltimi defectiui, & videtur totus hoc pendere ab eo, an sicut de morte filij necessario non est facienda mentio, vt in tex. nostro, ita etiam nec de morte aui testatoris, & ita plerique dixerunt, attento quod hic dicitur sufficere, quod simpliciter instituat. Non enim videretur simplex institutio, si de morte aui esset facienda mentio. Et forte videbitur alicui quod ita senserit Barto. ex quo ipse approbat etiam tres vltimos modos. Breuiter dicas, quod tenendo communem intellectum circa prouisionem Galli, scilicet quod induxerit posthumum nepotem post mortem suam nasciturum posse institui in casum suita, ne testamentum rumpatur, vt dixi supra in primo casu, reprobando intellectum nouum Hispanorum, & plene fait dictum in quarto præmissis ad hanc. concludi debet, quod ex isto text. non tollatur, quin de morte aui sit habenda mentio, sed tantum de filij morte necessario non exprimenda in hoc text. disponitur, quia quod non mutatur, censetur in suo statu relictum. l. præcipimus, in fi. C. de appel. & l. fancimus. C. de testa. vnde in reliquis remanet prouisio, & formula Galli immutata, & ita etiam voluit hic Ias. post princ. antequam ponat notabilia, licet statim postea videatur rem dubiam relinquere, quando dicit quod aut vtraque conditio debet posse omitti, aut necessario debet exprimi.

Et quod de morte aui sit facienda mentio, pöderat text. istum in illa implicatiua, et vt per eum. Sed in hoc errat, quia per illam non implicatur, quod de morte aui sit facienda mentio, vt ipse credit, sed solum implicatur respectu expressionis mortis filij, prout et Hispani dicunt, & puto hoc clarissimum: volui ergo tex. quod institutio de posthumo nepote valeat, nedum si exprimat de morte filij, vt in formula Galli legebatur, sed etiam si non exprimat.

Erat etiam Ias. in eo quod in fine dicit, quia veritas est, & ita mihi vt concludendum, quod de morte aui testantis sit facienda mentio, sed non de morte filij, & ratio differentia est, quia conditio mortis filij viuo testatore dicitur magis necessaria ad prouisionem Galli, scilicet nepos sic suus hæres fiat, & ideo facilius potest subintelligi, sed conditio mortis aui uidetur magis uoluntariè considerata, & ideo debet exprimi, ut appareat tali uoluntati satisfactum. Et ex his sequitur, duos primos modos esse meliores, & dicere quod tres vltimi (si eos uis tenere) recipiant declarationem a primis duobus, in eo quod de morte aui sit facienda mentio.

Hæc tamen procedant habito respectu ad tempus, quo facta fuit interpretatio prouisionis Galli, de qua hic. Hodie autem non sic esset.

Sum in secunda parte. gl. ibi. Quid autem si filium, & nepotem instituat, & quam poteris subdividere vt per Ias. & gl. in effectu et concludit, quod si instituo filium, & nepotem ex eo iam natum, non dicuntur simul copulati in primo gradu, sed tantum dicitur vocati ordine successiuo, quia filius dicitur institutus, & nepos substitutus, ut per eam.

Cum gl. tenuit Andr. de Pisis eo præcipue fundamento, quia etiam isto casu consideratur necessitas quadam saltem causatiua, vt refert hic Bart. in prima quaestione, ordo ergo necessitatis instituendi primo filium, & postea nepotem facit, vt sic ordine successiuo dicantur vocati.

Bart. autem fortius voluit quod immo solus ordo charitatis, & affectionis, et vbi nulla subest necessitas, sufficiat, vt ordine successiuo dicat facta institutio, vt per eum, & dixi in eius recitatione.

Ego sequendo in hoc vestigia patris, & domini mei Socii. hos duos articulos distincte discutiam. Et plene prosequar, quia pulcherrimi sunt & difficillimi. Exemplum primi erit, si instituo filium meum, & ex eo nepotem iam natum, vt proponitur quaestio per glo. & Bart. nam tunc consideratur ordo quadam necessitatis. Exemplum secundi articuli sit, si fratrem meum, & eius filium instituo. nam tunc nulla adest necessitas instituendi, sed solum ordo charitatis consideretur.

Circa primū igitur vidisti opi. gl. quæ sequuti sunt Dy. And. de Pisis. Odo. Bar. Alberi. Rayner. Bal. Ang. Nic. de Neap. Raph. Comen. Ale. domi. meus Soc. & Ias. licet aliquantulum prius dubitauerit, & ita sequuntur plures alij, & dicitur com. opin. vt per Alex. Ias. & Moderniores. Sed contrarium, quod immo simul dicitur in primo gradu vocati, tenuit Iac. de Are. vt refert Bart. tenuit etiam Oldra. Sali. Imol. & Aret. & sequuntur moderni, Romani, & Hispani, vt per eos. Nos videamus quis eorum iustius arma induerit, & sic quæ sit verior opinio.

Et pro com. opin. (pluribus dimissis) infra scripta magis stringere videntur. Primo iste tex. secundum quintum modum intelligi cum sui ratione, videlicet quia sic iuris necessitas urgebat, ne testamentum rumpatur. Nam etiam isto casu eadem necessitas videtur considerari, vt dicebat Andr. de Pisis, & refert hic Bart. & maxime hoc videtur dicendum, quia nisi sic diceretur, dispositio testatis non valeret, vt dicit hic dominus meus Socin. Non enim secundum eum qualibet necessitas istud operaretur, sed illa tantum, quæ (si ei non satis fiat) induceret nullitatem actus, vt per eum. Et ista necessitate considerata, tollitur præsumptio liberalitatis testatoris. Non enim videtur nepotem vocare, nisi in casu, quo tenebatur, & sic, vbi filio de medio subducto, nepos in locum eius intrando, posset rumpere testamentum, cum aliis in necessitatibus nemo liberalis existat. l. re legatam, infra de adm. leg. & ita arguebat hic Ale. & ad hoc Bart. hic post Andr. de Pisis allegat l. si stipulatus, supra de vtr. ibi, quia non est verosimile plus venditorem promississe, &c. & in istis stat præcipuum fundamentum communis opinionis.

Sed qui aliam partem tumentur, respondent primo ad istum tex. quod in eo actus nullo modo aliter valere poterat, quia posthumus nepos solum in casum suita poterat institui, nimirum ergo si in eo casu sit interpretatio, sed in casu nostro iste nepos, iam natus, potest quocumque modo institui, ergo &c.

Nec necessitas ista, ne possit rumpere testamentum filio subducto de medio, debet in proposito operari, vt ordine successiuo dicatur facta institutio, sed solum posset operari quod sit institutus, & tunc dicam eum institutum, vt verba important: verba autem important, vt dicatur simul cum filio institutus, ergo &c. Nam si erit simul cum filio vocatus, etiam quod filius de medio subducatur, non rumpet testamentum, quia non posset dici præteritus, & cum ex ista interpretatione testamentum non rumpatur, vt dixi, tollitur id quod dicebat Dominus meus Soc.

Nec præsumptio quod testator non fuerit liberalis, quam facit hic Alexand. argumento d. l. rem legatam, de adm. leg. quicquam obstabit.

Primo quia testator reliquit supra legitimam, & sic supra quam tenebatur, & ita necessitatem illam fuit transgressus.

Secundo, quia dico quod illa necessitas erat tantum casualis, scilicet si filius de medio subducatur, verum ipse instituit hunc nepotem simpliciter, & in primo gradu, ergo talis institutio videtur uoluntaria, & ideo secundum quod verba sonant, debet intelligi. Tertio necessitas erat tantum, quod non reperiret se præteritum, quod quidem cum testator posset facere, vel substituendo in casum suita, & sic post filium, vel simpliciter instituendo, interpretabimur, testatorem fecisse prout verba sonant, & sic vt simul vocentur, cum etiam tunc prædictæ necessitati sit satisfactum. Et ista procedunt quatenus consideres necessitatem respectu istius nepotis.

Sed si consideras eam respectu filij, quia scilicet testator primo tenebatur eum instituere, quia iura sui hæredis habebat. Adhuc dico quod ei satisfactum est, si filius sit pro dimidia institutus, & habeat nepotem cohæredem prout verba a testatore prolata important, nec poterit conqueri filius, cum habeat s. legitimam, satis enim est testatori sic filium instituere, vt non possit rumpere testamentum, quod accidit etiam si pro parte instituat.

Secundo pro cõi opinione est fundamentum Bartol. videlicet ratio ordinata charitatis, item & affectionis. Nam cum illa sit prima, & maior in filium, & postea est minor in nepotem, vide-

D. Maria Soc. Iun. in l. Gallus:

tur q̄ eo ordine voluerit eos vocare, vt primò filius, deinde nepos vocetur, vt̄ substitutus, licet̄ quò ad sonum verborum eos si-
20 zomul vocauerit. Nam † a verborum significatione recedendum est, vt mens, & voluntas testantis impleatur. l. non aliter, in princ. infra de leg. 3. Et nunquam verborum interpretatio melior sensu esse debet. l. 3. in fin. C. de liber. prater. Hinc dicimus, q̄ verba deserviunt intentioni, non per cōtrarium. l. scire oportet. §. aliud, supra de excus. tut. c. secundo requiris, de appel. & c. intelligētia, de verb. signi. cum similibus.

Sed tenendo aliam opi. respondetur, q̄ ista ratio non videtur bona, quoniam ea inspecta, sequeretur, q̄ si instituo filium meū, & Sempronium, filius deberet dici primo in totum institutus, & Sempronius substitutus, ratione maioris affectionis in filium q̄ in Sempronium extraneum: ac etiam ratione communis voti parantum, de quo in l. scripto, in fin. j. vnde lib. Et tñ nemo id diceret, etenim omnes consentiunt, q̄ eo casu simul ambo admitterentur. dicam de hoc latius j. in seq. articulo. Et interim cogita, an replicari possit, q̄ licet̄ sit in filiū p̄sumptio maioris affectionis, tñ non cadit inter eos ordinata charitas a natura, vt scilicet de filio transeat in Sempronium extraneum, sicut de filio transit in nepotem. Et hoc bene nota, sed dicemus infra vt dixi.

21 Tertiò pro communi facit, quia † sic ordo scripturæ demonstrat, qui videtur attendendus. l. cum pater. §. pe. de leg. 2. & l. quotiens, supra de v̄sufu. in prin. Nam, vt ex illis iuribus colligitur, ex ordine scripturæ arguitur ordo voluntatis. Sed ad hoc facilis videtur responsio. Nam dico, q̄ argumentum ab ordine scripturæ est fallax, vt probatur in l. nec enim, j. de solut. allegata per gl. Quæ ad idem allegat etiam l. si quando. §. 1. de leg. 1. Nam si ibi ordo scripturæ attenderetur, quando testator legauit fundū, aut centum, prius deberetur fundus vt̄ primò vocatus, & non daret̄ electio hæredi, quod esset contra illum tex.

Et tale argumentum etiam fallax, præcipuè procedit in coniunctis per copulam, cum illa ex sui natura pariter coniungat. l. reos. §. cū in tabulis, j. de duobus reis. l. 1. & 2. C. si plur. vna sent. l. 1. §. his ita in versiculo vbi autem. C. de cadu. tol. & l. si duobus,

22 in prin. j. de leg. 1. Hinc dicimus, q̄ † in coniunctis non attendit̄ ordo, siue prioritas aut posterioritas. l. quidā. j. de pecu. lega. & l. 2. §. prius, in verb. sed si quis ita. j. de vulg. & pupil. & ibi tradit̄ Doctores. Et in proposito nostro tale argumentum non valere apparet, & ad sensum demonstratur, quia si volo duos æqualiter in institutione copulare, oportet q̄ in ordine verborum, vnus præcedat alium, non tamen mens mea erit inter eos dari præcedentiā, cum velim æqualiter esse hæredes.

Non ob̄, modò d. §. pen. quia secundum Bart. sumus ibi in alternatiua dispositione, prout dicebat etiam And. de Pisus.

23 Nōs verò loquimur in coniuncta, seu copulatiua. Sed dico, q̄ sicut † ibi a natura alternatiuæ receditur, & non dat̄ electio grauato, sed attenditur ordo scripturæ, ita & hic eadem ratione recedi debet a natura copulatiuæ dispositionis, & scripturæ ordo attendi debet: quasi ex eo ostendatur affectio, & voluntas testatoris, & ita dicunt hic Moder. Hispani hoc modo prædictam solutionem rejicientes. Sed tamen replicari potest, q̄ immo magna est ratio differentiæ inter casum, & casum. Nam in alternatiua dispositione in casu d. §. pen. voluntas testantis erat, q̄ vnus ex nominatis haberet, & ita natura alternatiuæ importabat. Quo stante tex. maluit attendi præsumptam affectionem testantis ex ordine scripturæ, quàm dari electionem grauato, qui potuisset eligere aliter q̄ testatrix ibi voluisset. Sed in coniunctiua dispositione in casu nostro non sic est, etenim in ea ex vi verborū omnes copulati censentur simul vocati, vnde non est opus tunc quærere, aut præsumere affectionem ex ordine scripturæ.

Alioquin si Titium, & Seium instituereim, Titius esset institutus, & Seius substitutus, quod est omnino falsum. Videas etiam Aret. hic in 4. col. in versic. & quia supra fecimus vnum argumentum, & c. vbi ponit aliam rationem differentiæ inter alternatiuā, & copulatiuam dispositionem.

Et si internè eam cōsiderabis, parum discrepat ab ista nostra. Et si Hispani dictum illud Aret. animaduertissent (ni fallor) non ita dixissent, quoniam ex differentia Aret. eorum dictum ostenditur falsum, sicut ex nostra.

Quartò ommissis alijs iuribus glo pro communi opinione allegatur l. si. C. de ver. signifi. & l. peto. §. fratre, de leg. 2. vbi, si familia vocetur, aut familiae relinquatur, non omnes simul admittuntur, sed successiua ordine, prout quisque est proximior, quia sic creditur esse de intentione disponentis. Sic igitur & in casu nostro dīcedum videtur, vt scilicet primò filius vt̄ proximior sit vocatus. Nec videtur bona solutio dicere, q̄ in dīuribus dispositio est facta per nomen familiae, quod dicitur collectiuum plurium personarum, vt videtur voluisse Bart. hic. Quoniam videtur quòd nō sit in casu nostro aliud dicendum, & q̄ non sit facienda differentia: nam sicut quando familia vocatur, admittitur proximior, puta, pater veluti caput familiae, ita eadem ratione, si vocatur pater & filius, debet prius pater admitti tanquam caput filij, & suæ fa-

miliae. Alioquin daretur implicita successio, & ambagibus plena, & ita dicitur hic Hispani.

Sed tuendo aliam opinionem responderi potest, q̄ immo vera videtur sol. Bart. vt scilicet ibi id sit propter illud nomen collectiuum familiae, quod in iure recipit talem interpretationē vt d. l. fin. Et non videtur verum, q̄ semper in familia p̄sideretur vnū caput, quia semper non datur, q̄ superfit pater aliorum. Et statuit q̄ vocentur, prout sunt proximiores, eo q̄ p̄sumunt magis dilecti. Nam cum verbum illud familia, plurimos cōplectatur, nō est verosimile, q̄ testator voluerit omnes simul vocare, quia tunc parum, aut nihil dilecti, & forsitan incogniti longoq; gradu distantes vocarentur simul cum proximè coniunctis cognitis, & valde dilectis, quod videtur absurdum. Quæ consideratio cessat in casu nostro, ex quo propter virtutem copulæ cōstat eos simul vocari, nec absurdum aliquid inde sequi potest.

Quinto pro communi facit l. si. C. de dot. promif. vbi illa oratio copulatiua de bonis paternis, & maternis, non copulat æqualiter, sed ordinem quandam demonstrat, de quo ibi. Ita ergo in simili dicamus in casu isto. Sed respondēri potest, illud ibi esse, q̄ pater tenebatur præcisè de suis bonis dotare filiam, vt ibi dicitur in tex. & Doctores omnes ita declarāt. At in casu nostro testator non tenebatur præcisè prius filium, & postea nepotem diuersis gradibus instituere cum simul posset, vt nemo negat.

24 Sextò allegatur c. primum. §. quin etiam in tit. Episcopum vel Abb. & in c. 1. §. si de success. feud. in v̄sibus feudorum † vbi concessio feudi facta pro filijs masculis, & feminis, non eos simul vocat, sed ordine successiuo, prius scilicet masculos, & eis non existentibus feminas.

Sed ad hoc etiam responderi potest tuendo aliam opinionē, q̄ decisio illa specialiter procedit ratione naturæ feudi, quod feminis regulariter non competit, & solent dici feudorum incapaces, vt d. §. si de success. feud. & in titulo de success. fratri. in si. princ. cum concordantibus, vt alias dixi in consilio 76. Cū diebus elapsis. numero tertio, primo volumine. At in casu nostro ita est capax institutionis nepos, sicut filius, merito ergo videtur quòd simul vocentur, vt̄ verba sonant.

Ex his itaque patet, q̄ opi. cōtra communem ab allegatis, pro communi videtur posse defendi.

Et licet̄ alia plura pro communi allegari possent, tamen consulto omittuntur, quia leuia sunt, & ex his, quæ dicta sunt ad omnia colligetur responsio.

Nunc videamus fundamenta huius opin. cōtra communem, & an ab illis communis opinio defendi possit.

25 Primo ergo fit præcipuum fundamentum † in natura orationis coniunctiua, seu copulatiua, quæ est, copulatos pariter & simul vocare. l. reos. §. cum in tabulis, j. de duobus reis cum cōcordantijs supra allegatis. Non enim est a verborum propria importantia recedendum regulariter loquendo. l. non aliter, in prin. de leg. 3. sed semper debemus in dubio seruire verbis. l. 1. §. si is qui nauem. supra de exercit. Et id est, quia quis creditur semper vellet, quod eius prolata verba importāt. l. Labeo. §. idem Tubero, §. de suppl. lega. Hinc dicebat Cassiodorus q̄ nullū est maius mētis nostræ testimonium, quàm qualitas inspecta verborū, prout eum allegando dicit Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. & in Rubrica extra de testi. ad fi. & alibi etiam vt̄ refert, & sequit̄ Iaf. in l. 3. circa medium. C. de liber. præter.

Sed tuendo communem opinionem responderi potest, q̄ ista regula non semper procedit, cum sepe reperitur, quòd nō aqua liter fit dispositio coniunctis per copulam, vt̄ hic iccundū quoniam modum intelligendi in d. l. fin. C. de dot. promif. & in d. c. 1. §. quin etiam, in tit. Episcopum, vel Abb. cum similibus. Et illud contingit, quia aliqua ratio, & verosimilis mens disponentis iudat, sic a natura copulæ, & verborum proprietate recedere, iuxta d. l. non aliter, in prin. de leg. 3. vt̄ supra fuit declaratum, sed in casu nostro vrgens ratio videtur ita suadere, scilicet ordinata charitas, & iuris quædam necessitas, ergo & c.

Et licet̄ istæ rationes supra videantur sublatae, negari tamen non potest, eas aliquantisper vrgere, vel saltem præsumptionem aliquam inducere, vt̄ etiam infra dicam.

Secundò allegat Io. de Imol. l. codicillis. §. instituto, de leg. secundo, vbi institutio facta de filio, & nepotibus eos admittit simul, & facit cohæredes, ita ergo & in casu isto. Et dicebat Salic. q̄ ibi est casus † communem opin. Verum pro communi respondēri potest, q̄ immo parū facit, & ommissis plurib; quæ dici possent, dico cum ibi tex. velit quæstionem, de qua ibi terminare, vtrum, si prohibita alienatio (vt̄ ibi fuit factum) censetur etiam prohibita locatio, præsupponit q̄ in casu illo filius & nepotes fuerant in simul instituti, & q̄ erant cohæredes. Nec de eo ibi disputat, nec verba apparent, quibus fuerant per testatorē vocati. Verba enim illa, instituto filio hærede, & ex eo nepotibus, sunt iurifconsulti referentis. Vnde debet dici q̄ fuerunt talia, quæ absque dubio faciebant eos cohæredes, vt̄ sic ad propositā quæstionis formationem præsupponantur termini habiles, prout semper fieri debet, iuxta

iuxta l. qui testamentum, in prin. supra titulo primo.

26 Tertiò pro ista opin. facit regula l. iam hoc iure. §. i. j. de vulgar. & pupill. Nam si vna determinatio plura respiciens, debet ea equaliter determinare, vt ibi verbum illud institutio respiciens filium, & nepotem debet eos equaliter respicere, & determinare, & sic vt pariter, & simul dicantur instituti. Nec dicas, qd in casu isto videatur diuersa ratio inter filium, & nepotem, quasi tunc d. regula non procedat vt plerique ibi voluerunt. Quia immo illa regula procedit etiam qd esset diuersa ratio, vt ibi clare probatur. Nam ratio suaderet, qd respectu pupilli substitutio esset pupillaris, non respectu maioris, cum illi fieri non possit, tamen illud non procedit solum propter regulam supra dictam.

Sed tuendo communi opi. responderi primò secundum Alex. qd regula illa non procedit in dispositione necessaria, prout videtur in casu nostro, ex quo pater tenebatur primò loco filii instituire, vt per eum. Quae responsio non videtur tuta, quia non tenebatur instituire in totum, & tali necessitati diceretur satisfactum, etiam qd equalis fieret determinatio, vt dixi supra respondendo ad primum argumentum pro communi. Vnde secundo responderi potest qd immo hic fit par determinatio in eo, quod verbum sonat, quia vterque dicitur institutus, licet vnus post alium sit admittendus. Sed nec ista videtur bona responsio, quia immo inter eos est inaequalitas in tempore, & forsitan etiam in re ipsa, si fortè nepos ante filium decederet.

Igitur tertio loco responderi potest, qd regula contraria non procedit, vbi iuris regula videtur repugnare, vt in praallegato, §. quia etiam, cum similibus, vel vbi praesumpta voluntas disponentis videtur tria, vt j. d. l. fi. C. de dot. promiss. Quando autem praesumpta mens non contradicit, procedit regula, etiam qd respectu determinabiliū apparere videatur diuersa ratio, vt probatur in d. §. i. Nam licet videatur ratio diuersa inter pupillum, & maiorem, tamen praesumpta voluntas testatoris est, quod vtrique dicatur facta eadem substitutio, attento qd eos inuicē, & reciprocè substituit, quod bene notabis ad declarationem illius text. in proposito autem dico, qd in casu nostro praesumpta voluntas testantis repugnat aequali determinationi, vt ex praedictis constat, ergo, &c.

Quarto contra communem allegatur l. cum in testamento. j. de haer. inst. in principio. Nam sicut ibi (quia duo gradus sunt) dicitur qd nullo modo simul vocantur, ita per triū, quando vnus gradus fit, pro isto casu contingit, quia coniunctim vocantur, debent simul admitti. Tuendo tamen communem responderi, qd immo etiam isto casu duo gradus dicuntur fieri, licet non expressis verbis. Dicimus. n. qd ita praesumitur per praedicta, sicut etiam praesumuntur in d. l. cum in testamento, cum ibi vere duo gradus expressi non fuerint.

Quinto allegatur c. Raynutius. extra de testam. vbi pater dixit qd Alterocha, & soboles, quam gestabat in vtero succederent, & ibi postea videtur praesupponi quod simul fuerunt vocati, dum dicitur inter Alterocham, & filium eius ex vna parte, &c. Si. n. ambo erant simul in lite, videtur sequi qd ambo erant simul vocati, & ita eis restitui fideicommissum iudex iudicauit vt ibi in f. dicitur. Et nota qd non vocauit nepotem iam natum, sed nasciturum, in quē verosimiliter nulla aut parua erat affectio, fortius ergo hoc videtur dicendum in casu nostro in quo erat in nepotem affectio, cum iam esset natus.

Sed tuendo communem, responderi (omissis pro nunc multis quae dici possent quod ad illum tex.) & dico, qd ibi sumus extra casum nostrum. nam ibi nulla considerabatur necessitas neque respectu Alterochae filiae, neque respectu filij eius nepotis testatoris, quia filia praesupponitur sic instituta, vt rumpere testamentum non possit, de filio autem eius non est dubitandum, cum praesupponatur Alterocham institutam patri superuiuere. Et praeterea non poterat fieri suus haeres, cum non esset futurus in potestate testatoris, neque de familia sua, cum esset nepos ex filia foemina. §. fina. Insti. de patri. potest. & l. familia. §. fin. j. de verbor. signific.

Praeterea etiam cum testator iam sibi quod ad suos haeredes satisfecisset, bona sua, & hereditatem suam filiabus suis relinquendo, vt ibi dicitur, faciebat postea substitutionem filiae Adiectae tunc impuberi, in quo nulla poterat considerari necessitas, & licet pupillaris substitutio ibi locum non habuerit quia Adiecta facta maior decessit, & solum habuerit locum fideicommissi, comprehensa in compendiola, quae facta fuit, tamen verum est qd etiam respectu talis fideicommissariae nulla necessitas consideratur.

Possent etiam secundo dici qd ibi testator voluit Alterochā, & filiam eius succedere Adiectae, vt verba sonant. Quod non eueniret, si ordine successiuo dicerentur vocati, quia sola Alterocha Adiectae succederet, & postea succederet filius, & sic verbis testatoris non satisficeret, & inuenio qd istam solutionem ponunt Mod. Hispani dum de sequenti articulo disputant. Prima tñ ratio magis placet. Vel tertio dicas, vt dicitur infra in seq. art.

Sexto, & vitimo (omissis pluribus) allegatur l. fi. C. de impu.

& alijs substit. & l. si mulieri, supra de usufruct. accresc. vbi filij simul cum patre, vel matre vocantur, & coniunguntur per testatorem, & tamen non successiuo ordine, sed simul admittuntur.

Sed ad ista responderi primò ex mente gl. hic, qd in eis testator erat extraneus, & non pater, aut auus. Et ideo non cadebat ibi ordinata charitas, prout etiam Bart. responderi hic ad l. si quis Titio, de usufruct. accr. Et minus aderat ordinata necessitas institue di, prout consideratur vtrunque in casu nostro.

27 Vel secundo responderi fin Bart. qd in d. iuribus dispositio non fuit facta per simplicem copulam (quae aliquando potest importare quandam alternationem ratione sic exposcente, vt per eum) sed dictum fuit, vna cum filijs in d. l. fin. vel cum liberis in d. l. si mulieri, & ratio tunc est, quia j. dictio, cum, significat quandam similitudinem, & ita vult dicere Bart. licet corruptè legatur similitudinem, Exemplum, Titius cum Seio iuerunt Venetias, nā ista oratio non verificaretur nisi simul iuissent, non sic est in oratione copulatiua, quia licet coniungat respectu eius, de quo loquitur, tamen verificari potest, etiam qd id simul non contingat, sed diuerso tempore. Puta, Titius, & Seius Venetias iuerunt, veran. est oratio, si quidem iuerunt, licet non simul, sed continuatè vnus post alium, hoc est qd voluit hic Bart. quando dixit quod dictio, & potest esse magis continuatiua, nec concursum requirit, vt per eum.

Sed aduertere, quia (prout etiam dicunt Hispani) differentia praedicta videtur vera, si oratio non copulatiua proferatur in praeteritum, vt in exemplo proposito, vel in futurum, puta Titius, & Seius ibunt Venetias, sed si in praesenti tempore proferatur, vt Titius, & Seius eunt Venetias, non erit verus sermo, nisi simul eodem tempore erant, vnde cum in casu nostro testator fuerit vnus tempore praesenti, dicendo filium, & nepotem institui, non vlt oratio illa verificari, nisi etiam in tempore concurrant.

Quare dici potest qd immo in tempore concurrunt (etiam tenendo communem opinionem) in eo. f. in quo coniunguntur, hoc est circa actum institutionis cum sint eodem tempore instituti. Sed quo tempore debeant frui hereditate, est alia speculatio, & in eo procedit supra facta dispositio.

Et nota, quia fortè idem esset, si dictum fuisset, filium cum nepote institui, quia satis videtur qd fuerint simul instituti. Et per consequens in proposito non videtur facienda differentia inter &, & cum, quicquid dixerit Bart.) sed videtur quod semper loquendo de filio, & nepote debeant venire ordine successiuo, in ipso ordine charitatis, & necessitatis, prout etiam dicit hic Hispani col. mihi 12. & sequenti. Et voluit Ias. hic in 2. limitatione. Et ex his videtur, qd solut. Bart. ad iura praedicta non procedat. Tenenda ergo est responsio glo. hoc est, quod in dd. iuribus persona honorata respectu testatoris erat extranea saltem quo ad necessitatem institue di, & forte etiam quo ad ordinatam charitatem, & affectionem sanguinis, licet pro nunc primum sufficiat.

28 Fateor tamen, quod in d. l. fi. C. de impub. ex alio simultaneus ille effectus ostenditur, quia scilicet dictum fuit, pater vna cum filijs haeredes sunt. Quae verba respiciunt effectum dispositionis simultaneam in eo requiredo. Illa. n. verba, vna cum, &c. ostendunt simultaneam & temporaneam coniunctionem prout etiam importarent si diceretur, simul cum, vt dicit Bartol. cuius opinio in his duobus modis loquendi vt scilicet differant a coniunctione, & videtur vera, & sic per tales modos filius, & nepos vocati, simul in primo gradu admittentur. Sed si simpliciter dicitur, filium cum nepote institui, non videtur quod differat ab illa filium, & nepotem, &c. per supra dicta. Et per regulam, de qua in l. Titia. §. nisi, cum concordantibus, de quibus ibi per gl. j. de leg. 1. & sic videtur quod Bart. male loquatur in hoc.

Et ex praedictis constat, quod etiam communis opi. ab allegatis contra eam defendi potest. Ad alia autem plura argumenta, quae contra communem fieri possent & gratia breuitatis omituntur, ex supra dictis facillimè responderi poterit.

Sic itaque patet, articulum habere in se magnam dubitationē prout etiam omnes attestantur, & ad utranque partem posse disputari, tu tene, quod placet, in dubio tamen praesertim in practica, non recedas a communi opinione, quā ego vidi semper obseruari. Et illam poteris hac declaratione iustificati. Negari non potest, qd dispositio coniuncta, seu copulatiua aliquando sic capitur, vt praeter propriam naturam, importet quandam ordinē successiuum, & simultaneam coniunctionem, vt ex praedictis constat. Et super hoc videtur posse tradi talis doctrina, videlicet qd quando ea, quae ab homine copulantur ex dispositione, & ordine iuris reperiuntur inter se procedere ordine successiuo, tunc eo ordine debet capi illa dispositio hominis, si ad illud cōcurrat verosimilis, & rationalis dispositio voluntas, hoc vt probari in isto text. iuxta quintum modum intelligēdi, in d. l. fi. C. de dot. prom. & in d. c. i. §. quin etiam, cum similibus in titulo Episcopum, vel Abb. vt per te. tcis inducere. Sed in proposito iuris ordine, primo filij, deinde nepos vocat, & ad id cōcurrit verosimilis voluntas testatoris, qd eos copulauit, & est talis voluntas rōnabilis, ergo, &c.

Illud

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Gallus.

Illud autem probatur, tum propter ordinatam necessitatem instituti primo filium, cum sit ius hæres, & secundo nepotem, cum possit subducto filio de medio ius hæres fieri, & præteritè rumpere testamentum, tum propter ordinatam charitatē, & affectionem primo ad filium, & secundo ad nepotem. Ac etiam quia ab intestato sic iura vocant, primo filium & postea nepotem, at- tento quod semper (ubi verba patiuntur) testatoris dispositio debet sic interpretari, ut sic conformis iuri communi, vel municipali, iuxta l. si duo, & ibi tradunt Doctores, infra de acquirere hæred. & est doctrina patrum mei Soc. & aliorum in l. hæres mei. S. cū ita, ubi post alios plura dixi, infra ad Trebel. His enim omnibus simul consideratis arbitror rationabiliter dici posse, quod licet testator filium, & nepotem copulatiuè instituerit, credi tamen debet, quod voluerit eos successiuo ordine admitti, & hoc modo ista cōmunis opinio videtur quam optime iustificari, cogitabis tamen.

Hanc tamen communem conclusionem limitabis, nisi verba videantur repugnare, puta, quod dixerit, vniuersales hæredes meos instituo filium & nepotem, nam cum illa verba sint pluralis numeri ad minus requirit duos. l. ubi numerus, supra de testi. & ita aliàs de facto consultus respondi, quicquid hic in contrarium dixerit Alberi. col. ante penul. ut poteris videre in consilio 171. Præsupponitur in facto quod domina Helena, secundo volumine.

Circa secundum articulum Bar. post Dyn. tener idem, & sic, quod ordine successiuo veniant primo frater testatoris, postea eius filius, prout in eos erat ordinata charitas, & affectio testatoris, & hanc opinionem disputatiuè defendit hic Patruus, & Dominus meus Soc. & Rui. & ita etiam tenuit Barba. in ca. Rainutius. col. 24. de testamen.

Et pro ista opinione primo est fundamentum Bar. in l. generaliter, in princ. C. de instit. & substi. & l. Lucius, la secūda, j. de her. 29 in fo. Nam sicut ibi si distincta resoluitur in coniunctam propter vero similem, & præsumptam, affectionem testatoris in casu, qui ibi exprimitur prius in filios instituti, quam in substitutos. Ita in proposito per contrarium resolui debet in distincta propter maiorem affectionem in fratrem, quam in filium eius. Et hoc postero distincta diceretur esse inter personas honoratas, inter quas cadit affectio, & sic iure ordinario, & communi non speciali importabit ordinem successiuum. l. cum pater. S. pen. de leg. 2. quicquid Areti, hic dixerit in contrarium.

Et licet secundum Alex. de hac conuersione coniunctæ in distinctam propter ordinatam affectionem non reperiatur aliqua lex expressa, tamen videtur multum rationalis, quia sicut in iuribus prædictis fit illa conuersione propter affectionem sumptam ex illis verbis si sine liberis decesserit, ita in casu isto fiet nostra conuersio propter affectionem ordinatam sumptam ex proximitate sanguinis.

Nec quicquam obstat, quod d. l. generaliter, etiā in extraneis procedat, ut ibi in fi. dicitur, quia non dico præsumptam affectionem ibi ex sanguinis coniunctione, sed (ut dixi) ex illis verbis, si sine liberis decesserit, prout hæc omnia longius declarat hic dominus meus Soci. ex quibus videtur, quod istud fundamentum Bar. bene defendatur ab his, quæ contra illud dicunt hic Alex. & Aret. & pro isto fundamento Bar. facit decisio Pau. de Cast. in cōf. 113. substitutio prædicta in antiquis, & in nouis est in cons. 43. secundum 30 do vol. Dum si vult quod copula ista, si decesserit in pupillari etate, & sine liberis, resoluitur in distinctam, & allegat d. l. generaliter, ut per eum, quem & alios quosdam refert, & sequitur Dec. in d. l. generaliter, in primis verbis.

Secundo pro eadem opinione plurimum facit illa regula, quod 31 si dispositio testatoris, si potest interpretari debet, ut sit conformis iuri communi, vel municipali, ut supra dictum est. Nam cum ex iure communi, & (ut credi debet) etiam ex municipali frater propriis filiis præferatur in successione fratris, ita voluntatem testatoris fuisse debemus interpretari, & sic, ut ordine successiuo voluerit eos vocare.

Nec videtur securum dicere (prout tentabat dominus meus Soci.) quod illa regula solum procedat respectu iuris municipalis tamen quam quod in eo sit consensus ciuicum, & non respectu iuris communis, ut per eum. Quia primo dico quod eo concessio, etiam ex iure municipali frater propriis filiis solet præferri, & alias statum videretur irrationabile.

Secundo dico quod immo d. regula procedit etiam respectu iuris communis, ut per Alex. & alios & ibi dixi in d. l. hæredes mei. S. cum ita, infra ad Trebel.

Tertio facit Doctrina Bar. per multos recepta in l. re cōiuncti. col. m. j. h. in versic. tertio quæro, de leg. 3. Dum ibi in fi. saluat Dyn. respectu substitutionis pupillaris, vult enim quod si plures filios ex diuersis vxoribus omnes pupillos pater instituat, & inni- cè substituat, si vnus illorum aditā hereditate decedat, impubes per pupillarem succedat, sicut ei ab intestato successisset iuxta au- then. cessante. C. de legi. hæred. Et enim pater præsumitur se con- formare cum dispositione iuris cōmunis, ut dictum est. Ita ergo & in casu isto dicendum videtur, ut primo frater, & postea eius filius vocetur, & dicit hic Rui. quod huic argumento nunquam sci-

uit videre bonum responsum.

32 Quarto ipse Rui. comprobatur, nam si si alternatiua ponatur inter personas honoratas, regulariter resoluetur in coniunctam. l. pe. C. de verb. sign. Quod tamen non procedit, quando inter tales personas caderet ordinata charitas, & affectio testatoris, ut p- batur in l. cum pater. S. pen. de leg. secundo. vnde, sicut alternatiua habens vim copulæ, sic intelligitur, ut scilicet reguletur ab ordinata charitate, ita etiam dicendum est in proposito de ipsa copula inter fratrem, & filium eius.

Demum pro ista opinione possent allegari ferè omnia, quæ in præcedenti articulo fuerunt allegata pro cōmuni opinione, sed quoniam eis fuit datum responsum ibi, non curo referre.

Contrariam opinionem, quod immo isto casu frater, & filius eius dicantur simul vocati in primo gradu, tenent hic Bald. Ang. Io. de Imol. & Ale. ac etiam Ias. & plures alij, & est communis opi- a qua etiam dominus meus Soc. dicit non esse in iudicando re- cedendum ut per eum.

Et si in præcedenti articulo tenebis contra communem, ut te- nebant Iacob. de Arc. & alij supra relati, & prout diximus dispu- tando posse teneri, ista opinio in casu nostro esset indubitata, & a fortiori procederet, cum hic non addit aliqua necessitas, in qua plurimum fundatur communis opinio in præcedenti articulo.

Sed tenendo etiam illam communem in d. articulo, adhuc in casu isto communis opi. est contra Bar.

Et præcipuum fundamentum est, quia cum (ut dixi) cesset ne- cessitas, propter quam in articulo præcedenti receditur a natura copulæ, hic stabimus naturæ eius, quæ est, quod a pari, & simul coniungat, merito ergo frater, & filius eius tanquam simul copulati, simul admittantur, per locū a cessante ratione iuxta l. adigere. S. quamuis. S. de iure pati. & c. cum cessante, de appel. cū similibus.

Sed si disputando vis tueri opinionem Batt. respondere pote- ris, negando quod propter necessitatem illud inducatur in præcedē- ti articulo, quoniam illi diceretur satisfactum etiam quod filius, & nepos simul dicerentur admittendi, ut supra fuit ostensum in præ- cedenti disputatione in responsione ad primum argumentum pro communi opinione.

Dicam igitur, quod illa decisio tota videtur fundari in ordinata charitate, & affectione testatoris iuncta regula, de qua per Docto- res in d. S. cum ita, infra ad Trebel. Quæ etiam in casu isto repē- tur, ergo, &c.

Nec sit tibi nouum, copulam importare ordinem successio- nis, quando in materia successiois ponitur inter personas diuer- si gradus. Nam sic ponitur in l. S. sciendum, infra de suis, & le- gi. ubi nepotes etiam deinceps, & in auth. in successione. C. eo. ti- tulo. ibi, nepotes, & vltiores.

33 Secundo pro communi opin. contra Bar. allegatur cap. Ray- nuncius, & c. Raynaldus, de testa. Primum inducas, ut in præce- denti articulo in quinto argumento contra communem. Secun- dum verò dum ibi dicitur, quod testator vni ex patruis, & filiis eius legauit, &c. & postea præsupponitur quod patruus, & filij simul fuerunt vocati, cum adue- tius eos simul fuerit mortalis, & simul ipsi se defendunt.

Sed ad ista iura (vltia respectu, quos dedi ad d. c. Raynun- cius in d. quinto argumento) responderi potest, quod de eo an Alterocha, aut patruus ille iun- ctū cum filiis vocarentur, nec ne, nul- la sit disputatio, neque aliquo modo ad id tendunt illa iura, sed ibi agitur & disputatur tantum de quibusdam detractionibus. Et cum Alterocha, & filius simul peterent, & patruus, & filij si- mul se defenderent, eo quod ad eos, vel aliquem eorum res per- tineret. Fuit declaratum eis restitui, vel eos restituere debere refe- rendo singula singulis. Quomodo autem de iure ad prædictos res pertineret, & quomodo inter eos tenere debebant, id non p- stat, nec aliquid dicitur, eo quod de eo nulla erat disputatio, & in aliquo iura illa non ostenduntur, si dicimus quod retinebunt inter se ordine successiuo atq̄ta ratione ordinatæ charitatis, & affe- ctiois testatoris, per easque dicta sunt. Et ista responsio videtur melior quam aliqua posita hic per dominum meum Soc. Eius enim responsoes reprobant hic plerique modernorum. Et est ista sol. ex intentione Barba. in d. c. Raynuncius. col. 24. & licet filij Alterocha, & patruus fuerint in iudicio adhaerentes, & fauētes matri, aut patri eorum, ex eo tamen necessario nō probat, quod eis ius competeret de præfenti, sed pro eorum interesse respectu futuri temporis cum matre, vel patre ex ipsorum consensu de fa- cto interueniente.

Possēt etiam distinctè secundum Hispanos ad d. iura respon- deri ad c. Raynuntius, ut dixi in præcedenti articulo in secunda solutione ad quintum argumentum, contra communem opi. Et ad c. Raynaldus, quod ibi non ponuntur propria verba testato- ris, sed verba ibi posita sunt summi Pontificis, referentis vim, & substantiam testamenti, ut sic dici possit quod verba testantis clare importabant vtrunque simul admitti.

Magis tamen placet sol. prædicta quātum ad d. c. Raynaldus, pro qua facit ille tex. ibi, vno ex patruis hereditatem aduenire, v- detur

detur enim ibi probari quod ipse solus fuit hæres, & non secum filij, vt sic ordine successiuo dicantur vocati.

Tertio pro communi allegat hic Aret. l. cum ita. §. fin. infra de legat. 2. vbi, si familiae relinquatur, & ex ea aliqui fuerint nominatim vocati. Puta, Titius, & Seius. Illi cæteris præpositi simul admittuntur.

Sed respondetur quod ibi satis constare videtur de voluntate testantis, ex eo quod voluit eos comprehendere sub collectiuo nomine familie. Nam eos specialiter nominando, videtur voluisse quod simul & separatim ab alijs de familia admittantur, & non successiuo ordine, quia alias satis erat simpliciter familie relinquere. Ita responderet hic Dom. meus Soc. Galiaul. & sequuntur alij, & ultimo loco Rui. Sed aduerte, quia hæc consideratio fuit, ne successiuo ordine nominati vocentur cum alijs de familia, cum forte ipsi non essent proximiores, & hi non essent primo loco vocati. Sed non facit quod inter se non ita vocentur, sed simul, & copulatiue. Dicam ergo quod inter se non successiuo ordine vocantur, sed simul, & sic argumentum videtur insolutum.

Quare cogita, an dici possit, quod si illi nominati tales sint, quod testatori ab intestato vnus post alium successuri fuissent, eodem ordine censetur per eum vocati propter ordinatam charitatem in eos, & per regulam Doc. in d. §. cum ita. cui dicto nihil video repugnare, & ille tex. solum vult, quod illi nominati alijs de familia præferuntur, non autem ibi dicitur, an ipsi simul vocentur vel non: vnde aliunde querendum est, & ex prædictis videtur dicendum quod non, cogitabis.

Demum pro ista opinione communi allegari possunt omnia fundamenta, quæ in præcedenti articulo inducta fuerunt contra communem opi. Nam si ex eis arguatur, quod filius, & nepos testatoris simul instituti viderentur simul in eodem gradu vocati, similiter etiam, & fortiori ratione ex eis videtur inferendum, quod in casu nostro frater, & filius eius dicantur simul in eodem gradu admittendi. Sed ad quodlibet eorum, tuendo opi. Bar. hic responderi potest, vt in præcedenti articulo responsum fuit, tuendo in eo communem opi.

Et ex his patet quod opin. Bar. etiam in secundo articulo, licet sit contra communem, facile defendi potest, & videtur multum conformis naturali rationi, & pro ea non parum faceret consideratio illa, per quam ultimo loco iustificabam communem opin. in præcedenti articulo. Nam & hic vt conueniret, præter id quod dictum fuit de necessitate instituendi, quod certe non videtur magis ponderis, cum tali necessitati satisfaceret, etiam si filius, & nepos simul vocaretur, vt supra dictum fuit, & tu poteris tenere quod libuerit.

In dubio tamen non recedas a communi opinione contra Bart. propter naturam copulæ. Non enim facile recedi debet a si gnificatione, & proprietate verborum, sed tantum quando verget contraria voluntas testantis appareat. In non aliter in principio cum similibus, de leg. 3. Et eam tenendo non obstat allegata in contrarium. Nam ad primum, primo loco respondent Huiuspani, volentes, quod immo in iuribus per Bar. allegatis nulla fit cõuersio disiunctæ in coniunctam, cum etiam in disiuncta oratione possit ex sui natura vtunque simul. hæc verba, §. ille aut ille, in fin. §. de verb. signifi. vt per eos. Sed nõ satisfacit, quia in d. l. hæc verba, in fin. illud dicitur inspecta naturali potentia, quia animal potest simul pati, & facere, sed id non est trahendum ad casum d. l. legum. Sed in pluribus conditionibus in quibus a iure tradita est regula quod si coniunctum sint appositæ, omnes impleantur si disiunctam satis sit vnã impleri. l. si hæredi plures, §. de cond. inf. & §. pen. Inst. de hered. inst. Vnde secundo respondetur secundum Galiaul. quod conuersio de qua in iuribus Bar. tunc fit ex mente testantis quando talis mens sumitur ex verbis testatoris, prout videtur contingere in d. iuribus, nisi testator sine liberis decesserit &c. At isto casu non sic est, quia affectio ordinata in fratrem, & filium eius non ex verbis testamenti colligitur, sed ex coniunctione sanguinis, & ex iure succedendi ab intestato.

Ista responsio facile tolli potest, attento quod in d. l. generaliter, idem disponitur de alia conditione, quod de illa, si sine liberis, &c. Nam si liberos non habent, contraxit tamen matrimonium, aut testamentum fecit, cessat fideicommissum, vt ibi clare dicitur.

Igitur, tertio, & melius responderi potest, quod illa conuersio ibi fit non simpliciter propter ordinatam affectionem, vt dicebatur in argum. sed quia testator voluit, quod omnia posita in conditione substitutionis excludant substitutum videlicet liberum, nuptiam, aut testamentum grauari in d. l. generaliter, aut etiam additio hereditatis in d. l. Lucius. Nec mirum est, quod fiat in dictis iuribus talis conuersio, cum, & alias sepe accidit disiunctam in coniunctam resolutam, sicut etiam per contrarium. l. saepe ita comparatum, §. de verb. signifi.

Ad secundum respondetur, quod regula in contrarium allegata procedit, quando verba testatoris non offenduntur, vel quando dispositio tenderet ad seruandum testamentum, & sic ne ali-

quo casu rumpi posse, prout signanter docet Ale. in d. §. cum ita, mihi in 7. col. quæ etiam Galliaul. hic allegat, sed in casu nostro non agitur de aliqua conseruatione testamenti, & verba offenduntur, ergo &c.

Non obstat tertium, quia respondetur, quod doctrina Bart. in triū allegata non videtur vera. Nam cum filij testatoris in casu illo, & sic fratres inter se vocentur omnes eadem ratione, quia. l. sunt filij testatoris, debent omnes pariter admitti, cum in eos sit eadem paterna affectio. Ad quod bene facit Doctrina Bar. in l. Lucius, ad fin. de vulg. & pupill. dum vult, quod si pater filios ex diuersis vxoribus instituat, & inuicem substituat, omnes censeantur pariter per substitutionem vocati, licet aliqui sint vtunque coniuncti, aliqui consanguinei tantum. Et quamuis Bart. ibi videat loqui respectu vulgaris substitutionis, tamen cum videatur motu ueri, quia pater parem affectionem dicitur habere in omnes filios, & vt filios eos vocat, idez videtur dicendum etiam respectu pupillaribus substitutionis, cum etiam in ea videatur consideranda præsumpta voluntas testatoris iuxta Doctrinam Bar. in l. 2. col. mihi pen. in versiculo ulterius quæro an tacita pupillaris &c. in fin. de vulg. & pup. Et reperio quod contra Bar. in d. l. re coniuncti, tenet, ibi insignis Modernus de Ripa. col. antepen. qui etiam alios allegat, vt per eum.

Ad quartum & vltimum respondetur, quod si immo magna est differentia inter alternatiuam, & copulam, vt fuit dictum heri in præcedenti articulo respondendo ad tertium argumentum pro communi, & licet aliam alternatiua habeatur pro coniuncta inter personas honoratas, aut in quas confertur dispositio testatoris. l. pen. in prin. C. de verb. sig. tamen verè est alternatiua, & id quod vnus tunc habeat, vt d. l. cum pater. §. pen. de legat. 3. procedant secundum propriam naturam suam. Non sic in copulatiua quia in ea quod vnus tantum habeat, repugnat eius nature, & proprietati sermonis, vt iã dixi. Et ex his remanet defensata opinio Bar. & communis. Et sic ambæ conclusiones Bar. in vtroque articulo videtur de iure procedere, tamen si facile teneri possit, quod vna illarum sit falsa: & sic quod in vtroque pũcto debeat idem terminari, cogitabis tamen.

Summitur nunc ex dictis Bar. alia, & tertia conclusio, quod si quando dispositio fit per nomen collectiuum, puta familie, semper vocantur ordine successiuo, per l. petro. §. fratrem, & l. ci. ita. §. si de leg. 2. & per l. si. C. de verb. sig. Quod intelligendum est, quando est nomen collectiuum plurium personarum in diuersis gradibus existentium, vt est familia, item agnatio, cognatio, liberi, & familia, secus si tantum persone vnus gradus colligantur, vt est nomen filiorum. Nam licet sit collectiuum omnium filiorum, tamen quia omnes sunt eiusdem gradus, non vocarentur ordine successiuo, vt si dicam: Instituo fratrem, & filios eius, vt in præcedenti articulo dictum fuit. Nõ. n. inter filios potest considerari ordo successiuus, cum omnes sint in eodem gradu, vt per Dominum meum Soc. hic. Qui ex ista declaratione aliquas pulchras conclusiones infert, quæ in practica sunt multum viles, vt per eum. Et inter alias nota illam primam videlicet, quod si appellatiue filiorum venirent nepotes, & alij deinceps iuxta l. filij appellatione, & l. liberorum, §. de verb. sig. tunc nomen filiorum esset collectiuum personarum diuersi gradus, sicut nomen liberorum, & ideo positum in dispositione, faceret, vt collectæ persone venirent ordine successiuo.

Quod valde notabis, quia semper quando in testamento fit mentio de filiis in eorum fauorem, puta eis relinquendo, dici solet, quod sub nomine filiorum veniunt nepotes, & alij, ut uoluit Bar. in d. l. liberorum, & §. ea. l. §. instituens, vbi plures sequuntur Barto, & Ias. dicit quod cum eo est communis opin. prout etiam dixit Alex. in consi. 9. uis uerbis, nume. 6. r. uolum. Et Ego dixi, & plurimos allegaui in consi. 146. Nobilis Vincentinus, in secundo uol.

Et licet plerique tenerent contrarium, ut per Doctores in d. §. instituens, tamen non intendo pro nunc disputare, sed eam opinionem pro uera præsupponendo, uidetur inferendum, quod si instituo fratrem, & eius filios, cum de filiis fiat mentio, eis relinquendo, dicentur comprehendi etiam nepotes, & communi-ter secundum prædicta sequitur, quod censentur uocati ordine successiuo, quod certe uidetur contra communem conclusionem firmatam in præcedenti disputatione, propter quod, si prædicta uis tenere, oportet conclusionem prædictam declarare, seu restringere, quando filij fratris fuerint nominatim uocati, puta, instituo fratrem meum, & Titium, & Seium ipsius filios, tunc enim propter expressa nomina propria uerbum, filios non comprehendunt nepotes: & ideo tunc non uocabuntur ordine successiuo. Secus si dictum fuerit, instituo fratrem, & filios eius. & ita alias contuluit Bal. & alij quidam sequuti sunt, ut hic refert Patruus meus Dominus Soc. 3. col. uericulo limita tamen communem conclusionem. Quod profecto pulchrum esset, & maxime considerandum si uerum esset: inquit tamen Dominus meus se non putare uerum, per iura quæ allegat, & quod est contra intentionem

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

tionem Doctores, vt per eum, super quo cogitabis.

Addendo q̄ forte opi. Bar. in d. l. liberorum, & in d. §. institutis, non procedit, nisi inter descendentes testatoris, prout ego tetigi in d. consilio 146. in casu a ūt præcedentis disputationis testator erat transfuersalis: quod satis probabile videtur, & ita dicendo, bene procederent communes opinioniones in ambabus præcedentibus disputationibus.

Sed iterum considera, quia contra prædicta facit, quoniam nõ videtur quod per appositionem nominis collectiuo puta liberorum, vel etiam filiorum, quando nepotes comprehenduntur, puta, instituo fratrem, & liberos eius, vel etiam filios, si illud tenere velis, q̄ etiã tunc sub nomine filiorum veniãt nepotes, nõ videtur inquam posse argui quod ipsi cū fratre testatoris veniant ordine successiuo: sed tñ quod ipsi inter se eo modo veniant. Nã frater non d̄r sub illo nomine collectiuo vocatus, sed bene cum cõprehenſus sub nomine collectiuo dicitur vocatus per copulam.

Nec dicas satis esse quod fuerit expressum nomen eius per l. cum ita. §. fi. de leg. 2. Quia dicam, q̄ ille tex. loquitur quando expressè nominati comprehendebantur sub nomine collectiuo. nam illi erant de familia, de qua ibi: quod nõ est in casu nostro, cum frater non comprehendatur sub nomine liberorum, vel filiorum eius, vt est notũ. Sed cõsidera, an replicari possit quod immo expressa nominatio videtur attendenda, etiam respectu totius, licet non sit de comprehensis sub nomine collectiuo, nam ex ea satis arguitur voluntas testantis magis applicata ipsi fratri nominato, quam alijs collectiuo nomine comprehensis.

Vel secundo dici potest (& hoc videtur securus) q̄ ex quo cõprehensi sub nomine collectiuo inter se veniunt ordine successiuo ex voluntate testatoris per prædicta, verosimile est q̄ quemadmodum testator ita inter eos voluit, vt scilicet proximior primo vocetur ex descendentibus ex fratre, (quos tamen propter eum verosimiliter diligebat) ita etiam; & maiori ratione credatur voluisse, q̄ ipse frater ante alios vocetur, veluti suorum liberorum caput, & principium. Tum quia propter vnum quodque tale, & illud magis, vt per Bal. in auth. res quæ, col. 1. in fin. C. de communia de legat. & per Sal. in l. 2. C. de litig. Tum etiam ne inter omnes vocatos dicatur fieri diuersa vocatio contra regulam l. iã hoc iure. §. 1. infra de vulg. & pupil. Hæc notabis, quia pulchra sunt, & per aliquem non declarantur. Ex quibus videtur defensata illa prima illatio Domini mei Soci. Immo etiam alia, licet prima sit notabilior.

Alia, & quarta, & vltima sit conclusio Bar. (pluribus dimissis) 37 q̄ t̄ semper vbi sit dictio, cum, siue iuncta cum dictione vnã, vel simul, siue sola, plures dicuntur simul, & eodem gradu institutionis vocati. Et in hoc differt a copulatiua, & vt per Bar.

Tu breuiter dicas, q̄ quando adest dictio, vnã, vel simul, bene loquitur Bart. sed vbi dictio, cum, sit sola, non videtur quod differat a copulatiua quo ad casum nostrum per regulam l. Titio. §. nihil, de leg. 2. & l. si quis Titio, in fin. supra de vlti. accret. cum cõcordant ibi per gl. allegatis, & prout dixi supra in primo principali articulo dum respondi ad sextum argumentum factum cõtra communem, vbi videas.

Vltimo circa prædicta, cadit pulchra, & necessaria dubitatio, 38 t̄ vtrum scilicet in casibus, in quibus plures censentur vocati ordine successiuo, dicantur sic vocati solum respectu vulgaris substitutionis, vt sic primo nolente, vel non valente succedere, vocetur alius: sed eo qui primo vocatur admisso, alter amplius nullo modo possit admitti, sed sit totaliter exclusus, iuxta naturã vulgaris substitutionis, vt l. post aditam. C. de impub. & alijs, & c. An vero etiam respectu fideicommissariæ substitutionis, hoc est, vt primus, qui fuit admittus dicatur per fideicommissum grauatus alteri restituere? Hanc dubitationem tangunt hic Pau. de Cast. Alex. Arc. Dominus meus Socinus, & plerique Moderniores, & Dominus meus Socinus, multum egregie considerat quinq; casus distinctos vt per eum. Ego, cæteris dimissis, circa duos tantũ inſtabo. Et primo circa tertium, nam conclusio quam ipse in eo facit videtur dubia, quia si Titio instituto dicam, Titio substituo fratrem, & filios eius, prout Dominus meus Socinus ponit tertium casum, non videtur, q̄ sola vulgaris contineatur, sed etiam fideicommissaria, si alia directa contineri non potest, quoniam illa verba substituo fratrem & c. sunt verba communia, vt per Bar. & alios in l. Centurio, ad fi. infra de vulg. & pupil. Et sic ita conueniunt fideicommissariæ substitutioni sicut directæ, & ita per hanc rationem voluit signanter Bal. in l. humanitatis. C. de impub. & ali. substit. cuius opi. (licet à multis reproberetur, potest de iure defendi, vt dicam infra in 6. quæst. Bart. Ea autem opinio posita in proposito, dico q̄ sicut frater Titio dicitur substitutus nedum vulgariter, sed etiam per fideicommissum, ita videtur q̄ frater filij post eum ordine successiuo vocetur, & non solum vulgariter, scilicet si frater non admittetur, sed etiam per fideicommissum, fratre admisso postea decedente, vt sic verbũ illud substituo, ita & pariter respiciat filios fratris respectu ipsius fratris, sicut respicit fratrem respectu Titij, iuxta regulam, qua dici-

tur, quod vna determinatio plura respiciens debet ea æqualiter determinare. Iam hoc iure, §. sed si aliter, infra de vulg. & pupil. & l. si legatarius. §. si infra de leg. 3. cum similibus. Et sic tenendo opin. Bal. in d. l. humanitatis, quam a contrarijs defendam, infra in 6. quæst. videtur, quod dictum Domini mei Soc. in tertio casu non sit verum. Fateor tamen, quod si vis respectu fratris tenere contra Bal. quod sola vulgaris sit facta, prout videtur opin. communior, vera erit conclusio Soc. nostri, cogitabis.

Secundò aduerte circa secundum casum Domini mei Socini quoniam licet articulus apud me sit valde dubius, & tunc indisputabilis per allegata per eum, tñ videtur probabilior in p̄dicto iuris illa opinio, q̄ etiã fideicommissaria contineatur, per rationem, quam s. adduxi circa tertium casum, quã in effectu adducit ipse Soci. in fin. licet referat se post Alex. contrariũ consuluisse.

Vnum prædictis adde circa q. s. principaliter propositam, videlicet, q̄ t̄ qñ filius & nepos non vocarentur simpliciter, sed nepos vocaretur sub consideratione mortis filij, tunc ordo successiuus esset, ne dum respectu vulgaris, sed etiam respectu fideicommissariæ, & sine aliqua dubitatione, & consequenter, si filius admittetur, teneretur per fideicommissum nepoti restituere, & ita videtur firmare Corn. in conf. 226. quamquam prima facie 3. colum. sub litera D. 4. volu. & tradit hic Galiaul. sub nu. 1. 9. in fi. & mihi videtur verum, quod nota, quia frequenter contingit. Secundò quærit Barto. q̄ t̄ si dicatur relinquo Titio, & filijs Seij & concludit eos esse simul vocatos, vt per eum; cum quo trá seunt communiter Doctores, & intellige, q̄ filij Seij simul ad dimidium vocabuntur, & Titius ad aliud dimidium, & ita probat l. interdum, allegata per Bar. de hered. instit.

Quærit tertio loco Bar. q̄ si ordine conuerso dicam, instituo Titium nepotem meum, & eius patrem, & concludit eos, vt supra vocari ordine successiuo, videlicet prius filium de medio, de inde nepotem, vt per eum. cum quo transeunt Doctores magis communiter, vt per Alex. Iaf. & alios.

Et pro ista opinione primò allegat Bar. l. talem, in princ. j. de hered. instit. per quem text. vult probari ordinem scripturæ, non esse attendendum, sed ordinem necessitatis, vt per eum.

Sed certè ille tex. parum facit, quia ibi non peruertitur ordo scripturæ, sed tantum dicitur, q̄ superflua verba pro nõ adiectis habentur, illa. s. si liber erit. Et sic tantum est, ac si fuisset dictum, Stichus liber, & hæres esto, vt ibi clare dicitur.

Secundò pro eadem opinione allegat Bar. in fin. glo. fina. in l. omnes. C. de delator. lib. 10. ibi, caput, & lingua ei amputabatur. vt. hic per eum.

Potest tamen respondendo dici (prout etiam dicunt Hispani) quod conuersio, quam facit Bar. ut nimis crudelis, & ideo non faciendã, & sic quod immo illa pœna sit imponendã ordine scripturæ, cum in pœnis in mitiore partem sit faciendã interpretatio. l. interpretatione. j. de pœn. Quod maxime seruari debet apud Christianos, ne seueritate pœnæ quis inducatur in desperationem. Et hoc satis probabile v̄, attento q̄ si auctor pœnæ aliter uoluisset, aliter loqui poterat, argumento l. i. §. si autem ad deficien. C. de cad. tol. cum sim. Verum si uis facere conuersionem Bal. hic & ita sequere in delinquentem, de quo ibi. Adhuc secundo loco uideatur q̄ illud fiet ex eo tantum, quia sic de uoluntate disponentis constaret aliquo modo, quo posito dico, quod tali uoluntati deseruendum omnino erat, cum aliter non fuisset impleta. Pone q̄ uoluerit delinquentem utramque pœnam pati. Illud. n. non contingeret si reo iam mortuo lingua amputaretur. At in casu nostro, nullo modo potest sic constare, quinimmo uoluntas testantis potius contraria potest præsumi ex ordine scripturæ, seu dici potest, q̄ ideo nepotem præposuit, vt ostendat quod non attendebat ordinem naturæ, sed eos cõiungendo, iuxta vim verborum, & naturam copulæ uolebat eos pariter vocari, & sic in primo gradu æquales hæredes facere, quod nota.

Tertio allegat hic Alex. l. quidam. j. de pecul. lega. Nam sicut ibi non attenditur ordo scripturæ in coniunctis, sed id dicitur præpositum, quod erat necessariò præponendum, ita & isto casu pater ceteri debet institutione præpositus, licet in scriptura sit postpositus, ex quo ipse erat prius institutus. Et secundum Iaf. hoc maxime dicendum est, quia aliàs actus; & sic testamentum non ualere. Etenim si nepos in primo gradu esset institutus, & in secundo filius (ut ordo scripturæ demonstrat) certè filius à primo gradu diceretur præteritus, & sic testamentum non ualere. l. 3. §. si. §. cod. Sed tamen dici potest, nec istud argumentũ uerget. Nam d. l. quidam, ideo sic procedit, quia aliàs legatum peculiarij esset inualidum, nisi ille seruus, qui prius præsupponeretur factus liber, & c. ut ibi per doctores, & est. clarum, sed in casu nostro testamentum ualere, etiam quod non uocarentur ordine successiuo, patre scilicet præposito. Non tamen dico, quod prius uocetur nepos in primo gradu, & filius postea in secundo, ut credit Iaf. quia tunc (vt ipse inquit) testamentum non ualere, sed dico quod nepos, & filius iuxta naturam copulæ dicuntur simul in primo gradu. Testam. n. eo posito, omni iure ualebit. Quarto

41 Quarto arguit Ias. pro opinione Bar. Nam ubi scilicet ordo affectionis (vt inter patrem, & filium,) non attenditur ordo scripturae vt per eum, qui pro hoc allegat Iulianus, in si iuncta declaratione gl. j. si quis om. causa test. sed aliam opinionem tenendo, dicas, qd ille tex. nihil penitus facit. Primo quia ibi non constat qd illud testamentum esset factum ab aliquo coniuncto instituti, & substituti, & sic differt a casu nostro, & consequenter argumentum non videtur bonum.

Secundo etiam respondetur quod ibi non agitur de aliquo ordine scripturae, immo velle de tali ordine loqui, est omnino extra mentem illius l. solum. n. ibi dicitur, qd si pater filiae substituitur, potest ex substitutione adire, & omittit ex institutione filiae sine metu illius edicti, licet in casu, qui ibi praecedit, aliter de terminetur, & hoc fundatur in eo, quia sic creditur testatorem voluisse, vt. f. pater substitutus arbitrium habeat ex qua causa velit adire, vt ibi per gl. & Doctores.

Demum Ruin. pro coi allegat l. cum in testamento. §. hac verba. j. de hered. inst. ubi peruersio ordinis a testatore facta, dum dixit, tales inuicem substituti heredes sunt, non attenditur, sed ipse si prius dicuntur instituti, & postea substituti, sic ergo & isto casu prius pater debet dici institutus, & filius substitutus. Sed tñ dicitur casus qd leue est argm. Nam ibi illud est, quia alias substitutio inter illos inuicem facta valere non posset. Vñ vt actus ille valeat, fit in reprobatio, vt ibi dicitur prout etiam dixi §. respondendo ad tertium argumentum. At in casu nostro testam. optime valebit absque tali interpretatione, vt etiam ibi dixi, ergo, &c.

Cum itaque nullum fundamentum pro opinione Bar. & communi subsistat, videtur posse teneri, qd immo isto casu nepos, & filius dicantur simul in primo gradu vocati, & ita voluit Angel. hic, si recte aduertatur, & sequuntur hic Claud. Galiau. & Hiipani, & mihi videtur probabile.

Et fundamentum est natura copulae, quae est aequaliter, & simul copulare, & praesumptio triae voluntatis testantis (in qua fundatur communis opinio, quando testator filium, & nepotem instituit) videtur tolli per praepositionem, quia per eam ostendit testator se non habere maiorem affectionem ad alium, quam ad nepotem, sed praepositio, argumento l. cum pater §. pen. de leg. 2. & l. qui soluendo non erat seruum, iuncta gl. j. de her. inst. Et sic videtur quod ista opinio in puncto iuris sit melior. Cogitabis tamen, quia in practica difficile esset pro ea obtinere, cum in contraarium communis sit opinio, a qua iudicantes (maxime si sint leuis armature) non solent velle recedere.

Sed dicit aliquis quod immo in trium videtur d. §. penul. ubi non simul, sed ordine affectionis vocantur, vt ibi per glo. & Doctores, sed illa videtur sumi ex ordine scripturae. Potest tamen responderi, quod ibi sumus in ordine. In alternatiua, nos vero loquimur in copulatiua, inter quas datur bona ratio diuersitatis, vt supra dictum fuit.

Sed statim dices, qd licet illa oratio fuerit alternatiua, debet tamen in effectu dici copulatiua, cum ponatur inter personas honoratas, & vt est tex. in l. pen. in prin. C. de verb. sign. Cui (vt verum fatear) obstat d. §. pen. per quem vt dicit hic Ruin. videtur cofundi decisio d. l. pen.

Verum est quod Doctores communiter rident, quod regula d. l. pen. non procedit qd trium suaderet ordinata charitas testatoris, & ita voluit procedere d. §. pen. prout post alios dicit Cor. & Ias. in d. l. pen. Sed videtur hoc stare non posse, quia immo in d. §. pen. non attenditur ordinata charitas, & affectio, cu ibi propinquum mariti praefertantur propinquis testatricis, & sic ab ea magis dilectis, & id solum fit, quia per eam fuerunt primo nominati, vt sic non charitatis, sed scripturae ordo attendatur. Et hoc est quod dicebat hic Rui. quod ille tex. urgebat praepositionem, nam videtur ibi peruersus ordo charitatis, & tamen attenditur ordo scripturae. Et si dicas secundum Alex. quod non aderat aliqua necessitas, sicut erat in casu Bart. Potest replicari, quod necessitati consideratae in casu Bartol. dicitur satisfactum, etiam si simul cum nepote filius sit institutus.

Quare circa praedicta pro vera resolutione praepositae difficultatis duo distincte videnda sunt. Primo, quid faciat ille §. pen. ad quaestio. de qua hic per Bar. secundo quomodo concordetur cu d. l. pen. cui dixi plurimum videtur ob stare.

Circa primum dic, qd nihil aut parum facit, nam quaestio proponitur in oratione copulatiua, & tex. ille loquitur in disiunctiua, merito ergo ex diuersis non bene arguitur, per iura vulgaria. Et si quid faceret, faceret contra communem, attento quod ibi consideratur peruersus ordo charitatis, & non reducitur ad verum ordinem coniunctionis, & affectionis, quia tamen loquitur tex. ille in diuerso modo disponendi, puto quod non faciat ad d. q. nostram, ut dixi.

Circa secundum dicas, qd communis resoluitur (si bene declaratur) videtur satis ad propositum, & iudicio meo nihil melius dici potest, vt illud ideo procedat in d. §. pen. propter ordinatam affectionem testatricis in relinquendo. In praedictis, u. de quib. agit,

prima affectio fuit in maritum, cui primo loco ea reliquit, deinde in filios mariti futuros, quos ipsa non nouerat, magis qd in tuos propinquos, & illud (vt colligi potest) propter ipsum maritum.

Eum. n. voluit esse grauatum relinquere his, quibus verosimiliter maritus fuisset relicturus, & tali consideratione habita post filios mariti, praetulit etiam ipsius mariti propinquos. Vbi autem non essent tales propinqui, voluit dari suis propinquis, & eis deficientibus libertis, vt in eo tex. dicitur, & ista declaratione bene considerata, sequitur quod ibi alternatiua inter personas honoratas non resoluitur in coniunctam contra regulam d. l. pen. quia praesumpta voluntas testatricis, & eius ordinata affectio in relinquendo contradicunt, & cum illo text. concordat l. haeredes. §. si infra ad Trebell. Regula igitur d. l. pen. procedit, si simpliciter illi, aut illi relinquatur, non apparente aliqua ratione, aut praesumptione voluntatis in contrarium.

Quarto querit Bar. quid si dicam instituo, vel substituo Titium, & eius filios, & haeredes, & dic, vt per eum Ias. & alios.

Cave tamen, quia limitatio, quam ponit Ias. si solum diceretur, substituo Titium, & eius haeredes, vt per eum non videtur secuta. Nam esto quod verbum haeredes capiat pro filiis per l. ex facto. §. fin. cum glof. ad Trebell. (de quo etiam dubitari posset loquendo in extraneis respectu testatoris) tamen filij illi dicuntur considerati vt haeredes, de quo aliquid dicam in sequente quaestione in secunda conclusione. Et sic procedet conclusio Bar. vt. s. ordine successiuo dicantur vocati, & communiter limitatio Ias. non videtur vera.

Querit Bar. quinto loco, quid in contractibus, dic vt per eum, ex cuius dictis ad literam prius declaratis, & pluribus dimissis, facias tres conclusiones.

43 Prima sit, quod si pater stipulando pro se, & filiis, in dubio dicitur stipulari pro filiis, vt haeredibus, prout voluit glo. fin. ad fin. in l. si tibi. §. si pactus, supra de pact. quam ibi sequuntur Doct. & hic etiam cum ista conclusione transeunt ferè omnes. Ratio est, quia commune votum parentum est filijs thesaurizare, vt. f. bona per patrem quaesita ad eos iure successionis perueniat. l. scripto, in f. j. vnde libe. l. nam & si paribus, in prin. supra de inoff. test. & l. si pactum, supra de probat. quae iura allegat gl. praedicta, quibus addit l. nihil. §. 1. j. de bon. libert. Vnde isto communi voto attento, cum pater pro se, & filiis stipulatur (si aliud non appareat, praesumitur quod filijs fecerat mentionem, vt de futuris haeredibus, vt sic eis vt haeredibus prospiciat. Et ex ista conclusione inferitur, quod patre mortuo filij inaequaliter instituti ad rem deditam in stipulationem pro haereditaria portione, & non pro virili vocabuntur, vt per Bar.

Sed aduertendum est, quod Bal. in authen. si quas ruinas, tercia col. in versiculo in contrarium. C. de sacrosan. eccle. videtur contrarium tenere, firmando quod immo stipulatio facta pro se, & filiis, dicatur facta simpliciter vt filijs, & non vt haeredibus. Motus, quia sola qualitas filiationis fuit expressa, & illa qualitas per contrahentes expressa, solet considerari, videtur ergo quod iufficiat eos esse filios, absque eo quod sint haeredes, vt per eum, qui multa iura allegat, & inter caetera l. quodcumque. §. si quis ita. infra de verb. obl. ubi, si pater filio post mortem suam stipuletur, illud acquireretur filio, etiam quod non sit haeres. Hanc opinionem sequuntur Hispani per multa, quae per te videas. Et ego puto eam in puncto iuris veram, immo, & aequam. Nam, si solum de filijs in stipulatione sit facta mentio, vel etiam quod sint haeredes, & aliter non admittantur, videtur satis iniquum, plus. i. requiri, quam verba stipulationis contineant. Et ex ista conclusione inferitur, quod plures filij vocabuntur aequaliter, licet dispariter sint haeredes, quin immo etiam quod aliqui eorum nullo modo sint haeredes.

Non obstat contraria ratio. f. praesumptio ex communi, & paterno voto, vt supra dicebatur, quoniam (omissa responsione Hispanorum, de qua per eos col. 27.) respondetur de plano. Pater enim commune votum parentum esse filijs querere, & post mortem suam parare diuitias, vt iuribus praallegatis, & quia id

44 vt plurimum contingit iure haereditario, cum dici soleat, si filius ergo haeres, & filiorum est prima causa successionis ab intestato. auth. in successione. C. de iuis, & legit. Immo sic etiam creduntur ex testamento, & aequaliter futuri haeredes, & ideo lex praesumptiue dixit, commune votum parentum est, habere filios haeredes. Et quando id fieret, & aequaliter succederent, res de plano procederet, nec esset locus disputationi. Verum, si id non contingat, cessat praedicta praesumptio, cum in re clara non sit locus praesumptioni. l. continuus. §. cum ita, de verbo. obl. Et tunc quantum ad stipulationem, in qua solum de filijs sit mentio talis praesumptio non debet attendi, sed bene votum illud patrum naturale, quod est querere simpliciter filijs, & aequaliter, quod tunc pater solum in stipulatione de filijs mentionem fecit, cogita super istis.

45 Secunda conclusio est, qd pactum, seu stipulatio per patrem facta pro se, & filiis, in rebus, qd ad haeredes extraneos non trahitur, Mar. Soc. Iun. Prima Pars. G vt

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Gallus.

vt in emphyteusi ecclesiastica (de qua Bar. hic loqui intendit dū allegat §. emphyteusim, in Auth. de nō alien.) dicitur facta pro filiis, vt filijs, nō autem vt hæredibus. Hinc optimè sequitur, quod filij post patrem æqualiter vocabuntur, non autem pro portione hæreditaria, vt per Bar. cum quo Docto. transeunt.

Et p̄sidera, q̄ tenēdo in præcedenti cōclusionē cōem, prout tenui, etiā in rebus transeuntibus sui natura ad hæredes extraneos, ista secūda cōclusio videtur procedere a fortiori, cum loquamur de rebus sui natura non transeuntibus, ad extraneos hæredes. Sed tū ego ita dicerem, quia ambæ cōclusiones procedunt per eandē rationem, sed quia solum de qualitate filiationis fuit facta mentio, etenim si etiā de hæredibus fuisset dictum, puta, q̄ pro se, filijs, & hæredibus stipulatus fuisset, etiā in rebus ad extraneos non transeuntibus, vt in emphyteusi ecclesiastica, non sufficeret esse filios, vt admitti possent, sed opus esset, q̄ etiā essent hæredes propter formam contractus, sicut etiā diceremus in feudis eo modo acceptis, vt. requiratur, filios simul, & hæredes esse secundum magis com. opi. De quo per Doc. in l. ex facto. §. si. infra ad Trebel. & tradit Bar. in l. vt iurifurandi. §. si liberi. infra de operis liber. & aliās plene declarauit in consil. 72. Gratiadeus de Galuaniis no. 11. 28. & 29. & alijs plu. vol. 1.

Sic igitur ex prædictis constat, q̄ respectu filiorum non est vera dñia, quam facit hic Bar. inter res, quæ sui natura transeunt ad extraneos hæredes, & quæ non transeunt, quoniam vtroque casu, si de filijs tñ fiat mentio, eis quæritur, vt filijs, non vt hæredibus, secus esset, si fuisset dictum pro filijs & hæredibus.

Tertia & vltima est conclusio, & ista est principalis ad materiā 46 §. nostri) q̄ p̄ pater stipulando, vel aliter contrahēdo pro se, & filijs, non obstante natura copulæ, quæ solet æqualiter copulare, dicitur stipulari pro filijs suis solum post se, & sic ordine successiuo prius pro se, & deinde pro filijs, quod Bar. intelligit generaliter siue in rebus, quæ sui natura non transeunt ad extraneos, siue etiam sui natura trāseant. Semper enim Bar. præsupponit, q̄ filij cum patre successiuo ordine sunt vocandi, & dñia inter illas Bar. solum facit respectu illius cognitionis, vtrū. s. pater filijs, vt filijs, an vt hæredibus dicatur stipulatus, & communiter ad cognoscēdum an filij pro hæreditaria portione, an viriliter, vocentur. Tamen si ergo supra in hoc contradixerim. Sic ergo Bar. vult q̄ filij post patrē veniunt ordine successiuo, etiā quod stipulatio non esset facta filijs, vt hæredibus.

Sed aduerte, quia videtur q̄ ista conclusio Bart. & communis (prout etiam dicit Galiaul.) careat probabili fundamento. Nam secundum Bar. præcipuum fundamentum est, quia stipulatio secundum eum dicitur in dubio facta pro filijs, vt hæredibus. Sed hoc fuit supra reprobatum in prima cōclusionē. Et præterea, secundum eundem Bar. non esset generale, quia nō procederet super rebus solum ad filios transeuntibus. Aliud autem fundamentum, quod refert Bar. de glo. in l. si non fortem. §. libertus, de condic. indeb. dicas. in glo. magna in vi. differentia, non videtur bonum, quia ibi agitur de operibus, quæ solum iure patronatus debentur, quod filijs non datur patre viuente.

Cum ergo conclusio Bartol. remaneat sine fundamento, forte teneri posset contra eum. Et sic quod immo stipulatio pro se, & filijs facta, simul omnes vocet, attenda natura copulæ. Et si tunc dicas, quod eo modo patri tanquam profectitium totum acquiratur, vt dicebat hic Bar.

Respondebo, primò, quod istud non procederet in emancipatis. Secundo etiā dico q̄ id procederet virtute patriæ potestatis, non ex natura stipulationis, vt. s. illa intelligatur facta ordine successiuo. Et nota, quia hoc esset magni effectus, qui non tunc sic acquisitum ratione patriæ potestatis, posset pater in quencumq; vellet transferre, veluti sibi pleno iure quæsitum absque aliqua obligatione relinquendi filijs. §. 1. & ibi per Doctores Insti. per quas perso. nob. acquir. Quod certè nō esset, si ordine successiuo diceretur facta stipulatio, quia tunc de patre in filios res in stipulationem deducta iuxta formam contractus transire deberet.

Nec videtur posse dici, quod hic concurrat aliquis ordo charitatis, & ordinatæ affectionis in persona cōcedentis, aut promittentis, cum isti contractus fiant ab extraneis, qui non dicuntur hñe ordinatam charitatem prius in patrem stipulantem, & deinde in eius filios, prout dixit Bar. supra in prima quæstione, in si. dum responder ad l. si quis Titio, de usufr. accretcen. Et minus dici potest, q̄ concurrat ordo necessitatis, vt est clarum, cum contractus fiat ex propria voluntate. s. sicut ab initio. C. de act. & obl. & l. nec emere. C. de iure deliber.

Et ista opin. contra Bar. & cōem (licet per aliam viam) firmat hic Rui. in si. dicens se esse in noua opinione, videlicet, quod filij semper vocentur cum patre ad dimidium. Et mouetur, quia quādo pater emit nomine filiorum, videtur semper filijs acquirere, vel animo eis donandi, vel saltem animo cōcedendi in peculiū, allegat notata per Bar. in l. quæ dotis, mihi quinta col. in versiculo. Quæro vltimus, supra sol. mar. Nec secundū eum obstant notata in d. l. si tibi. §. si pactus, supra de pact. quia procedunt, quādo

pater stipulatur filijs post mortē suā, q̄ nō ē in casu nō, vt p̄ eū.

Verum istis non obstantibus, arbitror opinionem Bar. & communem veriore. Et reiectis fundamentis Bart. hoc patet naturali ratione. Nam, qui sibi, & filijs stipulatur, dicitur habere ordinatam charitatem, & affectionem, primo in se, deinde in filio.

47 Cum t̄ prima, & ordinaria charitas incipit a seipso. l. præses. & ibi notatur. C. de seruit. & aqua. Et posset hoc considerari etiam in concedente, licet extraneo, cum ille videatur principaliter moueri propter patrem ipsum stipulantem, quem nouit, & propter eum postea in filios eius, quos forte non cognoscebat.

48 Et pro ista opinione facit, t̄ quia semper debet sumi illa interpretatio, quæ vt plurimum contingere solet, (sumendo. s. argū a magis communiter contingentibus. Nam id debet censerī factum, quod communiter fieri contingit. l. quod si nolit. §. quia asidua, & ibi per Doct. supra de ædili. edi. & allegatur tex. vbi Barto. Ange. Ale. & alij in l. certi cōdictio. §. si numimos, supra si cert. pet. vbi las. in 1. not. Et tradunt Abb. & alij in c. certificari, de sepul. cum concordant. Sed (vt experientia docet, quæ dicitur esticax rerum magistra. c. quam sit, de elect. lib. 6.) videmus q̄ quis semper curat magis sibi, quàm filijs, prospicere, ergo, &c.

Et ex his rationibus bene inspectis infertur, quod conclusio prædicta procedit, siue pater stipulet pro se, & filio in potestate, siue etiam pro emancipato contra Ioan. de Imol. qui inter prædictos casus distinguebat, vt per eum. Item procedit, etiam quod res in stipulationem deducta sui natura esset ad filios transfutura, quicquid in contrarium dixerit Alex. volens in eo casu saluare Imol. Etenim semper eadem ratio viget. l. ordinata charitas stipulantis prius in se, deinde in filium, & etiam concedentis, vt dixi, ac etiam quia sic contingere solet, argum. sumpto à magis communiter contingentibus, vt dictum est.

Non obstat, quod p. Rui. nouiter allegabat, q̄ doctrina Bart. in d. l. quæ dotis, & similes auctoritates procedunt, quādo pater p. filio, & nomine eius simpliciter recipit, vt et dicit Imol. hic, & in l. q̄ dr̄, la. 2. prope fin. de verb. obl. Eo. n. casu aliud ex verbis nō sumit, nisi q̄ p̄ voluerit filio immediate acquirere, cum verba pugnātia nō sint, sed i casu nostro aliud est, quia pater nō sic simpliciter filijs acquirit, sed p. se, & filijs, & ita verba sonāt. Et licet Rui. dicat, hanc dñiam sibi non placere, quia nō v̄r habere rationē, vt per eū. Tamen mihi v̄r bona, & rōnem habet. Nam quādo pater stipulando adiungit et personam suam, & illam p̄ponit, et dicit prius sibi, & deinde filio voluisse prospicere, vt verborum ordo demonstrat vt dictum est: quod non potest considerari, quādo quis simpliciter filio suo stipulatur, quia iuxta verborum vim soli filio dicitur velle acquirere. Et si dicatur, q̄ hoc modo verba illa, & pro filijs, non videtur aliquid operari, sed esse ociosa. Nā accepta prout hæredibus iuxta not. in d. l. si tibi. §. si pactus, supra de pact. nihil operatur. Respondetur, q̄ immo non sunt ociosa, & operantur. Nego enim, q̄ capiuntur vt hæredibus, sed prout sonant, capiuntur pro filijs, vt filijs: vnde operatur, quod in filios transeunt res pro virili portione, licet non ita sint hæredes.

Hanc communem, cōclusionem vt. s. defenfatam, plerique vt Ang. Bal. & Aret. limitant aliquibus modis, vt per eos, & per Galiaul. Sed quoniam nulla limitatio placet præter vnā alijs posthabitis (veluti non veris) illam referam, s. limitatam esse cōclusionem Bar. & communem, vt non procedat, quando aliquo modo constaret, q̄ pater animo donandi de presenti personam filij in stipulationem adiecisset. Ita in effectu voluit hic Alex. Et sicut de intentione Bal. & sequitur hic Galiaul. per quem videas.

49 Sexto quærit Bar. qd̄ t̄ si dixerit: Filium instituo, & Sēpronium substituo, quam q̄ p̄ponit occasione quarti modi, quo tex. iste de clarat in glo. dum dr̄ filium instituo, & nepotem substituo. Et dū Barto. mendosè legitur in alia parte facit ad pulchram quæstionem &c. legas in illa parte, & sic pars illa glo. & quartus ille modus intelligendi facit ad pulchram quæst. &c.

Et ex dictis Bar. sumitur conclusio, q̄ si filium institui, & Sēpronium substitui, dicitur facta sola vulgaris substitutio, & non compendiosa, prout etiā tenuit Rayn. in suo tract. substitutionis.

Circa hanc cōclusionē aduerte, quia quatenus p̄ eā excludunt alię directę substitutiones (si quę fieri potuissent) puta pupillaris, vel exēplaris, ista cōclusio nō v̄r tenēda, quia immo ambæ p̄tinebunt, non minus q̄ ipsa vulgaris et quod de ætate pupillaris, vel furore non sit facta mētio, vt hic p. Alex. Et dicas q̄ quilibet p̄ticularum pariter p̄tinebit sub generalitate verborum illorum, & Sēpronium substituo, nā possunt illa verba exponi, s. vulgariter, itē pupillariter, ac etiam exemplariter, si p̄sona instituta patriæ, & sic hanc substitutionem iure optimo poteris appellare compendiosam, ex quo sub breui compendio verborum plures complectitur substitutiones, iuxta distinctionem compendiosā, de qua per Barto. & alios in l. Centurio, vbi ego plura de hoc dixi, infra de vulg. & pupil. Et nota, q̄ ista pupillaris aut exēplaris t̄quam expressa verbis generalibus excludit matrem. Et in hoc differt a pupillari, ad quam porrigitur expressa, & specifica vulgaris iuxta l. iam hoc iure, in prin. infra de vulg. & pupil. & l. quamuis.

uis. C. de impub. & alijs subst. Illa enim quia dicitur omni respectu tacita, non excludit matrem secundum communem opi. vt p. Bar. & alios in l. precibus. C. de impub. & in l. fi. C. de inst. & substit. & in l. Centurio, infra de vulgari, & pupil. vbi plura scripsi, & dixi opinionem contra communem posse sustineri.

Quatenus autē p. conclusionem Bar. a casu proposito excluditur fideicommissaria, dubitari etiam potest, licet in hoc opinio Bar. sit communis. Nam Bal. in l. humanitatis. col. mihi vndecima in ver. siculo secundo queritur. C. de impub. concludit q. immo etiam fideicommissaria continetur, si contingat institutum filii adita hereditate & maiorem decedere sine liberis, Mouetur, q. illa verba, & Sempronii substituo, veluti generalia, & implicita, possunt intelligi etiam per fideicommissum, vnde debent trahi ad communem casum, ad quem adaptari possunt, cū in testamentis fiat plena interpretatio. l. in testamentis, j. de reg. iur. vt per eum.

Sed ista opin. Bald. videtur magis communiter reiecta, vt hic per Ale. Iaf. & alios, & sic communiter contra Bal. concluditur q. immo fideicommissaria non dicitur comprehendere, prout voluit hic Bar. qui etiam idem dixit, & clarius in d. l. Centurio. col. mihi vndecima. in vers. secundo opp. ad praedict.

Et pro ista opinione communi allegatur primò tex. noster vt hic per Bar. secundo facit, quia cum ista substitutio non habeat verbum, quod importet tractum temporis in futurum, non potest continere fideicommissarium, prout arguit Bar. in d. l. Centurio.

Tertiò videtur tex. in d. l. iam hoc iure. §. sed si aliter, ibi in vulgarem tantummodo casum &c. per quem tex. Alex. dicit non esse recedendum a communi opinione, & qui tex. est inuitabilis secundum Iaf. in d. l. Centurio.

50. Quartò facit, quia si semper substitutio sic interpretanda est, vt si potest sit directa, non autem obliqua, seu fideicommissaria, c. si pater, vbi per Doct. de testa. lib. sexto.

Istis tñ non obstantibus (vt etiam s. dixi) potest defendi opinio Bal. pro qua optimum est fundamentum, q. substituo, dicitur verbum comune aptum ita ad fideicommissarium sicut ad directam substitutionem, & quidem ex sui natura, vt per Bar. & alios in d. l. Centurio, merito ergo poterit in casu nostro exponi etiam per fideicommissarium, cum ad vtrunque sensum pariter se habeat, loquor tamen secundum communem opin. de hoc verbo substituo, de quo me remitto ad ea quae alias dixi in d. l. Centurio.

Non obstat contraria, quia respondetur, vt j. ad primum. n. respondetur, quod secundum Cuman. & alios parum facit. Nam hic ideo sola vulgaris continetur, quia alia de posthumo nepote fieri non poterat, vt supra dictum fuit immo nec in omni casu vulgaris, sed tantum quando filius viuus testatore decedit, & post mortem eius nascitur nepos. Ad secundum respondet, q. immo adest verbum substituo, quod veluti comune, etiam ad fideicommissariam refertur, & ita virtualiter continet tractum in futurum. Et nota, quia ibi illud secundum argumentum procederet, quando non contineretur etiam pupillaris aut exemplaris, cum & in eis consideretur aliqua dilatio temporis in futurum.

Ad tertium respondetur, q. vere nihil facit, quia illa verba ponuntur tantum ad exclusionem pupillaris, de qua supra dixerat, & ibi dubitari conueniebat, cū vnus ex institutis esset pupillus, & sic impubes forte decessit, sed per hoc non excluditur fideicommissaria, quod ostenditur ex ratione, quae ibi allegatur, dum dicit incongruens enim videbatur &c. Nam tale incongruum non consideratur in fideicommissaria, cum vtrique in eo tex. diceretur facta. Et inuenio, quod ita ad illum tex. respondent Aret. in l. si plures sint 3. col. in prin. infra de vulg. & pupil. & Iaf. in l. Lucius, col. 1. 5. infra eo. titu. de vul. & ptp.

Sed huic solutioni videtur repugnare illa verba, vt in altero sit duplex substitutio, in altero sola esset vulgaris, nam, si vellet tex. etiam fideicommissariam contineri, dixisset in altero sit triplex substitutio, in altero duplex. Si vis praedictam solutionem tueri, & quod ibi fideicommissaria contineatur, oportet dicere, quod Iuriconsultus ibi habuit resp. solum ad directas substitutiones, forte quia illae propriae sunt, fideicommissaria vero dicitur impropria substitutio, scdm Bald. Sal. comunē opi. in rub. C. de impub. & ali. substi. vel et quia tantum de vulgari, & pupillari loqui intendit, de quibus tantum a principio l. illuc usque loquutus erat. Et tunc dicam quod ibi nihil clarè deciditur de fideicommissaria, sed de ea alibi per iura, & rationes, quaerenda est resolutio.

Vel etiam potest ad d. §. sed alter, alio modo responderi, dicens, quod ibi sumus in reciproca substitutione, quae fideicommissariam non continet, vt per Bar. & alios in l. Lucius, col. fi. j. de vulg. & pupil. & licet punctus videatur dubius, tamē ita se habet cōis opinio, vt ibi per Iaf. col. 1. 5. & per Rip. col. antep. Et id potest tolerari speciali ratione, de qua p. Aret. in d. l. si plures, col. fi. de vulg. & pupil. in verbo vnde quaerenda est alia ratio. Nos vero loquimur in substitutione facta filio tantum per verbum commune, ita vt possit dici compendiosa. Et ideo sicut alias directas potest complecti, vt dictum est, ita etiam, & fideicommissariam debet continere, cum verba patiantur. De reciproca an contineat fidei-

commissariam, si adest clausula codicillaris, vide quod dixi in p. f. 166. desiderassem, per totum 2. vol.

Ad vltimum responderetur, quod argumentum procedit respectu eiusdem temporis, quo substitutio potest valere, vt directa, & etiam vt obliqua. tunc. n. capienda est interpretatio, vt sit directa. Et ita loquitur d. c. si pater, sed ex eo non tollitur quin ex post possit habere locum fideicommissaria tempore suo, & cum omnis directa fuerit extincta. Nam & in casu d. c. si pater, substitutio poterat valere iure obliquo in casu suo vt ibi per Doctores.

Ex his itaque constat, posse hanc opinionem sustineri, vt substitutio, de qua agitur, sit compendiosa, & contineat etiam fideicommissariam, licet in trium sit comunis opi. & ita ego solutus sum tenere in d. l. Centurio. & inuenio nunc q. ita tenet hic Hispani.

Sed aduerte, quia videtur, communē opinionem posse defendi per hanc viam, vt. s. dicamus, q. licet ista substitutio videatur sic generaliter posse intelligi propter verbum substituo, generalem, & latam significationem, vt dictum est. Tamen illud non videtur faciendum, eo quod videatur repugnare verosimili, & praesumptae voluntati testantis, quae ante omnia attendi debet. l. 3. C. de liber. praeter. cum sim. Et illud videtur probari, quia testator dicendo, substituo, praesumitur accepisse verbum illud in sui potiori significatu, iuxta l. 1. §. fin. s. si ager. vectig. vel emph. pta. & §. sed quotiens. Insti. de iure nat. Et sic tantum pro directa substitutione, vt sic vulgaris, pupillaris, & exemplaris in eorum casibus facta dicitur, non autem fideicommissaria.

Est verum, q. tuendo iam dicta, posset huic considerationi respondere, q. procederet, nisi verbum substituo vti comune ita proprie adaptaretur ad fideicommissariam, sicut ad directam, ex eo. n. de commune, quod pari ratione suiue propria natura, ad vtriusque sensum aptatur, ita quod directus sensus non videatur posse dici potior, aut magis proprius obliquo. Nisi replicado dicas, q. licet ita verbum possit importare, non tamen sit verosimile, quod testator ita voluerit. Tum ne videatur haeres sic grauati, argumeto l. vni ex familia. §. si rem. de leg. secundo, iuncto eo, quod dicitur fideicommissum esse onus, l. coharedi. §. cum filia. j. de vulg. & pupil. Tum etiam quia creditur fuisse intentus providere, & sibi, & etiam filio, si erat pupillus, vel furiosus, ne. s. quis eorum sine haerede ex testamento decedat, quod quidem fiet per vulgarem aut pupillarem, vel exemplarem substitutionem, & sic per directam substitutionem, non autem creditur ultra cogitare de aliquo onere filio imponendo per fideicommissum, attento maxime, q. fideicommissaria non dicitur propria substitutio secundum Bal. Sal. Pau. de Cas. & alios magis communiter in d. rubrica. C. de impub. & ali. substi. & supra etiam dictum est, de quo tamē alias dixi in materia substitutionis. & ex his videtur, q. communis opinio possit defendi. Cogitabis tamen, quia punctus est valde dubius, & ad vtranque partem disputabilis. Et vide quae dixi in d. l. Centurio.

51. Querit septimo loco Bart. vtrum, si patri, & filijs immunitas aliqua vel priuilegium concedatur, filij simul cum patre eis gaudeant, an vero post eum ordine successiuo? & concludit pro prima parte, vt per eum, cum quo est communis opinio. Sed aduertendum est, quia iura allegata per Bar. non videntur eius intentionem probare.

Nam primo l. secunda. j. de iure immuni. non loquitur ad propositum. Et l. prima eod. titulo solum dicit, q. priuilegium immunitatis concessum generi, vel posteris non dicit de descendentibus ex foemina, sed an masculi, vel descendentes ex eis habeant simul vel ordine successiuo ibi nihil dicit. Item l. fi. C. de iniuri. dicit illud priuilegium solum competere viuus parentibus illustribus, vt sic filij dicantur eo gaudere propter patrem, ex se autem post mortem non gauderent. Similiter etiam loquitur l. 2. in fi. C. de episeo. & cler. prout ibi glo. declarat, q. communiter per Doctores approbatur maxime per Sali. ibi. Et eodem modo loquitur l. in sacris nostris. C. de proxim. sacerorum. scrib. lib. 12. si quis eam pro Bart. allegaret. Nam & ibi datur priuilegium uxori, & liberis propter maritum & patrem eo viuo. Sic igitur in dictis trib. iuris filij non habent priuilegium proprio iure, prout dicunt habere in casu Bar.

Praeterea responsio Bar. ad notata in isto §. non vt tuta, dū dicit, q. procedit in his, quae simul pluri esse non possunt, vt dñia rerum &c. vt p. eū. Nam ista responsio procederet, quando diceremus, q. ea rōne hic admittatur ordine successiuo, & de eo quaereret an pluri esse possint, q. certè non est, quoniam quaeritur solum an simul, & pariter vocentur pro dimidia, vt supra fuit declaratum. Et ita contra rationem Bar. considerant hic Iaf. & Lancil. Dec.

Et praeterea haereditas & bona de quibus agit, simul esse pnt pluri cuiuslibet scilicet pro sua parte, siue diuisa, siue indiuisa.

Verum videtur quod Bar. opinio defendi possit secundū Clau. & Gassaul. dicendo q. Bar. voluerit dicere ideo in materia §. nisi, & in supra notatis, ordine successiuo, & non simul admittatur, quia patri fieret prauidicium in eo, q. ei viuenti auferretur dimidia contra verosimilem mentem disponentis, quod non concederetur in priuilegijs vel immunitatibus, quae pluribus in solidū

D. Maria Soc. Iun. in l. Gallus.

competere possunt. Nam ex eo, qd filij eis fruuntur, in nullo patri prejudicatur, quin & ipse pluraliter, & in solidum illis fruatur, & gaudeat. Sed quicquid de responsione Bart. sit dicendum, satis videtur contra eum, quod fundamenta eius non probent.

Et præterea, contra eius conclusionem videtur text. allegatus hic per Ias. in l. j. C. de priu. eorū, qui in sacro pala. mili. l. 1. 2. ibi, id beneficium ad filios eorum, atque nepotes ipso ordine sanguinis provenire.

Secundo facit, quia videmus qd ius patronatus ecclesie, quod competat patri, & filijs, puta, vt presentet sacerdotem, non debetur filijs in vita patris, sed solum post mortem, & sic ordine successiuo, prout firmat Card. Flor. in Clena. fi. de iurepat. in s. q. ut hic per Ias.

Tertio facit, quia vt qd ordo charitatis considerari possit tam in Principe concedente cum moueatur propter patrem, & propter eum filius honoratur, quam etiā in ipso patre obtinente tale priuilegium, cum & ipse videatur prius habuisse considerationem sui, & postea filiorum, vt in simili dixi s. in s. q. Bar. in 3. cōclusionone, in versiculo verum istis non obstantibus, &c.

Sic igitur ex prædictis fundamentis, cū iura Bar. non probent eius opinionem, videtur, qd disputatiue possit contra eum, & cōmunem opinionem teneri.

Sed tamen eis non obstantibus, puto qd opinio Bart. sicut est communis, ita etiam sit de iure vera. Nam licet ille ordo charitatis sit considerabilis, tamen ex eo nō est inferendum in proposito, qd filij non gaudeant immunitate, vel priuilegio etiā viuo patre, ex quo cōcessio facta fuit copulatiue patri, & filijs. Nec quicquam repugnat quin copula operetur secundum naturam suā. Nam & pater integro priuilegio, & similiter filius fruatur, ex eo qd filius si ita fruatur, patri in aliquo non prejudicatur, cū apud verumque in solidum esse possit, & hoc est quod voluit hic Bar. si recte consideretur. Et hoc responsum est ad tertium fundamentum s. factum contra Bar. & communem.

52 Non obstante primo de d. l. i. C. de priu. eorū &c. quia respondetur, quod illa verba ordine sanguinis, &c. ostendūt quod sanguine coniuncti ordine tamen descendenti, priuilegio, de quo ibi gaudebunt, vt sunt filij, & nepotes, verum quod non gaudeant simul omnes, ibi non probatur. Cum ergo prius in ordine sanguinis, & in rerū natura, sit prius filius, quam nepos, ibi dicitur, qd ordine sanguinis beneficium illud ad ipsos proveniet, simul, tamen omnes poterunt illo priuilegio gaudere, ita in effectu respondent hic Galiaul. & Moder. Hispani.

Sed aduerte, quia reperio quod aliter text. illum declarat ibi Ioann. de Plat. & quidem ex intentione gl. dicens qd immo vnus post alium tali priuilegio gaudebit, ponderando ad hoc illa verba, ordine sanguinis, vt per eum.

Potest tamen primo dici qd talis declaratio non sit bona. Nā cum ibi illi Palatini, & eorum filij, & nepotes immunes fiant a muneribus, de quibus ibi, videtur quod etiam simul tali immunitate gaudere debeant per prædicta.

Vel secundo si vis tenere declarationem Ioann. de Plat. Et sic qd ordine successiuo ibi vtantur immunitate, & ad eam non concurrant, potest responderi, quod illud est, quia sic talis immunitas erat concessa, dicendo quod illa verba, idq; beneficium ad filios eorum, &c. sunt verba cōcessionis. Vnde si ex illis verbis, sumetur quod ordine successiuo veniant, vt in argumento dicitur, id erit, quia sic tale priuilegium concessum fuerat. At qd simpliciter conceditur patri, & filijs eius absq; alia declaratione, simul concurrunt ad vnum priuilegium, per ea quæ dicta sunt.

Vel tertio dici potest (si non placet quod illa sint verba cōcessionis quod ibi sumus extra casum nostrum. Nam ibi concessio reperiretur facta solum Palatinis, & per eos postea transfret ad filios, sed in casu isto concessio dicitur expresse facta patri, & filijs, vt sic etiam filij dicantur proprio iure vocati.

Considera etiam an quarto loco responderi possit, qd nihil facit, dicendo qd ibi filij, nepotes, & ceteri descendentes habeant illam immunitatem ex persona patris, vel aui Palatini, & solio viuo, sicut etiam diximus s. d. l. i. C. de iniuri. del. 2. C. de Epif. & Cler. & d. l. in sacris nostris. C. de prox. sacror. scri. li. 1. 2. super quo tamen cogitabis, quia non firmo.

Denum non obstat, quod secundo loco allegabatur de iure patronatus, qm videtur nihil obstat, quia (vt etiam dicit Ias.) ius illud presentandi non datur nisi iure hæreditario, & ideo solum datur ordine successiuo. Filius enim ius patronatus ecclesie, & sic ius presentandi non habet, vt dicit Bar. in q. 4. ergo, &c.

Præterea, & secundo dici potest, illud ideo esse, quia si filius viuo patre presentare possit, patri de facili fieret prejudicium, si in presentando differret, & sic patris ius aliquo modo læderetur, qd non cadit in nostram, in nullo, ius patris læditur ex eo, qd filius immunitate, vel priuilegio gaudent in vita patris, vt dictum est.

Et ex ista cōi opinione, vt s. defen. s. infert, per Ang. & alios 53 hic, qd si Tit. o, & filijs sit concessum priuilegium legitimandi

doctorandi, vel simile, filij etiam viuo patre legitimabunt, & lauceam Doctoream cōcedent. Et ita vidi semper obseruari. Et maxime per filios Reuerendissimi Cardinalis Campegij eo etiam viuente, cui & filijs fuerat tale priuilegium cōcessum, sed & filij mei, qui sunt doctores simili priuilegio, me adhuc viuente, vtuntur, quod tamen mihi, & filijs mei Doctoribus concessum fuit.

54 Limitatur tunc conclusio Bar. & communis, vt non procedat, qm in concessione fuisset dictum concedimus, tibi, filijs, & hæredibus tuis, &c. Nam tunc cum viuus non habeat heredem (vt dictum est) talis concessio intelligitur facta ordine successiuo. Ita dicit hic Ias. & firmavit Curt. senior in cens. 73. super memorata, in primo dubio, & ita etiam sequitur hic Galiaul.

Moderni Hispani reproband, quia verbum heredibus, debet secundum eos intelligi pro filijs, iuxta l. ex facto, s. fina. j. ad Trebell. & sic non dicitur considerata mors patris. Nam cum quis sit filius, potest dici etiam viuo patre hæres, iuris præsumptione, cum dici solet, filius, ergo hæres. Sed vtendo Ias. & socios dici potest qd immo per illud verbum hæredibus, censetur considerata mors patris cum de filijs iam esset actum, verbum hæredibus pro eis non debet simpliciter exponi, quia tunc esset ociosum & nihil operaretur, quod non est dicendum l. si quādo, in prin. de leg. 1. & c. si papa, pe. priu. lib. 6. Et dixit Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 9. q. vnde vt aliquid operetur dictum est, quod de monstrauerit filios non simpliciter, sed vt hæredes, & sic qd illi habeant post mortem patris, & sic ordine successiuo.

Sed dicit aliquis, qd verba illa & hæredibus, sunt referenda ad filios, de quibus iam loquutus erat, & consequenter exponuntur pro filijs filiorum, iuxta l. ex facto, s. si, qui forte tunc nodū erat.

Et tunc licet respectu illorum, cum tunc non essent, possit cōcessio intelligi ordine successiuo, tamen respectu filiorum recipientium qui aderant, vt concessio intelligenda vt ipsi etiam viuo patre gaudeant priuilegio per prædicta. Sed tamen dico, qd istud non obstat, primo, quia hoc est extra terminos propositos. Nam loquimur quando fuit dictum, concedo tibi, & filijs, & hæredibus tuis. Quo casu verbum hæredibus refertur ad recipientem, & sic non potest importare hæredes filiorum eius.

Præterea dico, qd si refertur ad filios filiorum, & sic ad nepotes, licet non essent tunc in rerum nā, non tamen putare, aliquos illorum vocari ordine successiuo, sed oēs simul vocantur, i. omnes, & quilibet priuilegio gaudeant, & nepotes, cum primū nati essent. Et sic cum illo casu verbum heredibus impropriatur, non esset considerandum, qd quis sit hæres. At in proposito casu verbum illius ius hereditarium aliquo modo importabit, & ideo verum erit qd concessio dicitur facta ordine successiuo. Cogitabis.

Novissime Bar. dicit, hunc s. induci ad duas questiones, vt per eum. Et quia Bar. in illis se remittit, ita & ego facio, videas ergo in locis, de quibus hic per Bar. Et ex his, ut expeditus iste solennis, & utilis s. die 2. Aprilis, 1547. in almo Bononiensi Gymnasio cum laude summi Dei, cui soli sit honor, & gloria.

S. K. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Intellectus communis istius S. in sui tertia parte, & vnde etiam in numero 13.
- 2 Gallus Iurisconsultus reprehensus a Scenola de insufficientia, secundum aliquos, sed contra nu. seq. & nu. 32.
- 3 Reprehensio debet fieri moderate.
- 4 Appellatione nepotis non continetur pronepos, & vnde dicitur nepos & num. seq.
- 5 Condicio si sine filijs decesserit, desinit si vnus ex filijs superstit.
- 6 Dicitio & c. operatur repetitionem omnium eorum, quæ iuxta iam factam declarationem necessaria sunt in actu.
- 7 Insuper non arguitur ex vulgari substitutione, aliam factam.
- 8 Substitutio non potest fieri præterito, si ex præteritione testamentum vultur patitur.
- 9 Dicitio sed & si, & sic aduersatiua, cum copula denotat identitatem in diuersitate facti.
- 10 Text. in l. si quis posthumus, in fine principij, supra eodem titulo, & nulli alij tax. restituntur.
- 11 Substitutio facta post mortem duorum, requirit mortem vtriusque & eo modo, prout a testatore exprimitur.
- 12 Approbare non semper dicitur, qui refert in iudicio aduersarij dicta, & vnde cautela pro abundantia, vt scilicet referantur impugnationes, &c.
- 14 Dicitio, deinde, solet importare ordinem considerabilem.
- 15 Intellectus Galiaul. ad hunc tax. reprobat, nec nō & quorundam aliorum vt in præcedenti numero, & manus assignatur.
- 16 Glossæ auctoritas non est concludens, sed probabilis.
- 17 Scenola Iurisconsultus floruit tempore Marci Antonij illius opinio Imperatoris.
- 18 Dicitio & c. quid significat, sibi, velis, latissime ostenditur, & an referat, si breuietur, vel extendatur, & nu. seq. vsque ad nu. 24.
- 19 Clausula si reperitur extensa in contractu emptionis, quæ sit communis contra-

- contractui locationis, qui subsequitur, dicitur etiam contineri in eo virtute dictionis & cetera, posita in locatione.
- 20 Dicitio & c. indeterminata posita, operatur quod, sub ea continetur quod deficit in sermone illo secundum consuetudinem loquendi.
 - 21 Causa, si fuerit à Principe petitum, vt committatur summarie cognoscenda, de plano, & sine strepitu & frega iudicij, & Princeps dicat in rescripto, Audiatur talis, & procedat summarie & c. quod virtute illius dictionis & c. includuntur omnia contenta in petitione.
 - 22 Notarius si in instrumento dicat presentibus talibus testibus & c. continebitur, quod testes fuerint rogati.
 - 23 Notarius si in venditionis instrumento, vel donationis dixerit, Cessit & c. exponitur illud & c. id est omnes actiones suas utiles & directas, personales, reales, & mixtas.
 - 25 Notarius si errauerit in indictione, poterit errorem suum corrigere.
 - 26 Iuramentum non intelligitur in secundo compromisso repetitum virtute dictionis & c.
 - 27 Instrumentum, quod debet extendi ad consilium sapientis, non potest sapiens illud extendere quo ad iuramentum.
 - 28 Clausula codicillaris omisa in testamento non potest poni per notarium virtute dictionis & c.
 - 29 Notarius non potest quidquam addere in contractu in scriptis celebrato, nec etiam extendere dictionem & c. sed hoc de consuetudine non seruatur, & n. 31. & quid notario mortuo agendum sit ibid.
 - 30 Consuetudo licet possit tollere solemnitates requisitas, tamen non valet contra substantiam actus.
 - 31 Instrumentum refici debet, & ad hoc pars cogi, si dubium sit, quid sub dictione & c. contineatur.
 - 33 Notarii heredes tenentur ad interesse, si ipse clare non scripsit instrumentum, veluti debebat.

IDEM credendum. diuide istum textum in tres partes, vt p Bartol. & magis placet illa diuisio, quam quod diuidatur in quatuor secundum Imol. & Iaf. Bene tamen dicam secundum Aret. quod tertia pars secundum Bart. subdividatur in duas, vt in prima ponatur dictum, in secunda limitatio, & secunda sit ibi. Ita sane, si illa tertia incipit. Nam si filius, & nepos viuat, & cum versiculo poterit i fine interrogationis, prout hodie legitur in bonis libris. Sed si incipit, nam & si filius, & nepos, & c. absq; illo verbo poterit, prout communiter legitur, illa secunda erit ibi, quod similiter admittendum est. Et caue quia iste tex. in tertia parte intelligit duobus modis, primo quod nepos fuerit prateritus, & iste est communis intellectus. Secundo quod etiam ipse fuerit institutus, vt habetur in gl. super ver. Nam & si filius, & in gl. si. Ego pro nunc declarabo tex. & figurabo casum secundum communem intellectum, & ita etiam summabo, & infra videbitur quis sit verior.

Sicut potest posthumus nepos institui secundum consilium Galli, ita & pronepos, siue solus nepos viuat, siue solus filius, siue uterque, modo tamen hoc vitimo casu nepos filio pramoriatur, ne alias testamentum rumpat. h. d.

Ponas casum per partes secundum communem intellectum & quia per se patet, non insisto.

Noto primo secundum Bartol. Alb. & alios quosdam iuncta glof. i. quod t hic Scauola reprehendit Gallum de insufficientia, vt per eos. Et cum ista reprehensio fiat per illa verba, credendum est Gallum existimasse, Colligitur t quod reprehensio semper fieri debet curialiter, & modeste, & non verbis asperis. No enim dixit q Gallus errauit omittendo casum pronepotis. De ista materia. An scilicet & quomodo iureconsultus debeat, aut possit reprehendi, quia non est alicuius utilitatis, nihil dicam, sed videtur Alb. Imo. & Alex. hic & nouissime Hispanos, qui multa dicunt. Ex eo tamen quod dicunt Gallum hic reprehendi, quia de pronepote non dixit, & istum casum Scauola addit, vt videtur probari, infra in §. & bene, ibi quos supplendos, & c. videtur sumi ista conclusio, q nisi Scauola sic suppluisset, ex sola dispositione Galli no fuisset nobis licitum, idem statuere de pronepote, licet videretur ratio eadem, & ita expresse declarat hic Pau. de Castr. & plerique sequuntur.

Ego circa praedicta primo dico q Gallus hic non reprehendit prout etiam alij plures tenent, sed Scauola interpretatur, seu declarat Galli prouisionem, vt scilicet per identitatem rationis procedat etiam respectu posthumi pronepotis, cum etiam in eo procedat ratio, ne testamentum eius prateritione rumpatur, & ideo consulto dixit Scauola, credendum est, Gallum existimasse. Si enim id existimauit, recte sensit, quomodo ergo de recto sensu debet reprehendi? Nec dicatur, q reprehenditur respectu verborum, quia non expressit, quod recte sensit, quoniam propter hoc non cadit reprehensio, quia tm de casu nepotis loquutus fuit, vt breuis esset. nolens tamen decisionem ad casum illum restringere, sed propter rationem generaliter intelligere vbicumque ratio adesset. & ipsemet Scauola fatetur, dum dicit, idem credendum, & c. sic itaque quod hic per Scauolam dicitur de pronepote, fuit etiam ex

mente Galli propter eandem rationem, ergo virtualiter dicitur esse ex lege eius. l. nominis, & rei. §. verbum ex legibus. j. de ver. sign. Et si circa verborum sonu esset reprehendendus Gallus, certe et Scauola reprehendi posset, quia omisit de abnepote, & alijs inferioribus. Sit ergo vera conclusio, Gallum hic non reprehendi, sicut etiam dixi in §. praecedenti de alia reprehensione.

Et ex istis secundo dico q (quicquid dixerit Pau. de Ca. & sequaces) licet Scauola non ita declarasset, licita fuisset eadem declaratio cuiusque recte intelligenti.

Et licet forte ante Scauolae declaratione antiquitas illa ruditer procedens, & simplici verborum sono inherens, ita no consideraret. Immo etiam propter ruditatem contrarium forte obseruaret, tm verum est (iuridice loquendo, & prauiua ratione) q quilibet iuris prudens poterat ita declarare, prout fecit Scauola.

Et ex istis infero quod hic tex. no bene inducitur ad quatuor dicta, ad quae inferebat hic Galiaul. in primo nota. vt per te recte intelliges.

Secundo not. secundum Bar. Aug. Imo. Ale. Arc. Iaf. & alios t q appellatione nepotis non continetur pronepos. Nam secundum Bar. si contineretur, non bene reprehenderetur Gallus de insufficientia, vt per eum. Et tenendo q Gallus non reprehendatur, sed declaratur, videtur q declaratio fuisset superflua, si pronepos veniret appellatione nepotis. Et etiam illa antiquitas, quae verbis inhererebat, etiam de pronepote intellexisset.

Contra istud notabile videtur l. si cui eorum. §. affinitatem verbi. item Pomponius, supra de postul. nam sicut ibi appellatione nurus, vel foceri venit pronurus, vel profocer, ita & de nepote dicendum videtur, vt scilicet pronepotem contineat, & ita voluit Bar. infra in §. instituens, & in d. §. affinitatem. dicens hoc esse ex propria verbi significatione. Et idem dixit in l. liberorum. infra de verb. signi. Et hoc tenendum est, quando de nepote simpliciter fit mentio, habito respectu ad posteritatem, tunc enim nedum pronepos, sed etiam posteriores veniunt appellatione nepotum. nam cum nepos dicitur quasi natus post filium, illud conuenit omnibus alijs posteris, igitur, & c.

Immo etiam appellatione filij, quando sic profertur, veniunt oes descendentes. Nam t si dicatur si sine filijs decesserit, conditio deficit, quicumq; ex liberis superstit. l. Lucius. la. 2. ibi filium filiam ve, iuncto si. ibi sed etiam eius liberos. s. de her. inst. Et in his terminis, vel similibus pot intelligi l. filij appellatione, infra de ver. signi. vltra exempla de quibus ibi per glof.

Non obstat iste tex. & not. supra collectum, quia secundum Bar. in d. §. instituens, nepos hic non continebatur, quoniam mentio nepotis in specie forte erat de nascituro ex filio. Tunc enim pronepos contineri non potest, quia non ex filio, sed ex nepote nascitur. Et maxime id procedit, quia dispositio Galli, seu testatoris facta sm consilium Galli, statim nato nepote fuisset sortita effectum suum, vnde non erat opus considerare pronepotem, vel alios, cu ante eos nepos erat nasciturus, qui in dispositione erat consideratus, & in eo dispositio videtur locum habuisse & ita et dixit Bar. in d. l. liberorum. col. fi.

Sed contra istam responsionem videtur d. l. Lucius, ibi filium filiamve ex se natum, & c. nam fit mentio de filio vt nascituro ex fratre, & sic ex certa persona. Et tamen sub nomine filij, ceteri liberi continentur, & propter hoc Iason in d. §. instituens. 3. col. reprobatur solutionem quam ibi ponit Bartol. Et ita videntur seq hic nouissimi Hispani col. 11.

Tu potes tueri Bar. saltem in bona mente, dicendo, quod ipse loquitur quando fit mentio de nepote vt ex filio nascituro, non habito respectu simpliciter ad posteritatem. Et ita procedit prouisio Galli, verum in d. l. Lucius, licet dixerit ex se natum, & c. d. h. habitus respectus ad posteritatem fratris, vt patet in fine dum dicitur, prudens consilium testantis animaduertitur, & c. q. d. q testator omnem posteritatem fratris praefere voluit substitutus. Et vt dixi in his terminis intelligo conclusionem Bar. in d. §. instituens. Sed quando de nepote fieret mentio tanquam ex certa persona nato, vel nascituro, non habito respectu simpliciter ad posteritatem, puta, si talis nepos sit institutus sub nomine nepotis non veniunt pronepos, & ita procedit iste text. & quod ex eo notauit. Et hoc etiam probatur in l. Lucius. §. filiam. 1. de leg. 2. vbi instituta filiae erat substitutus nepos. s. ex ea, & eis non existentibus haeredibus, erat factum fideicommissum, & ibi dicitur quod si ambo viuo testatore decesserint, pronepos. s. qui ex eis superuiuat, non dicitur substitutus, sed ab intestato praestabit fideicommissum. Ratio est, quia ibi testator de nepote non meminit habito respectu ad posteritatem, sed de ipso particulariter eum substituendo disposuit.

Idem est si alio respectu fiat particularis mentio de nepote tm respectu sui, puta dum lex dixit in secundo gradu, dicitur nepos. §. secundo gradu. Inti. de gradibus, cum similib. nam tunc pronepos non venit appellatione nepotis, vt est nouissimum.

Nota tamen q licet in casu, & formula Galli sub expresso verbo nepos non comprehendatur pronepos quod ad vim verborum

D. Maria. Soc. Jun. in l. Gallus.

per prædicta, tamen in mente Galli ita fuit, ut prospiceret et cōseruationi testamen- ti respectu posthumi, pronepotis sicut respectu nepotis, de quo expressè loquitur. Et hoc probatur testimonio Scævola hic in versic. Idem credendum est, Gallum existimasse, &c. Quod fundatur in ratione prouisionis Galli generaliter considerat a. sine testamentum præteritione posthumi rumpetur eo nascente suo hæredes, quæ etiam in pronepote absque dubio venit consideranda, ut hic. merito ergo etiam ille casus dicitur consideratus. l. his solis, & ibi tradunt Doctor. C. de reuocandis donationibus pro quo soleo allegare. bonuz tex. in l. si supra de cloacis.

Tertio noto ultra Docto. (tenendo quod supra defen- saui) hic probari illam regulam, quod id quod est in mente legislatoris, quo ad sensum rectè intelligentis, parificatur expresso respectu effectus, prout sic Scævola declarat mentem Galli aperiendo, & interpretando, de qua regula est text. in l. nominis, & rei. §. verbum ex legibus, de verb. signifi. Sic itaque dici potest, quod ex lege Galli pronepos posthumus institui potest, ne testamentum eius natiuitate rumpatur.

Noto quarto, quod dictio, & cetera, operatur repetitionem omnium eorum, quæ iuxta iam factam declarationem necessaria sunt in actu, ita voluit gloss. in prin. & Bar. in 3. notab. de hac materia plura dicitur, infra post Bar.

7 Quinto noto secundum communem intellectum, quod ex vulgari substitutione alicui facta non arguitur illius institutio, hic, pronepos nepoti substituitur vulgariter, & tamen nepos dicitur præteritus. Idem notant hic Bal. Aret. Galiaul. & moderni Hispani.

Quomodo hoc intelligatur, dicam in secunda oppositione. Bar. pro nunc tamen aduerte, quia istud notabile non videtur posse colligi, quia tenendo communem intellectum, dicam quod pronepos non dicitur substitutus nepoti, sed filio, ut voluit Bar. hic in secunda oppositione, tamen etiam mors nepotis fuerit posita in conditione talis substitutionis, quia non sequitur, substitutus vocatur, si etiam nepos viuo testatore moriatur, ergo dicitur facta substitutio nepoti. Non magis quam si ego filio instituto dicam, si filius & Gaius decedat, substituo Scium, nemo enim diceret eo casu, substitutionem fieri Gaius, sed dicitur solum facta filio instituto.

Et ex his inferitur contra Bal. & Inq. dum hæc notant, quod substitutio non potest fieri præterito, si ex præteritione testamentum rumpatur, dico enim, quod non bene notant, quia de hoc nihil dicitur in isto tex.

Sed ultra etiam dico, quod etiam quod præteritio non rumpere testamentum, tamen substitutio de qua hic præterito fieri non potest, cum enim sit vulgaris, quæ non potest fieri nisi instituto. Nec obstat principium in d. infra, ubi videtur fieri substitutio filio, qui tamen non videbatur institutus, & sic videbatur præteritus, quia istud negatur, quoniam licet non fuerit expressis verbis institutus, dicitur tamen in effectu tacite institutus ex interpretata mente testantis, ut ibi ego firmavi, & respectu illius tacite institutionis dicitur facta sibi substitutio de nepote.

Sexto noto ibi, sed & si viuo, secundum Aretinum, & Lancelotum Decium, quod ista dictio sed & si, & sic aduersaria cum copula, denotat identitatem iuris in diuersitate facti, concordat iura per eos allegata, & ultra eos. l. i. §. ad eos, versiculo, sed & si, j. ad l. Falcidiam. l. talis scriptura, versiculo sed & si, de lega. primo, & in l. si pupilli. §. sed & si quis, supra de neg. gestis, cum multis similibus, quæ studiosus inueniet. Et ita no. Bar. post glo. ibi in l. 2. in fine, ne quis eum qui in ius voc. & in l. patris, & filij, de vulgari & pupill. Et D. meus Socinus in l. 2. 3. col. de leg. primo.

Et si quando reperies in iure scriptum contrarium, dicas, iura illa esse corrupta, & quod in eis abudat copula vitio scriptorum, vel impreforum, prout reperitur in l. si quis posthumus, in fine principij, §. eo. in l. qui in aliena. §. interdum, infra de acqui. hæred. in l. fidei commissum, de leg. 3. in leg. 2. §. emancipatus, supra de collat. bon. Et in l. fugitiuus. §. 1. infra de solutio. Et in similibus, in quibus secundum aliquas imprefiones, prout habeo in libro meo legitur sed & si, & tamen importatur etiam diuersitas iuris. Dico enim quod debet legi sed si, reiecta copula, & ita in plerisque ex dictis iuribus legitur in libris nouæ imprefionis, licet non in omnibus, sed ego puto (ut dixi) quod in prædictis, & si quæ alia similia reperiantur, omnino abundat copula &.

11 Noto septimo secundum Bal. & Galiaul. quod substitutio facta post mortem duorum, requirit mortem vtriusque, & eo modo, prout a testatore exprimitur. Ratio est, quia cuiuslibet dicitur vna conditio substitutionis, Et sic substitutio dicitur facta sub duabus conditionibus. Et quidè iunctim, merito ergo requiritur implemētū vtriusque. l. si hæredi plures, infra de condit. institut. cum similibus.

Octauo & vltimo nota ibi, ne successione testamentum rumpetur, quod hic colligitur ratio prouisionis Galli, & totius l. nota, videlicet, ne ex præteritione posthumi contingat testamentum rumpi. Idem colligitur in §. institutus, ibi rumpereque præteritus, in §. si eius ad finem, in §. nunc de lege, ibi non rumpi testamentum, in §. & bene, ibi nec succedens pronepos rumpat, &

in §. ille casus versiculo porro ibi ne rumpatur testamentum, & ita hanc rationem supra semper præsuppositi, & eam declarauit in principio istius legis in quarto præmissio.

Sed moderni Hispani, in 6. notab. dicunt, quod ista ratio solum fuit impulsiva causa inuentionis, non autem finalis, ita ut ex illa argui possit. Nam si finalis esset, ubi cessaret, non potuisset posthuma relinqui, per locum, a cessante ratione. l. ad ligere. §. quauis, infra de iure patrona, & ca. cum cessante, in principio de appell. quod secundum eos est contra l. pen. de leg. 1. & contra l. quidam relegatus, in fine cum l. sequenti, infra de reb. dubijs, ubi probatur posthumis alicuius posse relinqui ut etiam probatur in l. duobus. §. si de leg. 1. Et id videtur permitti ex sententia Galli, ut in d. l. penul. videtur probari, dum illud dicitur in eo quod posthumi alieni possunt fieri nobis legitimi successores, & tamen in d. casibus non consideratur aliqua cōseruatio testamenti, ne scilicet præteritione posthumi rumpatur, cum sint posthumi alieni. Et propterea ibi non instituuntur, vnde ipsi concludunt, quod intentio Galli fuit principāliter dare facultatem instituendi posthumos, & eis relinquendi, licet nondum nati essent, ut per eos, qui plures in hac hanc adferuerunt.

Verum ego ex istis non recederem a communi ratione, ut modo ego notabam, ut scilicet illa fuerit finalis, & motiua ratio prouisionis Galli in eo, quod in ista l. disponitur, ut ex supra dictis maximè in d. quarto præmissio constare potest.

Et ideo ipse solum induxit posthumos posse institui in casu suitatis, ut sæpius dictum est. Ad rationem Hispanorum seu ad argumentum, quod faciunt a cessante ratione, respondetur quod si te simpliciter prouisionem Galli, de qua in principio istius argumentum præcederet, nec ut credo relinquatur.

Nec obliuira in contrarium allegata, nam dicta l. penul. secundum vnum intellectum, quem posui supra in princip. loquitur de alia sententia Galli, quæ erat interpretata leg. 12. tabul. in eo quod illa lex dicebat, legitimas hereditates solum his, qui erant in rerum natura, deferri. l. Titius, in fine, infra de suis & legitimis, Gallus enim sentiebat, etiam posthumis debere deferri, quia ipsi in rerum natura quodammodo esse videntur: vel si viuo, eo. Et ista sententia Galli aduersus contrarium sententiam obtinuit. Et hoc est quod dicitur in dict. leg. penul. Et ita Celsus Iurecōs. postea expressè dixit, ut d. l. vel si viuo.

Ad quidam relegatus, & similes potest dici, quod loquuntur posthumes prætorias, vel etiam imperiales, quibus iam permissum erat liberè quibuscumque posthumis posse relinqui. Et ita dixit gl. in d. l. quidam relegatus. §. si. Vel si vis, quod loquitur antea, & quod habeatur respectus ad prouisionem Galli (licet hoc in d. iuribus non appareat) dicas quod illud fuit per interpretationem sapientum, ex sententia & mente Galli generaliter considerata, quoniam iustitia vniuersalis patitur, quod sicut Gallus ex causa ista dicta permisit posthumos institui posse, ita etiam generaliter conuenit ut eis, quicquid placuerit, possit relinqui ex libito relinquētis, non obstante quod verè nondum essent in rerum natura. Et per hanc rationem potest alio modo responderi ad d. l. pen. Et erit alia declaratio ad illum tex. secundum quod etiam dixi supra in principio legis. Glossæ huius §. sunt fere omnes satis claræ. Ego pluribus dimissis super paucis instabo.

Gloss. secunda habet tres partes. secunda ibi, Et nota, tertia ibi, Item nota, duæ primæ claræ sunt, nec super eis est instandum, in tertia parte quam Bar. declarat in prima opposi. ut per eum. Ex ea & ex dictis Bar. colligitur, quod qui refert alterius dicta, non semper ea approbat. Quod docto. hic multum notant ad practicam quotidianam. nā licet alias his, quæ in actibus iudicialijs ponimus, stare debeamus, tanquam a nobis probatis. l. cum precum, & ibi per docto. C. de libera. cau. cum sim.

Tamen non sic est, quando referimus verba a duerarij contra nos facientia, illa enim non dicimus approbari. Ita dicunt hic Angel. Imol. Comenf. Alex. Iafon, & quidam alij.

Nota tamen quod cauti procuratores nostri temporis in talibus relationibus dicunt, quod referunt impugnatuè, non approbatuè. Solent enim dicere, quod dicta partis aduerfæ a se fortè relata in partibus pro se facientibus acceptant, saltem in vim tacite confessionis. In alijs vero contra se facientibus, contradicunt, & ea expressè negant, ut sæpe ego vidi in practica. pulchrum tamen est quod dicunt Docto. hic & notabiliter, si quando fieret simplex relatio, quoniam nec tunc quis dicitur relata approbare, quæ sunt contra se per prædicta.

In glo. super versiculo. Nam & si, in principio dicas, quod verior est litera, posita per interrogationem videlicet. Num si & filius &c. Et habeas in fine interrogationis verbum poterit? ut in nouis libris legitur, quamuis in libro meo & in antiquis imprefionibus deficiat, & tali interrogationi ponitur statim responsio ibi, quod similiter admittendum est.

In eadem glo. ibi. Et hic duobus modis, &c. dicas primum casum, seu intellectum magis communiter approbari, sed de hoc dicemus statim in glo. penul.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Gallus.

multi sequuntur, verum (prout etiam alij quidam aduertunt) nō videtur hoc verum, quia quomodo scribatur, non debet esse differentia, cum enim idem sit sonus, eadē debet esse significatio, & si abbreviatē scribatur, virtualiter pro extenso habetur. Et q̄ non sit differentia, videtur in tex. nostro probari, secundum aliquos libros & prout legitur in lib. Holoandri vnum & cetera ponitur extense, aliud abbreviate, & tamen non est dubium, quod idem vtroque loco importat. Præterea, si esset differentia, sequeretur quod in arbitrio scribētis esset aliter & aliter scribendo variare eius significatum, quod certē esset absurdum. Faciunt, quæ dicunt hic Galiaul. & Moder. Hispani, qui ita tenent contra Bartol. & ante eos, ita dixit Dec. in c. nam concupiscentia, prima colum. in 2. lect. de consti. & ego arbitror de hoc neminē sanj capitis dubitaturum, cum de se satis constet. Solū ergo videtur faciendā differentia, quomodo dictio & c. in oratione ponatur, determinatē. s. vel indeterminatē prout Bartol. facit infra in dictione, & cetera, quando scribitur extense, vt per eum. Qui fortē non aliter intellexit, ne alias nimis inepte loquutus videatur. Et considerauit ita distincte, vt in conclusione posui, forte propter communem vsū scribendi, quia nunquam aut rarissime, & c. abbreviatum ponitur determinate, sed quasi semp̄ indeterminate, secus si extense scribat, & ita fere semp̄ inuenies.

19 Secunda conclusio, q̄ si in contractu emptionis reperiatur extensa aliqua clausula, quæ sit communis cōtractui locationis, qui post emptionem sequitur, dicitur contineri sub dictione & c. posita in contractu locationis. Doctores transeunt cum Bar. Sed tu aduerte, quia ego quæram a Bar. & doctoribus exemplum istius cōclusionis. Nam si loquuntur Doctores de die & cōsule, prout loquitur l. si quis ex argentarijs. s. si initium, supra de eden. alleg. supra per Bar. certe repetitio procederet etiam respectu cōtractuum omnino separatorum, cum omnibus dies & cōsul communia sit. Si verō loquuntur de alijs clausulis, difficilē inuenies extensam aliquam in contractu emptionis, quæ videatur repetita in sequenti contractu locationis, cum tales cōtractus tendāt ad diuersā, vt est notum.

Dicit fortē aliquis, exemplum sit in clausula, quæ omnia partes prædictæ sibi inuicē solēni stipulone seruare promiserūt. Sed ego tunc dicā, nō conuenire conclusioni prædictæ, quia illa clausula, ne dum locationi, sed quibuscunque alijs cōtractibus, cōuenit, & in eis apponi solet, licet non sint similes venditioni. Præterea & secūdo dicerem, q̄ si in cōtractu locationis, qui sequitur, adest illa clausula, quæ omnia, & c. in d. & c. comprehenduntur prædicta ex natura actus, & ex consuetudine, etiam q̄ nō præcessisset aliqua emptio, aut illa clausula, quæ omnia, & c. Et hoc q̄ dicit facta talis promissio, sed a notario non extensa, sed comprehensa sub illo, & c. Si verō non adest dicta clausula crederem non esse subintelligendam, cum illa promissio, quæ in ea sit, requirit formalitatem verborum. s. stipulationem. Quare cogita, an pro exemplo dici possit, q̄ in cōtractu venditionis dicitur, vendidit pro pretio centum, quod pretiū empor promisit soluere intra mensem, in locatione autem dicitur pro mercede centum, & c. vt sic dicitur repetitum. s. quam summam promisit soluere intra mensem. Tu cogitabis. Ego enim vt verum fatear, nō quiesco, nec viderur securum exemplum, quia alio modo, vel tēpore solet solui pretiū rei venditæ, alio mercedis rei locatæ, vt satis notum est.

Præterea possent illi cōtractus esse inter diuersas partes, ita vt non cadit verisimilitudo prædictæ repetitionis. Cogitabis ergo pro meliori exemplo, & vbi non inuenias, poteris tenere cōtra istam conclusionem Bar. & communem, quod esset pulchrum in disputatione. Fortē dici poterit, quod torū erit positū in arbitrio boni viri. i. iudicis, qui variē secundum diuersas rationes & coniecturas poterit terminare arg. in l. in fundo. ff. de rei vend. cum similibus. Sed profectō difficile admodum erit, extensionem illius, & c. sumi ex præcedenti contractu venditionis, ex eo tantū, quia illi cōtractus sunt similes, propter quod videtur, quod disputando possit contra Bar. & Doctores firmari quod dictio, & c. posita in contractu locationis nunquam ex præcedenti cōtractu venditionis declarabitur ex eo tantum, quod tales cōtractus sint similes. Cogita super istis, quia ad ea nullus aduertit.

20 Tertia sit conclusio quod si sub dictione, & c. indeterminatē posita continetur quod deficit in sermone illo scđum consuetudinē loquēdi & disponēdi in illa materia, cum Bar. transeunt Doct. hic & alibi tēpē, vt hic per Moder. & per Fel. in c. cum P. Tabel. in 7. q. de fide instr. vbi ita firmat. Hinc plura inferri possunt, vt p̄

21 Docto. & inter cetera si primō quod si petitum fuerit, vt causa committatur summarie cognoscenda, de plano sine strepitu & figura iudicij, & princeps dicat in rescripto. Audiatur talis, & procedat summarie, & c. in illo & c. includuntur omnia contenta in petitione quasi deficientia in sermone illo, & c. Ita Ias. hic allegat Rotam in decis. 24. vt per eū, sed mihi est nu. 77. si petatur in nouis. Ita etiam voluit Ale. in cons. 84. in causa vertente nu. 4. lib. 1. licet etiam ipse erret in allegando Rotam. Hinc etiam est quod

22 si notarius in instrumento testamenti dixerit præsentibus tali-

bus testibus, & c. continebitur quod testes fuerint rogati, prout requiritur in testamento, quia est de consuetudine. Ita Bald. in l. hac consultissima, in prin. C. de testa. sequitur hic patruus meus Soc. Bal. simpliciter allegando, sequitur etiam Ias. vt per eum. Ad de quod etiam firmat Ale. in cons. 14. Visis, & cōsideratis. num. 26. lib. 6. & nouissime Rui. in cons. 154. in casu de quo nu. 8. lib. 3.

23 Et vltra Doct. hic tertio infertur, quod si in instrumento puta venditionis, donationis, vel similibus, dicatur, cessit, & c. exponetur illud, & c. s. omnes actiones suas viles & directas personales reales, & mixtas, quoniam sic est de consuetudine, & deficit in illo sermone. Ita signanter dixit dominus meus. Soc. in cons. 101. visis duobus, tertio vol.

24 Et no. quia prædicta conclusio videtur sic latē intelligenda si vt veniant etiam ea, quæ sunt de natura cōtractus, vt dixit Dy. in §. nunc de lege, infra in l. nostra, licet Bartol. hic aliter loquatur. Et hoc probatur, quia vt seruamus naturæ cōtractus, receditur a propria significatione verborum. l. si vno. in prin. supra loca. cū similibus, fortius ergo debent sub isto, & c. comprehendī, quæ sunt de natura cōtractus, cum verba non improprietur, sed propriē possunt importare. Ita voluit Bald. in cons. 389. Duo instrumenta. lib. 3. & signanter dixit auus meus do. Marianus Soc. in c. significantibus. nu. 11. de libel. oblatione. vnde si in instrumento venditionis factæ de fundo pro pretio centum, dicatur, & promi sit d. venditor, & c. sub tali, & c. continebuntur omnia quæ sunt de natura cōtractus, & de consuetudine eius, puta rem tradere, de euictione, & duplum, & c. arg. l. quod si nolit. §. quia alidua, supra de ædil. edict. Bene facit l. duo patroni. §. si quis iurauerit, supra de iureiur. prout quidam allegant. Et licet verbum, cetera, ponatur ibi determinatē scilicet a verbo præstentur, propter quod alias mihi visum fuit quod non faceret ad propositum, tamē nunc dico quod facit in simili, nā sicut ibi continetur traditio rei & promissio de euictione sub illa dictione, cetera, ita & hic. Immo dici potest quod etiam ibi ponatur indeterminatē respectu sui, cū ex illa sola oratione nō appareat de quibus loquatur. Sit itaque conclusio, quod sub dictione, & c. continētur omnia in sermone ommissa, quæ ex natura actus ad ipsum consueti & congruentia sunt. Quod seruiet tibi ad plurima, vltra ea de quibus supra.

Nota tamen quod licet naturalia veniant, tñ nō includuntur ea, quæ sunt de substantia puta pretiū, res, aut cōsentus in emptione, illa enim debēt expressē & particulariter poni, vt docet Bal. in c. cum in iure 2. col. de offic. deleg. & Dec. in c. nam concupiscentiam, prima col. in secunda lectura de constitutio.

Et ex hoc singulariter v̄ posse inferri, quod si in instrō reperiatur scriptū in noie Dñi anno 1547. Die tali, Indictione, & c. non supplebitur. s. quinta, quæ (vt puto) nunc currit, cum indictio sit de substantialibus solennitatibus in instrumēto requisitis. A uti. vt præponatur nom. Impera. post princ. Ita in terminis inquit Bal. in d. c. cum in iure peritus, de offi. deleg. nu. 16. sequuntur hic Rui. & Moderni Hisp. licet Galiaul. videatur tenere contrariū, quem videas. Et super eius dictis cogita.

Sed vltra eū v̄, quod in triū multū vrget conclusio Bar. quā si posuit etenim in sermone deficit numerus indictionis, & solet ex consuetudine apponi, ergo fm̄ Bar. hic dēt includi sub illo, & c.

Præterea numerus indictionis ommissus colligitur ex præcedētib. Nam cū indictio sumatur ex numero anni currentis, iuxta gl. in d. Auth. vt apponatur nom. Impe. & ille sit certus & expressus in instrumēto, videtur quod etiam indictio possit dici virtualiter expressa. Et fortē notarius omisit, quia tunc non bene recedebatur, postea verum numerum indictionis positurus. Nec videtur obitare, quod indictio, vt quid substantiale, debeat apponi, quia videtur posse dici, quod sit apposita per prædicta.

Verū tñ ex his non videtur recedendū ab opi. Bal. in d. c. cū in iure, & vltra rationē (quod substantialia debēt exprimi) dici potest quod hic cōcurrit quædā incertitudo facti, i. qua notarius esse poterit, & in qua etiā se fundat Bal. ibi, inquit, n. quod notarius supplet vice testis, & ideo debet clarē suū dictum ponere, & ita quod non indigeat suppletione aliqua vel diuinatione, argumētō notatorū in l. i. §. si quis argentum, supra de positi. vt per eū. Et addi potest, quod immo notarius videtur, nescio quid plusquā testis, merito ergo dēt clarior loqui. Non obij. conclusio Bar. in contrariū ponderata, quia (vt dictum est) illa limitatur, vt non procedat in substantialibus, & maxime concurrente incertitudine facti, vt dicitur est. Adde quod ita tenet Rui. in cons. 23. quibus in instrumēto. 4. vol. Non obij. etiā quod indictio sumatur ex numero anni currentis, quia respondetur, hoc non sufficere, si n. illud satis esset, nō fuisset requisita indictio, vnde dico quod ex ordine legis requiritur, vt de se appareat, nō autem quod declararetur per expressionem anni Domini currentis, sic in simili videmus de imperatore & etiam de Consule, nam constat, qui erant illo anno & die, & tamen requiritur quod specialiter ponatur nomen Consulis, & Imperatoris, & hæc inducuntur, vt magis clarē appareat de tempore celebrati cōtractus vel instrumēti.

Putares tñ prædicta procedere, quando notarius, qui scripsit, vt

vt supra iam decessit, & reperitur instrumentum cum illis uerbis indicatione, &c. si autem notarius adhuc uiueret, putarem quod posset declarare numerum indicationis, quem forte gratia breuitatis omisit. Moueor per doctrinam Bar. in l. si librarius, infra de reg. iur. dum uult, quod si notarius errauerit in indicatione poterit errorem suum corrigere. Hoc. n. concessio, quanto fortius poterit declarare uerba dubia? argumento l. haeredes palam. §. si quis post, supra tit. primo. Cogita super hoc, quia nemo tangit.

Secundo inferitur, quod illud &c. non potest importare seu non potest extendi ad diem & consulem, cum illa requirantur pro validitate instrumenti siue contractus, ita dixit Ias. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit, numero 14. supra de iureiur. Etenim cum praedicta requirantur pro solennitate substantiali, & pro maiori certitudine, non potest dici inclusa in dictio &c. per se. Nec obli. si quis ex argentariis. §. si initium, supra de edend. quia ibi non includitur aliquod in dictio &c. sed habetur pro expresso, quia dicitur facta repetitio, eo quod dies & Consul in prima ratione expressa dicuntur communia etiam sequenti rationi. Et quod ibi dicitur de duabus rationibus, etiam in duobus instrumentis dicerem, si in eodem protocollo statim ponantur.

Tertio inferitur quod si ab interlocutoria fiat appellatio, & dicatur Titius appellauit &c. non continebitur causa appellationis, licet alias soleat exprimi causa, & hoc quia in tali appellatione causa dicitur de substantia, clem. appellanti, ubi Doctores de appel. Ita Ange. in l. quicquid astringenda, infra de verb. obi. Refert & sequitur Ias. in d. §. si quis iurauerit.

Secundo haec tertia conclusio Bart. limitatur, ut scilicet contineantur consueta, quae tamen sint discretionis conuenientia, seu per viros discretos acceptanda, secus si non fuerint talia, & ideo si contingat fieri secundum compromissum cum dictione &c. non includitur iuramentum in primo compromisso praestitum, puta, quia iurauerunt partes stare iudicatis per arbitros sub pena periuirij. Hoc. n. iur. super futuris non uis & non intellectis non est solitum apud prudentes & discretos viros, ergo &c. Et sic non seruando iudicatum per secutos arbitros qs non erit periuirus. Ita uoluit Bal. in c. 4. 3. Queritur si factum fuit, j. vol. Qui et alias rones adducit, ut per eum non refero. Sed addo quod ita Dec. in c. na concupiscentia. de consti. Dicens id esse, quia iur. requirit formalitatem uerborum fm Abb. in c. pen. de iureiur. Notabis tamen, quia Abb. non loquitur in casu Bal. nec ipsum allegat, sed simpliciter dicit, quod dictio, &c. non extenditur ad clausulam iuramentum ratione praedicta. Ex qua Abb. ibi post. alios dicit si dictum sit, quod infirmum extendatur ad sensum sapientis, non poterit sapiens extendere ad iuramentum, quia requirit formalitatem uerborum, esse enim satis durum, quem teneri vinculo iuramenti, & in poenam periuirij incidere, qui non iurauit, nec fortasse de iuramento cogitauit. Nec dicatur, iuramentum posset fingi interpositum, quia ubi agitur de peccato & sic de liganda anima alicuius, debet id fundari in ueritate, non in fictione secundum Ioan. And. & alios in c. quandam de iur. lib. vj. Ita dicit hic Patrius & Dominus meus Soc.

Quod de plano v. pcedere, si constat iur. non fuisse praestitum. Verum si dubitetur, inquit praed. dñs meus, quod si sit consuetum apponi iur. iuncta illa dictione, &c. praesumetur interpositum iuramentum, & sic non fingitur, sed praesumptiuè probabitur per eum. De hoc tamen ego non parum dubito, quia licet praesumptio saepe & per plurimum habeat secum ueritatem, tamen aliquando ueritas est in contrarium, unde non uideatur, quod ita in dubio debeat anima nostra posse ligari. Cogitabis tamen.

Tertio eadem conclusio limitatur, ut non procedat in his quae licet consueta sint, vario tamen modo fieri solent, ut est poena conuenientialis, nam aliquando magna, aliquando parua, & aliquando mediocri permittitur, & sic vario modo, unde propter incertitudinem non includetur sub dictione, &c. Ita Bal. in l. si pe. col. C. de execut. rei iud. Refert & sequitur Ale. in conf. xxvij. v. 10 & praehabito. num. v. lib. ij. & Dec. in d. c. nam concupiscentia. j. col. Ex quo particulariter infero, quod licet in compromissis soleat apponi poena, cuius metui partes postea obediunt, iuxta l. j. C. de arb. tamen si notarius post factum compromissum dicat, qui compromittentes promiserunt stare iudicatis, &c. poena sub illo &c. non continebitur, quia cum illa sit variabilis, nesciretur quae poena diceretur apposita.

Potest etiam inferri ad clausulam codicillarem, nam cum variè ponatur, ut notum est eis, qui plura testamenta uiderunt. Et tradit Bal. in l. fin. iij. col. vers. ij. praemittit cum uerbis seq. C. de condi. non uideatur quod possit dici inclusa in dictione, &c. propter eius incertitudinem. Quod ualde est notandum (si est uerum) quia uideatur contra id quod aliqui dicunt, scilicet clausulam codicillarem propter eius frequentiam censeri appositam in quolibet testamento, etiam quod in eo non exprimitur, arg. l. quod si nolit. §. quia asidua. ff. de aedil. edic. uideatur enim illud falsum, si uera sit ista illatio, nam attenda eius uarietate & incertitudine, ne sciremus quomodo seu quibus uerbis debetur censeri apposita, &

hoc uideatur probabilis. Nec obli. d. §. quia asidua, quia loquitur in eo, quod semper uniformiter ponitur, quod non est in clausula codicillari. Cogita super istis.

Ultimo conclusio Bar. limitatur, ut fiat extensio tñ ad perficiendam orationem, & clausulam incepram, non autem quod in dictione &c. includantur una vel plures clausulae, quae post illam sequi consueuerunt, cum sint clausulae separatae, & satis sit subaudiendo inceprum sermonem perficere. Ita Pau. de Castr. in conf. x. si uera sunt j. vol. in nouis. Concludens propter hoc quod si in infirmo uenditionis sit ista clausula. Constituens se interim &c. non extendet illud &c. ad clausulam quae praedicta sequi solet, puta, & dedit licentia, &c. Ita et uoluit elegans Moder. Aymo. Crau. in pl. 39. pponitur in facto ad finem, concludens, quod clausula illa posita in testamento, uidelicet, & hac uoluit esse suam ultimam uoluntatem, &c. Non extenditur ad clausulam codicillarem, quae sequi solet, cum soleat poni separata, uidelicet & si non ualet iure testamenti, &c. Hoc tamen intelligas respectu illius dictionis, &c. sed si ex alio ueniat de consuetudine, aliud forte est dicendum. Super hoc tñ cogitabis, an uerū sit, & quō exemplificari possit.

Quarta sit conclusio, quod si in contractu in scriptis celebrato non potest quicquam addi per notarium, & sic etiam non potest extendi dictio, &c. Et vñ hoc intelligendum, etiam cum iudice, ut sic differat a casu sequenti, quoniam contractus non celebratur in scriptis, ita dicunt hic patrius & dñs meus Soc. & Ias. cum Bar. vñ Doc. pertransire. Et licet Ang. & Arc. contradicant, tamen eorum rationibus rident Ias. ut per eum, & sic ista conclusio Bar. uidetur magis communiter recepta. Sed in contrarium facit, quia uidemus tota die seruari contrarium, quoniam si in scriptis debeat fieri contractus, satis uideatur, quod substantialia scribantur, & notarius, licet dum se dicit rogatum deducendo conuenta in stipulatione, omnia exprimat, tamen gratia breuitatis ponit saepe illam dictionem &c. Puta, quia scribit ad habendum &c. promittēs, &c. obligauit, &c. iurauit, &c. & sic de fribus, & uidemus quod postea illa dictio, &c. extenditur in qualibet clausula, uel per eundem notarium si uiderit, uel per alium cum iudice, & sic sequitur, quod aliquid uideatur addi contractui in scriptis celebrato contra praedictam conclusionem.

Quare pro resolutione dici potest, quod istud toleratur ex consuetudine ubique seruata, quae plurimum potest l. de quibus, supra de legi. & l. ij. C. quae sit lōg. consue. cum similib. Et adeo ut per eam tollatur etiam solennitas alias requisita. Unde licet ex ordine iuris, uel ex conuentione contractus sit celebrandus in scriptis, & sic debent omnia extensè scribi, per allegata per Bar. & alios, tamen consuetudo admittit, quod plura claudantur sub illo, &c. merito postea potest fieri extensio, ita in effectū uoluit hic Ias. in limitatione in ij. memb. suae doctrinae, ut per eum, uide etiam Galiaul. hic in tertia conclusione.

Quinta conclusio est, quod notarius non potest dicere se rogatum de sententia, uel de appellatione nisi tota sit scripta, & ideo errant qui prius dicunt se rogatos, cum Bar. transiunt Doct. Et ratio est, quia utraq; requirit scripturam, ut de sententia probatur in l. ij. & per totū. C. de sen. ex breui. recit. & de appel. probatur in l. j. in fin. infra de appel. & in c. qm̄ contra. de probat. ubi Doct. dicunt. Limitatur ista conclusio, nisi consuetudo contrarium seruaret, quae per eam posset illa sollemnitas remitti, ut supra dixi. Et dixit Imol. in c. cum P. tabellio; ubi etiam sequitur Fel. de fide instr. & refert hic Galiaul. Est tñ circa hoc aduertendum fm Fel. lib. i. quod licet consuetudo possit tollere sollemnitates alias requisitas, tamen non ualet consuetudo contra substantiam actus, ut est text. iuncta declaratione gl. in ver. officiali. post. princ. in ri. ij. de consue. lib. vj. Non enim ualet consuetudo, quod de vicario episcopi appelletur ad ipsum episcopum, quia fieret appellatio ad idem tribunal, non ad maius, prout est de substantia appellationis, ut ibi per glo.

Sexta sit conclusio, quod si notarius absque iudice non potest extendere dictionem &c. etiam quod contractus non fuisset necessario celebrandus in scriptis, sed de facto fuit in scripturam redactus. super hoc dicto Doctores plura scribunt, sed breuiter ex ipsorum intentione dicas, quod si idem notarius uiuit & uelit extendere, poterit id facere, etiam sine iudice, cum ipse recte intelligat quid uoluerit sub dictione &c. comprehendi. Et ita seruat consuetudo, nec forte est contra mentem Bart. cum ipse loquatur, quod ignoratur quid contineatur sub dictione &c. sed quicquid senserit Bar. tenendum est. Et procedet hoc etiam si actus ille requirebat scripturam in casu, quo ex consuetudine tolleraretur praedicta abbreviatio fm quod supra dictum fuit. Si uero ille notarius sit mortuus, aut non reperitur, & alteri committatur susceptio instrumentorum eius: & tunc ille talis dictionem illam &c. non poterit sine iudice extendere, ut inquit hic Bar. Ratio est, quia in extimatione iudicis est declarare quid contineatur sub illo &c. Et illud colligere poterit ex praecedentibus & sequentibus arg. l. si seruus plurimum. §. si infra de leg. j. uel etiam ex alijs coniecturis, prout recto ipsius arbitrio uidebitur. Hoc tñ intelligendum vñ, quia illud &c. ueniret

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

veniret extendendum per coniecturas sumptas ex precedentibus & frequentibus, vel ex consuetudine notarii defuncti, vel similibus coniecturis. Sed si esset extendendum secundum consuetudinem per omnes seu atam. Puta, quia dicitur cum obligatione &c. Nam per omnes dici solet cum obligatio omnium bonorum presentium & futurorum, & tunc forte dici posset, quod etiam alius notarius etiam absque iudice poterit sic extendere. Et in his terminis vel similibus posset procedere dictum Bar. in largitarius, in prin. in si. menti. §. de ed. dum dicit quod alius notarius poterit extendere &c. secundum quod solet dici. Quod etiam ante eum dixit Spe. in tit. de instru. edit. §. ostenso. ver. quid ergo si in breuiatura. Dicam. n. quod illud procedit, quoniam illud &c. sic per omnes communiter extendebatur. Scias tamen quod ego uidi contrarium seruari, nam etiam isto casu notarius, cui committitur, solet cum iudice extendere. Nisi dicas quod illud fit ex urbanitate, non ex necessitate. Vel forte dici potest quod dictum Bartol. & Speculator posset defendi, quando talis consuetudo probaretur. Et si tunc dicas quod cum illud sine iudice non fiat, videtur in effectu extensionem sine iudice non fieri, ex quo ipse omnino interuenit. Posset responderi, quod bene interuenit in probatione consuetudinis, sed ea probata postea notarius per se extendet. Cogita super istis.

Septima & ult. conclusio sit, quod si dubium omnino sit quid sub &c. contineatur, & aliter iuxta praedicta sciri non possit, poterit cogi pars, ut iterum dicitur. simul & de dicto fiat instrumentum pro interesse partis aduersae per notaria in l. chyrographis. in prin. §. de admin. tut. ubi etiam hoc tenet Bar. in 2. not. Quod etiam alij plures sequuntur, ut per Ias. & Galiaul. ut sic videatur communis opi. & est dictum valde notandum. Et fundatur quia iura non lum, cuiquam ius seu interesse suum tolli, sed potius quemlibet in eo conservari magis quam fieri possit. sed & maior. Insti. de his, qui sunt sui, vel alij. iur. cum similibus.

Et si tunc quaeratur utrum ex tali nouo dicto solueda erit gabella, stante statuto quod de quolibet dicto soluat certam gabellam, posito quod de primo dicto iam soluta fuerit? Ias. hic se remittit ad Bart. in suo cons. 67. satis dubie quaeritur, ubi per sex pulchras rationes tenet quod non, ut per eum, quod bene nota. Quod ego intelligerem, quando in nouo dicto cessaret ratio statuti, puta, quando in statuto fuit consideratus dictus uti praebens ius dheni. Insti. n. & sic ratio statuti cessat in illo secundo dicto, quia ex eo nihil noui acquiritur, cum iam ex primo, quae nunc iterum faciunt, ius esset quaesitum. Sed si ratio vigeret etiam in 2. alio dicerem, puta, quod statuto caueatur, dictus certa qualitatibus (puta rerum immobilium) celebratur coram Massario, aut alio officiali communis, & illi pro ea soluat certam gabellam, certe ut tunc in solutione gabellae habita ratio ipsius officialis, qui laborat praestando praesentiam, & auctoritatem suam, nisi dicerem quod etiam de illo secundo contractu in casu nostro solui deberet gabella, cum praesentiam, & auctoritatem praesentierit, & sic reperitur ratio propter quam statutum voluit solui gabella, cogitabis.

Et ad conclusionem Bar. redeundo dicunt hic Ias. & Galiaul. 33. quod pars poterit tunc alio remedio, quia poterit etiam agere pro suo interesse contra haeredes notarii, quia non clare scripsit instrumentum uti debebat, arg. l. si. C. de mag. conuen. Et dicunt quod ita uoluit Io. And. in addi. Spe. in tit. de instru. edit. §. ostenso, in uer. quid si imbreuiatura. Hoc tamen ego putarem habere locum solum in subsidium prout uidentur Doc. intelligere d. l. fin. Actio enim quae contra similes prima datur, solet dici subsidiaria iuxta l. i. infra de magistr. conuent. & §. sciendum, & §. subsidiaria Insti. de fatid. tut. Tu super hoc cogita. Caetera in hac materia uide hic per Moder. & in locis per eos allegatis. Ego. n. gra. breuitatis ulterius non instabo. Et per ista sit cum laude summi Dei expeditus iste notabilis S. J. Bononiensis Gymnasio, anno 1547. Die 23. Apr.

S V M M A R I V M.

- 1 Intellectus istius §. variatur, & quis sit communis receptus, intellectus, & nu. 4.
- 2 Litera istius §. reperitur varia in diuersis codicibus. & quomodo communiter legatur.
- 3 Casus, seu thema praesentis §. secundum communem intellectum. Pena interdictionis aquae & ignis perimit iura civilia, & sic patriam potestatem, & extinguit etiam iura sui haereditatis.
- 6 Deportatio successit loco interdictionis aquae, & ignis, & quae erat olim talis pena.
- 7 Deportati dicuntur priuari his, quae sunt iuris civilis. Intellige tamen ut ibi.
- 8 Deportare uel relegare nullus potest, nisi in locum suae iurisdictionis subiectum.
- 9 Excommunicati equiparantur interdictionis aquae & ignis, & sic deportatis hodie.
- 10 Excommunicatione non tollitur patria potestas, sicut etiam non tollitur facultas testandi.

- 11 Delictum filij uiuo patre commissi, non nocet eius filio, & sic nepoti respectu hereditatis aui.
- 12 Exhereditatio filij ex causa iusta, non nocet eius filio, & sic nepoti respectu aui.
- 13 Appellatione mortis in aliqua dispositione, an ueniat etiam mortis civilis?
- 14 Ingressus religionem etiam capacem bonorum dicitur pro mortuo haberi in dispositione, in qua mors eius fuisset considerata.
- 15 Mors civilis non est legale nomen.
- 16 Dispositio loquens de morte, an procedat in alio casu, ubi quis uere non moritur?
- 17 Monachus habetur pro mortuo quod ad matrimonium, & seculum.
- 18 Decisio istius tex. an procedat in monacho?
- 19 Monachatione quis eximitur a patria potestate, sicut emancipatione, uel deportatione.
- 20 Testator religionem ingrediens, quae sit incapax bonorum, puta, mendicantium, uirum in terminis istius text. habeatur pro mortuo? & quid si ingrediatur religionem bonorum capacem. nu. seq.
- 22 Monachus post professionem non potest reuocare testamentum, quod prius fecerat.
- 23 Fideicommissio an sit locus, si grauatus restituere hereditatem, si sine liberis decesserit, uel post mortem, ingressus fuerit monasterium?
- 24 Declaratio ad text. in l. cum auus, infra de conditionibus & demonstratibus.
- 25 Emancipatio in proposito huius tex. est similis morti.
- 26 Prouisio facta in unum casum trahitur ad alium, etiam in materia odiosa, quando est eadem ratio, & nu. 33. & 35.
- 27 Condicio licet aliis impleri debeat in forma specifica, tamen si de morte in conditione sit mentio, verificatur conditio etiam ubi mors non contingat, sed deportatio, uel emancipatio.
- 28 Aequipollens adimplere quid sufficit, non enim refert, quod ex aequipollentibus fiat.
- 29 Verbum ambiguum debet ad testatorem referri.
- 30 Extensio quotiescunque facta reperitur a lege de casu ad casum super aliqua materia, potest tunc ex mente illius legis in simili materia fieri extensio circa eosdem casus sub eadem ratione.
- 31 Statutum corrigens ius commune in successione, an dicatur corrigere etiam in tutela?
- 32 Prouisio facta per modum dispositionis, procedit tantum in casu expresso, & non trahitur ad alium non expressum, & haec est reg. limitata tamen pluribus modis, ut seq. nu. & 46.
- 34 Verba sunt expressissima conceptuum nostrorum eorum quae in corde habemus.
- 36 Aequiparatur quod quis expresse uoluit, & quod uerosimile sit eum uoluisse.
- 37 Extensio de persona ad personam non est facienda, etiam ex uerosimili mente disponentis, & nu. 45.
- 38 Institutio facta a patre de duobus filiis natis non porrigitur ad tertium ignotum, licet illum uerosimiliter uoluisse & instituisse, si cogitasset, sed contr. ann. 40. & uide nu. 44.
- 39 Actus nostri non operantur ultra intentionem nostram, fallit tamen aliquando, ut nu. 42.
- 41 Testamenta quod ad possunt debent conservari, & testatoris uoluntas.
- 43 Posthumus etiam ignoranter praeteritus rumpit testamentum, licet testator esset miles.
- 47 Venditio si prohibeatur, dicitur etiam prohibitus omnis actus, per quem sequitur idem effectus. fall. v. nu. 49.
- 48 Extensio in odiosis an & quando facienda sit, distinguendo demonstratur, & uide nu. praeced.
- 50 Declaratio ad tex. in c. cui de non sacerdotali, de praebendis. li. 6.
- 51 Dispositio loquens in casu uero, an procedat in casu ficto ex identitate rationis, distinguitur.
- 52 Furum non committitur in re hereditaria subtrahenda, ueluti in re uiuentis, & quae sit ratio.
- 53 Haereditas representat personam defuncti regulariter fallit tamen ut ibi.
- 54 Dispositio seu prouisio facta in casibus simplicibus porrigitur ad mixtos, si sumus in materia fauorabili.
- 55 Declaratio ad tex. in l. si ita facta, infra tit. 1.
- 56 Intellectus ad tex. in l. si ita scriptum, supra eo.
- 57 Condicio necessaria ad actum, potest impleri per aequipollens, & uide numero 59.
- 58 Bar. a contrarietate, quam Crotus ei impingit, defenditur.
- 59 Condicio uoluntaria non potest adimpleri per aequipollens, sed in forma specifica.
- 60 Condicio an dicatur impropria de praeterito.
- 61 Verba sunt intelligenda secundum qualitatem personae, ad quam referuntur.
- 62 Insufficientes fundi legatus uxori donec uidualem vitam seruauerit, & post eius mortem quod fundus detur Sempronio, si mulier transferat ad secunda uota, an statim fundus dandus est Sempronio, uel sit expectanda mors praedictae uxoris?
- 63 Dilationis causa cessante cessat ipsa dilatio.
- 64 Legatum ademptum, debet applicari haereditati, si non dicat testator cui applicari debeat.
- 65 Dicitio tunc, denotat extremitatem temporis.
- 66 Clausula in fine posita, ad omnia praecedentia refertur.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Gallus.

1 Demum per viam præmissi scias, quod intellectus istius §. dupliciter variatur. Prima variatio est, quia legitur tribus modis, ut in gl. 1. & 2. & 3. sec. virtualiter vult cadere in diem, in hoc. s. vt quod fiat, seu sibi aliquos opponatur, quatenus solum de morte in superioribus facta est mentio. Et vtraque cõiter tenetur, maxime secundum dicam de hoc in 1. opi. Bar. super prædicta gl. 1. Secunda variatio in eo est, quoniam aliqui formant quæstionem, vtrum in casibus de quibus in tex. liceat testatori prouidere, sicut in casu mortis.

Alij verò dicunt quæri, vtrum prouiso testatoris facta iuxta formulam Galli de qua in prin. istius l. & sic in qua tantum de morte filij facta sit mentio, habeat locum & dicatur facta in effectu etiam in casibus de quibus hic, si contingat in persona filij, vel nepotis de medio. Et iste intellectus per Bar. & Docto. magis cõmuniter tenetur. Et scias quod et quod litera §. nri reperitur varia in diuersis codicibus. Et licet variatio sit in pluribus in duobus tamen videtur notanda, Primo. n. vbi communiter legitur. Quid. n. si aquæ & ignis interdictionem, &c. Aliibi legitur, qui deinde aquæ & ignis, &c. Secundo vbi communiter legitur. Hi. n. casus omnes ex quibus sius hæres post mortem. s. aui, &c. Aliibi legitur, Hi. n. casus, & omnes ex quibus sius hæres post mortem. s. aui, &c.

2 Diuiditur secundum ferè omnes in tres partes. In prima forma tur quæstio bimembris secundum Bar. & alios magis communiter, secundum alios trimembris præsupposita tamen litera cõi. In secunda respondetur cuidam tacitæ obiectioni. In 3. respondetur in effectu quæstionibus propositis. Reducendo casus de quibus dubitabatur ad mentem Galli, seu ad prouisionem testatoris secundum varios intellectus, & ex sententia l. Velleia. s. in 2. capite. secunda ibi, Hi. n. Tertia ibi, sed ex sententia. Summa istius text. sequendo communem intell. secundum Bar. vel si vis particularius loqui respectu text. nostri, vt voluit Imo. & quidam sequuntur, summabis sic. Substitutio facta de nepote in casu mortis filij, extenditur ad omnem casum, per quem filius desineret esse in potestate testatoris eo viuo. h. d.

3 Casum quod ponas per partes secundum communem intell. vt si queratur an prouiso testatoris facta, si filius se viuo moriatur, procedat etiam si aquæ & ignis interdictione patiatur, vel emancipetur, Et primo videbatur de hoc non esse dubitandum, quo modo videbat casus prædictos & similes omnino æquiparatos morti, iuxta dispositionem l. Velleia. de qua sit mentio. J. ista. in §. & bene, sunt. n. ibi verba secundi capitis generaliter prolata, sius sius hæres esse desierit, &c. Quod intelligitur siue per mortem, siue alio quocunque modo, vt ibi dicitur.

Secundo, posito, quod dubitari possit, & lex Velleia isto casu non loquatur, videtur quod in prædictis casibus non procedat prouiso facta de morte, quia prouiso in vnum casum facta non porrigitur ad alium in dispo. omisum. l. commodissime, supra eo. Verum contrarium determinat Scauola. Et ad primum respondetur in tex. in 2. parte, vult. n. tex. posse dubitari per secundam rationem modo allegatam, non obstante prouisione l. Velleia. Nam illa loquitur, quando nepotes nascuntur viuo aui, vt dicitur in §. nunc. de leg. J. ista. l. Et dixi in prin. istius l. in 2. præmissis. Sed in prædictis casibus præsupponimus, nepotem natum postea aui iam mortuo, merito ergo sequitur (vt in tex. dicitur) quod isti casus, & omnes illis similes, data natiuitate nepotis, post mortem aui, non pertinent ad l. Velleiam. Non obsecunda ratio, quia respondetur, quod licet casus isti sint omisus, & videantur diuer si à casu mortis, tamen in hoc illi æquiparantur, & admittendi sunt ad similitudinem mortis, vt dicitur in tex. vt sic testator loquens de morte filij, censetur loqui etiam de istis casibus morti æquiparatis. Et hoc ex sententia l. Velleia. Nam, sicut illa vult in casu suo. s. nato nepote in vita aui, omnes casus quibus filius desineret esse suus, æquiparari morti, ita etiam in proposita quæstione, casus prædicti admittendi sunt ad similitudinem mortis. Et ita inspecta sententia l. Velleia. determinat Scauola hic. Ad regulam d. l. commodissime. ex intentione iuriconsulti potest responderi, quod non procedit, quando casus omisus & expressus reperitur ab aliqua l. æquiparatus, licet in aliis terminis lex illa loquatur. Aliter tamen ad d. l. commodissime me. respondet Bar. & Doc. sequuntur vt videbis in 2. & 3. op. Sed ponendo casum, vt supra, sic videtur de intentione Scauolæ.

4 Sed aduertè, quia quod contra communem intell. & prædictam casus figuratorem repugnare videtur ordo & mens Scauolæ, quæ videtur esse in ista lege loqui tantum de casibus, quibus liceat prouidere, vt sic agatur de interpretatione prouisionis Galli, & non de interpretatione prouisionis a testatore factæ, Præterea tunc iuxta communem literam abundat vna interrogatio. Et ita etiam quidam nouissimi considerabant. Poteris tamen truci communem intellectum respondendo ad primum quod immo in hac lege agitur etiam extra istum text. de interpretatione prouisionis testatoris, vt in §. sequenti, ver. vt instituens, alias est §. instituens. Ad secundum dices quod tenenda erit noua litera, dum sine interrogatione dicitur, quid deinde aquæ & ignis

&c. Quæ litera (vt verum fatear) plurimum seruit prædicto cõmuni intellectui, vt de se patet. Vel si vis tenere literam communem, dices quod licet non sit elegans loquutio, tamen non videtur spernenda, & virtualiter duplex interrogatio resoluitur in vna, vt si in simili dicerem. Quid si Titio vendam fundum pro centum, infra annum soluendis? Quid si ante annum non soluat? videtur enim iste modus loquendi tolerabilis, & tamen in eo reperitur in sono duplex interrogatio, licet virtualiter sit vna tantum. Sed quicquid sit, verosimilius videtur, prout etiam sentiunt nouissimi, quod Scauola dubitauerit circa prouisionem Galli, seu de eius interpretatione agat, & non de interpretanda prouisione testatoris prout hucusque fecit. Et præsertim tenendo literam communem. s. quod hic sint tres interrogationes, quæ litera fortasse est verior, cum ista noua non habet auctoritatem, nisi eam potentium in quo tamen quia consistit in facto, remitto me ad veritatem, quæ pro nunc mihi non est nota. Sed tenendo literam communem, magis ad mentem Scauolæ videtur quod dixi. Et secundum istum intellectum sic summabis. Licetum est pronepotem posthumum instituere, si post mortem suam nascatur, filio in eius vita decedente, etiam si nepos viuat. Idem etiam in casu, quo filius, vel nepos de medio patiatur aquæ & ignis interdictionem, vel emancipetur, hoc dicit. Ponas modo casum, vt queratur primo, vtrum in terminis §. præcedentis, quando. s. filius & nepos viuant, liceat concipere institutionem. s. pronepotis in casum mortis filij tantum? Secundo vtrum in casu, quo filius vel alius de medio aquæ & ignis interdictionem pateretur?

Tertio quid si emancipetur nepos de medio? Et idem dicas de filio iuxta casum contingentiam? De his enim casibus merito cadit dubitatio, quia non pertinent ad l. Velleiam, cum illa loquatur de nepote, vel pronepote natis viuo testatore. Nos atque præsupponimus, quod nascatur post mortem. Nec etiam videbatur quod essent tales casus admittendi per prouisionem Galli, qui tantum de morte filij fecit mentionem, non si alio modo desinat esse sius hæres. Et hoc respectu secundæ, & tertie quæst. Et respectu primæ videbatur non licere sic pronepotem instituere, & sic quod non sufficiat facere mentionem solum de morte filij per finem præcedentis §. ibi vtriusque mortuis &c.

Sed tamen hic determinatur, casus prædictos admittendos esse ad similitudinem mortis, & hoc ex sententia l. Velleia, vt dixi supra ponendo casum secundum communem, ut sic dicamus de mente Galli fuisse, saltem interpretata, vt quod de morte dixit, procedat etiam in alijs casibus illi in proposito æquiparatis, loquendo in natis post mortem testatoris, prout est casus Galli sicut reperitur per l. Velleiam in casu suo, quando. s. nascetur in vita.

Nota tamen quod finis huius text. s. in istum intellectum non potest adaptari ad primam quæstionem. Sed ibi, vel in ea dicendum est, casum illum admitti non ad similitudinem mortis, cuius ille sit casus mortis, sed admittitur prout a testatore fuerit expressus, quia ei sic placuit præsupponendo tamen quod nepos decedat ante filium. Quapropter melius fortè considerando, videtur quod iste intellectus non conueniat, cum (vt dixi) responsio non conueniat omnibus quæstionibus, quod satis absurdum videretur. Et propterea bonum fortè erit adherere communem intellectui, & tenere illam nouam literam, s. quod supra dictum fuit. Vel si vis fieri hic quæstionem super interpretatione verborum Galli, prout si perius dicebam, poteris fortè scrupulum prædictum euitare, etiam tenendo literam nouam, ponendo quod hic queratur, an Gallus loquens de morte plenè prouiderit, dicendo, quod aliter non videatur licere, quam Gallus expresserit. Et si dicas quod sic, videtur in contrarium posse opponi, quia immo non videtur prouisum. Pone. n. quod filius patiatur aquæ & ignis interdictionem, vel emancipetur, nã ex eo, quod non permittit Gallus posse posthumum nepotem instituere si filius morieretur &c. non videtur permisum illum institui, si filius patiatur aquæ & ignis interdictionem, vel emancipetur, cum casus in se sint à morte diuer si.

Contrarium tamen hic vult Scauola, dices quod immo & isti casus sunt admittendi ad similitudinem mortis, vt sic ex mente Galli loquentis de morte filij, liceat etiam in prædictis casibus prouidere, & hoc ex sententia l. Velleia, sicut supra fuit declaratum. Sic igitur fiet hic vna tantum quod, habens duo capita, & non tres quæstiones, quicquid dicant quidam nouissimi. Non tamen mihi displicet (quod etiam ab eis vix cogitatum) vt. lex decisione seu interpretatione Scauolæ hic, vt, si dicatur virtualiter a Gallo permisum prouideri posse, seu posthumum posse instituere etiam in d. casibus ad similitudinem mortis, summatur decisio illa per locum a simili, videlicet, quod prouiso testatoris facta in casum mortis, trahatur ad prædictos casus sibi similes. Non quidem, quod istud hic expressè decidatur, vt dicunt Bar. & alij, sed vt dixi, quod hinc istud sumatur per arg. cogitabis.

ADDITIONE. Sed iterum aduertè, quia secundum prædictum intellectum non videntur posse adaptari prima verba videlicet quod si tantum in mortis filij casum conciperet &c. Nam quis erit, qui talia verba concepit, si non refertur ad prouisionem testatoris

testatoris? certe ego non video, quare referendo ad testatorem, potest aliter declarari, quam faciat Bar. & communis intellectus, dicendo, quod cum supra dixerit vtriusque mortuis se viuo, hic continue dubitetur, quid si filio & nepote viuis institutio pro nepotis sit concepta tantum in casu mortis filij & de nepote nulla sit facta mentio, prout etiam dicebat gl. i. hic? Et quaeratur stante tali testamento, quid si nepos, de quo non sit facta mentio, patiat interdictioem aquae & ignis, vel emancipetur? vtriusque. n. ad nepotem refero, & dubium fieri poterat, quia isti casus vere non sunt moris, qua contingente posset dici recte per testatorem prouisum, et quod de tali morte nihil dixerit per §. qdā recte. Sed cum non decesserit, non videbatur recte prouisum. arg. l. commodissime, supra e. attento maxime quod in §. procedenti, in fi. dicitur si mortuus nepos decessat. Nec potest dici ex l. Velleia, istos casus contineri cum illa loquatur de natis viuo testore, & hic pro nepos presupponitur natus eo mortuo, sed tamen hic determinatur, quod ex snia l. Velleia, id est sit dicendum in casibus istis, ut sic procedat ad iustitiam mortis, & sic inde videatur, ac si iste nepos de medio, de quo nil fuit dictum in testō, decessisset. Intellige tamen quod isti casus euenerunt nepoti ante mortem filij, iuxta finem §. procedētis. Cogita si p. isto intellectu, quod satis placet. No. i. fm. Are. las. & quosdam Moderniores. Hispanos, quod aquae & ignis interdictio punit iura ciuilia, & sic patriam patriam, ratio est quia & ipsa est de iure ciuili. Inst. d. pat. pot. post. pr. Et consequenter extinguitur iustitiam seu iura sui haereditis in persona illa interdictioem patietur, cum illa sint de iure ciuili. l. cu. rō. in pr. §. de bo. dan. & dixi l. pr. huius l. in r. praemissio.

6 Quid si autem esset talis interdictio, vide p. las. & adde quod erat similis poena, quam Tantalo iniuncta Poetae fabulatur. Huius autem interdictioem loco successit deportatio. l. 3. §. ad l. l. l. pecul. & dixit hic gl. & adeo ut pro eod. ponantur, l. 1. §. 2. infra de lega. 3. it. l. deportati, si. n. coiter legitur ille tex. Notabis tamen quod in nouis quibusdam codicibus non leguntur illa verba. l. deportati, quod prima fronte vix probabilis, quia aliud vix quod deportatio succedat in locum talis interdictioem, vt d. l. 3. & aliud quod sit idē eū ea, vt innuunt illa verba. l. deportati, sed forte melius est, talia verba hēre, vt ex seq. vix posse colligi. si. n. non adessent, & sic de deportatis non esset aliquod dictum non concedenter sequeretur verusculus ille, deportatus autem &c. & postquam deportatio in locum illius interdictioem successit, prout ille sermo tolerari de quo in d. §. 2. cum saltem in iuris intellectu, qui deportatur dicitur interdictioem illam pati. Fateor tamen quod in se deportatio differt a tali interdictioem, cum in l. res vxoris, ad fin. ista duo ponantur per disiunctiuam, vel, quae solet poni inter diueras, & in d. §. 2. l. i. si illa expositio propter effectum, attento quod deportatio in locum interdictioem successit vt d. l. 3.

7 Et qui deportatur, dicitur ipse priuari his, quae sunt iuris ciuilibus. l. quidam infra de pe. In quo notabis, quod istud debet intelligi respectu ciuitatis deportantis dumtaxat. Non autem alterius ciuitatis, quod maxime procedit inter ciuitates superiorem non recognoscentes. Rō sit, quia nemo potest immittere falcem in messem alienam. l. sicuti. §. Aristo. cum ibi not. supra si seruit. vend. Facit l. confluuntur. §. 1. infra de iure cod. cum sum. Notabis et circa hoc quod nullus potest aliquem deportare aut relegare, nisi in locum ei vel sine iurisdictioni subiectum, vt l. relegatorum. post prin. & in §. sicut. infra de interd. & releg. quod valde not. quia contrarium quotidie seruatur in Tuscia. Illud tamen vidi seruari per Illustri. Dominos Venetos. Dicunt praeterea hic Ang. Imol. Alex. las. & quidam alij, quod si poena praedictae interdictioem aquae & ignis hodie in summi reperitur in excommunicatis, cum excommunicatio priuet commercio hominum, quia cum eis non communicamus. ca. sicut. Apostoli. 1. 1. q. 3. & tradit Bal. in l. 2. C. quib. res. iud. non noc. Et ideo glo. in §. minor. Insti. de capi. dimi. dicit, quod si sic interdicerentur, habebantur instar nostrorum excommunicatorum. Quare dubitari potest, nunquid iste tex. procederet si filius de medio excommunicetur, sicut si deportetur? & certe Do. so. praedicti videntur presupponere idem, cum dicant in excommunicato reperiri similem poenam. Contrarium tamen potest verum, quia excommunicatus non perdit omnino ea, quae sunt iuris ciuilibus iuxta not. in c. discernimus, vbi Io. And. de sent. excō. l. b. 6. & tradit Abb. in c. pastoralis. §. verum. col. pen. vers. & in quantum §. gl. de app. Non ergo per excommunicationem tollitur parria potestas, sicut etiam non tollitur facultas testandi. nec similia vt pulchre per Feli. post alios per eum allegatos in c. cum voluntate. de sen. exc. & in hac sententiam veniunt hic quidam Moder. vt

11 per eos. Secundo not. quod si delictum filij viuo eius patre commissum, & poena illi imposita, filio eius & sic nepoti, non nocet respectu bonorum, & haereditatis aui sui, immo talis poena facit locum nepoti, vt iura sui haereditis habeat.

12 Hinc singulariter inferunt cetera qdā Modernio. quod si filius ex causa iuxta exhereditet, vt sic videat deliquisse, & in pena sui delicti contra patrem commissi sit exhereditatus, non nocet nepoti testatoris, licet ex se natus sit. Nam ille in testamento aui praeteritus ex sua persona, venit contra testamentum aui, & de suis

meritis, non de demeritis patris agitur, vt videtur probari in l. 3. §. si emancipatur. §. de bon. pos. contratab. & ita ibi per illum tex. firmat Barto. qui etiam idem voluit in l. pater filium, supra de inof. test. & in l. si quis filium. C. eo. ti. & alibi vt per d. Moder.

Pro quo etiam facit l. si is, in prin. supra de inof. testam. vbi datur successio in querela, vt sic dicamus exclusio filio per exheredationem iustam, illam dari nepoti. Ad idem l. pater filium, eo. ti. in arg. Nam ibi exclusio filij defuncti, eius pater vocatur ad querelam. Et sic dicatur, quomodo iste nepos vult admitti per querelam, cum non sit exhereditatus? Respondet Barto. in locis praedictis, id esse, quia eius praeteritio habetur pro exheredatione, vt per eum, & hanc opinionem videtur sequi Doctor. vt per d. Moder. qui etiam cum ea transeunt.

Sed mihi videtur multum dubia, nam contra eam primo videtur tex. in l. si quis filio, in prin. §. ti. i. ibi enim dicitur isto casu nepotem non admittendum contra testamentum, licet sit praeteritus, quia exhereditari non debuit, cum pater eum praecederet.

Secundo idem probatur in l. si quis posthumos. §. 1. supra eo. vbi expresse dicitur, quod iste nepos non venit contra testamentum, etiam si filius ante aditam haereditatem decessat.

Tertio adduco d. l. si quis filium. C. de inof. test. & in principio dicitur, quod iste nepos erat omni remedio destitutus, nam ex eo clare sequitur, quod ex persona sua sibi ius non competebar, & etiam in fin. dum dicitur, quod filio repudiante, vel tempore exclusio nepos nullum ius habet, nam idem dicendum videtur, si veniat excludendus propter iustam causam exheredationis, & hoc satis aperte vult ibi tex. in ver. & si non haeres, qui apertissime probat &c.

Quarto facit, quia si filius iuste excluditur per quem nepos a quo coniungitur, sequitur, quod dicitur illi coniunctus ex radice infecta, propter quod debet dici vna cum sua radice exclusus, & si ratio exclusionis. i. ingratitude in eius persona non reperitur, sicut dicimus de masculis coniunctis per feminas exclusas per statuta. Nam excluduntur, quia per radicem infectam coniunguntur, licet in eis sexus femineus non reperitur, propter quem femine excluduntur, vt habes per Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sig. Bal. in l. illam. C. de coll. & Sal. in l. maximum vitium. C. de liber. praeter. cum conxor. multis, vt per insignē Modernum, D. Alb. Brun. in suo tracta. de statu. excludent. foemin. propter masculos, & c. in 6. arti. in 1. q. Demum facit, quoniam querela, & ius veniendi contra testamentum, non datur nisi his, qui ab intestato successerunt, sicut vt in toto ti. supra de inof. test. & C. & Inst. eo. Sed neque iste filio viuente non esset ab intest. successurus, ergo &c. Nec huic rationi obstat, pater filium praeterleg. vbi pater habet querelam, & tamen non erat successurus ab intest. cum extaret filij defuncti. Quoniam respondetur, quod immo in casu quo datur ei querela, erat suo iure successurus ab intestato, videlicet exclusus illis filijs defuncti, vt ibi probatur. Non sic in casu nostro, cum in suis non sit locus successioni. l. i. §. sciendum. infra de suis & legit. Non obstat. modo allegata in contrarium. Nam ad principium videlicet ad d. §. si emancipatus, respondetur, quod ibi filius ille, qui ignominiosas nuptias contraxerat, & ita culpa sua poterat dici exclusus, decesserat viuo patre suo, vnde nimirum, si nepos ex eo, cum sit a quo in proximiori gradu & in potestate, si reperit se praeteritum, rumpit testamentum. Et vltra, quod ibi satis colligitur ex praecedentibus, probari videtur hoc, ex eo quod ibi dicitur, illi nepoti dari contra tabulas, quod certe non esset, si tempore mortis aui filius semper fuisset, vt d. l. si quis filio, in prin. infra ti. i. cum sum. supra allegatis.

Non obstat. secundo d. l. si is, quia debet intelligi quando tecum non venit mediante primo, sed aliis suo iure, exclusio primo. Et sit exemplum in d. l. pater filium. Ad quam similiter respondetur. Quando pater ibi non habebat a nepotibus ius illud, seu non veniebat eis mandantibus, quia per eos defuncto non coniungebatur, sed suo iure vocabatur, exclusus tamen filijs defuncti, vt iam dixi. Sed in casu nostro iste nepos praeteritus solum veniebat mediante filio, quia per eum a quo coniungebatur. Vnde si filius viuit tempore mortis aui, & habet iura sui haereditis, non video quomodo iste nepos possit venire contra testamentum, & maxime per querelam, cum non reperiam quod eius praeteritio habeatur pro exheredatione, sed bene reperio quod non debet necessario institui, vel exhereditari, sed potest liberē praeteriti, & sine metu contra tabulas, vt d. l. si quis filia. Nec quicquam facit tex. noster a quo praedicti Moder. videntur illud dictum sumere, quia hic per tale interdictioem aquae & ignis, seu per deportationem, filius dicitur exclusus a iure sui haereditis, & mortuo equiparatur. l. i. §. pe. de bo. pos. contra tab. & l. si necesse. §. si deportatus. §. de bon. libert. Et plus etiam istud contigit viuo testatore, ita vt nepos iura suatatis respectu viuents testatoris acquisierit, quod non est in filio exhereditato. Cogita super praedictis, quia arbitror ea in puncto iuris vera, licet contraria opi. sit a quior.

13 Tertio not. fm. Ang. Imol. Alex. & quasi omnes quod si appellatio ne mortis in aliqua dispositione venit etiam mors ciuilibus. Pater, quia

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

quia dispositio testatoris loquens de morte filij, procedit etiam si patiatur æquæ & ignis interdictionem, siue deportetur, quo casu videtur mori ciuilitate, cum his, quæ iuris ciuilibus sunt, omnino priuatur. I. quidam. §. de pœn. & supra dixi. Sed aduerte, quia vñ q̄ in isto tex. potius probetur trium, nam in fin. dñ. casus de quibus hic ad similitudinem mortis admittendos &c. Si ergo sunt casus similes, non sunt idem. I. actionis verbo, §. de act. & obl. c. capituli sanctæ Crucis, de rescri. Et notatur in l. quod Nerua, supra de positi. Præterea si ex vi verborum veniret mors ciuilibus, non fuisset opus q̄ Scauola tales casus suppleret. Quare consultus forte loquitur Aret. qui hic in vlt. notabili colligit ex isto tex. totum cõtutarium dicens, q̄ appellatione mortis nõ venit mors ciuilibus, verba. n. in aliqua dispositione prolata sunt naturaliter intelligenda. l. fina. C. de his qui ven. eta. impetra. Et hinc dixit glo. in cap. placuit. l. 6. q. 1. & in cap. susceptum, de rescri. lib. 6. q̄ nunquam venit mors ciuilibus sub appellatione mortis, nisi illud reperiatur in iure expressum, tunc enim & sic in casibus illis, in quibus iura illud exprimentur veniet, aliàs non. Et ideo Alex. in j. notabili hoc forte considerans, dicit notabile hoc, vt supra positum procederet solum per interpretationem, non autem ex vi verborum. Et secundo cum interpretatio in eo fundatur, quia in proposito nostro mors ciuilibus representat nobis eundem effectum quo ad id, quo queritur, nã sicut morte naturali remouetur filius de suite, & aperitur via nepoti, ita & morte ciuilibus, puta deportatione. Quando autem idem effectus non representaretur, aliud esset, nec talis interpretatio fieret, vt l. Statius Florus. §. Cornelio Fœlici. inf. de iure fil. cum sim. vt per eum. Et idem in effectu voluit hic las. in 3. not. Et ita etiam solet cõmuniter dici per nostros Doctos. & rectè intuenti ita voluit Bar. in tract. minorarum in 4. l. in 2. distinctione. c. 2. Patruus & D. meus Soc. hic in 2. no. in hac materia distinguit, q̄ aut ciuitas & libertas amittitur per mortem ciuilem, & illa venit appellatione mortis. Aut perditur sola ciuitas, & tunc secus vt per eum, qui ex epla ponit & iura allegat de vtroq̄. Vltimũ tñ membrũ limitat, vt non procedat respectu effectus prouenientis ex amissione ciuitatis, quia tunc bene haberetur pro mortuo, q̄ ciuitatẽ amittit vt per eum. Qui inter cætera infert ex primo meo bro, q̄ ingressus religionem etiam capacem bonorum dñi pro mortuo haberi in dispositione, in qua mors eius fuisset considerata (excepta tñ materia §. nostri) Puta, si quis grauetur post eius mortem arg. l. Deo nobis. C. de epif. & cler. vt per eum, qui dicit hoc esse notandum contra Bar. in l. cum pater. §. hæreditatem, de leg. 2. Sed tamen hoc non videtur securum, vt infra videbis.

Et propterea consideratio & distinctio eius, licet applaudere videatur, & parum à communi differat, tamen non videtur tuta, vt ex infra dicendis apertius intelliges. Doctores Moderniores in eorum repetitionibus, varijs modis in præsentia difficultate loquuntur. Aliqui enim impugnant communem opin. de qua supra, aliqui eam ab alijs defendunt, & quilibet suo arbitrio, & vario modo materiam istam declarat. Ego illud solum dica, quod credo verum, alia omnia penitus dimitto.

15 Caue tamen in primis, q̄ mors ciuilibus non est legale nomẽ, quia non sic iura loquuntur, sed dicitur nomen imaginariũ, & ideo vere, & propriè loquendo cum de morte in iure sit mētio, ex vi verborum venit tantum vera mors.

16 Et propterea dicunt quidam nouissimi hic, q̄ male loquuntur Doctores, qui ciuilem mortem appellant, eamq̄ aliquando dicunt venire appellatione mortis. Verum tu potes defendere quod Doctores dicunt, nõ q̄ ita verè sit, sed q̄ ipsi magistraliter loquendo & effectum diuersorum casuum considerando, dixerunt, quẽ aliquando ciuilitate mori, seu pati mortem ciuilem, hoc est, q̄ iure ciuili mortuo equiparatur, seu pro mortuo habetur, cum perdat ea quæ iuris ciuilibus sunt.

Secundo aduertendũ est, q̄ si queritur vtrum dispositio loquens de morte procedat in alio casu, vbi quis verè nõ moritur, sed habetur aliqui pro mortuo? Exemplũ sit in deportato, vt l. r. §. pe. §. de contra tabul. l. si necem. §. si deportatus, §. de bon. liber. & l. actione, §. publicatione, supra pro socio, cum sim. Item in effecto seruo l. seruitutẽ, infra de reg. iur. Item in damnato in metallicũ, vel alia persona, quæ seruitutem irrogat. l. interdictũ, §. de pdit. & demon. & l. res vxoris. C. de donatio. inter virum & vxor.

Similiter & in effecto religioso, nam & ille dicitur mortuo haberi pro mortuo. c. placuit, el secundo. 16. quest. 1. Et idem in similibus casibus, quos longum esset enarrare, & tunc in hac quæst. considerandum est, an mens disponentis & ratio dispositionis loquentis de morte reperiatur in alio casu, vel non reperiatur.

Si n. reperiatur eadem ratio, eadem mens disponentis, procedet et dispositio, aliàs non, cum ratio ipsa sit, quæ ante omnia attendi debet, & ab ea dispositio solet qualificari ampliatiuè, vel restrictiue, iuxta l. cum pater. §. dulcissimis, & ibi tradunt Doctores, §. de leg. secundo, & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. cum similibus, & ita etiam voluerunt hic quidam nouissimi Hispani. Et ex ista distinctione aperitur intellectus omnium iurium in materia loquentium, & quæstiones aliquæ de facili deciduntur.

Nam primò in isto tex. eadem ratio ostenditur, quia deportatio, sicut & vera mors tollit suiteatem, & aperit locum nepoti in ea, propter quod Gallus induxit posthumos nepotes posse in futuri, si filius viuo testatore moriatur.

Secundo in l. r. §. pen. de tab. probatur rationis idẽtitas, quia deportatus dicitur incapax successione, & sic dicitur remotus a successione, sicut si esset mortuus, nimirum ergo si nepos ibi ad contratab. admittitur.

Tertio eodem modo probatur in l. si necem. §. si deportatus, de bon. liber.

Quarto in l. actione, §. publicatione, §. pro socio. Nam ratio q̄ per mortem tollitur societas, est, quia bona non sunt amplius apud eum, qui societatem contraxerat, sed ad alium peruenerunt quæ sine dubio procedit etiam si bona publicentur, meritò ergo & tunc dissoluitur societas.

Quinto idem dico circa l. in insulam. in princ. §. sol. matri. Nã deportatio, sicut mors tollit patriam potestatem, vt s. est dictum, & ideo iuste ibi dicitur, consolidari actionem in persona filie patre deportato, sicut mortuo, cum per eandem rationem illud cõtingeret etiam filia emancipata, ut habetur in l. 2. §. quod si in patris, supra solu. matr.

Sexto similiter dico de l. Deo nobis, in secundo responso, C. de Epif. & Cler. etenim idẽtitas rationis ostenditur, quia dum pacti fuerunt coniuges de morte, seu in casum mortis, ideo id fecerunt, quia intendebant, q̄ altero de sæculo & de matrimonio remoto, qui remaneret, lucraretur. Quæ ratio reperitur etiam in 17 ingresso religionem, tñ cum ille quo ad matrimonium & quod ad saculũ pro mortuo habeatur. c. placuit, el 2. 16. q. 1. Et hæc declarationem in proposito facit Imperator in §. distrahuntur. versic. quodcunque. n. &c. in Auth. de nupt. coll. 4. dum dicitur, q̄ quantum ad matrimonium dicitur mori, qui religiosus fit posse idẽ ostendere & de multis alijs legibus, sed gratia breuitatis his sum contentus.

Similiter autem & per contrarium, vbi non idem disponitur, dico illud esse propter diuersitatem rationis.

Quod primò ostenditur in l. ex ea parte. §. in insulam, supra de verb. obl. Ibi enim ideo deportatio non æquatur morti, quia non est eadem ratio, si quidem in ea stipulatione solum fuit cõsideratum tempus mortis, vt ex verbis constat. dixit enim cum mortis, &c. vnde illud tempus expectandum est, quod non dicitur euenisse per deportationem, quia verum est, deportatum non mori, sed adhuc viuere. Quod eõ maxime procedit, ibi, quia stipulatio strictè debet interpretari. l. quicquid astringendũ, infra de verb. oblig.

Secundo etiam declaratur l. Statius. §. Cornelio. §. de iure fil. Ibi enim cessat ratio & mens disponentis in illa datione, quia ratio fuit, vt post mortem grauata matris cum nil amplius habere tunc possit, fideicommissarius habeat, si tunc superstes erit, vnde cum illud non contingat per damnationem matris illius, & bonorum eius publicationem, tum quia fideicommissarius post mortem matris, tum & quia adhuc illa mater postea aliquid habere sequitur q̄ nondum dicitur esse locus fideicommissio, sed debet vera mors expectari.

Item & tertio l. ex pacto. §. si quis rogatus, el 2. infra ad Treb. cum quo concordant. l. cum pater. §. hæreditatem, el 1. de lega. 2. Nam in d. iuribus pro ratione dispositionis dicitur fuisse sola voluntas testatoris in tempore mortis, vt sic post mortem grauati illi haberent, qui tunc viuere, quod non consideratur si grauatus deportetur, vt modo dixi circa d. §. Cornelio.

Quarto idem ostenditur in l. interdictũ, dum loquitur de deportato, infra de condit. & demonst. Nam ratio quare mortuo legatario expirat legatum conditionale, est, quia impossibile est eum reperiri tempore, quo cedit dies legati. l. tempore impletæ conditionis, cum per mortem totaliter legatarius extinguitur, quæ ratio cessat in deportato, quia vt ibi dicitur, spes est, ut restituatur, & ita reperitur habilis tempore impletæ conditionis.

Et nota, quia ista spes fundatur, ita quod restitutio deportatorum frequentissima est, secus esset in casu in quo licet restitutio fieri posset, non tamen esset de consuetudine, & ita procedat d. l. interdictũ, in fin. quia pro vero negari non posset, etiam sic eõ damnatum posse restitui, vt l. r. §. si. §. de bon. poss. contratab. Sed quia illud pendet a voluntate principis, & est insolitum, reputatur quodammodo impossibile, iuxta l. apud Iulianum, §. si. aliàs est in l. Idem Iulianus, & ibi tradunt Doctores, infra de legat. primo.

Quinto etiam declaratur l. res vxoris, in fi. C. de don. inter virum & vxor. Nam ratio quare donatio illa morte confirmatur, est, quia creditur in ea voluntate donatorem semper permanisse, & cum ea decessisse, ex quo iam certum est, eum mortuum contrariam uoluntatem demonstrare non posse, quæ ratio cessat in deportato, vel simili, et in ex quo viuere, possit contrarium velle, & donationem reuocare.

Idem & de pluribus alijs iuribus dici posset, prout studiosi per te

per se considerare poterit. Ex ista declaratione inferitur ad declarationem plurium questionum, de quibus hic per Doctores. Ego tangam aliquas.

18 Et prima est, utrum si in terminis nostri text. filius fiat monachus procedat ista decisio?

Et quamvis in hac q. Spec. in tit. de statu. mona. in questione. 19 52. dixerit quod dispositio text. nostri verificabitur, tunc eo quia per monachationem tollitur patria potestas, sicut de portatione, & emancipatione iuxta notata in cap. indecorum, de aetate, & qualitate. Tamen patrius & Dom. meus Soc. hic, las. & communiter quasi omnes contrarium tenent, & talis resolutio colligitur ex praedictis, quoniam non est eadem ratio in monacho, quae est in mortuo, nam per mortem tollitur ius & sic non potest fieri suus haeres, cum omne ius extinguatur, quod non contingit per professionem in monasterio, cum ei pater ita relinquere teneat, sicut si fuisset in seculo, vt l. Deo nobis. §. hoc etiam. C. de Episc. & Cler. & sic dicitur in effectu ius sui haereditis habere, & propterea non videtur aperta via nepoti, & in hoc virtualiter relictet communis opinio.

Cogitabam ego q. opinio Specu. de iure forte defendi potest (posito prout ipsi Doctores dicunt) q. Monachus liberetur a patria potestate, & non tenendo in isto text. communem intellectum, & inuenio, q. nouissimi Hispani idem sentiunt, quoniam, si desinat esse in potestate, oportet fateri quod etiam desinat esse suus haeres quantum ad veritatem, per ea quae diximus in principio istius l. in primo praemisso.

Nec valet consequentia, succedit patri vt suus, vt dicta l. Deo nobis, ergo vere est suus, vt sic impediatur aperiendi viam nepoti in iustitia. Nam & emancipatus habet iura suis haereditis. l. meminimus. C. de legi. haered. & tamen quia tollitur a patria potestate, & nepos fit suus, habet locum dispositio text. nostri, vt hic dicitur.

Facit §. sui. Insti. de haered. qual. & diff. ibi, aut qualibet alia ratione liberatus &c. Sic ergo videtur & in monacho dicendum, vt scilicet procedat iste text. licet ipse habeat ius succedendi ad infra suorum haereditum.

Non obstat. l. Deo nobis, quia ibi non dicitur q. sit suus haeres sed q. succedit tanquam suus, sicut & de emancipato dicimus, & nota quia hoc euidenter probatur in d. l. Deo nobis, quia ille textus loquitur etiam de filio emancipato, qui fieret monachus, ut patet ibi, vel forsitan iure huius absolutus, &c. de quo non est dubium, quod deserit esse suus haeres.

Non ergo potest dici, quod Monachus succedat patri, vel ab eo necessario debeat institui, quia vere fit suus haeres, quia tunc non procederet in emancipato. Sed id est ex eo, quia cum sit filius, lex filiationi fauet simul, & religioni, voluit eum habere iura sui haereditis. Et ita tenendo videtur inferendum, quod si in testamento nepos ex filio monacho preteratur, non valebat testamentum, etiam quod monachus esset institutus. Sed quia hoc videtur contra id, quod firmat Bar. infra in vlt. oppositione, dum de emancipato loquitur, ibi dicam. Et si velles tueri opinionem Domini mei Soc. las. & aliorum contra Specu. tutius esset negare quod monachus desinat esse in potestate patris, eum illud iure non probetur.

Nec dicas, quod sit in potestate Abbatis, & ideo videtur liberatus a patria potestate, quia responderetur, quod non sequitur, est enim illud certis respectibus, sicut dicitur de filiis. nupta, etenim licet ipsa dicatur in potestate viri certo respectu, tamen remanet in potestate patris. l. si vxor. C. de cond. inst. & Insti. de Sena. con. sul. Tertul. §. i.

20 Secunda questio est, quid si testator religionem ingrediatur quae sit incapax bonorum, puta Mendicatum, utrum. l. in terminis istius text. habeatur pro mortuo? hanc questionem tangunt hic las. Regiens, & nouissimi Hispani, & dubium fit, quia illa conditio, si post mortem meam nasceretur, dicitur voluntaria; & ideo videtur, quod debeat in forma specifica impleri, nec aequipollens sufficiat. l. Meuius, §. de condi. & demon. cum similib. vt per Bar. infra in 4. oppositione & hic per las.

Et licet ipse hincinde arguat, & dicat passum istum esse dubium & subtilem, tamen alij contrarium determinant, volentes illum quod ad propositum haberi pro mortuo, & mihi eorum decisio videtur verissima, & (ni fallor) clare sumitur ex praedictis, quoniam scilicet eadem ratio consideratur. Nam sicut per ueram mortem confirmatur testamentum, & amplius reuocari non potest, nec quicquam mutari, ita & isto casu vt per Bar. in tractatu Minorarium.

Et melius declarando dicas, quod testator dixit post mortem meam, &c. volens prouidere ne testamentum rumpere per natiuitatem posthumi nepotis. Et cum tunc non sit superfuturus, ipse qui potest prouidere, ideo ante, ita disponendo prouidit, quod etiam isto casu consideratur, cum per professionem religionis desinat posse prouidere, habetur ergo pro mortuo, quo ad testamentum. Nec obstat, quod conditio illa videatur voluntaria, quia

quia (posito eo pro uero) dico, q. illa potest impleri per aequipollens, quando in ea fuit consideratus effectus, vt per Dominium meum Socin. in 4. not. & dicemus infra circa tertiam oppositionem Bart.

21 Sed tunc ego quaero, quid si ipse testator fiat Monachus sed ingrediatur religionem bonorum capacem? Certe omnes Doctores praedicti volunt, quod non procedat dispositio istius text. cum non sic habeatur pro mortuo, vt in casu praecedenti ex quo ipse in communi dicitur capax bonorum, & praecise ipsi loquuntur, quando religio est incapax etiam in communi.

Tu cogita, quia contrarium videtur de iure verius, praesupposito q. si talis monachus (loquor post professionem) testamentum, quod prius fecerat, reuocare non possit, prout firmat Abb. in c. in praesentia. de prob. quod Dec. ibi col. 3. 6. ver. 6. quaero dicit esse verius, maxime inter filios, vt per eu. Dico ergo, quod si ita est, quantum ad testamentum etiam ipse habetur pro mortuo, vt sic amplius sibi prouidere non possit.

Nec obstat, quod possit habere bona in communi, quia responderetur, q. isto casu non habebit (loquor de suis) ex quo aliter per ipsum de eis dispositum erat in testamento, quod reuocare non potest, vel secundo responderetur, quod illud nihil facit, quia esto miles, quod bona habere possit, tamen praecedat quod in testamento ordinatum fuit, nam nepos, qui postea natus, fuit post mortem, admittitur secundum ordinem testamenti, cum illud reuocare non possit.

Et q. ita sit dicendum, probatur hac consideratione. Pone, q. talis nepos non sit institutus, qui eius patre mortuo, nascitur post monachationem aui testatoris, rumpetur ne testamentum? Et certe cum nascatur suus, & inueniat se praeteritum, arbitror, quod rumperet, vnde ne talis ruptela sequatur, conuenit dispositionem trahi ad talem casum, cogita tamen quia videtur noua opinio.

23 Tertia conclusio, quae ex praedictis resoluitur, est si quis grauetur restituere hereditatem post mortem, vel si sine liberis decesserit, & ingrediatur religionem, nam dubitatur utrum statim fit locus fideicommissio, an vero sit expectanda mors naturalis? Etenim considerari debet, an vigeat ratio & mens dispositionis quare voluerit post mortem restituere, vel non vigeat, vt sic totum a ratione regulatur quae, vt est notissimum, ante omnia inspicienda est l. cum pater. §. dulcissimis, de leg. 2.

Facit l. ex facto, la grande circa medium, §. de here. inst. itaque in hoc articulo distinguendum est, aut iste grauatus ingrediatur religionem incapax bonorum, & tunc habet locum fideicommissum incontinenti, aliter morte naturali non expectata, & hoc quia eadem ratio vigeat, nam testator voluit, vt post mortem restituat, quia voluit post illum, quod prius habeat fideicommissarius, quam haeres grauatus, aut alius quilibet.

Vnde cum ipse desinat habere per professionem religionis, sequitur q. fideicommissarius dicitur vocatus, quicquid dixerit hic Crot. in contrarium.

Non obstat l. Statius §. Cornelio foelici, §. de iur. sic. dum ibi dicitur, quia ipse poterat praemori, &c. quod etiam isto casu videtur considerari. Quoniam responderetur, quod ibi illa mater non habebatur pro mortua quo ad bona, erat enim libera, & poterat acquirere, vt ibi voluit text. si recte aduertatur.

Et forte dici potest, q. etiam erat ciuis, cum ibi scriptum non probetur, solum enim ibi dicitur, q. erat illa mulier condemnata, & bona eius fisco applicata, hoc tamen non affirmo. Sed in casu nostro iste grauatus habetur omnino pro mortuo, ergo, &c. Sed aduertendum est, quia in contrarium, & pro opinione Crot. facit, quia relictum post mortem grauati dicitur conditionale, vtz si superuiuat fideicommissarius. l. haeres meus, in prin. §. de cond. & demonst. vnde videtur q. omnino debeat expectari implementum conditionis. Quod certe non potest considerari ante mortem naturalem. Et hoc videtur clare probari in d. §. Cornelio, in fi. ibi, quia posset prius ipse mori, &c.

Verum tuendo iam dicta, responderetur, q. in proposito, cum grauatus ingrediatur religionem, seu in ea proficetur, praedicta conditio virtualiter dicitur impleri, quia omnino, quo ad mundum, habetur pro mortuo in omnibus, & praesertim circa bona, propter incapacitatem Monasterij perdit enim bona & ciuitatem, & quodammodo libertatem. Nec possibile est amplius fideicommissarium praemori, cum iam grauatus iuris intellectu dicatur mortuus, & ei superuiuat fideicommissarius.

Non sic est in d. §. Cornelio, ibi enim viuunt sine dubio illa mater grauata quo ad libertatem, & quo ad bona, vt ibidem aperte probatur. Et praedicta procedunt siue iste fuerit grauatus simpliciter post mortem suam, siue etiam fuerit dictum, si sine liberis decesserit, cum religio in qua proficetur, respectu bonorum, non possit haberi pro filio propter eius incapacitatem bonorum.

Si vero ingrediatur religionem bonorum capacem, puta, q. a fit monachus in tali religione, & tunc absq. dubio per tale ingressum non

D. Maria Soc. Iun. in l. Gallus.

non sit locus fideicommissio. Ratio est, quia quo ad bona non habetur totaliter pro mortuo, nam licet in particulari nihil habere possit, tamen dicitur in communi habere cum alijs, & Monasterium pro eo dicitur habere, & retinebit illius vita durante, sicut de filio dicitur in d. S. Cornelio.

Et monasterium non dicitur habere, ut haeres, sed iure monachatus in vita illius monachi, & ita tenendum est, & fuit opinio Bar. in l. cum pater. §. haereditatem, el primo. de leg. 2. & in tract. Minoricarum in tertia parte. Quicquid in contrarium dixerit hic patruus & Dominus meus Soci. in 2. not.

Expectanda igitur erit mors naturalis istius grauari, & tunc locus erit fideicommissio, quando ille erat simpliciter grauatus post mortem.

Verum, si fuisset dictum, si decesserit sine liberis, non sic erit, quia nunquam erit locus fideicommissio ex defectu conditionis cum monasterium habeatur pro filio, ita ut iuris interpretatione non dicatur sine filijs decedere. c. in praesentia, de probat. & auth. nisi rogati. C. ad Trebel. & utrobique per Doctores, & ita se habet communis opinio. Et ex istis singulariter infero ad declarationem l. cum auus, supra de condi. & dem. & sociarum. nam si monasterium habeatur loco filiorum, videtur quod per ingressum in illud, quis dicatur fideicommissum extinxisse in casu illius l. quasi cum filijs decesserit. Sed tamen contrarium videtur dicendum, ut illa lex non procedat in filijs factis per iuris interpretationem. i. in Monasterio, sicut etiam non haberet locum in filijs adoptiuis, ut ibi per Doctores. Et probatur in l. fideicommissum, supra de condi. & dem. quod nota quia pulchrum est. Super eo tamen cogita, quia pro nunc nec firmo, nec aliter disputo, quia non est materia nostra. Et si pro nunc ita velis tenere. Non obstat, si dicatur, quod idem tunc deberet esse, si conditio liberorum exprimitur, nam cum talis conditio inesset, ut d. l. cum auus, cum simil. eius expressio nihil deberet operari.

Quoniam responderi potest, & non exprimitur prout inerat, inerat. n. solum respectu vere & naturalis sobolis, ut colligitur ex l. cum acutissimi, in si. C. de fideic. expressio autem fit simpliciter de filijs, & ideo potest verificari in representatis per Monasterium. Ex quo videtur posse inferri non sic esse, si dictum fuerit sine filijs ex proprio corpore natis. Cogitabis tamen super istis, quia ut dixi, non est materia nostra. Et quia videtur, quod aliqua in contrarium adduci possent, sed non insisto.

25 Quia et not. quod emancipatio in proposito isto similis est morti, cum & per eam, filio remoto a suite, nepoti via aperitur, & suus fiat. Ita not. hic Alber. Bal. & Pau. de Cal. ex quo sequitur secundum Regentes in iij. notabili, quod per emancipationem filij, fit locus vulgari substitutioni, verum quia circa hoc est maxima difficultas, & Bart. tangit. §. in sexta oppo. ibi de hoc dicemus.

Ex hoc tamen & ex praedictis, quinto loco nota ex tex. isto secundum Bart. Bal. Ang. Imol. & alios, quod vulgaris concepta in vnum casum trahitur ad alium, etenim facta substitutio in casum mortis filij, trahitur ad casum deportationis, vel emancipationis.

Immo generalius loquendo, prout dicebat Bar. in summano 26 not. quod prouiso facta in vnum casum trahitur ad alium, & ad hoc iste tex. frequenter allegatur, & ita notant ferè omnes, & dicit Ang. in sexto notabili, quod hoc procedit etiam in materia exorbitanti, & correctoria, quando. i. sit eadem ratio. Sed aduerte, quia Aretin. in ij. notab. & etiam in quarto videtur ponderare istum tex. in contrarium, & sic notare, quod immo prouiso facta in vnum casum, non porrigitur ad alium per se. Nam prouiso Gal li per se non procedebat ultra casum in verbis expressum, nisi hic per Scauolam fuisset facta extensio.

Similiter nec lex Velleia, loquens in nato in vita aui, per se trahebatur ad natum post mortem, nisi facta fuisset declaratio per Iurisconsultum ut hic. De hoc aliquid. §. di cam. Et de isto notabili & eius veritate, quando. i. prouiso facta in vnum casum trahitur ad alium, dicitur post Bar. in ij. eius oppositione.

27 Sexto not. quod licet alijs conditio debeat impleri in forma specifica, tamen si de morte in conditione fit mentio, verificatur seu dicitur impleri conditio, vel pro impleta habetur, etiam vbi mors non contingat, sed deportatio, vel emancipatio, & hoc aperte probatur in tex. isto secundum communem intellectum.

Sed secundum alium intellectum probatur per argumentum, nam sicut per Scauolam declaratur, casus istos admittendos, licet Gallus solum de morte fuerit loquutus. sic mentem Galli in interpretando, ita & in prouisione testatoris nos dicemus, mentes eius interpretando. Sic ergo sequitur conditionem dici impletam, si quid ei equipollens contingat.

Et per consequens ex isto tex. notatur septimo loco (& ad hoc 28 semper allegatur) quod non refert quid ex equipollentibus fiat, concol. 3. C. de instit. & subst. l. fin. C. de donat. que sub mo. & l. mulier. in prin. §. ad Trebel. cum similibus. Hoc autem in isto tex. ex eo prouenit, quia conditio dicebatur necessaria ad actum, secundum Bart. §. in 3. oppo. vbi dicitur, verum est quod hoc notabile procedere videtur, etiam in conditione voluntaria, quando

in ea fuit consideratus effectus secundum quod dicit Patruus, & dominus meus Soci. in quarto notabili, sed infra videbimus.

29 Octavo no. secundum communem literam, ibi post mortem suam. Sicut secundum Aret. Lancel. Dec. Claud. & quosdam alios quod verbum ambiguum debet ad testatorem referri, nam illud pronomen, suam cum esset ambiguum, statim declaratur. Sicut, & sic refertur ad testatorem. Ita in simili concludit Bart. in l. cum in testamento, infra de aur. & arg. leg. & est glo. per illum tex. in l. ex facto. in prin. super verbo suam, infra ad Trebel. Quod singulariter Bar. in d. l. cum in testamento infert ad q. vt per eam.

Quidam arbitrantur in hoc text. potius probari contrarium nam illa verba, post mortem suam, non poterant commode referri, nisi ad testatorem, & tamen tex. voluit exponere, quasi ostendat sine tali expositione esse dubitationem. Tu primo dicas aliam literam veriorum, ut sine illo verbo, sua, legi debeat, ex quo tollitur praedicta disputatio. Secundo dicas, si vis tenere communem literam, quod neutrum videtur hic probari. nam illa regula Bart. in d. l. cum in testamento, procedit quando verba proferuntur in subordinatione testamenti, puta, reliquit vestes suas, vel quid simile, at in tex. isto non sic est, sed loquitur tex. considerando casus contingentes, & ideo exposuit. Sicut, quia cum etiam de morte filij supra loquutus fuerit Iurisconsultus, poterat forte dubitari de cuius morte sentiret, & ideo tex. exposuit. Sicut. Ex hoc tamen non videtur aliquid inferendum, si verbum, sua, eperiat in alio quo testamento.

30 Nono & vltimo not. ibi ex sententia l. Velleia fm Aret. in 4. notab. & D. meum Soc. in iij. & fm Claud. & alios, quod vbi in aliqua materia reperitur a lege facta extensio de casu ad casum sub aliqua ratione, potest tunc ex mente illius legis in simili materia fieri extensio circa eisdem casus sub eadem ratione, declarando hoc, vt hic per D. meum Soc. Crot. & nouissimos. Bene facit §. colligentes, in Auth. de non eligen. ij. nub. inducendo, vt per patruum meum Soc.

31 Et ex hoc ultra alios infero ad decisionem quod vtrum sit statutum corrigens ius commune in successione, dicatur corrigere etiam in tutela, in qua q. Bart. in l. i. ff. de legi. tuto. voluit quod sic, quod et voluit Signorol. in consi. 2. statuto ciuitatis Mediolani, & quidam alij, vt per Corn. in consi. 101. licet videatur prima facie, 3. volu. verum Ioan. Andr. in addi. Specula. in titu. de curat. re. §. vt autem, contrarium firmavit nolens posse argui de successione ad tutelam: quod etiam voluit Bald. in consi. 194. 3. volumi. secundum vnam impress. & Angel. in l. i. C. de legi. tute.

Dico enim quod ex notabili praedicto deciditur questio, & vera est prima opinio (loquendo tamen regulariter) nam cum lex antiqua tutelae deferret ratione successione, vt Institur. de legit. patron. tutela. prope finem. Habemus in §. ex his in autem, de haeredit. ab intestato, quod cum hodie cognati simul cum agnatis succedant, idem est in tutela sub ratione praedicta, & sic reperitur, quod a legislatore sub illa ratione sit extensio de successione ad tutelam. Vnde ex mente illius l. sub eadem ratione, nos idem facimus stante statuto praedicto. Et istam opinionem ultra praallegatos tenet etiam Angelus Aretin. in §. actionum. columna 20. vbi ex quo sequitur. Inst. de act.

In glof. prima, in fine Barto. hic in effectu tenet istam tertiam lecturam, vt per eum in prima opposit. licet etiam vult secundam lecturam glo. esse veram. Et nota quod dum Bart. dicit quod hic fit reprehensio etiam contra Scauolam, intellige, si nisi ille fuisset ulterius prosequutus, & est in eo quod nondum perfectè Gallum reprehenderat, nec materiam plenè declarauerat. Si. Scauola non dixisset, quod in praecedentibus continetur, videretur quasi voluisse, quod facta reprehensione Galli in praecedentibus satis esset, & in ceteris Galli prouiso perfecta videretur. Quod tunc non fuisset verum, cum etiam circa casus Gallus sit de iniusticia reprahendendus secundum Barto. & ita illum declarando, non erit contrarius sibi ipse, dum statim negat, Scauolam se ipsum reprehendere.

32 Circa istam glof. & dicta Barto. super ea aduerte, Et in primis dicas, quod hic nulla fit reprehensio, etiam contra Gallum, sed potius Scauola Galli prouisionem interpretando ex mente seu sententia eius, ipsius verbis aliquos casus supplendos sententia Gal li. Non sententia Galli. Et illa litera est in libro meo, quae fortitan est tutior, quam legere in sententia Galli, &c. prout hodie in nouis libris legitur, vel si eo modo vis legere, dicas in sententia. §. quantum ad verba eius, mens tamen eius etiam ad alios casus trahi poterat, prout hic fecit Scauola ex sententia legis Velleia.

Secundo dicas, quod secundum illum intellectum, quod hic agatur de interpretatione prouisionis Galli, de quo supra fuit plenè dictum in figuratone casus, hic formantur tres questiones circa d. prouisionem Galli interpretatam, & declarauit, vt supra in praecedentibus §§. prout sunt tres interrogationes, & hoc secundum communem literam.

Sed tenendo communem intellectum formantur tantum duae

duæ q. ad interpretationem testamenti facti secundum consiliuz Galli. nam cum dixerit, si filius se viuo moriatur, quaeritur, quid si filius patitur aquæ & ignis interdictionem? Item quid si emâcipetur? & vt supra dictum fuit, huic intellectui plurimum astipulatur illa noua litera.

Cauetas tamen, quia etiam sic ponendo casum, nego hic fieri aliquam reprehensionem Galli, sed proponitur casus contingens. Et Scauola prouisionem Galli interpretando ex sententia l. Velleiæ casum determinat ex mente Galli, vt in tex.

Glo. super verbo emâcipatus, diuiditur in duas partes principales, in prima timore contrarij, de quo Barto. in 2. oppositione legit tex. duobus modis, interserendo remotione duarum obiectionem, quarum alteram tangit Bar. in 6. oppositione, alteram in de cima. In 2. quæ est ibi, sed quid si emâcipatus format duas quæst.

Circa primam partem. gloss. Et duplicem intellectum istius text. & circa secundam opposi. Bartol. dicas q. licet cõmuniter teneatur secunda lectura, prima tamen videtur magis ad mentē Iuriconsulti, vt fuit dictum, supra circa figurationem casus.

Et ea posita (per quam datur facultas testatori prouidere in casibus hic expressis) sequitur verum esse in se, quod dicitur in secunda lectura, vt l. si testator casum mortis exprimat, alij casus habeantur pro expressis, quod etiam volunt nouissimi, & supra fuit dictum. Vel dicas istum text. debere aliter intelligi, secundum quod dixi supr. in figuratione casus in fin.

Proficere dicta Bart. in secunda, & tertia oppositione cum distinctione, quam ipse ponit vsque ad quartam opp. Et ex eius dictis facias plures conclusiones, distincte tangendo secundum ordinem Bart. de prouisione facta in vnum casum per modum dispositionis, & postea per modum conditionis.

Circa primum, conclusiones Bart. ponam per regulam & fallentias prout facit Ias.

13 Prima ergo conclusio sit, Regula negatiua, videlicet, q. ¶ prouisio facta per modum dispositionis, procedit tãtum in casu expresso, & non trahitur ad alium casum, qui non sit expressus. Ratio est, quia semper casus ommissus relinquuntur dispositioni Iuris communis. l. si extraneus. vbi Barto. supra de condi. ob causam, cum similibus. Ad quod adde l. illam, vbi Aret. ponderat in secundo notabili. C. de collat. & ponit hoc Bart. in l. maritus. C. de procura. Et regula ista cum sua ratione sepe videntur consulentes in interpretatione statutorum vt per Patruum, & Dominum meū Soci. in consi. nono viso statuto secunda col. tertio vol. cum concordantibus quos per te inuenies.

Secunda conclusio Bart. est (& sit prima limitatio ad regulam prædictam) q. prouisio porrigitur ad casum ommissum, quado talis casus ex virtute expressi potest intelligi in dispositione comprehensus, vt in §. illud. Inst. pro foc.

Cum Bar. est communis opi. Et notabis quia totum istud procedit ex verosimili mente disponentis, qua in dubio talis præsumitur, prout communis natura negocij considerat.

Possunt tamen partes contrarium conuenire, & eorum conuentioni stabitur iuxta l. contractus, infra de reg. iu. cum similibus, & in specie in societate, de qua loquitur d. §. illud, est text. apertus in §. de illa, in eo. titulo.

Hanc conclusionem limitat Are. hic in 4. col. nisi verba in dispositione expressa omisso casui seu porrectioni ad eum faciendæ, repugnet. Tunc enim non attenditur quid in mente voluerit disponentis, sed verbis inseruendo, non fit talis porrectio, & dicit Crotus col. 1. s. idem forti oribus verbis, videlicet et si adesset mens disponentis, allegant ambo l. fideicommissa. §. si filio, j. de leg. tertio. Facit l. si alij, ibi si eo proposito fecit, &c. Et ibi, plus valet scriptura, &c. j. de vfruct. lega. Aduerte tñ, quia ex intentione quorundã nouissimorum plura verba super hoc effunduntur, videtur q. Aret. & Crotus malè loquantur, quoniam vbi de mente constat, verba non sunt attendenda. l. non aliter, infra de leg. tertio. facit l. 3. C. de liber. præteri. cum mille similibus.

Et ita tenendo, nõ obliuira allegata in præiū, naq. ad d. §. si filio, rñdetur, q. nihil vñ facere, quia eo casu, quo verba nõ importaret illã dilationẽ, credẽdũ est, q. nec testator eã voluerit, eo q. ¶ verba sunt expressiua conceptuū nostrorum in corde. l. Labeo, j. de suppel. lega. Et a verbis in dubio non receditur: d. l. nõ aliter, de leg. 3. Et licet fortasse testator potuerit aliud animo concipere, si tñ non probatur, non creditur, & statur verbis per supradicta. Et eo de modo virtualiter rñdetur ad l. si alij. Et in proposito declarando dico, q. si vni fundus, alij vñ fructus dicti fundi legetur, concurrunt ambo in vñ fructu, per regulam licet quæst. C. de legatis, & ita in dubio credendũ est testatorẽ sensisse, attento, q. ita verba important, & si quis asserat contrarium, soli eius assertioni non creditur, & si verè ita testator voluerit (quod tñ non est præsumendũ) dico q. dicitur errasse. Intelligas tamen semper, quod talis eius voluntas non probetur. Verum si de tali voluntate constaret apertè, aliud esset, vt per gloss. in ibi Bart. & alios.

Cauet tñ quia forrè Are. non debuit reprehendi, quia si rectè intelligatur, non videtur voluisse aliter, quàm dictum sit. Nã ip-

se considerat repugnare verba, nõ voluntati disponentis, sed porrectioni ad aliũ casum faciendæ, & porrectioni, dico, q. aliàs ex voluntate psumpta fieret. Et forrè et Cro. posset defendi, dũ dicit et si adit mens, intelligendo, scilicet vt pars asserbat, sed tamen non probatur. Fateor tamen quod verba Crot. aliud sonant.

Tertia conclusio Bar. & secunda limitatio regulæ prædictæ est, q. ¶ prouisio in vnum casum facta porrigitur ad alium (etiã non comprehensum ex virtute expressi) qñ de mente disponentis ita etiam constare potest, vt sic porrectio fiat ex verosimili mente eius ad casum, in quo ipse sic respondisset, seu prouidisset, si cogitasset de tali casu. Iuxta tradita per gl. Bar. & alios in l. tale pactũ. §. fin. supra de pactis. Et ista est vna regula in iure valde utilis & necessaria in interpretandis dispositionibus, æquiparatur ¶ ergo q. quis expresse voluit, & quod verosimile sit, eum voluisse, vt et probatur in l. cum res. secundo responso, infra de leg. 1. Et Bart. pro ista sua conclusione hic allegat l. Titius. §. 1. supra eo. vbi bene probatur. Allegat etiam l. si. C. eo. quæ licet loquatur quando prouisio fiet per modum conditionis, & sic extra terminos conclusionis Bar. per Crot. tamen pro Bar. facit à fortiori, nam si sit porrectio eo casu, fortius in casu Bart. cum facilius fiet, si prouisio fiat per modum dispositionis, quàm per modum conditionis. Nam, si casus sit similis expresso, prouisio per viam dispositionis ad eum porrigitur. l. fin. in fin. supra manda nõ si per viam conditionis, tit. l. qui hæredi, in principio, infra de condi. & demõstra. secundum Bar. hic si igitur in d. l. fin. ex uerosimili mente testantis fit porrectio, quando fit prouisio per modum conditionis, fortius id esse debet, si prouisio sit facta per modum dispositionis, & ita defendit Bar. in allegatione d. l. fin. à dictis per Crot. hic, de intellectu autem d. l. fin. infra erit dicendum in quarta, & quinta oppositione Bar.

37 Hæc conclusio Bar. limitatur secundum aliquos, ¶ quando talis porrectio esset faciendã de persona ad personam, tunc enim, etiam ex uerosimili mente disponentis, non fieret, per l. si quis ita. §. si quis cum ignoraret, supra de test. tute. & ibi est unũ exemplũ huius limitationis, ita dixit hic Are. quarta col. in versic. secundo adde. Ad idem allegatur gl. fin. ad fin. ibi an in institutione generali in l. Titius, in prin. supra eo, & ibi sit aliud exemplum, & illã gl. Doctores videntur sequi secundum quod dicit hic Cro. tradit Alex. in l. sicut certi. C. de testa. milit. & Ias. in d. l. Titius. Et hinc inseritur, quod ¶ si instituo filios meos, & duos habeam notos, & alium quem ignorabam, talis institutio valida in illis duobus, non porrigitur ad tertium ignoratum, licet illud uerosimiliter ego videar voluisse, & prouidisset etiam si cogitasset, prout dixit gloss. in d. l. Titius, & qui sequuntur eam, & istud erit, quia prouisio non porrigitur de persona ad personam, non obstante uerosimilitudine voluntatis disponentis. Pro quo etiam facit, quia ¶ actus semper iudicari debet secundum intentionem agentis, & iuxta eius opi. l. quo loco. §. infra de hæ. inst. Hinc sumitur illud generale, quod actus nostri non operantur ultra intentionẽ nostram. l. non omnis, vbi per Doctores supra si cer. pet. Vnde cum in proposito intentio fuerit solum instituire duos filios notos, non debet trahi ad incognitum.

40 Sed ¶ tamen in hoc contrarium tenuerunt Imol. Paul. de Cas. Alex. & Ias. in d. l. Titius, vbi etiam Aret. contrarius, quod et sequuntur hic Crot. & quidam nouissimi. Et pro ista opinione contra glossam prædictam, & Are. hic facit optimè l. 3. C. de inof. sic. test. & quidem à fortiori, nam verba institutionis tñ ex se nõ comprehendebant nasciturum, cum duos instituisset, & tamen disponitur ad eum institutionẽ porrigi. Fortius ergo in casu isto vbi generaliter filios meos institui, sub quibus uerbis ex se etiã ignotus filius comprehendebatur.

Secundo facit ratio præsumptæ affectionis, si testator sciuisset se talem filium habere, etenim propter eam sæpe inducitur dispositio ultra vim verborum. l. cū acutissimi. C. de fideic. cū similibus. Facit l. fin. j. de hæ. inst. Facit ¶ & tertiõ ratio conseruandi testamenti, & poenæ præteritionis euitandę de persona nõ culpabili, iuxta l. si. C. eo. Cum igitur verba institutionis etiam ignotum filium in eorum sono comprehendant, concurrat uerosimilis mens patris, si sciuisset etiam istum habere, ac etiam fauor testamenti conseruandi, dicendum est etiam eum fuisse institutum, ne aliàs vt præteritus rumpat testamentum, & patet præteritionis poenam sine culpa patiatur. Et ad hæc virtualiter reducitur omnia fundamenta Crot. & nouissimorum.

Non obli. allegata in contr. Nã gl. in d. l. Titius malè loquitur vt ex prædictis constare pot. Et fundamentũ eius ex d. l. Titius. non est bonũ, nec ex illo tex. argui pot, quia loquitur in exhæredatione, qua in proposito non bene arguitur ad institutionem, vt l. cum quidã, supra eo. Ad d. l. si quis ita, primo loco allegatã rñdet fm Paul. de Cas. Alex. & alios quosdã quod loquitur in tutela, quæ ipsi tutori dicitur onus. l. tria onera, supra de excusat. tutor. propter quod strictè debet interpretari, vt minus ille grauetur. Vel etiam dici potest secundũ Ias. in d. l. Titius, quod ideo tutela nõ trahatur ad filium ignoratum, quoniam ex eo nullum sequitur Mar. Soc. Iun. Prima Pars. H tur dam-

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

tur damnatum. Non enim infringitur testamentum, quia valebit, & datio tutelae etiam valebit respectu filiorum qui erant noti, & incognito filio aequipollenter providebitur de alio tutore, sed in casu nostro damnatum maximum sequeretur, quia testamentum vitaretur. Nec testatori alio modo providei posset, nisi ut hoc cesset, dicimus etiam ignotum esse institutum. Et hanc solutionem sequitur Crot. sibi eam ascribendo, sed recte intuenti fuit sol. Are. in d.l. Titius. 3. col. in versiculo Tu dic melius, dum dicitur, quod in tutela versatur tantum fauor filij, in institutione vero fauor filiorum, & etiam testatoris, ut per eum. Ad vltimum respondetur, quod regula d.l. non omnis, cum similibus, debet intelligi secundum intentionem etiam praesumptam, & verosimilem, seu etiam implicitam, ut dicit Crot. Nam saepe extra id quod agitur inducitur dispositio ex verosimili mente agentium, ut contingit in solutione indebiti, ut l. si his qui. §. si. §. commoda. & in proposito nostro de inst. patet in d.l. 3. C. de inoff. testa. & in d.l. Titius. §. 1. cum similibus.

Et maxime ita dicendum est isto casu, quia alias vitaretur testamentum, ut dictum est. Nam ut actus conseruetur, & valeat, solet veritas inspicere, praeter opinionem disponentis. §. si quis rem. In 42 sit. de leg. Et tamen eadem ratione saepe actus nostri operatur aliquid praeter cogitatum, ut inquit Bartol. in l. Barbarius. 6. colum. vers. secundum oppono, §. de off. prat.

Tu circa praedicta dicas duo esse videnda. Primum vtrum vera sit ista opinio in institutione. Secundum, vtrum verum sit generaliter fieri porrectionem ad aliam personam.

Circa primum, placet mihi conclusio confirmata. Pro qua ultra praedicta, facit tale pactum, §. si. §. de pactis. nam si dispositio in pacto restituenda dotis porrigitur ad aliam personam, ut ibi, fortius hoc videtur dicendum in institutione haereditis, propter fauorem testamenti, iuxta l. in testamentis, & tradita ibi per doctores. de regulis iuris, multo. n. longius testamentariae dispositiones producantur, pleniusque interpretantur, quam dispositiones inter viuos, ut in ibi legitur, & in c. cum dilecti, in si. de don. quod etiam voluit Ant. in conf. 30. Casus, Titius quidam testator, in primo dubio, & sequitur Deci. consil. 512. Cum Reuerendissimus. columna secunda.

Et nota, quia ultra Doctores ego puto istud procedere, etiam si institutio non fuerit generalis, sed instituisse duos, puta Petrum & Ioannem filios suos. Nam etiam tunc ignotus filius dicitur institutus per d.l. 3. Non enim ibi erat generalis institutio, sed de duobus filiis. Et non video rationem differentiae inter casum illum, & casum nostrum. Cogita super hoc, quod forte non est alienum a mente Doctorum.

Et illam l. 3. extendunt ibi Pau. de Cast. & Iaf. ut procedat etiam in filio iam nato praeterito ignoranter a matre, quod mihi placet per identitatem rationis.

43 Dicunt tamen quod lex illa non procedat in patre, etiam posthumum praeterente, quia secundum eos, testamentum eo casu rumpitur, mouentur per l. militis codicillis. §. 2. de milit. test. vbi aperte dicitur, quod posthumus etiam ignoranter praeteritus rumpit testamentum, licet testator esset miles, fortius ergo rumpitur testamentum pagani.

Ego in hoc sentio contrarium per rationem d.l. 3. ut sic non sit differentia inter matrem & patrem.

Non obstat d.l. milites, §. 2. quia ibi non erant instituti alij filij, sed extraneus: nimirum ergo si testamentum rumpitur, ut d. l. 3. in si. Sed hic praesupponimus quod pater filios suos iam sibi noto instituerat. Cogitabis tamen, quia est pulchra ampliatio ad d.l. tertiam & esset pulchra conclusio ad disputandum.

Hoc tamen limitabis, nisi factum iam testamento, nouit testator filium, quem habere ignorabat, vel nunc sibi natum, & non curauit cum in testamento cum alijs instituire, ut in simili de matre dicitur in d.l. 3. in princ.

44 Sed stantibus praedictis cadit dubitatio, an tamen ea procedant, et si duo filij (puta) essent instituti inaequaliter, & nouissimi Hispani hic colum. 51. videntur sentire, quod non, dum probantes praedictam opinionem, dicunt inter cetera eam probari, quia pater differentiam filiorum non fecit. vni plusquam alteri relinquendo, ut per eos, ex quo a contrario videntur innuere, quod secus esset si inaequaliter instituisse.

Sed contrarium de directo tenet gloss. tertia in dicta l. tertia, quam omnes communiter sequuntur, licet inter Doctores sit de scerpantia, quomodo filij vocentur, volunt. n. omnes, valere institutionem, & in ea comprehendi etiam filium ignotum, ut vocetur ad virilem portionem. Sed quomodo instituti vocentur, variant. Nam Salicet. & quidam alij vocant etiam eos ad viriles partes. Alij vocant eos ad haereditarias, id est secundum portiones datas eis in testamento, ut gloss. Bartol. & alij magis communiter ibi, vbi est videndum. Omnes tamen Doctores consentiunt, omnes videri institutos, & sic testamentum nullo modo rumpi.

Quae opinio, licet aequissima videatur, & sit communis, tamen

in via disputatiua forte potest reijci. Quoniam de stricto iure verius videtur quod testamentum rumpatur. Nam recte merem testatoris considerando, cognosci non potest ex qua parte filius ignotus sit admittendus, cum pater inaequalitatem inter filios sibi notos ostenderit, & consequenter demonstratit ius filios non aequaliter diligere, licet eos notos habeat. Ex eo. n. videtur posse dici quod minus aequaliter diligeret incognitum si eum nosceret. Quare ne quid fiat contra patris voluntatem, sequendo eius testamentum, melius videtur isto casu quod testamentum rumpatur, & ita aequaliter ab intestato succedant omnes filij: nam illis in viuerso consideratis magis expediet.

Et si dicas forte hoc erit contra voluntatem patris, dicam hoc non constare, & si quid ita fiet, fiet ordinaria & iuridica via, s. ut praerogatione filij rumpatur testamentum, quod certe tutius videtur, quam via extraordinaria conseruando testamentum, illud interpretari contra illud, quod testator forte respondisset, si filium hunc sicut alios nouisset.

Ad d.l. tertiam responderi potest, quod loquitur quando illi duo filij erant simpliciter instituti, & sic pro aequalibus portionibus, iuxta §. sed si plures, Inst. de haer. inst.

Cogita super hoc, quia non firmo, & in dubio teneas cum gl. & Bar. in d.l. 3. quorum opinio magis communiter approbatur.

Pro quo potest considerari, quod verosimiliter pater illos duos notos vocauit inaequaliter, propter vnius merita, & alterius demerita, quae ratio non viget in tertio incognito testatori. Et ideo ille ad tertiam & sic virilem vocabitur, alij vero ad reliqua vocabuntur pro haereditarijs partibus.

45 Circa secundum mihi videtur, quod tamen pro regula dici possit, prouisionem non trahi ad alias personas, cum pro regula dici soleat, quod persona nunquam subintelligitur, ut l. si ita stipulatus §. Grifogonus, in si. j. de verb. oblig.

Et hoc modo defendi potest limitatio Aret. non quidem in suo exemplo, sed sic generaliter, & in abstracto loquendo. pro quo etiam facit l. si vero, §. de viro, supra soluto matrimonio. Nam quod certis personis contra, aut etiam praeter ius commune concessum est, id caeteris denegatum esse censetur. In solidis. a contrario sensu. C. qui potiores in pig. hab. & est pulcherrimus tex. in in l. uacatio. ff. de muneribus & honoribus. Et alias dici solet, quod inclusio vnius, est exclusio alterius. l. cum Praetor, & ibi glo. ff. de iudicij, cum similibus. Hinc est, quod etiam dicitur, quod vbi verba legibus, aut statuti deficiunt, deficit & ipsius dispositio. l. quarta. §. toties, & ibi Bartolus & Moderniores, infra de damno infecto & capitulo indemnitatibus §. sed cum eas, de electione, lib. 6. de qua re per Raphaelem Cumanum in l. commodissime, titulo nostro.

Haec tamen regula non procedit, quando in contrarium concurreret fauor conseruandi testamenti, simul cum verosimilitudine te testantis, ex praedictis patet.

Idem etiam putarem, si aliqua alia ratio vrgeret contra regulam, maxime si persona, ad quam velimus porrigere, comprehendatur sub lato vocabulo personae comprehendae in dispositione iuxta l. filium habeo, supra ad Maced.

46 Quarta sit conclusio, (& est tertia limitatio ad regulam postquam in prima conclusione) quod tamen prouisio facta in vnum casum porrigitur ad alium sibi similem & habentem eundem effectum, licet alia de mente non constet neque contineatur ex virtute expressi. Et pro hoc allegat Bartol. si supra manda.

Sed vtrum quod ibi hoc non probetur, reijciendo communem intellectum, & intelligendo, quod ibi determinetur mandatarium teneri ex eo, quod non impleuit mandatum, ut accepit, & ita vtrum borum contextus videtur pati, & ratio tunc est, quia mandati fines sunt diligenter obseruandi. l. diligenter, eod. tit.

Qui enim excessit, aliud quidem facere videtur, ut ibi Iunius consultus, & consuluit Bald. consil. 402. Coniugamus statutum columna 2. libro primo, & Alexand. consilio decimo quinto, Viso instrumento in prima & vltima columna libro secundo, & in consilio 4. columna 2. in fin. libro tertio, & iterum consil. 1. colum. 2. libro 2.

Et sic videtur quod ille tex. ita intellectus non faciat ad prouisionem. Sed tuendo Bartol. dicas, quod iste intellectus, licet coloratus stare non potest, nam si mandans non teneretur, quia non est factum quod mandauit, non caderet quaestio an mandatarium teneretur ei ad aliquid, cum ipsius mandantis nullum esset interesse. l. si procuratorem §. mandanti, eodem tit.

Et isto modo puto posse reijci istum nouum intellectum, & sic communis remanet bonus, secundum quem conclusio, & dictum Bartol. optimè probatur, ibi. n. respondetur, teneri. s. mandantem.

Ad quod etiam secundo facit l. si quis michi bona §. sed quod si mandauit, de acq. haer. inducendo ut per Iaf.

Facit etiam l. si. C. de rebus alienis non alienan. inducendo ut per Crotum. Sed ante eum istum textum allegat hic Aret. Ista conclusio ampliatur secundum Crotum hic, ut procedat etiam in materia odiosa & strictè inter retanda.

Nam

47 Nam si prohibeatur venditio, de prohibitus omnis actus, p quem sequitur idem effectus, scilicet translatio dominij; vt voluit glossi quam sequuntur Doctores in l. 2. C. de viciacionibus pro empto. & probatur in l. statu liberi a ceteris, §. si. de statu liber. Et tradunt latissime Doctores ad multas quaestiones inferentes in l. Filiusfamilias, §. Diui, infra de legatis primo, vbi etiam nos diximus, Et tamen talis prohibitio dicitur odiosa, cum auferat liberam rerum suarum dispositionem, quod censetur iniquum. l. 2. infra si a paren. quis fuer. manumiss. Et l. dudum, vbi per doctores, C. de contrahen. emptione.

Ad idem allegatur l. Deo nobis, C. de episco. & clericis, vbi in stipulatione de dote lucrada (quae stricte debet interpretari sic vt ultra expressa nihil veniat: l. quicquid astringendae, infra de verbor. obli.) prouiso in casum mortis, porrigitur ad casum professionis in religione, cum videatur inducere eundem effectum, ita allegabat Imol. hic.

Posset tamen dici, qd nihil faciat ad ampliationem, quia licet stipulatio sit stricte interpretanda, tamen non dicitur odiosa, vt Docto. tradunt in Rub. & l. 1. infra de verb. obli.

Et contra ista ampliationem, & sic qd in odiosis non fiat ista porrectio, videtur textus in capi. susceptum, de rescrip. lib. 6. cum simill. quae allegari possunt.

Et per illum tex. Bal. hic limitabar praedictam conclusionem Bartoli, vt. non procedat in materia stricte interpretanda.

Et ad id etiam facit capitulum, cui de non sacerdotali, de praebendis eodem libro. & cap. cum dilecta, & capitulum significauit, vbi Scribentes de rescrip. & faciunt quae late Bart. & alij scribunt in l. Quicquid astringendae, in fine prin. §. de verbo. obli. & in l. omnes populi, in sexta quaest. principa. supra de iustit. & iur.

Et sic Baldus videtur tenere qd ampliationem praedictam.

Verum Crotus in tertiali limitatione declarat dictum Baldi procedere, quando illud, scilicet quod stricte interpretetur, prouenit ab odio, quod causa ipsa continet, vt in dictis iuribus probari ex preesse videtur.

Illa enim rescripta per se sunt ambitiosa, capitulo si gratiose, de rescriptis lib. 6. Et ideo dicuntur odiosa.

Non autem ita esset, quando aliunde eueniret, qd stricta sit faciendi interpretatio: Et ita restringendo dictum Baldi illud sequitur, vt per eum. In quo si recte aduertat, Crotus videtur sibi ipsi contrarius, cum superius dixisset, qd etiam in materia odiosa fit talis porrectio, exemplificando in prohibitione alienationis, in qua causa ipsa continet odium, propter quod debet fieri interpretatio stricta. Tu pro resolutione difficultatis, dicas breuiter quod

48 vbiunque fit eadem ratio, id est eadem mens disponentis in stricte interpretandis, & etiam odiosis, prouiso porrigitur ad casum similem, & eundem effectum habentem, modo sublato vocabulo comprehendatur. ita procedant allegata pro ista parte, et si qua similia allegarentur.

Nam vbi est eadem ratio, idem ius statui debet. l. illud. ff. ad legem Aquilianam, & l. a Titio, in princip. ff. de verbor. obli. & ibi concordantes in glossi, & est notabi. textus in l. his solis, in illis verbis, satis tacite cautum, C. de reuocand. donat. quem meliorem totius iuris dixit Bald. in Rubr. C. de nautico feno. & non immerito, cum vt idem Baldus dixit in d. l. omnes populi, columna 7. versiculo tertio quare non videtur diffidentia, quae in ratione conueniunt, quia ratio est conuincio diuersorum casuum ad euz finem tendentium per legem nam vt ait. l. ideo quia. & l. no pos sunt. ff. de legibus, tradit Alexand. consi. 75. incipien. Videtur in praesenti consulatione, colum. 1. volum. 5. & Ias. in d. l. a Titio, in principi. colum. vltima.

Sed si non sit eadem ratio, non ita est, etiam qd non simus in odiosis, & ita procedant allegata in contrarium. Nam, si recte considerabis, in praedictis capitulis inuenies diuersitatem rationis, vt statim declarabo.

Et probatur ista distinctio ex traditis per Doctores maxime per Alexandrum & Ias. in dicta l. filiusfamilias, §. Diui, in 3. quaestione Bartoli; infra de legatis 1. dum ita declarant regulam glossi in d. l. secunda, C. de viciacio. pro empto.

49 Et tu ultra Doctores ibi pone exemplum: Pater si timens ne filius pecunia consumeret, prohibuit intra triginta annos re vendere, certe no dicit prohibita pmutatio vel datio in dotem, aut quid simile, cum non sit eadem ratio; non enim his casibus timendum est de consumenda pecunia, cum ad eius manus nulla veniet.

Similiter si in prohibitione venditionis fiat mentio pretij respectu ipsius contractus, non porrigitur prohibitio ad donationem, in qua non cadit consideratio pretij, vt l. fin. & ibi glossi, C. de praed. decur. lib. 10.

Et ex hoc alias legendo dictum §. Diui, in praedicta octaua quaestione inferrebam ad statutum, qd nemo vendat rem patrimoniale irrequisitis certis agnatis, quibus pro concedenti pretio teneatur vendere, si emere velint: Dicebam enim quod ex tali statuto no prohibetur quis donare ratione praedicta.

Nota tamen quia aliquando dicam contineri in prohibitio-

ne venditionis donationem, etiam quod de pretio sit facta mentio si considerari possit identitas rationis.

Pone enim qd per statutum minori triginta annorum inibeatur venditio, ne pretium dilapidetur? certe etiam donatio erit prohibita, in qua clara est dilapidatio.

Et ex istis declarantur omnia iura supra allegata, sic enim procedunt notata per glossi in d. l. 2. C. de viciacio. pro emptor. quoniam scilicet semper consideratur eadem ratio, prout etiam dicunt Alex. & Ias. in d. §. Diui, & supra dixi. Sic etiam & dicta lex Deo nobis, est enim eadem ratio & mens contrahentium, vt. l. superstes in secundo lucretur, vt dixi in tertio not. Et ita etiam de similibus dicendum.

Et per contrarium in dicto c. susceptum, & in d. c. cui de no sacerdotali, non dicitur eadem ratio in casu omisso. Nam, cum in rescriptis illis totum pendeat a voluntate rescribentis superioris eius voluntas non censetur esse, nisi in expresso, & maxime, quando per expressionem vnius casus, videtur rescribens se restringere, vt in d. c. susceptum.

50 Et si circa istum tex. ultra doctores nota, quia vt qd possit ratio particularis assignari. Nam qn fit resignatio, solet beneficiu accedi illi, cui voluit resignans, aliis ille non resignaret, vt sic non videatur illa concessio fieri ex omnimoda liberalitate superioris.

Non enim forte eidem concessisset Papa, si simpliciter vacasset per mortem. Et ita quotidie videmus seruari, quae experientia (vt vulgo dicitur) est efficax resu magistra. capit. quam sit, de electio. lib. 6. De qua re in cap. re. ex parte, el primo. de offic. deleg. Panormita. & alij in Rubrica de simon. & in capitulo vno vbi Doctores, de rerum permuta. libro sexto.

Similiter & in d. c. cui de non sacerdotali, ratio videtur in proptu, quia. illa beneficia sunt diuersa qualitatis, vel re ipsa, vt in primo, & forte in secundo casu. Vel saltem interpretatiue, vt in vltimo casu, & forte etiam in secundo Na. ex diuersitate in quaeritate, resultat diuersitas in qualitate. Et cum ordinario iure vna tantum praebendam quis sit habiturus, capitu. ad haec, cum materia de praebend. capitu. quia in tantum; eodem titulo vbi quaerunt rationes ponuntur, cur pluralitas beneficiorum sit reprobata, & in capitu. sanctorum, 70. distinctio. ideo voluit Papa, quod haberet non sacerdotalem, vel integram, vel puta centum aureorum. Et hoc vt credi debet inspectis meritis, & qualitate personae, vnde voto Pontificis non esset satisfactum, si alia praebenda illi darentur.

Merito ergo mandatu ad aliu casum non porrigitur, quia diuersa est ratio, & casus videntur dissimiles. Et ita illi tex. quo ad vltimu casum soleo declarare in l. 1. §. stipulantij, de verb. obli. reiectis alijs declarationibus Doctorem, vt ibi videri potest. Cogita super istis tu interea, quoniam non facilia sunt.

Et sub ista consideratione existentis, vel deficientis rationis, et mentis disponentis procedit lex si pupillorum, §. si praetor, supra de rebus eorum.

Nam permissio venditionis non trahitur ad pignus, nec per contrarium, cum praetor sit officium perquirere, quod magis expedit pupillo. l. magis puto. §. non passim. eodem titulo; & infra ad hoc sunt vulgaria. Cum ergo iudex simpliciter permisit vendere, creditur cognouisse ita pupillo expedire, & non pignus, & ideo non valeret datio pignoris vel hypothecae, & ita etiam per contrarium.

Et ita ex mente Bar. & aliorum ibi debet intelligi ille text. & est pulchra declaratio, & memoria tenenda.

Non aut qd ibi sit speciale in praecocepto iudicis, vt si non trahat ad alium casum, etiam si sit eadem ratio, quicquid dixerit hic Crotus, & ita etiam contra eum aduertebant Hispani.

49 Limitatur nunc conclusio Bar. praeposita, nisi casus omisus similis expresso, importaret eundem effectum per fictionem, quia tunc fit ista porrectio, quoniam dispositio loquens in casu vero, non procedit in ficto, secundum Bal. hic per l. fina. C. de his qui ven. eta. impetr.

Ad quod secundo est tex. in clem. quod circa. de electio. & tradit Ang. in consi. nonagesimo quarto. incipien. cum lis & quest. columna. antepenultima. versu nota. qd. monasterium. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & Federic. de Sen. consilio centesimo septuagesimo quarto. Ego putarem. Imol. & Alexand. in l. 1. §. lex Falcidia, infra ad legem Falcidiam, & est text. vulgaris in l. haec verba, iuncta glo. supra de neg. gest.

Facit etiam & tertio secundum Aret. l. quarta. §. illud, infra rem pupill. sal. for.

Ioannes de Imola reprobatur hanc limitationem per istu textu, & per legem primam §. lex falcidia, infra ad legem falcidiam.

Et ponit quandam suam distinctionem, vt per eum, quam in aliquibus reprobatur Alex. vt per eum.

Qui aliter postea distinguit, qd aut loquimur in dispositione legis vel statuti.

Et tunc aut in exorbitantibus, & non fit porrectio per d. §. haec verba, & per legem cum ex oratione, supra de executio.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Gallus.

ne tutorum. Vt per eum. Qui ad istum tex. respondet duobus modis.

Aut in non exorbitantibus & fit potestio etiam ad casum fictum, vt per eum, dicentem quod etiam hoc modo potest text. noster intelligi.

Aut loquimur in dispositione hominis, & tunc aut in rescriptis, & prouiso non trahitur ad casum fictum, etiam q̄ videatur eadem ratio, allegando ad hoc dictum c. susceptum.

Aut in alia materia, & tunc dicit Ale. q̄ si idem effectus resultat circa id, de quo queritur, prouiso porrigitur ad casum fictum, vt hic, & d. l. Deo nobis, vt latius per eum.

Et sic Ale. in effectu non sequitur limitationem Bal. nisi in statutis vel legibus exorbitantibus. & in rescriptis. Are. autem post multa aliter distinguit volens in effectu, q̄ limitatio Bald. procedat tantum in materia odiosa, vel alias strictè interpretanda, & non alias, vt per eum.

Sed videtur contra d. l. Deo nobis, vbi agitur de stipulatione de lucro dotis, quæ strictè est interpretanda, l. quicquid alstringendæ, j. de verborum oblig. & tamen prouiso videtur porrigi ad casum fictum.

Crot. similiter dicit limitationem prædictam non veram per d. l. Deo nobis, & respondet ad iura contraria, vt per eum, quem per te videas.

Sed ego breuiter in hoc puncto non credum diuersum ius esse ab his, quæ supra sæpe dictam fuerunt, vt scilicet distinguamus, aut in casu ficto, id est representante eundem effectum per fictionem reperitur eadem ratio, eademque mens disponentis aut non.

Primo casu potestio fiat, & probatur hoc primo in text. nro. Secundo in l. i. §. lex Falcidia ad leg. Falc.

Terrio in d. l. Deo nobis. Ad quod etiam alia iura allegari possent, sed hæc sufficiant.

Notabis tamen quia ex intentione Doctorum, capio hic casus fictos etiam largo quodammodo pro equiparatis casibus veris, vt in tex. nostro in d. l. Deo nobis, & in similibus, in his enim pro vero nihil fingitur. Nam lex deportato auferit ciuitatem, & quidem vere, sed tunc eum aliquando equiparat mortuo, vel habet eum pro mortuo, vt lege i. §. pen. j. de bonorum possessione contra tab. & l. actione. §. publicatione, cum concordantibus, de quibus ibi, §. pro soc.

Verum est, quod Doctores nostri istam equiparationem, & istud haberi pro mortuo, acceperunt in proposito pro quadam morte ficta, cum verè ille viuat.

Et idem dico de ingrediente religionem & in ea proficiente. Nam & ipse verè viuat, sed aliquando equiparatur mortuo, seu pro mortuo habetur, vt capitulo placuit, decimasexta quaestione prima, & d. l. Deo nobis, cum similibus in quo tamen nihil a lege fingitur.

Idem etiam dici potest de ætate eius, qui veniam in ea impetrauit. Nam non fingitur habere perfectam ætatem, sed ei permittitur ita sua negocia gerere, ac si esset perfectæ ætatis, vt sic in eo illa ætas equiparetur perfectæ, & sic de similibus dici potest.

Et isto modo declarando mentem doctorum, sequitur, quod consideratio casu ficti veniat in hanc dubitationem, vtrius prouiso facta in vero, porrigatur ad fictum.

Tamen Hispani hic columna 53. satis ingeniosè contrarium dixerunt.

Concludatur itaq; q̄ vbi sit eadem ratio & mens disponentis, prouiso procedat etiam in ficto, seu equiparato. Et ad hoc facit vltra prædicta d. lex 3. §. hec. verba, de neg. gestis. Nam quod ibi fecit prætor, & Iuriconsultus commendat, vt. scilicet negotia hereditaria comprehendantur, & hoc propter identitatem rationis, vt sic pari modo casus fictus, sicut verus, terminetur, dicitur fieri ad nostram instructionem, seu nos inde instrui debemus, argumento capituli legitur, §. i. dist. Sicut etiam dicimus, q̄ omnis Christi actio, nostra est instructio.

Vnde illud Pauli ad Rom. c. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.

Sic ergo, & nos, vbi sit eadem ratio, eademq; mens disponentis, dicimus prædictam potestionem fieri debere, vt sic casus fictus dicatur equiparari vero.

Et eodem modo inducendo, ad idem facit d. l. cum ex oratione. ff. de excusat. tut.

Nec te offendat, q̄ in d. §. hec. verba, dicatur, de quo necessarium fuit dicere, & c. quoniam illud procedit respectu edicti prætoris, in quo primo erant posita tantum illa verba, si quis negocia alterius, & c. Quæ hereditaria non comprehendebant, cum sint nullius.

Sed postquam ob rationis identitatem declaratum est nobis vt ibi. Ad instar prætoris & Iuriconsulti, nos etiã vbi erit opus, ita faciemus, per locum ad simili, iuxta legem non possumus, §. de leg. cum m. Sicut etiam diximus in prin. istius legis de lege Vcl leia. de Iuliano, & de c. quola in suis interpretationibus, quas ad

similitudinem legis duodecim tab. & Galli Aquilij fecerunt.

Si vero eadem ratio & mens disponentis non sit, tunc prouiso non porrigitur ad casum fictum, & ita procedat lex fin. C. de his qui veni. ætatis impetra. Nam cum homo disponentis aliquid sub commemoratione perfectæ ætatis naturaliter censetur loqui, facta est lex vt ibi.

Sic etiam procedat lex 4. §. illud, rem pupilli saluam fo. Nã stipulatio de repupilli salua conseruanda, qua fideiussor ibi erat obligatus, dicitur accessoria ad actionem tutelæ, vt. s. detur ubi & tutelæ actio datur, verum qui non gessit ea, non tenetur, igitur nec stipulatio illa locum habebit, & istud ibi probatur, dum dicitur, nam nec actio tutelæ cum qui non gessit, tenet & c.

Sic etiam & de alijs multis iuribus dici posset, quæ per te considerabis.

52. Sed prædicta facere videtur, nam si res hereditaria subtrahatur, non fit furtum, lege hereditaria, j. de furtis, & tamen videtur q̄ deberet committi, cum videatur eadem ratio, quæ est in re viuientis, sicut in simili dicitur in d. §. hæc. verba.

53. Præsertim si cum per regulam dicamus q̄ hereditas representat personam defuncti, l. hereditas, j. de acquir. do rerum dominio, & §. seruis autem, Instit. de hereditibus instituend. Respondeo ri tamen potest, tuendo prædicta, q̄ immò non est eadem ratio, & dico q̄ in eo hereditas non sustinet personam defuncti, quoniam cum furtum sit contractatio inuito domino, l. i. r. j. de furti. oportet q̄ reperiat verè Dominus, quo inuito fiat dicta contractatio.

In illis ergo fit illa representatio, in quibus non est necessaria consideratio personæ viuientis, sed vt talis consideratio est necessaria, non fit representatio, vt in furto.

Et in simili etiam idem est in usufructu acquirendo, ille in perferuum hereditarium acquiri non potest, lege usufructus, j. de stipul. seruo. iola illa ratione, quia in eo consideratur viuens persona, in qua seu in cuius vita radicatur.

Et ad regulam in contrarium allegatam responderetur, quod in ea non dicitur simpliciter & absolute, sed q̄ in multis subsistit personam defuncti.

Innuat ergo, q̄ in aliquib. nõ subsistit, vt d. l. hereditas, & instit. de stipulatione seruorum, in prin. ibi plerisque, & c.

Dicam ergo talem personam non subsistit, quando habenda est consideratio personæ viuientis, vt dixi.

Et ista notabis ad intelligentiam statutorum, in quibus persona sit consideranda, vel non, vt primo casu, non procedant in re hereditaria, secundo sic.

Pone. n. q̄ statutum dicat, si cui res sua per vim rapiatur, puniatur raptor certa pena, vel vim in re sua, patenti competat tale ius certe tale statutum non procedet, si res hereditaria rapiatur.

Sed si diceret, si quis rem alienam vendiderit, puniatur, & c. procederet etiam in hereditaria, cum non sit vendentis, sed eius respectu, aliena, cum ille suam non esse, sciret. l. si. C. vnde vi.

Et ratio est, quia in primo casu venit consideranda persona viuens, non sic in secundo.

54. Quinta sit conclusio. (& est quarta limitatio ad regulam de qua supra) q̄ si prouiso, facta in casibus simplicibus, porrigitur ad mixtum, si sumus in materia fauorabili, & late interpretanda, vt lege si ita scriptum, supra eodem.

Secus in odiosa & strictè interpretanda, vt lege vim passam, §. præscriptione, j. ad legem Iul. de adult.

Et præscriptio illa dicitur odiosa, quia videtur contra publicam utilitatem, que est, ne delicta remaneant impunita iuxta l. vulneratus, supra ad leg. Aquil. prout declarat Bart. in l. fin. supra de eo per quem fact. erit.

Dicebant quidam contra Bar. quod in d. §. præscriptione, non videtur casus mixtus, sed potius dicuntur duo delicta distincta, vt per eos.

Quod tamen mihi non placet. Nam fateor, q̄ duplex dicitur admittum, vt l. si adulterium cum incestu, eod. tit. §. i. Sed bene dicitur vnum alteri iunctum, vt d. §. præscriptione, & ideo dicitur casus mixtus, & hoc modo Doctores intelligunt, & defenduntur ab allegatis contra eos.

55. Sed contra secundum caput istius conclusionis vt arget l. si ita facta, j. ut. i. vbi in exheredatione & sic in materia odiosa, prouiso in simplicibus porrigitur ad casum mixtum. Circa hoc caueas, primo quia si legas, vtriusq; natis rûpiatur, ut est in libro meo & prout etiam legitur in pandectis Holoãdri nouiter impressis, tex. ille concordat, & probat conclusionem Bar. in dicto secundo capite, & sic sopita est omnis difficultas.

Sed legendo non rumpitur, prout magis communiter legitur & ita legitur in Pandectis, & prout habebant gl. Bart. & alij, fortiter ille tex. vt arget.

Dicebant quidam pro responsione, q̄ immo sumus in materia fauorabili, quia, si agitur de conseruatione testamenti, & illa inducitur per decisionem illius tex.

Sed hoc non placet per l. cum quidam, supra eo. Nisi dixeris tunc.

tuendo istam solutionem, q̄ tunc odium exheredationis attenditur, quando esset faciendā probatio significationis verborum prout contingit in dicta lege cum quidam, q̄ videtur fieri in dicta lege si ita facta, cum verba per se exheredationem vtriusque importarent, & ita circulariter dicebat nobilissimus quidam & doctissimus Scholaris super quo nolo quicquam dicere, sed tu cogitabis. Crot. hic dicit illud ibi ita esse, quia verosimiliter testator de tali casu interrogatus ita respondisset, vt per eum.

Ias. in l. 2. in principio in 5. colum. infra de verborum obligationib. aliter respōdet, sed virtualiter est responsio Crot. inquit enim q̄ mens disponentis extenditur ad casum mixtum propter identitatem rationis attento, q̄ testator de vtroque cogitauit, & vtrunque expressit exheredando, vt per eum.

Circa hanc difficultatem plurima scribunt nouissimi, Hispani, in pluribus doctorum dicta destruētes, vt per eos.

Ego breuiter hanc materiam aliter declaro, sumendo totum ex his, quæ supra in alijs dicta sunt.

Dico itaq; q̄ si in casu mixto, qui euenit, & qui non reperitur expressus in dispositione, potest considerari eadē ratio, eademq; mens disponentis, & tunc prouiso in simplicibus, etiam ad mixtum porrigitur: ego enim cuncta (vt sæpe dixi) a ratione diiudicanda arbitror. Et hoc puto etiam in odiosis procedere.

Si vero ratio & mens disponentis eadem cessat, cessabit & dispositio, etiam si effemus in fauorabilibus. Non enim ex eo q̄ sit quid fauorabile, debet aliquid cōtra mentē disponentis induci.

Sic etiam nec debet impediri mens disponentis, ex eo, quod quid sit odiosum.

Et ex hac consideratione declarantur iura in ista materia allegata, nam primo l. si ita scriptum, supra eo. procedit propter mentē testantis, quæ dicitur esse etiam in casu illo mixto.

56 Notabis t̄ tamen pro intellectu illius l. q̄ plurimum mihi placet intellectus Cuius. & Domini mei Soc. in l. 2. de verb. obl. vt scilicet dicamus, filios non fuisse præteritos, ita vt propter præteritionem testamentum dicatur rumpi. Quod necessariō videtur probari in dicta leg. si ita facta, a fortiori, nam si id est in exheredatione, fortius in institutione. argumento l. secundæ. & leg. cū quidam, supra eodem.

Sic itaque verum videtur quod ommissio casus mixti, non rumpit testamentum, vt d. l. si ita facta.

Dico ergo, q̄ in dicta leg. si ita scriptum, secundum Cuius. & Socin. nostrum, dubitatio non ex aliqua præteritione oriebatur, sed propter partes, eo modo assignatas, & propter vxorem, quæ non videbatur posse habere secundum ordinationem testatoris, & hoc videtur probari ibi cum super hoc stet responsio. Dicitur enim tamen cum vtroque nato voluerit vxorem, &c.

Ad quod etiam pondero l. Clemens patronus, infra de hæredib. instituta. Vbi in simili casu dubitatur, qualiter partes fieri debeant, & non de validitate testamenti.

Nec huic intellectui obstat q̄ tunc videretur quædam perplexitas in dictis portionibus, propter q̄ testū debuisset videri nullū, vt leg. si Titius, de conditio. instituit. & non ruptum, vt dicitur in d. l. si ita scriptum. Propter quam rationē Crotus hic colum. vigesima quarta, dixit istum intellectum esse falsum, vt per eum.

Quoniam responderi potest, q̄ immo videbatur ruptum, cuz ab initio valuerit, & perplexitas non cognosceretur ab initio, & ideo ab initio nihil obstat eius validitati, sed superueniēs perplexitas ex natiuitate vtriusque, videbatur, q̄ rupisset testamentum, tamen contrarium ibi dicitur, & hoc est, q̄ uia talis perplexitas optimē remouetur & ex verosimili mente testantis, vt ibi.

Sed in l. si Titius, perplexitas erat ab initio, & talis, cui non poterat occurri, salua testatoris dispositione, ideo facit testamentū seu institutionem nullam.

Secundò dico, idem esse in d. l. Clemens. Nam & ibi eadem ratio & mens disponentis reperitur in casu mixto.

Tertiò idem dico quo ad d. l. si ita facta, (licet sumus in odiosis) quippe etiā ibi eadem mens, & sic eadē ratio illud operatur.

Quartò eodem modo procedit l. si is qui in puteum, §. hoc interdicitur, infra q̄ vi aut clam. Nam si puniatur clandestinitas, & etiam violentia de per se, similiter & fortius puniri debent, si simul concurrant.

Et ita de pluribus alijs dici posset. Et in specie per hanc viam potest intelligi l. 2. in prin. iuncta gl. infra de verbo. obl. Nam & ibi potest dici eandem mentem legislatoris fuisse in mixtis, quæ fuit in simplicibus. Potest etiam circa illud defendi, quod dixit hic Bar. scilicet q̄ id procedit causa euitandæ contrarietatis, non quidem quod iura in hoc sint contraria, vt nouissimi Hispani, col. 7. videntur credere, sed pro euitanda contradictione quadā, quæ resullaret, si mixtum non comprehenderetur, & sic mentē loquentis interpretari debemus. Et ibi contradictio esset, quia videt. Iurisconsultus velle in sua distinctione omnes stipulationes cōplecti, quod non esset, nisi etiam mixtum complecteretur.

Et per contrarium etiam declarantur alia iura, quibus casus mixtus in simplicibus non continetur, vt scilicet illud procedat

ex defectu rationis & mentis disponentis.

Nam ita procedit l. vim passam, §. præscriptione, infra ad l. Iuliam de adulter. Cessat enim mēs legis eo casu, quia propter mixturam simplicia in eo proposito alterantur. Fit enim delictū grauius, & ideo non ita de facili præscribendum.

Sic etiam potest dici de doctrina Bar. in l. cum auus, in si. infra de cōdit. & demon. quam quidem in hac materia allegant, quia non videtur eadem mens testatoris natis masculis & foeminis, quæ est nata foemina tantum.

Caute tamen, quia illa doctrina videtur extra propositum vt modo apparebit.

Sic etiam videtur debere intelligi, cap. cum in illis, in fine de præbend. libro sexto. Nam non creditur, Papam voluisse præiu dicare duobus, sed illi tantum ad cuius collationem dixit pertinere beneficium.

Sed etiam ille tex. videtur extra propositum nostrum.

Nam ibi fuerat facta dispositio tantum in vno ex simplicibus. Et ita etiam dico de doctrina Bar. in d. l. cum auus, cum legatū, de quo Bar. dubitat esse relictum, si foemina nascatur, & sic in vno casu tantum ex simplicibus.

Illo autem casu, quando in vno tantum ex simplicibus fuit dispositum, an casus mixtus comprehendatur, vide per Arez. & Crot. hic, ad quos te remitto, quia non intendo aliter discutere.

Ad vnum t̄ circa prædicta, aduerte, quia consideratio, quam ego feci in ista quinta conclusione & in quarta, circa ampliatiōne & limitationē eius, videlicet de existētia, vel defectu rationis & mentis disponentis videatur extra terminos, in quibus loquitur Bar. in istis duabus conclusionibus, nā ipse loquitur quando de mente disponentis non potest constare, quod non est si præsupponatur q̄ ad sit eadem ratio, eademque mens disponentis.

Et sic videtur, quod ambæ istæ conclusiones declarate, vt per me supra, reducuntur ad tertiam conclusionem, vt scilicet portectio ad alium casum fiat, si de mente disponentis cōstare potest. Et ita fortē breuius loquendo posset dici.

Nisi diuersificando casus, dicas, q̄ tertia cōclusio loquitur, q̄ potest constare ex verbis ipsius dispositionis. Prædicta vero procedunt, quando solū constaret de identitate rationis, mentis disponentis per intellectualem considerationem & nostram interpretationem. Super quo tamen cogita, quia non videtur securum, & ego non parum dubito.

Sexta conclusio Barto. est dum in secundo membro loquitur de prouisione facta per modum conditionis, q̄ t̄ cōditio necessaria ad actum pōt impleri per æquipollens, vt per eū. Cuius mēs est, non q̄ ipsa cōditio sit necessaria, sed quod in conditione portectur, quia. sin exemplo suo, per mortē impediatur hæres esse.

Et ex hoc videtur, quod Bart. hic voluerit substitutionem factam fuisse in hæreditate.

Quod Crotus hic videtur mirum in 10. col. cum videatur facta in fuitate, vt Bar. met declarat infra in 7. oppositione, vt sic videtur Bar. sibi contrarius.

58 Sed t̄ tu dic omnia de plano procedere. Nec est sibi prius, nā positō pro vero, quod ipse in septima oppositione dicit, (de quo ibi dicam) dico, q̄ substitutio d̄ facta in fuitate & in hæreditate. Et tunc fuitas, veluti principaliter considerata, magis attenditur, & sic dicitur facta substitutio, si suus hæres non erit.

Sed contra istam conclusionem videtur l. commodissime, supra eodem. Nam & ibi cōditio, seu quod in conditione continetur, videtur necessarium ad actum institutionis. §. quod nascatur, & tamen non impletur per æquipollens. Sed respon. vt dicitur infra in 4. & 5. oppo. Bar.

59 Septima sit t̄ conclusio, q̄ cōditio necessaria ad effectum actus, potest similiter impleri per æquipollens, vt per Bar. qui hoc allegat l. si mater. C. de instit. & substit. & l. mulier, in prin. infra ad Trebellian. cum quibus concordat l. si ita esset, §. quando dies lega. ced. Cum Bar. transeunt magis communiter Doctores, declarando, vt per Bar. quomodo cōditio dicatur necessaria ad effectum actus.

Sed in contrarium videtur valde vrgere tex. in l. fideicommissa, §. si cui. de lega. 3.

Qui tex. primò videtur contrariari tribus iuribus, supra allegatis. Secundò videtur destruere conclusionem Bartol. & communem cum etiam ibi videatur expressa cōditio, continens vnum de casibus, quibus ille fiat sui iuris, quod erat necessarium ad effectum actus. Nos vtrunque distinctē tractemus. Circa primum varij varia dixerunt, vt per Crot.

Ego aliās i. repetitione l. cū filio, de leg. 1. vltra Doct. quos ibi, & alibi tunc viderim, respondebā nono modo ista iura cōciliano, vt ibi videre potes, in j. parte in ij. vel tertia col. sub num. 9.

Et nunc inuenio, q̄ illud idem virtualiter tradit hic Cro. & Deci. etiam idem ponit in d. l. si mater, & satis sum gauisus habere tales contestes. Dicebam ergo & dico, q̄ iura pro communi opinione allegata loquuntur quando fideicommissum, aut hæreditas relinquuntur filijsfam. sub illa conditione, si morte patris

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

eorum fiant sui iuris ab ipsorum matre, vel alio per matrem ascē dente, prout duo iura allegata per Bar. apertē loquuntur in matre, & in d. l. si ita esset, satis colligitur ex illis verbis, si ita esset liberis relicto, & c. ex eis enim arguitur, testatorē fuisse de parentibus.

Lex autem fideicommissa. §. si cui, in contrarium allegata, loquitur in testatore extraneo. ratio differentie sit, quia primo casu propter votum maternum & naturalem affectionem in filium, credere quod illam conditionem posuerit, solum considerando, quod eo modo, si per mortem patris filius fieret sui iuris, & non aliter. Et si credidisset filium emancipari, verosimile est, quod idem etiam eo casu providisset, ita materna charitate suadente, quae solum consideravit effectum exilientiae sui iuris, videlicet quod filius liberetur, & pleno iure habere posset. Hæc autem consideratio cessat in extraneo, & ideo tunc expectatur mors, in cuius tempus dilatum erat fideicommissum. Cogita super his, quæ cum aliis vera putarem, fretus solo meo iudicio, nunc verissima arbitror Decij etiam, & Croti auctoritate fulcita.

Circa secundum, Crot. ad eodē magnificet hoc argumentum contra conclusionem Bart. ut propter illum tex. recessit ab ea, & concludit quod licet conditio sit necessaria ad effectum actus, non tamen ex eo potest impleri per æquipollens per d. §. si cui, & idē voluit etiam Decij in d. l. si mater.

Et ita tenendo non obstat iura allegata pro opinione Barto. & cōi, quia videtur, quod in eis eorum decisio non provenit ex eo solum, quod conditio illa posset dici necessaria ad effectum actus: sed propter verosimilem mentem testatoris, ut per eos.

Et ultra eos pro ista opinione quod communē, facit l. seruo manu misso, supra de condit. indebi. Nam etiā ibi libertas erat necessaria ad effectum consequendi legatū, & sic illa conditio, si ex testamento ad libertatem pervenerit, erat necessaria ad effectum actus, & tñ non sufficit eum alio modo fuisse liberum, & ita non videtur impleri per æquipollens. Et si per ista iura disputādo vel les tenere contra communem conclusionem facile posses.

Verum tenendo comunem, quæ rectē intellecta verior vī, declara eam, ut procedat respectu effectus principaliter, & simpliciter à testatore considerati. Et ita propriē procedunt iura pro comuni allegata, etenim in eis mater simpliciter consideravit, ut filium pleno iure habeat: & illud principaliter voluit. Et eū iste effectus solum per existentiam sui iuris sit eventurus, credens illa, filium sui iuris futurum, solum morte patris illud expressit, semper tamen prædictum effectum simpliciter considerando. Nimirum ergo si etiam in æquipollenti conditio dicitur impleri.

Non obstant modo iura contraria. Nam primò ad dictū §. si cui, respondetur, quod ille effectus ibi non fuit simpliciter consideratus, sed cum certo modo, & cum dilatione temporis, videlicet si morte patris fiat sui iuris, in quod tempus distulit testator fideicommissum. Nam cū testator esset extraneus, cessat in eo ratio, quam supra diximus in matre. Dicam ergo, vel quod testator ibi non consideravit illum effectum, ut pleno iure habeat & sui iuris fiat, sed solum illud factum, quod morte patris fiat sui iuris.

Vel si consideravit, non tamen simpliciter, sed qualitate, & certo modo, videlicet si per mortem patris id contingat, differēdo omnino fideicommissum in tempus mortis dicti patris.

Secundò ad dictam leg. seruo manumisso, respondetur similiter, quod etiam ibi ille effectus non fuit simpliciter consideratus, sed qualitate, & certo modo videlicet si ex testamento suo liber fiat, merito si prius erat liber, non debet habere legatum.

Nec sit tibi mirum talis testatoris voluntas, quoniā sepe accidit, ut à nobis liberatos majori dilectione prosequamur, quam si aliunde libertatem haberēt, & sic etiam, ut in eos cumulemus beneficia, & quasi pro nostro honore sepe eisdem legata relinquimus, ut sic à nobis liberati per nos etiam habeant facultates commodius vivendi.

Ad quod faciat l. 4. infra de alimen. lega. 50 Octava & vltima conclusio Bart. est quod conditio voluntaria non potest impleri per æquipollens, sed debet in forma specifica impleri, prout fuit prolata. l. Meuius, l. qui hæredi, in princ. de conditio. & demonstrato. In ea ergo inspicitur merum factum conditionis per testatorem ex sola eius voluntate appositæ. Et cum ista conclusione Barto. transeunt communiter Doctores, ut hic per Alex. Iaf. & alios.

Contra eam tamen plura iura per Doctores allegantur, & resoluuntur, ut per eos.

Ego aliqua prosequar, quæ videbuntur vrgentiora, & in quorum resolutione maior erit utilitas.

Primo ergo contra conclusionem Barto. allegat Alex. l. Iulianus, la prima, infra de cond. & demonstr. vbi conditio si decē dederit hæredi, quæ est voluntaria, impletur, si hæres a totidem per acceptilationem liberetur: & sic in æquipollenti. Concor. l. si peculium, §. 1. in fine, infra de statu libe.

Sed ad hoc respōdet Alex. ut per eum. Tu clarius dicas, quod immo ibi dicitur, quod non videtur conditioni paruisse, quasi dederit, sed dicitur conditio quasi extitisse, quum per hæredem steterit,

ex eo, quod maluit liberari per acceptilationem, quam decem, quæ debebat, solvere, & ea postea recipere.

Et idem dico de dict. l. si peculium, §. primo, dum de compensatione loquitur.

Præterea quò ad utrunque tex. dici possit, quod breui manu videtur hæres, quæ debebat, soluisse, & ea postea recepisse, ut in simili dicitur in l. licet, §. primo, supra de iur. dot. & in l. singularia, supra si cert. pet.

Secundò allegatur l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. vbi conditio mortis impletur per ingressum religionis, & tamē erat voluntaria, ut inducebat hic Aret. Concord. §. distrahatur, in Authen. de nup. col. 4.

Sed respondebant Cyn. & Bald. in dict. leg. Deo nobis, quod ibi idem effectus per omnia resultat, ut refert, & sequitur Iafon hic. Tu declara, ut idem effectus resultat, quem contrahentes in illa conditione voluntaria considerant. Et hoc ex eo est, quia ut inquit hic patruus, & Dominus meus Socin. in vltimo notabili, etiam conditio voluntaria potest impleri per æquipollens, quādo in eius appositione fuit effectus consideratus.

Potest et secundò responderi, quod immo et ibi impletur in forma, putantes intellexerunt, videtur. n. accepisse mortē largo modo, ut sic etiam professio in religione comprehendatur, cum tunc quis mori dicatur largo modo, c. placuit. i. 6. q. 1.

Vel etiam tertio potest dici, quod illa conditio non fuerit voluntaria, sed necessaria ad effectum actus. Nam voluerunt coniuges inuicem lucrum conferre, & sic donationem facere, quæ non potest regulariter valere, nisi solvatur matrimonium, vnde cum expresserint vnum casum, scilicet mortis, porrigetur ad alium, scilicet professionis in religione. Cogita super his duabus solutionibus, quia sunt ultra Docto.

Tertio quod Bar. vī vrgere, l. mulier, in fin. infra de conditio. insti. ut hic per Iaf. Ad hunc tex. respondent ibi Bar. Paul. de Castr. & alij, quod immo conditio impletur in forma, & propriē, cum substitutio dicatur propria institutio, ut refert & sequitur hic Iaf.

Et licet substitutio videatur conditionalis institutio, & sic non videtur propria institutio, sicut de donatione conditionali dicitur, ut scilicet non sit propria donatio, ut l. 1. infra de donatio. Tamen secundum Iaf. contrarium est verum, quia immo dicitur propria institutio, attento quod de natura institutionis est, ut in futurum conferatur, ut per eum, qui responder ad id quod de donatione dicitur, quod illud est, quia donatio sumit nomen ab actu de presenti, cum dicatur donatio. l. Senatus, §. 1. de dona. causa mort. Et ideo propria donatio conditionem aut dilationem non recipit. Mihi hoc non satisfacit, quia cum institutio dicatur facta in ipsa morte, qua testamentum confirmatur. c. cum Marthys, de celebrat. mis. cum similibus, si ex alio non differatur, dicitur de se facta de presenti, & ideo videtur idem posse dici, quod de donatione. Ex alio tamen videtur differentia, quia institutus sub conditione, non reperitur quod dicatur improprie institutus, sed eòtra potius ut §. hæres & pure, Insti. de hæred. insti. licet aliud in donatione sit, ut d. l. 1.

Sed ex alio responso ad d. l. Mulier, §. fin. non videtur bona, quia propria institutio dicitur in primo gradu, substitutio vero dicitur in 2. vel 3. ut l. 1. infra de vulga. & pupil. Iaf. ad illum tex. nouo modo responder, quod ibi non est propria conditio, nimirum si non requiritur impletum in forma specifica. Est enim tñ propria, quia de præterito, fuit enim dictum, si se hæredem instituisset. De præterito autem non est propria conditio. l. cum ad præsens, cum l. sequenti. supra si cer. pe. & sic secundum Iaf. §. si videtur extra propositum. Qui etiam subdit tex. illum declarando, quod si ille cum in re parua instituisset, satis esset, licet hereditas eius esset magna. Quo stante decisio illa procedit, quia si eut conditio illa potest impleri in minus, ita etiam debuit posse impleri in minus tempore, vel gradu, prout contingit in substitutione, sumpto argumento de re ad tempus, iuxta l. miles ita, in princ. infra de milit. testa.

Sed mihi neutrum placet. Nam quo ad primum, dico, quod conditio de præterito non dicitur propria solum respectu suspensionis eius, quod sub ea disponitur. Et ita loquitur d. l. cum ad præsens, cum seq. & ita etiam dicitur in §. conditiones, Insti. de verb. oblig. Sed quo ad alia bene dicitur conditio, ut ibi, vnde sicut in futura dicitur, quod debet impleri in forma specifica, ita & de præterita, ut scilicet fuerit impleta in forma specifica. Quo vero ad secundum dico, quod argumentum illud non procedit, quia quando ille instituisset in parua re, cum videat, quod institutio dicatur facta in minori re, cum testator non dixerit in quo volebat esse institutus, sed simpliciter si eum instituisset nullo habito respectu ad institutionem, quam de illo ipse faciebat. Sed respectu gradus & temporis non sic est, quia cum dixerit, si eum instituisset, videtur de primo gradu, & sic de propria institutione sensisse, & non de substitutione, maxime attento, quod primus gradus est certus, secundus vero incertus, quia non potest fortiri effectum.

Quare

Quare ad d.l. mulier. §. statuendo Bar. responderi potest altero de tribus modis.

Primo, quod testator ibi verba illa, nisi se heredem instituisse, largè intellexit, etiam pro substitutione, quare largo modo potest dici institutio, ut traditur in l. ista in princ.

Vel secundo quod testator ibi considerauit solum causam institutionis ut animi heredis, an. s. per prius voluerit & aliquid relinquere. Vnde eum talis animus appareat, etiam si sit substitutus, sequitur, satisfactum fuisse menti testatoris, ut sic dicamus, quod in effectu ibi fuerit consideratus quodammodo effectus, igitur &c.

Vel etiam tertio potest dici, quod ibi erat latior conditio, quam simplicis institutionis. Dixit. n. testator, si eum instituisse aut quod sibi legasset, ex quibus verbis ostenditur, quod ille testator quolibet relicto sibi facto, contentabatur, merito ergo & in substitutione verificabitur. Nec obstat, quod illa videatur incerta, & posset non habere effectum, quia satis fuit testatori quod aliquid quoquo modo sibi esset relictum, ut sic gratis illius animus perpendi posset, ut in precedenti solutione dictum fuit.

Et quod ita sit, pone, quod ei fuisset legatum sub conditione, certe videtur satisfactum, cum aliquid esset legatum, & tamen legatum posset non sortiri effectum deficiente conditione. Cogita super istis.

Quarto pro conclusionem allegat Iac. l. credendum. §. si verò maritus, s. qui per. tuto. ubi conditio illa si intestatus mortuus erit, licet sit voluntaria, etiam eo decedente pupillo dicitur impleta, quamuis non dicatur proprie decedere intestatus, ut l. i. in princ. de suis & legi. Ad istum tex. rñder Iac. illud ideo esse ex equalitate personarum pupilli, in quem verba diriguntur, qui proprie intestatus dici non potest.

† Semper. n. verba sunt intelligenda secundum qualitatem personarum ad quam referuntur. l. plenum, §. equitij, §. de vsu & hab. Et ista fuit responsio Alexandri in l. generaliter, §. colum. C. de institut. & substit.

Quare tamen non videtur secuta, nam solum procederet, quando conditio fuisset restricta ad pupillarem aetatem, quia tunc qualitas eius posset operari ad declarationem verborum, sed non ita fuit in d. §. si vero, quia conditio illa respiciebat totam vitam & vniuersitatem filij, & ideo videretur, quod conditio debuisset impleri proprie, & sic solum eo decedente maiore, cum id euenire posset. Cuius tamen spiritum ibi dicitur & sic videtur vrgere pro Bar. & communem. Quare tuendo Bart. & alios dici potest.

Primo quod illud id ibi est, quia testator illa verba, si intestatus, &c. dicitur late intellexisse, vnde cum etiam pupillus largo modo dicatur decedere intestatus, sequitur, etiam in eo verificari secundum mentem testatoris, & sic implebitur conditio in forma specifica, prout per testatorem intellectum fuit, & quod ita testator accepisset, videtur suaderi ex identitate rationis. Eadem. n. ratio est substituendi pupillo, quare maior, qui testam non fecerit, cum verum sit utroque casu, nullum testamentum a ferri, & hereditatem ab intestato cuiuslibet eorum regulariter deferri.

Vel secundo responderi potest quod licet pupillus, in vi vocabuli, non dicatur decedere intestatus tamen nobis a iure traditum est, eum pro intestato haberi, ut d. l. i. post princ. de suis & legi. Dicam igitur quod voluntas testatoris in d. conditione censetur fuisse conformis iuri scripto, iuxta gl. & tradita ibi per Doctores in l. si duo, §. de acq. her. Et tradunt Bart. Dom. meus Soc. & alij in l. hæredes mei, §. cum ita, §. ad Trebell.

Quinto facit l. si fundus, §. de cond. & demonst. quare allegat hic Croc. ubi conditio voluntaria de dando pupillo, impletur si tutori datur, & sic per equipollens concord. l. si seruus ro. §. de solut.

Sed tuendo Bar. respondetur, illud esse, quia testator ibi respexit effectum acquirendi, & ideo requiritur quod datum tutori esse si mili personarum conuertatur in vtilitatem pupilli, vel similis in l. Stichum, §. vsum fructum, eo. tit. de sol. Quinimmo dico, quod tali casu soli pupillo vel simili personarum dari non posset, ne datum in eius manibus pereat, ut d. l. si seruus ro. ad finem.

Et ex his, quare dicta sunt in responsione ad prædicta iura, rectè intuenti patebit responsum ad alia plura, quare pro Bar. per Croc. & nouissimos allegantur, quod ego aliter non prosequar.

Sed ex omnibus prædictis tenendo conclusionem Bar. & communem, sumitur ad eam vna pulchra limitatio, ut. l. non procedat si in conditione voluntaria per illam apponentem fuerit consideratus effectus, quia tunc per æquipollens poterit impleri, si consideratus effectus inde oriatur prout egregie firmat hic Patrius meus Soc. in ultimo notabili. Quare nota, & perpetuo tene menti.

Limitatur eadem conclusio, secundo modo fm Iac. nisi imple mentum in forma specifica impediatur per eum, cui erat impleda, quod nam & tunc sufficeret implementum per equipollens, ut d. l. Iulianus allegata §. pro primo dno. Et ita dixit Ale. in responsione ad illum tex. Ego plus dico quod sepe sufficit illud implementum. Et ex eo solo hæc conditio pro impleta, quoniam impeditur impleri per eum cuius interest non impleri, ut est tex. in l. iure civili, §. de ad. & dem. Et probatur etiam in l. statu liberos, §. i. j. de statu li. & ad idem facit l. in executione, §. si. j. de verb. oblig. cum similibus.

Ex prædictis inferitur ad decisionem pulcherrimam, & frequenter contingentis questionis quod Pater filio instituto legauit vsum fructum certi fundi vxori suæ, seu illum fundum fruendum reituit in vita vxoris, si vitam castam & vidualem seruauerit, & post mortem vxoris voluit illum fundum dari Sempronio, vxor transiit ad secundas nuptias, propter quod extinguitur vsum fructus, quare ipsa habebat in illo fundo, quaeritur an statim fundus ille sit dandus Sempronio, an vero sit expectanda mors prædictæ vxoris? Hanc quod disputauit Rayn. de Forlin. ut refert Bart. in authen. hoc locum, C. si secundo nup. mulier. licet Iac. hic ascribat illam disputationem Ricar. Malumb. & forte vterque disputauit. Et post longam disputationem determinauit, quod statim dari debet, quod etiam sequitur Bart. in d. authen. hoc locum, quod et voluit Ioann. Andr. in additio. Specul. in Rubrica de secun. nup. Idem dixerunt Alber. de Rosa. & Bald. in authen. hoc locum. Paul. de Castr. & Aret. in l. si quis hæres ita infra de acqu. hered. Alex. hic & nouissimi Hispani. Et dicit Alex. se pridie fuisse consultum, qui pro hac parte sepe consuluit, ut in cons. 130. attentis verbis testamenti. lib. 2. & alibi ut per Iac. Qui dicit, quod ista est communis opinio. Et licet pro ea plurima argumenta fieri possint pro ut per Doctores in locis prædictis sunt, tamen virtus in paucis consistit. Primo ergo pro ista opinione sic arguitur. Testator magis voluit vxorem habere illum fundum, quam alium, & deinde magis Sempronium quolibet alio: de hærede vero non constat, quod etiam habere voluerit quia nihil dixit, immo videtur quod nunquam voluerit hæredem habere. Nam dicendo, quod habeat vxor in vita sua, & post eius mortem habet Sempronius, iam constat, quod hæres nunquam ex ordine & voluntate testatoris est habiturus, merito ergo talis voluntas seruari debet. In conditionibus primum locum, in princ. infra de cond. & demonst. l. ex factis, la grande, infra de hæredibus institut. & l. 3. C. de liber. præter. cum similibus.

Similem considerationem habes in donatione causa mortis, ut Instit. de dona. §. i. & in l. i. infra de dona. causa mort.

Secundo facit, quia cessante causa dilationis, cessare debet ipsa dilatio. l. a filia, §. alumno, infra ad Treb. ubi pro ista opinione videtur bonus tex. Sed causa dilationis fuit vidualis vita vxoris, & ut ipsa vteretur & frueretur illo fundo, quare cessat ipsa ad fructum nuptias transeunte, cum tunc desinat haberi fundi vsum fructum, ergo &c. & sicut in d. §. alumno, non expectatur ille annus vigesimus mortuo alumno, quia causa dilationis cessauit, ita & in casu isto non debet expectari mors vxoris, cum ut dixi cesset causa dilationis.

Tertio facit, quia prouisio in vniuersum casum porrigitur ad alium, quando ita est verosimilis mens disponentis, ut s. fuit dictum in tertia conclusione, & procedit hoc, etiam si prouisio sit facta per modum conditionis, quando conditio dicitur necessaria ex parte actus, vel effectus eius, ut dixit Bart. in fine huius oppositionis & s. fuit dictum. Sed in proposito videtur verosimilis mens testatoris, quod Sempronius habeat etiam in casu isto, licet vxor viuat, nam conditionem siue tempus mortis vxoris apposuit, quia credit eam viuere in viduitate, & sic solum cogitauit finiri vsum fructum per mortem eius, qui finis vsum fructus erat necessarius, ut §. propronius pleno iure fundum consequeretur. Vnde expressit vniuersum casum, i. mortis, per quem vsum fructus finiretur, & ideo quocumque modo finiatur, videtur satis esse, arg. l. tertia, C. de institut. & substit. cum similibus de quibus supra in 7. conclusione, & si testator cogitasset alio modo finiri, idem verosimiliter eo casu prouidisset, Merito ergo ita dici debet per prædicta, & per notata per gl. & doctores in l. tale pactum, §. si. supra de pac. Et pro ista ratione in verosimili mente testantis fundata, facit lex fundus detractio, supra si vsum fructus putatur, quam pro ista opinione allegat Bart. in d. auth. hoc locum. Nam sicut ibi vsum fructus interim non est heredis, quia non id agebat testator, ut heredis esset, ita in casu isto fundus interim non debet esse heredis, quia non hoc egit testator, ut heredis esset. Possent & alia plura pro ista communi opinione adduci, sed ista sunt vrgentiora.

Contrariam tamen opinionem tenuit Rom. in l. si quis heres ita, de acq. hered. volens quod immo non prius Sempronius sit habiturus, quam moriatur vxor testatoris.

Et in hanc opinionem disputando videtur inclinare Iac. hic, licet dicat in iudicando non esse recedendum a communi opinione, ut per eum. Carol. Rui. ad vtranque partem subtiliter disputat & videtur habere hanc partem pro melioribus fundamentis sulcitam. Croc. tuetur communem, sed postea facit tria fundamenta contra eam, & reliquit cogitandum. Ad quare tamen si voles tuere communem, facile poteris respondere.

Nam ad primum dum dicit quod ademptum legatum debet applicari heredi, si testator non dicat cui applicetur per l. vxor, §. hæres, cum ibi no. per Bart. de leg. 3. responderi potest, quod in casu isto testator virtualiter dixit applicandum Sempronio, ex quo post vxorem suam voluit eum habere, ut dixi in primo argum. pro communi opinione.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

Ad fin dū dicit q̄ verba testamenti non debent impropriari, & per se nō patiuntur, q̄ Sēpronius habeat in vita vxoris, respōderi potest, q̄ immo aliquando verba impropriantur, vel maius dicere, non attenduntur, quando in eis non eorū sonus, sed effectus ad quem tendunt, fuit consideratus, vt l. mulier. in princ. infra ad Trebell. cum sim. & ita dicemus esse in casu isto, dicendo quōd testator de morte vxoris dixit, considerando effectum scilicet vt per eam mulier desinat habere vsumfructum, merito ergo per æquipollens potest adimpleri, & sic ipsa transeunte ad secunda vota, cum etiam tunc desinat esse vsumfructuaria, per ea que dicta sunt supra in septima conclusione.

Ad tertium vero & vltimum dum dicit, quōd ademptio legati videtur fieri in fauorem hæredis, vt per eum, dices, q̄ parum facit, quia argumentum procederet, quando non constaret de alia mente testatoris, sed hic satis constat, quia voluit, post vxorem, quōd habeat Sempronius prout etiam respondi ad primum.

Pro ista tamen opinione Roma. contra communem fiunt per tenentes eam multa argumenta, sed pauca breuitatis gratia adducam, & que videntur vrgentiora.

Primo ergo pro ea videtur optimus tex. in l. vxori vsumfructū villæ, infra de vusufr. leg. vbi expectatur tempus in quod factum est legatum, licet prius decesserit vxor, & defierit esse fructuaria, & interim hæredis erit fundus legatus, ita ergo & in casu isto debet expectari tempus mortis vxoris. Sed ad istum text. respon-

65 det ibi Bartol. illud ibi esse propter t̄ dictionem tunc, que extrēmitatem temporis importat. l. 4 in fin. de cond. & demon. Que responsio posset reddi dubia, quia illa dictio, tunc, relata ibi ab proximiora iuxta l. r. §. de inde, & §. cum, supra de postu. & notata per gloss. in l. si idem cum eodem in fin. §. de iuriid. omni. iud. respicit illa verba, cum eius vusufr. esse defierit. Quo posito ista responsio retorquetur. Nam secundum vim & naturam dictionis tunc, ad illa verba relata deberet fundus statim dari illis libertis, & tamen ibi dicitur contrarium, solum ex eo quia debet expectari tempus consideratum, seu expressum in legato d. libertis facto, fortius ergo in casu nostro debet expectari tēpus mortis vxoris, expressum in legato, facto Sempronio, vbi nulla dictio contrarium suadet. Nisi replicando, & tuendo illam responsionem dixeris, quōd dictio, tunc, ibi respicit omnia præcedentia, & sic etiam tempus quinquennii, cum t̄ dici soleat, clausulam in fin. positam ad omnia præcedentia referri. l. talis scriptura. in fin. de leg. 1. Et dixit illa glo. in d. l. si idem cum eodem. in fin. sui. Et pro solutione Bart. facit, sic faciendo relationem. Nam primo dixerat testator peracto quinquennio, que verba per se eius finem important, & postea subdit, tunc, quod verbum simili extrēmitatem temporis importat, vt sic finem temporis debere expectari, testator bis & geminatis verbis ostenderit, merito ergo tanquam verba geminata magis operantur, argu. l. bali. sta. infra ad Treb. & ita videbatur considerare Cro. hic.

Respondebat tamē aliter Iaso. ad d. l. vxori, quod ibi erat tempus certum. l. quinquennii, nos vero loquimur de tempore incerto. l. mortis, cum nihil incertius hora mortis nostræ. l. r. ff. de condition. & demonst. & tempus istud incertum facit conditionem. l. dies incertus, eod. tit. quod non est in tempore certo. Verum ista responsio non satisfacit, & videtur potius facere in contrarium, nam non est dubium, quōd magis differtur, & suspenditur debitum in diem incertum, & sic sub conditione, quam in tempus certum, vt l. cedere diem, infra de verborum significatione vnde si illud est in die certo, vt scilicet expectari debeat, fortius videtur hoc dicendum in incerto. Carol. Rui. respondebat & tertio alio modo, quōd l. ibi illud est, quia dilatio per testatorem fuerat facta, & in fauorem hæredis, quia etiam proprietates villæ erat illis libertis legata, quōd necessario debet intelligi ab hærede, apud quem erat. Pro quo facit text. ibi, quia proprietatem legauerat &c.

Sed ista responsio non tollit difficultatem, quoniam dicā idē in casu isto considerari posse, cum etiam in eo præsupponatur, quōd Sempronio sit legata proprietates, & quidem ab hærede, vt infra dicitur. pro nunc ergo pro meliori resolutione teneas illā Bart. defensionem, vt supra.

Secundo pro opin. Roma. contra communem arguitur sic. Istud relictum factum post mortem vxoris, & sic sub conditione. l. hæres meus, iuncta l. quibus diebus. §. quidam Titio de condit. & demonst. dicitur factum sub conditione voluntaria, merito non debet per æquipollens conditio impleri, sed in forma specifica, vt hic per Bartol. & fuit dictum, supra in octaua conclusione. Et caue hic ne decipiaris, quia solum dico de cōditione mortis vxoris, quæ sola dicitur appolita legato facto Sempronio, nō autem de conditione, si vidua non permanferit, quia illa non dicitur appolita tali legato, sed tantum extinctioni vsumfructus legati vxori quicquid hic dixerit Iaso. in contrarium. Huic tamen argumento respondet ipse Iaso. quōd in casu nostro Sempronius debet statim vocari non proprie ex implemento conditionis, sed ex eo, quia cessat causa dilationis d. legati, vt dictum fuit

in secundo argumento pro communi opinione. Que responsio non videtur tuta, quia non video hic aliā dilatio. us causam, quam vitam vxoris, vt inferius melius deducetur. Que responsio ad argumentum responderi potest, quōd immo in ista conditione fuit consideratus effectus. l. vt per mortem vxoris finiatur vsumfructus, vt dixi in tertio argumento pro communi, nimirum ergo si talis conditio, etiam quōd fuisset voluntaria, potest impleri per æquipollens, vt per patruum & D. meum Soc. hic in vltimo not. & supra dictum est.

Tertio pro opinione Roma. facit l. fideicom. missa. §. si cui, de leg. 3. vbi expectatur mors illius patris, licet per prius filium emancipauerit, solum ex eo, quia expressē in testamento consideratum fuit tempus mortis. Sic ergo videtur in casu isto dicendum, in quo tempus mortis vxoris exprimitur, vt sic, nedum dicitur relictum Sempronio factum sub conditione, sed etiam dilatatum in tempus illud. Concordat l. cum hæres. §. feruire, infra de statu lib. ibi, quod videtur non tantum sub conditione, sed etiam ex tempore &c.

Sed tuendo communem, responderetur secundum Bartol. ibi, quōd immo ibi etiam ante mortem agi potest vtili actione, quo stante ille text. faceret potius pro communi, quam contra eam. Sed hoc non placet, quia destruit illum text., & hoc esset ponere legem verbis, contra l. secundam, in fin. C. communia de lega. vnde secundum responderi potest, quōd ibi expectatur mors patris, quia non consideratur verosimilis mens testatoris in contrarium, cum esset extraneus vt dixi supra in septima conclusione, quando concordauit d. §. si cui. cum l. mulier. ad Trebel. cum similibus. Nec tunc obf. d. §. feruire, quoniam ibi conditio erat implenda per statu liberum, & in præmium sui laboris ei dabatur libertas, & cum non stet per eum quominus impleat, lex habet eam pro impleta, seu fingit eam impleri, vnde non debet prius habere libertatem, quam si verē conditionem illam impleteret. Et hoc est quod vult tex. ibi in illis verbis, etenim absurdum est maturius eum liberum effici, cum conditionem non implet, quam si eam impleteret.

Possent plura alia adduci contra communem opin. sed prædicta sufficiant tanquam vrgentiora, & ex solutione prædictorum facile ad omnia alia fundamenta posset responderi, ideo gratia breuitatis dimitto.

Quid dicemus nos? Articulus certē est valde dubius, & disputando facile quelibet opinio sustineri posset. Mihi tamen in stricto iure magis placet opinio contra communem, pro qua potest allegare vitra Docto. l. publius. §. fin. de condit. & demonst. qui text. satis bene probare videtur, vt per te videbis, item & alia iura, tamen quia in eis non me fundo, & forte eis responderi posset, ideo illa & etiam vt breuitati consulam, omitto.

Sed pro ista opinione considerandum est. Primo quale fuerit legatum factum vxori, & deinde videbimus quale sit, & quomodo debeat intelligi legatum factum Sempronio, & circa primum reperio hanc questionem formari varijs modis, sed duos modos principaliter considero. Aliqui ergo præsupponunt legatum factum vxori, si castam, & vidualem vitam duxerit, seu si vidua permanferit.

Alij dicunt donec vidua vixerit, seu donec in viduitate per-

67 manserit, prout format Bar. in d. auth. hoc loci. Si primo modo fit factum legatum, dico quod vnum est legatum sub illa simpliciter conditione, & tunc licet conditio in sono sit affirmatiua, debet tamen præstari cautio mutiana, quia reuoluitur in negatiuam videlicet si secundo non nupserit, arg. l. pater seuerinam. §. focus, cum his, quæ ibi tradunt Doct. infra de cōdit. & demōst. & dixi aliquando in l. ita stipulatus, circa quartam partem legis, infra de verb. oblig. Et ista cautione mediante, extincto legato vsumfructus per transitum ad secundas nuptias, & habito perinde ac si factum non fuisset, debet illa mulier restituere omnes fructus, quos percepit cum ipsa re, vt habetur in l. mutianæ, infra de condit. & demon. & l. hæres meus. §. r. cod. tit. & fiet ista restitutio hæredi, qui tali legato erat grauiatus, vt dicitur in d. §. r. facit l. r. §. si autem sub conditione. C. de caduc. toll. Si vero secundo modo legatum fuerit, dico quod tunc legatum diceretur multiplex & annuum, iuxta tradita per Bartol. in l. Titia cum testamento. §. fina. de leg. 2. & cum mulier nubit, extringitur legatum pro futuro tempore, tanquam conditione eius deficiente, & apud hæredem grauiatum remanere dicitur, vt d. §. si autem sub conditione. Extincto autem vtroque casu legato vsumfructus factus vxori; remanet legatum factum Sempronio, quod cum sit factum post mortem vxoris, & ita in effectu sit conditionale, si per se consideretur non potest habere locum, neque eius dies cedit nisi conditione impleta. l. cedere diem, de verborum significatione & sic debet mors illius vxoris expectari, vt l. hæres meus. in prin. iuncta l. quibus diebus. §. quidam Titio, de cond. & demon.

Istis sic stantibus, dico, quōd quodlibet legatum de per se, & cum sui qualitate debet attendi. Et ideo illud legatum factum Sempronio

pronio non debet alterare naturam alterius legati facti vxori. Dimus ergo legatum usufructus factum vxori extinctum fuisse p secundas nuptias, & heredi remansisse secundum sui naturam, vt dixi. Et legatum factum Sempronio cum sua conditione remansisse. In quo dico grauatum fuisse heredem & non vxorem, quicquid in contrarium dixerint hic nouissimi Hispani, & hoc probatur, quia legatum vxoris & sic ius eius veniebat extingué dum per mortem ipsius, vel per secundas nuptias, & solum erat in usufructu, proprietatem autem illius fundi erat penes heredem. Vnde cum Sempronio sit relictus fundus simpliciter, & sic plena proprietatem, vxor, quae illam nunquam habuit, non potest dici in ipsa grauata, sed haeres, qui cum haberet nudam proprietatem, & per mortem vxoris erat habiturus etiam usufructum, dicitur merito in plena proprietate grauari, cum tamen fuerit grauatus post mortem vxoris testatoris, & sic sub conditione, vt dixi, debet merito conditio & tempus illud expectari. Et interim si vxor secundo nupsit, fundus (consolidatus cum eo usufructu) erit ipsius heredis, & hoc modo multum concludenter iustificatur ista opinio Romani contra communem, vltra iura quae pro eo allegantur. Et pro vero satis pro ea vrget dicta l. vxori usufructum villae. Nec videtur obstit. sol. Bart. fundata in dictione, tunc, quia potest replicari, qd in ea dictione non fundatur illa de casso, sed solum in eo, quia testator proprietatem illam legauit peracto quinquennio, vt ibi exprimitur, quasi velit ibi Iuriscōsultus tempus illud expectandum fore, quod in legato fuerat expressum, propter quod sequitur, qd in casu nostro debeat expectari tempus mortis expressum in legato factio Sempronio.

Et stantibus praedictis, non obstantibus allegata, s. in contrarium: nam ad primum respondetur quod dum in argumento dicitur, qd post vxorem voluit testator, qd magis habeat Sempronius, quam alius, debet intelligi, adueniente tempore, & impleta conditione per testatorem, expressis in tali legato, & sic mortua vxore, vt ex praedictis constat. Et si dicas, quomodo interim remanebit apud heredem, de quo testator nihil dixit? respondetur quod de eo nil dixit, quia non erat opus, cum ille esset habiturus non expressa ordinatione testatoris in eo casu facta, sed ex ordine legis, ex eo, quia haeres erat, quippe sicut haeres dicitur regulariter legatis grauari, ita apud eum debent remanere, si quo casu inuidentur, vt dicta l. i. s. si autem sub conditione. C. de cad. toll. & probatur hoc etiam ista consideratione, po- ne quod vxor in viduitate decedat, a quo erit petendum legatum per Sempronium? Certè ab ipso herede, vt constat ex diffinitione legati, de qua Insti. de leg. in prin. & in toto titulo infra & C. quorum legat.

Ad secundum respondetur, qd immo isto casu non cessat causa dilationis, quae solum fuit vita vxoris, vt supra fuit ostensum. Nec obstit. d. l. a filia. s. alumno, ad Treb. quia respondetur, primo, qd casus sunt valde diuersi, nam ibi fuit summa illa relictā pure ipsi alumno, & Sēpronius, de quo ibi, fuerat vt nudus minister electus, & ideo commodum aliquod habere non debet. l. si quis Titio 10. de leg. 2. At hic, huic Sempronio nihil est simpliciter relictum, sed tantum post mortem vxoris, & interim habebit haeres, qui non potest considerari vt nudus minister, sed vt haeres grauatus retinebit antequam cedat dies legati.

Vel secundo respondetur, illum tex. retorquendo, dico enim, qd ibi conditio, sub qua erat illis mulieribus facti fideicommissum, fuit verè impleta, quia. s. ille alumnus sine liberis decessit, at in casu nostro conditio legati, facti Sempronio, non dicitur impleta, cum vxor adhuc viuat, merito ergo ea tantum attenda, & considerata, legatum nondum habebit locum nullo alio extrinsecus considerato, sicut etiam in d. s. alumno, impleta conditione dicitur non esse aliud tempus expectandum, non enim vltra propriam seu expressam conditionem debet aliud extrinsecus considerari, sic igitur rectè intuèti videtur ille tex. facere pro ista opinione.

Ad tertium fundamentum respondetur, negando qd ita sit verosimilis mens testantis. Nec enim dicitur testator considerasse pro validitate, seu effectu legati facti Sēpronio, qd vxor desinat esse usufructuaria, sed tantum qd illa moriatur, vel si considerauit, non tamen considerauit simpliciter, sed certo tempore, scilicet per mortem vxoris, quo casu non sufficit euenisse aliquod æquipolens, vt l. fideicommissa. s. si cui, de leg. 3. & dixi s. in 7. conclusionone, & qd verosimilis mens, de qua in argumento non sit vera, probatur, quia testator iam cogitauit, vxorem posse secundo nubere, dum dixit, si vidua permanserit, vel donec vidua vixerit in legato vxori facto, unde si voluisset etiam tunc Sempronio debere legatum, certè dixisset, cum ergo non dixerit, & de casu cogitauerit, dicens, est, qd noluerit arg. l. i. s. si autem ad deficientis. C. de cad. toll.

Nec obstit. l. fundus detractio, allegata pro cōi in illo 3. fundamento, qm responderi potest secundum Roma. in d. l. si quis haeres, in fin. qd ibi sola conditio erat adiecta. Nos autem loquimur quando cum conditione est etiam tempus consideratum, vt per

eum, pro quo facit d. l. cum haeres. s. seruire. de statu libe. & in l. l. la stipulatione, & quod ibi dicunt Doctores infra de verb. oblig.

Vel secundo, & melius respondetur, qd ibi est, quia sic verosimilis mens colligitur, vt ibi dicitur, & illud est, quia de usufructu loquimur, in quo constituendo requiritur certa persona, in qua ius illud resideat, & cum illa extingatur, & nulli dubium est impleta conditione debere esse in persona legatarij, vnde ne si interim demus heredi, contingat mutatio personae fructuarij, disponitur vt ibi, propter quod non sic fortè dicendum esset, si per contrarium fundus detractio usufructu legaretur sub conditione, prius legato alicui usufructus pure. Et istud colliges ex fi. illius legis.

Et ex his defenditur ista opinio Roma. quae omnia notabis, quia arbitror vera, licet sint contra doctores. Et ex ista opinione resultat maxima utilitas, vltra id qd interim fundus erit heredis, & eo liberè fruatur dum viuat illa mulier.

68 Nam si interim Sempronius moriatur, legatum ei factum extinguetur, vel conditionale legatario ante euentum conditionis decedente, vt l. haeres meus, iuncta l. quibus duobus. s. quidam Titio. j. de cond. & dem. Cogita super praedictis, & vbi tibi non placeant, & dubius sis, non recedas à communi opi. praesertim in consulendo & iudicando.

Capio quartam opp. Bar. quam facit de hac l. nostra in princ. 69 Et ex dictis eius collige duas conclusiones. Prima est, qd si propositio facta in vno casu, nunquam porrigitur ad alium casum omissum, quando in tali casu omissio prouisio fieri non posset lege aliqua repugnante. Ista conclusio in se est verissima, quoniam est expressè ille casus fuisset comprehensus, dispositio in eo non valeret, ne quid fiat contra legem, iuxta l. non dubium. C. de legi. immo etiam est vera in proposito ad tollendum contrarium de d. principio l. nostrae, nam si ante l. Velleiam quis voluisset instituire posthumum nepotem nasciturum in vita sua non posset, quia tali institutioni repugnaret illa antiquissima regula, de qua dixi supra in princ. huius l. in secundo praemisso, a qua non erat per Gallum recessum, nisi respectu posthumum nasciturum post mortem aui. Cuius prouisio sic facta in tali casu etiam hominis dispositio secundum consilium Galli facta, non porrigeretur ad casum, quo eo viuo nasceretur (cuius respectu solum per l. Velleiam fuit facta prouisio) & hoc vt inquit Bart. ne quid contra l. antiq. fieret in eo, in quo ei nondum erat derogatum.

70 Secunda conclusio sit, qd quod hodie institutio facta de posthumo, si post mortem nascetur, porrigitur ad casum, si nascatur in vita, cum sit prouisum, posthumum quemlibet posse institui, vt dictum fuit in praedicto secundo praemisso in fin. Et pro ista conclusione, videtur text. in l. final. C. de posthum. haered. instit. Sed in contrarium videtur casus in l. commodissime, in fin. supra eod. Nam ille tex. videtur destruere conclusionem Bartoli. Item videtur de directo contrarius d. l. final. Certè totum hoc, & veritas conclusionis Bartoli pendet a resolutione praedictae prietatis.

71 Vnde si volumus qd d. l. commodissime, corrigatur per d. l. vt quidam voluerunt, conclusio Bar. remanet vera p casum d. l. fi.

72 Sed tñ hoc non videtur tenendum, quia si correctio in quantum potest debet euitari l. praecipimus, in fin. C. de appel. c. cum expediat, in prin. de elect. li. 6. Et est glo. in versiculo destruere p. illum tex. in §. tribus, in Auth. quib. mo. natu. effici. sui. & in l. fin. super versiculo duos prope. fin. regund. Si verò volumus tenere solutionem Bar. in d. l. commodissime, quae est magis communitè approbata, & quam etiam posuit Bar. super ista l. in princ. ter tiae col. videlicet qd in d. l. fi. illud, quod ibi dicitur, procedat, quia testator ibi erat in angustia moris, & credebatur se statim moriturum, & ideo prouidit tantum in casu, quo post eius mortem nasceretur, & verosimiliter idem respondisset de nascituris se viuo, si superuivere sperasset. Sed in l. commodissime, testator erat sanus, vel saltem non timebat cito mori, videtur enim tñ voluisse casus illos distinguere, & ideo prouisio, vno casu facta, non trahitur ad alium. Et tunc istam solutionem tenendo, conclusio Bar. hic de qua supra, regulariter non procederet, nam contra eam esset d. l. commodissime. Verum ista sol. licet videatur magis communis, non videtur tenenda, quia est diuina ad vtrancq. legem.

Præterea, pone in l. commodissime, sanum testatorem ita vt diuisperet superuivere, & posthumum instituat, si se viuo nascetur, si postea repentina morte pereat præter eius opinionem, & sic posthumus nascatur eo mortuo, deberet institutio valere ex verosimili mente testantis, qui & in eo casu prouidisset, si cogitasset, & hoc attenda ratione Bar. circa d. l. fi. Quod tamen non videtur dicendum, esse enim contra generalitatem d. l. commodissime.

Quare reiectis alijs multis, quae d. l. possent, mihi placet solutio D. Christoph. de Cast. quam in vtraque l. refert la. vt. l. pro regula 73 dicamus, testamentum in casu omissio vitari, quia testator vnum tantum casum exprimens, dicitur casus illos distinguere & habuisse pro separatis & diuersis, igitur &c. Et de ista regula sit casus in d. l. commodissime. Haec autem regula non procedit, quando verba aliqua sunt prolata, ex quibus possit colligi testatorem aliud sensisse, quam casus illos distinguere.

Tunc

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

eum priuari, illud esset quia videretur sic patiendo iuri succedendi renunciare, & de eo ita tacite pacisci. Hoc autem non debet plus operari, quam operaretur expressum pactum. Icum ex filio infra de vulg. & pupilla. Sed expressum pactum tale non praeiudicaret. l. pactum quod dotali. C. de colla. ergo &c. Sed ultra, esto quod sciret filius omnia, & priuatur successione ex testamento, non videtur tamen conueniens quod patiendo se emancipari perdat ius contratabulandi, ut praeiudicet, quia ex quo filio sic instituto videtur subalternatum remedium dari, scilicet ut in testamento vocetur, si institutus remanet. si vero desinat esse institutus, & se praeiudicatum reperiat, vocetur contra testamentum si patiendo se emancipari perdit primum (eo posito pro vero) non sequitur ergo perdit & aliud, quia vni beneficio renunciatis, aliud non perdit. l. si domus, & ibi Paul. de Castr. & alij supra de seruitutibus vrb. praed. Et maxime hoc videtur dicendum respectu iuris contratabulandi, quod pro emancipatis fuit inducitur considerato iure naturali, quod certe per emancipationem licet voluntariam non tollitur iura sanguinis, supra de reg. iur. Nec praedictis obf. d. l. si posthumus. §. quod vulgo, quia ibi filius, repudiando, se sponte excludit ab hereditate iam sibi delata, & quam tunc poterat adire, & dicitur facere actum directe tendentem ad illud, non ad aliud. Non sic est in casu nostro, cum adhuc viueret testator, qui emancipauit, & emancipatio tendit ad aliud, quam ut filius hereditate priuatur, ut est notum.

Quinto loco habes aliam solutionem traditam hic per Iaf. q. dicit hunc tex. aliter intelligendum scilicet quod loquitur de emancipatione nepotis & non filij, ut verba sonant. Et eo casu ipse nepos non erat institutus, sed filius adhuc viuens & eum in gradu praecedens, unde tunc emancipatio nepotis non dicitur tollere ius ad eundem, cum ei non competeret, ex quo non erat institutus, sed bene aperit viam proneposi in iustate, ut per eum. Sed ipsemet Iaf. videtur hunc intellectum & hanc resolutionem reprobare, quia secundum eum videtur contra istum tex. in uersiculo. Hi enim casus, & omnes ex quibus quis post mortem aui suus nasceretur &c. Nam ista uerba innuunt nepotem succedere in iustate, non autem excludi. Et licet Iaf. non exprimat, hoc secundum eum demonstratur ex illo verbo, aui. Ex eo enim arguitur quod nepos est ille qui in iustatem succedit. Sed ego ex hoc non mouer, quia per emancipationem nepotis, pronepos succedit in iustate, & de eo intelligitur text. in casu quo nepos emancipetur, & verba illa, post mortem aui, capiuntur etiam pro proauo si casus in eo adaptari possit, cum alias aui appellatione etiam proauus venire possit, arg. l. cui eorum. §. i. supra de postulan. verum ex alio praedicta resolutio non videtur secuta, nam ex eo non impediatur emancipatus intendere contratabulas tanquam praeiudicatus, si contingat, quod filius institutus debeat uiuo testatore.

80 Quare reperio quod subtilis Mod. D. Carolus Rui. in quarto notabili aliter propositam difficultatem resoluit, & duobus modis. Primo (& sit sexta resolutio) tenendo quod emancipato non detur contra tabulas. Nam cum nepos sit institutus sub conditione, si filius desinat esse suus, censetur filius sub contraria conditione institutus, iuxta l. aliquando, infra de condit. & demonstrat. & sic si suus permanferit. Quo posito quatenus talis conditio importat, si non moriatur vere vel fidei, puta, per deportationem, illud inest ex natura institutionis. l. vnica §. pro secundo C. de caduc. tollen. Et ideo expressio quod ad dictos casus nil operat l. 3. §. de leg. i. Et sic sequitur eo respectu conditionem non considerari. Quatenus vero importat si non emancipetur, cum non inest consideratio, consideratur & dicitur conditio potestatiua, cum ab eius potestate pendeat, eum in iustate non emancipetur. l. iubemus. C. de emanc. lib. unde si postea emancipetur, excludi non simpliciter, quia emancipatus, sed ex defectu conditionis potestatiuae, iuxta l. fin. §. de conditio. inst. & l. si pater, cum his quae ibi traduntur. C. de instit. & subst. sub conditio. factis. Et ideo non dabitur ei contra tabulas quasi suo facto se excluderit, patiendo se emancipari, & sic conditionem suae institutionis deficere.

Ista resolutio virtualiter non videtur differre ab illa Do. mei Soc. & Iaf. supra quarto loco relata, nam & ipsi dicebant quod filius facto suo se excluderat, unde ea omnia, quae supra contra istam diximus, & contra istam dici possunt, & ultra etiam in specie contra hanc sextam facit, quia non videtur quod filius possit simpliciter institui sub illa conditione, si suus permanferit. Nam prout etiam quidam nouissimi aduerterunt, potest varijs modis contingere, quod non remaneat suus sine morte & sine sui imputatione, puta, si Consul, Patritius, vel Episcopus fiat, & quid simile contingat, iuxta authen. sed dignitas episcopalis. C. de episc. & cler. & §. filius, & ibi per Doctores. Insti. quib. mod. ius pat. pot. fol. Praeterea cito quod ab initio testator sic voluerit videtur quod postea emancipando (cum ex libera voluntate faciat) dicitur filio talem conditionem remansisse, cum ipse eam fecerit deficere, & hoc videtur attento communi voto parentum de quo in l. recepto, in §. i. vade liber.

Secundo idem Moder. alias resoluendo dicit (& sit septima resolutio) quod non dabitur contra tabulas isti filio emancipato, quia illa datur quoniam quis excluditur solum ex eo, quia sit emancipatus, & tantum iure ciuili excluditur, secus si in exclusione concurrat voluntas testantis, quasi, quod voluntas eius in exclusione illam conferret. Sed isto casu concurrat talis voluntas attento testamento, in quo nepotem instituit, si filius desinat esse suus haeres, & se. quia postea emancipatione ut per eum ergo cessabit contratabulas. Duo enim vincula sunt vno fortiora, auth. itaque. C. communia de success. Sed nec ista resolutio placet, & illam reprobat quidam Moderniores in 9. col. eo quod emancipatus exhaeredatus habet bonorum possessionem gratia litis agnoscenda, iuxta notata in l. Papinianus. §. i. s. de offic. testamen. Et tamen excluditur a testatore, ut per eos. Et ultra illos §. Rui. in hac resolutione facit quia semper adest voluntas testantis in excludendo eum, quem praeiudicet. Nam cum alium vocat, dicitur, eum, quem praeiudicet, & omnes alios excludere voluisset, per regulam l. cum praeiudicet, in princ. §. de iud. vnde dicebat Bar. in l. secunda. §. videndum, §. i. ad Tertul. quod semper in statutis consideratur caput inclusiuum & caput exclusiuum. nam cum statutum aliquem vocat ad successionem, alios videtur excludere, etiam quod non exprimat, & tamen non est dubium, simpliciter praeiudicet dari contratabulas. Plus dico quod in casu nostro minus apparet de voluntate testantis in exclusione filij quam in casu simplicis praeiudicet, si quidem praeiudicet praeiudicet, & sic non erat animus excludendi eum. Emancipatio autem postea sequuta per se non tendebat ad exclusionem instituti, argumento §. seruus autem, versiculo si vero. Insti. de her. inst. & dixit hic Bar. Sed potius in beneficium filij dicitur facta ut scilicet fiat sui iuris. Et licet praedicto filio iam esset facta substitutio secundum formulam Galli, quae interpretatur facta, si filius haeres esse desierit, tamen testator emancipando potius praesumi debet, vel quod eo casu vsque ab initio non intellexerit substituitur, vel saltem quod postea remittat conditionem respectu emancipationis propter commune & naturale votum paternum, ut §. dixi circa sextam resolutionem in fi. vbi autem filius in testamento praeiudicet, iam ex eo constat, quod pater vult eum excludere, ut dixi ergo &c.

Vnde octauo loco praedicti Moderniores aliter resoluunt, dicendo quod tex. non loquitur ante prouisionem praetoris inducentis bonorum possessionem contratabulas. Quandoquidem secundum eos tempore huius legis non erat remedium inuentum, & fatetur, quod si fuisset ius illud inductum, non procederet iste tex. sed haberet locum titulus de coniungend. cum emancip. lib.

Ista resolutio videtur de plano procedere, si intelligas eam respectu prouisionis Galli Aquilij, vel l. Velleiz, quoniam & Gallus & Velleius & eorum prouisiones videtur fuisse ante ius praetorium, ut videtur velle Bar. in ista l. §. ille casus, prima col. in fin. Sed quod prouisio praetoris non esset tempore huius l. habito respectu ad Scauolam eius auctorem, non videtur verum. Quoniam remedium bonorum possessionis contratabulas a praetore inuentum fuit ante Scauolam, cum de eo Scauola in ius l. saepe meminere maximè in l. si filius, §. de colla. bon. & in l. pe. de coniungend. cum emancip. lib. & alibi saepe. Immo & Iulianus hic a Scauola relatus idem facit, ut in l. secunda, tertia, & quarta, & in l. Saluius, §. de leg. praestan. & in l. tertia, §. de colla. bono. Sic itaque manet quod tempore huius legis erat iam inducta bonorum possessio contra tabulas. Immo si velles, quod etiam fuerit inducta ante l. Velleiz, & ante Gallum, nihil video, quod repugnet, cum etiam ante eos fuerint in vrbe Praetores, qui & ante Caesarem fuerunt in l. secunda. §. eodem tempore, §. de orig. iur. Et ad dictum Bar. in d. §. ille casus, potest responderi, quod loquitur de alia prouisione praetoris. s. ut posthumi alieni instituti habeant bonorum possessionem secundum tabulas. Hoc tamen non firmo, nec ad propositum de eo curandum est, sed satis est quod contra tabulas pro emancipatis iam ante hanc l. fuerat inducta. Et certe non possum non admirari de istis Modernioribus, quod ita dixerint. Sed dicam de eis, quod alias ipsi de quodam nostro dixerunt in l. Caeturio, col. i. de vulg. & pupil. videlicet, quod ad pauca aduertentes, facile pronunciat. Et si quis tuendo istam resolutionem vratur alia via, dicens quod licet tempore huius l. fuisset remedium praetoris, tamen Scauola id non considerauit, sed sic voluit loqui tantum in inspecto iure ciuili. Et quatenus considerari potuisset aliquo tempore, dicam hoc non esse tutum, quia tunc lex ista esset posita tantum verbis, & non in effectu, §. l. secundam, in fin. C. communia de lega. & praeterea crediti debet, quod Scauola & postea etiam compilatores posuerat. Ista legem in inspecto illo iure quod tunc viuerat aliter seruabatur.

Quapropter nono loco nouissimi Hispani dicunt aliter resolutione difficultatis dicendum esse. Dicit enim, quod iste nepos vel pronepos, cuius pater emancipatur, non debet dici substitutus, sed institutus, cui quo suus haeres fiat, vel sic generaliter, vel specificè si suus fiat emancipatione patris eius, si enim hoc posito, casus emancipationis contingat, nepos vel pronepos dicitur institutus, & casus institutionis dicitur venisse, & simul cum emancipato per prius instituto, admittetur, ut sic emancipatio non priuatur institutum

stitutum institutione de eo facta, sed aperiat viam nepoti, vel p. nepoti. Et ita considerando & determinando, testm̄ affirmabitur, & nulli fiet iniuria, & verba testamenti stabunt proprie vbi aliis exponendo institueretur, id est substitueretur, sit quædã impropriatio. Succedent ergo filius, & nepos ex testamento, eo mō quo ab intestato successissent, vt per eos. Ista resolutio cum sua opinione plurimum applaudere videntur, & p. ea facit. Nam si in testamēto Titius purē & simpliciter institutus sit hæres, & Sempronius ē sit institutus sub conditione, impleta conditione institutionis Sempronij repertiuntur ambo instituti, & dicimus admittēdos eos esse vniuersim, vel q̄ sic dicantur vocati, vel q̄ (si vis quemlibet in totum institutum) facient sibi partes per cōcursum, iuxta l. cū quo. C. de leg. cum si. Sed in proposito sic videtur, nam filius purē d̄ institutus, nepos verō sub conditione, si filius desinat esse sū, quæ conditio per emancipationem dicitur impleta, ergo &c.

Sed p̄tra hanc opi. virgere v̄ d. l. cū in testamento, de hæ. inst. ibi, nullo. n. casu &c. R. respondēt tñ isti Nouissimi. q̄ ibi nōn institutio nepotis fuerat, sed substitutio, & ita erant facti duo gradus, vt ibi d̄, q̄ nullo casu p̄currat. Fuerat. n. ibi dictū, si filius mē viuo moriet̄ &c. p. quæ verba d̄ fieri substitutio, vt ibi. Sed quādo nepos instituit̄, si filius emancipetur, vel si desinat esse sū, & contingat emancipatio, d̄ proprie institutus conditionaliter, & nō fiunt duo gradus, igitur &c. Et verbū instituo, vel hæres esto, quo etiā in primo casu testator vtitur, d̄ importare substitutionem per quandam interpretationem.

Sed aduerte diligenter. Pone q̄ fiat institutio in casum mortis & contingat emancipatio, certe verbū instituo, vel hæres esto, non videtur, q̄ possit in eius importantia variari. Et sic v̄ quōd etiā in casu emancipationis importet substitutionem. Et idēo videtur, q̄ cum institutio non possit concurrere per d. l. cū in testamento, quod est p̄ prædicta. Verū isti Nouissimi in quarta illustratione quam j. ponunt respondent dicendo de hoc non esse disputandum, quia si institutio sit simpliciter in casum mortis, non debet trahi ad casum emancipationis tanquam longē dissimilē, arg. l. commodissimē, §. eod. Et maximē quia non presūmitur q̄ id voluerit testator, quia emancipatio non priuat emancipatum hæreditate, sicut mors, vt per eos. Qui tali casu emancipationis contingente dicunt nepotem præteritum, quia d̄ casus om̄issus. Rumpetur ergo testamentum, & simul filius & nepos admittentur. Et hoc secundum eos melius est, ac æquitati & voto paterno conuenientius, ne filius excludatur. Si velles hoc tenere, remanebit ista opinio & resolutio defensata, & erit singularis, præsertim propter illud vltimum, quod videtur p̄ oēs. Et ad istum tex. respōdebis, q̄ hic non quæritur de interpretatione prouisionis testatoris, sed de prouisione Galli, & an liceat testatori in casibus hic expressis prouidere, prout fuit dictum §. in figuracione casus.

Sed tamen quia omnes tenent prius, concludentes prouisionem factam in casum mortis trahi ad emancipationem, vt ex supra dictis constat, durum admodū esset sic omnibus aduersari. Et vltra etiā videtur q̄ communis opinio sit rationabilis, ne alias testamentum rumpatur p̄ præsumptam mentem testantis, & cōtra iurisconsultum hic, qui sicut & alij ante ipsum, solum testamenti conseruationem procurabat. Et præterea iste tex. bene facit pro communi, vel tenendo seu ponēdo casum secundū Doc. vel etiā ponendo aliter, dicendo quōd sicut Scauola interpretando verba Galli, qui tātum de morte loquutus fuit, dixit posse prouideri etiā in casum emancipationis propter identitatē rationis, ita & nos exemplo tali ductū, prouisionem testatoris interpretabimur, taliter vt etiā casum emancipationis complectat. Quapropter vltra istos nouissimos & alios oēs pro tutela prædicti intellectus, qui multum satis facit, considera quōd ad argumētum §. factum sic responderi potest, præsupponēdo in cæteris cōmunes opiniones. Etenim dicam importantiam istius verbi, instituo, vel hæres esto, posse variari secundum casus contingentes, prout casus ipsi & iuris ratio. expostulare videbuntur, eueniēte ergo casu mortis, vel simili, quo successione & institutione priuetur filius, verba illa stabunt improprie, & importabunt substitutionem nepotis, & ita erunt duo gradus, qui simul non concurrent, vt d. l. cū in testamento. Si verō contingat emancipatio, nepos erit institutus, vt dictum est, & sic verba illa proprie capientur, vt sic dicamus verba ipsa ad plura relata, licet in eadem oratione aliquo respectu stare proprie, aliquo improprie, argumento l. 2. §. de offi. proconsul. & lega. cum concordatibus, de quibus ibi per gl. Nec mirum cuiquam videri debet, nam sicut lex dispositionem factam a testatore in casum mortis filij trahit ad casum emancipationis eius, secundum q̄ communiter dicit Doctores hic determinari, & hoc solum illa ratione, ne testamentum rumpatur, licet casus in se videantur dissimiles) ita & per eadem rationem interpretando faciet, q̄ verbum instituo vel simile in casu emancipationis stet in propria importantia, licet in casu mortis, vel simili esset capiendū improprie pro substitutione, & hoc totum alia etiā ratione fundabatur. Nam vbi iuxta mētē proferentis verba stare possunt proprie, non est ab eis recedendum.

l. non aliter, in prin. infra de lega. 3. vnde in casu emancipationis ex quo filius non desinat esse hæres, seu non fit inhabilis ad hæreditatem & sic eius institutio firma remaneat non est opus deuenire ad substitutionem, merito ergo nepos dicitur & ipse institutus, sed sub conditione, secundum q̄ supra dictum fuit.

Sed quando filius moritur, vel deportatur propter quod fit inhabilis ad hæreditatem, cum ille hæres esse non possit, conuenienter deueniendum est ad substitutionem, per quam nepos in locum filij dicebatur positus. Et propterea tunc ex verosimili mentē testantis, lege sic interpretante, verba stabunt improprie substitutione. Cogitabis super istis, quæ si placebunt, bene erit mihi enim satis videntur applaudere, & in disputatione pulchra essent. Si verō non placeant, considerabis, q̄ fortē secunda resolutio Ias. quinto loco relata poterit defendi (aliquo tamen addito) vt sic dici possit alia & decima resolutio, vt scilicet hic agatur de emancipatione nepotis, non filij, vt verba sonāt, & iam dictū fuit, qui nepos sic emancipatus post mortem filij viuentē auo testatore decedat. & hoc addatur verbis Iaso. Et dices istum tex. p̄tinuari cum fine §. præcedentis. nam cum ibi dicatur, pronepotē posthumum posse a proauo institui, si nascat filio & nepote mortuis se viuo. Sequitur §. noster, & quæritur quid si tātum in mortuis filij casum, &c. & sic nihil dicatur de morte nepotis. Et eo casu & themate retento, quæritur, quid si aqua & ignis interdictio nem patiatur?

Item etiā quæritur quid si nepos ille de medio (qui nō erat institutus) emancipetur, scilicet ante mortem filij instituti, & postea filius moriatur viuo testatore? Et respondetur casum admittendum ad similitudinem mortis. Nam, cum post mortem filij reperitur emancipatus, licet sit præteritus, non poterit rumpere, sicut si esset mortuus. Intellige tamē vt dixi, q̄ postea iste nepos sic emancipatus viuo adhuc auo decedat. In quo casu si nō fuisset emancipatus, iam rupisset testamentum in locum filij, qui prædecesserat succedendo, vt dicitur in §. præcedenti, in fin. Emancipatio autem eius impediuit rupela, sicut & si præmortuus fuisset. Et hoc videtur velle iste tex. Et cum præsupponatur, q̄ iste emancipatus viuo testatore decesserit, frustra dubitatur de bonorum possessione contra tabulas per eum intelligēda. Et ita istum tex. intelligit & hanc difficultatem resoluit elegans Moder. Alcia. in lib. 3. Paradoxorum. c. 9. talem intellectum sibi ascribendo, sed vt vidistis, originaliter fuit Ias. in secunda eius responsione, licet ipse in eo non videatur se firmare, & ista videntur satis applaudere intellectui, quem ego supra dedi in figuracione casus in si seu velis dicere quōd ille intellectus huic resolutioni seruit, & videtur idem cum ea. Sed contra eam plurimum videtur obflare, quia videtur diminutio & extranea subauditio ad istum tex. dicere, q̄ emancipatus nepos decedat viuo testatore, cum de eo hic verbū nullum, immo dico, quōd videtur contra istum textum, qui cum dicat ad similitudinem mortis casus admittendos, non præsupponit veram mortem, ea enim præsupposita, nulla fuisset dubitatio. cogitabis.

Si quis tamen nihil prædictorum approbet, & omnino velt emancipato dari bonorum possessionem contra tabulas, poterit vnde cum loco vltra Doctores aliter & nouiter difficultatem resoluerē dicendo, quōd licet emancipato detur contra tabulas, tamen testamentum non omnino destruitur, sed videtur conseruari, cum in eo reperitur nepos institutus, a quo auferetur dimidia per emancipationem patrem, sicut in simili dicitur in l. prima. §. filio, infra de coniung. cum emancipa. lib. ad quod bene facit l. ex duobus. §. fin. cum ibi not. per gloss. infra de vulgar. & pupil. & ita tenendo conseruabitur testamentum, seu voluntas testatoris, & consilium Galli non erit vanum.

Super quo tamen cogitabis, quia non firmo. Mihi enim (vt verum fatear) non vsquequaque satisfacit, maximē, quia secundum hoc videtur præsupponi per emancipationem tolli ius adeundi ex testamento. Et puto securius esse tenere, quod nono loco dictum fuit, vel etiā nouissimo loco dici posset, fatendo contracta, hoc est, quōd emancipatio non tollat ius adeundi ex iam facta institutione, vt probatur in lista ad si. Item etiā fatendo, q̄ si daretur præterito emancipati, ei competeret contra tab. Sed ad istum tex. respondetur, tenendo quōd Scauola, hic non dubitet de prouisione testatoris, sed quōd hic voluerit notare casus, in quibus testator potest prouidere per interpretationem prouisionis facte a Gallo, prout supra fuit dictū in figuracione casus, & sic inter cætera hic concedatur testatori quōd possit pronepotem posthumum instituere, si nepos a se emancipetur. Et eo facto dicerem eum institutum sub conditione, & vtrunque vocari sequitur emancipatione, vt supra dixi in nona resolutione, & tunc ad verbum conciperet, quod supra in figuracione casus ponderaui contra istum intellectum, posset responderi, quōd debet exponi, id est concipere vellet. Cogita.

Capio aliam oppositionem Bar. quam facit de l. si filius hæres, supra eo. Et in primis caue, quia communiter mēda est in secunda resolutione,

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

Sic enim legi debet, vel & subtilius hic substituitur filio in vno casum, scilicet si viuo testatore morietur, & sic non ponitur in potestate &c.

81 Ex dictis Bar. collige primò quòd † existèntia sui hæredis tollitur per dationem vulgaris substituti solum si ipse suus hæres hæres ita velit, inuitus. n. non desinet esse suus. Quod quidem ratione videtur suaderi.

Nam ideo dicitur tolli existèntia sui hæredis per talem substitutionem, quia. s. videtur positum in eius arbitrio, an velit esse hæres vel ne, vnde si velit, iniquum esset, quòd eo inuito talis existèntia tolleretur.

Secundo collige in secunda solutione talem existèntiam non tolli, quando substitutio fit in vnum casum, qui non pèdet a potestate instituti, seu per quem apparet non esse positum in potestate sua, an velit esse hæres vel ne. exemplum habes per Bartol. cum quo transeunt Doctores. Et tu intellige secundum quòd dicitur in sequenti oppositione.

Hæc tamen procedunt retenta pro vera illa opinione, s. quòd datio substituti vulgaris tollat existèntiam sui hæredis, prout magis communiter tenetur, de qua tamen an sit vera, cum plures teneant contrarium, vide per Doctores maxime Ias. in d. l. si filius hæres, s. eo. Ea enim pro vera præsupposita limitatur per Bartol. hic duobus modis, vt ex prædictis constat.

82 Ex sequenti oppositione Bar. collige † quòd tunc substitutio vulgaris tollit existèntiam sui hæredis, & facit de necessario voluntarium, quando fit expressa, & in talem casum expressum, puta, si hæres esse noluerit, vt per eum. Et sic esto quòd aliàs vulgaris facta in vnum casum trahatur ad alium quòd ad se, vt. l. hæc locum etiã in alio casu, tamen non trahetur quòd ad effectum faciendi de necessario voluntarium Doctores transeunt.

Tu dicas quòd immo illud operabitur, & si fiat gñalis expressio, puta, si dicatur, si hæres non erit. Nam tunc saltem generaliter dicitur expressus casus etiam si voluerit esse hæres. Ita signanter declarat Imol. in l. si filius hæres, s. cod. & ibi refert & sequitur Ias. col. 1. 2. versic. quinta & vltima.

Capio vltimam oppositionem Bartol. cum his, quæ in ea dicit, & ex eius dictis declaratis, pluribus dimissis, collige tres conclusiones.

83 Prima sit, † quòd differentia emancipationis & patriæ potestatis in successione ab intestato etiam iure ciuili dicitur hodie sublatã. Et ideo emancipatus dicitur hodie succedere etiam de iure ciuili. Ex quo sequitur vtilitas maxima.

Primo in eo quòd si cum nepote ex se nato, concurrat, ipsum totaliter excludat, reiecta coniunctione, quòd iure prætorio fit iuxta titulum j. de coniung. cum emanc. lib. 2. in eo, quòd non excluditur anno prout contingit quo ad bonorum possessionem vnde liberi iuxta l. 1. §. largius, j. de success. edict. & l. emancipata. C. qui admit. Sed durabit facultas adeundi per 30. annos, iuxta tex. & quæ ibi traduntur in l. licet. C. de iure delib. Cum ista conclusionem transeunt doctores quasi omnes, & est communis opinio hic per Moder.

Plures tamen repetentes hic videlicet Carol. R. uin. Io. Cro. & Hispani sunt in contraria sententia, dicunt enim, quòd immo nec ab intestato sublata est differentia suorum hæredum, & emancipatorum, sed remanet immutata quòd ad successione parentum, vt sic etiam hodie emancipatus iure prætorio vocetur, annique cursu excludatur, & cum eo nepos ex eo in potestate morientis aut existens concurrat.

Et quanquam plurima dicant, præcipuum fundamentum omnium est, quia non reperitur, quòd in tali successione sit aliquid immutatum, sed solum ius prætorium confirmatum. Et iure ciuili solum additur, quòd emancipati etiam fratribus succedant, quòd iure prætorio non erat expressum, & † ita procedit l. meminimus §. 1. C. de legi. hæred. Et ita etiam dicunt debere intelligi §. nulla verò, iuncto verbo præcedenti in Auth. de hæred. ab intesta. venien.

84 Sic ergo secundum eos emancipati solum iure prætorio a iure ciuili relato & approbato, vocantur, non autem principaliter de iure ciuili, cum quibus, nepotes ex eis velut sui hæredes ex iure ciuili vocati, æquitate prætorie coniunguntur, per titulum illum de coniung. cum emanc. liber. Præterea dicunt ipsi, esto quòd iure ciuili emancipati vocentur, illud tamen intelligitur solum quòd ad hoc, vt succedant, non autem vt suos excludant, vt clarè dicitur in §. emancipati, Inst. de hæred. que ab intest. defer. Nepotes autem in potestate retenti ex emancipatis, sui sunt. §. ita demum, eod. tit. ergo &c.

85 Et † reperio, quòd hæc opinio firmat (eam sibi ascribendo) elegãs Doctor Alciat. in suis paradoxis, lib. 3. cap. 10. motus quia non est verosimile tot antiquas & in volumine digestorum positas per d. §. nullam, esse correctas cum de eo nihil dicatur. Maxime cum mens Imperatoris ibi solum esset tollere differentiam inter agnatos & cognatos, ut ex verbis Rubricæ constat, & non inter emancipatos & suos, cum de eo in Rubrica nihil dicatur, & dñ postea dicitur nullam esse differentiam inter emancipatos, & exi-

stentes in potestate, intelligit iste Doctor respectu effectus, quoniam æquali portione vtrique admittuntur, licet in modo succedendi sit differentia, cum alter iure ciuili, alter prætorio adiungetur, vt per eum videri potest. Sed dicant isti Moderni, quicquid velint, ergo arbitror communem opinionem esse veriorum, & probatur primo in Auth. in successione. C. de suis & legi. ibi. n. dicitur, quòd liberi primi gradus succedunt æqualiter, nepotes verò & vltiores in stirpes, non distinguendo iura sexus, vel potestatis, sed sola causa naturali inspecta.

Ex quibus verbis (ni fallor) emancipatus filius, cum sit in primo gradu, debet nepotem ex se excludere, alioquin non inspicitur sola causa naturalis, sed distinguerentur iura potestatis. Nã si non fuisset emancipatus, absque dubio ita succederet, merito ergo ne emancipatus distinguatur ab existente in potestate, debet similiter vt supra succedere, licet sit emancipatus, cum causa naturalis, quæ sola debet inspicere, ita sit in eo, sicut in non emancipato.

Secundò id probatur in §. 1. in Auth. de hæred. ab intesta. veni. vnde sumitur dicta Auth. in successione, nam ibi loquitur text. de successione liberorum, id est qualiter succedant ascendentibus, & dicitur non debere esse differentiam, an fuerint suæ potestatis, an sub potestate constituti, sed nulli dubium est, si emancipatus non fuisset, quòd solus & in totum successisset, ergo idem dici debet de emancipato, ne aliàs remaneat differentia, an suæ potestatis sit, vel ne.

Tertio satis clarè probatur in d. §. nullam, dum dicitur quòd in quacunque successione (& sic etiam ascendentium, & descendentium) secundum proprium cognationis gradum successores vocantur, nulla habita differentia, quæ antiquis legibus tractabatur, an scilicet per feminam, vel masculum coniungantur, & an fuerint in potestate, vel emancipati. Si igitur secundum proprium cognationis gradum, ergo emancipatus filius nepoti ex se nato, debet in totum preferri.

Demum facit §. si verò cum ascendentibus, in fi. cod. tit. vbi dicitur, quòd nulla differentia seruanda est, siue suæ potestatis, siue sub potestate sit illius cui succedet, nam semper frater eius vtriuque coniunctus cum patre eius succedit, vnde sicut ibi talis differentia sublata est in successione ascendentium, pariter debet dici sublata in successione liberorum.

Non obstat allegata in §. trium, quoniam de facili respondetur, & ad primum respondetur negando argumentum.

Dico enim quòd immo emancipati etiam iure ciuili dicuntur vocari, vt patet ex iuribus præallegatis, & si dicta in argumento procederent, sequeretur, quòd hodie emancipatus a successione parentis solo cursu anni excluderetur. Nõ sic a successione fratris quia facultas adeundi 30. annis duraret, quòd quidem quamdiu ruan esset, quamque absurdum, nemo est, qui non videat. Ad secundum respondetur verum esse, quòd emancipati non vocantur ad exclusionem suorum, scilicet eorum quos non exclusissent, si in potestate mansissent, etenim cum eis concurrerent, sicut etiam concurrerent, si non fuissent emancipati, & ita procedit & intelligitur text. in d. §. emancipati, vt patet ibi in versiculo. Itaque duobus. Sed iste nepos non est talis, quia licet sit suus hæres, tamè remotior est patre suo, nec cum illo emancipato concurrisset, ergo &c.

Præterea ille text. loquitur de iure prætorio, vt ex verbis eius apparet.

Et fateor quòd per eum emancipati non dicuntur vocati de iure ciuili, sed solum ibi refertur ius prætorium, sed hodie nouiter per iura præallegata satis clarè dicuntur ab Imperatore vocati, nulla habita differentia emancipationis & patriæ potestatis, sed sola causa naturali inspecta, merito igitur iste filius licet emancipatus in totum debet admitti exclusio nepote.

Tertio non obstat fundamenta Alciati, quia & ego fateor, ius prætorium & iura multa in volumine digestorum posita, de eo loquentia non corrigi, sed filijs emancipatis additur nouum remedium succedendi & vtilius, & tamen quis velit vt iure prætorio, & venire per bonorum possessionem possit, & tunc illo iure vteretur cum suis qualitatibus, & ita voluit Bar. in l. 1. de coniungend. cum emancip. lib. Sicut in simili dicimus, quòd titulus de fideiuss. non corrigitur per titulum de constit. pecu. licet melius provideatur, quia scilicet etiam pacto nudo quis dicitur obligari, vt traditur in rubrica de fideiuss. Et dicere, quòd ex verbis rubricæ non constat, Imperatorem voluisse tollere differentiam emancipationis, &c. nihil est, quia si tollitur differentia agnationis & cognationis, satis etiam & illa tollitur, cum per emancipationem deficiat esse agnatus, & cognatus remanebat. Et præterea quicquid in rubrica continetur, satis nobis est, quòd istud clarè dicitur in tex. in locis supra allegatis pro ista opinione. Nec est nouum aliquid in tex. poni, quòd in rubrica non exprimitur, vt per Doctores traditur in l. 1. s. si certum petatur.

Nec placet illa expositio Alciati vltimo loco relata, quoniam si diuerso iure vocarentur, remaneret differentia inter emancipatos & exi-

& existentes in potestate, saltem in eo contra illam vniuersalem negatiuam, nullam, que in parte falsificata, tota falsa redderetur. Ibi is qui duceta. §. vtrum, infra de rebus dub. Et vltra dico quod etiam in effectu remaneret differentia, quia alter solius anni cursu, alter vero 30. annis tantum excluderet. Et differentia effectualis appareret, etiam si contingeret ex emancipato filio extare nepotem, prout hic presupponimus.

Fatendum tamen est, quod licet quod ad effectum succedendi sit sublata differentia, non tamen quod ad nomen, non enim emancipatus in stricto iure dicitur suus hæres, sed ad suorum similitudinem vocatur.

Sicut etiam & in alijs multis extra propositum nostrum remanet differentia inter suos & emancipatos, vt dicunt hic quidam moderniores.

36 Secunda conclusio est, quod etiam condito testamento quod ad institutionem & successionem sublata est hodie differentia emancipationis & patriæ potestatis.

Et sic secundum Bartol. concluditur, quod nepos præteritus licet in potestate fuerit, non habet ius aliquod contra testamentum, in quo pater eius emancipatus institutus fuit per iura & rationes de quibus per eum, cum quo transeunt Doctores magis communiter.

Et pro hoc (vt etiam inquit Ias.) facit, quia beneficium venienti contra testamentum, dicitur competere propter ius succedendi ab intestato, adeo vt repulsus ab intestato, repellatur etiam ne testamento contradicat. §. item adoptiuos, Insti. de hæred. que ab intest. defer.

Præterea iste emancipatus institutus non debet minus iuris habere propter expressam dispositionem testatoris in eum collatam, quam si haberet tacitam eo decedente intestato. & istud est, quod voluit Bar. in vltimo suo fundamento, sed tunc nepotem totaliter excluderet & sine remedio relinqueret, ergo &c.

Sed huic conclusioni Bar. & communi contradicunt omnes Moderniores, qui etiam præcedentem conclusionem non tenebant, concludentes quod immo per istum nepotem poterit rumpi testamentum seu dici nullum, cum esset suus hæres & reperiet se præteritum, & ita annullato testamento inter eum & patrem eius emancipatum diuiditur hæreditas per titulum illum de coniungend. cum emancip. libe.

Et ita volunt isti Doctores non immutari in hoc ius prætorium. Et fatentur ipsi argumentum, quod qui non habet ius succedendi ab intestato, non auditur contra testamentum, dicunt tamen quod iste nepos etiam ab intestato fuisset vocatus, prout retuli supra in præcedenti conclusione, vt per eos. Verum ego arbitror conclusionem Bar. & communiter verissimam esse per fundamentum Bar. & alia supra relata. Et negatur hunc nepotem ab intestato potuisse vocari, sicut in præcedenti conclusione ostensum fuit, vbi ad fundamenta istorum Modernorum de plano responsum fuit, videas.

37 Et ex his sequitur in effectu alia & tertia conclusio ex intentione Bar. Videlicet quod titulus seu edictum de coniungend. cum emancip. libe. hodie dicitur correctum tam ex testamento, quam ab intestato.

Nam, vt dictum est, solus emancipatus filius succedit, si in testamento fuit institutus, vt in casu Bar. vel ab intestato, si ita pater eius decederet. & cum hac conclusione transeunt Doctores. Eam tamen voluit limitare Pau. de Castr. & Ias. clarè dixit, nisi emancipatus filius veniret de iure prætorio per bonorum possessionem contra tabu.

Nam tunc secundum prædictos, edictum illud non esset correctum. Veniret autem per 3 tabulas altero de duobus casibus. Primo, quando esset præteritus cum causæ insertione, iuxta glo. super versiculo noluit, in §. ex hæredatos, in Authen. de hæred. & falcid. Secundo ex propria voluntate, quia scilicet voluit venire per 3 tabulas, licet posset de iure ciuili annullare testamentum. Et inquit hic Ias. hæc omnia voluisse Bar. in l. r. j. de coniungend. cum emancip. libe. Quæ tamen, ita vt dicta sunt non videtur secuta. Et fatebor isto secundo casu illud posse procedere, quia ei impudendum erit, qui dimisso ampliori remedio iuris ciuilis, voluit vti remedio 3 tabulandi, & in isto casu loquitur Bar. in d. l. prima. At in primo casu ego plurimum dubito. Et primo dico, quod si rectè legamus verba & intueamur mentem Bar. in d. l. prima, videbimus, quod ipse non ita voluit, vt per Ias. allegatur, quia ipse dicit, quod etiam quando emancipatus necessitatur vti remedio 3 tabulandi, puta, quia sit præteritus cum causâ, titulus ille dicitur correctus. Inquit enim Bar. quod licet quod ad modum rumpendi non sit immutatum, tamen quod ad effectum & ius succedendi postquam testamentum rumpitur, non est differentia emancipationis & patriæ potestatis, & sic Bar. videtur velle 3rium eius, quod dicit Ias. Ego circa hoc credo quod vbi sit necessaria bonorum possessio 3 tabul. & sic remedium prætoris, titulus ille de coniungend. cum emancip. libe. subsistat & attendatur. Et ideo tenendo, quod præteritus cum causâ habeat contra tabulas (prout multi tenent) Bar.

malè loqueretur, & posset procedere dictum Ias. Ratio est, quia si prætorium remedium est tunc necessarium, intelliget esse cum ius qualitatibus, igitur habebit locum titulus ille de coniungend. &c.

Verum tamen ego illud non credo posse dici, & ad hoc ostendendum, considero, quod aut inserta causa iusta est, & probatur, aut non. Primo casu testamentum totaliter & pleno iure valebit, & nullum 3 illud remedium dari potest, vnde frustra disputabitur tunc de bonorum possessione 3 tabu. & de edicto de coniungend. &c. cum testamentum prout scriptum est, veniat conseruandum. Secundo vero casu quando causa non sit iusta, vel non probetur, dico quod testamētū reducitur ad nullitatem de iure ciuili, iuxta §. aliud quoque capitulum, in Authen. vt cum de appella. cognosc. ita vt omnia reducantur ad causam intestati, vt ibi habetur. Et sic sequitur quod solus emancipatus succedet, & ita non procedet edictum illud de coniungend. &c. & ita in effectu dicunt hic quidam nouissimi, licet non ita declarent. & ex prædictis omnibus plura sunt inferenda.

Primum, quod immo etiam ius rumpendi est hodie immutatum. Nam, si venit rumpendum testamentum, non erit necessaria bonorum possessio 3 tabul. sed dici poterit nullum de nouo iure ciuili quod videtur contra Bar. & quasi omnes Doctores.

Secundum est, quod edictum illud de coniungend. &c. non procedit, nisi quando quis vtitur beneficio prætoris, & cum eo casu etiam hodie sit attendendum, dico quod non benedicatur per Doctores illud hodie esse correctum, remanet. n. in suo robore.

Sed dico, quod filio emancipato per nouas leges, datum est ciuile remedium, quod ei vtilius est, & ita vt non sit opus vti remedio prætoris. Et hoc in effectu vult Bartol. in dict. l. prima, de coniungendis &c. Facit quod dicitur, titulum de confit. pecun. non corrigere titulum de fideiuf. vt etiam supra dixi in præcedenti conclusione.

38 Tertium quod inferitur, est, quod tex. noster hic virtualiter dicit hodie correctus, & in eo quod presupponit, & in eo quod expressè dicit, presupponit enim quod nepos præteritus filio emancipato rumpit testamentum. Hoc certè hodie non esset. Nam, si emancipatus esset institutus, sufficeret pro conseruatione testamenti, si præteritus ipse testamentum annullaret, & non nepos. Dicit autem iste tex. quod per emancipationem filij, aut nepotis aperitur via nepoti, vel pronepoti substituto. Quod similiter hodie non procedit, cum emancipatus ius omne seruetur ad similitudinem suorum, quamuis propriè loquendo non sit suus, quia quantum ad tale nomen nihil dicitur immutatum, vt supra dictum fuit.

Ex prædictis omnibus inferitur decisio pulchræ & quotidianæ quæstionis, de qua hic per Bal. & alios.

39 Nunquid scilicet 3 stante statuto, quod filia dotata non succedat existentibus certis agnatis (prout tale statutum reperitur Florentiæ, Senis, & in multis alijs ciuitatibus Italiæ) si pater talem filiam prætereat, an ius aliquod competat 3 testamentum patris? Ego vidi sepe hanc quæstionem de facto, & Alex. dicit, quod quæstiones super ea consuluit. In qua certè ex prædictis videtur sumi resolutio. Nam si filia, vt dotata, dicitur exclusa ab intestato, ita vt ius aliquod non habeat in bonis patris, prout per statutum disponitur, non debet posse venire contra testamentum patris, quæ admōdum supra dictum fuit de nepote in casu Bartoli & ita consuluit Bald. hic.

Sed quoniam contingere potest, quod in tali testamento sint instituti illi agnati, quorum contemplatione filia per statutum excluditur.

Item etiam quod sint instituti extranei, qui casus secundum aliquos videntur dissimiliter terminandi. Ideo pro bona resolutione quæstionis, distinctè super his casibus procedamus secundum Alexan. & alios.

40 Circa primum casum, conclusio & resolutio Bald. videtur verissima, vt scilicet filia nullum ius habeat aduersus paternum testamentum per prædicta.

Comprobatur, quia si excluderet ista filia propter illos agnatos patre intestato decedente ex tacita patris voluntate, fortius debet excludi facta testamento, cum eo casu ad sit expressa voluntas in prædictos agnatos, vt vocentur, & sic quod filia excludatur.

Secundò etiam confirmatur, quia quod filia rumpere posset, sua non interest, quia rupto testamento, agnati postea per statutum ab intestato vocarentur, & sic illa omnino excluderetur, merito ex defectu eius interesse non debet audiri, argumento l. primo, in princ. de appella. recip. cum similibus, vt hic per Alexan. qui has duas comprobationes ponit. Comprobatur & terriò, nã 90 3 si filius renunciat successioni ab intestato, non rumpit testamentum præteritus secundum Bar. in l. prima, §. qui habebat, j. de bonorum possessio. 3 tabul. secunda col. in versic. Quarto queritur, & Bald. Imol. in l. filio præterito. infra titulo proximo. Ita ergo & in ista filia dicendum est, cum ab intestato sit exclusa.

Demum facit, quia alioquin sequeretur, patri illud desideranti imputandum esse, cur testatus fuerit, & desiderium suum testido expresserit, quod certè absurdum videretur, prout arguebat Bald.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Gallus.

Bald. in l. maximum vitium. C. de liber. prat.

Hanc conclusionem limitat Alex. nisi filia ista fuisset emancipata, & institutus adeat hereditatem.

Nam cum isto casu solum filia competat bonorum possessio contratabulas, testamentum per eam non dicitur totaliter tolli, iuxta notata in l. filia dotem. C. de collation. & tradita per Bart. in l. illud, infra de bonorum possessio. contratabul. in princ. & consequenter non dicitur deduci res ad causam intestati, vt per eum. Patruus & dominus meus Socin. plus dicit, videlicet quod disputanter idem dici potest etiam in filia in potestate, & sic quod generaliter verum est hanc filiam prateritam posse venire in testamentum, licet a statuto excludatur ab intestato, & sic teneri conclusionem predictam simpliciter loquendo de iure non procedere. Mouetur, quia cum statutum loquatur ab intestato, & sit exorbitans & correctorium, & sic videatur odiosum excludendo filiam, non debet trahi ad causam testati, vt per eum, qui etiam dicit non valere argumentum, vt scilicet qui non venit ab intestato, non audiatur contra testamentum, quia primum reperitur in l. non putauit. §. in adoptionem, & in l. filium. §. videamus. §. de bonorum possessio. contratabul. quos §. inducas vt hic per Aret. Nec secundum dominum meum Socin. obstat l. prima. §. 1. eodem titulo. & l. prima. §. recte, §. si tabu. testa. nul. exta. quia loquuntur illa iura respectu ordinis, quo dari debeat bonorum possessio, non autem volunt non dari eis, qui iure ciuili ab intestato non videntur, quia sic non daretur emancipatis, cum essent iure ciuili exclusi, propter quos tamen praetor bonorum possessionem inuenit, vt per eum hic. Et ex his videntur remota omnia fundamenta Bar.

Nec secundum eum obstat duae rationes, quibus Alex. comprobatur opinioem Bar. quas supra retuli. Quia respondetur secundum Soc. & ad primum duobus modis.

Primo, quod immo non inconuenit aliquando venire per tabulas eam personam, quae ab intestato non vocabatur, vt probatur in d. §. in adoptionem. Vel secundo, quod filia ab intestato reperitur exclusa praeter voluntatem, cum intestatus voluntatem suam non expresserit circa filiam, aut circa alios. Sed ex testamento contra voluntatem non reperitur exclusa, id est, vt priuatur iure veniendi contra voluntatem, quia non ita dicitur statutum, & istud forte voluit dominus meus Soc. in versiculo. Vel secundo, licet verba sua sint fati obscura, & videtur quod vna negatiua sit super illa, super quo tamen cogita.

Vel eius mentem declara iuxta verba eius non remouendo illam negatiuam, dicendo quod si nec praeter voluntatem ab intestato reperitur exclusa, nec etiam ex testamento contra voluntatem, sequitur quod contra testamentum debet esse melioris conditionis, cum magis videretur excludenda.

Vnde, cum non reperitur exclusa, debet dici melioris conditionis, & ideo debet posse venire contra testamentum. Cogita et super ista declaratione. Quam si recte considerabis, cadit in effectum in eundem sensum cum alia.

Ad secundam rationem Alexan. respondetur secundum Soc. nostrum, quod immo potest considerari interesse istius filiae, non minus quam si fuisset emancipata, (quo casu Alex. fatetur eam admittendam ad rumpendum vt dictum est.) Nam per statutum filia dicitur exclusa a iure dicendi nullum, propter quod si nullum dici non potest, sequitur quod testamentum vel valet vel pro valido haberi debet. Et ideo postea per contratabulas non reducatur res totaliter ad causam intestati, vt per Soc. quem videas.

Verum tamen licet ista videantur subtilia, mihi tamen vera non videntur, & ideo verioremi puto communem opin. etiam in filia emancipata per fundamenta, de quibus supra, quibus non est bene responsum ultra quod multis nullo modo responsum fuit. Si enim ab intestato excluditur filia ista per statutum, non video quomodo sit admittenda ad bonorum possessionem contratabulas.

91 Pro regula enim statutum est, eum a bonorum possessione repellendum, cui lex aliqua hereditatem auferat, vt l. non ambigendum. §. si infra de bonorum possessio. Quod tamen intelligo de alia lege, quam sit illa, contra quam dicitur inducta bonorum possessio, vt erat illa, quae emancipatos, & cognatos excluderat. Et erit exemplum, si aliqua lex post beneficium praetoris aliqua ratione cuiquam auferat hereditatem, vt est in casu nostro statutum, & sic ille text. optimè probat illam communem rationem.

Pro qua etiam bene facit dicitur §. item adoptiuos, Insti. de haer. qua ab intest. defer. prout etiam dixi in secunda p. l. in princ.

Nec obstant instantiae datae hic per dominum meum Soc. Nam primo ad d. §. in adoptionem, secundum Aret. responderetur, primo, quod ille datus in adoptionem non venit ad contratabulas dum ex propria persona, sed alterius, quae vt praetoria commisit edictum. Vel secundo dici potest, quod ille ita in adoptionem datus, non venit contra voluntatem defuncti, sed potius secundum eius voluntatem, cum ab eo fuisset institutus, & solum pro ea parte admittatur, in qua fuerat institutus id est non pro maiori, vt ibi per gloss. & Doctores, sed si fuisset praeteritus contra voluntatem testatoris nullo modo admitteretur. Et sic patet quod nihil facit

ad causam nostrum.

Ad d. l. filium. §. videamus, secundo loco pro instantia allegatam, respondetur, quod ibi non excluditur simpliciter ab intestato, sed tantum si non conferat, & sic potest dici quod immo admittat, si conferat, & licet possit ante intentare bono, poss. contra tab. tamen si postea non conferret, cogeretur, aut perderet quod accipit. Nec videntur verae responsiones datae per dominum meum Soc. ad illas rationes Alex. & quod ad primum responsionem datam ad primam rationem dico quod non procedit, quia instantia allegata non est in terminis similibus, vt modo dictum fuit. Et idem dico de secunda responsione, vt scilicet non procedat, & verè nihil est, quia contra voluntatem. i. ne veniat in voluntatem illa filia dicitur exclusa per apertam voluntatem testatoris, qui instituendo illos agnatos, dicitur exclusisse eam, & statutum de hoc nihil dixit, quia non erat intentum de hoc loqui, sed curabat loqui, & ita disposuit expressè de successione ab intestato. Et ita disponendo, virtualiter dicitur etiam voluisse, ne veniat contra testamentum per praedicta.

Nec etiam fuit bona responsio data ad secundam rationem Alex. quia veritas est, quod immo virtualiter in casu nostro reducatur res ad causam intestati, si filia veniret in testamentum, quia nil aliud est testamentum annullare, quam viam intestati aperire. Et contrarium de iure non probatur.

Nec obstat quod de emancipatione dicebat Alexan. quia falsum est. Et dico idem in ea, quod in filia in potestate tamen respectu decisionis, vt scilicet etiam excludatur, quicquid voluerit Alex. ne alias sit melioris conditionis contra paternum testamentum, quam illa, quae est in potestate. Quod certè absurdissimum esset, vt de se patet, quam etiam respectu reductionis ad causam intestati, si aduersus testamentum admitteretur.

Nam etiam tunc testamentum diceretur nullum si de ea fuisset habenda consideratio, quando causa non fuisset expressa, vel postea non probata. Nam, vt supra dictum fuit, teneo quod etiam in modo rumpendi sit hodie innouatum.

Non obstat principale fundamentum Patruus mei de exorbitantia & odiositate statuti, quoniam posset pro nunc dici, quod immo statutum dicatur fauorabile iuxta tradita per Bar. in l. seruo legato. §. si testator, infra de lega. primo. Cum enim statutus non fuerit moti odio foeminarum, sed fauore masculorum. Et cum ista fuerit eorum principalis intentio, videtur quod eo inspecto possit dici fauorabile, argumento l. qui exceptione, in principio, & quod ibi dicunt Doctores maxime Ias. de condi. indebi. Et ex his defenditur opinio Bal. & communis. Sed ultra praedicta quod eam facit, quia videtur a iure pro forma validitatis testamenti, vt 93 filii instituantur vel exhaeredentur. l. inter cetera. §. eo. Et hoc die ista exhaereditatio debet esse cum expressione iusta causae, vt in §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appella. cog. vn de si pater eligit viam testandi, debet testamenti formam obseruare, alias testamentum non valebit, & sic in testamentum venire poterit filia, & pater sibi imputet, qui viam testandi eligendo, formam non seruauit. Ad quod etiam facit secundum, quia cum statutum specificet ab intestato, & debeat strictè intelligi, non debet trahi ad causam testati, vt etiam supra dicebatur.

Et posset negari statutum esse fauorabile simpliciter & absolute, quia potius videtur odiosum, cum filiam repellat ab hereditate, sibi quodammodo debita naturali ratione iuxta l. cum ratio, in principio, infra de bonis damn. Et simul etiam communi voto parentum, vt l. scripto. in fi. infra vn. libe. Et ita videtur velle Bar. in l. r. C. de sacrosanct. eccl. & tradit Decius in consi. 13.

Nec dicatur quod ita tenendo in communem, videretur patri imputandum, cur non decesserit intestatus, prout dicebat Bald. in d. l. maximum vitium, & dixi in vltimo argumento pro communi opinione. Quoniam hoc negabo, sed bene dicam sibi imputandum, quod formam testamenti non seruauit. Et si iterum dicitur, quod pater iste, cum nullam habeat causam exhaeredandi filiam cogeretur ei relinquere, quae nihil ab intestato erit habitura.

Responderi potest primo quod poterit eam in re minima instituire, attento quod nec legitima ei debeat propter exclusionem statuti.

Vel secundo posset forte dici, quod immo non cogetur, sed poterit eam exhaereditare, allegando in causa existentiam masculorum, & statuti dispositionem.

94 Et sic faciet testamentum conforme dispositioni iuris municipalis, prout etiam in dubio quis facere praesumitur, vt tradit Bartolus Dominus meus Soc. & alij in l. haeredes mei. §. cum ita, infra ad Trebel.

Et ita per hanc viam ista opinio contra communem videtur posse sustineri. Quod esset pulchrum in disputatione, maxime propter istud, quod nouissimo loco dictum fuit. Tu cogitabis, & in dubio non recedas a communi opinione, quam ego puto verioremi per allegata supra pro ea.

Et ad ista in primum deducta facile responderi potest. Nam ad primum dico, quod illa forma (posito quod ita dici possit) dicitur indu-

Et a ratione iuris, quod habent filij in bonis, seu ad bona patris. Sui enim dicuntur quasi Domini etiam patre viuente. l. in suis, supra eo. Et emancipati hodie dicuntur suis æquiparati saltem quo ad effectum, vt sic & illi ad similitudinem suorum & succedant, & ius habeant ad bona patris, taliter vt ab eo debeant institui, vel ex iusta causa per exheredationem, vel præteritionem remoueri, vt d. §. aliud quoque capitulum. verum, si quis tale ius non haberet, in quo illa, cum instituta non sit, sed præterita, videtur ex eius voluntate exclusa, prout declarat Alex. in cōf. 13. r. transmissum, in ver. Postremo, libro primo.

Vnde cum ista filia tale ius ad bona patris non habeat propter dictum statutum, sequitur q̄ non est necessario instituida, vel exheredanda &c.

Et potest etiam dici q̄ propter tale statutum saltem quod ad effectum, desierit esse sua, iuxta tradita q̄ Bar. in l. r. §. sciendum, infra de suis & legitimis, & per Bal. in d. leg. maximum vitium, ad fin. C. de liberis præteritis, & maximè sequito postea testamento patris, in quo illa, cum instituta non sit, sed præterita, videtur ex eius voluntate exclusa, prout declarat Alex. in cōf. 13. r. transmissum, in ver. Postremo, libro primo.

Ad secundum respondetur, q̄ licet statutum specificet ab intestato, non tamen ex eo debet argui, vt in contrarium dicebatur, sed bene potest argui, q̄ nō dicitur exclusa a successione ex testamento, si in eo sit instituta, quæ propriè dicitur successio ex testamento, non autem q̄ illa possit venire contra testamentum, & ita succedere, quia tunc diceretur realiter ab intestato succedere contra prohibitionem statuti.

Et stante ista declaratione, quæ videtur iuridica, non est curandum, an statutum sit odiosum vel fauorabile, quia etiã quod esset odiosum, prædicta procederent, quia non fit extensio de casu ad casum, sed semper filia dicitur exclusa ab intestato, & sola differentia est, an pater ipse voluerit intestatus decedere, an ad causam intestati reducatur contra eius ordinationem, & pro ista communi opinione non parum vrget illa ratio, quod non videtur imputandum patri, cur testatus fuerit, vt supra dicebatur.

Nec in eo culpandus vr̄ vt dicebat hic Bar. in questione de nepote. Nec responsiones supra datæ videntur tutæ. Nã prima nō tollit argumentum, quia si teneretur filij relinquere licet minimū satis grauaretur ultra statutum, & propriã voluntatē. Secunda vero responsio vr̄ continens nouum dictum, quod nullibi probatur, non videtur tenenda, maximè quia causæ exheredationis debent respicere personam exheredatam, & eius delicta, seu deprauatos mores, vt in §. causas, in Auth. vt cum de app. cogno.

Circa secundum casum, quoniam scilicet extranei sunt instituti, An-ge hic dicit, q̄ filia poterit venire q̄ testamentum & sua intererit, quia habebit hoc beneficium venale, iuxta l. filium §. erit, de bonorū possessio. q̄ tabu. Sed Imo. hoc negat, & tenet, q̄ immo filia præterita libere & ad sui commodum possit venire q̄ testamentum per bonorum possessio. contra tab. Idem voluit Roman. in d. l. vt liberis, C. de collation. Sequuntur hic Aret. Patruus meus Soc. & Galiaul. & ita consulerunt plures aduocati Florentini, & Senenses vt Soc. refert. Et pro ista opinione primo facit secundum Imo. quia per contra tabulas non reducitur res ad causam intestati simpliciter, vt videtur probari in l. si ex duobus, infra de bono. poss. contra tabu. vt per eum. Hoc enim stante, agnati per ita tutum vocati ab intestato, non auferent ius filiarum, quia non simpliciter reducitur res ad causam intestati.

Secundo facit secundum Rom. quia cum filia per statutum excludatur illorum agnatorum fauore, ab eis tantum debet excludi, sed isto casu illi non succedunt, ergo non debet habere locum exclusio filiarum, quia sicut non ab illis, neque eorum fauore excluderetur, sed fauore extraneorum institutorum. Nec agnatorum existentia videtur attendenda, quia cum ipsi non succedant, habetur perinde ac si non essent in rerum natura, arg. l. si necem. §. si deperatus, j. de bono. libe. cum similibus. Ad quod etiam bene facit l. 2. §. sed si sint sui, infra ad Senat. consul. Tertul.

Tertio secundum Patruum & domi. meum Soc. facit arg. ab vnica ratione statuti cessante, iuxta notata in l. quamuis. C. de fideicom. etenim ratio statuti fuit fauor conseruandæ agnationis & dignitatis eius, vt p̄ Ioã. And. in addi. Spe. in rub. de success. ab intestat. cū concordantibus, vt per Soc. hic & in consi. 28. Circa primam 2. col. in ver. Quinto confirmatur 4. vol. per Corne. in cōf. 82. Licet in hac 2. col. 4. vol. & per Cur. Senior. in consi. 44.

Sed ista ratio cessat extraneis institutis, ergo &c. Confirmat hoc dominus meus Soc. alijs duobus modis, vt per eum.

Ad idem facit, quia attentio, quod pater suo iure filiarum præterire non potest. Sed hoc ei dicitur concedi per statutum fauore agnatorum, videtur hoc priuilegium ipsis agnatis concessum, vnde videtur quod non sit communicandum extraneis institutis, argumen. l. 3. in fin. C. de inoffi. test. prout arguebat Aret.

Quod etiam confirmatur secundum Crōt. quia in hoc statuto caput inclusiuum agnatorum, & exclusiuum filiarum videtur quo-

dammodo correlatiua, & ideo cessante inclusione debet cessare etiam exclusio, Arg. l. r. C. de cupref. lib. r. r. cum simili. vt per eum, qui tamen disputatiue videtur contrarium tueri, vt statim dicā.

Contrariam opinionem videlicet vt testamentum etiam isto casu infringi nullo modo possit, tenuit Paul. de Castr. in cōf. 357. super primo puncto. col. pen. ver. vnde reperio tertiam opinionem, quod etiam sequitur Alex. hic, loquendo tamen in filia in potestate, & dicit q̄ pluries consuluit, & per eum. Et vt dixi hoc defendit etiam Cro. in via disputatiua vt per eum.

Fundamentum omnium & præcipuum huius opinionis est l. r. §. fin. j. de assig. liber. & quod per illum text. firmat Bar. in l. r. §. si pater. 2. col. ver. ex hoc concludo ad aliam quest. j. de coniu. gen. cum eman. lib. Nam in d. §. fin. exclusus filius patroni factio patris assignantis alteri libertum, facit partem ad exclusionem filij alterius patroni quod ad partem suam, licet non succedat, & id est, quia simul & eodem actu contingit priuatio vnus, & translatio in alterum, videlicet per illam assignationem secundum q̄ declarat Bart. in d. §. si pater. Et propterea ipse ibi concludit, q̄ mater in casu suo excluditur etiam, q̄ frater non admittitur alio ad hęc reditatem vocato per fratrem defunctum, vt per eum.

Ita ergo videtur in casu nostro dicendum, filiam scilicet omnino esse exclusam, licet agnati non succedant, eo q̄ defunctus extraneos hæredes fecit.

Ad hoc fundamentum (licet vrgens videatur) tuendo alia & communè opinionem respondet Aretin. & primò ad d. §. si. dicit, illud ibi esse, quia qui subrogatus fuit, non venit q̄ mentem legis, sed præter, cum esset de illis qui ad ius patronatus vocabantur. Sed isto casu extranei veniunt contra mentem statuti, per quod solū agnati vocantur, ideo de casu ad casum non debet posse argui.

Secundo ad doctrinam Bart. respondet illam negando, dum facit differentiam, an priuatio & translatio fiant simul & eodem actu, an diuerso tempore. Inquit enim Aret. quod semper ordine intellectus, priuatio dicitur præcedere, ne alijs duo reperiantur domini in solidum, vt per eum. Caro. Rui. hic dicit neutrum dictum sibi videri verum.

Primum enim videtur falsum, scilicet q̄ in casu nostro institutum veniat contra mentem statuti, quia tunc testamentum de iure non valeret vt per eum.

Secundum vero secundum eum non conuenit casu nostro, immo quo ad eum videtur falsum, quia exclusus nunquam fuit dominus, sed institutus fuit demum post aditam. l. cum hæredes, infra de acquirenda possessio. vt per eum, quem videas.

Sed tamen potest defendi Aret. in vtroque dicto. Nam circa primum, dico, q̄ differentia per Aret. considerata, videtur probabilis, quia in casu isto, vocati extraneum, magis est contra mentem statuti, quam in d. §. si. contra mentem legis fiat illa assignatio, cuius persona cui fit, sit de acceptatis seu vocatis per legem, & quod dicit Rui. q̄ testamentum non valeret, procederet, vbi lex municipalis expresse repugnaret, & hoc respectu fateor, q̄ institutio extranei non dicitur contra statutum, cum ab eo non prohibeatur. Magis tamen offenditur isto casu lex municipalis, quam in d. §. si. lex communis. Nec Aretin. dixit contra statutum, sed contra mentem statuti.

Circa secundum potest primò dici quod etiam hic potest considerari quod exclusus sit dominus, si sit de suis hæredibus, iuxta l. in suis, supra eo.

Præterea & secundo dico, q̄ intentio Aret. est loqui respectu illius iuris, de cuius priuatione agitur vt sic prius quis eo priuatus, & postea in alium transferatur, nec Bar. in d. §. si pater, præcisè loquitur respectu iuris, quod haberet suus hæres, cum q̄ et loquat in præteritione matris, quæ p̄ exheredatione habetur. §. mulier, Inst. de exher. libe. quo casu secundum eum fit tacita priuatio.

Adde præterea quia etiam ultra Aret. videtur q̄ Bart. ibi non bene loquatur in illa sua distinctione. Nam ipse facit differentiam inter præteritionem fratris & matris, vt primò casu, non dicatur præcedere priuatio, secundo sic, & tamen neutro casu datur ius sui hæredis, & vnus tantum actus interuenit. Et dicere q̄ in matre præteritio habetur pro exheredatione nihil est, quia dico q̄ idem in fratre dicendum est, cum sit eadem ratio, tamen exheredatio non sit necessaria.

Præterea posset poni, q̄ frater expresse exheredatus esset. Quare p̄ tutela exclusionis s. positæ posset fortè dici, quod deciso Bar. in d. §. si pater, dum de matre loquitur, non est vera. Nã mater illo casu solū propter fratres excluderetur & ideo cū illi non succedatur, vr̄ quod illa non sit excludenda per rationem de qua supra. Et pro hoc facit dicta l. secunda. §. sed si sint sui, ad Tertul. vbi Bartol. in simili casu videtur ita voluisse, & ita tenendo, ad d. §. final. l. r. de assignan. liber. ultra responsionem Aretin. ex intentione domini mei Socini responderi potest, quod ibi ille agit de lucro, sed in casu nostro, & in casu Bartol. videtur agere de damno, super quo tamen cogitabis.

Secundo contra opinionem Ange. & communem videtur vrgere. Nam, si filia admittitur ad infringendum testamentum, Mar. Soc. Iun. Prima Pars. I redu-

gitima, vtrum ipsa poterit petere supplementum legitimæ? tractat de hac q. Ruy. in consi. 27. 3. vol. & Alex. exēplificat, si dicat q̄ statutum, quod filij masculi ab intestato dotatas filias excludant, & pater filiam instituat in dote, quæ sit minus legitima, & iubeat eam esse contentam, vt per eum. Quæstio ista videt multum diffusâ. Alex. hic refert Salic. in quodam consilio tenere, q̄ filia poterit tale supplementum petere, quam opinionem post multos ab eo relatos tenet hic patruus & dñs meus Soc. & mouetur ex tribus, vt per eum. Qui etiam responderet tribus, rationibus, quæ in contrarium videbantur vrgere, Alex. verò tenet contra rium dicens, q̄ pluries recusauit consulere pro filia, quia vera est opinio contra eam, vt latè per eum, qui rationibus contrarijs respondet. Idem etiam firmat hic Ruin. plurima congerens, vt per eum. Galiaul. etiam idem tenet, quando filia sic esset cum agnatis vocata, vt quæstio præsupponitur, vt per eum.

Tu circa hanc quæstionem aduerte, quia videtur multum p̄dere ab illa antiqua, & satis trita quæstione. † Vtrum. s. per statutum possit tolli legitima filiiabus? de qua per Doctores in authent. nouissima, C. de inoff. testam. Et tradit Ias. in l. si quando, eodem tit. quam etiam Dyn. in c. indultum, de regu. iur. libr. 6. & Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. & alibi sepe de ea loquuntur Doctores, & quam vberime tractant Ioann. Bapt. Caccialup. & Patruus meus Soc. in quodam eorum consili. incip. & nos introducere, quod reperitur inter consilia domini mei Soc. num. 150. 1. vol. & in ea quæstione duæ reperiuntur opiniones, vna est, quod legitima per statutum in totum tolli possit, prout per Cyn. in loco præallegato, & eam dici esse communem Dec. in consi. 19. & pro tenui facultate, s. col. & Alber. Brun. plura congerens in tracta. de statut. exclud. foemin. propter mascul. in 9. artic. in 1. quæstione, & cum ea transit hic Ruin. Alia est opinio, q̄ non possit tollere in totum, sed bene diminuere, prout voluit Riccat. vt per Cyn. vbi s. & per prædictos duos Doctores simul consulentes in d. consi. 150. Quæ opinio est æquior. Ego hic aliter non discutiam quæ sit verior opinio, sed te remittam ad loca prædicta, & alia et vbi de ea disputatur. Neq; etiam pro nunc disputabo de præposita quæstione circa testamentum, quia tempus non patitur, & plures etiam eam dimittunt. Sed in ea tantum dicam, q̄ opinio Alex. & domini mei Soc. quæ videntur tria possunt concordari, vt sic qualibet in casu suo possit procedere, distinguendo, q̄ aut statutum dicit: filia dotata excludatur propter masculos, & pater eam instituit in dote, prout format quæstionem Alex. & tunc vera sit opinio eius, vt. l. filia supplementum non petat, siue teneas, q̄ legitima per statutum possit in totum tolli, quo posito res clara videtur, nam cum statutum cā excludat, & sic dotata debet esse contenta, siue etiam teneas, q̄ per statutum solum possit diminui, nam etiam tunc idem est dicendum, quia cum dixerit, filia dotata excludatur, dicitur statutum diminuere legitimam ad dotem, & dotem in locum eius ponere: merito ergo filia nihil ultra petat. Aut statutum simpliciter dicit, statibus agnatis filia non succedat, & tunc tuendo q̄ solum per statutum legitima diminui possit (quod certe videtur intelligendum quando constare potest, statutum ita voluisse) & tunc filia petet supplementum, cum ex tali statuto non appareat, quod diminutionem fecerit, & sic isto casu procedat opinio domini mei Soc. hic, qui hoc modo format quæstionem, & in d. consi. 150. vna cum Caccialup. tenet q̄ per statutum possit tantum diminui legitima, vt dixi. Et licet fortasse istud idem dici posset etiam tenendo q̄ legitima in totum tolli possit per statutum per eandem viam, dicendo, s. q̄ illud procedat quando expressè apparet, q̄ tollere voluerit, quod in casu isto constare non videtur, tamen istud non firmo pronuncie, quia plerique contrarium tenent, vt Ruin. hic, sed super eo cogitabis, & videas Corn. in consi. 150. Circa præsentem secundo volumine.

Redit nunc Bar. ad gl. & vna cum ea quærit, quid si filius aut nepos de medio emancipatus readoptetur? & respondet, vt per eum, cum quo transeunt Doctores, vt per Iason. & cum aperte tibi verba & mentem Bar. declarauerim in voce, non est ulterius insistendum.

Quærit insuper Bar. quid si deportatus filius restituatur vtriusq; s. noceat nepoti? & prosequere dicta sua vsq; ad verbum induco ad quæstionem solemennem, & dicitis Bar. ad litteram plenè declaratis, (dimissis nonnullis) collige tres conclusiones.

102 Prima sit, q̄ restitutio filij deportati, facta viuo auctore testatore, noceat nepoti, quamuis in locum suitate occupasset, & secundum Bart. hoc est ex eo, quia nepos talis locum occupando in locum patris eius successerat, & personam illius representabat. Aliud autem esset, si suo iure locum illum occupasset. Et ita respondet Bart. ad l. ordine, infra ad municipal. & ad alia, quibus probatur, locum occupatum per alium non occupari, vt per eum. Pro quo videtur l. secunda. s. 1. infra de decurion. sed hanc solutionem reprobant hic Ias. & alij quidam, quoniam etiam in casu isto nepos suo iure, & ex propria persona succedit, & locum suitate occupat, vt ipsemet Bartol. voluit in l. secunda. C. de li-

ber. præter. & sic videtur sibi contrarius.

Et ideo s̄ Ias. verior est solutio Paul. de Cast. dicentis, q̄ ideo nepos in casu isto perdit locum iam occupatum per se, quia non per fecit eum erat adeptus. i. cum effectu, cum adhuc viueret auius. Sed aduerte, quia ista solutio videtur q̄ c. quamuis, de reicr. lib. 6. 103 Et præterea quod dicit hic Bar. defendi potest, nec videtur sibi contrarius. Nam, vt dixi declarando Bart. non vult ipse quod nepos succedat ex persona patris sui, sed q̄ eum representet, & in locum eius succedat in suitate. Et hoc videtur bene dictum, per l. posthumorum, in fin. s. tit. proximo, ibi in locum eius & c. Nec istud negat Bart. in d. l. 2. sed bene dicit, q̄ nepos ad successionem, & bona aui vocatur ex propria persona, & non ex persona patris. Quod similiter est verum, vt per eum ibi. Et hoc tenet hic Clau. vt per eum. Dicit tamen, q̄ licet dictum Bart. vt s. defendi possit plenior tñ solutio v̄ ex intentione Ruy. q̄ ideo hic nepos per restitutionem filij perdit suitate, quia illam acquisierat immediate ex illa deportatione filij. Dicam de hoc s. in 2. limitatione alterius conclusionis, & forte ista fuit mens Bart. hic.

104 Secunda conclusio est q̄ quod ista restitutio non nocet nepoti, si fiat post mortem aui, cum ipse nepos iam esset hæres aui. Non enim talis restitutio præiudicat in iure iam quæsitum, vt d. c. quamuis, de reicr. lib. 6. Sic ergo sequitur, & est notandum, q̄ licet restitutio sit in pristinum statum repositio, tamen non dicitur præiudicare in iam acquisitis, & hoc secundum quosdam videtur ampliandum, vt procedat etiam ante realem apprehensionem, quia cum ius immiscendi sit iam quæsitum, & possit ex arbitrio res ipsas apprehendere, non creditur princeps per suam restitutionem velle in tali iure præiudicare, argumento l. 2. s. merito. s. nequid in loco pub. cum similib. & videtur text. in d. c. quamuis. Sed in hoc contrarium voluit Bart. in l. 1. s. filio. s. ad Tertul. dū gl. istud intelligit post apprehensam hæreditatem. Quod etiam voluit Aegidi. Bellame. in quibusdam decisionibus. Rotæ vt refert hic Patruus & dominus meus Soc. Et pro eis videtur text. in d. s. filio secundum Ruin. hic. Nam ibi ante restitutionem hæreditatis poterat esse delata alteri, & tamen ibi simpliciter dicitur restitutionem operari.

Sed considera, quia cum ille tex. simpliciter & generaliter videtur positus, possit quis dicere, quod et ibi poterat hæreditas per alterum esse adita & apprehensa, quod esset q̄ conclusionem modo positam. Verum pro solutione dicas secundum Bartol. ibi, quod ille tex. debet omnino intelligi nisi hæreditas sit adita, per regulam d. s. merito. sed bene procedit ante aditam, vt per eum. Hoc certe durum videtur, sed de hoc aliquid inferius dicam.

Patruus meus Soc. ampliationem prædictam sequitur in terminis nostris, quia tunc hæreditas ex dispositione & virtute legis dicitur apprehensa propter suitate. Nō. n. videtur dare medium inter mortem, & aditionem iuxta l. in suis, s. de suis, & legit. facit etiam in l. 1. suis, supra eo. Et licet suus hæres possit abstinere, s. sed his permittit prætor. Inst. de hæred. qual. & differentia. Illud tamen dicitur ei permissum in sui fauore. l. si filius qui patris, de vulg. & pupill. vnde non debet ad damnum eius trahi. l. quod fauore. C. de leg. cum similib. Et ita etiam dicit hic Iason. tacito auctore sibi ascribendo.

105 Comptobatur ista opinio, quoniam restitutio restituit iura amissa, non autem concedit, que non fuerunt acquisita, vt declarat Bart. in l. secunda 3. colum. C. de sent. pas. vbi dicit quod glō. nostra hic procedit per hanc rationem. Vnde cum filio ante deportationem non fuerit hoc ius acquisitum, nec per deportationem amissum, non videtur quod illud recuperet per restitutionem.

Et nota quod sub ista consideratione videtur posse dici, quod d. s. filio, procedat etiam si sit per alium adita hæreditas, cū iā fuisset filio ante deportationem acquisita, ex quo mater mortua prius fuerat, & sic filius dicitur eam deportationem amississe, ergo & c. Et ita ille tex. de sui gñalitate simplr. procederet, quicquid dicat ibi Bar. in s̄ rui. Nisi tuendo Bar. dixeris, quod restitutus recuperat amissa, modo reperiant. Nō. n. pot recuperare quæ extincta sūt. Vñ dicat, q̄ ibi non amittit hæreditatem, quia eā non adiuerat, sed dicit amississe tñ ius adeudi, quod tñ considerat dū iacet hæreditas. Illud tñ per aditionem alterius fuit extinctum, iō & c. cogitabis.

Procedit igitur ampliatio prædicta in terminis nostris loquendo de filio & nepote, vt per dominum meum Soc. & iam dixi. Et licet plerique contrarium tenent, mihi tamen pro nunc placet, vt dixi, licet fatear, articulum esset dubium, & forte contrarium posset de facili sustineri: sed pro temporis angustia nō intendendo nunc aliter prosequi. In alijs autem personis magis dubitari potest. Pone. n. quod filio iam deportato, hæreditas fratri defuncti aut remotiori defertur. Nam tunc cessat ratio suitate, vnde videtur, q̄ si frater non adiuuit, filius restitutus recuperet hæreditatē, seu ius adeudi, vt d. s. filio, scdm, quod intelligit ibi Bar. Et ista opinio quam sequitur Ruy. est multum æqua, ne. l. filius matris, aut patris hæreditate, sibi naturaliter debita, priuè iuxta l. cum rō, in princ. s. de bon. damna. Immo videtur tali æquitate

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

te considerata, q̄ deberet hoc procedere, etiam si per fratrem defuncti, aut alium remotiorem hereditas esset adita, propter generalitatem d. §. filio, vt etiam supra dicebam. Nec ita tenendo
106 obstat q̄ Princeps ius alteri quaesitum non dicitur auferre, & maxime dominium rerum acquisitum per aditionem, cum illud dicatur de iure gentium. l. ex hoc iure, supra de iust. & iur. Quia responderi potest, q̄ illud posset esse verum, quando causa non subesset, at ex causa potest. l. item si verberatum. §. i. in fin. §. de rei vend. & isto casu videtur iusta causa, ne filius parentis hereditate priuetur. Posset & secundo dici, q̄ immo simpliciter, potest princeps auferre, quando dominium acquiritur de iure civili, prout est quando per aditionem hereditatis, fm gl. in l. ea quae
107 ciuilitate, de acquir. rerum dom. Etenim licet distincta dominia fuerint de iure gentium. Et hoc tantum dicitur in d. l. ex hoc iure, tamen non est dubium etiam iure civili dominium posse acquiri. l. in rem, in princ. & ibi no. supra de rei vend.

Præterea & tertio dici posset, q̄ argumentum procederet nisi causa acquisitionis reduceretur ad non causam. Dico enim q̄ causa acquisitionis fuit deportatio filij, quæ per restitutionem dicitur sublata. Quando enim alicui acquiritur ex ipsa deportatione, videtur q̄ illud perdat per restitutionem deportati, vt supra dicebā, & inferius plenius dicitur, & ad supra dicenda circa hoc me remitto. Nec obstat q̄ restitutus solū, quæ amisit, recuperat, & hic nil dicit amisisse, cum deportatus fuerit viuo patre. Quia responderi potest, primo, q̄ satis videtur amisisse, cum hereditas parentis ei dicitur debita, seu quasi debita iure natura, siue naturali ratione vt dicit. l. cum ratio, & §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appel. cog. & est glo. in l. 3. C. de iur. & fac. ignor. Vel secundo dici potest q̄ recuperet amissa tantum, & etiam ea, quæ veniunt in consequentiam amissorum quasi accessoria, argumento c. accessorium, de reg. iur. lib. 6. cum simili.

Dico enim q̄ amisit ius sui heredis, & consequenter ius succedendi, cum pater morietur. Cum ergo pater postea decesserit, & filius deinde restituatur, videtur satis honestum, vt etiā ad patris hereditatem admittatur, etiam q̄ per alterum fuerit acquisita, & multo magis si tantum delata erat.

Et ista opinio pulcherrima esset in disputatione, & contra omnes, magna tamen equitate niteretur. Et si quis eam tenere velit, ad iura allegata hic per Bar. posset respondere, vt infra. Primo, n. ad l. & si sine. §. sed quod Papin. supra de minor. potest dici quod immo facit pro prædicta opinione, quoniam ibi cum effectu hereditas recuperatur, & hoc puto considerandum, nomen autem heredis remanet ibi ex natura & qualitate sui, quia scilicet hæres, perpetuo dicitur hæres, vt ibi. Etenim vis & nomen, illud ra dicatur ossibus adeptis, vt inde regulariter non euellatur. l. quis ergo casus, cum gloss. supra de pecul. Et probatur hoc in l. ei qui soluendo infra de hære. inst. & in §. restituta, Instit. de fideicommiss. hæred. allegato hic in glo. Et similiter secundo loco respondetur ad l. si. C. de repud. vt. f. & illa retorqueatur, dum loquitur de restitutione in sine legis. Nam & ibi clarè dicitur, recuperari in alterum translata. Et dum de maiori loquitur, non est propria restitutio, sed quædam benignitas legis, ratione paternæ coniunctionis, & fauore sui heredis inducta, quæ tamen dicitur sic qualificata, vt ad res venditas non trahatur.

Tertio ad l. q̄ si minor. §. Scauola, supra de mino. responderi potest varijs modis secundum varias solutiones datas ibi per gl. ad l. fin. quæ illi §. Scauola, multum videtur contrariari. Et communis solutio est, q̄ ibi illud sit, quia hereditas per substitutum vendita fuit, & sic laboribus eius parata pecunia, lex autem fin. loquitur quando à creditoribus. Et ratio differentia est, quia primo casu nomine substituti, & sine iniuria defuncti fuit facta venditio: secundo casu nomine defuncti, & cum eius iniuria, vt per Bar. in d. §. Scauola, & per Salj. & alios in d. l. si. Nec demū huic opinioni (si disputanter eam tenere velit, obstat d. c. quamuis, de rescri. lib. 6. quia responderi potest, q̄ ibi agitur de recuperatione eius, quod non iure communi, sed ex speciali concessione Principis competeat, qui Princeps ante restitutionem in alterum transulerat. Nos verò loquimur quando agitur de recuperatio eo, quod communi iure competeat, sed deportatione fuerat amissum, videtur enim quod per restitutionem sit omnino ei restituendum. Et ex his videtur quod ista opinio licet contra omnes, in via disputationis & in stricto iure defendi possit, cogita tamen.

Si tamen vis tueri contrarium, & sic defendere ampliationem prædictam generaliter etiam in non suis, & etiam ante adita, vt posita est, facias præcipuum fundamentum. Quia licet hereditas non sit adita, tamen dicitur quaesitum ius de præsentibus, & tale, quod nunquam fuit deportati, cum deportatio viuo patre contigisset, & sic sequitur q̄ tale ius non fuit amissum, merito ergo per restitutionem non debet illud recuperare, seu potius consequi per ea, quæ supra dicta fuerunt. Non obstat d. §. filio, quoniam raderi potest, q̄ ibi ius ad eundem erat amissum, cum filio tempore mortis matri existenti in ciuitate fuisset delatum, & certe non videtur q̄ talis existentia ibi sine ratione consideretur, cogitabis tamen.

Ex dictis in præcedenti conclusione inferitur, & sit tertia conclusio Barto. q̄ restitutio per Principem concessa deportato, vel exuli siue (vt aiunt) bannito cum publicatione bonorum non trahitur ad bona iam in alterum translata per fidei iurum, sed tantum operatur circa bona existentia penes fidei iurum. Hoc tamen intellige, quando restitutio trahitur ad bona, puta, quia sit dictum ad bona, vel etiam si dictum sit, restituimus te in integrum &c. secus si tamen poena remittatur, vt l. 2. C. de sen. pas. vide hic per Ias. intel. lige etiam prædicta, quando aliàs voluntas Principis non esset in contrarium, puta, quia dictum sit ad bona etiam in alium translata. Nam tunc cum de voluntate constet, solum de potentia esset disputandum, videlicet, vtrum Princeps sic restituendo possit auferre bona eis quibus quaesita erant. Et communis est conclusio, quod possit cum causa, secundum quod voluit Bar. in l. ite si verberatum §. i. supra de rei vendi. & in proem. digestorum secundum col. & ante eum dixit Cyn. & sequuntur alij in l. fin. C. si contra ius vel utilitatem publicam.

Et nota q̄ quia dici solet, quod in dubio causa præsumitur in Principe, vt voluit Cyn. post Iacob. de Arena in l. rescripto. C. de p. c. imperato. offer. Bar. in l. relegati §. i. de poen. Ale. consi. 2. visis codicillis. num. 62. lib. 1. Barbatia in consi. 34. Præclare optimus dixit, col. fin. post prin. secundo volum. cum concordantibus, vt per patruum & dominum meum Soc. in consi. 164. visis bulla. §. colum. 2. vol. & in consi. 120. Memini me aliàs quarta columna, tertio volum. Quod valde notabis, quia seruiet ad multa, & quando tibi contingit recurrere ad loca prædicta, & ad alia etiam quæ diligens inuenies. Hoc declara, & multum singulariter limita, quando causa aliqua verosimilis potest considerari, & in hominis imaginatione venire potest: secus si nulla causa potest considerari (de probabili loquor) nam tunc remanet sola voluntas Principis quæ non est potens, ius suum alicui auferre. Ita signanter dixit Soc. meus in consi. 120. col. octaua, & Curt. iunior in consi. 170. Habita diligenti consideratione. num. 22. & 23. Et ego sepe dixi consulendo & inter alia in consi. 65. In casu occurrenti num. 8. secundo volumine.

Item & secundo limita, quando Princeps motu proprio quid particulariter disponat, secus si non motu proprio quid faciat, quia tunc quæ sumus in particulari dispositione causa non præsumitur, ita Roma in consi. 436. Quod indultum. num. 16. vbi allegat rationem, sic etiam voluit Fel. in c. quæ in ecclesiarum. col. m. h. 2. in vers. Limita quinto, vbi etiam Deci. de constitut. Et Marsil. qui concordantes allegat in singulari. 6. In principe tempore, quot etiam valde notabis, quia sepe contingit, & ita ego in contingencia facti respondi.

Limita tunc hæc tertiam conclusionem Bar. primo nisi restitutio fieret de iura iustitia. Nam tunc, etiam in alium translata, recuperantur, vt in toto titulo, supra de minor. & C. de integ. restit. vel et si sententia vel iniuria retractaretur, iuxta l. i. in si §. de quaest. Facit l. nec nouum, §. de condit. indeb. ita voluit hic Cuman. & Nell. in tractatu bannitorum in prima parte, tertij temporis, quaestione 11. referunt, & sequuntur Ias. Claud. & recentiores. Ratio est secundum eos quia restitutio, quæ sit ex ordine iustitiæ fauorabilior est, & debet pinguius interpretari, prout videtur velle Bar. in l. cum quis. §. si quis pro eo, infra de soluti. secunda col. sed clarius dici potest, rationem esse, quia quod restitutio sit de iustitia, declarat omnia per prius facta, male & iniuste facta fuisse, merito ergo debent retractari, quod non contingit, quando de gratia restitutio conceditur.

Hinc tunc est, quod si fructus sunt restituendi, iuxta l. quod si minor. §. restitutio, §. de minori. Et ex hoc ultra Doct. infero, quod si quis condemnatus sit, ita vt non cadat appellatio, possit tamen ad principem supplicari, iuxta tradita per Doctores in c. ex literis, de integ. restit. Et interim pendente supplicatione, bona in alium sint translata, cum per supplicationem executioni non impediat, vt in capit. seiscritata, eod. tit. & in auth. quæ supplicatio. C. de precij. impet. off. si postea fiet restitutio, etiam bona recuperantur, licet in alium translata, cum illa fiat de iustitia.

Secundo tunc limita nisi ius alteri sit quaesitum immediate ex ipsa condemnatione, nullo alio facto interueniente, quia tunc etiam tale ius recuperatur, vt videtur probari in l. siue libertus, in principio, infra de iur. patron. facit l. fina. C. de senten. pas. prout Ias. hic inducit. Facit etiā l. i. §. fin. j. de bonorum possessio. d. tabulas vt per Carol. R. in. Item secundum Are. facit etiam l. nec nouum, §. de condit. indeb. sed ibi restitutio sit de iustitia, & sic illa lex non videtur ad propositum, alia tamen bene faciunt. Hinc Andr. de Hemia magnus feudista in capitulo primo de vasa. de
115 crep. 2ta. dicebat, quod si vasallus priuatus feudo, propter delictum, immediate, si restituatur, etiam feudum recuperat vt per eum.

Hinc etiam inferitur secundum Ale. hic post Bald. ad pulchram quaestionem. Si ex forma statuti bona homicide pro dimidia dentur heredibus occisi, & pro alia dimidia publicentur. An si postea homicida restituatur, recuperet bona applicata heredibus occisi?

occisi? Et licet Bal. velit hic quod non recuperet, eo quia iam ius erat alteri quaesitum, qui non praesumitur Princeps voluisse praesudicare. l. 2. §. merito, j. ne quid in loco publ. & c. quamuis. de rescriptis, lib. 6. cum similibus ut per eum.

Tamen contrarium videtur dicendum per hanc secundam limitationem, & ita voluit Ang. in l. si pater filium, §. de adopt. videtur enim, quod dictis haeredibus occisi bona illa fuerint quaesita immediate ex ipsa condemnatione, alio facto non interveniente. Sed Alex. distinguit: Nam aut bona non sunt realiter perditos haeredes apprehensa, & procedit opinio Angel. secus si fuerint apprehensa. Nam cum tunc sit translatum dominium, procedat opinio Bal. vide per eum.

Ad quod bene facit doctrina Bart. in l. i. §. filio, in fin. j. ad Tertull. Iasoni durum videtur, quod ius quaesitum auferatur, & ideo simpliciter sequitur opinionem Bal. dicens, quod ita etiam tenuit Alex. sibi contrarius in consi. 190. Mature digestis. 2. col. 2. vol. & alibi etiam ut per eum. Non tamen respondet Iasoni rationi praerogatae, scilicet quod acquisitio dicitur facta immediate ex ipsa condemnatione. Placet tamen mihi eius opinio, ut sic cum Bal. teneamus, quod indistincte haeredibus occisi bona non auferantur etiam ante realem apprehensionem.

Et pro resolutione difficultatis, & ut praedictae rationi contrarium factae respondeatur, considera quod aut ex ipsa condemnatione alicui tertio ius aliquod acquiritur, nulla extrinsecus habita consideratione, sed simpliciter sic lege ordinante, & tunc illud recuperatur per restitutionem, etiam si in tertium illum esset facta translatio realis, ut d. l. siue liberus, & d. l. fin. Ratio est, quia tunc causa translationis reductitur ad non causam; unde cessante causa & c. cum cessante, de appellat. cum simili.

Aut quid acquiritur respectu aliquo extrinsecus considerato, qui per restitutionem postea sequitur, non cessat, & tunc non fit recuperatio etiam ante realem apprehensionem, & ita in casu isto dicendum videtur, cum illa dimidia detur ratione offensionis, quam haeredes occisi patiuntur, quae quidem per restitutionem non remittitur per compositionem cum principe factam, ut per Bart. in l. venia, in fi. C. de in ius vocand. quem allegat hic notissimus quidam hanc distinctionem sentientes, licet non ita aperiat. Et ex hac declaratione infero contra fere omnes Doctores, & contra conclusionem, §. positam, quod si in terminis nostri text. fiat restitutio deportati filii post mortem aui patris eius, recuperabitur haereditas de manu nepotis, etiam postquam fuerit adita, cum ex sola deportatione fuerit illi acquisita nihilo extrinsecus considerato.

Nec reperitur lex faciens illam distinctionem, an fuerit haereditas adita, vel ne, sed potius generaliter loquitur, ut d. l. i. §. filio ad Tertull. & hoc etiam quidam notissimi hic velle videntur, licet non per hanc rationem, & ita tenendo, non obstat d. c. quamuis, de rescriptis, lib. 6. Quoniam ibi non immediate quaeritur, sed ex expressa concessionem Papae. cogita super hoc quod profecto pulchrum esset in disputatione, & forte verius in puncto iuris.

Verum si velis tenere cum Doctor. quod saltem post aditam non fiat recuperatio, dicas illud procedere ex eo, quia tunc videtur quod situm dominium facto suo scilicet per aditionem, & non ex sola condemnatione. Illa. n. solum fecit successibilem, seu suum haereditatem, & sic videtur, quod aliquid extrinsecus intervenierit. Mihi tamen videtur, praedictam opinionem contra Doctores probabiliorem esse per praedicta. Etenim quod dictum est de facto aditionis videtur venire in consequentiam, seu in executionem acquisitionis a deportatione provenientis, & propterea non videtur considerandum, ut in simili de accessorio dicit Bart. in l. fin. C. de sentent. pass. 4. col.

118 Nec obstat si dicatur, quod si sic diceretur auferri nepoti dominium, quod est de iuregeni. am. l. ex hoc iure, §. de iustit. & iur. & sic non debet posse auferri sine causa etiam per principem, secundum Bart. in litem verberatum, §. i. supra de rei vendic. Quoniam responderi potest, quod istud debet tolerari, cum sequatur accessorie, & in consequentiam ad successionem, qua lex restituens do concessit, arg. c. accessorium, de reg. iur. lib. 6. & eius quod dixit Bart. in d. l. si. col. 4. & dici potest, quod satis dicitur ablatio fieri cum causa acquisitionis tollatur, & reductur ad non causam.

Nec obstat, quod cum filius per deportationem viuo patre suo haereditatem non amiserit, cum non fuisset delata, non videtur quod eam recuperare possit, iuxta Doctrinam Bart. in d. l. si. 3. col. Quia responderetur, quod immo virtualiter dicitur amisisse, quia quando pater decessit, eam habere non potuit, solum propter deportationem, & sic dicitur perdidisse ius ad talem haereditatem, merito ergo nunc restitutus, debet ius illud, & consequenter haereditatem recuperare. Cogitabis tamen, quia fateor, articulum esse dubium, & forte inferius aliquid dicam.

119 Tertio si eadem conclusio limitatur nisi restitutio offensus sit cum clausula plenissima, puta quod tali sit restituto aut eius restituti non possit opponi deportatio siue (ut aiunt) damnus aut bono-

rum publicatio, vel similia verba dicantur. Tunc. n. etiam in alia translata recuperantur secundum Alex. hic & fuit opin. Cardinal. & Inn. in c. quia diligenter, de elect. Et dicit Alexand. hoc esse notabilissimum.

Idem sequuntur hic patruus, & dominus meus Soc. & Ioan. Crot. ut per eos. Ratio est, quia tunc per illam clausulam dicitur sublatum esse ius possidentis. Nam cum ipse haberet propter deportationem, & publicationem bonorum, illis pro restitutionem cum clausula praedicta remotis, sequitur quod ius eius dicitur extinctum.

Restitutus ergo secundum Alex. petet, fundans se in antiqua possessione ad quam dicitur restitutus, cui de publicatione opponi non poterit propter verba restitutionis. Sed in contrarium facit, quia cum alteri ius suum directe auferri non possit, non videtur, quod per hanc viam indirecte auferri possit. c. cum quid vna via de reg. iur. lib. 6. Ad hoc tamen respondet dominus meus Socin. Hoc tolerari, quia illa dispositio non tendit ad auferendum ius alteri, sed ad moderandam iurisdictionem magistratus allegans, ad hoc Bar. cons. 187. Domini priores.

Et sic recte intuendo, mens Soc. nostri est, non quod verum sit ius ablatum, sed quod iudex de eo non reddet ius. Quo posito, dico, quod proprie obstat regula d. c. cum quid vna via. Ioann. Crot. hic dicit quod ille talis habebit regressum contra fiscum argum. l. bene a Zenone. C. de quadrien. praescript.

Circa hoc multa dici possent, & considerari etiam an ille haberet causam lucrativam, vel onerosam. in lucrativa. n. non solet dari obligatio de evictione, iuxta tradita per illum tex. in l. Aristo. §. de don. Sed tamen brevitati consulendo in multis non insistam. Sed dicam mihi placere illam opinionem quod realiter non sit praesudicatum ei, in quem bona sint translata, & sic quod illa clausula in restitutione posita quantumvis plena non abstulerit ius.

Quod probatur, quoniam si auferret, nil aliud contineret, nisi quod 120 possessori sit ablata facultas excipienda, & se defendendi. Sed per exceptio & defensio ut iure naturae debita, non debet posse tolli, iuxta clemetina pastoralis, & tradita ibi per Doct. de re iud. ergo & c.

Et ita in simili voluit Bar. in extrauag. Qui sint rebelles, in gl. pen. super versiculo mille librarum, post medium, ut itaque quod possessori ius saluum remanserit. Fatendum tamen verum, quod iudex tale ius praebere non potest propter denegatam ei iurisdictionem a Principe in praedicta restitutione, ut sic ipsi possessori non ius ipsum, sed iuris administratio denegata videatur. facit in arg. quod in simili dicitur in l. duo sunt Titij, supra de test. tutel.

Putare tamen quod ipse a Principe petere possit, ut sibi ius faciat & indemnem conservet, iuxta dicta Bar. in d. cons. 187. in fi. Et ita si recte aduertatur voluit Card. in d. c. quia diligenti, de elect. Et ubi Princeps id facere recuset, credo ei concedi recursum ad superiorem d. Principis. Et per has vias defenditur, quod dixi possessori ius saluum realiter remanere, & sic clausula de qua §. vel similis effectualiter non operabitur contra possessorem.

Putare tamen talem clausulam vtilem fore pro eos, quae prime declarationi quiescunt, aut et in loco, in quo, qui clausulam posuit, superior non recognoscit. Nec cuiquam in istis obedientia praestata, ut esset exemplum in Illustrissimo Venetorum Dñio cogita super praedictis.

121 Quarto si ultimo limita, nisi restitutio pro utilitatem publicam facta esset. Nam tunc et in alium translata recuperarentur secundum Are. dominum meum Soc. Ias. & alios plures. allegat omnes Bald. in c. i. §. i. versic. privilegia, de pace Constant. qui vult 122 quod si cum exulibus seu (ut aiunt) rebellibus fiat pax, & restituantur, et alienata recuperabunt, ut sic firmior pax conservetur & ita publicae utilitati faueatur, ut per eum. Hoc tamen dominus meus Socin. hic intelligit, quoniam aliter pax haberi non posset, prout verum velle Pet. de Anchar. in regula. Peccatum. col. 17. de reg. iuris lib. 6.

Tu adverte, quia videtur distinguendum. Nam aut in restitutione exprimitur, quod trahatur ad alienata, & tunc sumus in questione illa. An Princeps id facere possit, cum de voluntate satis constet. In quo iam §. in prin. tertia conclusio dictum est quod pro cum honesta causa. Et isto casu cum causa exprimitur, scilicet pro pace & consequenter propter publicam utilitatem valebit talis dispositio etiam quod pax aliter haberi poterit, quicquid dicat Dominus meus Soc. hic & alij per eum allegati. Immo arbitrari idem esse etiam si causa non exprimitur, si tamen verosimilis, pro ea, quae dixi in hac tertia conclusione in prin.

Aut non exprimitur, quod trahatur ad alienata, & potest dubitari (loquor in casu quoniam aliter pax haberi non posset) & tunc si verba aliqua illud suadeant, teneri potest, quod trahatur ad alienata, eo quod pro talia dici potest, quod ita Princeps voluerit, & sic perinde erit, ac si id esset expressum. Verum si non exprimat, nec verba aliqua illud suadeant, putarem ego quod in alteri translata, non repetentur, etiam quod pax aliter haberi non possit. Nam cum auferre ius alteri sit odiosum, dispositio debet interpretari stricte, ne illud factum dicatur, & sic dicam in dubio Principe auferre noluisse, arg. l. 2. §. merito, j. ne quid in loco publ.

Et eo libentius id credo dicendum, quia semper in arbitrio Principis erit illud declarare, si velit, vel ut pars sequatur, vel Mar. Soc. lun. Prima Pars. I 3 alia

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Gallus.

alia quacunque ratione publicam utilitatem respiciente.
123 Vñ tñ vñ præcipuū in hac materia notabis. f. q̄ f̄ fructus interrim medio tpe percepti regulariter nō sunt restituendi, et q̄ restituitio trahatur ad bona in alterū translata. Illi enim retinentur, auth. Idē de Nestorianis, C. de heret. ita tradunt hic Ale. & alij.

Et licet illa auth. posset euitari, q̄ loquitur specialiter in casu de quo ibi, quasi illi relinquatur in cōpensationē oneris, quo ille prohibetur alienare, donec speratur cōuersio infidelis, &c. tñ ista opinio in casu nostro pbatur ratione. Nā cū prius possessor iure teneret, nec esset obligatus restituere, licet nunc ex restitutione Principis restituat, nō conuenit, eum fructus interim perceptos restituere, argum. l. in fideicommissariā, in prin. infra ad Trebel.

Nec obstat, q̄ aliquando cum restitutione rei etiam fructus restituuntur. Quoniam illud procedit, quando restitutio ex iustitia prouenit, quia. f. possessor non iure tenebat. At isto casu iure tenebat, & restitutio fit tantum ex gratia.

124 Nec obstat, f̄ q̄ verbum restituere ex se vñ importare ē fructus, vt l. videamus, §. in firmiana, §. de vñ. Quoniam illud simpliciter non est verum, sed capitur aliqui et sine restitutione fructuum, vt d. l. in fideicommissam, & in l. bonæ fidei, §. de acquir. rer. dom. Dicemus ergo per tale verbū fructus importari, vel non, ratione subiectæ materiæ. Et ex his bene consideratis patebit non obstar, quæ hic per Iaf. Rui. & Crot. allegantur, qui contrarium tenere videntur, vt per eos. Sed facile eorum dicta tolluntur ex prædictis, quia verè nihil obstat declarando, vt supra.

Aggredior nunc solennem illam quæstionem, ad quam Bart. quæ supra dicta sunt, in inducit. in qua tractatur materia legitimationis. Et vt circa dicta Barto. versemur, prout etiam facit Iaf. eius ordinem sequendo, tria principaliter videnda sunt.

Primo, vtrum legitimatio retrotrahatur?

Secundo, vtrum legitimatus auferat hæreditatē, vel bona his, qui legitimatione non facta successissent?

Tertio, vtrum in legitimatione requiratur citatio eorum, quorum intererat legitimationem non fieri?

Circa primum omnibus bene consideratis ex communi doctorum sententia hic & alibi, facias duas conclusiones.

125 Prima sit f̄ q̄ legitimatio in his, quæ ei fauorabilia sunt, & nulli præiudicant, retrotrahitur, & legitimatus fingitur semper fuisse legitimus.

Pro quo primo videtur l. 2. & l. 1. infra de natal. rest.

Secundo facit §. reliqui, ibi Damus habere successiones &c. in Auth. qui mod. natu. effi. sui.

Tertio facit §. liceat, ibi, naturæ & antiquæ ingenuitati &c. in auth. quib. mod. natu. effi. legit.

Hanc opinionem voluit firmare Bar. in l. 2. in 2. q. in tertio requisito, §. de vulga. & pupil. vt etiam §. dicitur. Et ita etiā voluit hic magis cōmuniter Doctores, vt per Alex. Iaf. Crotū & alios. Reperio tamen q̄ elegans Docto. And. Alciatus in lib. 3. Paradoxorum capite 12. post Bal. & Ant. de But. quos allegat tenet contrarium, volens indistinctè legitimationem non trahi retro.

Primo, quia legitimatio manumissioni æquiparatur, allegat d. §. liceat, qui facit ibi, & sicut in liberis &c.

Pro quo et poterat allegare §. si q̄s vero, ibi præcedētē, in versiculo sic & nos hūc modū secundū, iunctis ibi præcedētibus verbis, manumissio nō retrotrahit, ergo nec legitimatio, vt per eu. 5.

Secundo ponderat §. sic igitur licentia, in eo. ti. dum in eo dicitur, quod facta legitimatione exinde legitimated solatio fruuntur si exinde, ergo non prius.

Et tertio per similem modum ponderat c. tanta, qui filij sunt legit. Nam cum ibi dicatur, q̄ post contractum matrimonium legitimi habeantur, sequitur, quod non ante, & sic videtur in d. iuribus negari retrotractio, vt ipse ibi considerat.

Verū ex istis non puto recedendum à communi opinione, per allegata pro ea. Et ad contraria respondetur, & ad primum, q̄ illa æquiparatio non est respectu effectus, sed tantum in eo, q̄ sicut antiquitus, vt seruus liber fieret, fuit inuenta manumissio, ita nouiter, vt naturalis fiat legitimus, inuenta est legitimatio. Et sic ponitur ibi quædam similitudo causæ, & in modo procedendi. Sed an postea retrotrahatur, pendet aliunde; & alijs iuribus & rationibus determinari debet: vnde manumissio non trahitur retro (posito q̄ ita sit) quia non est ad quid trahatur, nec ad id tēdit. Et per manumissionem solum tollitur seruitus, & datur homini nouum nomen, s. libertinitas, quæ postea tollitur per restitutionem natalibus, legitimatio vero videtur qd id tendere in fauorabilibus & nemini præiudicantibus, & est ad quid retrotrahatur, & fit restitutio naturæ, & antiquæ ingenuitati, & legitimitati, meritò ergo retrotrahitur.

Et præterea iuribus hoc satis probatur, vt dictum est. Non obstat secundum, quia nihil penitus facit, & leuissima est illa inductio, quia fateor, q̄ exinde & non prius filij fruuntur illo solatio, quia prius non fuerunt legitimi. Sed q̄ legitimatio, & frui illo solatio tunc non retrotrahatur, ille tex. nullo modo probat. Et ergo non video quid repugnet. Et eodem modo tollitur tertius,

quia fateor, q̄ ante matrimonium subsequutum, prius nati non possunt dici legitimi, ex eo tamen non sequitur, q̄ tunc non fiat retrotractio, postquam matrimonium fuerit contractum.

126 Et q̄ hoc sit verum, patet f̄ ex cōi opinione Glo. & Doctorū in d. c. tanta, dum volunt, q̄ legitimatus eo modo admittitur ad ordines, quia matrimonium retrotrahitur, & ille dicitur de legitimo matrimonio iuris censura, & idem etiam firmant Doctores in c. cum in cunctis, de electione.

Et ex prædicta communi opinione, vt supra defenata, inferuntur plura.

127 Et primo f̄ q̄ substitutio pupillaris filio impuberi naturali ab initio inualida, validatur, si postea ille legitimetur, et post mortē patris. Nā cū hoc ei proficit, & nulli in iure sibi quæsitio præiudicat, debet trahi retro. Ita voluit Bar. in d. l. 2. in d. 3. requisito.

128 Secundo q̄ f̄ si pater naturalem filium instituat, & postea faciat eum legitimari, institutio de eo facta validatur, licet capacitas in hærede requiratur etiam tempore testamenti, & hoc ex eo, quia legitimatio illa retrotrahitur. Ita voluit Angel. in l. his verbis, §. interdum, & Imol. in l. si alienus, §. in extraneis, ff. de hered. instit. & sequuntur hic Aret. Iaf. & Cro. Et secundum omnes ratio est, quia illud ei prodest, & nulli nocet in iure quæsitio, & ideo retrotrahitur. Et vltra Doctores nota, q̄ pro ista illatione videtur casus in terminis fortioribus in authen. item si quis, la prima, C. de natur. liberis. Nam ibi hoc deciditur, etiam si post mortē fiat legitimatio. Ex hoc aliàs pro conclusione supra posita formabā rationem satis coloratam. Nam in hærede requiritur capacitas tribus temporibus, §. in hered. Inst. de hæd. quali. & diff. Et saltem tempus testamenti, & tempus mortis in quolibet hærede inspicitur, vt ibi traditur, sed in isto non legitime nato, non daretur capacitas tempore testamenti, nisi legitimatio retrotraheretur, & consequenter institutio non valeret: veritas est, quod valet, ergo ille dicitur capax tali tempore, ergo necessario legitimatio retrotrahitur. Nunc autem diligentius considerando videtur in tali argumento fallacia. Nam, aut iste pater habet legitimus filios, aut non. primo casu non potest ita in testamēto suo ordinare, vt colligitur ex d. auth. Item si quis, & in corpore vnde sumitur, cum ille tex. præcise loquatur si pater legitimam sobolem nō habeat, fecus ergo vult, si haberet.

Secundo casu filius naturalis dicitur capax absque legitimatione. Etenim potest eum hæredē instituire, & auth. licet patri, eod. tit. de natur. liber. Et ex hoc infero, q̄ ista secunda illatio, quam Doctores hic ponunt, non sequitur ex conclusione, supra posita, seu illam non præsupponit. Nam illatio vera est, etiam, quod legitimatio non trahatur retro, si pater legitimam sobolem non habeat. Si autem haberet, illatio bene procederet, quando tunc naturalis non esset tempore testamēti capax, nisi per retrotractio nem legitimationis. Et idem est, etiam si per statutum filij naturales simpliciter à successione excluderentur.

Caue tamen, & circa hoc singulariter, nota, quod tunc non quilibet institutio valebit, sed illa, quæ facta sit secundum ordinem legis, qui est, vt ille legitimatus nō plus habeat, quam vnus ex legitime natis, cui minus sit relictum per §. & quoniam in Auth. quibus modis natur. effi. sui. Et licet ille tex. loquatur de legitimo per oblationem curiæ, tamen idem dicendum videtur, & rationi videtur conuenire, etiam in legitimo per reiciptum Principis, & ita dixit ibi Ang.

129 Tertio inferitur, q̄ si non legitime natus fuerit electus ad dignitatē, ad quā alias erat inhabilis, si sequat legitimatio, electio illa validatur, si tñ interim nulli fuerit talis dignitas collata, cum tunc nulli fiat præiudicium. Ita dicebat hic Crot. Nec obstat, q̄ Ioan. And. in c. innotuit, de elect. dicit electionem inualidam, per legitimationem non confirmari, qm̄ secundum Crotū debet tale dictum intelligi, qm̄ interim dignitas fuerat alteri collata, vt per eu. Tu caue, q̄ verba Ioan. And. vti generalia idē important etiam non facta alteri collatione. Et sic videtur q̄ decisio iua sit contra hanc illationem, immo etiam videtur contra conclusionem supra positam. Potest fortè dici saluando conclusionem, q̄ dictum Ioan. And. secundum Galliaul. procedit speciali ratione, quia scilicet lex ab initio electioni resistit, nimirum ergo si per legitimationem non validatur iuxta notata in c. dudum, eo. tit.

Et secundum hoc sequitur q̄ ista tertia illatio non sit vera, super quo tamen cogita. Et videas ibi per Doctores, ego aliter nō insulam, quia non est materia nostra. Et nota quia Io. And. loquitur quando legitimatio fit per subsequens matrimonium, quæ ceteris omnibus videtur potentior.

130 Quarto f̄ inferitur q̄ testm̄ imperfectū inter filios naturales, si postea legitimetur, valebit, ac si inter legitimos factū esset, iuxta l. hac consiliosissima, §. ex imperfecto, C. de testa. Nam et in legitimitatis procedit ille tex. vt docet Bal. in c. causis, de offic. deleg. Ita dicunt hic Crot. & Fortun. Bene facit præallegatus §. reliqui.

Facit etiam quia cum institutio per legitimationem confirmetur, vt iam dictum est, dicitur cum iua qualitate confirmari, vt sic valeat etiam in testamento imperfecto.

Nunc autem conclusio supra posita sic declarata, & exemplificata in dictis illationibus, limitatur, ut non procedat quo ad augendam voluntatem testatoris, iuxta doctrinam Bal. in l. in testamento. q. 9. C. de testam. milit. prout hic refert & sequitur Alex. and. Quod verè est notatu dignum.

131 Vult enim ibi Bald. q. 1 si pater institutus duobus filiis impuberibus, vno legitimo, altero naturali, eos inuicem substituatur, non continebitur pupillaris, etiam sequuta legitimatione naturalis, quia voluntas patris ab initio, quæ præsumitur aliena à pupillari ne sit differens casu. Et sic legitimatio non debet augeri ut per eum. Sed tu cogita, quia de decisione Bald. potest dubitari. Nam videtur q. immo voluntas patris ab initio fuerit utrique facere pupillarem, cum ambo essent impuberes, & propterea potest legitimaui naturalem, ut sic ex tali legitimatione dicamus patrem eius voluntatem declarasse, cum necdum verbis, sed etiam facto voluntas declaratur. l. Paulus, cum ibi notatis, j. rem ratam hab. Et tradit patruus & Dom. meus Soc. in conf. 192. C. ap. difficul. tatem 3. col. 2. vol. & Ias. in l. de quibus 9. col. 5. de legib. cum multis alijs, quæ allegari possent. Videtur. n. q. tempore testamenti habuerit in mente, naturalem legitimum facere, & utrique pupillariter substituere, cum postea illud fecerit. Et maxime quia alias institutio de eo facta, non valuisset.

Facit, quia si expresse testator dixisset se utrique facere pupillarem, valeret utriusque facta postea legitimatione, ut in prima illatione dictum fuit. Et bene probatur in l. 2. §. sed si extraneum, infra de vulg. & pupill. Sic igitur etiam isto casu, creditur ita voluisse, & sic voluntas non dicitur augeri. cogitabis. Nota tamè quia limitatio, quam ponit Alex. mihi placet, quoniam verum est voluntatem non augeri facto, sed bene declarari potest. l. Aurelius §. testamento, j. de libera. lega.

Secunda conclusio doctorum est in prima ista difficultate, q. 132 1 legitimatio non trahitur retro in his, quæ cupiam in iure quæ sito præiudicarent. Ita firmat hic Alex. Ias. Crotus, & Galiaul. & alij multi per eos allegati. Et probant Doctores hanc conclusionem per §. liceat, in Auth. quib. mod. nat. effi. legit. & per §. illud, ad fi. in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. & per c. tanta, qui filij sint legit. ponderantes in dd. iuribus, q. verba semper loquuntur post factam legitimationem, ut per eos. Et ita iura prædicta ad hoc in ducendo, & ita intelligendo, volunt ea restringere, quando agitur de eo, quod alicui in iure quæsitum esset præiudiciale.

Et nota quod per d. c. tanta, eo modo inductum, probatur, q. hæc conclusio procedit, etiam si legitimatio fieret per subsequens matrimonium, sicut etiam dicit hic Ias. Sed tu considera, quia inductio prædictorum euitari potest, sicut dixi supra in præcedenti conclusione respondendo ad inductionem Alciati, qui eodem modo inducebat contra illam conclusionem, intelligendo ea iura generaliter, etiam quando retrahitio non præiudicaret alicui in iure quæsitum, ad ibi dicta me refero. Sed quicquid de di-

133 3 his iuribus teneas, pro conclusione ista facit rō. Nā 1 legitimatio dicitur quædam restitutio, ut per Bart. hic, sed restitutio non præiudicat seu non retrahitur ad præiudicium tertij in iure quæsitum, ut hic per glo. & capit. quamuis, de rescriptis libro 6. ergo nec legitimatio. Comprobatur, quoniam legitimatio nititur auctoritate Principis, loquendo de ea, quæ per rescriptum Principis fit.

134 Sed 1 Princeps non potest ius alteri quæsitum, auferre, vbi in eo non consideratur publica utilitas, ut hic per Paul. de Cast. Alex. Aret. patruum meum Soc. & alios, & est magis cōis opinio, loquendo maxime in terminis nostris, si per viam legitimationis ut hic per Galiaul. col. fi. & per Fortuni. col. mihi 132. in fin. cum aliquibus seq. Et ego aliàs consulendo dixi in conf. 120. Ser. Ber. nardus Astulsi 6. col. 2. vol. ergo &c.

Et ex ista cōclusionē inferitur ad decisionem arduæ illius quæ 135 stionis. stante 1 consuetudine, vel statuto, q. Primogenitus ad certa bona vocetur, aut in omnibus succedat. Nunquid si naturalis filius primò natus post natiuitatem alterius legitime nati, legitimetur, succedat, vel ad certa bona vocetur? ut sic legitimatio videatur ad illum finem retrahi? Et certè videtur quod non: ne eo modo præiudicetur illi legitime nato in iure primogenituræ iam sibi quæsitum. Ita voluit Ioann. And. in c. sine culpa, de reg. iur. lib. 6. & in c. si parte, de rescriptis. eo. li. Sic etiam Bal. Sal. Pau. Cast. & Ias. in l. quoties. C. de rei vend. Alex. D. meus Soc. Ias. Crotus, & recentiores hic cum concordantibus; ut per eos. Et dixi aliàs in confil. 52. Memini me fuisse in 2. q. in fi. r. volum. Ista decisio videtur de plano procedere in legitimo per rescriptum Principis, sed in legitimo per subsequens matrimonium, potest probabiliter dubitari, prout multum dubitat & contrarium videtur firmare Paul. de Cast. hic col. fin. volens, q. talis legitimatio ut primogenitus succedat. Nā in successione impicitur tempus mortis, quo tempore ille reperitur legitimus, & primogenitus, ergo &c.

Nec videtur obflare q. sic præiudicaretur in iure primogenituræ ei, qui primo legitime natus erat. Quoniam respondetur q.

hoc non videtur impedire, quin ita legitimus vsque ab initio dicatur legitimatus fuisse, quia ius illud non erat perfecte quæsitum. Nam & aliàs iuri non perfecte quæsitum per nouum matrimonium præiudicatur, secundum Pau. de Cast. Nam si vnū huius filium, cui debita legitima dicitur tertia pars bonorum patris, authent. nouissima. C. de inoff. test. capiat vxorem, & alios filios habeat, primo filio diminuitur legitima per sequens matrimonium ita ergo, & in casu nostro, & si dicas, in casu nostro non erat in potestate patris ius primogenituræ auferre. Respondet Paul. de Cast. q. nec illo casu legitima potest per patrem tolli, & tamen per sequens matrimonium diminuitur.

Et tenendo istam opinionem, conclusio Ioann. And. & aliorum quæ est communis limitatur, ut non procedat in legitimatione per subsequens matrimonium, quod si est verum est valde notandum. Et si quis dicat, quod immo in qualibet legitimatione idem videtur dicendum, arg. l. 1. in fin. infra de bono. poss. contratabul.

Respondetur secundum Alex. qui vult in totū defendere opinionem Ioann. And. q. ibi pater adhuc viuere, ut per eum, quia nec secus esset, si prius ibi pater deceisset.

Ex qua responsione videtur velle Alex. q. cōis op. solum procedat in legitimatione, quæ fieret post mortem patris, & tamen ipsemet prius videtur firmare circa hoc, cum formet quæstionem quando naturalis legitimatur in vita patri. Immo dici potest, q. mortuo patre legitimum non posset per rescriptum Principis, nisi ut j. dicitur. Quare ad d. l. 1. in fi. aliter responderi potest.

Et primò, q. ibi pater poterat disponere ex arbitrio. At isto casu non erat in potestate eius auferre ius primogenituræ, prout etiam ipse Alexander dicit hic, licet ad aliud propositum.

Vel secundò responderi potest secundum aliquos, q. ibi filius restituitur ad ius, quod suum fuerat, & per deportationem, amiserat. Non sic in isto legitimo, qui nunquam habuit illud ius primogenituræ, & aliàs fauorabilior est, qui recuperat quod iam situm fuerat, quam qui de nouo acquirit. l. videamus. §. in fauina, §. de vsur. Hæc tamen & similia non tollunt fundamentum Paul. de Cast. circa legitimationem per consequens matrimonium, licet ergo in alia legitimatione defendatur communis cōclusio tamen videtur non procedere in ea, quæ fit per subsequens matrimonium per fundamentum Pau. de Cast. ut §.

Si tamen vis, q. etiam in d. casu procedat communis conclusio. Negabis, q. pater per tale matrimonium possit ius primogenituræ tollere, sicut etiam non potest tollere per testam. quia 1 illud pater testari non potest, ut tradunt Doctores in c. licet, de voto. Et firmat Old. in conf. 94. Eleganter circa negotium.

Nec obstat, q. de legitima dicebat Pau. Cast. Qm̄ respondetur, tunc non auferri legitimum, sed tñ diminui, & quidem ordine iuris cum legitima secundum numerum filiorum ordinata sit, & ut inter eos diuidatur quocumque reperian tur tempore mortis, & tale ius filijs debitum per sequens matrimonium non auferatur, sed firmum & immutabile manet: alioquin dicendum esset q. per conceptionem & natiuitatem secundij filij etiam ex eodē matrimonio non posset diminui legitima, quæ iā nato debebatur, q. ridiculum esset. In casu autem nostro istud ius primogenituræ auferretur, cum tantum apud vnum sit futurum. Et ideo pater illud facere non potest, etiam legitimado per subsequens matrimonium. Cogita super istis.

136 Et si velles tenere, q. 1 matrimonium intermedium impediatur legitimationem prædictam (q. pleriq. tenent, & videtur rationi congruum, quia non videtur, q. tunc subsequens matrimonium possit retrahi & continuari vsque ad tēpus conceptionis pp̄ impedimentū matrimonij intermedij) conclusio prædicta caret omni difficultate. Qm̄ tunc ille non diceretur legitimum, si per quo cogitabis. Ego tñ fateor Abb. & plures alios in d. c. tanta, tenere q. matrimonium intermedium non impediatur, ut ibi per Card. Et talem opinionem tenendo, dices ut supra dixi. Et sic remanet defenata communis opin. etiam si per sequens matrimonium primogenitus legitimetur.

Sed circa secundam conclusionem positam in hac prima difficultate & circa articulum istum, aduertēdū est, quia conclusio videtur falsa, & sic videtur q. legitimatio trahatur retro in diffinitè, & sic etiam in præiudicialibus.

Et primò si fiat per sequens matrimonium vñ aperta ratione probati. Nam cum tunc nihil agatur circa filios, solum dicuntur legitimum, quia matrimonium fingitur vsque ab initio legitime factum, merito, videtur q. fiat indiffinitè retrahitio. Ad quod vñ bonus tex. in l. cum quis, in versiculo. Nec verosimile est &c. C. de natul. liber. ibi, ab initio talem affectionem habuisset.

Secundò si fiat per oblationem curiæ, idem vñ qm̄ fit post mortē, iuxta §. si quis igitur, in Auth. qb. mo. nat. effi. sui. Nam non posset succedere patri, nisi talis legitimatio retro trahatur. Et tunc absq. dubio alijs præiudicat, quib. erat acquisita hæreditas, loquor respū coniunctorū ipsius patris, non de alijs filijs, quia si alij filij legitimi superesset, talis legitimatio fieri non posset, ut d. §. si quis igitur Mar. Soc. Iun. Prima Pars. I 4 Tertio

D. Maria Soc. Iun. in l. Gallus.

Tertio de qualibet legitimatione loquendo, idem probatur quia legitimitas æquiparatur restitutioni natalibus factæ de liberis. Nā sicut ibi restituitur q̄s natalibus, vt j. de natali restit. per totum. Ita hic restituitur naturæ & antiquæ ingenuitati seu legitimitati. §. licet igitur, in Auth. quia mod. nat. effi. legit.

Et hoc vñ sentire Bar. hic. Demum facit, quia legitimitas nil aliud videtur, quàm remotio naturalitatis, & illegitimitatis, hoc est fingere illum legitime natū, merito ergo sequi videtur, q̄ retrahitur. Et ista opinio vñ sustentabilis, prout eam defendit hic Fortulicet non alleget omnia prædicta. Et eam tenendo, ad iura contraria, plana est responsio, vt supra dictum fuit, quando illa iura allegantur. Fateor enim q̄ solū post legitimationem, vel de cætero, vel exinde legitimi dicuntur, & non prius, vt dd. iuribus. Sed tamen postquam sic dici cæperunt, finguntur usque ab initio fuisse legitimi, & ita fit retrotractio legitimitatis. Et si aliter illa iura intelligerentur, vtique etiam in fauorabilibus, & alteri nō præiudicialibus procederent, cum illa iura simpliciter, & indistinctè de legitimatione loquantur. l. i. §. & generaliter, infra de legatis præst. & l. de pretio; supra de publici. cum similibus.

Non obstant etiam duæ rationes, quas supra pro conclusione allegabam. Quoniam illæ tendunt solū, ne alicui in iure quaesito fiat præiudiciū. Sed ex intentione Bar. hic nō valet consequentia, non fit præiudiciū, ergo non fit retrotractio. Nā videmus q̄ per fictionem postliminij fit retrotractio, & tñ per se non præiudicat in iure quaesito per vsucapionē, vt per Bar. Sed cōtra hanc opinionem facit, quia si fieret retrotractio simpliciter, certe pater posset legitimatum libere in quo voluerit instituire, sicut de legitime nato dicimus. Sed hoc falsum est, quia non potest ei plus relinquere, quàm vni ex legitimis, cui minus reliquit. §. & quoniam varie, in Auth. quib. mo. natu. effi. sui. ergo &c.

Verum responderi potest, illud esse propter expressam legis provisionem super eo. Nam cum lex illud beneficium concesserit, voluit sic limitare & qualificare, & quidē summa ratione, ne, si aliquis legitime natus reperitur deterioris conditionis legitimitate, de quo ibi loquitur text. Sicut etiam in alio tale beneficium qualificauit, vt scilicet tantum patri fiat legitimus, & non alijs. §. filium, in eodem titu. Et sic videtur, q̄ prædicta opinio disputanter defendi possit, cogitabis tamen. Et in dubio non recedat à communi. Et pro vero responsio data supra ad duas illas rationes videtur periculosa, quia si non fit præiudiciū, videtur q̄ non trahatur retro illo respectu. Et dicere q̄ trahitur, sed non præiudicat, nil aliud videtur quàm dicere q̄ nō retrahitur in præiudicialibus, prout etiam dicit communis opinio, vnde vñ, q̄ prædicta opinio non sit vera, vel non differat à communi. Et simili responsio vltimo loco data ad d. §. & quoniam varie, non videtur secuta, quia fatebor, q̄ illud prouenit ab expressa provisione legis. Sed dicam legem illam etiam velle, q̄ eo respectu non trahatur retro. Et ex his fit expeditum primum dubium, q̄ principaliter tractandum proposui.

137 Circa secundum, ¶ vtum. l. legitimatus auferat hæreditatem vel bona? Alexand. hic (loquendo tantum qñ legitimitas fieret post mortē patri) relatis varijs opinionibus, concludit, q̄ aut hæreditas non fuit adita, sed erat tantum delata: & legitimatus auferat eā, siue ius adeundi, q̄ solū illi de iure civili cōpetebat, seu de iure civili dicitur. Et ideo per Principem etiā sine causā tolli potest clausula non obstante &c. iuxta tradita in leg. si. C. si cōtra ius vel vtilit. public. Si vero hæreditas erat adita, & tunc non auferatur, quia cum iam dominij esset per additionem acquisitū, quod est de iure gentium, non potest Princeps tollere sine causā, vt d. dictum fuit nisi tñ Princeps id facere voluerit de plenitudine potestatis, per l. secundam, infra de natali. restituit. Sed ante omnia considera, q̄ post mortem patris non potest fieri legitimitas, nisi per oblationem curiæ. Item etiam per rescriptum si sic pater in testamento ordinauerat, & nō aliter. Et in hoc secundo casu nō cadit disputatio, quoniam præsupponit ipse naturalis institutus, & ideo dubitari non potest, an alijs auferat, quia nulli potuit deferri ab intestato stante testamento. l. quandiu, la. secundam. ff. de acquiren. hæreditat. & l. antequam. C. communia de successi. Et quod requiratur inter cætera, quod fuerit institutus, declarat Lud. de Sard. in tract. legitimitati. dum tractat de legitimatione per rescriptum sub rubrica requisita pro legitimatione impetranda in 25. & vltima quaestione.

Et ex hoc infero quod inepte & impertinentur loqui videntur hic Pau. Castren. Alexand. Aretin. Dominus meus Socin. & si qui sunt alij, dum dicunt, Principem legitimando post mortē patris auferre ius adeundi. Nam cum dari non possit, frustra de eius ablatione agitur, cum ¶ priuatio præsupponat habitum. l. si decem stipulatus à Titio, infra de solut. §. ieruus, Instit. de capiti. dimiss. &c. ad dissoluendum, de desponsat. impub. cum vulgaribus. In primo autem casu, quando scilicet legitimitas fit per oblationem curiæ potest dubitari. Ego tamen credo, q̄ etiam adita hæreditas auferetur extraneis. De filijs enim non cadit dubitatio, quia eis extantibus talis legitimitas fieri non potest d. §.

si quis igitur, vbi autem non extent filij, cum lex simpliciter dicat, oblatum curiæ fieri legitimum hæredem patrī, intelligam in distincte, & sic etiam, q̄ alter adierit, alioquin frustra legitimitas, tur eo casu. Nec videtur posse dici, quod erit legitimus, non tamen hæres, quia si ita esset, idem dicendum esset etiam si alij legitimi extarent. Nam etiam tunc posset fieri legitimus, non tñ hæres, quod tamen est falsum. vnde sequi videtur, quod cum fiat legitimus, etiam hæres fiat. cogitabis super hoc.

Sed vltra tradita hic per Alexand. Dominus meus Socin. Iaf. 139 & alij latius loquētes tractant ¶ et quando legitimitas fieret in vita patris, quod frequentius contingit. Et Patrius meus Socin. in quaestione illa, vtum per legitimationem præiudicetur circa hæreditatem, plenius attingendo materiam, dicit considerandos esse duos casus, sed est mendosus, & credo quod velit dicere tres. Primus est, quando viuus pater fit legitimus. Secundus quando eo mortuo ante aditam hæreditatem. Tertius quando post aditam. Et ista verba deficiunt, sed inferius bene profequitur talem casum & declarat. Circa primum ergo facit Dominus meus Socin. aliquas conclusiones.

Prima est, q̄ talis legitimitas præiudicat etiam filijs legitimis natis, cum nec ipsi habeant ius firmum super hæreditate viuētis. Et si princeps vel comes legitimans vult, potest etiam filijs præiudicare, cum ad instantiam patris illud faciat, qui de bonis suis poterat, salua legitima filijs, libere disponere. Et ita in effectu voluit hic Iaf. in 2. limitatione. Tamen vt ipse inquit, qui sic legitimat extantibus filijs legitimis videat vñ vnum pecus, etiam si fit Imperator, vt signātor dixit Bal. in c. 1. §. filij nati. si de feud. fuerit controuer. inter domi. & agnat. vt per Iaf.

140 Ista conclusio ¶ limitatur primò in Comite palatino, qui simpliciter habet potestatem legitimandi, quia talis non potest legitimare si patri extent filij legitime nati, sed requiritur quod ipsi Comiti sit specialiter cōcessum, q̄ legitimare possit, etiā si extet legitimi filij, vt hic per dominum meum Socin. dicentem q̄ ita voluit Paul. de Cast. vt per eum. Secundo limitatur conclusio, nisi si in priuilegio Comitis esset clausula illa apponi solita videlicet sine præiudicio legitimorum hæredum, ita voluit Petr. de Ancha. in consil. mihi 241. Ex tenore priuilegij, cum alijs allegatis hic per dominum meum Socin. qui hanc limitationem bis posuit. Tu circa eam considera. Nam aut Comes legitimans nō habet potestatem legitimandi, stantibus filijs legitimis, & tunc ista limitatio non est necessaria, quia etiam sine tali clausula legitimis filijs non fit præiudiciū, vt in præcedenti limitatione dictum est. Et idem dicam, si talem potestatem habebit, sed in legitimatione nulla sit mentio filiorum legitime natorum. Nam ex eo solū illis non fit præiudiciū absque dicta clausula. Et hoc voluit Patruus & dominus meus Socin. hic in secunda sua conclusione, quæ per hoc fit expedita, & ad hæc vide quæ alijs dixi in consil. 142. vltimo puncto, primo volum.

Si vero legitimans talem potestatem habebat, & de filijs legitimis in legitimatione mentio fiat, propter quod videtur legitimantem voluisse eis præiudicare, & tunc videtur quod ista limitatio non sit vera, ne alijs ipsa legitimitas videatur sibi contraria, quod velit filijs præiudicare per prædicta, & non velit per clausulam prædictam. Et ita tenendo dici posset, q̄ illa clausula operaretur solū respectu totalis præiudicij. Non enim in totū excludentur, sed simul cum legitimato vocabuntur. Cogitabis. Et forte poteris saluare limitationem istam hoc vltimo casu, dicendo quod non valet consequentia. Sciebat comes, aut alius legitimans extare filios legitimos, ergo voluit eis præiudicare, cum cōtrarium demonstraret per d. clausulam. Et hoc recēte inuenio voluit dominus meus hic in septima colum. vers. tertio limitati nisi legitimitas &c.

Tertia sit conclusio, quod si de filijs legitimis existentibus sit facta mentio, & legitimans talem habeat potestatem, illis præiudicatur, vt dictum est. Intellige in eo q̄ legitimatus ad partem 141 cum eis vocabitur, vt per dominum meum Socinū, qui ¶ dicit se alijs consulendo tentasse hanc conclusionem communem (licet simpliciter positam) limitare, vt non procedat respectu filiarum, quæ ex forma statuti propter masculos excluduntur, nisi legitimanti sit facta mentio de tali statuto, vt sic non sufficiat notificasse q̄ extabant filia, nisi etiam dictum fuerit, q̄ illa propter masculos excluderentur a statuto. Etenim legitimans propter ignorantiam dicti statuti non creditur voluisse talibus filiabus præiudicare, nisi quatenus iure communi eis præiudicaretur, vt scilicet legitimatus cum illis admittatur.

Et hoc etiam præsupposito, quod legitimatus, vti masculus, excludat filias ex forma statuti, prout firmavit Bald. in leg. eam quàm C. de fideicommiss. quem multi sequuntur, quos referet & sequitur Iafon in leg. cum acutissimi, eodem titulo. Quippe vult Socin. meus quod si legitimans nouisset statutum, forte nō legitimasset, aut non tam facile, propter quod videtur legitimitas reddi subreptitia, & inualida saltem quod ad effectum prædictum vt per eum.

Ad quod bene facit ultra eum communis Doctrina scriben-
 142 tium in c. super literis, de rescriptis, † quæ vult, rescriptum di-
 ci subreptitium, quando exprimitur quid non verum, aut tacetur
 verum. Quod si pro veritate nouisset Princeps, non ita rescriptum
 ferret, vel non tam facile.

Ego illud consilium inter impressa non reperii. Nisi quis ve-
 lit † sit. conf. 2. 46. Eleganter & subtiliter, secundo vol. Vbi in ter-
 tia dubitatione concludit, legitimatum in casu suo, vti masculi-
 num, non excludere filias feminas ex forma statuti prædicti, vt
 per eum.

Sed non credo, quia in eo consilio rationem prædictam non
 ponit, quia fortè suo casu non congruebat, sed alijs pulchris ra-
 tionibus mouetur, vt per eum.

Et licet prædicta limitatio pulchra videatur, tamen dominus
 meus Soc. contra eam duo allegat, & errore impressorum ista
 duo obiecta sunt prius posita quam ipsa limitatio.

Primum est, quia non videtur talis ignorantia statuti verosi-
 milis, cum Princeps præsumatur scire iura, seu statuta sue ciuitatis.

Secundum, † si vult præiudicare filiis masculis in parte, ad
 quam legitimatus cum eis admitteretur, fortius creditur voluisse
 præiudicare foeminis in toto. Attento quod masculis maius ius cõ-
 petebat, quam filiabus propter statutum, vnde si præiudicat ma-
 sculis in parte, dicitur præiudicare foeminis in toto, per argumẽ-
 tum de parte ad totum, iuxta l. quæ de tota, §. de rei vend. cum si-
 milibus, vt per eum. Et cum prædictis argumentis Dominus
 meus Socin. non respondeat, videtur quodammodo decedere à
 prædicta limitatione, vel de ea plurimum dubitare. Mihi verò
 placet limitatio per rationem supra dictam. Et obiectis sic re-
 sponderem.

Ad primum, quod non est ad propositum, quia ista limitatio fundatur
 in ignorantia statuti, & illa præsupponitur in legitimize, in
 argumento autem præsupponitur scientia, saltem præiudicata,
 in quo casu non loquimur.

Ad secundum responderetur quod non valet argumentum seu cõ-
 sequentia in eo facta, quia non est eadem ratio.

Nam filiis masculis præiudicatur in illa parte secundum regu-
 las iuris communis, quo iure omnes filij pariter vocantur, & hoc
 legitimanti erat notum saltem præsumptiue, iuxta l. leges facia-
 tissimæ. C. de legibus.

Et idem dicerem quod ad foeminas, vt. f. legitimatus cum illis
 pariter vocetur, sed quod ipse in totum excludantur ex forma statu-
 ti, non est eadem ratio cum statutum a legitimize ignoraretur,
 & hoc præsupponitur, vt dixi. Et ita ex diuersitate rationis tollitur
 argumentum de parte ad totum, iuxta tradita in d. l. quæ de
 tota, posito quod tale argumentum aliàs valeret, sicut econtra valet
 de toto ad partem.

Et hanc limitationem tenere, posita etiam pro vera illa opi-
 nione Bal. in d. l. eam quam, C. de fideicommiss. & sociorum de
 qua §. vt etiam dicebat dominus meus Socin. De qua tamen du-
 bitari potest, & fortè verius est pro regula, quod legitimatus non ex-
 cludat foeminas ex forma statuti, quasi illud sit restringendum
 ad filios legitime natos, prout post multos Doctores, quos alle-
 gat, firmat Ias. in l. si is qui pro emptore, col. 61. cum duabus sequẽ-
 tibus, §. de viuc. vbi seipsum corrigens aperto ore reprobatur Bal.
 & sequaces, dicens quod contra Bald. est communis opinio. Et
 contra Bald. sæpe consuluit Decius asserendo contra Bald. esse
 magis communem opinionem, vt est videre in consil. 52. Viso e-
 leganti consilio, in consil. 275. In causa quæ Lucæ, & in consil.
 316. In casu proposito. Ac etiam in consilio 393. Consultus,
 & alibi sæpe. Et si hanc opinionem teneas, limitatio prædi-
 cta est indubitata, quia si id est generaliter etiam si legitimans
 sciebat statutum, fortius procedet, si illud ignoret per supra
 deducta.

Ias. hic ad hanc tertiam conclusionem ponit plures aliàs limi-
 tationes, quas per te videas, eas enim dimitto, quia tempus non
 patitur.

Circa secundum quod dominus meus Soc. disputat, quando
 .f. legitimatio fit post mortem patris antequam per alios adeatur
 hereditas, facias tres conclusiones, vt ipse facit, quas aliter
 non dicuntur, sed ad eum te remitto gratia breuitatis.

143 Et similiter etiam circa tertium, quando † legitimatio post
 mortem patris, & iam adita hereditate fit, te remitto ad illum, &
 ad alios. Et vt ipse & alij dicunt communis est opinio, quod eo casu
 non fit præiudicium his, qui adiuerunt, vt per eos, & ego §. aliqua-
 liter tetigi, & de materia vide quæ dixi in consil. 120. Ser. Bernardi-
 nus Astulsi. & etiam quæ dicuntur consil. ibi seq. 2. vol.

Capio modo tertiam principalem dubitationem, videlicet
 144 † vtrum in legitimatione requiratur citatio eorum quorum in-
 terest legitimationem non fieri circa quam breuiter instando,
 & conclusiue loquendo ob temporis breuitatem, cum instet va-
 cationes, ex communi voto scribendum dicas, quod aut legitimatio
 fit post mortem patris, & tunc requiritur citatio eorum, de quo-
 rum præiudicio agitur, vt firmat hic Bartol. & alij sequuntur, &

tradit dominus meus Soc. hic in prima eius conclusione, & post
 cum Moderniores vt per eos. Cum limitatione tamen, nisi legiti-
 matio fieret ex præordinatione patris, vt hic per Bart. & alios ma-
 xime Ias. in secunda eius conclusione. Aut vero legitimatio fit
 patre viuente ad eius petitionem, & tunc communis conclusio
 est, quod citatio aliquorum non requiratur, ex eo, quia pater dum
 viuunt potest de suis bonis ex arbitrio disponere, vt hic per Bart.
 & alios, & ex hac ratione ponitur ad istam communem conclusi-
 onem pulchra limitatio, ut scilicet non procedat quando a-
 licui præiudicaretur in eo, circa quod pater ipse per se ex pro-
 prio arbitrio præiudicare non poterat, vt hic per dominum
 meum Socin. Qui postea ex hoc plura infert descendendo ad
 particularia, vt per eum, ad quem te remitto in pluribus gratia
 breuitatis.

Et inter cætera valde notandum est, quod quarto loco infert
 de substituto. Etenim vtilissimum est id scire, cum frequenter
 contingat.

145 Dicemus † itaque quod in casu quo legitimatus excluderet
 substitutum, puta, si sit ei facta substitutio, si grauatus decesserit
 sine filiis legitimis & naturalibus, secundum magis communem
 opinionem, vt hic per Dominum meum Soc. & alios, non vale-
 bit legitimatio in præiudicium substituti, eo non citato per ra-
 tionem prædictam.

Et hanc opinionem plures magni Doctores tenuerunt, quos
 allegat hic Soc. meus. Et ultra allegatos per eum. Ita etiam firma-
 uit Dec. in consil. 55. Et pro tenui 2. colum. & in consil. 307. Viso
 puncto legitimacionis 2. col. Carol. Ruin. in consil. 106. in questio-
 ne, quæ proponitur. 3. colum. 3. volum. & in consil. 28. In causa
 Dominorum, secunda columna numero 6. quinto volum. &
 Paris. in consil. 9. olim Dominus Camillus, nume. 29. 30. & 31.
 secundo volum.

Nec obstat si quis dixerat quod ita inducendo videtur requiri e-
 tiam consensum, necum citatio. per eandem rationem, scilicet
 ne substituto fiat præiudicium. Et illo posito redderetur indu-
 bitatus ille difficilis articulus, vtrum legitimatus excludat sub-
 stitutum. Nam, si ille legitimationi consentiret, & aliter fieri
 non possit, clarum esset, quod excluderetur ex suo consensu, vt
 hic per Ias. quod tamen non videtur dicendum, cum ille articu-
 lus vti difficillimus acerrimè per Doctores nostros disputetur
 in varijs locis. Quoniam ad hæc responderetur, negando quod re-
 quiratur consensus substituti. Non enim valet consequentia, re-
 quiritur presentia seu citatio eius, ergo & consensus, quia immo
 fieri posset legitimatio etiam eo contradicente si legitimanti vi-
 deberet, sicut etiam videmus in iudicijs. Nam presentia partis
 vel citatio partis requiritur, vt est notum, & tamen redditur etiam
 in inuitos, inter stipulantem. §. 2. ff. de verb. obl. Citatio autem
 quam dicimus hoc casu requiri, fiet ad hoc, vt presentia si velit,
 possit contradicendo allegare rationes suas in contrarium, qui-
 bus fortè impediretur legitimationem fieri, inducendo, legitima-
 turum in suam sententiam. Sicut etiam in simili dicitur de præ-
 sentia coniudicis. Ea enim requiritur, licet contradicente eo, a-
 lij duo iudicare possint. l. si in tres, §. de arbit. & leg. duo ex tribus
 §. de re iud. Et in istis non procedit regula l. qui potest inuitus,
 §. de regulis iuris vt ibi, & in iuribus præallegatis tradunt Do-
 ctores. Et ex his videtur defensata illa quarta intentio Domini
 mei Soc. Et licet articulus sit dubius, & plerique teneant contra-
 rium, & plenius in presentiarum ob temporis angustiam per-
 serutari non liceat, tamen pro nunc sequor prædictam illa-
 tionem.

Et memini me aliàs consulendo per talem illationem & regu-
 lam præpositam inter alia plurima alia fundamenta firmasse, quod
 quædam legitimatio etiam ad feuda facta non valet in præiudi-
 cium agnatorum ad eam non citatorum, quibus post patrem il-
 lius legitimize sine legitimis filiis decesserentem, feudum debe-
 batur, cum pater ille ex arbitrio de feudo disponendo, non pos-
 set prædictis agnatis præiudicare, nec ius illis auferre, & tale con-
 silium est in tertio volumine nume. 95. incip. Magnifici Ioann.
 Baptista & Georgius fratres &c. Cætera & quidem plurima in
 hac vtili & frequenti materia vide hic per Doctores, ad quos te
 remitto. Non enim licet ulterius pro nunc procedere, instantibus
 vacantijs Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi. Aliàs for-
 tasse, (si Deo vnquam placuerit) multas vtilissimas quæstiones
 adiungemus.

Non omitam tamen ad vnum te facere aduertentem. Nam
 146 † posita illa opinione pro vera, prout est magis communis, vi-
 delicet, quod substitutus sub conditione, si grauatus decesserit sine
 filiis legitimis & naturalibus, excludatur per filium naturalem
 legitimatum vt pluries supra dixi.

Dico quod talis opinio non procederet, si in conditione substitui-
 tionis dictum fuerit, si decesserit sine filiis legitimis & natura-
 libus & de legitimo matrimonio procreatis, prout ego firmavi
 in consil. 65. In casu occurrenti, per totum secundo volumine.
 licet contrarium consulerint plerique, & demum collegium
 Pata-

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

Patauinū, & rationes & aliquas decisiones allegauit, & quia istud reputo verissimum, & commune dictum, placet nonnullas auctoritates ultra ibi deductas allegare.

Dico ergo in primis q̄ ita voluit Bar. in cōsilio septuagesimoquinto. Vtō instrumento legitimacionis primo volum. sic etiam voluit Pau. de Cast. in l. si ita quis §. final. in fi. j. de lega. secundo. Mart. Laude. in tractatu de legitima. char. 13. colum. Are. infra in l. ista §. si eius, 5. colum. cum sequenti, & in l. ex facto. 9. col. j. de vulg. & pupil. vbi dicit hanc esse communem opinionem.

Idem voluit Cur. Senio. in consi. 16. Clarus vir quarta colum. Patruus & dominus meus Soc. in cōsi. 3. In causa Domini Guid. 3. colum. vers. Postremo, & c. tertio volu. vbi dicit quod ita communiter concludunt Doctores post glo. sibi in capitu. innotuit, de electione.

Hanc opinionem firmavit etiam Beltrand. in consi. 149. Multa sunt de quibus, numer. 2. & 3. primo volumine, & vltimò dicit quod ita tenent omnes, & plures Moderniores idem consuluerunt, vt Carol. R. uin. in consi. 160. Vtō themate. num. 10. secundum vol. in consi. 30. De duobus, numero. 6. 7. & 8. in consi. 93. Secundum ea quæ, in princ. & apertius, & plenius in consi. 95. Quamuis satis, per totū tertio volu. Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 4. j. ad Trebell. & Paris. olim honorandus collega meus in Patauino Gymnasio in consi. 12. Tranfactio ista, nu. 145. cū duobus sequentibus secundo volu. vbi dicit q̄ ista est vera & communis conclusio, & per præfatos Doctores alij plures allegantur, & in prædictis locis vrgentissima rationes ponuntur, & tu valde notabis & habeas pro indubitato, saltem quando legitimatio fiet per rescriptum Principis, aut Comites vt sæpe contingit.

Demum capio vltimam quæstionem Bart. ex cuius dictis col. 147 lige, q̄ in casu, quem ipse proponit, † præterito potest fieri pupillaris substitutio & cum Bar. trāseunt simpliciter Doctores excepto Ange. qui contrarium voluit, vt Alex. & Iaso. referunt. Cæue tamen, quia Iaso. pro responfione ad argumentum Ang. se remittit ad Alex. qui hic in nona col. ita corruptè legitur, vt solutio ad dicta Ange. bene haberi non possit.

Vnde tu breuiter pro resolutione dictorum per Ang. dicas conclusionem Bar. limitandum esse, nisi pater de medio & sic ille filius emancipatus decedat ante patrem eius testatorem. Nam tunc pupillaris facta nepoti præterito expiraret, cū nepos ille reperiretur in primo loco & præteritus, & propterea rumpere testam.

Procedit igitur conclusio Bar. quando auus testator præcedit. Nā tunc, cū morte eius nepos fiat sui iuris, si moriatur impubes, erit locus pupillari substitutioni ei ab auo factæ, licet in testamento eius fuisset præteritus.

Et ex his fit expeditus Siste celeberrimus, valde utilis, ac plenus subtilitatibus, ad laudem & gloriā summi Dei, in almo Bononiensi Gymnasio, anno Domini 1551. die 20. Martij.

Nota tamen, quod hanc repetitionem incepti iam multis annis scribere in Patauino Gymnasio, sed absolueri nequiu. Nūc autem Deo adiunante, illi extremam manum imposui. Cui soli sit honor & gloria.

S V M M A R I V M.

- 1 Neminem de alienis bonis testari posse, regula dicitur.
- 2 Falcem in messem alienam non licet immittere.
- 3 Pupillare testamentum per se stare non potest sine principali, fallit tamen in milite, vt num. seq. & num. 19.
- 4 Miles potest testari pro filio pupillo, licet sibi nullum fecerit testamentum.
- 5 Consuetudine, vel statuto induci potest, quod vnus pro altero testetur.
- 6 Statuto, vel consuetudine potest iuri ciuili derogari, atque aduersari.
- 7 Dispositionem captatoriam valere induci potest statuto, vel consuetudine & est commu. opin.
- 8 Dispositio captatoria valet fauore piæ causæ, sed contra, num. 13.
- 9 Institutionem collatam in secretum alienæ voluntatis non valere, an simpliciter sit verum?
- 10 Captatoria dispositio, quæ dicatur.
- 11 Declaratio ad l. captatorias. C. de testamen. milit. nec non ad plerasque alias, vt ibi.
- 12 Legatum tacite in alienum arbitrium collatum, valet, immo etiam heredis institutio.
- 13 Statuto, vel consuetudine induci potest, quod quis pro parte decedat testatus, & pro parte intestatus.
- 14 Substituendi pupillariter potestas data parentibus durat vsque ad annos pubertatis.
- 15 Dicitur Ad. iuncta tempori, temporis perfectionem significat. sic dicitur Per.
- 16 Requisita in pupillari substitutione, & numer. 35. & 59. & 65. & 78.
- 17 Mater, auita, vel alia ascendens femina, non possunt pupillariter substituere.
- 18 Substitutio pupillaris fieri non potest filij emancipatis, & quæ nam sit ratio, exemplaris tamen potest.
- 19 Differentia inter pupillarem & exemplarem.
- 20 Effectus patriæ potestatis, & num. seq.
- 21 Tutoris datio, vt ipso iure valeat, est solum permissa patri, qui etiam filio ex heredato tutorem dare potest.
- 22 Pupillaris substitutio etiam nondum natis fieri potest, sed an nondum conceptis?
- 23 Substitutio pupillaris nedum liberis primi gradus, sed etiam nepotibus. pro nepotibus & c. fieri potest.
- 24 Pupillaris tacita quo casu non continetur sub expressa vulgari.
- 25 Appellatione nepotum non veniunt pronepotes, caterique descendentes post eos.
- 26 Substitutio pupillaris fieri non potest nepotibus ex filio supersite, nisi fuerint instituti vel ex heredati.
- 27 Testamento paterno rupto, rumpitur etiam & inuadatur pupillaris substitutio.
- 28 Nemo potest regulariter pro liberis impuberibus testari, nisi etiam sibi testetur, fallit in milite.
- 29 Pupillaris substitutio vt fortiatur effectum, requiritur quod ex paterno testamento adeatur hereditas.
- 30 Substitutio pupillaris conseruatur per edictum. Si quis omisa causa testamenti.
- 31 Pupillaris substitutio quo iure inducitur.
- 32 Substitutio pupillaris licet redacta sit in scripturam, tamen adhuc debet dici ius consuetudinarium.
- 33 Quando reperitur in iure scripto illud, quod consuetudine fuerat inducitur an desinat dici ius consuetudinarium.
- 34 Puberi prohibito testari per statutum, puta minori 25. an. non potest fieri pupillaris.
- 35 Statutum vtrum valeat in quæstione proximè proposita?
- 36 Lex noua addens, vel detrahens antiquæ, recipit omnes interpretationes, quas antiqua.
- 37 Politus reprehensus.
- 38 Exemplaris substitutio fieri potest puberi prohibito testari ex forma statuti.
- 39 Patria potestas etiam hodie requiritur in pupillari substitutione.
- 40 Mater si ex forma statuti habeat filiam in potestate, an ei possit facere pupillarem?
- 41 Arrogator & si habeat filium in potestate, non tamen potest de omnibus bonis eius substituendo disponere.
- 42 Substitutio vulgari tacita continetur sub pupillari expressa, & est magis commu. opin.
- 43 Substitutio pupillaris, vel alia, quæ ab initio dicitur nulla, non potest postea aliquem sortiri effectum, licet causa nullitatis cessauerit, fallit tamen.
- 44 Substitutio pupillaris vt fortiatur effectum, sufficit quod patria potestas adsit tempore mortis patris, & sic non requiritur necessariò, q̄ adsit temporis testamenti.
- 45 In dispositionibus conditionalibus non requiritur habitas tempore testamenti, sed mortis.
- 46 Forma pupillaris substitutionis alia est, quàm vulgari, ita & alia est substantia, & effectus.
- 47 Intellectus Soc. ad §. in extraneis. l. si alienum, supra titulo proximo reprobatur.
- 48 Declaratio ad reg. l. quæ ab initio, de reg. iur.
- 49 Forma requisita debet adesse tempore actus.
- 50 Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.
- 51 Dicitur, quoque, est implicatiua.
- 52 Negatiua quando præponitur verbo possumus, actus totaliter redditur nullus.
- 53 Intellectus nouus ad hunc tex.
- 54 Quarta, quæ debetur arrogato de bonis arrogantis, non aufertur propter exheredationem.
- 55 Legitimari potest quis post mortem patris.
- 56 Substitutio pupillaris facta filio naturali inutilis ab initio, validatur, si post mortem patris filius legitimetur, intellige tamen sanè, vt ibi.
- 57 Furioso pupillaris substitutio fieri potest.
- 58 Substitutio pupillaris pupillo militi fieri potest, si in alterius potestatem casurus est. Limita, vt nume. seq.
- 59 Miles nunquid possit facere pupillarem impuberi in alterius potestate constituto?
- 60 Intellectus ad d. l. cùm filiusfam. inf. de milit. testam.
- 61 Substitutio pupillaris vtrum valeat, si quis fecerit testamentum minus solemne?
- 62 Declaratio ad text. in §. ex imperfecto. l. hac consultissima. C. de testa.
- 63 Extraneus si pupillariter substituatur, & testamentum sit imperfectum, non valet substitutio.
- 64 Pupillaris est pars & sequela paterni testamenti.
- 65 Vulgari tacita quo casu non contineatur sub expressa pupillari.
- 66 Impubes debet a patre institui, vel ex heredari.
- 67 Ex heredato etiam hodie fieri potest pupillaris.
- 68 Emancipato filio, relicto nepote in potestate potest ei fieri pupillaris substitutio, licet sit præteritus.
- 69 Testamentum non rumpitur præterito nepote, ex filio emancipato, & post comm.

comm. opi.

- 75 Pater turpis persona, cui administratio bonorum filij in vita denegatur, non potest pupillariter substituere.
- 76 Pater si est turpis, non potest remittere iniuriam filio illatam.
- 77 Pater quo casu non potest testari pro filio.
- 79 Bar. restituitur, qui mendose legitur.
- 80 Pupillaris substitutio quatuorplex sit, remissive tamen.
- 81 Verba illa, si heres erit, &c. in substitutione pupillari non sunt de eius substantia.
- 82 Pupillaris propria & specifica dicitur facta, si dicatur, si infra pupillarem aetatem deceaserit, substituo &c. ita, vt sub ea comprehendatur tacita vulgaris.
- 83 Actus ille regulariter censetur celebratus, cuius natura, seu qualitas exprimitur.
- 84 Pupillaris facta sub illa forma, si heres erit &c. trahitur ad casum, quo heres non sit, si modo impubes deceadat.
- 85 Repudiatione hereditatis infertur iniuria defuncto.
- 86 Effectus pupillaris substitutionis quis sit.
- 87 Politus reprehensus, & eius declaratio ad text. in l. iam hoc iure. §. fina. infra eo.
- 88 Pupillaris quo casu non contineat tacitam vulgarem, & numero 91. & 93.
- 89 Pupillaris potest fieri ex intervallo, & num. praeced.
- 90 Vulgaris substitutio vtrum possit fieri ex intervallo expressè.
- 92 Intestatum decedere, inconueniens est, & indecorum.
- 94 Pupillaris expressa excludit matrem, & quamlibet personam ascendentem per lineam maternam, & est commu. opi.
- 95 Limitatur tamen secundum aliquos (& si displiceat auctori) procedere re spectu bonorum patris tantum.
- 96 Pupillaris tacita non excludit matrem.
- 97 Frater pupilli an excludatur per tacitam pupillarem, & numero 105. & 107.
- 98 Pupillaris tacita simpliciter, expressa tamen verbis generalibus excludit matrem.
- 99 Pupillaris partim tacita, partim vero expressa, excludit matrem etiam in casu tacito.
- 100 Substitutio pupillaris tacita an admittatur contra patrem pupilli in casu, de quo ibi?
- 101 Correlatiuorum eadem est natura.
- 102 Maritus & vxor sint licet correlatiua, non tamen ita reperitur de patre, & matre.
- 103 Ius exorbitans an sit, quod mater non excludatur per tacitam pupillarem?
- 104 Substitutio pupillaris tacita, sicut non admittitur contra matrem, ita nec contra auiam.
- 106 Regula illa §. affinitatis, Insit. de nup. declaratur.
- 108 Declaratio ad l. cum auus, de condit. & demonstr.
- 109 Grauatius si sit vnus restituere post mortem simpliciter, & alter si deceaserit sine filijs, non subaudiatur conditio liberorum in persona eius, qui simpliciter fuit grauatus.
- 110 Mater est non excludatur per tacitam pupillarem ex praesumpta mente testatoris, an tamen admittatur contra hanc praesumptionem probatio in contrarium.
- 111 Testes quot requirantur ad probandam mentem testatoris fuisse, quod mater excludatur per tacitam pupillarem.
- 112 Voluntatem testatoris fuisse, quod mater excludatur per tacitam pupillarem, ex quibus colligatur, & num. seq. & 115. & 116.
- 113 Pupillaris tacita admittitur contra matrem, quando ei aliquid fuerit legatum, & iustum eo legato contentam esse.
- 114 Legitima matri debita in bonis filij potest auferri per patrem substituentem pupillariter.
- 117 Mater non peccens tutorem filio excluditur a substituto, licet per tacitam pupillarem.

MORIBVS. Lex ista vsque ad §. Interdum, ex intentione Bart. diuiditur in tres partes, vt per eum. Aret. Iason. & sequaces. Pau. verò de Castr. diuidit in quatuor, vt per eum. Ego vt distinctius procedam, diuido in octo partes. In prima ponit quomodo, seu quo iure sit inducta substitutio pupillaris. Quis eam facere possit? & vsque ad quam aetatem? In secunda ibi, quod sic erit accipiendum, restringit ad impuberes in potestate testatoris existentes. In tertia ibi, Planè posthumis, quaerit an posthumis fieri possit? In quarta ibi, Nepotibus etiam, quid de liberis secundi vel vterioris gradus. In quinta ibi. Sed & si extraneum, an extraneo impuberi instituto? In sexta ibi. Quisquis, an substituens pupillariter debeat sibi testari? In septima ibi, Adeo autem, an etiam requiratur aditio ex paterno testamento? In octaua, & vltima ibi. Planè si omiffa, an referretur pupillaris substitutio per edictum, si quis omiffa causa testamenti?

Summa, vt per Alex. Iaf. & alios. Vel breuius dicas sic. Liberis nostris impuberibus, vel non natis potest per nos fieri pupillaris substitutio, & facta sortietur effectum concurrentibus omnibus

his, quae in ista lege continentur. h. d. vsque ad §. Interdum.

Ponas casum distinctè per partes praedictas. In prima parte dicar, quod cum regula sit, et neminem de alienis bonis testari posse. I. conficiuntur. §. i. & ibi gl. not. inf. de iur. cod. non videbatur concedenda talis substitutio pupillaris, in qua pater de bonis filij restatur, & et videtur immittere falcem in messem alienam §. I. ficuti. §. Aristo. cum ibi traditis per Docto. §. si ser. vendit.

Tamen contrarium fuit ex consuetudine introductum, vt hic dicitur, concordat Inst. eod. in fi. princ. vbi ponitur ratio. Etenim adeo magnifici iura ac nobis fauorabile existimant, vt haere dem ex testamento habeamus, vt permiserint parentibus pro suis liberis impuberibus testari, cum ipsi sibi ex defectu aetatis testari non possint. Et ideo dicimus, pupillarem substitutionem inductam fuisse fauore pupillorum, ad quod per omnes allegat l. si pupillus, la prima, aliàs incipit Iulianus, infra de acquiren. haere red. ibi. impugnat enim vtilitatem pupilli, &c. Pro quo etiam facit l. amicissimos, in prin. supra de excusa. tutorum, & est glo. communiter approbata in l. ex tribus, C. de inofficio. testamen.

In secunda parte dubium faciebat, quia cum emancipatio non faciat pupillum habitum ad testandum, videbatur quod substituente impedimento in persona sua, & sic existente ratione qua fuit inducta pupillaris, debet etiam emancipatis fieri posse.

Maximè attento quod emancipatio facta in eius fauorem (vt si fruatur existentia sui iuris) non debet sibi nocere, & auferre istum fauorem, vt possit decedere testatus, iuxta regulam l. quod fauore, C. de leg. cum simi.

Contrarium tamen hic deciditur, & de ratione dicam in sexto notabili. In hoc enim stat magna difficultas, etiam propter alia, de quibus ibi dicemus.

In tertia parte dubitatio oriebatur ex praecedenti responso. Nam posthumi. i. nondum nati non dicuntur esse in potestate patris, l. si. §. de colla. bonor. vnde, cum in pupillari substitutione requiratur eum, cui sit, esse in potestate, non videbat, quod posthumus fieri posset, vt in simili arguit Iuriconsultus in l. si. in princ. §. de affig. lib.

Sed contrarium hic concluditur. Et secundum Iaf. ratio est, quia existens in vtero pro iam nato haberetur in fauorabilibus, l. qui in vtero, §. de statu homi. Ex qua ratione videtur inferendum, quod ista substitutio solum fieri possit existentibus in vtero tempore testamenti, non autem his, qui longo post tempore conciperentur. Illi enim cum nondum sint in vtero, non possunt dici haberi pro natis.

Hoc tamen credo falsum, quia omnibus posthumis etiam post testamentum conceptis arbitror posse fieri pupillarem substitutionem attenda generalitate istius tex. Quare, dic vt dicam infra in septimo notab.

In quarta parte videbatur fortè vltra liberos primi gradus talem fauorem non concedendum, prout & aliàs magis fauetur liberis primi gradus, quam alijs, vt in l. iubemus, §. fin. C. ad Treb. & in l. sius quoque, in princ. cum l. sed & si de conditione, §. primo, supra titulo proximo.

Contrarium tamen hic firmatur, modo illi non sint recasuri in patris eorum potestatem, oportet enim quod ille, cui sit pupillaris substitutio, fiat sui iuris per mortem substituents, vt sic eo mortuo solum dicatur impediri testamentum facere ex defectu aetatis. Sed quando recaderet in potestatem patris, etiam si maior esset, testari non posset, impediente patria potestate, l. qui in potestate, in prin. supra de testa. merito illi non potest fieri pupillaris.

Sed tunc quaeritur si tempore testamenti pater eorum praecedat, puta, quia habeam ego filium & ex eo nepotes impuberes, an eis postim substituere pupillariter? Et certè stante eodem statu, idest quod moriar filio adhuc viuo & in potestate retento, res clara est, quod non. Et si fecerim, erit inutilis, ex quo illi recadunt in potestate patris. Verum quia potestatus praesens mutari, puta, si filius me viuo moriatur, vel emancipet, quo casu illi fierent sui iuris per mortem meam, & tunc poterit pupillaris substitutio eis facta valere. Sed dicit hic tex. esse tunc necessarium, quod isti nepotes in testamento meo fuerint instituti, vel exhaereditati, put ex consilio legis Velleiae si cere debemus, si volumus securè testari, iuxta §. nunc de lege, in l. Gallus, §. de liber. & posthu. intellige de secundo capite dictae legis Velleiae, put aliàs plenè declarauit in d. l. Gallus, in prin. in tertio praemisso. Tali enim consilio seruato, si contingat filium tolli a patria potestate, & nepotes succedere in locum eius in suitate, non rumpent testum meum, cum reperiant se institutos, vel exhaereditatos. Alioquin, si praeteriti essent, & ita consilium legis Velleiae non esset seruatum, illi tanquam praeteriti ruperent testum meum. Quo posito substitutio pupillaris & pupillare testamentum similiter euanesceret, cum sit pars & sequela paterni testamenti. §. liberis, Inst. eod. Hoc est quod hic dicitur in ver. sed si eos patres.

In quinta parte dubium est notum, quia cum ille non sit in potestate testamenti, immo nec de liberis, non videbat quod ei facta pupillaris valeret. Contrarium hic singulariter firmat, dummodo iste pupillus extraneus, & sic a testatore institutus ab eodem adoptet, sit enim tunc de liberis eius, & in potestate, ergo &c. Et ita istum tex. declarando

D. Maria. Soc. Iun. in l. Gallus.

declarando (pro vt cōiter intelligit) probat sufficere pupillū esse de liberis & in potestate tpe mortis substituentis. De quo tñ an sit verū, dicitur, & licet dicatur in locum nepotis filio præcedē te, tñ secundū cōem intellectum ista verba ostendunt casus contingentiā, non autem iuris effectum aliquem. De quo tñ an sit verum dicitur §. Et licet dicatur in locum nepotis filio præcedente, tñ secundum communē intellectū ista verba ostendunt casus contingentiam, non autem iuris effectum de quo tñ, an sit verū videbimus infra in glos. super ver. Percedēte, & in secunda questione Bart. in tertio requisito. In sexta parte dubium fici poterat, quia cum facultas ista pupillariter substituendi sit patri concessa in fauorem pupilli, vt supra dictum fuit, non videbatur tali fauore priuandus filius, ex eo quia pater nolit sibi testari. Ista enim videntur diuersa, si quidem pater in suo testamento de sua hereditate disponat, in pupillari autem de hereditate pupilli, & quidem in ipsius pupilli fauorem, vnde faciat pater quicquid velit de sua hereditate, videbatur, q̄ posset pro pupillo testari simpliciter & absolute, etiam si ei soli testari vellet.

3 Contrarium tamen hic firmatur, Ratio esse potest, quia t̄ pupillare testamentum per se stare non potest sine principali, tanq̄ pars & sequela eius, vt d. §. liberis.

Et forte dici potest hoc esse inductum, quia cum vere a patre fiat, licet dicatur testamentum pupilli, non videtur cōueniens q̄ p̄ velit pro filio testari & non sibi, & aliquid forte sinistre de eo suspicaretur. Vel qui a videretur quodammodo velle decedere p̄ parte testatus, & pro parte intestatus, contra l. ius nostrum, infra de regul. iuris. Dicam de hoc in sexto requisito.

4 Hoc t̄ tamen fallit in milite, qui speciali fauore militiae potest pro filio pupillo testari, licet sibi nullum faciat testamentum. Et cum isto tex. in hoc concordat l. in fraudem. §. pen. & l. miles ita. §. fin. infra de mil. testa.

Nec videatur mirum, quia cum de proprijs suis bonis possit pro parte testari, & pro parte non, d. l. miles ita, in princ. & l. quarebatur, in prin. eodem titulo cum similibus, det̄ posse etiam pupillo tantum testari, & quod ad sua bona decedere intestatus.

In septima parte videbatur sufficere testamentum factum, & sic patrem fecisse quantum in eo erat, & ex eo non deberet tolli pupillare testamentum, quod ex paterno non adatur hereditas, argumento l. cum in secundo, supra de iniusto rupto testa. &c.

Sed tamen contrarium hic dicitur. Ratio est, quia cum testamentum paternum per non aditionem destituatur, & ruat seu irritum fiat, l. prima, supra de iniusto rupto testamen. etiam pupillare euanescit, tanquam pars & sequela eius. Pars enim non datur sine toto, nec accessorium sine principali.

Ad d. l. cum in secundo, respondetur, vt dicam infra in penul. notabili.

In vltima parte dubium fieri poterat, quia in edicto, si quis omiffa causa testamenti, non sit aliqua mentio de substitutione pupillari, vnde cum illud edictum sit contra regulam legis si nemo, supra de testam. tut. non videbatur procedere nisi in casibus in eo expressis. Et maxime hoc videretur, quia illud edictum videtur loqui respectu eorum, qua in testamento ordinantur de bonis eius, qui testatur. Sed pupillaris substitutio dicit̄ esse aliud testamentum separatum §. igitur, Inst. eo. ergo &c. Verum t̄rium disponitur hic. Rō est pōt, quia negari nō pōt hanc substitutionem esse factam in testamento paterno, & propterea dici pōt, q̄ virtualiter et̄ de ea fiat mentio in edicto, in quo consilium omnibus quibus aliquid ex iudicio defuncti deberi potuit. Negari enim nō potest, quin ex iudicio defuncti debeatur ei, qui fuit ab eo pupillariter substitutus.

Noto primò, q̄ potestas testandi pro liberis impuberibus, moribus & consuetudine fuit inducta. Quod qualiter intelligatur, dicitur in glo. prima, & plenius in prima questione Bar. vbi etiā videbimus, an hodie possit dici ius consuetudinarium, cum reperiatur scriptum in iure.

5 Secundò noto ex pcedenti, seu ei cōnexo, t̄ q̄ consuetudine vel aliā lege positua pōt induci, q̄ vnus p̄ altero testetur, & ex hoc plura inferuntur per Bald. & alios. Nā primò, q̄ induci posset statuto, vel consuetudine directam substitutionem posse fieri cuiilibet instituto et̄ post aditam & maiorem aetatem, vt per Alex.

Pro quo facit, quia cum iure scripto sit hoc concessum militibus eorum fauore, l. milites etiam his, infra de milit. testa. & l. Cēturio, infra eodē, vbi plene dicemus, poterit noua lege omnibus concedi. Hoc tamen intellige respectu bonorum testatoris, non instituti, sicut & de eo ipso milite dicitur.

Nisi tamen statutum faceret quem intestabilem, puta vsq; ad annum vigesimum. Nam tunc secundum Claud. hic poterit pater eius pro eo testari, & sic substituere etiam respectu bonorum ipsius filij. De quo tamen an sit verum, videbimus infra in secunda questione Bar. in secundo requisito.

Secundò inferitur per statutum vel consuetudinem posse induci non licere parentibus substituere pupillariter. Etenim vna lex 9 positua, vel consuetudo aliam tollere potest, iuxta notata in l. ne-

mo alieno. §. temporalis, infra de regu. iur. & est tex. in §. sed naturalia, Inst. de iur. nat. ver. ea vero quæ &c.

Similiter & tertio inferitur, q̄ posset statuto vel consuetudine induci, patrem posse dare curatorem in testamento filio adulto, sicut tutorem pupillo: & tunc non indigebit talis curator confirmatione, vt per Alexan. Omnium prædictorum ratio est (vt ex prædictis constat) quia t̄ statutum vel consuetudo tanquam ius ciuile potest derogare & aduersari iuri ciuili, cum vnus ius ciuile aliud tollere possit, vt d. §. sed naturalia. & ista ratione confiderata, plura alia similia inferri possent, prout tota die videmus per statuta ciuitatum tolli & mutari ius ciuile.

7 Et inter cetera nouissime inferitur, statuto t̄ vel consuetudine induci posse, q̄ valeat, & seruari debeat dispositio captatoria. Nā q̄ non valeat, iure ciuili inductum est, scilicet per Senatū (consul. tum, l. prima, infra de his quæ pro non scrip. & l. captatorias, cum l. seq. supra titu. proximo. Merito ergo videtur q̄ alio iure ciuili posset contrarium disponi.

Ita in terminis firmat Ange. in d. l. captatorias, referunt, & sequuntur hic Alexand. & dominus meus Socin. & videtur communis opinio. Et secundum Doctores vnus exemplum erit in terminis l. illa institutio, in princ. supra titu. proximo. Nam secundum eos institutio collata in arbitrium alienum, de qua ibi, dicit̄ captatoria. Comprobatur ista opinio, quia t̄ videmus iure scripto tolerari, vt valeat captatoria dispositio fauore piæ causæ, vt in c. cum tibi, & ibi per Doctores. secundum communem intell. extra de testa. & tradit Bar. in l. i. nu. 64. C. de sac. san. eccle. Sic ergo vī, q̄ noua lege vel consuetudine posset illud generaliter induci.

Sed in t̄rium tenet Aretin. hic, mouetur, quia consuetudo, vel statutum t̄ substantiam eius, t̄per quo disponit, non valet. c. 2. & ibi not. de cōsue. lib. 6. Nā tūc diceretur dispositio, vel lex irrationabilis, merito ergo non debet seruari. c. erit autem, 4. distin. Sed captatoria dispositio in exemplo prædicto. i. q̄ testamentum pen deat ex alterius arbitrio dicitur t̄ substantiā testamēti, ergo &c. Hoc autem probatur ex diffinitione testamenti, de qua in l. i. §. de testa. ibi, sententiā voluntatis nostræ, &c. Etenim a diffinitione sumitur rei substantia, l. i. §. dolum, §. de dolo. Sed Patruus & dominus meus Socin. ad hoc respondent, negando aliquid fieri contra substantiam testamenti. Quā, si dico, Instituo, quem Titius voluerit, seu elegerit, a voluntate mea dicitur provenire quicquid Titius faciet, & qui ex Titij electione aliquid consequetur, non ab eo, sed a me dicitur habere, l. vnus ex familia, §. i. j. de leg. 2. & sic stabit vera testamenti diffinitio, quia etiam tunc erit sententiā voluntatis nostræ &c. Iason pro opinione Aretin. quā sequitur, adducit aliam rationem, si quidem captatoria dispositio velut deceptoria & t̄ bonos mores dicitur reprobata l. captatorias, & in l. lēquenti, §. titu. proximo. Quo posito sequitur q̄ sicut per pactum non potest induci, vt valeat, ita nec per statutum, vel consuetudinem, iuxta doctrinam Bar. in l. omnes populi. in 3. q. tertiaz qōnis princ. §. de iust. & iur. Et ad istū tex. respondet Iason q̄ hic cōcurrat defectus aetatis simul & affectio paterna, propter quā dispensatur, & sic est speciale in hac pupillari substitutione, sic ergo in t̄rium videtur ius commune. Sed ista ratio non fuit necessaria tenendo arg. Iason. Nam in casu istius nihil inducitur, quod sit t̄ bonos mores. Sed potius bonis morib⁹ dicitur fuisse inductū. Ista opinio Aret. videtur sequi nri quidam nouissimi in tractatu de pupillari subst. 3. col. mouentur, quia, vbi quis per se pōt testari, est irrationabile, eius vltimam voluntatem in alterius arbitrium conferri, vnde consuetudo, vel statutum, vel irrationabile de iure valere non debet. d. c. erit autem, 4. distin. Confidera, quia t̄ria opinio, quæ videtur communis, a prædictis optime videtur posse defendi. Nam ad illud, quod dicit Iason, respondetur q̄ procedit, quando quid est t̄ bonos mores, aliter quam ex sola ciuili censura. Verum, si solo iure ciuili, quid reputatur contra bonos mores, poterit statuto vel consuetudine t̄rium induci, quia tunc vī tolli illud ius, quo illud tale censetur t̄ bonos mores, ita vt propter statuti, vel consuetudinis auctoritatem nō dicitur amplius aliquid fieri t̄ bonos mores. Pro hoc est pulchra doctrina Bald. & Paul. de Castr. in l. pacta quæ t̄, num. 3. & 4. C. de pactis. dum secundum prædictam considerationem declarant cap. non est obligatorum, de reg. iur. libro sexto.

Præterea negari potest, esse contra bonos mores, q̄ dispositio testamentaria remittatur in arbitrium alterius.

Non obstat quod nostri illi nouissimi dicebant, quia illud pcederet, quando t̄ meam voluntatem mea vltima voluntas in arbitrium Titij conferretur, vbi ego possem ex me testari, tunc enim posset illud dici irrationabile.

Sed hoc non contingit in casu prædicto quia, si quis testatur, vt Gaius voluerit, nihil dicitur fieri contra voluntatem testatoris, sed potius debet dici tale statutum isto respectu rationabile, cū talis fuerit testatoris voluntas, ad quam conseruandam videtur tendere statutum.

Circa prædicta aduerte. Nam t̄ licet Doctores passim dicant illā institutionē (videlicet instituo, quos Titij voluerit) & similē, dici

dici captatoriam, tanquam collatam ad secretum alienae voluntatis, & eo respectu reprobatur per l. captatorias. in fin. iuncta l. illa institutio, in princ. supra tit. proximo. Mihi tamen hoc nunquam placuit. Quia non est verum: quod institutio in alienum arbitrium simpliciter commissa, dicatur captatoria, ut sic ex eo tantum tanquam captatoria reprobetur.

10 Sed si illa tantum dicitur captatoria dispositio, per quam quis querit alium inducere, ut ei vel alteri commodum in ultima voluntate relinquat, quasi aucupio quodam quaerat hereditatem vel legatum sibi, vel alteri captare & acquirere, puta, si dicam, instituo te heredem, si me heredem facies, vel alterum quempiam.

11 Et si in his terminis loquitur l. illa autem, supra titulo proximo, & l. i. infra de his quae pro non scrip. in fin. Et ita in his terminis vel similibus sunt intelligenda omnia iura, quae loquuntur de captatoria dispositione, vt l. captatorias. C. de testa. mili. & l. captatoria. infra de leg. i. & d. l. captatorias, supra tit. proximo, & si quae sint similes.

Et dicitur captatoria dispositio, & eo respectu reprobatur, quia deceptionem & fallaciam continere potest. Nam si praemortuus tu, qui, ut impleres conditionem meae voluntatis, me feceris heredem, iam habeo intentum. Sed si praemortuus ego potero mutare testamentum, & sic faciens, ostendam meam dispositionem non fuisse liberam, sed captatoriam id est aucupatoriam & deceptoriam, scilicet ut solum, & dumtaxat inducem te ut sic disponeres, etenim videris meo illo aucupio, & captatoria dispositione quodammodo deceptus, cum forte me non instituissem nisi eo praetextu quia credidisti institutionem, de te a me factam, perdurare. Similiter etiam in tua institutione qua ex post de me, vel alio fecisti pro implemento conditionis mei testamenti, potest considerari deceptio per eandem viam, ut per te intelliges, & declarat Pau. de Cast. in d. l. captatorias. C. de testa. mil. nu. 2. cum seq.

Et quamvis possibile sit in mente mea, vel tua nullam fuisse malam voluntatem, aut deceptionem, tamen propter periculum deceptionis, lex tales dispositiones voluit appellare captatorias, id est deceptorias & omnino improbauit. Effet enim contra bonos mores eiusmodi dolosas & deceptorias dispositiones fortiri effectum. Vel etiam dici potest, quod dicitur captatoria, ut dixi, quia ordinatur ad captandam & acquirendam hereditatem, vel legatum ex alieno testamento: cum verbum sic in iure capiatur, vt l. i. in princ. infra si quis aliquid test. prohib. & l. si maiores. C. de transact. cum similibus. Et si ante hac declaratione, quae verissima est, contententer dubitabatur in d. l. captatorias, supra titulo primo, an institutio, de qua ibi velur captatoria, videatur reprobata, ex quo iniuncta facta fuerat, & sic quilibet videbatur captare. i. celato animo velle acquirere hereditatem alterius. Sed contrarium ibi dicitur ratione, de qua ibi. Et ne decipiaris a verbis illius text. qui videtur innuere, esse quasdam captatorias quae non sunt a Senatu improbatas, illud nullo modo admittendo, dicas, seu exponas, Senatus eas institutiones non improbauit, vt captatorias, quae mutuis & c. cum vere captatoria non sint. Et sit tibi exemplum, quod ego te simpliciter institui, & tu pariter simpliciter instituisti. Etenim eo casu quilibet nostrum sola affectione prouocatus, sic disposuit. Sic itaque declarata dispositione captatoria, dico quod illa institutio. Quos Titius voluerit, vel si Titius voluerit, vel similibus, per quam expresse dispositio confertur in alienum arbitrium, non debet dici aliquo modo captatoria, neque eo respectu reprobata, sed ex eo tantum dicitur vitiosa, quod alieno commissa est arbitrio, vt dicitur in d. l. illa institutio, in princ.

Et hoc probatur primo, quia in ea non cadit vocabulum, si quidem nulla captatio (vt ita dicam) alienae hereditatis, vel legati, aut deceptio potest in tali dispositione considerari, ut sic captatoria, seu deceptoriam dici possit.

Secundo hoc euidenter ostenditur. Nam, quando est captatoria, non valet etiam si sit legatum, vt d. l. captatorie, de leg. primo. Et dicitur in alienam voluntatem confertur captatoria dispositio tacite non expresse. Nam dispositio mea facta, si me heredem facies, non expresse in tuam voluntatem, sed tacite confertur, cum in tua potestate, sit facere me heredem, vel ne, sicut in simili dicitur in l. non nunquam. infra de cond. & demo.

12 Sed sic est, si quod legatum tacite in alienum arbitrium collatum valet absque dubio. d. l. non nunquam. Immo etiam si heredis institutio sit tacite in alterius voluntate collata, valet. l. si quis Sempronium, in princ. supra titulo proximo, ergo sequitur, quod non debet dici captatoria ex eo, quod in alienum arbitrium sit collata.

Et ex hoc tertio sic arguitur. Nam in captatoria dispositione reprobatio non ex eo oritur, quod in alienum arbitrium sit collata, quia si illud esset, cum collatio illa tacite tantum dicitur facta, sequeretur quod semper vbi fieret talis tacita collatio, diceretur tanquam captatoria reprobata: quod est falsum vt ex praedictis constat. Reprobatur autem solum ex eo, quia in ea dolus siue captatio & deceptio esse potest vt iam dixi.

Facit etiam, quia in d. l. illa institutio, dicitur institutio de qua

ibi improbari per veteres, non autem per Senatusconsultum, per quod reprobatur captatoria. Nec praedictis obstat d. l. captatorias, supra tit. proximo, in fin. in quo text. fundant se Doc. iuncta d. l. illa institutio, in princ. Quia respondetur, & dico quod vere captatoria dicitur, & vt talis improbat, non quae simpliciter in alterius arbitrium confertur, sed cuius conditio confertur ad secretum alienae voluntatis, & hoc proprie contingit in exemplo, per quod supra captatoriam declarauit. Nam, cum te instituerim, si me feceris heredem, in tuo arbitrio est validare meam institutionem, faciendo me heredem, & hoc in tuae voluntatis secreto consistit, nedum quia quisque ex sua propria voluntate debet testamentum facere, sed etiam quia in secreto animi tui est, an ea mente feceris, vt obserues, an vero deceptorie, in tuo enim secreto illud reponitur, cum possis voluntatem mutare, nec ex eo quod expressisti apparet quid secreta in animo geras. Nec te offendat, quod etiam illa institutio, quos Titius voluerit, vitietur. Quonia ex hoc non sequitur, ergo debet dici captatoria, quoniam reprobat alia ratione, quam quod sit captatoria, vt dicitur in d. l. illa institutio, ac etiam non per Senatusconsultum, vt captatoria, sed per veteres, vt ibi dicitur, & iam dixi. Et ita hanc opinionem ego dum Pisis legerem istam l. defendi iam annis viginti octo. Et idem etiam sum solitus dicere in l. stipulatio hoc modo concepta, infra de verborum obligation. contra omnes Doctores, quos tunc vidissem. Et fuit tunc mea noua cogitatio.

Nunc autem in nouis impressionibus in lectura Decij inuenio quod ipse in d. l. captatorias, C. de milit. testa. (quam scio fuisse per eum interpretatam postquam praedicta publice dixeram) citat istam opinionem, & videtur aliqua fundamenta ex praedictis intellexisse, & posuisse, tunc enim communem opinionem, & ad argumentum, quod primo loco supra posui respondet, quod immo etiam in illa institutione, quos Titius voluerit, dicitur deceptio, cum possit Titius non eligere, vel non eos, quos volebat testator, & ita testator manebit deceptus in fide, quam de Titio habuit. Ad argumentum autem de legatis respondet, quod legata possunt confertur in alterius voluntatem, modo scilicet illa sit regulata arbitrio boni viri, iuxta notata per Doctores in l. i. infra de lega. 2. Sed certe ex his ego non recedo ab opinione supra posita, nam tales responsiones nihil obstant.

Nam circa primum dico, quod licet deceptio possit considerari in persona Titij non eligentis vt testator confidit, tamen ex eo dispositio testatoris non potest dici captatoria, sed potius capta seu decepta. Captatoria autem dicitur illa, quae secum habet captationem & deceptionem, seu habere potest, vt sic propterea sumpsit illud nomen, quia scilicet hereditatem vel legatum si bis vel alteri capteret, & in mente disponentis potest esse dolus & deceptio, quod non cadit in mente eius, qui instituit, quos Titius voluerit, sed potius bona fides, & nimia confidentia. Ripa hic propter ignotam veritatem videtur quasi in tenebris ambulare, volens quod illa institutio, quos Titius voluerit, l. secundum Doctores sit captatoria, tamen non probat id esse, quia sit contra bonos mores, vel quia sit deceptorie sed inquit, quod si ab eo quae ras quare sic dicatur, respondet, quia blanditijs, affectibus, amicitia, vel officijs, & suggestionibus eius in quem confertur, causata fuit. Et dicit ita velle text. in d. l. captatorias, supra titulo proximo. Sed non video vnde sumpsit quod blanditijs, amicitia, vel affectio sic testatorem induxerint, vt possit illa institutio dici captatoria. Et si dicas praesumitur, dicam, quod eo modo quolibet institutio possit sic vocari, quod tamen non est dicendum.

Non omitto quod Alciatus in libro secundo cap. 3. i. Pareg. tenendo cum Doct. de exemplo d. l. illa institutio, dicit quod etiam ibi testator dicitur captare Titium. Si enim dico, instituo, quos Titius voluerit, ex eo video eum captare, quia cum tantum videat sibi licere de bonis meis, inducatur ad me remunerandum legato, vel hereditate, vt per eum.

Sed nihil peius dici poterat. Nam si eo respectu illa deberet dici captatoria, quia ob beneficia inducitur ad remunerandum & c. Certe quaelibet institutio deberet dici captatoria, quia ad remunerandum magis inducitur, qui directo vocatur ad hereditatem meam, quam ille cui datur electio heredis, & c.

Circa secundam responsionem Decij dico quod ego non arguo de legato collato in expressam voluntatem, ad quod adaptatur eius solutio, & pro vero ille sic arguebat, sed ego arguo de legato, quod tacite in arbitrium alienum dicitur conferri, vt supra dictum fuit, & valet, nec dicitur captatorium, immo nec institutio eo modo facta vitietur, d. l. si quis Sempronium, supra titulo primo. nec dicitur captatoria, vt dictum est.

Addo praedictis quod diligentius perquirendo inuenit, quod Cumanus in d. l. captatoria, de lega. primo. vnicui verbo videtur sentiri hanc meam opinionem. Inquit enim ipse, quod gloss. & Doctores dicunt, quod etiam captatorium est, quod pendet ex voluntate alterius, quod non approbo, remittens se ad dicta per eum in l. captatorias, supra titulo proximo, quem videre non potui, quia communiter non habetur. De hoc autem plurimum sum laetatus, ta

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Gallus.

sem. f. habere concordē. Et nunc propterea ista opinio mihi magis placet, super qua tamen & omnibus prædictis tu cogitabis.

Ex ea autem infero, q̄ in terminis cap. cum tibi, de testa. & simillium iurium non dicitur institutio captatoria, licet ubiq; Doctores prius dixerint. Et ex hoc singulariter infero, q̄ licet institutio in arbitrium alterius collata valere possit ad pias causas, vt per Docto. in d. ca. cum tibi. per illum tex. non tamen valebit dispositio captatoria, licet sit ad pias causas, licet Docto. ibi aliter loquantur. Nec enim ecclesia vt mater iustitiæ tale quid per legem vt contra bonos mores improbatum, admitteret in sui fauorem, ca. i. §. sed diuersum, de alien. feud.

Nunc ad quaestionem Doctorum de qua supra redeundo. Si loquimur de consuetudine, vel statuto inducente, quod valeat institutio collata in alienum arbitrium simpliciter, & tunc verum erit & absque dubio quod supra dictum fuit secundum eum munem opinionem, non tamen tunc dicitur dispositio captatoria, vt supra dictum fuit.

Si vero loquimur propriè de captatoria, & videtur contrariū dicendum. Quia cum illa reprobetur propter deceptionem & fraudem, quæ in ea potest interuenire, non debet tale statutum valere tanquam nutritiuum deceptionis, & doli, vt d. ca. erit autem, quarta distinct. Non enim dubium est contra bonos mores esse dolum aut deceptionem nutrire. Et quidem non solum iuris ciuili censura, sed etiam iurisdictionum seu naturalis, immo & iuris canonici, cum esse dolum & quempiam decipere dicatur species delicti. Ex quo apparet non obfate, quod supra dixi respondendo ad rationem Ias. Ea enim quæ ibi dixi in proposito non videntur procedere per prædicta.

14 Tertiò nota q̄ lege, vel consuetudine induci potest, quod quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat.

Item etiam q̄ quis decedere possit cum duobus testamentis. Ita notabant hic Ang. & Imol. secundum q̄ referunt Ale. & Patruus meus Soc. & Ale. dicit vtrumque esse verum, quia testamentum dicitur iure ciuili inductum. l. 3. supra de testam. & l. testadi. C. eo. titu. cum alijs allegatis per eum, qui tamen subdit hæc non bene posse colligi ex isto tex.

Sed dominus meus Soc. dicit, q̄ immo vtrumque ex isto text. colligi potest, vt per eum. Cuius dicta in proposito non videtur secura. Nam respectu primi dicti dum vult, patrem posse dici pro parte intestatum si sibi tantum testetur, & non filio, vt poterat, non videtur bene loqui, quia non videtur, quod pater possit eo casu dici decedere pro aliqua parte intestatus, cum respectu omnium suorum bonorum testamentum eius valeat. Bene fateor quod pupillus tunc dicitur intestatus decedere, vel sine testamento, sed hoc nihil ad patrem, qui pro sua hæreditate in totum dicitur testatus decedere. Illud enim vt quis dicatur decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, solum consideratur respectu hæreditatis, & bonorum eius, de quo loquimur, vt l. miles ita, in prin. infra de milita. testam. & colligitur ex l. nam & si parentibus, in fi. supra de inoff. testamen. & ex §. non autem. Instit. de hæred. instit.

Similiter etiam respectu secundi dicti. Nam non vñ pater decedere cum duobus testamentis, licet sibi & filio testetur, cum non vtrumque testm respiciat bona propria, vnum ergo dicitur testm patris, aliud testamentum filij, & in quolibet de separata hæreditate disponitur, & hoc respectu substantiæ, & effectus testamentorum, sed respectu formæ & causæ efficientis, debet pro certo dici vnum testamentum duarum hæreditatū, vt l. patris & filij, infra eo. & §. igitur, Instit. eod. & ita etiam contra Soc. aliqui considerabant. Sic igitur ex his videtur, quod ex ista l. neutrum dictum sumi aut notari possit, prout etiam dixit Alex. Et vltra dico quod in libris meis nec Imo. nec Ang. illud dicunt.

Sed quicquid sit circa patrem, vtrumque dictum videtur verum quod ad pupillum. Nam cum duobus testamentis dicitur decedere, si ei facta fuerit pupillaris, tam a patre naturali, quam a patre adoptiuo. Et facta ab adoptiuo solum procedit respectu bonorum ab ipso habiturorum, vel eius contemplatione, l. sed & si plures, §. in arrogato, infra eod. cum similibus alia vero respectu cæterorum bonorum. Item decedat pro parte solum testatus, si solum a patre adoptiuo sit facta substitutio, cum non valeat respectu omnium bonorum pupilli, vt est dictum. Vide per Patruum meum qui ita affirmat, dicens, q̄ ad ista non aduertit Ale. Sed considera, quia pro Ale. dici possit, quod ille non dixit ea non posse probari in iure, sed solum q̄ non bene ex isto text. colligebantur, quod certè non videtur male consideratum: qm̄ in isto tex. prædicta non dicuntur. Nisi tuendo Dominum meum Soc. dixeris, q̄ licet expresse ista in lista non exprimentur, tamen satis colligi possunt, attento, q̄ in ea datur potestas substituendi nedum patri naturali, sed etiam adoptiuo.

Non tamen vt verum fatear videtur hoc tutum. Quoniã de prædictis pro vero in ista lege nihil dicitur. Præterea, nõ videtur in puncto iuris q̄ in casu considerato per Dominum meum Soc. pupillus dicatur decedere cum duobus testamentis. Quoniam

illud, quod primò fecerat pater naturalis, de iure dicitur fuisse ruptum per capitis diminutionem, quoniam ille dedit se ad arrogandum. §. alio quoque modo. Instit. quib. mod. testa. infra. Et licet in effectu conferretur, quia. f. substituti pupillariter omnino habebunt, si casus eueniat, tamen illud fit non ex iuris ordine, quia testamentum illud pupillare valeat, sed solum propter cautionem de eo præstitam, iuxta l. non enim, cum l. seq. supra de adop. & §. cum autè impubes, Instit. eod. Ita declarat Alber. in rubrica istius tituli mihi col. 24. Et traditur in d. §. cum autè, post gl. ibi in vers. restitutum. Et voluit hoc Bar. in l. in pupillari, secunda col. vers. sic. tertio deficit, infra eo. Faterer tamen q̄ si ante filium impuberem decedat pater adoptiuus, impubere postea moriente conferuabitur pupillaris facta a patre naturali, iuxta §. non tamen, Instit. quib. mod. testa. infra. Et eo casu posset decedere cum duobus testamentis, super quo tamen cogita.

Et quicquid circa prædicta sit. Ego infra in secunda quaestione Bar. in quarto requisito ponam vnum casum, in quo pupillus dicitur decedere cum duobus testamentis secundum vnum modum resoluendi difficultatem, quam ibi tangam. Et q̄ possit decedere pro parte testatus, & pro parte non, vltra iam dicta, allego tex. vbi Doctores tradunt in l. si is qui, la prima infra eo. Et ad notabile redeundo quicquid de prædictis dicendum sit, dico verum esse, vtrumque per statutum vel consuetudinem posse induci, cū vtrumque militi concedatur, vt l. quærebant & l. miles ita, in prin. §. de milit. testa. Et pagani solo iure ciuili prohibeantur, merito ergo alio iure ciuili potest aliter disponi, vt d. §. sed naturalia.

15 Noto quartò q̄ potestas data parentibus substituendi pupillariter durat vsque ad annos pubertatis. Et sic habes quo tempore quis fiat pubes, concordat tex. Instit. quib. mod. tut. fini. in prin. Et intellige hoc in proposito siue vt pupillaris fieri possit siue vt facta duret. Nam adueniente pubertate nouiter substitutio fieri non potest, & facta expirat, vt in §. masculino. Instit. eod. Et intellige prædicta procedere vsque ad extremum diem quartodecimi, vel duodecimi anni, vt declarat hic 2. gloss.

16 Ex quo quinto loco notari potest, secundum Are. q̄ dictio adiuncta tempori, temporis perfectionem significat. Dicit tamè Ias. hic, hoc non procedere virtute dictionis ad, sed virtute illius verbi perueniat, cum dictio, per, denotet perfectionem. l. vrbana familia. §. pernoctare, §. de verb. signi. Sed neutrum videtur verum, & q̄ dictum Are. vltra Ias. facit c. presbyter, 78. dist. iuncta glo. ibi. Et q̄ Ias. facit, quia verbum per, significat perfectionem actus, cui adiicitur, vt est noctare extra vrbem, vt dicitur in d. §. pernoctare. Et in isto tex. significare debet perfectam peruenientiam ad quartumdecimum, vel ad duodecimum annum, non autem quomodo annus capiatur. f. incæptus, vel perfectus. Et ideo dicendum est, illud esse ex natura verbi impuberibus. Nam impubertas durat vsque ad illos annos completos, cum tunc, desinente impubertate, incipiat pubertas, vt declarat tex. Instit. quib. modis tute. fini. in prin. Et q̄ ita sit in proposito, siuatur, quia Imperator. Instit. eo. in prin. simpliciter dicit, impuberibus, absque alijs verbis, quæ hic ponuntur. Et tamen non est dubium, illum tex. debere intelligi vsque ad vltimum diem, de quo supra. Et si quis dicat, cur hic fuerit sic expressum? Respōdetur, q̄ ad maiorem declarationem, vel etiam vt denotaretur pro toto illo tempore, & etiam pro parte substitui posse pro testatoris arbitrio, vt l. si ita quis, infra eo. non tamen vltra dictum tempus, vt dictum est.

17 Sexto nota ibi, q̄ quod sic erit accipiendum & c. vnum de requisitis ad pupillarem substitutionem. f. vt impubes ille sit in potestate substituētis. De quo quò intelligatur, dicitur infra in secunda quaestione Bar. in tertio requisito. Sed pro nunc ex eo inferuntur duo.

18 Primum, q̄ mater, auia, vel alia ascendens scemina, vel etiam masculus per lineam sceminam non potest pupillariter substituere. Nam nulla ex talibus personis habet filium vel alios descendentes in potestate. l. illud. §. ad testa. §. de bonorum possessione tabulas. & Instit. de patria potesta. in fi. Quid autem si mater ex forma statuti habeat filios in potestate, an. i. possit pupillariter substituere dicam in dicto tertio requisito.

19 Secundo inferitur (& hoc exprimitur in tex. nostro) q̄ liberis emancipatis non potest fieri pupillaris substitutio. Sed quaeritur tunc quæ posset esse ratio, cum prius rationibus vrgentibus vt posse suaderi. Nam pater emancipato filio stipulando quaerit vñ lem actionem secundum Bart. & alios in l. quod dicitur, la secunda in fi. infra de verbo. obli. vnde videtur, quod etiam possit ea facere hanc substitutionem, cum & illa sit sibi utilis.

Præterea & secundo, si potest substituere existenti in potestate, in quo est impedimentum nedum ætatis, sed etiam patriæ potestatis, fortius videtur, quod possit emancipato, in quo tantum est impedimentum ætatis.

Tertiò, quia substitutionis effectus confertur in tempus, quo erit sui iuris, ergo eodem modo debet posse fieri existenti sui iuris ab initio. arg. l. quod sponsa. C. de dona. ante nupt. vbi per Ias. qui hæc tria considerauit. Ex quibus vñ, q̄ etiam emancipato substitui

substitui possit, & maxime, quia in substitutione agitur de ipsius favore, quem non debet sibi abstulisse, quod fuerit emancipatus, cum emancipatio in eius favore & ipsa facta fuerit iuxta regulam l. quod favore. C. de leg. Vnde cum vigeret ratio, qua inducta fuit pupillaris, quia, si ipse sibi testari non potest, ut dixi supra figurando casum, nec quis emancipando desinit esse pater ut est notum, videtur quod etiam tali emancipato substitui possit. Ad quod non parum facit, quod illi potest fieri exemplaris, ut l. humanitatis. C. eod. videtur. n. quod pariter debeat posse fieri pupillaris ad cuius exemplum inducta fuit.

Reperio, quod in hac difficultate Io. Fab. Inst. eod. in prin. dicit rationem posse allegari, quia cum pupillaris substitutio iure civili sit inducta, ut si liberis fiat, non autem extraneo, ut §. extraneo, iuncto prin. Inst. eod. sequitur quod emancipatio non debet posse fieri, qui inspecto iure civili dicitur extraneus. §. extraneum, in l. vnic. C. de rei vxor. act. Ias. hic dicit, quod ista ratio est facili tolli potest. Non tamen declarat quomodo, voluit forte dicere, quod etiam exemplaris fuit inducta iure civili, & tamen emancipato fieri potest. Vel etiam quia hodie emancipatus etiam iure civili dicitur cognitus, & ad instar sui succedit. §. primo, in Auth. de hære. ab intest. veni. Quare Alb. in repetitione Rubricæ huius tituli in materia pupillaris, ponit aliam rationem, quia, si pupillaris sit & profertur ore patris, ut si ore filii fieri & profertur videatur, cum vox patris vox filii dicatur solum durante patria potestate. §. ei verò, Inst. de inutil. stipul. Et ad hoc idem virtualiter videtur tendere ratio Ias. dicit, quod pater & filius in potestate cōsent eadem persona. l. si. C. eo.

Et propterea nimirum esse debet, si pater pro filio tunc testatur. Non sic in emancipato, in quo videtur cessare ratio prædicta. Sed rationem Alber. facit, quia etiam exemplaris sit & profertur ore paterno, ut sic à filio fieri videatur, cum & ipsa testamentum filii, puta furiosi, dicatur. Et tamen illa potest fieri emancipato. d. l. humanitatis. Quod propter hoc forte dixit Ias. hanc rationem esse peruersam, quasi intelligat, quod non sit bona & concludens ratio, & vere ita est, ut dixi. Sed hoc idem intelligo de ratione Ias. ad idem fere tendente, quia nec ipsa concludit, immo (ut melius loquar) nihil facit, aut forte facit in prærium. Nam illa idēitas personæ patris & filii, de qua in d. l. si. non minus est cum filio emancipato, quam si sit in potestate, cum illa fundetur in natura, ut patet ex verbis illis, cum & natura, &c. Et similiter etiam vnitas carnis, de qua in d. c. d. d. i. c. q. 3. allegata per Ias. non tollitur per emancipationem, cum in sanguine, & iure natura fundetur. l. iura sanguinis. §. de reg. iur. Adhuc igitur remanet difficultas, in qua (ut verum fateatur) non vix quod aliquid concludens dici possit, & propterea forte esset recurrendum ad d. nō omnium, supra de leg. prout dixit Bar. in l. ex facto in quarta col. §. eod.

Cogitabam tamen persuasive, & satis probabiliter sic dici posse. ²⁰ Nam in primis quod ad exemplum animaduerto quod inter eam & pupillarem sunt etiam aliæ differentie. Et inter cæteras, quia pupillaris etiam exheredato fieri potest, & in ea quilibet substitui potest, non sic in exemplari, ut d. l. humanitatis, vnde forte non inconuenit dicere, quod ex vna differentia causetur altera. Cum enim in pupillari liberum sit quemlibet substituere, & etiam exheredato fieri possit, visum fuit talem potentiam restringere ad personam magis confidentem, & sic ad patrem habentem in potestate, quasi quod per emancipationem confidentia diminuat, forte quia aliquid affecti onis tolli dicatur. In exemplari verò cum solum institutus fiat & certæ personæ, si extraneus, substituetur, sed non curauit potentiam ita restringere, sed cuiuslibet parenti eam dedit & vniuique sexus. Et licet Bar. in d. l. ex facto. col. 4. dicat hanc considerationem esse truffam, tamen (ut vides) videtur persuasiva. Eo maxime addito (ut quidem antiquis placuit) quod pupillaris fuit inducta per punctum iuris civilis, attenda solum patria potestate, & ita ut etiam exheredatis fieri posset, ut dictum est, nō sic in exemplari, quæ ex humanitate fuit inducta, & ideo exheredatis non fit, ex quo apud exheredantes non reperitur humanitas, sed severitas potius, & quædam (ut ita dixerim) erga filium impietas, ut per Bar. in d. l. ex facto, §. col. Quæ tamen verò pertinet ad alia obiecta de quibus §. potest forte dici, quod lex animaduertens maximam amorem paternum, dedit ei talem substituendi potestatem, quæ ei postea abstulit, si filium emancipauerit, quia tunc in aliquo diminui videtur paterna charitas. Et licet substitutio ista sit pupillo fauorabilis, ut sæpe dictum fuit, tamen propter periculum, ne forte eligatur pro substituto aliquis, quem pupillus ipse non elegerit, lex eam restrinxit solum ad parentem in potestate habentem. Et per ista tolluntur tria illa argumenta Ias. Nam esto quod pater stipuletur filio emancipato, ut in l. arg. dicebatur, illud ex eo est, quia nullum vertitur periculum de quo supra. Et quo ad secundum dicas, quod licet in emancipato sit tantum vnus impedimentum, tamen in eo cessat præsumptio maximæ affectionis, in qua videtur fundata substituedi potestas. Similiter quod ad tertium dico, quod licet ista substitutio conferatur in tempus quo erit sui iuris, tamen tunc fieri non potest ratione prædicta. Et illa, quæ in illud tempus cōfertur, facta fuit tempore patriæ potestatis, & sic tempore præ-

sumptæ maioris affectionis. Cogita super istis, quoniam pro verò ratio prædicta videtur valde dubia. Nam dicere quod per emancipationem præsumatur diminuta affectio, non videtur iure probari, maxime quia emancipans dicitur conferre beneficium & fauorem emancipato, propter quod debet potius dici, quod crescat affectio, cum pater ita inducatur ad beneficiendum filio. Præterea quod illam rationem verget, quia si vera esset, minus deberet posse substitui exheredato, cum clarissimum videatur, exheredantem non habere affectionem, quando. l. mala mente exheredauerit, nam etiam eo casu substitui potest, ut dicitur infra in 2. q. Bar. in septimo requisito. Nisi tuendo prædicta dixeris ad primum, quod licet emancipatio fiat favore filii, non tamen videtur tolli quin dicatur remotum a patre nescio quid affectionis, ut experientia rerum magistra nos docet. Videmus enim quod pater habens vnus filium emancipatum, non videtur amplius de eo cogitare, sed tota sua meditatio videtur circa alios, quos in potestate retinuit. Ad secundum licet difficilis videatur responsio, tamen dici forte potest, quod cum exhereditatio præsumeretur iusta, & ex causa pater exheredans, non præsumitur affectionem perdere, quam præbet sibi filio simul, & patria potestas. Amat enim filium, & commodum eius dicitur desiderare, licet eius vitia non amet, & lex temp. præsumit quod pater bonum consilium pro filio querat, arg. l. nec in ea, §. ad l. l. de adulter. Exheredando ergo pater vititur iure suo, & cum remaneat filius in potestate, poterit ei fieri cuiusmodi substitutio. cogitabis tamen, quia adhuc animus meus non quiescit. Et propterea potest forte dici ultra prædicta, quod licet ista substitutio pupillaris sit pupillo fauorabilis, tamen potest dici inducta etiam in solatium patris & ratione iuris, quod in filium & bona eius habet

²¹ ratione patriæ potestatis, quæ certe maximi est effectus, ut patet in acquirendo patri per filium. Item in castigando, iuxta l. 3. C. de patr. potesta. & in alijs multis. Et ita olim patria potestas operabatur, quod licebat filios occidere. l. in suis, supra de liber. & posth. Ut sic dicamus, quod concurrente inhabilitate pupilli ad testandum, vnà cum patria potestate, datum sit hoc patri, ut de bonis filii disponat, vti de suis, ultra paternum amorem propter ius, quod ei patria potestas defert circa bona, & circa personam filii. Et certe non videtur negandum, esse solatium paternum, posse de bonis filii libere vti de suis testari, licet istud fuerit principaliter fauore pupilli inductum. Et cum hoc ius detur solum propter patriam potestatem, procedit respectu exheredati filii, nō aut respectu emancipati. Cogitabis iterum, quia (ut verum fatear) nihil concludens aut omnino tutum dici potest, ut etiam supra dixi.

Ego tamen vti nunc dixi, dicerem, quod certe videtur minus ²² periculosum. Pro quo bene facit, quod datio tutoris, ut scilicet ipso iure valeat est solum permittitur patri in potestate habenti. l. prima & secunda, supra de confir. tuto. Et adeo, ut etiam exheredato filio dare tutorem possit l. iura. §. si. & l. si pater, §. de testa. tute.

Secundo facit, quia lex dat potestatem patri interficiendi filiam adulteram, solum si sit in potestate, non si emancipata. l. patri, & l. nec in ea, in fin. infra ad l. l. de adult.

Facit & tertio, quia videmus, quod ratione patriæ potestatis filius sine patris consensu non potest esse in iudicio. l. si. §. necessitate. C. de bonis quæ liber. secus in emancipato, ut ibi notatur.

²³ Septimo nota tibi, planè posthumis, quod quod pupillaris substitutio etiam nondum natis fieri potest. Et si dicatur non videri hoc tolerandum ex defectu patriæ potestatis, ut dicebatur supra infiguratione casus, respondetur secundum Ias. ut etiam ibi dixi. Et notabis, quia ista decisio cum sui ratione est optimum fundamentum ad probandum hanc substitutionem esse pupillo fauorabilem, cum qui in vtero est, solum in fauorabilibus sibi pro nato habeatur. l. qui in vtero, supra de stat. hom. quod addes his, quæ allegaui in casufiguratione in prima parte.

Sed contra illam rationem facit, quia videtur quod etiam nondum conceptis fieri possit pupillaris substitutio, cum & ipsi posthumi sint futuri, attento quod iste tex. simpliciter loquitur de posthumis, propter quod videtur quod simpliciter & generaliter debeat de quolibet posthumo intelligi. l. i. §. & generaliter, §. de leg. præstan. cum vulgaribus. Probatur etiam, quia tales possunt ab initio institui, ut l. placet, cum l. seq. supra de liber. & posth. vnde videtur similiter quod eis possit pupillariter substitui. Certum autem est, quod in nondum conceptis, cum non sit in vtero, non procedit regula d. l. qui in vtero, & per consequens vix quod possit fieri pupillaris, vbi tempore testamenti non datur patria potestas nec verè, nec fidei, & sic vix quod ratio prædicta per Ias. allegata non sit bona. Dicit fortasse aliquis fallum esse, quod non conceptis tempore testamenti possit fieri substitutio per rationem prædictam, per quod debet restringi generalitas istius tex. Nec de institutione videtur bonum argumentum, cum in ea non requiratur patria potestas, sicut in substitutione pupillari. Et vbi velles hoc tenere, omnia plana essent, & remota difficultate, ratio bene procederet. Sed istud non vix securum, quoniam sicut possunt institui, ita vix quod eis substitui possit. Et licet in institutione non requiratur patria potestas, tamen requiritur habitus tempore testamenti. l. si alienum. §. in extraneis,

D. Maria. Soc. Iun. in l. Moribus.

francis, supra titulo primò. & §. in hæredibus, Inst. de hæred. qua lit. & differ. & Doctor. in dicta l. placet, dicunt talem institutionem regulam prædictorum iurium admitti favore testamenti & institutionis, licet Bartol. solum consideret fauorem testamenti. talis autem fauor etiam in pupillari substitutione consideratur, cum sit testamentum pupilli, & de sibi instituto hærede agatur. Et habilitas prædicta requisita (vt dixi) satis videtur interuenire, vt institui possint, quia lex habet eos pro habilibus, & satis est eos non reputari inhabiles, & ita etiam videtur posse dici respectu substitutionis, vt statim dicitur. Et pro vero vidi de consuetudine seruari, vt quibuscumque posthumis etiam nondum conceptis substitutio pupillaris.

Quare considera, quod forte ratio vniuersalis est, quod ideo posthumis indistinctè potest per me fieri substitutio pupillaris, quia probabilis & honesta spes est, vt mihi nascantur, & si me viuo in potestate mea sint, licet non tunc tempore testamenti. & istud lex dispensatiuè permittit, vt sic pro patria potestate sufficiat spes prædicta, cui subiectum in contrarium non datur. Pro quo considera istum tex. qui cum dixerit de iam natis, & voluerit eos esse in potestate, statim subdit. Plane posthumis, &c. quasi dicat, licet ipsi non sint in potestate, quia nec sunt extra patriam potestatem. Vel & secundo dici potest quod sufficit patriam potestatem interuenire tempore mortis, vt videtur probari hic in versiculo, sed & si extraneum, secundum intellectum Bar. & communem. Et illa tunc sufficit vera, vel ficta. Vnde licet tempore testamenti non esset conceptus, tamen semper erit conceptus tempore mortis, alias non adaptabis casum, quod substitutio fieri possit. Et si erit conceptus tempore mortis, lex illum sic in vtero existentem habebit pro nato & ita dicitur etiam per eandem fictionem esse in patria potestate. De hoc tamen, an sufficiat patria potestas tempore mortis, & de intellectu dicti versiculi, sed & si extraneum, dicam §. in 3. requisito.

24. Octauo nota quod ista substitutio nedum filijs, & sic liberis primi gradus fieri potest, sed etiam nepotibus, & pronepotibus, & deinceps cæteris. Quod tamen intelligi debet, vt in tex. dicitur, si mortuo auo, vel proauro substituente non sint in alterius potestate recasuri, prout dixi in figuratione casus in 4. parte. Et sic in tex. isto præsupponi debet, quod pater de medio decesserat, vel erat emancipatus, vt dicit gl.

Hinc potest inferri, quod si ex forma statuti filius post mortem patris recadat in potestatem matris (prout in multis locis reperiri asserit hic Ias.) pater non poterit ei substituere, & si fecerit, inuitis erit substitutio. Ita dixit Bal. in l. precibus. 4. colum. C. eo pro-
25. ut hic Ias. refert & sequitur, qui subdit, quod isto casu sub expressa vulgari non continebitur tacita pupillaris, cum eam impediat matris potestas, vt per eum.

Tu aduerte circa ista ad duo. Primò, quo ad hoc vltimum Ias. quoniam etiam vbi illud statutum non esset, tacita pupillaris non consideratur contra matrem secundum communem opinionem, quæ videtur probari in dicta l. precibus. De quo tamen plene dicitur in l. Centurio, infra eod. in 4. oppositione Bartol. Nisi tuendo Ias. dixeris, quod tunc non admittitur contra matrem, tamen ab initio dicitur contineri, vt per Bar. in d. l. Centurio, in 4. oppositione.

Sed stante tali statuto nec ab initio continetur, vel quod procedit in casibus, in quibus alias tacita pupillaris per matrem admitteretur, vt §. per Bar. in 5. q. prope fin. Ego circa hoc sum in opinione, quod in expressa vulgari tacita pupillaris non contineatur, etiam si non reperitur dictum statutum: immo etiam si non sit mater in medio, vt dicam §. in d. l. Centurio.

Secundo aduerte circa illud dictum Bald. quia posito, quod sit verum (de quo nunc nolo disputare) nam videtur limitandum, nisi mater illa decedat ante pupillarem, ita vt ipse pupillus tempore suæ mortis reperiat sui iuris, tunc enim videtur, quod pupillaris, ei à patre facta, valere debeat. Et maxime tenendo, quod illa mater licet habeat in potestate, non possit pupillariter substituere, vt voluit Bald. in d. l. precibus, 5. colum. licet aliqui contra senserint. De quo ego dicam in tertio requisito. Esset. n. incòueniens, si pater illam fecerit, & pupillus postea moriatur sui iuris, quod non valeat, & ita ei auferatur ille fauor testamenti.

Nec obstat, quod facta ab auro, recusato in potestatem patris, non valeat, etiam si pater præcedebat, quia tunc etiam pater illam facere poterat, & non videtur cõueniens quod ille aliquo modo priuaretur, sed in casu nostro, mater substitutionem facere non potest, ergo &c. Cogita, quia nemo tangit, & forte dicam aliquid in d. tertio requisito.

26. Nono nota secundum Are. & Ias. quod si appellatione nepotum non veniunt pronepotes & ceteri descendentes post eos, si enim venirent, frustra hic subderetur, & deinceps &c. attèro maxime, quod copula, & solet poni inter diuersa, istud tenuit Bar. in l. liberorum §. i. infra de verb. sign. & plures Moder. sequuntur in l. Gallus §. instituens, supra de liber. & posth. Pro quo bene facit l. nurus, in versic. porrigenda, §. de verb. sign.

Contrarium tamen tenet Bar. in d. §. instituens, quem ibi multi sequuntur. Et mouentur per l. cui eorum. §. Item Pomponius, in versiculo contineri, §. de postulan. Nam sicut ibi appellatione nurus, vel foceri venit pronurus vel profocer, ita appellatione nepotis debet venire pronepos. Articulus est valde dubius pro varia iura, quæ hinc inde allegantur, de quo plene videas in d. §. instituens, & in §. idem credendum, eal. vbi aliquando dixi.

Et si pro nunc vis tenere partem negatiuam, prout hic notant Doctores. Et pro qua optime facit l. Iurifconsultus, §. 2. §. 3. & §. 4. gradu, infra de gradi. recurre ad Patrum meum Socin. Ias. & Claud. in d. §. instituens. Et ad d. §. Pomponius, in contrarium al legatum, respõderi potest secundum Ias. & quosdam alios in d. §. instituens, quod ibi verbum illud, contineri, importat quandam improprietatem, sicut etiam capitur improprie in c. perueniat, il primo de test. cogen. Vel potest in ista difficultate distingui, quod aut verbum nepos profertur in materia præordinata ad omnem posteritatem ex mente & ratione proferentis, & tunc dicamus importari etiam pronepotes & alios, tanquam species importatur a suo genere, & ita potest intelligi d. §. Item Pomponius, cum similibus. Aut profertur in materia non ita præordinata per se, prout est in demonstratione gradus, & tunc non veniunt pronepotes & alij, vt d. §§. 2. 3. & 4. gradu, super quo tamen cogitabis, & quia non est proprie materia nostra, vltimus non insisto.

27. Decimo nota in versiculo, sed eos pater & c. quod si nepotibus ex filio supersite substitutio pupillaris non potest fieri, nisi fuerint instituti, vel exheredati. Ratio est, quia non potest ualere substitutio nisi premeriatur filius de medio, quo casu illi præteriti rumpent testamentum, vt dixi supra in figuratione casus in quarta parte. Caue tamen, quia non debes ex isto tex. inferre quod vbi pater non præcederet, non debeant institui, vel exheredari. Illud. n. esset falsum, cum per eorum præteritionem testum paternum esset nullum, sed hoc dicitur, quia inspecto initio testamentum paternum valeret, etiam his nepotibus præteritis (quod non esset, si pater eos non præcederet) propter quod videbatur non esse substitutionem, vel exheredationem necessariam.

Contrarium tamen hic deciditur, prout dictum fuit figurando casum, & propterea optime stat tex. sed si eos &c. vt ostendatur diuersitas facti, & iuris, respectu eius quod exprimitur.

28. Vndecimo nota quod rupto paterno testamento rumpitur etiam & inuadatur pupillaris substitutio, cõcordat §. literis, Inst. eod. Nam pupillaris substitutio & sic testamentum pupilli dicitur pars & sequela paterni testamenti, vt ibi dicitur, & in l. qui plures liberos, in fi. §. eod. & supra pluries dictum fuit.

29. Duodecimo nota unam regulam cum fallentia. Regula est quod nemo potest pro liberis impuberibus testari, nisi etiam sibi testetur. Nam cum pupillare testamentum pars & sequela sit paterni testamenti, vt modo dixi sine eo tanquam capite & duce suo stare non potest, vt d. §. liberis, Inst. eo.

Nec tamen sufficeret etiam paternum testamentum fieri, nisi etiam in tempore præcederet. Quod intellige saltem quo ad ordinem intellectus, vt in §. prius, cum ibi tradidit per Doctores, §. ista l. testamētum ergo pupilli, seu substitutio pupillaris facta ab eo, qui sibi non fuit aliquo modo testatus, & sic sibi heredem non fecit, regulariter non valet. Fallētia est, nisi testator sit miles ille enim filio testari potest, licet sibi non testetur. Et hoc ei specialiter inter cætera priuilegia fauore militiæ conceditur. Cõcordant l. miles ita, in fi. & l. in fraudem. §. pen. §. de mil. test.

30. Tertio decimo nota quod vt pupillaris substitutio fortiaur effectum, requiritur quod ex paterno testamento adeatur hæreditas, ita. n. paterno testamento per additionem confirmato, et tanquam principali, testamentum pupilli tanquam accessorium inherere poterit, & sic fortiaur effectum. Verum, si ex testamento patris nullus fiat heres, euanescit substitutio pupillaris, vt dixi figurando casum in 7. parte. Nec obstat l. cum in secundo, §. de iniusto rupto &c. quam ibi allegauit in contrarium, quia ibi ad ruptelam paterni testamenti, sufficit constare de voluntate testantis, qui quantum in eo sit, secundo loco solemniter sit testatus.

Nam in tali voluntate sic solemniter ordinata fundatur ruptela paterni testamenti. Et ideo licet postea non adeatur hæreditas, primum testamentum non reualescit, quod iam solenni voluntate testantis erat sublatum. sed in casu nostro pupillare testamentum adeo fundatur in paterno, vt ei velut pars & accessorium omnino inhereat. Et propterea paterno desituito per non additionem, euanescit etiam pupillare. De hoc notabili dicitur in secunda q. Bar. in 8. requisito, vbi etiam videbimus de limitatione, quam ponit hic Alexand. quando scilicet non esset sublata existenti sui hæredis, puta, quando nec cohæres nec extraneus, nec vulgaris substitutus datus fuit.

31. Vltimo nota in vltima parte, quod si substitutio pupillaris conferuatur per edictum, siquis omiffa causa testamenti, sicut & cætera in testò disposita conferuantur, vt toto illo tit. Et in hoc iste tex. vt singularis. Et ex hoc consequenter inferitur, quod vt valeat pupillare testamentum, sufficit paternum valere seu conferuari de equitate

equitate prætoria. Ita infert hic Iaso. dicens se subtiliter hoc præderasse, sed ante eum in terminis idem dixit Are. hic.

Glossæ istius l. nihil habent, quod non sit dictum supra in notabilibus, & in figuracione casus, aut quod Bar. non tægat in suis quæstionibus, propterea illas particulariter, nequaquam hic declarabo, sed eas tangam quatenus occurrer circa dicta Bartol.

32 Capió igitur primam quæstionem dum Bart. quærit, quæ quo iure sit inducta pupillaris substitutio. Et ex dictis eius colligo duas conclusiones. Prima sit, quod substitutio pupillaris inducta fuit iure non scripto, & sic moribus Lacedæmoniorum, prout etiam dixit glo. & sic iure ciuili illius ciuitatis. Nam cum Lacedæmonij moribus & consuetudine pro legibus vterentur, nec haberent leges scriptas, vt §. & non inelegerit, Inst. de iu. natu. gent. & ciui. & l. nostra cum simi. dicat pupillarem substitutionem fuisse inductam moribus, satis videtur, sequi, ergo iure Lacedæmoniorum, qui moribus vtebantur, cum Bart. transeunt Doctores. Dicit tamen Alexan. quod ex hoc non negatur quin etiã alibi eiusmodi consuetudo obseruaretur.

Aduerte in primis, quia mihi non videtur tutum, quod Lacedæmonij solum moribus & consuetudine vterentur, quia dico quod forte etiam leges à populi decreto inductas seruabant, bene verum est, quod non scribebant eas, sed memoria mandabant, & istud est quod videt probari in d. §. & nõ inelegerit. Cogitabis.

Secundo aduerte, quia posito quod ipsi tantum iure consuetudinario vterentur, non videtur necessaria expositio glossæ & Bartol. in l. nostra, cum etiam ciuitas Romana vteretur moribus & consuetudinibus suis, & sic iure non scripto. §. cõstat, Inst. eo. de iure natu. &c.

Et quod ita sit, patet in l. more nostræ ciuitatis, supra de acquir. her. in l. moræ Romano, supra de ferijs, & in l. i. incipit moribus apud nos, supra de donat. inter vir. & vxor. Probatur clare in l. patre furioso, ibi, cum ius potestatis moribus sit receptum iuncta l. item in potestate te. supra de his qui sunt sui, vel alien. iu. probatur etiam in l. de quibus, supra de leg. Igitur potest concludi, quod moribus Romanis dicatur inducta. Nam cum verbum istud moribus, possit intelligi varijs modis, in dubio debet intelligi scilicet nostræ ciuitatis per antonomasiam iuxta §. sed quoties, Inst. de iure natu. gen. & ciui. Ripa tuetur expositionem glossæ & Bart. & communẽ, quia inquit ipse cum incertum sit quorum moribus inuenta sit, in dubio debemus dicere Lacedæmonum, attento quod ius nostrum ab illis traxit originem. Sed mihi non satisfacit, quia immo ratione dictæ incertitudinis debet intelligi de moribus Romanis, per d. §. sed quoties. Nec quicquam obstat, quod ab illa ciuitate ius nostrum traxerit originem. Quia id est respectu cuiusdam originis generalis, tamen multa induxit iura populus Rom. tam scripta, quam non scripta per mores, vt d. l. de quibus, supra de leg. Vnde cum hic, & alibi simpliciter dicatur, pupillare substitutionem moribus inductam, intelligam in dubio de moribus populi Romani: sicut si diceremus lege scripta aliquid inductum, tali modo intelligeremus, & non referremus ad populum Atheniensem. Ita alias tenui, & nunc inuenio, quod in effectu istud voluit Raph. Cuma. Nam licet lex Romanorum habuerit originem a Græcis, tamen debet dici lex populi Romani, qui voluit eam pro lege seruari.

33 Secunda conclusio Bar. est, quod licet hodie substitutio pupillaris sit redacta in scripturam, tamen adhuc debet dici ius consuetudinario. Quoniam scriptura solum ad probationem videtur facta, sicut videmus in consuetudinibus feudorum vt per eum. Cum Bar. transit Bald. Ang. Imol. & Ale. vt refert Ias.

Nec obstat, si dicatur, quod ista consuetudo videtur fuisse localis, id est apud Lacedæmones, ergo non debet alibi ius facere iuxta notata in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. (per quam ratione Cuman. videtur tenere contra Bartol.) quoniam respondetur se cundum Alexan. quod immo illa consuetudo etiam alibi seruabatur, & sic non erat tantum apud Lacedæmones. De quo tamẽ dic, vt dixi in i. conclusiõne.

Contrarium tamen, quod immo hodie dicatur substitutio pupillaris ius scriptum, tenuit Dyn. vt refert Bar. Sal. in l. si testamẽto. C. eod. Rapha. Cuman. hic & Ang. Aret. Inst. eo. in princ. & sequitur hic Ias. & in effectu idem tenet Soc. nofter à quo Iaso. principale fundamentum furatur, vt inferius dicam. Vt tamen res clarius intelligatur, plenius Soc. hic tractat, quod quando reperiatur in iure scripto illud, quod consuetudine fuit inductum, an. s. desinat dici ius consuetudinarium, & dici possit ius scriptum? Et in hac difficultate distinguit ipse quinque casus, vt per eum.

Et in vltimo casu ad propositum nostrum concludit contra Bartol. hic, videlicet quod hodie substitutio pupillaris & eius forma dicitur inducta iure ciuili scripto, attento quod in l. nostra inductioni consuetudinis additur aliquid videlicet de patria potestate, & de alijs quæ sequuntur, propter quod dicitur fieri nouum ius, argumento l. ius ciuile, supra de iustit. & iu. Et hæc rationem sibi ascribit Iason. sequendo opinionem Socin. licet de eo non faciat mentionem. Et stante ista opinione, non obstat funda-

menta Bartol. quia eis respondet Iason, vt per eum. Sed aduerte quia satis inconueniens videtur dicere, quod istud, quod patria potestas requiratur, sit additum à Iure consulto in hac l. nostra & non esset in ipsa consuetudine. Nam eo posito, sequitur quod prius etiam emancipatis & naturalibus liberis poterat substitui, & in potestatem recasuris: quod non videtur tolerabile.

Præterea, dicere quod Vlpianus in d. l. nostra addiderit, quasi prius non esset, falsum videtur, quia ante eum requirebatur patria potestas. Ita contra Soc. considerat Poli. tertia colu. Et tu dicas hoc euidenter probari in l. cum ex filio, in princ. & in l. coheredi. §. cū filia, infra cod. quarum altera est Iaboleni, altera Papiniani, qui ambo fuerunt ante Vlpianum.

Si vis defendere Soc. potes dicere ad primum, quod non est tam absonum dicere, ab initio consuetudinem fuisse vniuersalem respectu quorumlibet liberorum, cum ratio vrgeret, & contrarium non probetur.

Ad secundum potest dici quod Socin. non intendit illud esse additum mere ab Vlpiano, tanquam noui iuris auctore, sed potius, quod ipse dixerit consuetudini addendum ex iure iam ante eum scripto, vt sic vera additio non ab ipso fuerit facta: sed diu ante eum per ius scriptum. cogita tamen. Et si vis quod consuetudo ab initio obseruaret formam l. nostræ in omnibus & sic quod ei nil fuerit additum, non displicet, vt dicamus quod hodie substitutio ista potest dici ius consuetudinarium respectu originis, & etiam scriptum ius, quia eam scriptam habemus. Nec obstat l. iam hoc iure, in princ. infra eod. vbi probatur, pupillarem substitutionem habere locum ex constitutione diui Marci, & Seueri, ergo de iure scripto, prout Ripa hic considerat pro clara reprobatione opinionis Bartol. & communis. Quoniam responsio facilissima est. Nam illa lex loquitur respectu tacitæ pupillaris, vt. in effectu intelligatur facta, licet sola vulgaris fiat, sed non inductione, vt pater pro filio testetur.

35 Circa secundam quæ Bartol. ponit octo requisita, vt per eum. Quorum aliqua possunt dici superflua, & forte non necessaria ad esse pupillaris, vel si sunt necessaria, dici potest, quod & alia plura requiruntur, vt per Poli. in. 7. q. qui non male considerat, sed inferius de quolibet requisito particulariter loquendo, aliquid super hoc tangam.

Circa primum ergo requisitum, videlicet quod ille cui sit pupillaris substitutio sit de liberis (quod verum & necessarium requisitum est) dic vt per Bartol. cum quo omnes transeunt eo tantum addito, quod quando sit pupillaris arrogato, illa non trahitur vniuersaliter ad omnia bona pupilli, sed ad ea tantum, quæ ab arrogatore habuit. l. si arrogato, supra de adop. & notat hic glossæ & est tex. in l. sed si plures §. in arrogato, j. eo. Circa secundum requisitum, videlicet, quod sit impubes, similiter dicas & hoc esse verum & necessarium. Et ex dictis Bar. circa illud facias duas conclusiones.

36 Prima sit, quod puberi prohibito testari per statutum, puta minori viginti quinque annis non potest fieri pupillaris. cū Bart. transeunt Doctores, vt per Alex. & Soc. verum est quod Ale. dicit rationem Bar. dum considerat pupillum liberos habere non posse, secus in minore viginti quinque annis, non esse bonam, quia immo aliquando impubes liberos habet, malitia supplente ætatem, iuxta glo. 20. q. prima in summa, & tradunt Doctores in c. a nobis, & in c. de illis, de despons. impub. vt per eum. Sed tamẽ Soc. & alij hic dicunt, Bar. posse defendi, quia. s. casus talis tam rarus est, vt non debuerit considerari. l. nam ad ea, supra de leg. Fateor tamen ego, quod illa ratio per se non est sufficiens, quia tunc etiam castrato posset fieri pupillaris, quod tamen est falsum. Nec Bart. eam solum considerauit, sed simul cum impedimento ætatis, vt sic illi pupillaris fiat, qui per ætatem & testari & liberos habere non potest, & per hoc tollitur quod dicit hic Claud. cõtra istam rationem Bar. concludatur ergo secundum Bart. & communem opinionem, quod tali puberi pupillaris substitutio fieri non potest.

Hanc conclusionem intelligas non tantum respectu nominis (de quo nulla prorùs dubitatio est, cum enim iste non sit pupillus, impossibile esset substitutionem sibi fieri pupillarem, cum illa sic datur, quod pupillis fiat) sed intellige etiam respectu effectus. i. vt substitutio sibi fieri nõ possit, vt fortietur naturam pupillaris. Et hoc (ni fallor) est quod Bartol. & alij voluerunt. Sed in cõtrarium allegatur l. qui neque. §. i. supra de reb. co. quem allegat Aretin. hic, sicut enim ibi oratio principis, loquens de pupillis, procedit in adultis propter eandem rationem, ita videtur in casu nostro, cum videatur eadem ratio, quia. s. vterque prohibetur testari ratione ætatis. Sed ad hoc respondetur ex intètionem Soc. quod immo non est eadem ratio. Nam non ideo lex concessit substitutionem simpliciter, quia pupilli non possunt testari, quia tunc satis erat ponere regulam, quod pater pro filio intestabili testari possit, sed dicitur concessa illa substitutio, quia illi propter pupillarem ætatem testari non possunt, nec eadem ætate liberos habere possunt. Quæ ratio non vrget in casu statuti, cum & liberos habere possunt, & non propter ætatem pupillarem prohibeatur testari, sed ex prohibitionem statuti.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Moribus.

37 Sed circa prædicta reuocari in dubium potest ꝛ vtruz tale statutum valeat? & reperio quòd Pau. Castr. in l. ex facto, in princ. prope f. j. cod. videtur tenere quòd non, & eum refert Soc. hic, licet in hoc non se firmet. Idem tenet idē Paul. in conf. 154. per totum, 2. vol. Et hanc opinionem videtur tenere Iason. in l. stipulatio hoc modo concepta, j. de verb. oblig.

Et fundamentum est, quia cum aliquem prohiberi testari sit contra bonos mores d. l. stipulatio hoc modo, cum materia, & ea ratione non potest istud induci per pactum, sequitur, quod nec per legē istud induci possit, iuxta Doctrinam Bart. in l. omnes populi, in 3. q. tertiæ questionis principalis, §. de iust. & iur. Et in hanc sententiam inclinat Polit. in 7. q. 4. col. in tract. de pupil. subft.

Sed in trium præsupponit hic Bart. & præsupponunt alij formantes quæstionem, de qua §. Idem etiam præsupponunt oēs in l. 2. j. de leg. 1. dum quærent stante tali statuto, vtrum prohibeatur codicillari? Et hoc vñ velle Ang. in Auth. vt fact. no. const. §. 1. col. 5. Et ita præsupponit Bar. in l. si cum dotē. §. eo aut tempore, §. soluto matr. Licet passus sit dubius, procliuior sum in partē affirmatiuam, vt. f. valeat. & fundamentum est, quia cum potentia testandi iure ciuili permittatur, vt declarat Dyn. in c. indultū, de reg. iur. in 6. potest alio iure ciuili, & sic statuto tolli & limitari. §. sed naturalia, Inst. de iure natu. gent. & ciuili. hanc rationem allegat Ang. in d. §. 1. Ad argumentum in contrarium respondetur, quia illud dicitur contra bonos mores sola iuris ciuilis censura. vnde cum ipsum ius ciuile contrarium disponat, vel limitet quatenus disponit, non potest amplius dici contra bonos mores. Faciunt quæ supra dixi in secundo notabili, in ea quæstione si statutum disponat valere captatoriam dispositionem. Tenendo ergo quòd tale statutum valeat, stet conclusio supra firmata per Bar. & magis communiter approbata, videlicet quòd vigore talis statuti pater pupillariter substituere non potest scilicet nec in effectu.

38 Sed in contrarium pro alia opinione, quòd immo possit fieri pupillaris, videtur vrgere. Nam ꝛ noua lex addens vel detrahēs antiquæ legi recipit omnes interpretationes, quas recipit antiqua lex. l. si. C. de inoffic. testam. Sed antiqua lex prohibens impubere testari. l. si quæramus, j. de test. recipit interpretationes istam, videlicet, quod pater habens filium in potestate pro eo testari possit, ergo etiam lex noua, ergo & c. eo maxime, quia prorogato censetur fieri cum omnibus suis qualitatibus. l. lecta, supra si cert. petat.

Et per istam rationem Ripa hic tenet contra Bar. & communem, volens quòd immo pater possit substituere pupillariter.

Sed tamen potest responderi vno verbo, quod omnia prædicta procedunt, vbi esset eadem ratio, vt probatur in d. l. si. de inoffic. test. ponendo quod filius sit miles. Nam non testabitur de castrensibus secundum ius commune, sed iure militari propter diuersam rationem inter militem & alios, sed hic est diuersa ratio, vt dictum est, & clarius j. patebit, ergo & c.

Hanc conclusionem limita, nisi statutum expresse diceret, quod ætas pupillaris in quolibet duret vsque ad viginti quinque annos. Nam tunc poterit vsque ad illam ætatem fieri substitutio pupillaris, ita Bal. Inst. de vulgar. subft. dum tractat materiam pupillaris substitutionis. allegat in argumentum l. Mela. in prin. j. de alim. lega. vbi dicitur quod si alimenta relinquuntur puero, vel puellæ vsque ad pubertatem, quod puer det alij vsque ad decimum octauum annum, & puella vsque ad decimum quartum per constitutionem Hadriani Imperatoris & c. Et hanc opinionem Bald. simpliciter refert & sequitur Ale. hic. Idem dicitur in l. sed mihi Bal. ibi hoc nõ dicit, & ideo forte volunt allegare in c. si pater, de test. in 6. Et licet isti non dicant, fundamentum est, quia statutum recipit interpretationem passiuam, l. ius commune loquens de pupillo trahitur ad hunc minorem, qui noua lege dicitur factus pupillus, iuxta l. primam, §. lex Falcid. cum ibi nota. per Doct. j. ad leg. Falcid. & ea quæ tradit Bar. in l. omnes populi. in 6. q. princ. §. de iust. & iur. Soc. noster hic reprobat hanc limitationē ex eo in primis, quia videtur ꝛ mentem Bart. quoniam licet statutum fingat eum pupillum, non tamen potest inducere, eum habere liberos nõ posse, cum hoc repugnet naturæ, in qua se fundat Bar. vt per Soc.

Secundo mouetur, quia cum iste pubes iure communi sufficiens dicatur habere iudicium ad testandum postquam pubes fuit, licet noua ista lege fingatur pupillus, tamen non est conueniens, quòd lex antiqua, prohibens pupillum testari solum propter sensum imbecilem, trahatur ad hunc fictum pupillum, cum non sit eadem ratio, iuxta tradita per Bartol. in d. l. prima, §. lex Falcidia.

Et per hoc patet refusio ad fundamentum, §. factum pro opinione Bal. & Alex. & c. quia tunc demum fit dicta interpretatio passiuam, quando est eadem ratio.

Tertio etiam mouetur Soc. quia & aliàs in iure nostro quis alij quando dicitur impubes vsque ad decimum octauum annum l. Mela. in prin. j. de alim. leg. cum similib. & tñ circa actum testandi futurum pro puberibus, & etiam in omnibus alijs actibus præ-

ter expressos, sic ergo vñ dicendum in casu isto, ne aliàs hoc statutum dicatur abstinuisse facultatem testandi, quòd saperet quid iniquitatis. Erit ergo iste minor, impubes, per statutum quòd ad alia negotia, non quòd ad factionem testamenti, vñ de & c.

39 Circa ista aduertendum in primis est, quia ꝛ quidem auctores & intrepide dicunt, tale statutum valere non posse, quia cum pubertas sit ætas natura præfinita, non potest statutum facere, quòd qui est pubes, sit impubes, sicut non potest ordinare senem esse adolescentem, vel contra, & hoc posito dicunt frustra disputari de tenore, & importancia istius statuti. Ita Polit. in 7. q. tertia, & quarta col. Sed parcat mihi homo iste, nõ recte inspexit Doctorum mentem. Non. n. volunt ipsi, quòd per statutum ne ipsa fiat impubes, qui non est, nec tam fatuos nostros maiores arbitrari debemus, vt id proposuerint fieri posse, quòd naturæ repugnat, sed intendunt quod per statutum minor 25. annis habeatur pro impubere, si quòd ad ea, quæ statuentibus sunt possibilis, vt puta, quòd eis dentur tutores, eorum contractus non valeant, vel quid simile.

Merito ergo & conuenientissime cadit disputatio, an eis possit pupillariter substitui? intellige quòd ad effectum, & etiã quòd ad nomen fictum per statutum. Et in hoc secundo aduerte quia si tenemus quòd per statutum auferri non possit testamenti factio res clara erit, quia ex quo potest testari sibi, substitui nõ potest, vt per Socin.

Si verò tenes, quod auferri possit testamenti factio, vt §. dixi, & tunc considera, quod aut statutum expresse auferat testamenti factionem, puta, quod dicat minor viginti quinque annis testari non possit, & vsque ad illam ætatem duret ætas pupillaris, & isto casu videtur concludendum, quod possit fieri substitutio, quæ habeat effectum pupillaris, per argumentum §. factum pro opinione Bal. & Alex. & sic per interpretationem passiuam, cum enim iste inducatur pupillus, & testari prohibeatur, videtur eadem ratio, ideo & c. & ita videtur determinare Claud. hic.

Aut statutum non exprimit, sed simpliciter dicit, quod duret ætas pupillaris vsque ad vigesimum quintum annum, & tunc videtur quod procedat dicta per Soc. vt sic pie interpretemur, per hoc statutum non esse ablatam testamenti factionem, sed procedat statutum in alijs negocijs, in quibus cadit, quod minor iste possit ledi, & de se ipso ex post conqueri, quòd non cadit circa factionem testamenti, cum semper reuocari possit. Cogita, quia articulus est verè dubius.

Et si quis etiam hoc vltimo casu disputando velit, quod iste non possit testari, de facili sustineret. Quia cum per statutum hæc pro pupillo detur pro tali heri in omnibus quæ sunt in potestate statuentium, & per consequens et quòd ad testam. Et ad argumenta Soc. responderi possit, quia dum dicit, quòd non est eadem ratio, potest dici quòd immo est ex interpretatione statuti, quòd habens hunc pro pupillo, habuit etiam pro insufficiente.

Ad aliud, quòd fecit per d. l. Mela, potest responderi, quòd ibi illud est, quia pie specialiter quòd ad alimenta ibi disponitur, hic vero generaliter. Rursus et disputando dici posset, posito quòd iste testari non possit, vel quia statutum exprimit, vel p in interpretatione, quòd ad hoc procedat opinio Bar. hic, vt. l. substitutio fieri possit, non hñs effectum pupillaris, sed ex plaris, at tñ quòd si iste heret liberos, esset iniquum, quòd illi non vocetur ante alios, & hoc proprie est in ex plari, vt d. l. humanitatis. Et istud videtur sumi ex ratione Bar. quia secundum eum, pupillaris substitutio est, quia impubes per ætatē impeditur testari, simul & liberos habere, quòd non est in casu nostro, iterum ergo cogitabis.

Et si vis tenere quòd §. est dictum, l. q. semper possit fieri substitutio pupillaris. l. hñs effectum pupillaris per rationem prælegatam. Ad hanc rationē respondere poteris, quod si filios non hæc tñ sed ei postea nascuntur intra 25. ann. pupillaris illa extinguitur, iuxta notata per Bar. in l. in pupillari, in f. j. eo. Si etiam tunc hæret & instituantur, res bene procedit, si non instituantur, poterunt contra testam. venire, cum sit testam. patris eorum & factum ab eorum auctore, quibus ipsi dicuntur præteriti. Ad quòd præstat argumentum l. Papinianus. §. sed nec impubere, §. de inoff. test.

Secunda conclusio Bar. est, quod ꝛ puberi ex forma statuti prohibito testari, potest fieri exemplaris substitutio, sicut potest prodigo. Ita firmat ipse in l. ex facto, 7. col. j. eo. ad quæ dicta se hic remittendo, ita videtur hic concludere, & cum eo transeunt Doctores. Ex qua conclusione vltra Doct. inferitur, quòd pater filio impuberi emancipato poterit similiter substituere exemplariter cum & ille sit talis, qui testari non potest, & tamen pupillaris fieri non possit, super quo cogita, & forte inferius aliquid super hoc dicemus.

Circa tertium requisitum, videlicet, quod sit in potestate & c. dicitur in primis quòd & istud dicitur verum & necessarium requisitum omnia enim alia non sufficerent, nisi ad esset patria potestas, vt hic in vericulo, quòd sic erit accipiendum & c. Circa istud requisitum, Bar. hic format tres quæstiones, ut per eum. Et ex dictis ꝛ ipsum in 1. q. colligo duas conclusiones.

41 Prima sit, quod si etiam hodie in pupillari substitutione requiritur patria potestas. Quoniam, licet quod ad successionem ab intestato hodie non differant emancipati a retentis in potestate, tamen quod ad materiam testamentorum remansit differentia. Sed dic ut dixi in l. Gallus. §. & quid si tantum, in vltima oppos. supra de liber. & posth. Et ex ista inferitur secunda conclusio, quod mater, nec etiam hodie, potest pupillariter substituere, cum ipsa nec vnquam habuerit, nec hodie habeat filios in potestate, & ita cum Bar. transeunt Doctores.

42 Sed statim dubitari potest, si nunquid si per formam statuti mater habeat filios in potestate, possit eis facere pupillarem? Et quidem ex praedictis videtur dicendum, quod sic, ex quo defectus potestatis, qui erat impedimento substitutioni, secundum Bar. dicitur per statutum sublatus, igitur &c. cum cessante, extra de app. Sed Bald. in l. precibus. C. eo. 5. col. vers. sed nunquid ipsa mater &c. contrarium determinat, ea sola consideratione, quia nec statutum dicit, nec etiam lege cauetur. Alex. hic tenet contra Bald. & mouetur, quia antiqua lex dat potestatem simpliciter parentibus, ut probatur hic in versiculo, ut quis liberis &c. Nam eorum verborum importantia etiam foemina potest comprehendere, verum statim limitatum fuit ad parentes habentes in potestate. vnde cum ista mater habeat in potestate, termini sunt habiles, & fiet interpretatio passiva, & sic lex antiqua trahitur ad istum casum. Vide per Modern. Eandem opinionem contra Bal. sequitur Soci. & comprobatur, quia mater potest exemplariter substituere, & sic aequiparatur patri, quia patria potestas non requiritur, & tamen difficilius conceditur exemplaris, ut probatur in dict. l. ex facto. nam erat opus impetrare a principe, ut ibi, ergo fortius debet (data potestate requisita in pupillari) aequiparari patri cum ista facilius concedatur. Dominus Claud. hic tenet opinionem Bald. in d. l. precibus, & videtur fuisse de intentione Alb. de Ros. in repeti. rubr. colum. vigesima, in fin. & tenet Polit. in 7. q. col. 6. licet de praedictis non faciat mentionem. Et ista pars mihi videtur securior, licet articulus sit valde dubius. Nam ad hoc vt lex concedens pupillarem patri extendatur, oportet considerare omnino eandem rationem, iuxta tradita per Doctores in l. si verò. §. de viro. supra soluto matr. Hoc autem non est in isto casu, quia quidem patri non ex eo tantum fuit concessum, quod pupillari substituere, quia habeat filium in potestate, sed eo etiam considerato, quod propter paternum amorem ingentissimum, & stabile rectumque eius iudicium recte filio prospiciet. Vnde licet mater per statutum habeat in potestate, tamen non dicitur in ea esse talis confidentia legis, quia in ea non est tam magnus amor, nec rectum & stabile iudicium propter sexus fragilitatem. Sic & alia videmus, quod lex magis confidit de patre, quam de matre, etiam si pater non habeat in potestate, & sic data paritate terminorum, puta, in dando tutore, quia datus a patre omnino confirmandus est §. si. Inst. de tutel. cum in dato a matre fiat inquisitio. l. i. C. de confir. tuto.

Nec ex eo quod fit filius in potestate matris, debet inferri, ergo mater poterit substituendo disponere de omnibus bonis pupillari. Nam videmus quod si arrogator habet filium in potestate, & tamen non potest de omnibus bonis eius substituendo disponere. l. sed si plures. §. in arrogato, §. eod. & l. si arrogator. §. i. §. de adop. Et sicut lex de eo non confidit forte propter agnatos eius &c. ita etiam nec de matre. Posset enim habere filios ex alio matrimonio, ac etiam propter sexum foemineum. Et quod magis de patre confidat lex quam de matre, probatur, quia ipse est legitimus administrator, quod non datur matri.

Et ex his tolluntur allegata in contrarium si recte considerabis. Sed propter formam argumentorum Ale. & Soc. ita singulariter respondeas.

Et primo ad illud Alexan. negatur quod sub verbo, quis comprehendatur foemina in casu nostro, quia cum statim text. declaret requiri patriam potestatem ostendit quod sub illo verbo, quis, solum masculus complexus fuit.

Secundo ad illud Soc. respondetur, quod immo liberius concessa est exemplaris, licet prius fuerit concessa pupillaris. Quod probatur, quia datur omnibus ascendentibus etiam ex linea materna, ut d. l. humanitatis. Et hoc forte ex eo est, quia in ea non est libera potestas substituendi quemcumque, ut ibi dicitur, nec ex haereditate &c. Vnde licet in ea mater aequiparetur patri (quod est quia solum in ea requiritur, quod quis sit de parentibus, ut d. l. humanitatis) tamen aequiparabitur in pupillari, in qua ultra potestatem consideratur, quod quis sit de parentibus masculis propter maiorem affectionem, & stabilius rectiusque iudicium, ut ex praedictis constat.

Posset tamen (ut quidam volunt) defendi opinio Alexand. & Soc. respectu bonorum, quae mater ei reliquit, ut l. in eis pupillariter substituere possit, sicut dicimus in patre arrogante super quo cogitabis, quia non potest pro constanti, ex quo adhuc remanet consideratio fragilitatis sexus, quae non est in arrogante, & posset mater de facili seduci a viro suo. Vnde non esset

forte absonum dicere, quod illi posset facere exemplarem, sicut posset furioso: sicut etiam superius dixi de patre emancipante. Tu cogitabis.

Circa secundam quaestionem Bartol. dum quaerit, quo tempore requiratur, pupillum esse in potestate? collige quatuor conclusiones.

44 Prima sit, quod si in pupillari expressa continetur tacita vulgaris, etiam si illa pupillaris sit inutilis, puta, quia extraneo facta fuit, ut in tex. nostro. Ita etiam firmavit Bart. post Guliel. de Cun. in l. i. §. eo. in vltima quaestione, & ibi magis communiter sequuntur Doctores. Nam licet aliquo casu vitietur expressum, non tamen vitiatur tacitum, quod per se valere potest. l. i. §. i. §. quib. mod. pig. vel hypot. sol. Et quia ista conclusio non examinatur hic, remitto me ad ea, quae dicuntur, supra in l. i. in vltima q. Bar. Et vide ibi Soci. in vltima colum. qui ponit duas notabiles limitationes, licet primam non videatur approbare, dic ut per cum.

45 Secunda conclusio est, quod si substitutio pupillaris, vel etiam alia, quae ab initio totaliter dicitur nulla, non potest ex post aliquem sortiri effectum, licet causa illa nullitatis cessauerit, & superueneritabilitas praedicta substitutionis, & ita procedit l. quae ab initio, infra de reg. iur. & l. quod initio, eod. tit. cum his transeunt omnes.

Tertia conclusio est, quod pupillaris ab initio inualida propter inhabilitatem personae &c. quae tamen valuit vt vulgaris, superueniente habilitate viuo testatore, efficitur valida, quia illa vulgaris mutatur in pupillarem.

Et sic substitutio ista sicut ab initio, ita & nunc valet, sola qualitate eius mutata. Nam, vbi prius erat vulgaris tunc efficitur pupillaris, ut in tex. nostro.

46 Et ex ista ponitur quarta conclusio per Bart. quod si vt pupillaris substitutio sortiatur effectum & validetur, sufficit quod patria potestas adsit tempore mortis patris, & non requiritur necessario, quod adsit tempore testamenti, & ita secundum Bart. est casus in l. nostra, in vers. sed si extraneum. Nam &c.

Et cum his transeunt Doctores magis communiter, ut per Alex. Aret. Soc. & Claud. qui omnes sequuntur Bartol. licet plerique contrarium teneant, ut infra dicam. Facit etiam versic. plane posthumus &c.

Et pro ista opinione secundo optimè facit l. coheredi. §. cum filiae, infra eod. ibi, vel post testamentum caput tenere, iuncto tex. nostro, in versic. plane nepotibus, ibi. Si qui non recasuri sunt &c. inducendo ut per Alex. & Imol. ibi in primo notabili. Sed aduertite, quia tenendo contra communem, ad istud argumentum responderi potest, quod ideo illud sufficit tempore mortis, quia requiritur tantum vt substitutio possit sortiri effectum, merito &c. argumento l. si alienum. §. in extraneis, supra tit. §. ibi, & mortis tempore, vt effectum habeat &c. sed patria potestas requiritur, vt pater sit habilis ad substituendum, merito debet eo tempore interuenire, quo substituit.

Tertio pro communi opinione potest argui sic. In si dispositionibus conditionalibus non requiritur habilitas tempore testamenti, sed sufficit tempore mortis vel conditionis impletæ. l. pen. & l. i. infra de reg. Cato. Sed ad hoc responderi potest, quod ista patria potestas non requiritur tempore testamenti, vt satisfiat regulae Catonianae. Quia tunc fatendum esset quod in dispositionibus conditionalibus non requireretur per illa iura, sed dico quod requiritur pro habilitate testatoris ad substituendum, & vt satisfiat regulae l. quae ab initio, de reg. iur. iuncta l. nostra, in princip. & regulae d. §. extraneis, ita voluit Bartol. in l. i. de reg. Cato. & refert & sequitur Alex. hic.

Immo dico, quod consideratio Catonianae regulae in hac substitutione, velut conditionalis, non videtur bene aptabilis. Quando enim dicimus, quod illa regula non procedit in conditionalibus, intendimus quod sufficit tempore impletæ conditionis actum valere posse, & habilitatem interuenire, quae consideratio non cadit in casu nostro, quod ad patriam potestatem: quia si illa adesset tempore impletæ conditionis, videlicet si moriatur impubes, substitutio valere non potest, quia non moritur sui iuris, vt requiritur. Vnde concludo extra propositum allegari regulam Catonianam &c. Posset & alia pro communi opinione considerari, quae tamen de facili tollerentur, ideo ea omitto. Et ex his patet quod pro ea solum extat fundamentum tex. nostri.

Contrariū tñ videtur, quod immo prius potestas requiritur tempore testamenti pupillaris, & sic tempore, quo fit substitutio, tenuit Frac. de Rāp. Pau. de Cast. Cuma. Iaf. hic, Imo. l. Ceterio (vt alig referit) §. eo. & Ang. Aret. Inst. eod. in princ. in 2. quaest. Et pro ista opinione §. Bar. & eodem obstat regula l. si alienum. §. in extraneis, §. tit. proximo, & §. in haereditibus, Inst. de haer. qual. & differ. iun. reg. l. quae ab initio, §. de reg. iur. Sed ad hoc respondet Bar. & sequuntur alij, quod illi regulae de satisfactum, quae ab initio ista substitutio non fuit omnino inutilis, sed valuit, vt vulgaris, vt dixi in 1. & 3. conclusione.

Et sic non potest dici, quod non interuenit habilitas a principio, cum aliquo modo contiterit substitutio, Et illa vulgaris postea Mar. Soc. Iun. Prima Pars. K 2 muta-

D. Maria. Soc. Iun. in l. Moribus.

mutatur & transitum facit in pupillarem superueniente patria potestate, vt dixi declarando Bar.

Sed contra istam solutionem facit primo, quia si substitutio de vulgari transit in pupillarem, non videtur verum, quod qualitas tantum mutetur, sicut contingit in l. 3. §. pen. & si. supra titulo proximo, sed verius videtur quod mutetur forma & substantia, & effectus substitutionis.

48 Alia enim est forma vulgaris, alia pupillaris, vt probatur Insti. eo. in pr. Item alia substantia & effectus, quia per vulgarem succeditur defuncto in casu non aditæ hereditatis, per pupillarem vero pupillo in casu, quo ipse impubes moritur: & sic per vulgarem solum in bonis paternis, per pupillarem in bonis ipsius filij. Nec verum est, quod dicit hic. Soc. quod in casu huius legis tendant ad idem in effectu, ex eo quod per pupillarem factam ab arrogatore non succeditur nisi in bonis patris, sicut per vulgarem, vt d. l. si arrogatur, supra de adopt.

Quoniam hoc est falsum, quia immo & in bonis filij, quæ tamen viuens à patre, vel eius contemplatione habuerat, vt d. l. sed si plures. §. in arrogato, infra eod. ad quæ bona non trahitur vulgaris. Et per consequens sequitur, quod non tendunt ad idem consequendum, vt dicebat Socin.

Nec quicquam obstat l. fin. supra communia prædico, per quam Soci. hic vult idem esse, etiam quod istæ duæ substitutiones differant substantia vt per eum, quia ibi est casus multum diuersus, & diuersa ratione procedit. Nam in constituenda seruitute in fundo communi requiritur consensus omnium dominorum, & ad obligandum quemlibet sufficit eius consensus, & ille ab initio interuenit, & postea cum alij consentiunt ad eum consensus omnium, prout requiritur, nimirum si valet constitutio seruitutis. Sed in casu nostro ad pupillarem substitutionem requiritur patria potestas, vt fieri possit, non interuenit, ergo non debet valere.

Secundò contra declarationem & solutionem Bar. facit, quia non videtur verum, quod fiat mutatio vulgaris substitutionis in pupillarem, quia tunc vulgaris tolleretur, hoc autem videtur absurdissimum, si enim ab initio valuit vt vulgaris, semper illa vulgaris debet seruari, quousque per aditionem hereditatis expiret. l. post aditam. C. eodem. Igitur si esset vera communis opinio, non fieret mutatio, sed potius vna substitutio adderetur alteri. Hoc autem videtur impossibile, cum requisita non interueniant.

Secundò principaliter pro ista opinione, & contra Bartol. & communem facit regula, quæ ab initio, infra de reg. iur. cum similibus.

Sed ad hoc respondebat Bald. quod illa regula non procedit in dispositione conditionali, sicut nec regula Catoniana, vt dixi supra in tertio argumento pro communi opin. Sed vt ibi dixi, dicit Ale. hic & bene, quod licet regula Catoniana non procedat in conditionalibus, tamen non dicimus hanc pupillarem non valere propter regulam Catonianam, sed propter regulam, quæ ab initio, & propter regulam d. §. quæ in extraneis, quæ etiã in conditionali dispositione procedit, vt probatur ibi, siue purè, siue sub conditione, &c.

Soc. dicit quod immo d. §. in extraneis, non procedit in conditionali dispositione in eo quod requiritur habilitatem tempore testamenti, & sic erit concors cum regula Catoniana. Et hoc probat per illum tex. dum dicit medio autem tempore &c. ibi, vel conditionem &c.

Nam vult, quod si quid contingat inter testamentum, & conditionem non consideretur, ergo si contingat mors, non considerabitur, & per consequens non videtur verum, quod illa tria tempora in conditionali attendantur, scilicet testamenti, mortis, & aditionis. vel si vis ea considerari, oportet fateri quod quatuor tempora erunt, cum etiam tempus conditionis consideretur, vnde ipse intelligit tex. illum, quod in conditionali non consideretur tempus mortis, nec testamenti, sed bene tempus conditionis existētis, & aditionis. Nam quando de tempore testamenti & mortis loquitur, non facit mentionem de conditionali, sed tunc incipit loqui de conditionali, quando dicit inspicere tempus aditionis. Et cum postea dicit, medio autem tempore, &c. dum dicit vel conditio, debet simpliciter intelligi ante conditionem, vt considerari non debeat in conditionali institutione, & sic nec tempus mortis, nec testamenti, vt per eum.

Sed breuiter dicas hunc intellectum stare non posse, & esse expressè contra illum tex. dum in fine dicitur, quia vt diximus tria tempora inspicere debent, quæ verba etiam ad conditionem referuntur, vnde ita illum tex. declara. medio autem tempore inter testamentum & mortem, Et hoc procedit in pura dispositione, vel inter testamentum & conditionem, scilicet, si sit condicionalis mutatio iuris non nocet hæredi. Et sic quod vbi in pura attenditur tempus mortis, in conditionali attenditur tempus conditionis & non mortis, in ceteris verò parificatur, quia semper tempus testamenti, & tempus aditionis inspicitur, & sic semper tria tempora considerantur, & consequenter firmatur, etiam quod in

conditionalis dispositione inspicitur tempus testamenti per illum tex. Quo stante sequitur quod ista substitutio fuit nulla, ergo & c. d. l. quæ ab initio, infra de reg. iur.

50 Sed si aduerte, quia huic regulæ quæ ab initio. respondetur, primò ex intentione Bart. vt procedat quando ab initio fuit omnino nulla, quod non est hic, quia valuit vt vulgaris.

Vel secundò secundum Alex. hic respondetur, vt procedat, quando solus tractus temporis interuenit, secus si cum tempore aliquid extrinsecum accidit, allegat l. posthumum, in princ. supra de iniusto, rupto testam. Sed hic vltra tempus interuenit adoptio, ergo &c. Istam solutionem sentit gloss. in l. quod in initio, infra de reg. iur.

Sed tamen videtur quod neutra solutio procedat. Nam quod ad primam dico, quod immo pupillaris, de qua agimus, ab initio fuit nulla, & validitas pupillaris non potest operari isto casu validitatem vulgaris, vt supra dictum fuit. Secunda etiam solutio Alex. non videtur vera, quia contra eam videtur tex. in l. cetera, infra de lega. primo, vbi vltra tempus interuenit amocio columnarum a domo, & tamen non validatur legatum.

Item videtur contra §. præterea, Insti. quib. non est permis. face. testa. vbi vltra temporis cursum superuenit pubertas, vel sana mens, & tamen non valet testamentum.

Nec obstat d. l. posthumus, quia immo ibi testamentum valuit ab initio, secus esset, si non valuisset, puta, si iam natus præteriretur, vt Insti. de exhered. lib. in prin.

51 Tertio principaliter pro ista opinione contra Bartol. facit secundum Francisc. de Rampon. quia patria potestas requiritur pro forma, vt l. nostra, ergo ea non seruata, actus est nullus, & debet adesse tempore, quo fit actus, l. hæredes palam, in princ. supra de testam.

Sed ad hoc respondet Soc. quod non est verum, quod sit pro forma substitutionis requisita patria potestas, sed illa requiritur pro habilitate personæ.

Sed breuiter dic quod in hoc non erit differentia, quia si persona patris sine potestate est inhabilis, ergo substitutio valere non potest velut facta ab inhabili. Et aliquo modo potest dici requiri pro forma habilitas efficientis, cum data eius inhabilitate, nimirum quam forma in esse deduci potest, puta furiosus propter eius inhabilitatem nunquam deducet testamentum ad sui esse vel formam, sic ergo & in casu nostro.

52 Quarto vltra Doctores pro ista opinione moueor sic, quod qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis. §. si extraneis, supra de noxal. Sed qualitas ista patria potestatis, dum in iure requiritur, adicitur verbo substituere, vt Insti. eodem in princ. ergo debet interuenire & verificari tempore factæ substitutionis.

Demum & quinto facit l. coheredi. §. cum filia, infra eo. ponderando dum text. dicit, Si quis ex his mortis quoque tempore non sit in familia. Nam si per illam implicatiam quoque inferatur, quod & tempore testamenti debet esse in familia, nam natura eius dictionis est implicare, vt per Bartol. in l. Labeo, supra de pactis, & in l. si. secunda colum. supra de eo quod certo loco. tradit Ale. in l. in ratione, §. si. infra ad l. falc.

54 Facit etiam & sexto iste tex. ibi, Emancipatis non possumus &c. Nam si negatiua præponitur verbo possumus, ergo actus totaliter dicitur inutilis, Doctores in cap. primo, de regul. iur. libro sexto, & in l. i. infra de verb. oblig.

Præterea lex requirit patriam potestatem, quia non fuit contenta quod esset pater, quia de eo confidit, quia bonum consilium capiet pro filio, vnde debet hoc adesse tempore, quo consilium capitur, vnde cum iste non habeat in potestate, nec etiam sit pater, non poterit, facere talem substitutionem pupillarem, ergo &c.

Solum remanet difficultas respondere ad tex. nostrum hic. Alia enim pro communi sunt superius sublata. Vnde ad eum potest responderi secundum intellectum Fran. de Rampon. vt dicamus, quod hic præsupponitur quod ante substitutionem post testamentum paternum esset facta adoptio, vt per Pau. Castr. & Ias. hic.

Nec dicatur quod sit de indubitabili, quia respondetur, quod immo satis poterat dubitari. Nam cum pendeat à paterno testamento, videbatur quod non posset fieri separata ab eo, prout et dubitatur in l. si quis eum, §. primo, infra eod. & si dicatur quod cum per d. l. si quis eum, esset hoc decisum, frustra hic ponitur per Vlpianum quod ibi decisum est a Pomponio, qui fuit prior. Responderi potest, quod immo non frustra, quia in casu isto erat maior dubitatio, ex quo iste tempore testamenti non erat in potestate, quod ibi non præsupponitur.

Præterea, licet Vlpianus fuerit post Pomponium, tamen hic in volumine eorum eodem tempore a compilatoribus ponuntur, & ponitur ad diuersos effectus, esto quod in se idem importarent, quod tolerabile est, vt inquit tex. in l. 2. §. si quid autem. C. de veter. iur. enucle. Et pro isto intellectu, qui mihi plurimum satisfacit, pondera quod hic tex. in ver. Si modo, videtur loqui condi-

conditionaliter, vt sic dicat tex. Qui extraneum scripserit haredem impuberem, poterit ei substituere, si modo &c. i. ista conditione impleta, vt. scilicet cum prius adoptet. Et sic clarè ex verbis text. colligitur, quòd non aliàs valet substitutio, quàm si prius adoptetur, & per consequens debet patria potestas interuenire temere substitutionis.

Et si dicatur cur tex. dixit in locum nepotis, cum idem videatur, si in locum filij propter identitatem rationis respondetur, quòd istud dicitur propter continuationem præcedentium. Itaque enim cepit loqui de substitutione facièda nepotibus, vt sic prius dicatur loquutus de nepotibus naturalibus & legitimis, nunc verò loquitur de legitimis tantum.

Et si iterum dicatur, cur dixerit filio præcedente, cum etiam sine eo possit nepos adoptari? vt l. adoptare, §. de adoptio. & §. licet, Instit. eodem. Respondetur secundum gl. q. hoc dictum fuit gratia frequentioris vsus, quòd satis potest tolerari. Et ex his videtur quòd ista opinio contra Bartol. de iure sit probabilior. Sed audi, pro Bar. videtur hic tex. dum de posthumis loquitur. Nam etiam de concipiendis post testamentum debet intelligi, & tamen tempore testamenti non sunt in potestate. Ad hoc potest responderi, requiri patriam potestatem scilicet vt constet impuberem non esse sui iuris, & vt pater ius habeat, si est, vel quando erit.

Sed hic posthumus licet non sit in potestate, tamen non dicitur sui iuris, quia est in rerum natura. Et lex voluit ei posse fieri pupillarem, quia adest confidentia legis, ex quo non est extraneus, seu non est sui iuris, & omnis effectus differtur in casu, quo tempore mortis testatoris esset saltem conceptus. Sed quis noster est valde diuersus, quia tempore testamenti iste erat extraneus, & fortè sui iuris, & deest confidentia legis. Nam testator nedum non habet in potestate, sed nec est pater, merito &c.

Cogita super istis, & si placet ista responsio bene est, sin autez tu cogitabis de meliori, vel si propter hoc argumentum vis tenere communem, cogitabis respondere ad argumenta contraria.

Et dum primò dicebam quòd qualitas adiecta verbo, &c. responderi, potest q. immo tempus substitutionis potest dici tempus mortis, cum tunc testamenta confirmantur, seu effectum capiant.

Ad secundum quod scilicet ad d. §. cum filia responderi potest, q. illa implicatiua quoque, respicit facti contingentiam, & non iuris necessitatem, Immo inhærendo verbis, ille tex. retorquetur dicitur enim ibi, si quis ex his mortis quoque tempore non sit in familia, & sic loquitur negatiuè, vt sic dicamus vt pupillaris fiat irrita, requiritur quòd etiam tempore mortis non sit in familia igitur &c.

Ad tertium dum hic dicitur, emancipatis non possumus &c. respondetur, quòd regula Doctorum, de negatiua præposita nõ est semper vera vt per, Doctores in §. alteri, Instit. de inut. lib. si sup. secundum subiectam materiam, ergo &c.

Ad vltimum dum negabatur consentia legis in eo, qui non habet in potestate, & non est pater, responderi potest, quòd cuz arrogatur, confidentia nascitur, & adest tempore, quo validatur substitutio. Et nota quòd confidentia non est respectu omnium bonorum arrogati impuberis, sed eorum tantum quæ ab arrogatore, vel eius contemplatione habuerit, sed & si plures, §. in arrogato, infra eodem.

55 Sed ¶ aduerte, quia potest nouiter tex. intelligi, vt. scilicet cum supra dixerit, quòd liberis potest fieri pupillaris, dubitatur, quid de extraneo impubere? & deciditur quòd potest sibi fieri pupillaris, si modo &c. i. si ante testamentum patris sit arrogatus, & in hoc differt ab intellectu Franc. de Rampo. cum ipse veit arrogationem factam post testamentum & institutionem eius, licet ante substitutionem pupillarem.

Sed videtur huic intellectui repugnare tex. dum præsupponit, extraneum tempore institutionis. Posset tamen responderi, quòd dicitur extraneus ratione cognationis ciuilis licet non sit ratione cognationis naturalis, & ita audio quòd dicit quidam D. Ferran. Gallus. Cogitabis tamen quia mihi ista responsio ad argumentum non multum placet.

Tenendo tamen opinionem Bar. & est communem, limita eã vt procedant quando fecisset expressam pupillarem specialiter. Secus autem est, si diceretur tacita, vt puta, in reciproca facta filio impuberi, & impuberi extraneo haredibus institutis.

Nam licet isto casu ille extraneus adoptetur, non dicitur facta pupillaris, quæ ab initio nullo modo dicitur facta propter inæqualitatem, vt probatur in l. iam hoc iure, §. 1. ibi. In vulgarem tantummodo casum, &c. Ita determinat Bar. in l. Lucius, §. col. 7. eod. versiculo, quæro quid contra. Et ibi cõiter sequuntur Doctores, & sequitur hic Alex. fundamentum est, quia attentã inæqualitate institutorum, ista reciproca ex mente & voluntate testatoris ab initio non habuit pupillarem, quia eam facere noluit testator, ergo ex post non dēt cõvalidari, d. l. q. ab initio, §. de reg. iur. Soc.

hic dicit hanc limitationem non esse veram, saltem quando adoptio sequuta fuit paulò post. Quoniam, cum substituere potuerit pupillariter, vt tenet communis opinio in præcedenti articulo, creditur etiam voluisse, attento eo, quòd statim sequitur, videlicet quia adoptauit, argumen. l. sed & Iulianus §. proinde, supra ad Macedon. Breuiter circa hoc cõsidera, q. si tenemus q. patria potestas non sufficiat tempore mortis, vt tenui in præcedenti lectione, iste casus est clarus, quia in ista reciproca non continebitur pupillaris, per ea quæ ibi dixi.

Sed tenendo q. sufficiat tempore mortis, videtur q. ista opinio Socin. sustineri non possit generaliter quandocunque postea adoptetur, cum in tex. nostro non dicatur, q. adoptio fuerit facta paulò post, sed simpliciter.

Nec obitare videtur quòd in hoc tex. & in illa communi opinione præsupponatur facta expressa pupillaris, non sic in isto casu, quia fuit reciproca.

Quoniam responderi potest, q. immo & isto casu dicitur facta pupillaris expressa, saltem verbis generalibus, vt declarat Bar. in l. 1. supra eodem.

Et ita q. licet aliàs tacita pupillaris non admittatur contra matrem secundum Doctores, ista tamen admittitur, quia dicitur expressa, vt tradunt omnes in l. Lucius, infra eodem.

Confidera tamen quia videtur q. communis opinio defendi possit, quia quando fit expressa & specialis pupillaris, iam constat quid voluerit testator.

Et in his terminis procedat communis opinio, quãdo scilicet expressit se facere pupillarem, sed in casu nostro, cum non expresserit, potest de facili dici, q. noluerit, vel saltè sumus in dubio, quo casu interpretatio debet sumi, vt id voluerit, quòd inspecto præfenti statu potuerit. Et licet possit dici expressa verbis generalibus, non tamen dicitur expressa specialibus, prout loquitur illa cõis opinio. Vnde si ab initio noluit, vt ex post facto valeat, debet ex integro fieri. l. haredes palam, §. si quid post, supra de testam. vel clarius dicas, q. ex quo ab initio non dicitur facta pupillaris, non potest dici comprehensa in reciproca, aut expressa aliquo modo etiam verbis generalibus, quia tunc tantum illud dicitur factum, quando testator substitutionem facere voluit. At hic dicitur non uoluisse per d. §. sed si alter, ergo &c.

Cogita si volueris tenere cum Soc. in illo casu, saltem quando paulo post sit arrogatio, facile erit, quia ex actu, qui ita iam sequitur, declaratur, quòd ab initio voluit testator etiam pupillariter substituere, & sic cessant prædicta. Facit regula quæ in continenti sunt, dicuntur in esse. l. lecta, versiculo dicebam, supra si certum petatur.

Confidera tamen vterius, quia fortè dici potest, quòd licet non contineatur pupillaris expressa secundum communem opinionem, videlicet illa, quæ in reciproca solet contineri, tamen fortè continebitur pupillaris tacita, quæ continetur in expressa vulgari. Nam & hic dici potest, quòd si testator hunc casum euenturum considerasset, fecisset expressam pupillarem, prout poterat, hoc tamen non pono pro constanti. Et si placet, caue, vt semper intelligas, præsupposita communi opinione in præcedente, & communi intellectu in tex. nostro. Sed si teneres contra eam, prout tenui, non video quomodo lex possit ita interpretari, vt videatur facta pupillaris ab eo, qui eam facere non potest licet contrarium velit Politus in materia reciproca, tertia columna, & malè. Cogita.

Secundo limita illam communem opinionem, nisi iste impubes fuisset exheredatus vt per Alexan. hic post Bald. in Instit. de vulga. subst. Et licet Soc. dicat quæstionem esse inutilem, tamen mihi non ita videtur. Nam, si quo modo valuisset illa exheredatio, illa substitutio posset habere locum in bonis, quæ arrogatus viuens adeptus fuisset occasione patris arrogatoris, dicto §. in arrogato, quibus bonis non dicitur priuatus per exheredationem, cum per prius habuisset.

56 Præterea ¶ etiam quarta, quam debet habere ex constitutione Diui Pij, d. l. si arrogator, non aufertur per exheredationem.

Circa tertiam quæstionem Barto. in isto tertio requisito facias ex dictis per eum duas conclusiones.

57 Prima sit clara & aperta, videlicet ¶ q. potest quis legitimari post mortem patris, vt videtur casus in auth. item si quis, la prima. C. de natur. lib. & in corpore vnde sumitur.

Et adde quòd non solum in terminis d. auth. potest quis post mortem patris legitimari, sed etiam offerendo se curiæ, modo tamen patri non remanserint legitimi filij, vt in §. si quis igitur, in Auth. quib. mod. natu. effici. iui. Et notatur in §. quibus connumerari. Instit. de hareditatibus quæ ab intesta. defer. in gl. in ver. cuius.

58 Secunda conclusio sit, ¶ quòd substitutio pupillaris facta filio naturali inutilis ab initio, validatur, si post mortem patris filius legitimitur.

Et sic datur casus in quo valet pupillaris, licet nunquam impubes fuerit in potestate, etiam tempore mortis. Quod ea ratione Mar. Soc. l. un. Prima Pars. K 3 procedit,

D. Maria. Soc. Iun. in l. Moribus.

procedit, quia legitimatio retrahitur. Et cum ita fingatur semper fuisse legitimus, sequitur, quod etiam per fictionem dicitur fuisse in potestate patris. Et cum Bartol. transeunt Doctores communiter, declarantes tamen dictum istud procedere, secundum terminos dict. auth. item si quis, videlicet quando pater in testamento ordinauerat legitimacionem fieri, quasi tunc ipse pater videatur legitimasse.

Et propter patris consensum est, quod venientes ab intestato conquiri non poterunt: aliis autem praedicta non procederent, quia pro regula dici solet, quod legitimatio non solet trahi retro in praedictum venientium ab intestato, quibus ius dicitur questum, vt communiter traditur in leg. Gallus. §. Et quid si tantum, supra de libe. & posth.

Sed considera, an dici possit, quod etiam procedat extra terminos dict. auth. Item si quis, scilicet quando legitimaretur per oblationem curiae. Nam ista legitimatio fieri potest etiam patre nihil ordinante, vt d. §. si quis igitur.

Immo etiam videtur posse dici, quod tunc fieri possit etiam in praedictum venientium ab intestato, modò non sint filij legitimi & naturales, vt videtur probari in d. §. si quis igitur. Super quibus cogita.

Sed contra conclusionem principalem Bartol. hic facit, quia non videtur quod possit fingi, quod iste fuerit in potestate, cum nunc tempore fictionis non reperiatur pater viuus, & sic deficiat extremum à quo habile, quo casu non admittitur fictio retro translata, vt l. bonorum, infra rem ratam hab. Ita contra Bartol. arguit Imol. in c. Raynutius, in materia pupillaris secunda col. ver. & plus dicit, extra de testa.

Sed breuiter ad hoc respondetur secundum Ale. Soc. Clau. & alios hic, quod istud de patria potestate venit in consequentiam legitimacionis. Quando autem aliquid fingitur principaliter, in quo sunt extrema habilia, si aliquid veniat fictum in consequentiam, in eo non requiritur habitus extremorum, vt videtur probari in l. pen. infra de suis & legi. Ista fuit propria responsio Imolae in d. c. Raynutius, licet Alex. hic tacito auctore sibi ascribat.

59 Circa quartum requisitum Bar. videlicet quod fiat sui iuris morte substituente, ita quod in alterius potestate non recadat.

In primis aduerte, quia hoc non videtur necessarium requiri ab initio, vt substitutio fieri possit, vt est tex. hic, volens fieri pupillarem nepotibus, etiam quos patres praecedunt.

Sed bene requiritur necessario, vt facta substitutio morte substituente fortitatur validitatem, & non extinguatur. Nam si non fieret ille sui iuris morte substituente, puta aui, sed in patris potestatem recaderet, pupillaris ei facta, licet ab initio confiteretur, tamen expirat, & non fortitatur effectum.

Ceterum ex dictis per Bartol. in hoc quarto requisito collige tres conclusiones. Prima sit, quod vbi pupillus alia ratione quam propter aetatem post mortem substituere volens, prohiberetur testari, non possit ei fieri pupillaris substitutio, prout est in recasuro in potestatem patris, ei tamen ab aui substitui non potest, vel si substituatur, substitutio non fortitatur effectum propter illam recedentiam. Idem etiam videmus, si pupillus doli capax in poenam eius delicti sit deportatus, vel aliis fiat intestabilis. Nam nec tunc poterit ei substitui cum effectu, vt declarat Bartol. in l. in pupillari, infra eo. & Alexan. hic. Adde tamen quod ista regula fallit, si illa alia ratio impediens eum testari, esset ex accidenti & sine culpa sua & miserabilis, puta, si etiam sit furiosus. Nam

60 tunc licet etiam per furorem impediretur testari, tamen potest fieri pupillaris, secundum quod eleganter declarat Bar. post antiquos in l. ex facta, quarta col. infra eo. & ratio est, quia semper attenditur impedimentum naturale cum accidentali concurrens l. qui habet, supra de tutel.

61 Secunda conclusio est, quod pupillo militi si in alterius potestatem recasurus esset, non potest fieri substitutio pupillaris, licet ille talis sit, qui solum propter aetatem impediatur testari. Et ratio est, secundum Bar. quia tunc fieret iniuria ei, in cuius potestatem recaderet, in eo quod priuaretur potentia substituendi pupillariter. Illud enim militis priuilegium non debet in alterius iniuriam interpretari. l. impuberi, supra de admin. tuto. & l. cum filius, infra de mil. testa. Dic circa hoc, vt dicam inferius in sequenti conclusione.

62 Tertia conclusio Bar. sit, quod conclusio praecedens limitatur, quando etiam testator esset miles. Nam tunc secundum Bar. poterit ipse substituere etiam recasuro in alterius potestatem, vt videtur probari in dicta l. cum filiusfamil. Circa praedicta aduerte primo, quia si intelligis Bartol. quod ipse miles possit facere pupillarem, vt verba Bartol. sonant, male loqui videtur, quicquid dixerint Ange. Imol. & Arc. in contrarium. Illa enim substitutio de qua in d. l. cum filiusfamil. non dicitur pupillaris, saltem ita, vt trahatur ad omnia bona illius impuberis, sed dicunt Alexan. & Socin. hic quod fuit directa militaris, & non trahitur nisi ad bona ipsius militis substituente. Et secundum Socin. ita debet intelligi Bar. hic voluisse, cum illum tex. alleget, & sic Bar.

tunc non videtur male loqui.

Ego tamen quid Bar. senserit, dubitarem, & potius dicerem, eum intellexisse de pupillari, cum in praecedentibus de ea loquatur, & statim per viam fallentiae ad praedicta dicat, hoc verum, nisi ipse testator, &c. Sed quicquid senserit Bar. istud videtur verum, quod illa non sit pupillaris.

Et hoc ex eo probatur, quia ibi ille pupillus non erat in potestate patris militis, sed aui, vt ibi dicitur in aui potestate manenti &c. Erit ergo secundum praedictos directa militaris, quam non potest facere paganus.

Et propterea vera videtur differentia, quam Bartol. hic facit inter testatorem militem & paganum, quicquid in contrarium dixerit Arc. vt per Soc.

Adde quod potest dici, quod in d. l. cum filiusfamil. substitutio necessaria non probatur vt directa militaris, sed potuit esse vulgaris, & ita in dubio arbitraretur, cum miles in dubio dicatur vsus iure communi. l. in testamento, la prima C. de testam. milit. Hoc tamen videtur contra illum tex. in ratione sui, ibi, quia haereditati quidem &c.

Vltius circa praedicta aduerte, vt omnia plane intelligatur. 63 Nam si quis quaeris, nunquid miles possit facere pupillarem imuberi in alterius potestate? Et dic, aut ille impubes non erat miles, & certum est quod non, licet ipse testator sit miles, ratio est, quia post eius mortem ille pupillus alia ratione, quam propter aetatem, non esset capax testamenti, vnde &c. Fateor tamen, quod poterit facere directam militarem, & in bonis suis quem voluerit, & quomodo voluerit substituere, etiam si impubes ille non esset in eius potestate, vt d. l. cum filiusfamil.

Sed aduerte, quia immo videtur quod miles possit facere pupillarem, sic enim iura probare videntur. Nota tamen, quia non differo in effectu ab Alex. & Soc. vt scilicet solum bona militis veniant tamen videtur quod possit appellari pupillaris.

Pro hoc pondero l. sed & si plures. §. r. ad substitutos, ibi, nisi mihi proponas militem, &c. infra eodem, vbi sine dubio loquitur de pupillari, & tamen dicitur quod solum ad bona militis potest trahi ex eius voluntate. Sed responderi possit, quod ille tex. procedit, quia sic voluit miles, & id constabat, vt probatur ibi, haec me te vt sola vellet habere &c.

Praeterea ibi non loquitur de recasuro in potestate, &c. Sed generaliter &c. Vnde secundò allego tex. in l. miles ita §. ex haeredito, &c. ibi, verum hoc ius in his exercerit, &c. infra de milita. testam. & procedit ille tex. etiam si recasuro substituat, vt statim sequitur, ibi, Nam & si filio suo viuo aui, &c. Et quod loquatur de pupillari non videtur dubitandum, vt ex principio apparet, cum loquatur etiam de exhaereditato, nam &c.

64 Et sicut ibi loquitur de pupillari, ita videtur quod debeat intelligi d. l. cum filiusfamil. Et hoc modo potest defendi intellectus Bart. cogita tamen, & vbi velles tenere cum Alexandro, & Soc. & quod esset substitutio non pupillaris sed militaris, ad d. §. ex herede dato, responderetur, quod in versiculo. Nam & si filio suo, &c. non allegatur simile in qualitate, & nomine substitutionis, sed in effectu circa bona. In quibus habet locum. Aut iste impubes erat miles, & habebat castrense peculium, & tunc quicquid dixerit Bartol. qui distinguebat inter paganum testatorem, & militem, concluditur ex intentione Alexand. & Soc. quod ei non poterit fieri pupillaris, nec a pagano, nec etiam a milite, quia per eum fieret iniuria patri, in cuius potestatem recaderet, vt dicit Bartol. Quae ratio viget etiam in milite, cum nec ei ex priuilegio aliquo detur alicui inferre iniuriam, vt iuribus praedictis, quae allegat Bartol.

Sed considera vltius, quia forte disputando potest teneri, quod immo à quolibet parente etiam pagano (data in ceteris habilitate) poterit huic impuberi militi fieri pupillaris in illis bonis habitura effectum de quibus impubes, (si maior esset) posset testari, per rationem, quam Bar. allegabat, quia scilicet solum ex defectu aetatis impeditur testari, cum enim sit de liberis, impubes, & in potestate, & solum propter aetatem prohiberetur testari, non video cur ei pupillaris fieri non possit.

Nec obstat, quod sit in alterius potestatem recasurus, quia responderetur, quod ad castrensis non dicitur esse in potestate, sed pro patre famil. reputatur l. 2. §. ad Maced. Non obstat etiam ratio illa, quod sic fieret iniuria ei in cuius potestate est, &c. quia responderetur, quod imo nulla sit iniuria, de qua iuste possit conqueri. Et tamen ei nihil, quod suum sit, aufertur, sed auus vitur iure suo fauendo in hoc pupillo.

Praeterea si contrarium diceremus, facile daretur quod iste impubes sine testamento decedat, &c. Puta, si decederet viuo patre suo, vel si praecessit pater, quod ei non fecerit substitucionem, &c. quod esset absurdum &c. Vnde cum iam ab aui sit facta substitutio, & sic certum sit ei futurum haereditatem ex testamento si impubes decedat, dicamus quod valeat substitutio. Sed si pater qui praecesserit, & ipse et pupillariter substitueret, potest tunc

tunc dubitari. Verum ego alterum duorum dicendum arbitror, vel primò q̄ prima substitutio pupillaris facta ab auctore & factum pupillare per secundam factam a patre respiciatur, iuxta §. posteriore, Inst. quibus mod. testā. in fit. sicut si idē pater bis substitueret &c. Vel secundò, si hoc tibi non placet, dicas vtrāq; valere. Illa autē solum habebit locum in castrensibus, quasi testm iure militiæ factum a filiofamil. Illa verò facta a patre procedet respectu aliorum bonorum, quasi testamentum iure communi factum ab homine sui iuris. Et sic dabitur casus, q̄ iste pupillus decedat cum duobus testamentis quod in eo ratione militiæ tolerandum est. l. querebatur, j. de milit. testa. cogita tamen.

65 Circa ¶ quintum requisitum Bar. dic. vt per eum, cū quo transeunt Doctores, vt per Alex. & Iaf. Caue tamen, quia sicut in precedenti dixi, videlicet q̄ ante mortem patris non fiat sui iuris, nõ videtur necessariò requiri, vt ab initio confet substitutio, immo tunc dari nõ potest, sed bene requiritur vt iam facta substitutio, & quæ ab initio valuit, non extinguatur. Nam, si viuo patre substituentē sui iuris fieret impubes, substitutio ab initio iure facta extingueretur. d. l. coheredi. §. cum filiæ. infra eodem.

Immo etiam dici potest, q̄ ex his duobus requisitis, videlicet quarto & quinto, etiam eo respectu, ad quod videtur requiri, alterum sit superfluum. Nam si debet fieri sui iuris morte patris, simul etiam dicitur, q̄ ante sui iuris fieri non debet, & ita etiam quidam contra Bar. aduerterunt.

Sed dicas q̄ Bar. ad maiorem intelligentiam ita distindtè prosequutus est, & vt magis quæstiones suas posset applicare, prout fecit. Circa sextum requisitum, videlicet q̄ pater si bi prius faciat testamentum. In primis dic q̄ istud verum & necessarium requisitum est, & quidem ad hoc, vt ab initio substituat pupillaris substitutio, vt l. r. §. eo. in fin. & hic in versiculo. Quisquis. Istud autē fallit in milite, vt per Bar. & dixi supra in rubrica.

66 Hinc quaerit Bar. vtrum ¶ valeat substitutio pupillaris, si quis testamentum fecerit imperfectum, & minus solenne? Et ex dictis per eum facias duas conclusiones.

Prima sit, q̄ substitutio pupillaris facta in testamento imperfecto valet, si in eo substituti sunt liberi testatoris, argumento l. hac consulti. §. ex imperfecto. C. de testam. cū Bar. trāseunt Doctores. Nec te offendat, q̄ hic non agimus de bonis & testō patris, cuius liberi sunt vocati, sed de testamento & bonis filij pupilli, cui vocati non sunt liberi, sed fratres, propter quod videtur q̄ immo procedat d. §. ex imperfecto. Quoniam ad hoc responderetur secundum Alex. q̄ licet in pupillari agatur de successione pupilli, & eius dicatur testamentum, tamen hoc est nõ verè, proprie, & strictè, cum ille testari non poterit, sed improprie, vt in §. igitur, Inst. eod. ibi, tanquam si ipse &c. sed dicitur tota dispositio vnum testamentum, vt ibidem dicitur, & dicitur factum a patre, vt l. Papinianus. §. sed nec impuberis, supra de in offic. testam. Et pro hoc optime facit ille tex. in eo quod admittitur ibi variatio, vt modo dicatur testamentum pupilli, modò factum a patre, secundum quod magis expedit ad substituendam substitutionem pupillarem. Vnde in proposito dicemus factam a patre, vt sic liberi testatoris dicantur vocati, & ita pupillaris substitutio conseruetur. Dicebat tamen Are. hic quod ista conclusio Bar. & communis debet limitari, quando liberi substituti sunt in primo gradu successione ab intestato ipsi pupillo, & mouetur p. l. fi. C. famil. ercisc.

Sed hanc limitationem reprobatur Soc. primò per generalitatē d. §. ex imperfecto, quæ ita attenditur, vt secundum Doctores ibi, procedat etiam in liberis naturalibus tantum.

Præterea etiam loquitur in matre testante, & per consequens ibi fit extensio iuris iam concessi in patre, prout loquitur dict. l. fi. Meritò prout generaliter loquitur intelligi debet, & sine aliqua restrictione, iuxta doctrinam Bar. & aliorum in lege prima §. nūciatio, infra de nou. oper. nunc. Ex quibus patet responsio ad d. l. fin. quia illa lex loquitur de iure antiquo.

Sed aduerte, quia videtur quod ista dicta Soc. nõ procedant. Non dico quod requiratur per substitutionem vocari pupillo proximiorē, propter ea, quæ infra dicam tenendo contra Bar. 67 tol. diu loquitur de extraneo substituto, sed ¶ in eo quod ipse intendit dictum §. ex imperfecto, procedere, etiam in liberis non proximioribus, quia videtur, quod immo debeat ita intelligi. argumento dict. leg. fi. C. familie erciscam. seu per illum tex. in quo videtur casus. Et cum ille tex. non reperitur correctus, ei standū videtur, lege præcipimus, in fin. C. de appellatio.

Et præterea ratione videtur suaderi, quia vltra fauorem liberorum, concurrat etiam fauor successione ab intestato, qui nõ reperitur in his, qui non sunt proximiores. Ad argumenta Soc. responderi potest. Et ad primum quod licet d. §. ex imperfecto, loquatur generaliter de liberis, & alijs liberorum appellatio ad omnes porrigitur. l. liberorum, infra de verb. signi. tamen non inconuenit, vt per alias leges & rationem restringatur & declaratur. l. non est nouum, supra de legibus. iuncta l. cum ratio, infra de bon. damnato. Non obstat, quod de naturalibus tantum dici-

tur, quia responderetur, negando illud esse verum, vt ibi per Doctores maxime Cor. & Iaf.

Ad secundum responderi potest, quod in d. §. ex imperfecto, non fit extensio quò ad liberos, sed tantum quò ad matres. Immo etiam quò ad matrem non fit extensio iuris iam concessi, sicut contingit in l. r. §. nunciatio, infra de noui oper. nunc. Nam illud procederet, si iam lex simpliciter dixisset, hoc concedatur matri, & lex noua postea diceret, illud procederet in omnibus matribus, vel quid simile cogita.

68 Secunda conclusio est, quod ¶ si pupillariter substituat extraneus, & testamentum sit imperfectum, non valet pupillaris substitutio. & hoc probat Bar. in effectu ex tribus.

Primò arguendo de datione tutoris ad pupillarem, &c.

Secundò, quia si ipse pupillus maior in testamento imperfecto vocaret extraneos non valeret. d. §. ex imperfecto. Tertio per d. §. ex imperfecto, dum dicitur ibi, quod quò ad extraneos habetur pro non facto testamentum, quod est imperfectum. Cum Bartol. transit communis opinio, vt hic per Alexan. & Iaf. Sed in contrarium facit. Nam quando aliquid disponitur fauore alicuius personæ coniunctæ, cui quid relinquitur, procedit etiam quò do relinquitur extraneo, si tendat in fauorem coniunctæ personæ, l. 3. §. liberis, infra de lega. præstand. cum duobus sequentibus §§. ver. sed si proponas. ita arguit Aretin. Facit etiam pro ista opinione secundum Socin. quia ¶ cum pupillaris sit pars & tequeia paterni testamenti, §. liberis Insti. eo. & testamentum valet, licet imperfectum, quia inter liberos, & ita præsupponitur, debet etiam & illa valere.

Et tenendo istam partem, ad fundamenta Bartol. facilis est responsio. Nam ad primum de datione tutoris responderetur, quod ideo illa non valet, ne priuilegium liberorum porrigitur ad datum tutoris, argumento Limpuberi, supra de admini. tuto. maxime, quia parum præiudicat pupillo, qui alium tutorem habebat. Bar. in d. l. liberorum.

Ad secundum responderetur per d. §. sed nec impuberis. Nam dicemus, quod dicitur testamentum a patre factum ad sustinendam tabulas pupillares fauorabiles pupillo, vt l. Iulianus, infra de acquir. hæred.

Ad tertium dico, quod in d. §. ex imperfecto, testamentum habetur pro non facto, quò ad extraneos, quia redundat in damnum liberorum. Sed hic, quòd ista substitutio valeat dicitur ipsi pupillo fauorabile, ergo &c.

Potest tamen ista opinio contra Bartol. & communem limitari ex intentione Soc. hic in fine in prima conclusione per eum allegata, vt scilicet non procedat, quando substitutio pupillaris de extraneo facta, valeret & verteretur & redundaret in damnum liberorum, quibus extraneo relicta accresceret, puta (inquit ille) quando substitutio vni ex liberis facta esset, vel quando persona extranea simul cum liberis esset substituta. Et in isto casu dicit procedere opinionem Bartol. & communem vt per eum.

Sed tu aduerte, quia non parum super hoc dubito. Nam stantibus fundamentis prædictis, idem videtur dicendum etiam isto casu. Et considera, quia nos loquimur de hæreditate pupilli, quæ fratribus eius & liberis testatoris non dicitur quasi debita, sicut debetur liberis hæreditas parentum. Vnde quando Socin. dicit quòd si vni ex liberis extraneus substituat, non debet valere, quia impedit acquiri alijs liberis per ius accrescendi, non videtur consideratè dictum, quia accrescere illis posset hæreditas patris, per fratrem repudiata, & non hæreditas pupilli, postquam hæres fuit patri. Et quò ad illud, fatebor non valere dispositionem de extraneo circa vulgarem substitutionem, cum hoc præiudicaret liberis in hereditate patris eis quasi debita. Et idem dicerem, si vni ex liberis fieret expressa vulgaris, tunc enim præiudicaret liberis in hereditate patris eis quasi debita. Et sic iste erit vnus casus, in quo in expressa pupillari non continebitur tacita vulgaris cum effectu. Et si dicas quòd satis per pupillarem præiudicatur, quia eis, vti proximioribus, debetur hæreditas fratris, responderetur, quòd si ea priuantur, non damnificantur, sed lucrum non capiunt, quæ inter se differunt. l. Proculus, supra de dam. infecto, & l. fin. C. de codicil.

Præterea etiam posset esse mater, quæ etiam successura esset cum fratribus. Et vltra etiam dico quòd magis expedit conseruare substitutionem pupillarem, per quam pupillus habet successorem ex testamento, quam deferre fratribus ab intestato hæreditatem pupilli, nam &c.

Quando autem Soc. vltimò dicit, quòd si extraneus simul cū liberis substitueret, bene tunc procedit, quòd si de extraneo non valeret, accresceret alijs hæreditas pupilli. Et tunc videtur eius opinio æquior, quia liberis fauetur, & etiam substitutio pupillari, vt ille scilicet habeat hæredem. Quoniam licet extraneus repellatur, succedunt pupillo illi liberi & per pupillarem, quibus portio data extraneo accrescit. Sed tamen puto & isto casu posse teneri, etiam extraneum admitti, quia cum iam valto

testamentum. Nam licet lex saepe de aliquo non confidens non det ei potestatem testandi, vt prodigo, & hoc solum ea ratione, ne turpiter disponat, tamen si de aliquo confidat & testandi licentiam praebeat, non curat postmodum quem instituat.

Tertio contra Bar. facit, quia licet patri videatur prohibita administratio in vita, & illud est ne propter eius turpitudinem causa dilapidet, tamen non videtur in morte prohiberi, quia tunc cessat illa ratio, quia cum moritur dilapidare non poterit. Sed tuendo Bartol. responderi posset, quod satis est legem suspicari ne turpiter substituat, & ita malum consilium pro filio capiat. Et satis pater posset dici bona filij dilapidasse, si dilapidatori reliquerit & turpi persona, ita quod pupillo & familiae eius sit dedecori talem habere successorem. Et ex his videtur quod opinio Bar. recte defendari possit, quae multum aequa videtur.

In contrarium tamen plurimum facit. Quoniam, si pater iste (licet sit turpis persona) pro se testari potest, & lex de eo in hoc confidit, videtur similiter quod pro filio possit, cum caetera sint habilia, & circa provisionem per eum faciendam in eo censetur, vel eadem, vel maior affectio circa filium, argumento listi quidem, in si. supra quod metus causae. Vnde Imo. & quidam post eum di-
77 **stinguunt** quod aut. & primo patri ratione eius turpitudinis dicitur ablata facultas testandi pro se, & tunc non poterit etiam pro filio. Et in his terminis procedat opinio Bart. & ita transeunt Alex. & Ias. Sed caue, quia (prout sensit Ias. & exprimit Claud.) tunc prohibitio substituendo ea ratione procedit, quia pater non habet testandi factionem. Et sic non simpliciter ratione turpitudinis, & per consequens non potest dici quod ita senserit Bart. qui solum fundatur quando ratione turpitudinis pater in vita priuatur administratione bonorum filij. Aut & secundo dicit Imol. & sequaces, pater, licet turpis persona, pro se testari potest, licet bona filij in vita non administraret, tamen qua ratione potest pro se testari, poterit etiam pro filio. Et ita proprie contra Bar. Et in hoc residet communis opinio, vt per Ias. & Claud. Nec obstant argumenta facta pro opinione P. quia ad duo vltima supra responsum fuit. Et ad Primum respondetur, quod immo non est maior periculum, quia scilicet lex eum ei facultatem testandi concesserit pro se, nihil sinistre suspicatur in actu testandi, licet aliud sit in vita, propter quod ei abstulit administrationem bonorum filij. Et ita etiam responderi potest ad illam secundam inductionem, quam feci de iuribus, quae Bart. vltimo loco allegat, vt scilicet dicamus, causam suspicionis non adesse, cum lex de isto patre confidat in actu testandi. Fateor tamen quod opinio Bartol. est aequior. Et licet non multum concludenter probetur, tamen si vis eam defendere ad hoc vltimum argumentum facile respondebis. Nam licet pater pro se testari possit, tamen negari potest consequentia, ergo & pro pupillo. Quoniam saepe lex licet circa propria bona de aliquo confidat, non tamen confidit circa aliena, vt in hoc eodem patre constat, qui licet suorum bonorum habeat administrationem, non tamen habet bonorum filij, & in his terminis loquitur Bar. cogita tamen.

78 Circa quod octauum requisitum, vt scilicet adeatur haereditas ex testamento patris, dic vt per Bart. cum quo caeteri simpliciter transeunt.

Caue tamen, quia hoc non requiritur ab initio ad esse pupillaris. Quoniam pupillaris ab initio, quo facta fuit, dicitur consistere etiam viuo patre, qui illum fecit, quo tempore de additione tractari non potest. Sed dicitur requiri, vt postquam ab initio valuerit, effectualiter conferretur & ad fructum non recidat, sicut supra dixi de quarto & quinto requisito.

79 Iterum etiam caue, quia quando Bart. in si. dicit, si pupillus habet cohæredem, qui non repudiat &c. credo quod mendose legatur, & debeat legi, qui repudiat &c. quia si cohæres non repudiet eius additione, pupillaris confirmaretur. Vnde non esset tunc opus, vt confirmaretur ex additione ex tacita vulgari. Et iterum iuuenis aduertat ad fundamentum Bar. qui intendit, quod tunc existentia sui hæredis pupillaris confirmari non potest. Nam hoc ex eo prouenit, quia illa existentia sui hæredis tollitur per additionem cohæredis extranei. I. apud Iulianum. S. idem Iulianus, & ibi tradit Bar. infra ad Trebel. sicut etiam tollitur per dationem vulgari substituti. I. si filius hæres, vbi Bar. supra de libe. & posth.

80 Querit tertio principaliter Bartol. quod duplex sit pupillaris substitutio? & dic, vt per eum, cum quo omnes indistinctè transeunt nihil addito.

Circa quartam quaestionem videlicet quibus verbis fiat pupillaris, facias ex dictis Bart. tres conclusiones.

81 Prima sit, quod si verba illa si hæres erit &c. in substitutione pupillari non sunt de substantia eius, sed potius quando ponitur, ponuntur ex voluntate & eo respectu, quia vt plurimum contingit pupillos fieri hæredes. Ista conclusio est clarissima, si simpliciter intelligatur, quia prout dicit Bart. cum possit fieri exheredato. S. non totum, Insti. cod. cui illa verba non continentur, satis de plano procedit, ea verba non esse de substantia substitutionis pupillaris simpliciter loquendo; Sed si ponamus pupillum institutum, tunc dubitari potest, cum ei conueniant, & iura vi-

deantur illud velle, vt iam hoc iure, in princ. f. eo. & Inst. eo. in princ. & l. i. s. eo. Bart. tamen (licet non ita distinctè loquatur, idem sentit etiam isto casu, vt probatur ex iuribus per eum allegatis, in quibus aliquando pupillus praesupponitur institutus, & tamen Bar. per ea iura vult probare, quod illa verba non sint necessaria, cum in eis iuribus non praesupponantur.

Et ex hac conclusione Bart. sic declarata inferitur secunda conclusio, quod si dicatur, si intra pupillarem aetatem decesserit substituto, dicitur facta propria & specifica pupillaris, ita vt in ea comprehendatur vulgaris omnino tacita. Bal. tamen in d. l. precibus, col. 1. i. v. r. vnum etiam aduerte &c. nu. 42. dicit quod talis substitutio dicitur potius compendiosa, quam simplex pupillaris, quia dicit ipse, sub illis verbis etiam vulgaris dicitur facta, sicut quando sit reciproca, vel alias compendiosa dicitur tamē restricta ad aetatem pupillarem, sicut alias restringitur ad aetatem adultam, vt l. Centurio infra eodem.

Et fundamentum Bal. est, quia cum illa verba non repugnet vulgari, immo in eorum generalitate conueniant, creditur testatorē etiam vulgarem fecisse. Vtilitas maxima est, vt per Doctores. Quoniam si ita est, ista vulgaris excludet matrem testatoris, cum dicatur expressa saltem verbis generalibus; quod non esset si diceretur omnino tacita, vt illa quae comprehenditur in expressa pupillari, quia illa contra testatoris matrem non admittitur, vt per Bar. & alios si. l. proxima.

Item etiam si pupillus decedat viuo patre, vulgaris habebit locum, ex quo etiam illa dicitur expressa facta, secus esset, si diceremus quod esset omnino tacita, quia tunc exspiraret, ex quo de pupillari tractari non potest, vt per Bartol. & alios supra l. proxima in secundo effectu in vltima quaestione, de quo tamen ibi est videndum.

Cum ista opinione Bal. plurimi transeunt & legenda & consulendo, vt per Alex. & Ias. Et ultra allegatos per istos. Idem singulariter consulendo sequitur Corne. consil. 297. incip. In hac consultatione, 3. colum. 1. volum. Nec huic opinioni obstat, si dicatur quod illa verba, si hæres erit &c. non sunt de substantia pupillaris, sequitur quod ista sit specifica pupillaris. Quoniam secundum Corne. ibi responderetur quod hoc non negatur, & dicitur quod sit expressa pupillaris, sed tamen non sola, sed cum ea dicatur facta etiam vulgaris.

Et sic sequitur, quod illa verba, si hæres erit, licet non sint de substantia, tamen si apponantur, qualificant ita pupillarem, vt verba non comprehendant vulgarem, quia illi omnino repugnant, iuxta l. post aditam. C. eo.

Ang. tamen in consil. 4. t. incip. Reperitur inter liberos &c. tenet contra Bald. & prout vult hic Bartol. videlicet quod immo tunc talis substitutio dicitur specifica pupillaris, ita vt vulgaris in ea contenta dicatur omnino tacita. Et plures etiam hanc partem sequuntur vt per Ale. & Ias. & Claud. Dominus Ale. pro concordia dicit primo sic posse dici, quod aut dictum fuit filio meo substituto, vel ei sit hæres &c. Et tunc sit specifica pupillaris, per quam illi succeditur. Aut dictum fuit simpliciter, substituto &c. & tunc sit etiam vulgaris, & sic compendiosa, vt per eum. Qui dicit hoc esse notandum, quia alibi non reperitur.

Sed aduerte, quia contra hanc distinctionem facit l. si ita, §. q. filio, infra de bonorum possessione secundum tabulam. Nam si illa verba, mihi hæres esto, non impediunt pupillarem, vt ibi, minus si simpliciter dicatur, talem substituto, cum de morte impuberis sit facta mentio. Nisi tuendo Alexand. dixeris, quod licet non impediatur pupillarem, & hoc fateatur etiam Alex. tamen patiuntur vulgarem in sui generalitate, quod non cadit, quando fuit dictum filio meo, &c.

Sed adhuc dubito contra Ale. quia non videtur quod si dicatur, filio meo substituto, impediatur vulgaris, quoniam & per eum quis substituitur primo instituto, licet succedatur testatori, vnde &c. Fateor tamen quod si dicam talis sit hæres filio meo, quod verba videantur repugnare vulgari substitutioni. Et sic secundum ista verba saluaretur Alex.

Secundo etiam dicit Alexand. posse opiniones concordari, vt scilicet vtraque opinio procedat quod ad nomen, & non sit repugnancia. Nam erit pupillaris, vt vult Bartol. Item potest & dici compendiosa, attento quod plures dicuntur factae substitutiones, & semper vulgaris dicitur expressa verbis generalibus. Nec secundum Alex. repugnat hoc pupillari substitutioni, quando verba, in ea prolata, vulgari non repugnant, vnde dicit ipse, voces tu istam substitutionem quomodo velis, ego non facio vim. Et si velis vocare pupillarem, dicam quod & in ea expressa continetur vulgaris, cum verba patiantur, nam &c. vt per eum, sicut quae dixeret reciproca, vel alias compendiosa. Et dicit Alexand. hoc sibi magis placere. Et consequenter in effectu ipse tenet opinionem Bald. vt scilicet vulgaris expressa dicatur facta, & non omnino tacita.

Et ita etiam sequitur hic Claud. Tu dic quod renendo hoc oportet, vt vocetur substitutio compendiosa, cum sub compedio plures

D. Maria. Soc. Iun. in l. Moribus.

plures contineat substitutiones, videlicet vulgarem; & pupillarem æquè expressas. Et si volueris appellare pupillarem, eadem ratione poteris appellare vulgarem. Ias. hic post multa tenet simpliciter cum Bar. hic, quod immo illa sit mera pupillaris, & vulgaris comprehensa, sit omnino tacita. Quod etiam voluit Arc. in l. Cæturio, §. eod. quod videtur multum probabile. Nam illa verba, si in pupillari ætate decesserit, sonant in solam pupillarem, cum nulli alij substitutioni ita conveniant. vnde per illorum verborum expressionem interpretabimur mentem testatoris eam fuisse, vt quod ad verba solam pupillarem voluerit facere. Est enim regula

83 † quod ille actus censetur celebratus, cuius natura & qualitas exprimitur, vt traditur per illum tex. in l. cum dotem. C. de iur. dot. facit l. insulam, & l. naturalis. §. 1. §. de præscrip. verb. vnde cum de natura & essentia pupillaris sit illum decedere in tali ætate, & dicatur hoc proprium; & peculiare substitutionis pupillaris; ita quod alij substitutioni non dicatur proprium, dicendum videtur quod cum testator ita dixerit, voluerit specialiter pupillari ter substituere.

Præterea pater, ita substituendo, se refert ad illam ætatem, qua ille per se testari non potest. Vnde conuenit, vt dicamus eam substitutionem fecisse, quæ ea ratione fieri potest, quia scilicet ille pro se testari non potest, ergo pupillarem, Inst. eo. in §. princ. Et per ista patet, casum istum non esse similem reciproæ & cõpensationis substitutionis, quoniam in eis nihil exprimitur, quod vni substitutioni magis conveniat, quàm alteri, & ista opinio videtur de iure probabilior. Præsertim, quia plurima sunt iura, quibus præsupponitur facta specifica pupillaris, & tamen solum præsupponitur dictum si in pupillari ætate decesserit, vel quid simile. Cogita tamen.

84 Tertia conclusio Bar. sit † quod pupillaris facta sub illa forma, si hæres erit &c. trahitur et ad casum, quo hæres nõ sit modò impubes decedat. Et sic secundum Bar. dabit pupillaris partim tacita & partim expressa quod ad casus, cum Bart. est cõmunis opinio.

Hoc autem fundatur in interpretata mente testatoris, quia si cogitasset istum casum futurum, verosimiliter etiam in eius euentum disposuisset, quemadmodum de tacita pupillari dicimus comprehensa in expressa vulgari, vel e contra.

Præterea, licet pupillaris iste non sit hæres effectus, quia tñ dicitur hæres nomine, dicitur satisfactum conditioni appositæ, per testatorem. Et hoc videtur sentire Bar. hic, dum allegat l. Iulianus, de acq. hæ. & l. paterfam. de priu. cred.

Præterea etiam vbi non fuisset iuuentum, beneficium abstinendi, iste filius fuisset statim hæres ipso iure, & sic fuisset purificata conditio substitutionis pupillaris. Vnde ex beneficio abstinendi non debet alterari eiusmodi purificatio ad damnum filij, ita vt impediatur substitutio pupillaris. Caue tamen, quia istæ duæ rationes non videntur generales, quia non procederent, quãdo esset datus cohæres extraneus, vel substitutus vulgaris, cum illis casibus dicatur sublata existentia sui hæredis, vt de primo casu traditur per illum tex. in d. §. idem Iulianus, de secundo verò in d. l. si filius hæres, & supra dixi.

Sed in contrarium tenuit Iac. Butt. videlicet quod eo casu omnino requiratur quod sit hæres pupillus.

Et pro eo primò facit, quia ista conditio dicitur voluntaria, vt per Bar. hic ergo debet impleri in forma specifica. Bar. & alij in l. Gallus §. & quid si tantum, supra de lib. & posth.

Secundò hic videtur exprimi duplex conditio videlicet &c. ergo vtraque debet impleri, cum copulatiuè exprimantur. l. si hæredi plures. infra tit. proximo.

Tertio, quia sicut expressa pupillaris in vno tempore non trahitur ad aliud. l. si ita quis, & l. qui plures liberos §. eod. ita in vno casu expressa, non debet trahi ad alium.

85 Quarto, † quia pupillus repudians patris hæreditatem, & sic ei interens iniuriam, arg. §. 1. Inst. quibus ex caus. man. non lic. dicitur effectus indignus paterno beneficio. arg. l. Papinianus. §. meminisse, §. de inoff. test. & l. pen. C. de leg. cum cõcordantibus ibi allegatis, quæ melius facit. Et istam opinionem tenet Poli. in tracta. pup. in §. quæst. 1. 2. colum.

Sed tamen a communi opinione non est recedendum, quia, si lex interpretando voluntatem testatoris, si fiat expressa pupillaris, vult, quod etiam vulgaris censetur facta, vt dixi, & tamen verba repugnant, & agimus de diuersa hæreditate, fortius videtur quod isto casu censetur facta pupillaris, etiam in casum non aditæ hæreditatis, cum agatur de eadem hæreditate.

Præterea, sicut vulgaris facta in vno casum, puta impotentiæ, trahitur ad casum voluntatis, vel e contra, vt per Bar. §. l. proxima ita etiam in simili in casu nostro. Et hanc opinionem communem puto, verà in dubio. Sed si quoquomodo cõstare posset, testatorem contrarium voluisse stabo voluntati eius, argumento l. in conditionibus, infra de condit. & demonst.

Nec obstant allegata in contrarium. Nam ad primùm dico, quod licet illa conditio, si hæres erit, sit voluntaria, quia poterat nõ apponi, tamen non fuit apposta ad conditionandam (vt dicat)

substitutionem, sed dicitur expressa ratione frequentioris cõtingentiæ & vñs. Quo posito, non procedit argumentum a sensu contrario, nec regula l. cum prætor. §. de iud. vt in cle. 1. de rescriptis, iuncta gl. in versiculo. Præsidentes, & dixi §. in Rubrica.

Et per hoc respondetur etiam ad secundum, quia regula d. l. si hæredi plures, procedit quando plures condiciones apponuntur ea mente, vt qualibet reddat actum conditionalem, quod nõ est in casu nostro respectu illorum verborum, si hæres erit, &c. vt ex pluribus constat.

Ad tertium respondetur, quod argumentum non procedit, quia non est eadem ratio. Nam expressio vnius temporis arguit contrarium in alio tempore, vt d. l. si ita quis. Quoniam expressio illa non potest dici facta ad aliud. Nec cadit consideratio, vt dicatur facta propter contingentiam & vñm frequentiore, vt de se patet.

Ad quartum respondetur, quod dicta in argumeto procedit, quando beneficium a testatore datum, vel non erat compatibile cum impugnatione testamenti, vt in d. §. meminisse, si enim in officiosum testamentum fuisset pronunciatum, vt quærebat ille, legatum nõ valuisset, vel erat datum propter illud a testatore dispositum, quod iste nolens acceptare, dicitur impugnare, vt d. l. pen. cum similibus. Ideo. n. tutor, qui excusatur perdit legatum, quia censetur sibi contemplatione tutelæ relictum, vt satis probatur in d. l. pen. Hoc etiam bene probatur in l. amicissimos, supra de excus. tut. Secus autem est, quando neutrum istorum contingit, & beneficium recedit a voluntate testatoris lege permitte, vt probatur in d. l. amicissimos, vbi tutor, se excusans non priuatur substitutione pupillari, licet priuatur legato, ea tamè ratione, quia non creditur substitutus ratione tutelæ. Sed in casu nostro neutrum istorum concurrat, & pupillus abstinet lege per mittente, ergo &c. Abstinere enim a paterna hæreditate non est incompatible cum substitutione pupillari, l. si filius qui patri, §. eo. Nec substitutio dicitur facta ea ratione, vt pupillus fiat hæres patri, vt de se patet. cogita.

86 Quærit quinto Bart. quis fuit effectus pupillaris substitutionis? & primò dicit quod continet tacitam vulgarem, & ita communiter sequuntur Doctores hic, & vniq; per l. iam hoc iure in pri. §. eo. & clarè hoc dicitur in §. si eiusdem l. & pro ista opinione facit ratio, quia. (qua ratione in expressa vulgari tacita pupillaris continetur, eadem & in contrarium.

87 Polius † in tract. pupil. subst. in §. q. in princ. solus §. omnes tenet contrarium. Et dimissis multis, fundamentum eius est in d. l. iam hoc iure, §. si ibi, vel certè evitandæ questionis gratia. Nam dicit ipse, quod ibi tex. corrigit omnia præcedentia, & per cõsequens vult in expressa pupillari vulgarem non cõtineri, quicquid superius in contrarium dictum fuerit. Sed breuiter dicas, quod communis opinio est verissima, & de ea est casus in d. l. iam hoc iure.

Nec est verum quod in fine corrigit, quia illud dicitur, non corrigendo, sed (prout verba sonant) vt tollatur questio voluntatis. Nam si vna tantum sit substitutio, etiam altera dicitur facta, nisi voluntas testatoris refragetur, vnde quando sunt duo filij, vnus pubes, alter impubes, prout loquitur ille tex. de facili questio voluntatis fieri posset, vtrum scilicet vna expressa, vtraque facta intelligatur, & ideo consuluit ibi tex. in vtrunq; casum distinctè faciendam substitutionem.

Præterea si ibi fieret correctio, certè nec in expressa vulgari cõtineretur tacita pupillaris, cum etiam in superiori de expressa vulgari loquatur, vt patet ibi, ne si in vulgari tantummodo impuberi substituatur, voluntatis questio relinquatur, &c. Et vltra ista, pro ista opinione ultra Doctores allego tibi casum in l. paterfam. primis tabulis, infra eodem, vbi præsupponitur facta expressa pupillaris, & tamen dicitur, quod substitutus in vtrunq; casum, dicitur vocatus. Et hunc tex. non consideravit Poli. licet Bart. ibi in summario suo aliter intelligendo, velit quod sit facta expressa vulgaris.

Posita nunc ista communi opinione, limita eam pluribus modis, vt per Bar. Alexand. & Claud. & inter cetera, limita singulariter, † nisi pupillaris fieret ex intervallo a testamento paterno, prout potest, vt l. si quis cum. §. si infra eo.

Nam tunc in pupillari non cõtinebitur tacita vulgaris. Quoniam vulgaris dicitur testamentum patris, & si contineretur, reperiretur testamentum patris factum ex intervallo, contra l. cum antiquitas. C. de testam.

Ita dicunt Bald. & Cuman. in d. §. fina. & ibi sequitur Aret. & Alexand. & Claud. hic. Facit secundum Aret. quia, quando post factum testamentum, est quid innouandum, omnia ex integro sunt agenda. l. hæredes palam. §. si quid post, supra de testamentis.

Facit etiam secundum Soc. quia si contineretur cum illa dicitur testamentum patris, paterno testamentum tolleretur per illum tex. cuius contrarium ibi dicitur, ergo &c.

Contrarium tamen tenet ibi Imo. & sequitur hic Soc. Mouetur Imol. quia iure cautum non reperitur, ergo &c. l. illam. C. de

de collation. Præterea secundum Socin. vna regula est, quam supra posui, quod pupillaris porrigitur ad vulgarem. ¶ alia regula quod pupillaris fieri possit ex interuallo vt ibi, ergo intelligendo vna regulam secundum aliam; dicemus, quod fiet ex interuallo cum suis qualitatibus, cum prima regula non reperitur limitata. Facit et secundum Soc. nu. 2. quia sicut valent legata facta in codicillis etiam ex interuallo, quia illi sunt accessoria ad testamentum, ita etiam debet valere vulgaris substitutio facta in tabulis pupillaribus, cum & illæ sint pars & sequela paterni testamenti, §. liberis, Insti. eod. tit. & cap. si pater, in fi. de test. lib. 6.

90 Breuiter difficultas huius puncti est, videre, quod vtrum vulgaris substitutio possit fieri ex interuallo expresse. nam si non possit fieri expresse, minus possit fieri tacite. Et si possit fieri expresse, non video cur etiam tacite fieri non possit. Et resoluendo (licet articulus sit dubius) placet, vt ex interuallo fieri possit, modo tamen omnia solemnia ad testamentum interueniant. Si. n. institui Seium hæredem, si postmodum ex interuallo, cum debita solemnitate dixerit, Si Seius, quem hæredem feci, hæres non sit, Gaium substituo, non video cur valere non debeat, cum talis sit voluntas defuncti, quæ semper attendenda est. Et ita tenendo dicam, quod sicut expresse fieri possit vulgaris, ita similiter dicitur tacite facta comprehensa in expressa pupillari, licet ex interuallo fiat.

Nec obstant allegata in contrarium. Nam primo ad l. cum antiquitas, dico, quod procedit respectu testamenti, quod tunc in mente conceperat facere testator, vt. s. vno contextu, & non ex interuallo fiat. Sed isto casu testator, quod mente conceperat, quantum appareat, perfecerat, ergo & substitutio autem vulgaris ex post venit ei in mentem, & tunc illam facit, & cum adhibuerit omnes solemnitates ad testamentum requisita, debet valere.

Nec obstat secundo argumentum Are. ex d. §. si quis post, quia in primis dici potest quod nihil immutatur, quia iam disposita firma remanet, & sic videtur quod procedat ille tex. qui loquitur de immutatione. Vel secundo dici potest, quod hic ex integro omnia videntur acta, cum plena solemnitas interuenierit.

Et notandum est, quod in vulgaris substitutione videtur repeti institutio, & per consequens dicitur confirmari testamentum iam factum. Et per hoc respondetur ad tertium argumentum, quod faciebat Socin. quia non est verum, quod vulgaris per se dicatur testamentum patris simpliciter, ita vt per illud præcedens reuocetur. Nam regula §. posteriore, Insti. qui. modis testa. infra. procedit, quando fit testamentum principaliter, ita vt in eo principaliter de hereditate simpliciter disponatur. Et ratio illius regulæ est, quia simul stare non possunt duo testamenti, cum quo insolitum hæredes vni fieri non possint. l. quod contra, §. vni duo, in fra. de regu. iur. Et præuolat vitium, quia testator a primo censetur recedere, cum simul in vltima voluntate, quæ est ambulatoria &c. Quæ omnia si recte consideras, non procedunt in casu nostro. Nam primum testamentum recte simul stabit cum ista vulgaris substitutione. Et ideo licet aliquo modo dici possit testamentum patris, quia. s. de eius hereditate in ea agitur, tamen per eum non reuocabitur primum. Nec iste dicitur cum duobus testamentis decessisse, quia vere vnum tantum dicitur fecisse, cum semel tantum hæredem fecerit. Sed ei dicitur fecisse additionem istam, in qua sufficit, quod interuenierit requisita solennitas ad testam. per notata per Doctores in d. §. si quid post. cogita tamen.

91 Secundo limitatur communis conclusio, nisi substitueretur per pupillarem filium exheredatus quia tunc in expressa pupillari non continetur tacita vulgaris, puta, instituto impuberi, si impubes decesserit, filium exheredatum substituo.

Nam isto casu si decedat impubes ante a ditam, non habebit locum tacita vulgaris, quia cum iste substitutus iam fuerit a paternis bonis remotus per exheredationem, non debet ad ea amplius redire, ita tenet hic dominus Alexand. ex intentione Cuman. in l. qui habebat, §. eod. Et transit Claud. licet ipse dicat, non ita esse de indubitabili, vt volebat Alex. & neminem vidi hoc reprobantem. Et caue, quia licet Cuman. & Alex. loquantur de pupillari facta illi exheredato, alteri pupillariter substituendo, vt per eos, tamen in ratione eorum decisionis hoc etiam dicitur, immo in hoc fundantur, quod principalis eorum conclusio sit de indubitabili secundum Ale. vt per eum.

Sed mihi hoc non videtur securum, attenta generali regula, quod in expressa pupillari tacita continetur vulgaris, quæ isto casu non reperitur limitata. Nec obstat ratio Alex. quia (vt etiam tangebatur Claud.) ille fuit exheredatus tantum a primo gradu, & prætextu filij instituti censetur exclusus, vnde eo mortuo, alia ratione pater vocauit istum exheredatum per pupillarem ad bona instituti, inter quæ essent etiam sua, si fuisset hæres, eadem videtur eum vocasse ad sua per tacitam vulgarem.

Et si dicatur, si fuit exheredatus, certe vt valeat exhereditatio, præsupponitur quod ex iuxta causam fuerit facta, iuxta §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appel. cog. & per consequens non prætextu filij instituti dicitur exheredatus, sed propter eius malos mores, & iustam causam, vnde cum causa illa du-

ret etiam mortuo instituto, videtur, quod nunquam ad bona patris sit admittendus.

Respondetur, quod licet causa duret, non tamen debet durare voluntas. Nam licet iuste fuerit exheredatus, tamen videtur, quod ad id venerit pater propter filium institutum, quæ prædiligerat. Quod suadetur & ex paterna affectione etiam in prauos filios, vt experientia docet, quæ dicitur rerum magistra. ca. quam sit, de elect. lib. 6. Item & propter substitutionem pupillarem, quam de eo facit, per quem si ei locus fuisset, etiam patris bona iam instituti effecta ad eum paruenissent. Facit etiam quia odium exheredationis operatur, vt strictissime circa eam fiat interpretatio. l. cum quidam, §. de libe. & posthu. & per consequens vt tantum a primo gradu, & prætextu filij instituti dicatur facta.

92 Facit etiam, quia falsas testator diceretur intestatus decessisse, quod (vbi potest contrarium quodammodo dici) fugiendum est, iuxta l. vel negare infra quemadmodum testa. aper. Cogita super his, quia nemo tangit.

Et hanc opinionem forte poteris limitare, nisi cum illo pupillo essent alij instituti, qui patri hæredes fuissent, quoniam tunc exhereditatio potest dici facta, necum propter filium institutum, sed etiam propter alios, quos instituit, quos absque dubio ipso filio exheredato prædiligit. Et per consequens licet ille pupillus non fiat hæres, fiunt tamen alij, propter quos etiam dicitur filium exheredasse, super hoc etiam cogitabis.

93 Tertio limitatur communis illa conclusio, nisi expressa pupillaris fieret exheredato. Nam tunc non continetur tacita vulgaris, quia cum sit facta ei, cui vulgaris non conuenit, non potest dici, quod sit facta substitutio, quæ personis, quibus sit, non conuenit. Nec dicas, quod tacita vulgaris comprehenditur respectu instituti, quia huic dicto repugnant verba substitutionis, quæ non ei, sed pupillo exheredato facta est. Regula enim quæ vult in expressa pupillari contineri tacitam vulgarem, procedit respectu eiusdem personæ, cui facta fuerit substitutio. Et ista limitatio est clarissima, & eam sentit hic Dominus Alex.

Posit Bar. secundum effectum pupillaris substitutionis, quia scilicet substitutus debet fieri hæres pupilli, & ad eius bona admittitur. Et dic vt per eum, & per Alex. hic super quo non insisto.

94 Circa tertium effectum, Bart. concludit quod per pupillarem expressam excluditur mater, & quilibet ascendens per lineam maternam, non solum antiquo tempore, de quo est casus in l. Papi-nianus, §. sed ne impuberis, supra de inoff. testa. sed etiam hodie tum quia iura antiqua non reperiuntur correctæ, tum etiam quia de hoc videtur casus in c. si pater, de testa. lib. 6. Et cum opinione Barto. communiter transeunt Doctores, quicquid dixerit Archi. in d. ca. si pater, volens quod ista opinio non procedat de foro conscientiali propter iniquitatem, quam videtur fouere in excludendo matrem a successione filij. Et tenendo cum eo ad c. si pater, potest dici, quod ibi est speciale fauore pauperum Christi, qui erant substituti. Sed tamen eius opinio est omnino falsa, vt per Socin. & est contra d. c. si pater, quod cum sit de iure canonico non potest dici, quod disponat aliquid contra forum conscientiarum. Nec ibi potest dici speciale, vt supra dicebam, quia est contra illum tex. qui solum se fundat in eo quod substitutio pupillaris dicitur testamentum patris, vel paterni pars, vt ibi in fine dicitur.

Concluditur ergo secundum Bart. quod mater per expressam pupillarem indistincte excluditur etiam a legitima iure naturæ debita per iura prædicta.

95 Sunt tamen qui hanc conclusionem limitant, vt procedat respectu bonorum, quæ pupillus a patre vel eius causa habuerit. Sed si bona aliunde habeat, dicunt impium esse, matrem excludi, concludentes, quod saltem in eis bonis legitima matri debet seruari, ita Polit. in tract. pupil. octaua quaestione, 3. col. dicens se ita in pura conscientia consuluisse. Ego tamen hoc (licet æquissimum videatur) non puto verum, quia eo dato pupillus dicitur pro parte intestatus decedere, contra ius nostrum, infra de regu. iur. Cum ergo iura prædicta simpliciter & indistincte dicant, matrem excludi, nec distinguant a quibus bonis, nec nos distinguemus, & sic indistincte sit vera opinio Bart. & communis.

Caue tamen dum Bart. respondet ad rationem Ultramontanorum de prælatione in successione, quia secundum Iaf. hic Bart. æquiuocat, vt per eum. Tu vero dicas quod Iaf. non recte in se ipse mentem Bart. quoniam sicut Ultramontani loquuntur de persona eius, qui substituitur, ita etiam intendit loqui Bar. Nam cum dicit, quod prælatio in successione non est causa substitutionis pupillaris, sed patria potestas, in consequens dicit, quod non est causa cur substitutus excludat matrem, vnde &c.

96 Querit Bar. statim tamen nunquid tacita pupillaris excludat matrem? & prosequitur plenè hic quomodo cumque tacita possit considerari. Et ex eius dictis facias tres conclusiones.

Prima sit, quod tacita pupillaris omnino id est, quæ in expressa vulgari continetur, non admittitur contra matrem pupilli, quia lex (quæ illam solet ex coniecturata mente testantis subintelligere)

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Moribus.

gere) eam non subintelligit ad matris exclusionem, cum nō ad-
sit tunc talis coniectura, vt subintelligi possit. Quia non est ve-
rosimile, quod pater voluerit matri auferre luctuosam filij hære-
ditatem, vt l. fin. C. de instit. & substit. sub condit. factis. Cum
Bartol. transeunt cōmuniter Doctores hic, & in d.l. fin. l. precib.
C. de impuber. & alijs substit. & in l. Centurio, infra eod. Et pro
eo videtur casus expressus in d.l. precibus, in vers. Nam non est
incerti iuris &c. vt hic per Ale. Soc. & Iaf. & ab ista opinione in
dubio non est recedendum. Verum est, q̄ Fulgos. in d.l. precibus,
& in d.l. fin. tenuit contrarium propter generalitatem d.l. iā hoc
iure. Sed eius rationibus plene respondēt Doctores in locis præ-
dictis. Adde q̄ opinionem Fulgo. sequitur Deci. in d.l. precibus.
in quarto notabili, in fine, & inferius postea in sexta col. & vtro-
bique comprobatur duobus fundamentis, vt per eum.

Sed omnibus eius argumentis responderi potest, vt ego ple-
nē dixi in l. Centurio, j. eodem. vbi plenē defendi communem
opinionem, & vbi postea nouis considerationibus demonstraui
opinionem Fulgos. optime defendi posse. Ea præsertim ratio-
97 ne, quia si per tacitam pupillarem excluditur frater pupilli, qui
erat filius testatoris, in quem ipsius maior est affectio & præsum-
ptum omnino desiderium, vt bona ad eum perueniant, iuxta l.
cum acutissimi, C. de fideicommiss. fortius debet excludi mater
pupilli, in quam nō est talis affectio, nec tale desiderium testato-
ris. Et licet magis matri debeat hereditas filij, quam fratri, iux-
ta l. nam & si parentibus, §. de inof. testam. tamen in hoc non at-
tenditur, quod pupillus fecisset, sed voluntas testatoris, cui iā a le-
ge hoc datū est, vt matrem excludere possit, vt supra dictū fuit.

Præterea etiam dici potest, q̄ immo non magis debetur quia
olim frater excludebat matrē, vt in §. præferuntur, Instit. de Ter-
tul. senat. & hodie pariter vocatur, si sit frater vtriusque coniun-
ctus, vt in authen. defuncto. C. ad Sena. Terullia. vide que scripsi
in d.l. Centurio, vbi etiam reperies satis conuenienter respon-
sum ad d.l. precibus, hic ulterius non instabo.

98 Secunda conclusio est, quod si pupillaris tacita simpliciter, ex-
pressa tamen verbis generalibus, excludit matrem pupilli, nō mi-
nus quam totaliter expressa, vt est illa, quæ comprehenditur in
compendiosa, vel reciproca. Ista conclusio est clarissima, & de
ea sunt iura expressa in d.l. precibus, & in d.l. Lucius, vbi omnes
Doctores dicunt, & sequuntur Bar.

99 Tertia conclusio sit, quod si pupillaris partim tacita, partim
expressa, etiam quo ad casus, indistinctē excludit matrem pupil-
li, eriam in casu tacito, vt per Bar. Puta, si fuerit dictum. Si hæ-
res erit, & impubes decesserit &c.

Nam excluditur mater, etiam si ille impubes decedat nō ad-
ita hereditate. Et cum Bartol. transeunt omnes. Potest tamē du-
bitari, quia, si illo casu habet locum substitutio, certē illud proce-
dit per interpretatam mentem testatoris, & per subauditionem
legis, quia scilicet si testator hunc casum contingere cogitasset,
etiam in eum prouideret, sicut dicimus de tacita pupillari, contē-
ta in vulgari, vnde sicut illa non admittitur contra matrem d.l.
precibus, & supra dixi secundum communem opinionem, ita vi-
detur, quod nec ista, vt sic lex interpretetur, testatorem noluisse
repellere matrem a luctuosa hereditate filij, nec contra matrem
lex pupillarem isto casu subintelligat. Sed tuendo Barto. & om-
nes, responderi potest, q̄ ratio est diuersa, quia isto casu non po-
test ita dici de voluntate testatoris, cum iam in casu expresso ma-
trem repulerit a luctuosa filij hereditate, vnde qua ratione exclu-
dit vno casu, lex interpretatur quod excluderet etiam alio casu.
Quod non procedit si fiat vulgaris expressa, quoniam nihil ex-
pressit testator ex quo appareat, quod velit matrem a filij heredi-
tate repellere. Et propterea lex interpretetur quod noluerit, per
rationes Barto. & aliorum.

100 Querit modo Bart. si nunquid ista tacita pupillaris admitta-
tur contra patrem pupilli in casu, in quo viuo filio nepoti fieri
potest, vt si fiat nepoti ex filio emancipato, & concludit q̄ nō, si-
cut nec contra matrem, vt per eum. Cum opinione Barto. tran-
seunt cōiter scribes, vt per Ale. Soc. & Iaf. vt per eos, qui plu-
ribus eam comprobant. Et inter cetera dicit Iaf. q̄ clara ratione

101 comprobatur, quia. si correlatiuorum eadem est natura, & q̄
statuitur in vno procedit & in alio etiam in correctorijs, l. fin. vt
notatur. C. de indi. vidu. tollen. cum concordantibus allegatis p̄
eum. vnde cum iam sit hoc statutum in matre, vt d.l. precibus, te-
quitur idem debere dici in patre, cum pater & mater sint corre-
latiua. Sed dic q̄ Iaf. in hoc non parum allucinatur quia regula
illa correlatiuorum procedit quando aliquid statuitur in vno, re-
spectu & consideratione alterius, vt d.l. si. cum alijs allegatis per
Iaf. vel statuitur respectu actus, a quo nascitur correlatio, vt in
eisdem probatur, & probatur etiam in l. i. C. de cupres. lib. 1. i.
Quod non est in casu nostro, quia de matre non dicitur dispo-
situm in l. precibus, respectu patris, nec etiam respectu generatio-
nis, sed solum respectu filij.

102 Præterea licet vxor & maritus sint correlatiua, non tamen
ita respectu de patre, & matre. Ista enim nomina non videntur

correlatiua quia vno dempto, remanet tamen alter, quod nō est
in correlatiuis. Sed bene pater & filius, seu mater & filius possunt
dici nomina correlatiua, & ita cognoscis qualiter Iafon. errat in
terminis, licet tñ hoc Iafon. argumentum non probet, nō est pro-
pterea recedendum a cōmuni opinione per adducta per alios.

Sed contra conclusionem Bar. & communem fortiter arguit
hic Imo. Nam cum per vulgarem expressē factam isti nepoti de
extraneo, iste pater pupilli, & sic filius testatoris, fuerit exclusus a
bonis testatoris patris eius, quæ sibi vt filio debita dicebantur. l.
scripto, infra vnde liber. Creditur etiam & fortius quod testator
voluerit eum excludere a bonis & hereditate pupilli, ei minus
debita, quod non est in matre. Et per hanc rationem. Fulgos. in
l. precibus. C. eo. cum Cum. in l. iam hoc iure, §. eo. tenent contra
Bar. Sed tuendo Bart. respondetur secundum Imo. Are. & Alex.
q̄ debet præsupponi q̄ iste pater pupilli, & sic filius testatoris fue-
rit in parte institutus, & sic q̄ portio sibi debita ei non auferatur.

Et licet per vulgarem auferatur ei portio alia nepoti relicta,
tamen non auferatur, quod ei debetur, sed illud, quod etiā extra-
aneo relinqui potest. Quo stante non procedit argumentum, quia
licet testator eum priuauerit, portioe ista sibi nullo modo debi-
ta, non tñ est verosimile, q̄ voluerit eum priuare successiosie filij
ei naturaliter debita. l. nam & si parentibus, supra de inof. testa.
præsertim cum de ea nihil consequutus fuerit. Dicit Soc. q̄ ista
responso videtur dubia, quia cum hoc an mater, pater, vel simi-
lis persona excludatur per tacitam pupillarem, pendeat a volun-
tate testatoris, non a potentia, potest. n. testator, volens quilibet
excludere d. §. sed nec impuberis. Videtur posse dici, q̄ qua ra-
tione excludit filium vulgarem a sua hereditate, etiā in parte da-
ta nepoti, eadem videtur, q̄ voluerit excludere ab hereditate pu-
pilli. Si. n. pater, cuius naturale votum est, parere filijs, eis auferat
sua videtur credible, q̄ etiam aliena voluerit auferre.

Sed breuiter tuendo Bar. & communem, & in effectu prædi-
ctam solutionem (quicquid dixerit Soc.) dic q̄ immo non ita
est credible, quia testator a sua hereditate pro parte data nepo-
ti illum excludit per vulgarem substitutionem, quia iam ei suam
portionem in testamento reliquerat. Ex hoc autem non debet
argui, quod idem voluerit testator respectu hereditatis pupilli,
ipsi patri debita & luctuosa, in qua est minor ratio exclusionis.

Potest etiam pro hoc induci l. si. C. de insti. & substit. aliter,
quam faciat Soc. Nam sicut ibi tacita pupillaris non excludit
matrem, ea ratione quia testator, qui suæ substantiæ partem ma-
tri reliquit, creditur etiam velle eam ad luctuosam vocare hære-
ditatem, sic ergo videtur isto casu dicendum eum & huic patri
sit data portio hereditatis testatoris & hereditas filij, ei non sit
minus luctuosa, quam matri.

Et ex istis videtur inferri, q̄ non procedet conclusio Barto. &
cōis, quando iste pater fuisset exheredatus & totaliter exclusus
a testatoris hereditate. Nam tunc procedet argumentum, vt su-
per eum testator totaliter exclusus a suis bonis instituto, & sub-
stituendo, ita etiam erit verosimile, q̄ excluderet a bonis filij.

Et ita conclusionem Bart. limitat hic D. Alex. Et fuit origina-
le dictum Gulial. de Cune. in d.l. precibus, & sequitur Salic. in l.
in testamento. C. de milit. testam.

Et pro hoc allegant omnes bonum tex. in §. exheredatos, in
Auth. de hæred. & falcid. collat. 1.

Et cum istis ego pertranseo, tenendo communem opinionem
circa matrem, de qua supra diximus. Sed vbi teneres, quod ma-
ter excluditur, idem dicendum esset de patre, & qualibet alia
persona, vt sic idem operetur tacita, quod operaretur expressa
pupillaris cogita.

Concludit etiam circa ista Bar. dum respondet ad l. si verō §.
103 de viro, supra soluto matrimonio, q̄ si istud q̄ tacita pupillaris
non excludat matrem, non dicitur ius exorbitans a regulis iuris
communis. Sed contrarium tenent Alex. & Aret. quia immo si-
mus in exorbitanti, & contra regulam duplicem.

Primò, contra regulam l. antiq̄. C. communia de successio.
Secundò, contra regulam l. cum quid, supra si cer. pet.

Potest tamen saluari Bar. ex mente Soc. quia non est verum,
q̄ fiat contra dictas regulas. Nam dico q̄ hic non est locus, cau-
sæ testati, quia isto casu testator non dicitur disposuisse. Nam di-
citur vocasse substitutum, l. vbi mater nō fiat hæres, argu. l. si quis
ita, supra titulo 1.

Et sic etiam isto casu non consideratur tacitum propter ma-
trem, & ita non venimus contra regulas illas.

Et hoc modo melius defenditur Bar. quam dicere secundum
Iaf. q̄ decisio l. precibus, in eo, q̄ pupillaris tacita non excludit
matrem, dicitur contra ius priuilegiatum, & singulare, vt per eū.
Quoniam non inuenio, q̄ sit ius singulare in vulgari contineri
tacitam pupillarem, immo videtur, q̄ si ius commune, per d. l. iā
hoc iure, in prin. Item etiam melius quam dicere secundū Alex.
q̄ hic sumus in fauorabilibus, in quibus sit extensio per not. in l.
si constituta, supra soluto matrimonio. in 9. q. primæ partis. quia
illud procedit in his, quæ publice sunt fauorabilia, vt traditur in
l. illud

Illud, per illum tex. & in auth. quas actiones. C. de sacros. eccle. & in d. l. si constante.

Insuper circa quaestionem quam ponit Bar. de auia, conclude 104 secundum eum, qd si sicut tacita pupillaris non admittitur contra matrem, sic nec contra auiam, cum Bar. transeunt omnes, & procedit hoc siue sit auia materna, siue paterna, vt per Soc.

Contra hanc communem conclusionem videtur vrgere l. 2. C. de bon. mat. secundum Ias. dicas tu iuncta l. i. illo titulo. Nam qd in l. i. de bonis a matre relicta dicitur in l. 2. extenditur ad bona relicta ab auia, vel pro auia & c. ergo sequitur, qd dispositio loquens de matre per se non vendicat sibi locum in auia, nisi per legem ita extendatur. Sed ipse Ias. respondet, qd ibi ideo est, qd si patris, vel patris appellatio auus, vel auia contineretur, esset eis damnosum, quia de eo excludendo ageretur. Igitur nisi lex dicat, non debet hoc dici. Sed in casu nostro auia venire appellatione matris non est ei damnosum, sed fauorabile potius, cum non de ipsa excludenda agamus, sed de excludendo substituto per illam. Breuiter dic qd ista solutio non tendit ad argumentum, quia immo & ibi agitur de exclusione alterius, & non ipsius auie. I. patris a iure proprietatis bonorum relictorum. Et si dicas, Ias. voluit formare argumentum, vt qd ibi dicitur de exclusione patris ab illo iure proprietatis, non procedat respectu auie. Sed tunc dicam, qd hoc ibi non probatur. Et forte est falsum in se. Vnde duorum alterum necesse est fateri, vel qd Ias. arguendo non recte inspexerit tex. vel soluendo grauiter hallucinatus fuerit.

Pro solutione igitur argumenti, supra formati potest primo dici, qd licet antiquo tempore disposita in matre non procederent in auia, tamen sicut Imperator ibi in casu declarat, quod in auia procedant ita & nos in proposito freti exemplo Imperatoris ibi, dicemus isto casu.

Vel secundo potest dici, qd ex solutione Barto. hic ad d. §. de viro, colligitur responsio. Nam decisio d. l. i. erat contra regulam communem dictantem quod quicquid quaerebat filius, quaerebat patri, vt l. i. infra si a paren. quis fuer. manu. & Inst. per quas person. nob. acquirit. in prin. Merito nisi per legem fuisset facta exceptio, non habuisset locum in auia, & alijs per d. §. de viro.

135 Querit praeterea Bar. vtum si ista tacita pupillaris admittatur contra fratrem pupilli, cui vulgaris facta fuit? & concludit vt per eum. Et facias ex mente eius tres conclusiones.

Prima sit, qd tacita pupillaris simpliciter admittitur contra fratres vterinos tantum illius pupilli, cui pater fecit expressam vulgarem. Nam cum isto casu nulla sit verosimilitudo ex mente testatoris in contrarium, ita dici debet per d. l. iam hoc iure. Dic vt vt per Soc. Et cum hoc transeunt communiter omnes. Sed considera, quia forte non inconueniret, quod hic distingueretur, vt facit Bart. circa fratres consanguineos, videlicet, aut substitutio vulgaris fit in fauorem illius fratris, cui plura legata relinquuntur & c. de quo statim dicam.

Nam posita illa conclusione Bart. pro vera in consanguineo, cum in eo tantum fundatur, quia scilicet vulgaris dicitur facta in eius fauorem, idem videtur dicendum in vterino, cum tunc sit eadem ratio. Nisi dixeris qd immo non sit principale fundamentum in eo, qd vulgaris facta sit in eius fauorem, sed in affectione testatoris, & illa non censetur per vulgarem sublata, quia illa dicitur facta in eius fauorem: attento qd ea non facta, iure accrescendi omnia haberet. Quae consideratio non procedit in vterino, nam ille per ius accrescendi nil erat habiturus, cum non esset haeres. cogita nisi dixeris, quod immo non sit principale fundamentum in eo, qd vulgaris facta sit in eius fauorem, sed in affectione testatoris, & illa non censetur per vulgarem sublata, quia illa dicitur facta in eius fauorem, attento quod ea non facta, iure accrescendi omnia haberet.

Secunda conclusio est, qd frater consanguineus pupilli, in cuius fauorem facta fuit vulgaris, non excluditur per tacitam pupillarem. Et pone exemplum secundum Bart. si fratri a substituto vulgari sint plura legata relicta, vt per eum.

Cum. n. isto casu sit verosimilitudo, & praesumptio sumpta ex l. cum acutissimi. C. de fideicom. secundum eam iudicandum est, cum sit, quod circa tacitam pupillarem totum ius pcedat ex coniecturata mente testatoris.

Nec ista verosimilitudo, & coniecturata mens potest dici sublata per vulgarem (prout erit in sequenti conclusione) quia cum sit illa vulgaris facta in fauorem fratris, demonstrat potius contrarium. Facit l. quod fauore. C. de legi. Politus in tractat. vulg. circa finem secundi effectus dicit, Bartol. in hoc errare, quia quare ratione in fauorem fratris dicitur facta vulgaris, vt scilicet ipse non implicetur oneribus, sed habeat legata sibi relicta, vt per Bartol. eadem debet ceteri facta pupillaris similiter in fauorem fratris, vt sic ea locum habente, ipse frater habeat illa legata, & oneribus hereditarijs non implicetur. Et quod debeantur legata, licet ipse nihil alleget, facit in argumentum l. cohæredi §. cohæres, infra eodem in fin. & l. in ratione, la prima, in fine, infra ad leg. Falcid. quatenus illa iura concursum legatariorum, & cō

tributionem legatorum faciunt in primis, & secundis tabulis factorum.

Sed mihi hoc non videtur tutum, quia stante tali dispositione, non credo quod legata debeantur a succedente per tacitam pupillarem tantum. Nam illa sunt relicta in substitutione vulgari, & sic ab hereditate defuncti, si vulgari substitutioni locus erit. Sed vulgaris expirauit adita hereditate, & per consequens substitutus non succedit defuncto: igitur videtur quod legata non debeantur. Nec obstant iura praedicta, quia in eis legata sunt relicta in primo gradu institutionis, ex quo fuit adita hereditas.

Vnde his stantibus dici potest, tuendo Bart. quod frater excludat substitutum ex tacita pupillari, quia alias ei damnum inferretur, tum in hereditate pupilli, tum etiam in dictis legatis, quae sibi non deberentur.

Praeterea posset dici, qd licet testator noluerit eum implicare oneribus hereditarijs circa suam hereditatem, tamen non ita voluit circa hereditatem pupilli, quae forte erat non ita implicita. Cogita tamen. Hanc tamen conclusionem Bar. plures Doctores reprobant, tenentes simpliciter & indistincte quod tacita pupillaris admittitur contra fratrem, vt Iac. Butr. in l. precibus. C. eod. vt refert & sequitur Imo. hic, licet Alex. dicat, quod non inuenit hoc in lectura Iac. Butr. Idem tenet Imol. in c. Rayn. extra de testa. in materia pupillaris. Fulg. in d. l. precibus, & Cuman. in l. iam hoc iure, infra eod. Et mouentur maxime Imo. hic quia cum hoc non reperiatur dispositum de fratre l. precibus, & l. in loquentes de matre, non trahentur ad fratrem, cum non sit eadem ratio. Matri enim praeteritae simpliciter datur querela non autem fratri, vt hic per Bar.

Sed huic rationi respondet Barto, quia, licet non vigeat ratio querelae, vigeat tamen ratio praesumptae voluntatis, argumento l. cum acutissimi. C. de fideicom. Et ex pluribus rationibus iussit vniam extare, vt per Bar.

60 Tu circa hoc caue, qd quia regula §. affinitatis, Insti. de nupt. & similibus allegatorum per Bart. solum procedit quando constat aliquid esse dispositum multiplici ratione aequae principali, & in eodem casu tollatur vna ratio, nam sufficit qd alia remaneat.

Sed hoc non videtur ad propositum nostrum, quia in primis non constat, qd decisio d. l. precibus, sit fundata ista duplici ratione aequae principaliter. ratione querelae, quae datur matri, & etiam ex praesumptae voluntate. Sed videtur, quod sit vna tantum ratio, scilicet praesumpta voluntas in eo, quod matri datur querela.

Quo posito tollitur responsio Bar. & remaneat argumentum Imo. cum cessante querela in fratre, cesset fundamentum praesumptae voluntatis.

Praeterea illa regula procedit respectu eiusdem casus, & in casu nostro posset applicari (tenendo, quod illa l. precibus, habeat illam duplicem rationem) quando in matre tolleretur vna ratio, non autem illud debet trahi per extensionem ad alios casus. Igitur melius declarando, dicas ad argumentum Imol. qd immo est eadem ratio. scilicet praesumpta voluntas defuncti. Et licet in matre illa praesumpta voluntas fundetur in querela, & in eo, quod filij hereditas matri dicitur luctuosa, tamen in casu isto in fratre fundatur ista praesumptio in verosimilitudine d. l. cum acutissimi, vt supra dixi, & in illo fauore, quem fratri ostendit testator in substitutione vulgari.

107 Tertia sit conclusio, qd si vbi impuberi sit simpliciter vulgaris de extraneo, ita vt non appareat facta in fauorem fratris pupilli, tacita pupillaris excludit tunc fratrem, & hoc, quia ista verosimilis videtur testantis mens, cum illum excluderit per expressam vulgarem a bonis suis, filio suo & fratri impuberis magis debitis fortius censetur per tacitam pupillarem eum excludere voluisse a bonis fratris pupilli, illi minus, vel nullo modo debitis. cum Bar. transit magis communis opinio Doctorum, vt per Socin. & Ias. Nec huic conclusioni obstat, quod superius dixerat Barto. in quaestione de patre. Quia, vt declarat Soc. ibi concurrunt alia ratio praesumptae voluntatis, videlicet, qd patri datur querela, & ei dicitur luctuosa hereditas filij, sicut matri, vt per eum.

Dominus Alex. hic Aret. & Claud. & Polit. in loco praedicto dicunt veriorum & aequiorum contrariam opinionem, vt scilicet indistincte frater consanguineus excludat substitutum venientem ex tacita pupillari, quoniam ita praesumi debet voluntas testatoris per d. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & per d. l. cum auus, §. de cond. & demonst.

Nec obstat rō Bar. quia dicitur oēs isti, qd cum iste frater ex bonis patris habuerit partem suam, & ita praesupponimus quod ad aliam portionem datā fratri impuberi, non det considerari amplius vt filius, cum ea sibi nullo modo debeat. Et sic sequitur qd pater per vulgarem non dicit eum exclusisse a sua hereditate illi aliquo modo debita. Et per consequens cessat fundamentum Bart.

Et qd frater quod ad fratris portionem non consideretur vt filius testatoris, inducit hic subtiliter Are. d. l. cum auus, iuncta d. l. cum acutissimi, in eo qd in l. cum auus, excludit filius testatoris tanquam extraneus, iuxta rōnem d. l. cum acutissimi. Pro hac opinione facit l. pen.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Moribus.

l. pen. C. de impub. & alijs substi. vbi illa clausula, si vterque impubes deceffit, non resoluitur in singularitates fauore fratris, & sic quia extat persona, quæ ex verosimili mente testatoris excludere debet substitutum, & ibi erat expressa substitutio, fortius hoc est dicendum in casu isto, quod propter istum fratrem cesset substitutio, quæ fuit omnino tacita. Ista opinio est multum æqua, et propter auctoritatem prædictorum posset forte obtineri.

Sed tamen communis opinio potest optimè defendi per rationem Bar. Nec obstat, quod iste habuerit portionem suam, quia ex hoc non tollitur, quod sit filius, & quod per vulgarem non excludatur a bonis patris, quæ ad eum iure accrescendi peruentura erant fratre impubere non existente hærede, vt per Soc. hic. Nec obstat. d. l. cum auus, quia ibi adest pronepos ex nepote, & sicut nepotem in illa portione prædilexit, ita eius descendentes, qui etiam sunt de liberis ipsius testatoris.

Nec obstat, quia ibi non militat ratio Bar. videlicet quod per vulgarem aliquis illorum sit exclusus, vt per Soc. cogita tamen.

Modò ex dictis Bar. in præcedentibus infert Socin. duo valde notanda, vt per eum.

108 Adde tamen circa primum, quod dum dicitur quod dispositio l. cum auus, habet locum, etiam si liberi grauati, essent nati tempore testamenti licet eis esset aliquid relictum, referens quod ex hoc alius fuit consultum per genitorem suum D. Marianum Soc. auctorem meum in pulchro casu, vt per eum. Et illud consilium reperies nu. 23. & incipit. Circa prædictam consultationem &c. vbi multum late & subtiliter disputat.

Adde tamen quod in hoc contrarium consuluit Roma. in cons. 370. In casu propositæ consultationis, idem tenet patruus meus Soc. in cons. 191. Licet difficultas discutienda &c. & plenissime in d. l. cum auus in j. q. extra Bar. col. 39. vbi per quinque columnas hanc questionem prosequitur, & concludit cum Rom. quod immo decisio d. l. cum auus, in filiis iam natis non procedat, maxime cum eis aliquid sit relictum. Et ista opinio in puncto iuris videtur verior. Quoniam decisio dict. l. cum auus, fundatur in eo, quia, si testator de nepotibus ex filio grauato cogitasset, non est verosimile, quod eos exclusisset per substitutum, vt dicitur in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. sub cond. factis. Et hoc, quia non est verosimile, quod quis voluerit propriam sobolem alienam postponere, vt dicitur in d. l. cum acutissimi. & in hoc fundatur intuitu pietatis, de quo in d. l. cum auus. Pium namque est sic interpretari, vt illud censeatur scriptum, quod testator verosimiliter dixisset, si de nepotibus ex grauato filio cogitasset, vt d. §. cum autem.

Ex quibus demonstratur, quod si testator cogitauerit, & eis non prospexerit, cessant omnes prædictæ rationes. Et ita generaliter reperio firmatum per nouissimos Perusinos in l. ex facto §. si quis rogatus, infra ad Senatus cons. Trebel. quacunque probabili coniectura probari possit quod testator, de bonis grauati cogitauerit. Sed sic est in proposito, quod si isti nepotes erant nati tempore testamenti, & testatori notissimi, non potest dici quod de eis non cogitauerit, maxime si in testamento eis aliquid reliquit, cum tunc iam constet, quod de eis cogitauit. Et secundum hanc opinionem consulerunt insignes Doctores optimi iudicii, & timorata conscientia D. Ioan. Perr. de Monte Sperel. & D. Benedictus Capra Perus. vt refert Soc. in d. l. cum auus, col. 43. vbi etiam dixit, quod eius consilium. 191. subscribendo comprobauit Dom. Bal. Nouel. & ibi poteris videre plurimas rationes per ista parte, ad quas me remitto.

Et per prædicta alius in pulchro casu consului, quod si testator in situat duos filios, & eos inuicem substituat vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum, & casu quo decederent sine filiis, substituit quamdam eius sororem &c.

Nam consului, quod in prima substitutione inuicem facta, in eo quod continet fideicommissariam, non subaudiatur conditione liberorum. Quoniam iam aperte constat quod de liberis cogitauit, dum in secunda substitutione expressè posuit eos in conditione.

Mouebat etiam per ea, quæ posuit Cum. in quodam consilio, quod refert & sequitur Soc. in cont. 2. inter cons. Cur videlicet **109** quod si vnus ex filiis grauetur restituere post mortem simpliciter, alter si decesserit sine filiis, non subaudiatur conditio liberorum in persona eius, qui simpliciter fuit grauatus post mortem, solùm ea ratione, quia iam constat, quod testator de liberis cogitauit, apponendo eos in conditione in grauamine alterius. Et hoc consilium etiam refert & sequitur Soci. in d. l. cum auus, col. 20.

Mouebat & ex pluribus alijs, quæ breuitatis causa omitto. Et illud consilium nostrum comprobant subscribendo plusquam viginti Doctores ex primis Italie, & inter ceteros, & primus Dominus Dec. D. Vincentius Freg. D. Antonius Burgos, D. Franciscus Curtius. D. Io. Franc. Calcan. & alij plures. Et pro eadem parte consuluit etiam D. Ias. vt pars mihi asserit, licet eius consilium non viderim.

Circa secundum notandum illatum per Soc. & questionem ad quam inde infert, vide omnino eum in l. si cognatis, in fi. vbi prosequitur materiam per duas colum. infra de reb. dub. vbi di-

stinguendo sex casus, pulchre declarat quando procedat illud, quod videtur inferendum ex mente Barto. hic, & quando illud quod ipse pluries consuluit. Asserit enim ibi in fine, quater se consuluisse. Vide omnino, & tene menti.

110 Querit modo Bart. stante hoc quod tacita pupillaris contra matrem non admittatur, & quidem, quia ita præsumitur fuisse de intentione testatoris, ne mater in dubio excludatur à luctuosa hæreditate filii, vt d. l. fin. C. de insti. & substit. Vtrum contra hanc præsumptionem admittatur probatio in contrarium, & sic quod testator voluerit tacitam pupillarem habere effectum, etiam contra matrem? & concludit quod sic, vt per eum, cum quoniam omnes indistinctè transeunt.

Illa tamen probatio non efficiet pupillarem dici expressam, cum de ea nullum verbum dictum fuerit, sed tendet illa probatio, vt demonstraretur, testatorem substituentem vulgariter verosimiliter voluisse, quod illa substitutio porrigatur ad pupillarem, etiam contra matrem pupilli, vt per Bart. qui de hoc infra ponit exempla.

111 Querit statim Bar. quod quot testes requirantur ad talem probationem? & dic, vt per eum, cum quo transeunt simpliciter Doctores. vt tamen distinctè Bartolum intelligas, facias ex dictis eius duas conclusiones. Prima sit, quod tenendo quod expressæ vulgari insti. tacite pupillaris ab initio, etiam quod mater sit in medio (quod ipse dicit esse verius, & tenuit in l. Centurio. §. eodem vbi alius diximus ad probationem de qua supra. §. quod testator voluerit etiam matrem per tacitam pupillarem excludi, non requiritur solemnitas testamentaria, sed sufficiunt duo testes, vt per eum, & in hoc optimè loquitur.

Secunda conclusio est, tenendo cum Petr. quod matre existente, tacita pupillaris non contineatur in expressa vulgari. Tunc talis probatio requirit solemnitatem testamentariam, & sic septem testes, vt per eum. Mihi hoc nunquam placuit, quoniam sicut in prima conclusione sufficiunt duo testes, quia sumus in probatio ne declaratoria, vt dicit Bar. Ita etiam dicendum est isto casu, quod etiam hic dicitur probatio declaratoria. Nam est quod quando mater est in medio, ab initio non sit tacita pupillaris, si quando mater per eum, non venit excludenda, tamen si volo probare testatorem sensisse, quod mater excludatur, præsupponitur necessario, quod istius voluntatis fuerit tempore testamenti, quæ tamen ante probationem dubia erat, & nunc per probationem declaratur. ex quo sequitur, quod ab initio etiam tacita pupillaris ad fuit, non obstante existentia matris, ex quo contra eam veniebat admittenda. Et per consequens sequitur, quod per talem probationem, non inducitur noua voluntas testatoris, sed solùm declaratur, quæ fuerit. Et hoc puto verissimum. Et nunc inuenio quod solus Claud. ad hoc aduertens, tenet contra Bar. & bene.

112 Querit inde Bart. quod ex quibus colligatur voluntas, quod testator voluerit per tacitam pupillarem matrem excludi? & ponit, quod quadruplici modo, vt per eum. Circa primum modum, quando scilicet testamentum quid fuerit dictum: Ponit exemplum Bart. si ante testamentum dixerit, quod vbi filius moreretur, nolebat matrem eius habere etiam obolum, vel quid simile, vt per eum, cum quo transeunt omnes, vt per Ale. Ias. & alios. Ampliat hoc Bald. in d. l. precibus, secunda col. etiam si talia verba fuerint post testamentum prolata. Nam ex eis legitime probatis declaratur voluntas testatoris in illa tacita pupillari, vt si voluerit per eum matrem excludi, & ita referunt, & sequitur hic Ale. & Ias.

Politus in tract. vulgari. substitutionis in secundo effectu in 4. col. audacter firmat contra Bar. & omnes.

Primò, quia illa verba ante testamentum prolata, apparent prolata calore iracundia, vt ipsa sonant, vnde non debent operari. I. quicquid calore, infra de reg. iur.

Secundo, esto, quod considerate &c. dicitur testatorem mutasse opinionem, quod vel ex eo apparet, quod matrem per expressam pupillarem non priuauit, cum posset. Facit quia in dubio equior pars &c. Sed propter ista non recedas a communi opinione per iura Bartol. quæ in argumentum optime faciunt.

Nec obstat allegata per istum, quia ad primum dico quod diuinare est, quod calore iracundia, talia verba protulerit. Nec ipsa per se important, vt ille Doctor credit.

Præterea opin. Bart. debet intelligi, quando considerate sunt prolata, quod in dubio presumendum est, per regulam l. Labeo infra de suppl. leg. circa medium.

Ad secundum dico quod ista pœnitentia & mutatio voluntatis non præsumitur, nisi probetur, cum sit facti. l. in bello. §. facti, infra de capti. & postlim. reuer.

Nec obstat, quod non fecerit expressam pupillarem ad matris exclusionem, quia in primò potest dici quod cum sciret tacitè substitui, non curauit aliter exprimere. Vel secundo, quod ideo non expressit, quia tunc tempore testamenti non cogitauit talem casum venturum, vnde lex (prout regulariter facit) eam factam substituit, iuxta hanc hoc iure, in princ. infra cod.

Circa secundum modum ponit Barto. duo exempla, & ex primo

113 mo exemplo fac conclusionem, q̄ si a substituto vulgariter pupillo matri aliquid legatur, & iubeatur esse contenta eo legato, ita vt amplius de bonis suis petere non possit, tunc tacita pupillaris admittitur contra matrem, cum Barto. transeunt Docto. vt per Alex. Soc. & Iaf.

Et hanc conclusionem cum distinctione Bartol. in primo exemplo inferit hic Soc. ad notabilem questionem, vt per eum. Nota tamen, q̄ illa quæstio procedit, posito q̄ dispositio d.l. cum auus, procedat etiam in nepotib. natis tempore testamenti, quo posito verum arbitror, quod determinat Socin. Posset tamen teneri simpliciter, q̄ d.l. cum auus, non procedat in iam natis, si constat, q̄ de eis testator cogitauit, vt supra dixi, cogitabis.

Sed contra conclusionem Bart. & communem opponitur de §. cæterum, in Auth. vt cum de appel. cognos. vbi per similia verba filius non excluditur a petitione legitimæ, sic ergo nec isto casu mater. Sed ad hoc respondetur secundum Iaf. & bene, q̄ ibi loquitur rex. de legitima filio debita, quam ei pater auferre non potest. Non sic est in casu nostro, q̄ cum pater substituendo pupillariter possit matri pupilli legitimam auferre. l. Papinianus. §. sed nec impuberis, supra de inoffi. testa. vnde &c.

Secundo contra Bar. facit secundum Iaf. quia q̄ mater excludatur per pupillarem, dicitur quædam dispensatio, & per consequens debet restringi, & stricte interpretari, iuxta c. l. in fin. de fil. presbyt. lib. 6. cum sim. Et per consequens solum debet habere locum, vbi de tali voluntate verè constat, quod non est isto casu, maxime quia verba in quib. Bart. se fundat, hoc non important. Nam dicit testator, vt de bonis suis amplius petere non possit. Dico q̄ si per matrē capitur hæreditas pupilli nihil de bonis testatoris capit, & ita verbis testatoris satisficit, absque eo q̄ mater per tacitam pupillarem excludatur. Et hoc valde vrget. Dicit tamen Iaso, q̄ possumus tueri Bar. dicēdo, quod nisi illa verba operentur respectu bonorum & hæreditatis pupilli, vt vult Bart. essent vana, & nihil operarentur, cum iam sit exploratum, q̄ vxor de bonis mariti nihil petere possit. Vnde vt aliquid operentur (vt debent per iura vulgaria) impropriabuntur. Et vbi dixit de bonis suis, intelligemus de bonis pupilli, quæ largo quodam modo possunt dici testatoris, vel quia ab eo peruenerunt vel quia de his poterat per pupillarem substitutionem disponere. Facit decisio Bar. in l. pater filium, supra de inoffi. testa. vt hic per Iaf.

Mihi ista non satisfaciunt, & veriore arbitror opinionem contra Bar. & communem, vt. s. verba illa non sint bona coniectura, vt mater per tacitam pupillarem excludatur, posita vera communis opinione, quod regulariter non excludatur. Et vltra prædicta pondero, quod testator illa verba proferens, non disponebat de bonis pupilli, nec sibi quærebat hæredem, sed faciens vulgarem substitutionem, sibi ipsi hæredem quærebat, & de suis bonis disponebat. vnde plurimum esset inconueniens, quod verba testatoris trahantur ad hæreditatem pupilli, de qua tunc non disponebat, sed de sua tantum, nec cogitabat filium pupillum mori. Nec obstat quod verba aliàs non operarentur, quoniam primo dici potest, vt quidam dicebant, quod immo possunt operari, si quo modo mater præterderet se habere ius aliquod aduersus bona mariti. Nam per illud quod sibi relinquitur, si acceptauerit, perdit omne aliud ius quod sibi quomodolibet competere posset. Vel secundo dici potest, quod licet non operentur quo ad exclusionem matris ab aliquo iure, tamen satis operantur, quia declarant voluntatem testatoris, vt. s. appareat, quod ei nihil vltra relinquere intendit. Nam si quando essemus in primo casu Bar. videlicet si adijceretur legato relicto a pupillo, vt etiam aduertit Iaf. nihil operarentur quo ad veram matris exclusionem, & tamen Bart. & alij fatentur, quod per ea, mater non excludatur per tacitam pupillarem. Cogita tamen super his, quia communiter omnes hic sequuntur Bar.

115 Concludit Bar. in secundo exemplo, q̄ si decem annua legatur matri pupilli & vxori testatoris, donec vidua fuerit, ex tali legato sumitur, ex voluntate testatoris fuisse, quod si illa transeat ad secunda vota, postea excludatur per tacitam pupillarem. Quia cum voluerit, quod perdat illud legatum, quod etiam a substituto post mortem pupilli deberi, potuisset, & per consequens voluerit quod ab aliquo commodo excludatur in fauorem substituti, verosimile videtur etiam quod voluerit, eam excludi a commo modo hæreditatis pupilli per tacitam pupillarem in eiusdem substituti fauorem, vt per eum, cum Bart. transit communis opinio, vt per Alex. & Iaf.

Sed prout hic considerat Soc. non videtur quod decisio Bar. possit considerari, maxime cum sua ratione. Nam, aut mater ista transeat ad secunda vota, viuo adhuc pupillo, aut eo iam mortuo.

Primo casu statim priuatur legato, tanquam debito ab ipso pupillo, non autem ab ipso substituto, vel alio hærede pupilli, & sic velut debito à bonis testatoris. Vnde tunc de eo ad hæreditatem pupilli non est bona argumentatio, vt per Socin. Nec etiam potest dici, & argui q̄ mater dicatur excludi ad commo dum substituti, vt supra ego arguebam, declarando Bart.

Secundo vero casu cum mater iam pupillo defuncto sit effecta hæres, non conuenit q̄ ex post eius iam perfectè quæstium auferatur. Et cum tunc per talem successionem sit extincta, & cõfusa obligatio ex legato, non potest amplius considerari, vt debitum a substituto. Et sic ratio Bar. non procedit.

Sed considera, quia ab his potest forte defendi Bar. dicendo, q̄ considerauit in primo casu, q̄ si legatum non extingueretur, & pupillus decederet, posset tunc a substituto deberi. Non tamen multum satisficit, quia tunc præsupponeretur, seu consideraretur vnum falsum, videlicet si legatum non perimatur per transitum ad secunda vota, quod in casu Bar. est impossibile. Subdit tamen Soc. quod pro opinione Bart. potest considerari, quod cum testator simpliciter voluerit matrem donec esset innupta habere legatum, & sic etiam post mortem pupilli, videtur quod omnino voluerit eam non fore hæredem pupilli, quia tunc esset impossibile legatum deberi, si illa succederet, vt supra dixi vt per eum. Qui etiam subdit per hanc rationem videri, quod etiam vidua remanens excludatur per tacitam pupillarem, non tamen se firmat, sed dicit a communi opinione non esse recedendum.

Sed huic rationi Soc. posset responderi, quod licet testator simpliciter voluerit matri viduæ remanenti deberi legatum, ex hoc tamen non dicitur velle auferre ius, quod aliàs ipsi matri competet, maxime circa bona filij, cum legatum reliquerit de bonis suis, & in fauorem ipsius matris, vnde non debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore. C. de leg.

Et dicere, quod voluerit deberi etiam mortuo pupillo, & sic quod ei non detur hæreditas, non videtur ad propositum. Quia testator non cogitauit tunc casum venturum. s. quod filius impubes moriatur. Et ideo statim prædictis de facili posset teneri contra Bart. & communem, vt. s. in hoc secundo exemplo Barto. non consideretur idonea & sufficiens coniectura, vt mater per tacitam pupillarem excludatur.

Pro qua maxime facit (prout etiã in simili dixi in primo exemplo) quia dum testator legat, si vidua fuerit, apponit illã conditionem dispositioni suorum bonorum, vnde ex eo non debet fieri coniectura, quod eandem conditionem voluerit apponere circa bona filij, de quibus non cogitauit disponere, cogita tamen.

Circa tertium modum videlicet propter conditionem matris &c. Ponit Bar. tria exempla, vt per eum.

116 Circa primum exemplum, q̄ si mater sit testatori inimica, omnes hic transeunt cum Bar. Cuius opinio prout est communis, ita etiam vera videtur. Et licet inimicitia sit cum testatore, & agatur de hæreditate pupilli cuius hæreditas matri debetur, & cui mater non erat inimica, propter quæ dicendum foret alicui videretur, quod mater non sit excludenda. Tamen in proposito, cum totum hoc pendeat ex voluntate patris, qui illam excludere potest, & pro regula dicimus, q̄ in expressa vulgari continetur & cum effectu tacita pupillaris d. l. iã hoc iure, in princ.

Illam autem regula fallit vbi verosimiliter creditur, q̄ testator noluerit excludere matrem attenda inimicitia prædicta non sit isto casu verosimile, q̄ testator nolit matrem excludi, cum verosimiliter nemo beneficium inimico suo inferat. Et propterea remanebit regula d. l. iam hoc iure.

117 Circa secundum exemplum q̄ quando mater tutorem nõ petierit, vel aliàs non sit capax omnes indifferenter transeunt cum Bar. Sed dicit aliquis ab initio idest tempore factæ substitutionis vulgaris mater erat capax, quia nondum peccauerat in non petendo tutorem, debet dici q̄ verosimilis intentio testatoris fuerit, q̄ in vulgari contra matrem nõ continet pupillaris, Quo posito, cum iam decesserit testator, non debet eius voluntas variari. Et per consequens videtur q̄ licet mater fiat incapax, non tamen habeat locum tacita pupillaris, sed dicatur pupillus absque testamento decedere.

Sed breuiter tuendo Bar. & communem dicas, quod cum illa interpretatio ex voluntate testatoris q̄ mater per tacitam pupillarem non excludatur sit tantum fauore matris, & ad eius commodum inducta, vbi mater admitti non potest, cessat illa interpretatio & ratio interpretationis. Quemadmodum dicimus quãdo mater interim moreretur, vt est rex. in l. si. C. de instit. & substiti. in fi. & dicemus in l. Centurio. in 4. opposi. j. eod.

Nec dicamus variare defuncti voluntatem, sed quod ab initio talis fuerit, vt scilicet solum fauore matris tacita pupillaris non procedat, eo autem fauore cessante, contrarium dicitur testatorẽ voluisse. Posset autem dici, q̄ ante mortem pupilli nulla sit consideratio, cum testator talem casum non considerauerit. Sed eo casu adueniente, lex porrigit substitutionem factam vulgariter ad talẽ casum, & sic ad pupillarem, vt videtur probari in l. quamuis. C. cod. tit. & dicam in l. Centurio. Quo stante, dico, quod interpretatio voluntatis testatoris sit, cum pupillus moritur, Et si quidem tunc mater est capax, lex non facit prædictam porrectionem ex præsumpta & coniecturata voluntate testatoris. Sed vbi mater non sit, vel sit incapax, fit per legem porrectio prædicta, & sic de plano

D. Maria. Soc. Iun. in l. Moribus:

plano cessat obiectio, quia negamus quicquam ab initio dispositum fuisse a testatore, vel a lege considerari. Cogita tamen.

Et tenendo istam declarationem bene procedat tertium exemplum Bar. si mater post mortem testatoris aliquid inhonestum commiserit, declarando mentem Bar. ut per Socin. quicquid in contrarium dixerit Imo. & Alex. ut per eum. Nam cum tempore mortis pupilli agatur de porrectione predicta, lex illa faciet, matris persona non obstante, quoniam verosimile est, quod si testator casum talem cogitasset, fecisset etiam pupillarem, & ad matris exclusionem attenta turpitudine eius. Admitteretur ergo isto casu substitutus ex tacita pupillari, non autem a matre, ut ab indigna auferetur per fiscum ut per Soc. hic, quem videas &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Substitutionum materia dici potest mare magnum, & spaciosum.
- 2 Diffinitio substitutionis, & nu. 14. 16. cum seq.
- 3 Substitutio fit in legatis, fideicommissis, & donationibus causa mortis.
- 4 Substitutio non facit secundum gradum.
- 5 Secunda nuptia omnes dicuntur post primas, quamvis tertio vel quarto loco fiant.
- 6 Rubrica toleratur aliquando, ut sit generalior nigro, vel econverso.
- 7 Verbum lego in generali significatione, etiam ad institutionem referri potest.
- 8 Institutio quid sit.
- 9 Pupillaris non valet, nisi pater sibi faciat testamentum, fallit tamen in milite.
- 10 Paria sunt non testari, & ex testamento non adiri hereditatem.
- 11 Substitutio, quae dicatur.
- 12 Soc. verba, quae mendosae habentur, restituntur.
- 13 Declaratio ad l. quarebatur, §. si, infra de mili. test.
- 15 Substitutio qualibet videtur habere conditionem, puta, si ille haeres non erit, vel si &c.
- 17 Substitutionis diffinitio tradita per Abb. & Ripam reprobat, & vana quaedam assignatur.
- 18 Substitutio quotuplex sit.
- 19 Substitutio directa, qua dicatur.
- 20 Directa substitutio reperitur multiplex, nam aliqua vulgaris, aliqua pupillaris &c. & de omnibus ponuntur exempla.
- 21 Vulgaris, & pupillaris substitutio dicuntur principales, & cardinae substitutiones.
- 22 Exemplaris substitutio, quae fit furiosis, & similibus, quare ita appellatur.
- 23 Directa militaris cur sic dicatur?
- 24 Regula iuris est, quod qui semel adeundo fit haeres, non desinit amplius heres esse.
- 25 Substitutio breui loqua dicitur, quando plures iam instituti vna oratione simul & inuicem substituntur.
- 26 Fideicommissaria substitutio, licet omnibus conveniat, non tamen continetur in reciproca secundum comm. opin.
- 27 Limita l. a. comm. nisi in testamento adesset clausula codicillaris, si non valet, vel valeret &c.
- 28 Breui loqua, seu reciproca utrum sit species substitutionis ab alijs separata?
- 29 Fideicommissaria substitutio duplex.
- 30 Fideicommissaria non est propria institutio & est comm. opi.
- 31 Statutum loquens de substitutione, non procedit in fideicommissaria, & num. 39.
- 32 Natura copula, & distinctionis, vel, est, ut ponantur inter diuersa, & vide nu. 36.
- 33 Substitutus uti subrogatus debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur.
- 34 Verbum, substituo, dicitur commune.
- 35 Item tale verbum dicitur latissimum.
- 36 Argumentum ab auctoritate gl. non est concludens.
- 37 Diligenter prius scrutandum est, quam iudicium fiat.
- 38 Declaratio ad tex. in l. furvros, §. haeres. §. de administ. tut.
- 40 Rationis identitas solet inducere casum quemlibet decisum, ideoque statuta extendi possunt identitatis ratione distante.
- 41 Verbum communis loquendi magna est efficacia.
- 42 Verba directa quae sunt, quae obliqua, & quae communia, & vnius cuiusque verbi effectus declaratur.
- 43 Intellectus communis istius legis.
- 44 Thematicae sive casus legis figuratio.
- 45 Militi speciali privilegio conceditur, quod possit directo substituere post aditam hereditatem etiam pueri filio, vel extraneo.
- 46 Privilegium hoc concessum militibus substituendi directo & c. an competat ubique testetur, an verò quando in castris?
- 47 Praetorium militis habetur pro exheredatione, quod intellige, quando in castriis testamentum factum fuit.
- 48 Privilegia nonnulla militum.
- 49 Argumentum sumi non debet a narratione facti.
- 50 Declaratio ad tex. in l. i. c. de test. mil.
- 51 Privilegium concessum militibus, de quo in hac lege, an competat aduocatis, & Doctoribus, actu legentibus.
- 52 Privilegia sunt strictè interpretanda.
- 53 Milites ad hoc ut privilegium gaudeant, ea oportet interuenire, de quibus ibi.
- 54 Doctor aetate minor, si in contrahendo legatur, non habet restitutionem in integrum.
- 55 Testamentum militis non subiaceat querela.
- 56 Aduocati dicuntur milites.
- 57 Privilegium militi concessum respectu peculij castrensis, conceditur Doctori respectu quasi castrensis.
- 58 Argumentum de re ad tempus an procedat?
- 59 Doctores ad instar militum in quantum facere possunt condemnantur.
- 60 Donatio facta a Doctoribus eius concubina non valet, sicut nec a milite.
- 61 Doctor non torquetur, nec Miles.
- 62 Item nec capi potest pro debito civili.
- 63 Item nec suspenditur, prout & miles.
- 64 Testamentum militis veluti ob preteritionem filij, non patitur contra tabulationem, ita nec etiam testamentum Doctoris.
- 65 Privilegia omnia militibus concessa, competunt Doctoribus, nisi propter praesumptam ignorantiam concessa sint.
- 66 Doctores sunt verè in dignitate constituti, verum enim verò Milites non ita.
- 67 Argumentum ad identitatem rationis validum.
- 68 Doctor Militi preferendus.
- 69 Lex loquens in vno ex aequiparatis procedit & in altero, quod tamen declaratur, ut ibi.
- 70 Statutum licet exorbitans, trahitur de casu ad casum, si sublata, significatione casus ille sub verbis legis comprehenditur.
- 71 Requisita in Doctoratu enumerantur nonnulla, sine quibus inhabilis reddetur Doctor ad privilegia.
- 72 Privilegium, quod clausum est in corpore iuris, non tollitur etiam si per Imperatorem diceretur, cessante omni privilegio, nisi &c.
- 73 Declaratio ad l. aduocati, c. de aduoc.
- 74 Clerici an habeant privilegium, de quo in lege ista? & alia similia militibus concessa?
- 75 Clerici dicuntur milites.
- 76 Milites nostri temporis an gaudeant privilegijs militibus concessis?
- 77 Equites non gaudent privilegio istius legis.
- 78 Reges, Duces, Marchiones, & similes, an gaudeant privilegio istius legis?
- 79 Cardinales an gaudeant privilegio, de quo hic.
- 80 Cardinales sunt pares praefectis praetorio.
- 81 Qui regulariter privilegio istius l. vti non potest, an possit eo vti substituendo ad piam causam.
- 82 Substitutio iure directo an possit fieri maioribus, vel extraneis post aditam hereditatem favore piae causae? & nu. preced.
- 83 Substitutio compendiosa nedom simpliciter, sed etiam cum taxatione aetatis fieri potest, sic etiam pupillaris cum taxatione maioris aetatis.
- 84 Substitutio compendiosa a milite facta, ad hoc ut valeat iure militari, requiritur quod per verba directa facta fuerit.
- 85 Compendiosa substitutio a quocunque fit, continet pupillarem substitutionem.
- 86 Dicitio etiam, casum magis dubium solet exprimere, & minus dubium includere.
- 87 Per pupillarem substitutionem quis fit haeres pupilli.
- 88 Miles an in dubio praesumatur versus iure communi, vel potius speciali, seu privilegio militis.
- 89 Intellectus ad tex. in l. si certarum, in prin. infra de mil. testa.
- 90 Quis semper praesumitur adaptare voluntatem suam dispositioni iuris.
- 91 Lex si in testamento, s. eo declaratur.
- 92 Regula est, quod secundum testamentum tollit primum, ampliatur hoc etiam inter liberos nu. 9.
- 93 Princeps si facit actum, qui potestate ordinaria non valeret, dicitur vti plenitudine potestatis, intellige, & limita ut ibi.
- 94 Ius commune potentius est iure singulari, & quae nam sit ratio, vide nu. me. 98.
- 95 Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.
- 96 Iura quaedam, quae inuicem pugnantia videntur, ad concordiam reducuntur.
- 99 Substitutio vna in conceptione secundum temporum diuersitatem variatur, & vide nu. 106.
- 100 Verbum capio, an dicitur verbum directum, vel commune.
- 101 Directa militaris non operatur ultra bona militis, scilicet quod ea tantum capi possint.
- 102 Privilegia regulariter sic interpretari debent, ne cuiquam sint onerosa.
- 103 Substitutus per militarem directam nouum inuentarium facere debet, si eius est in succedente per fideicommissum, quia tunc primum inuentarium sufficeret.
- 104 Mater an excludatur a legitima debita in bonis filij per directam militarem?
- 105 Fructus etiam veniunt per militarem directam. Sed qui fructus intelligitur, vide ibi & nu. 164.
- 107 Fideicommissaria substitutio dicitur species opposita directae, & quae sit ratio.
- 108 Gl. quae corruptè allegat, restituitur.

- 109 Pupillaris comprehensa in compendiofa dicitur expreffa generaliter.
- 110 Pupillaris de qua proximè, an excludat matrem? q̄ sic, & est communis opinio.
- 111 Tacita pupillaris, quæ dicitur comprehensa in expreffa vulgari, matrem non excludit, & est magis comm. opin.
- 112 Diftio omnimodo, quid importet.
- 113 In dubio humanior fententia accipi debet.
- 114 Declaratio ad tex. in l. precibus, C. de impub. & c.
- 115 Extensio an debeat fieri cum fuis qualitatibus.
- 116 Declaratur multifariam lex quamuis. C. eo.
- 117 Lex vna per aliam declarat.
- 118 Pupillaris tacita regulariter admittitur contra fratrem, & fi aliquando ipfe excludat fubftitutum.
- 119 Intellectus ad legem precibus, C. de impub. & alijs fubft.
- 120 Exempla non reftringunt generale dictum.
- 121 Declaratio ad tex. in l. fi. C. de infl. & fubft. & an fit de quinquaginta de cif. Iuftin.
- 122 Pupillaris in reciproca matrem excludit.
- 123 Pupillaris tacita continetur ab initio fub expreffa vulgari, etiam matre viuente, licet contra eam non fit admittenda, & hæc opinio est magis communis.
- 124 Vulgari fubftitutione facta, dicitur regulariter facta fubftitutio in vtrū quæ cafum.
- 125 Argumentum non tollitur data inflantia, quando illa est extra materiam alias fic.
- 126 Difpenfationes funt odiofa, ideo reftringenda.
- 127 Declaratio ad tex. in l. 2. in princ. ibi, fed fi extraneum, f. eo.
- 128 Ius accrefcendi tollitur per adionem vulgari fubftituti.
- 129 Aliquid dicitur stare in fufpenfo, & pendere ex futuro euentu, licet non femper.
- 130 Lex, feu eius auctor operatur ad inflar Dei.
- 131 Subftitutus ex tacita pupillari vocatur, fi mater pupillo fuccedere non vult.
- 132 Statutum excludens feminas extantibus mafculis non procedit, quando mafculi repudiant.
- 133 Mater in locis, in quibus ex forma ftatuti, vt est Senis, excluditur ab hereditate filij, fubftitutus ex tacita pupillari vocatur, non obftante matre, quia illa non fuccedit.
- 134 Hereditas dicitur delata, non quam quis confequutus fuit, fed quam potest adeundo confequi.
- 135 Conditio liberorum expreffa a teftatore verificatur etiam in naturali-bus.
- 136 Declaratio ad tex. in l. Filius familias. §. cum quis, infra de leg. 1.
- 137 Cafus fimiles non excluduntur, quamuis fermo per verba taxatiua fit ceptus.
- 138 Compendiofa facta filio impuberi a milite per verba directa erit directa etiam post pubertatem, licet mater fit in medio.
- 139 In fideicommissaria fubftitutione non veniunt fructus per grauatum percepti.
- 140 In directa militari veniunt fructus.
- 141 Legitimam licet refstituens per fideicommissum retinere poffint tamen in directa militari ea includitur, fed vide nu. 156.
- 142 Legitima est relinquenda filio, ne quelet teftamentum, quæ deletur fine aliquo onere: fallit in milite, fed vide nu. 147.
- 143 Exhereditatio tacita fufficit in milite, fed vide infra nu. 157.
- 144 Dos non includitur in vniuerfali fideicommissum. & quid de legitima.
- 145 Argumentum an valeat de legitima ad dotem.
- 146 Specialia duo ex eodem fonte oriri non poffunt.
- 147 Teftis militis hodie iure nouiffimo fubiaceat querela, & est comm. opi.
- 148 Hofpes turpifus eijcitur, quam non admittitur.
- 149 Legitima non est pars hereditatis, fed bonorum, intellige, vt nu. 152.
- 150 Legitima filij dicitur quafi æs alienum patris, & ius proprium ipfius filij.
- 151 Filius grauatus refituere hereditatem, non habet querelam post decennium.
- 152 Indefinita, debet æquipollere vniuerfali. quod sanè intelligas ut ibi.
- 153 Priuilegium dicitur priuata lex, idcirco ftrictè interpretandum erit.
- 154 Trebellianica, feu Falcidia non detrahitur, quando teftator iuffit tota feu integram hereditatem refitui, alias fecus.
- 155 Legitima filij an includatur in directa militari, latius difcutitur.
- 156 Miles hodie non potest filium exheredare absque metu querela, & est comm. opin.
- 157 Remedium l. 3. C. de edict. diui. Adu. toll. competit ei, qui venit per directam militarem, non fic fi per fideicommissum.
- 158 Vtilitates quæ proueniunt, an fubftitutio fit directa militaris, vel fideicommissaria.
- 160 Subftitutio pupillo facta a pagano in codicillis, licet fub forma pupillaris fiat valet iure tamen obliquo.
- 161 Miles in codicillis potest directo dare hereditatem, vel etiam adimere.
- 162 Grauatus per fideicommissum fructus, quos percepit post mortem teftatoris retinet.
- 163 Fructus computantur hæredi in quartam trebellianicam, fallit tamen vt ibidem.
- 164 In directa militari veniunt fructus hereditatis.
- 165 Fructus pendentes funt pars rei, & fi fundum foquantur.
- 166 Fructus non prefumuntur durare vltra triennium.
- 167 Adicione facta a primo hærede perditur nomen hereditatis, & fit vniio patrimonij.
- 168 Diftio, q̄, denotat causam immediatam, & aliqui etiam mediatam.
- 169 Declaratur lex ifta, in illis verbis, cum fructibus, & c. & nu. 171.
- 170 Qualitas adiecta verbo determinetur fecundum tempus verbi.
- 172 Diftio compendiofa fubftitutionis tradita per Bar. aduersus quam plures defenatur.
- 173 Quando in aliquo actu exprimitur qualitas conueniens vni difpofitioni fecundum naturam suam, dicitur tunc facta illa difpofitio.
- 174 Diftio feu, licet verba diftingat, tamen fenfum coniungit, & folet dici diftio expofitiua precedentium.
- 175 Condionalis difpofitio haberi debet pro pura postquam impleta est.
- 176 Fideicommissaria an habeat locum filio vniio, in cafu, quo ea comprehendatur in terminis, de quibus hic?
- 177 Compendiofa quære fic dicitur.
- 178 Compendiofa, & reciproca differunt, & in quibus, licet vtraque fub compendio, feu breuiloquio fiant, vnde nomen ambæ acceperunt.
- 179 Compendiofa facta a pagano, non dicitur de per fe fubftitutio directa, fed quædam adiectio.
- 180 Subftitutio compendiofa a milite facta, an dicatur vera fubftitutio de per fe, quæ appellatur militaris?
- 181 Pagano potest filia maiori facere directam fubftitutionem, etiam post aditam hereditatem & c.
- 182 Statutum quando potest aliquid operari, illud femper debet intelligi, vt minus ledat ius commune, quam fieri poffit.
- 183 Teftator potest prohibere detractionem quartæ, etiam Trebellianica, & est comm. opi.
- 184 Effectus compendiofa fubftitutionis.
- 185 Intellectus plures referuntur ad legem precibus, C. de impuber. & alijs fubftit.
- 186 Diftio, velut, est nota & fimilitudinis aliquando tamen veritatem importare folet, vt nu. 188. sic & de ditione, vt.
- 187 Ablatiui abfoluti in conditione refoluntur, verum quandoque cafum contingentem demonftrant.
- 189 Diftio quasi, & verbum videtur, licet soleant fictionem importare, tamen sepe veritatem ostendunt.
- 190 Prohibitio alienationis intra taxatum tempus valet etiam quod ad legitimam, fecus fi simplex prohibitio fuiffet.
- 191 Politus reprehenditur super intellectu legis præcibus, C. de impuber. & alijs fubft.
- 192 Intellectus nouus ad d. l. precibus nec non ad legem iftâ, & vide nu. 196.
- 193 Fideicommissarius dicitur quodammodo hæres, vtiliter tamen, fed non directo.
- 194 Hæres nihil aliud fonat, quam dominus.
- 195 Appellatione dominiij venit etiam vtilis.
- 197 Compendiofa fubftitutio facta a milite per verba communia omni tempore valet iure directo, nisi & c.
- 198 Prefumptio vna tollit aliam.
- 199 Subftitutio compendiofa facta a milite per verba obliqua, est omni tempore fideicommissaria.
- 200 Mens & voluntas est infpicienda & non verba, & vide nu. 209.
- 201 Compendiofa facta a pagano qualis fit effectus.
- 202 Verba directa aliqua funt ciuilia, aliqua verò directa non ciuilia, & cetera, & quæ funt verba directa & quæ communia.
- 203 Subtilitas captiofa vituperanda est.
- 204 Lex an dicatur certa de his, quæ futura funt?
- 205 Compendiofa a pagano facta per illa verba, talis fit hæres, post pubertatem totaliter euaneſcit, & est comm. opi.
- 206 Actus nullius est momenti factus contra difpofitionem prohibentem per verba negatiua.
- 207 Errans in nomine appellatio in aliqua difpofitione, non valet difpofitio, & vide nu. 223.
- 208 Pater prefumitur femper bonum confilium pro filijs capere, diciturque melior amicus, quam reperiri poffit.
- 209 Verborum vigor non attendendus, fed potius intentio, & voluntas, maxime in vltimis voluntatibus.
- 210 Declaratio ad legem Scæuola, j. ad Treb.
- 211 Declaratio ad c. Raynuius extra de teft.
- 212 Contrariorum eadem est difciplina.
- 213 Dominium simpliciter in aliqua difpofitione prolatum, intelligitur de directo, fallit tamen.
- 214 Argumentum de verbis legis ad verba teftatoris validum est.
- 215 Interpretatio illa sumi debet, per quam difpofitio valeat, & non pereat.
- 216 Diftio, frustra, aliquando non importat actum nullo modo valere poffe.
- 217 Subftitutio de qua ibi, quando fit puberi, vel extraneo valet per fideicommissum, & est comm. opi.
- 218 Negatiua præpofita verbo potest, an femper reddat actum omnino inuolidum.
- 219 Declaratio ad tex. in l. fi feruus legatus. §. fi feruus alienus infra de leg. 1. & num. 221.
- 220 Libertas directo relicta, generaliter trahitur ad fideicommissum, quando directo valere non potest.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

- 222 *Ultimę voluntatis favore receditur a regulis iuris.*
- 224 *Compendiosa substitutio ab initio puberi facta, ut ibi, post aditam valebit iure obliquo.*
- 225 *In curia mercatorum proceditur, secundum equitatem, posthabito iuris rigore.*
- 226 *Compendiosa facta per verbum capiat, Moriatur, & similia post pubertatem obliquatur.*
- 227 *Pupillaris comprehenditur tempore suo, si fuerit dictum, Quandocumque deceaserit sine liberis, &c.*
- 228 *Intestatus decedere, & sine testamento differre videntur.*
- 229 *Licitum est, ut iura iuribus concordentur, vnam legem per aliam declarari.*
- 230 *Regula est, quod in his, quę iuris sunt, paria sunt quid esse tale, & haberi pro tali.*
- 231 *Statutum loquens de intestato, non procedit in pupillo, & hæc pars videtur communis.*
- 232 *Compendiosa si fiat per verba directa civilia in certa portione, vel re valebit intra pupertatem vt pupillaris.*
- 233 *Limitata dispositio limitatum producit effectum.*
- 234 *Inclusio vnus est exclusio alterius.*
- 235 *Aus ille semper præsumitur gestus, cuius propria qualitas exprimitur.*
- 236 *Compendiosa in re certa facta per verba directa non civilia, non trahitur ad pupillarem.*
- 237 *Legatum, vel fideicommissum an sit, si testator dixerit. Si filius in pupillari etate deceaserit, Titius capiat talę fundum, vel si substitutio?*
- 238 *Verba illa, si in pupillari etate deceaserit, arguunt pupillarem substitutionem.*
- 239 *Pupillaris dicitur esse, si dicatur, Bona mea deueniant in Gaium, si filius meus impubes decedat.*
- 240 *Substitutio facta in re certa, vt ibi, vtrum valeat post pubertatem?*
- 241 *Testator si in forma compendiose dixerit, lego bona mea &c. non continetur pupillaris, licet impuberi facta sit.*
- 242 *Compendiosa facta a pagano per verba merę obliqua, dicitur semper & omni tempore fideicommissaria.*
- 243 *Verba obliqua impropriantur ad saluandam voluntatem ipsius testatoris.*
- 244 *Testator si dixerit, quandocumque filius meus deceaserit, volo quod bona mea distribuuntur inter pauperes Christi, si filius decedat impubes, erit locus substitutioni pupillari, ita vt propria bona filij sint inter pauperes distribuenda.*
- 245 *Hæres ille dicitur, cui committitur testatoris voluntas, quando alius non fuit institutus hæres.*
- 246 *Verba illa, dentur, & distribuuntur, sunt obliqua, & etiã verbum illud volo. Sed verbum accipio, est directum.*
- 247 *Lex habens plures intellectus, non debet allegari.*
- 248 *Testator, si dixerit, Quandocumque filius meus moriatur, bona mea dentur pauperibus, sed non dixit per quos, quod sit fideicommissum, & cetera.*
- 249 *Testator in dubio dicitur velle se conformare cum dispositione legis.*
- 250 *Testator, si dixerit, quandocumque filius moriatur, bona vendantur, & pretium detur pauperibus per fideicommissarios, an sit facta pupillaris.*
- 251 *Verba vltimę posita referuntur ad omnia præcedentia.*
- 252 *Et retenta questione, de qua supra, quid si loco illius clausule per fideicommissarios meos & cetera, dicatur, quorum electio fiat per fideicommissarios meos?*
- 253 *Qualitas per relatiuum adiecta, solum dicitur respicere eius antecessens proximum.*
- 254 *Gravari in legitima licet filius non possit, tamen eius hæres vtiq; bene potest.*
- 255 *Legitima an possit detrahi, ex fideicommissum, in questione de qua ibi formatam.*
- 256 *Hæres non gravatur per fideicommissum de bonis suis, sed tantum de bonis testatoris.*
- 257 *Compendiosa facta a pagano per verba communia filio impuberi, an erit pupillaris, vel fideicommissaria?*
- 258 *Pater præsumitur, quod potius filio suo voluerit consulere, quam gravare.*
- 259 *Verba dubia sunt illi extremo applicanda, quod est dignius, & potentius.*
- 260 *Frustra precibus, & privilegio quaritur, quod iure communi nobis conceditur.*
- 261 *Declaratio ad capitulum si pater, de testam. in sexto, & nu. seq.*
- 262 *Regula est, quod si verba, & persone patiuntur, semper substitutio debet intelligi directa pupillaris.*
- 263 *Substitutiones diuersę locum habent diuersis temporibus, sicut variato tempore, variantur & ipsę.*
- 264 *Compendiosa facta filio impuberi, non valebit vt pupillaris, sed erit omni tempore fideicommissaria, matre existente in medio.*
- 265 *In dubijs illa pars eligitur, quę fauet matri, vt filio succedere valeat.*
- 266 *Declaratio ad tex. in l. ex facto, §. si quis ait. infra ad S. C. Trebellianę.*
- 267 *Pupillaris substitutio quocumque non continetur sub compendiosa impuberi facta, sed erit omni tempore fideicommissaria.*
- 268 *Appellatione bonorum mobilium, & immobilium, non veniunt iura, & actiones, fallit tamen &c.*
- 269 *Substitutio pupillaris an solum videtur facta, si in substitutione dicatur, filio impuberi substituo?*
- 270 *Et retento prædicto themate, quid si verbum impuberi adiungatur vt bo exequutio, vt ibi?*
- 271 *Bartholus, qui mendosę & superflue habetur, ad verum sensum restituitur.*
- 272 *Differentia inter verbum exequutio, & dispositiuum.*
- 273 *Compendiosa substitutio facta per verbum commune, & an contineat vulgarem, & nu. 273.*
- 274 *Compendiosa facta per verba obliqua non continet vulgarem, nec pupillarem.*
- 276 *Substitutio facta in primum casum, & in scđm quomodo intelligatur.*
- 277 *Pupillaris etiam non hæredi fit.*
- 278 *Erubescimus cum sine lege loquimur.*
- 279 *Declaratur lex iam hoc iure, in prin. s. eo, & Politus reprehenditur.*
- 280 *Substitutio pupillaris intelligitur, cum de secundis tabulis fit mentio.*
- 281 *Si in compendiosa facta per verbum commune apponatur verba aliqua tractum temporis denotantia, in ea comprehenditur etiam fideicommissaria substitutio.*
- 282 *Reciproca si miscetur cum compendiosa, an continebitur in ea fideicommissaria.*
- 283 *Substitutio simplex, in qua non adijcitur verbum aliquod importans tractum temporis, non comprehendit fideicommissariam, sed solum vulgarem si fiat maiori, vel etiam &c.*
- 284 *Dictio taxatiua tantummodo, non excludit casum similem, & eandem rationem habentem.*
- 285 *Fideicommissaria an contineatur, si testator dicat, hæredi meo si deceaserit substituo?*
- 286 *Verbum cõe adiectum certę rei, vel quantitati, nõ trahitur ad uniuersum.*
- 287 *Ampliat hoc, vt procedat etiam si fiat substitutio per verba directa non tamen civilia.*
- 288 *Filia si est instituta in re certa, pnta in mille, vel in fundo, & si deceaserit in pupillari etate, quod res illa deueniat ad talem, an dicitur particulare fideicommissum factum, vel pupillaris substitutio?*
- 289 *Compendiosa substitutio de tota hereditate, distributa tamen per quotas infra pupillarem etatem dicitur pupillaris directa, &c.*
- 290 *Si in compendiosa disponatur tantum per verbum commune de parte hereditatis, non comprehenditur directa pupillaris, sed dicitur fideicommissum, vel legatum.*
- 291 *Limitatur hæc conclusio, nisi constet qd testator voluerit pupillariter substituerę.*
- 292 *Filij grauati positi in conditione, non censentur tacite vocati ex testamento, limita ut nu. 298.*
- 293 *Conditio nihil ponit in esse, vnde posita conditione, non sunt in dispositio ne, fallit tamen vt nu. seq.*
- 295 *Fideicommissum ex tacita voluntate, & nutu dari potest.*
- 296 *Legitima filij non venit in fideicommissis.*
- 297 *Vtilitates, quę sunt, si filij grauati positi in conditione, censentur vocati ex testamento, vel ab intestato?*
- 299 *Qui vult consequens, vult etiam & eius antecessens, quod procedit in diosis quoque.*
- 300 *Singula, quę non profunt, multa collecta iuuant.*
- 301 *Opinio, quę fauet testamento tenenda est, etiam si sit opinio vnus Doli.*
- 302 *Inducta ad diminutionem, non operant, vt augmentum.*
- 303 *Declaratio ad S. interdum, l. denique, de pecu. leg.*
- 304 *Filij positi in conditione non censentur vocati &c. fallit tamen, nisi nisi- jet dictum sine filijs masculis.*
- 305 *Fideicommissum relictum post mortem filij instituti si sine liberis decesserit, dicitur iniunctum ei, qui grauari potest.*
- 306 *Trebellianica in filijs primi gradus prohiberi non potest.*
- 307 *Fideicommissum relictum post mortem plurimum, dicitur relictum ab vltimo moriente.*
- 308 *Compendiosa facta per verba communia simul & directa, dicitur continere substitutionem directam.*
- 309 *Verbum directum si veniet ad determinationem verbi communis, tunc dicitur solum facta directa substitutio.*
- 301 *Substitutio quando datur directa & obliqua, tunc est in electione substituti ex qua succedere velit, & vide nu. 315.*
- 311 *Ona via electa ex duabus, quę alicui competit petendi hereditatem, nõ licebit postea variare.*
- 312 *In substitutione compendiosa, si apponatur vulgata illa clausula, videlicet, substituit vulgarter, pupillariter, & per fideicommissum, quęlibet substitutio directa scilicet & obliqua dicitur facta.*
- 313 *Nemo creditur eligere viam ad impugnanda sua iudicia.*
- 314 *Substitutio si fiat per verbum commune simul & obliquum intelligitur facta directa, virtute verbi communis, & obliqua per sua verba, & erit in arbitrio substituti ex qua succedere velit.*
- 316 *Substitutio non dicitur facta per verba directa & communia, sed tantum per verba communia, si dicatur j. scriptum meum hæredem &c. nam verbum meum, stat demonstratiue, & non dispositiue.*
- 317 *Verbum commune certę portioni adiectum, nunquam trahitur ad institutionem.*

- 318 Bar. qui corrupte legitur, emendatur?
- 319 Si in compendioſa vnus fuerit ſubſtitutus per verba directã in certa portione, alius verò per verba communia in reſiduo, tunc verbum commune trahetur ad ius directum.
- 320 Retento prædicto themate, quid de illo, qui per verba directã fuit vocatus ad certam partem?
- 321 Quid ſi per verba directã vnus vocetur ad certam partem, alius autem per communia ad certam ſimiliter partem?
- 322 Verbum reſiduum poteſt continere vniuerſum.
- 323 Si vnus in parte vocetur per directã verba, alter in parte per obliquã ille heres erit, qui per directã, alius verò fideicommiſſarius, quòd ampliatur vbi ibidem.
- 324 Subſtitutus vnus ſi ſit in certa parte, per verba communia, alius vero in alia parte per obliquã, tota ſubſtitutio dicitur fideicommiſſaria. Limitatur tamen aliquibus modis.
- 328 Legatis pluribus factis, ſi deinde dicatur, reſiduum bonorum meorum uolo peruenire ad Caium, dicitur Caius heres vniuerſalis, & directus.
- 326 Bar. a contrarietate oppoſita defenditur.
- 327 Regula tres circa verba directã, obliquã, & communia remiſſe tamẽ.
- 328 Verbum heres eſto, dicitur verbum directum & civile, & importat ius directum hereditatis.
- 329 Verbum inſtituo eandem habet ſignificationem.
- 330 Subſtitutio an proprie veniat appellatione inſtitutionis, & ſub verbo inſtituo?
- 333 Verbum ſubſtituo dicitur commune, aptum importare ita ſubſtitutionem fideicommiſſariam, veluti directã.
- 332 Verbum perueniat, dicitur verbum commune, idem dicendum eſt de verbo deueniat. Limitatur tamen.
- 333 Clauſula, eo ipſo, quantiſi eſt efficaçia.
- 334 Diçtio ipſo facto, quid importet.
- 335 Verba pleno iure, quem effectum operentur.
- 336 Verbum liberẽ, quid referat.
- 337 Item verbum totaliter & integraliter.
- 338 Verbum pertineat, eſt commune.
- 339 Item verbum habeat, verbum remaneat, & verbum redeat.
- 340 Similiter verbum ſuccedat, & reuertatur, & deuoluatur.
- 341 Verbum accreſcat, eſt verbum directum.
- 342 Verbum moriatur, eſt directum, non tamen civile.
- 343 Teſtator quidam ruſticus inſtituo filio ſuo impubere, dixit quòd filium ſuum viuum & mortuum relinquit Titio, quid importent iſta verba?
- 344 Pater ſi relinquit filium matri eius, vel ſub ipſius cuſtodia, an dicatur ex eo relicta tutrix.

da inſtitutio. cum de eis nulla præceſſerit inſtitutio. Nullus enim ante pupillarem ſubſtitutum dicitur ad hereditatem pupilli vocatus. Et hinc eſt; ¶ quòd talis ſubſtitutio non facit ſecundum gradum, vt declarat Pau. de Caſt. in l. i. ſup. eo. in prin. Et fortius hoc vrget, ſi pupillaris fiat ex hæredato (prout poteſt. §. non ſolum, Inſt. eo. ti.) ex quo tunc nec de pupillo præceſſit inſtitutio. Quarto hpc probatur. Nam, ſimiles inſtituat Titium vſque ad certum tempus, & poſt illud tempus Gaium, inſtitutio Gaii dicitur ſecunda, & tamen non dicitur ſubſtitutio, vt l. quærebatur. §. ſi. j. de mil. teſt. quem alleg. Are. in rub. ſup. eo. Et probatur ibi, in eo quòd dicitur, illum ſecundo loco inſtitutum non teneri ad legatã, cum aliã relicta ab inſtituto cenſeantur a ſubſtituto repetita, licet Imperator. j. de leg. i. & ita vult glo. in d. §. ſi.

Sed his non obſtantib. vt q̄ iſta diſſinitio defendi poſſit. Nã ad primum primo loco reſpõdet gl. ſup. in rub. & ſequunt Doct. q̄ immo etiam tertio, vel quarto gradu facta poteſt dici ſecunda inſtitutio, ſicut ¶ & ſecundæ nuptiæ dicuntur omnes poſt primas, licet tertio, vel quarto loco fiant, vt no. in rub. C. de ſecũ. nup. & videtur probari in l. ſi quis priori, §. talem, & ibi gl. dicit eod. tit. Iſta ſolutio videtur contra l. i. ſup. eo, quã ſi recte ponderet, videtur velle q̄ non ſecunda inſtitutio, ſed tertia vel quarta dicatur ſecundum gradum quo fit. Et hoc videtur ad ſentum apparere. Cum enim numeraliter loquimur, non video quomodo tertium vel quartum poſſit dici ſecundum. Nec obſt. q̄ de ſecun. nup. dictum eſt, quia & illud negari poteſt, cum in iure tertiæ aut quartæ aut vteriores nuptiæ vocentur, ſecundum q̄ eas fieri contingit, vt l. quæcunq̄, in prin. C. de bo. quæ lib. & l. cũ alijs, in prin. & l. hac editali, in princ. C. ſecun. nup. Et licet Rub. proponatur tantum de ſecundis, illud dicitur factum ratione frequentioris vſus. raro enim contingit aliquem tranſire ad tertias, vel vteriores nuptias. Ex eo tamen non inferitur, omnes alias nuptias dici ſecundas.

Sic & alibi ponitur Rub. de duob. reis in C. & Inſt. & tamen, ſi plures ſint non debent tantum dici duo rei, ſed tres aut plures, prout ſunt, vt Inſt. eo. in prin. & l. ſi. C. eo. & ita contra hanc communem ſolutionem quidam conſiderabant.

Nec obſt. d. §. talem, Quia dici poteſt q̄ ibi dñ ſecundo thoro ſimpliciter, habito reſpectu, quia primus tantum præſupponebatur. & quòd ſequitur quòd præcedit eſt, ſi præceſſit antea, ſit quaſi ampliando ſeu exemplificando, quid fieri poſſit. Sed dum dicit, ſecundo thoro, habuit reſpectum ad vnum tantum, quòd præceſſit præſupponit, & ſic communis ſolutio non videtur bona.

Sed forte eam tuendo poſſet reſponderi, q̄ ſicut toleratur Rubrica de ſecun. nup. demonſtrans omnes poſt primas, licet in veritate poſſint dici tertiæ, vel vteriores, vt iuribus præallegatis, ſic tolleretur iſta diſſinitio demonſtrã omnem inſtitutionem poſt primam, licet in veritate dici poſſit tertia, quarta, vel vterior. Nõ tamen multum ſatisfacit, cum diſſinitio debeat cum diſſinitio conuerti, vt dixi. ¶ In Rubrica vero toleratur aliquando, vt fit generalior nigro vel econuerſo, vt per Doctores maxime Moder. in l. i. in prin. ſupra ſi cer. pe. vt ſic de Rubrica ad diſſinitionẽ non procedat argumentum. Igitur ſecundo loco reſpondet quidam ad argumentum, q̄ licet tertio, vel quarto gradu ſubſtitutio fiat, tamen ex quo illa non conſideratur, niſi ratione præcedenti, ideſt dicitur ei tantum ſubſtitutus reſpectu illius in gradu præcedentis, dicitur ſecundo inſtitutus, non tertio, vel deinceps, & propterea hoc conſiderato, ſimpliciter dici poteſt, q̄ omnis ſubſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio.

Sed nec hoc tutum videtur, quia ſi reſpectu præcedentis in gradu debet nominari, cui ſubſtituitur, ſi ille eſt in ſecundo gradu, oportet q̄ iſte dicatur in tertio. & ſic ſi illa fuit ſecunda inſtitutio, iſta debet dici tertia, alias ſubſtitutus, & ille cui ſubſtituitur, dicerentur eadem inſtitutione vocati.

Vnde tertio vltra alios forte poteſt reſponderi, q̄ licet tertio gradu vel quarto fiat, poteſt dici ſecunda inſtitutio, quia vna tantum ſubſtitutio locum habitura eſt & effectum. Et quilibet ſi recte intuemur, in caſu quo vocatur, dicitur vocari in locum primi inſtituti argumenti eorum, quæ habentur in l. cohæredi, in prin. j. eod. ſuper hoc tñ cogitabis, quia nec iſtud in totum ſatisfacit, quia per eandem rationem deberet poſſe dici prima inſtitutio, ex quo in locum teſtatoris dñ ſubſtitutus vocari, remoto primo inſtituto. Quapropter iſta diſſinitio a primo argumento nõ facile defenditur. Et forte nõ eſt bona, maxime quia j. ponã nouam & (ni fallor) probabilem diſſinitionem. Si tamen vis hanc diſſinitionẽ tenere in hærendo ex prædictis ſolutionibus, cui malueris, vel aliam excogitando, ad alia argumenta reſpondebis, vt j.

Ad ſecundum ergo argumentũ rñdet Aret. & Patruſ & do. meus Soc. & ſequitur Iaſ. ſupra in rub. q̄ iſta diſſinitio intelligitur de directã ſubſtitutione in hæreditate, de qua in hoc titulo tractatur, quam omnino præcedit inſtitutio, vt per eos.

Vel ſecundo dico, q̄ immo etiam in legatis cadit inſtitutio, attenta quadam larga ſignificatione verbi lego, iuxta l. verbis legis, infra de verborum ſign. cum alijs per eos allegatis, dicit Mar. Soc. Iun. Prima Pars. L. 2 tamen

CENTRIO. Lex iſta propter materiam compendioſe ſubſtitutionis, quẽ in ea plenẽ tractabitur, reputatur valde vtilis, vt hic exordiantur Doct. & verum dicunt.

Sepiſſimẽ enim ſuper ea reperitur a noſtris maioribus conſultum & ego vidi dubitari ſæpe, & pluries conſului. Et quãquam tota ſubſtitutionum materia pulchra & ſubtilis ſit (quocũque te vertas) & plurimum lucroſa, vt teſtantur omnes in Rub. ſupra eodem & in ea ſecundum varias facti contingentias, & penẽ dixerim infinite quaſtiones terminantur, adeò, vt dixerit ibi

1 Alber. de Roſa. quòd ¶ materia iſta poteſt dici mare magnum, ſpacioſum in quo ſunt reptilia ſine numero: compendioſa tamẽ ſubſtitutio de qua hic pertractatur, omnibus alijs pulchrior ſubtilior, & frequentior eſt. Et ob eam cauſam legem hanc & compendioſã materiam veluti florem ex pulcherrimo viridario luci diſſimum interpretandum delegimus. Ad cuius interpretationem (Diuino nomine bene fauente) accedendo pro ipſius & totius materiæ ſubſtitutionis clariore intelligentia, nonnulla ante omnia præmittenda ſunt. Et in primis ne ſuper ignotis diſputemus. Quero de duobus. ¶ Primo quid ſit ſubſtitutio. Secundo quòduplex ſit. Circa primum (quòd primum præmiſſum appello) reperio per glo. & Doc. antiquos ſubſtitutionem dupliciter diſſiniri, primò, quòd ſit ſecunda inſtitutio, ſecundò, quòd ſit conditionalis inſtitutio. De qualibet ſingulatim diſpiciamus.

2 Prima ergo diſſinitio ponitur per glo. in Rub. ſupra eodem. Et cum ea tranſeunt Doc. magis communiter. Sed contra eam inſtatur, quia non conuertitur cum diſſinito, vt ad bonam diſſinitionem requiritur iuxta vulgatiffimam l. i. §. dolum. ſupra de dolo, ergo &c. Hoc autem probatur multipliciter.

Et primò, quia ſi quis tertio, vel quarto gradu ſubſtituatur, dicitur fieri ſubſtitutio, l. i. in princ. ſup. eo. Et tamen non erit ſecunda inſtitutio, ſed tertia, vel quarta.

3 Secundò ¶ probatur, quia in legatis, fideicommiſſis, & donationibus cauſã mortis ſit ſubſtitutio, l. vt hæredibus, infra de leg. 2. l. ſi legata. C. de leg. & l. vnica, §. ſin autem aliquid ſub conditione, cum ſimi. C. de cad. tol. Quæ tamen non poteſt dici ſecunda inſtitutio, cum in eis nec prima detur, cum inſtitutio ſolum ad hæreditatem referatur, l. i. in prin. ſupra eo. Tertio probatur, quia pupillaris ſubſtitutio reſponſum bonorum pupilli, cui per eam ſucceditur, l. vel ſingulis infra eodem non poteſt dici ſecun-

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

tamen Aret. quod præcedens solutio sibi magis placet, & simpliciter referendo videtur sequi Soc. meus.

Et licet ipsi non dicant, quare potest tñ dici id esse, ex eo, quod ista secunda solutio non bene probatur per allegata per eos. Nam in d.l. verbis legis, non probatur quod institutio etiam ad legata referatur, sed e contra, quod legatum seu verbum, lego, in generali significatione etiam ad institutionem referri potest, velut genus ad suam speciem. Sed ex hoc non est inferendum quod in legato particulari cadat institutio. Tunc enim legatum capitur in specie, & una species in aliam cadit, ut de se patet, tolle exemplum sub generali verbo, donatio, cadit etiam legatum, pone modo, quod fiat donatio inter viuos, & ita deveniamus ad speciem, certe in ea nullo modo cadit legatum, cum sit species cœqueua ad eam, & per ista hæc solutio Aret. & dñi mei Soc. non videtur posse procedere.

Potest fortè dici defendendo illam secundam solutionem quod cum verbum, lego, latè capiatur, ut d.l. verbis legis, dum testator dicit, lego Titio fundum, talia verba vice institutionis fungantur, scilicet in legato, si uero legatarius ille instituitur, & istius institutionis respectu, substitutio postea in legato facta dici poterit secunda institutio. Et pro hoc facit l. id tempus, in si. infra de usufructu.

Nam sicut ibi legatarius potest dici quasi hæres, ita etiam potest dici institutus. In hærendo tñ primæ solutioni, quæ videtur communis, concluditur quod ista definitio solum refertur ad directam institutionem hæreditis, de qua in hoc titulo tractatur. Et per hanc viam secundum aliquos tollitur etiam obiectum, quod de fideicommissaria substitutione fieri posset. Quæ non videtur secunda institutio cum ius directum non deferatur, nihil enim hoc repugnat definitioni prædictæ, quæ tñ de directa substitutione debet intelligi, ut iam dixi. De hoc tamen j. dicam, & discutiamus, an fideicommissaria dicatur propriè substitutio.

Aduertendum tamen est, quia licet ista satis procedant, volendo sic definitionem restringere, attamè, quia definitio si potest, debet dari in genere, ideo forte ad argumentum potest aliter responderi, prout quidam nostri dicunt, seu teneri secunda solutio supra posita, aliter tamen eam declarando. Et sic dicamus, quod etiam in legatis & similibus cadit institutio.

Est enim institutio nomen generale ad infinita. Nam referri potest ad hæredem. Item ad legatarium ad fideicommissarium, & similes. ¶ nihil enim aliud est institutio quam ordinatio quedam compositio, seu constitutio, & decretum. Et ex adiecto postea, vel ratione subiectæ materiæ declaratur ad quod referatur, unde dicimus leges instituit, ut apud Apule. leges quas Solon, & Ligurgus instituit. Item instituitur actio, ut l. i. in prin. sup. de iter. act. & l. i. C. si tutor non gessit, prope fin. & l. 2. deinde, sup. de orig. iur. Sic etiam dicitur institutio alicuius in beneficio. C. i. de reg. iur. lib. 6. & de inst. extra in rub. in c. 2. & per totum tit. similiter etiam dicitur procurator institutus. l. procuratoribus. C. de procur. & sic de pluribus per te considerabis. Unde in proposito dicemus, quem institui legatarium, fideicommissarium, vel donatarium, vel similes, & sicut in eis cadit institutio, ita etiam & conuenienter cadit substitutio, quæ dicitur sub ordinatio quædam in locum primæ ordinationis facta. Quandoquunque enim quid in locum alterius primò ordinati ponitur, dicitur fieri substitutio. Nam & vites & arbores in locum demortuarum substituantur. §. in pecudum, Inst. de rer. diu. Item & pecora in grege. l. si grege. §. de leg. 1. sic ergo concluditur, quod etiam substitutio in legatis & similibus potest dici secunda institutio.

Ad tertium arg. rñdetur, quod pupillaris dicitur secunda institutio respectu primæ institutionis, quæ de sua hæreditate fecit pater. Aliàs tñ non valet pupillaris, nisi pater sibi faciat testam. l. i. §. si. & l. 2. §. prius, sup. eo. cum sim. Ita respondet Ias. sup. in Rub. Sed tunc fortiter obicit, quia miles potest substituere filio pupillo, licet sibi non faciat testam. d. l. 2. §. quisquis. & l. in fraudem, §. pe. & l. miles ita, §. si. §. de mil. test. Ego aliàs in iuuentute mea dum legerem Institutiones in primo anno mei doctoratus tētabam novam opi. videlicet quod immo miles nisi sibi testetur, pupillo substitutionem facere non possit, quasi hoc videatur impossibile, & naturæ verbi repugnans, ut scilicet fiat & dicatur substitutio, ubi nulla præcedat instō. Et ad iura in §. rium allegata respondebam, quod non dicunt posse fieri substitutionem, sed quod potest fieri testam pro pupillo. Quod fatendum est, sed tamen non debet appellari substitutio per prædicta. Et istam opi. inuenio quod aliqui nostri ponunt. Sed licet prædicta videantur applaudere, & aliàs placuerint, & in disputatione sint pulchra tamen diligentius animaduertendo credo hæc nouam opi. stare non posse.

Nam veritas videtur, quod ista duo nomina testamentum pupillaris & substitutio pupillaris confundantur, & idem sint. Et probari videtur, quia in Rub. ista dicitur de pupillari substitutione, & idem in Institutionibus, & sub his titulis tractatur de testamento pupilli, ut d. l. 2. §. quisquis, & l. patris, & filii, infra eo. & in §. liberis, Inst. eo. ergo &c. Et clarè hoc probatur in §. igitur, eo. tit. duz dicitur, quod facta pupillari substitutione dicuntur duo testamentum &c. sic ergo ibi pupillaris substitutio appellatur testamentum pu-

illi, & e contra. Sed dicit aliquis prædicta non obstare, quia ibi capitur testam pupillaris in genere, ita ut omnis pupillaris substitutio quàm species dicatur testamentum pupilli: & ita intelliguntur, prædicta, non e contra sicut omnis homo est animal, non e contra, ut sic dicamus reperiri testamentum pupilli, quod nã sit substitutio, ut quando fit à milite, qui sibi non erat testatus.

Verum hoc non videtur tutum, quia si ita esset, conuenientius erat quod Rub. in genere poneretur. l. de testamento pupillari, magis quàm de pupillari substitutione. Nisi replicando dixeris, quod ideo dixit de pupillari substitutione, quia de ea tñ tractaturus erat, prout verè fit, & in Institutionibus, ita & hic. Nã nunquã in his titulis tractatur de testamento pupilli facta à milite sibi non testante, nisi incidet vnum verbum in d. l. 2. §. quisquis. Sed quid sit de prædictis, pro communi & cõtra istam nouã opi. videtur tex. in terminis in d. l. miles ita, §. si. §. de mil. test. in eo quod dicit valere pupillare substit. licet ex testamento militis nõ adeatur hæreditas, & ita fit perinde ac si testatus non fuisset, cum & tunc dicitur intestatus decedere, & paria sunt non testari, & ex testamento non adiri hæreditatē quo ad hoc, ut Inst. de hæc. quæ ab intest. defer. in prin. patet, ergo quod ibi dicitur pupillaris substit. & tamè in effectu miles non dicitur ibi fecisse testam. Sic igitur sequitur, quod testam pupilli, & pupillaris substitutio omnino idem sunt. Quod etiam vult ibi tex. dum pro ratione validitatis pupillaris substitutionis dicit, quia militi permittitur facere pupillo testam, licet sibi non fecerit. Et ita per illud tex. ista noua opi. destruitur. Nisi disputando dixeris, quod illud ibi est inspecto initio, cum in veritate miles sibi testatus fuerit, & institutionem fecerit, cuius respectu postea testam pupillare dicitur pupillaris substit. Sed ubi ab initio re ipsa non fuisset testatus, non probatur ibi quod potest dici substitutio. Quod tamen non multum satisfacit, quia cum nõ fortis testam illud effectum, perinde est ac si non esset factum, & principium inutile non debet considerari, cogitabis tamen. Et tenendo communem conclusionem, non obstat ratio in contrarium allegata dum dixi, quod natura verbi repugnabit &c. Quoniam respondetur, quod immo non repugnat. Nam substitutio dicitur positio vnius in locum alterius, etiam quod quod quod substituitur non fecerit seu ordinauerit illud in cuius locum fit substitutio, ut probatur in §. sed si gregis, Inst. de rer. diu. Unde cum miles testando pro pupillo ponat aliquem in locum eius quo ad eius hæreditatem, conuenientissimè & secundum naturam verbi potest dici substitutio. Sed hoc stante (ad definitionem redeundo) ista communis conclusio plurimum ei obstat secundum quod supra proponebam. Si vis hanc definitionem tueri, potest responderi primo, quod ista definitio ponitur de substitutionibus regulariter & communi iure permixtis, in quibus ad eorum robur requiritur præcedens aliqua institutio, ut l. i. in si. supra eo. Sed ista dicitur fieri de iure speciali, & contra regulas omnes.

Vel secundo dici potest, quod etiam illo casu consideratur aliqua præcedens institutio tacita, quia cum intestatus decedit, dicitur relinquere hæreditatem filio ab intestato successuro. l. confiscantur, infra de iure codicil. Facit l. si quis ita hæres instituitur, cum not. ibi per Bart. infra titulo primo. cogita super istis, quæ satis debilia sunt, & facile tolli possent.

Et ideo ista definitio non vñ multum secuta, prout et dixi, sic ca primū argumentū. Et maxime, quia secunda institutio, sic dicta respectu primæ, debet intelligi respectu eiusdè hæreditatis, sed secundum solutionem supra datam in principio istæ institutiones sunt respectu diuersarum hæreditatum. Prima scilicet de hæreditate patris, secunda de hæreditate pupilli, ergo &c.

Ad quartū & vltimū argumentū respondebat ipsemet Aret. quasi fatendo contrarium. Nã secundum eum reperitur quædam secunda institutio, quæ non est substitutio, ut d. §. si. Et ita referunt D. meus Soc. & Ias. in rubrica supra. Nam hoc nomen secunda institutio dicitur genus comprehendens vnã, quæ est substitutio, & illa diffinitur, & aliã, quæ non est substitutio, de qua in d. §. si.

Et tñ ad hunc sensum reducatur verba Soc. nostri, quæ in multis codicibus mendose leguntur, sed ista solutio prout ipse dicit, & sibi ascribit Ias. non potest procedere, quia tunc definitio nõ conuerteretur, contra regulam l. i. §. dolium, supra de dolo, ut per eum vera ergo solutio est, quam Dominus meus Soc. secundo loco ponit, cæteris dimissis, quam etiam sibi ascribit Ias. videlicet quod immo in d. l. quærebat. §. si. illa secunda institutio dicitur substitutio, ut probatur in l. miles ita, in prin. ibi, nemine substituto, infra de milita. testamen. Et ultra eos probatur, quia aliàs non daretur directæ militaris, quam permittit l. milites etiaz his infra de mili. testam. cum similibus. Nam talia iura loquuntur etiam in terminis d. §. si. Et si dicas quod immo loquuntur, quare fit substitutio post mortem instituti, ut dicitur in l. in testamento, C. de testam. milit. dico idem esse & si post decem, aut quindecim annos, quia in hoc non debet fieri differentia inter tempus certum & incertum, cum vtroque casu, fructus interim percepti, sint primi instituti vel suorum hæredum. Concludo ergo quod in dicto §. si. dicitur substitutio.

Adde q̄ Ripa in rubrica. nume. 6. reprobatur hanc solutionem Soc. quia non potest dici substitutio, cum non sit conditionalis institutio. Et ad d. l. miles ita, respondet, quod ibi appellatur substitutus, respectu venientium ab intestato, in quorum loco ponitur, ut per eum.

Sed certe ista extranea intelligentia ad illum tex. quia substitutus dicitur, qui in locum vocati vel habentis ponitur, vñ cum venientes ab intestato non essent vocati, nec per se haberet, nō video quomodo eis possit dici substitutus, qui secundo loco vocatur, vnde ego puto q̄ dicitur substitutus, respectu primi instituti per certum tempus. Et ita in l. quarebatur. §. si. debet ille dici substitutus, & vbi nullus daretur substitutus, haberet locū causa intestati, vt d. l. miles ita. Ad rationem Ripæ respondetur, quia primò negari potest, quod ad esse substitutionis requiratur, q̄ sit conditionalis institutio, nec iura allegata per eū probant, quia loquuntur particulariter in pupillari, in qua fateor inesse conditionem.

Vel secundo dici potest, q̄ dies certus, licet non sit proprie cōditio, habet tamen cum ea similitudinem quandam. Nam sicut euentus conditionis debet expectari, ita & dies quod ad effectum l. cum tale. §. Meuiæ, infra de condit. & demonst. & l. in illa, infra de verborum oblig.

Non obstat q̄ ille secundo institutus & substitutus ad legata a primo relicta, non teneatur, quia respondetur, quod regula licet Imperator. de leg. i. §. allegata, procedit tñ in vulgari substitutione, non autem procedit in directa militari, de qua loquitur d. §. si. vt etiam declarat Ias. in d. rubrica, sicut etiam non procedit d. regula in pupillari, vt per Bar. in d. licet Imperator.

Et in proposito nostro pro ratione differentie inter vulgare, & directam militarem vide Ias. in d. rub. Et vltra eum verior & concludentior ratio est, quia quando quis grauatur, censetur onus iniunctum ratione commoditatis vt per eum ex dispositione grauantis assumenda, argumēto l. ab eo. C. de fideicom. & l. i. §. pen. j. de leg. 3. & l. sed & si sic, in fi. eo. tit. vnde quando habet locum vulgari substitutione apud institutum, vel eius hæres nullum commodum ex testamento reperitur, sed tota & integra hæreditas cum omni commodo transit in substitutum primi instituti, locum subintranter, merito teretur ad legata primo iniuncta. Sed in directa militari non ita est. Nam, qui ad tempus instituitur & grauatur, dicitur grauari ratione commoditatis per illud tempus ex hæreditate percipienda.

Et propterea ad eundem hæreditatem, dñ voluntatem defuncti approbare, & ad onera sibi iniuncta obligatur, iuxta l. Imperator. §. si certum, j. de leg. 2. l. si cui, j. de cond. & demon. & l. apud Iulianum. §. si. j. quibus ex caus. in pos. ea. cum similibus. Et cum illa commoditas non transeat ad institutum post tempus illud, ideo est, q̄ ab eo talia legata non censentur repetita, licet in futurum hæreditas cedat commodo eius.

14. Circa secundam diffinitionem, dum t̄ dñ q̄ est conditionalis institutio, quam videtur ponere gl. in l. qui liberis, in princ. j. eo. & videtur sumi ex l. cohæredi. §. cohæres, j. eo. cum similibus, de quibus per Dominum meum Soc. & alios in d. Rubrica. Aduertendum est, quia etiam q̄ eam opponitur, quia nō videtur bona cum non conuertatur. Hoc autem primò probatur, quia, si fiat purum fideicommissum vniuersale, dicitur substitutio, & tamen non est conditionalis. Sed ad hoc tuendo hanc diffinitionem rñ detur fm Bald. Pau. de Castr. & in Rub. C. eod. refert & sequitur Ias. in Rubrica, videlicet q̄ fideicommissaria non dicitur proprie substitutio. Et diffinitio procedit respectu proprie substitutionis. Quod an sit verum, inferius plene disputabo, & ad ibi dicenda me remitto, quia plerique contrarium tenent.

Secundo q̄ non conuertatur, probatur, quia datur substitutio pura, vt videtur casus in d. l. qui liberis, in princ. ergo & c. R. eponderi tamen potest, q̄ ibi loquitur respectu conditionis extrinsecæ, at in diffinitione consideratur conditio saltem intrinsecæ.

15. Nam q̄ qualibet substitutio videtur habere conditionem, puta, si ille hæres non erit, vel si in pupillari aetate, vel in furore decedat. Ita voluit Bar. post gl. ibi in d. l. qui liberis, & tradit Ias. hic in Rubrica. Et si dixeris (prout quidam dicunt,) quod conditio ex natura actus non facit dispositionem conditionalem, vt l. conditiones extrinsecas, j. de cond. & demonst. etiam quod exprimitur, vt l. 3. j. de legat. 1.

Rñ dicitur, id verum esse quo ad quædam, puta ad impediendū transmissionem, vt traditur in d. iuribus. Quantum tñ pertinet ad veritatem dispositionis negari non potest, quin pendeat, & ita appelletur conditionalis, prout probatur in l. i. in fi. & ibi gl. sentit j. de cond. & demonst. Vnde dico, q̄ in hac diffinitione consideratur etiam intrinsecæ conditio quo ad essentiam substitutionis. Quinimmo potest dici, q̄ etiam transmissio impeditur, si n. substitutus decedat ante euentum conditionis etiam intrinsecæ non transmittit. l. qui habebat, iuncta gl. si. j. eo. Nisi ad hoc dixeris, q̄ hoc non procedit simpliciter propter intrinsecam cōditionem, sed quia agimus de hæreditate, quæ etiam si esset delata, nō

transmittitur ante aditionem. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. toll. & tradit Bar. in l. ventre, j. de acq. hæred. minus ergo trāmiteretur in casu isto, cum nedum non sit adita, sed nec delata. Vel dicas, q̄ non transmittitur, quia substituto viuo defertur, l. si ex pluribus, in fi. j. de suis, & legitim.

Tertio vltra alios probatur per l. si quis ita hæres instituitur, §. titulo proximo, vbi fit institutio conditionalis, & tamen non est substitutio. Nisi ex intentione Bar. & Imo. ibi respondeas, q̄ immo dicitur quedam vulgari substitutio facta legitimo successori, cui per illum modum dicitur referuatum ius succedendi, & sic quodammodo dicitur institutus. Et eo respectu dispositio a testatore expressa, potest dici substitutio, & etiam secunda institutio. Et ex hoc tollitur obiectum, quod ex illo text. posset fieri contra præcedentem diffinitionem.

Hæc tamen solutio videtur vsquequaque tuta. Quoniam, cum ibi tex. dicat, instituitur hæres, & videatur demonstrare primam dispositionem testatoris, non videtur q̄ possit conuenienter appellari substitutio. Sed quicquid sit circa illum text. de cuius intellectu ad præsens non disputabo, dicas quartò q̄ euidenter probatur, quia ista diffinitio non conuertitur, & sic quod non sit bona, quia si instituo Titium, si Romam iuerit fit conditionalis institutio, & valet. §. hæres, in princip. Instit. Et tamen non potest dici substitutio.

Et cum huic argumento non videam responsum, fatendum est diffinitionem non esse bonam. Nec fortè glo. in d. l. qui liberis. voluit ponere diffinitionem, sed tantum proponere hanc conclusionem, quod omnis substitutio dicitur institutio conditionalis, non tamen quod ista sit diffinitio, prout in veritate verba glo. sonant.

Et in hoc vñ verum dicere, quia, vt §. dixi in qualibet substitutione consideratur aliqua conditio saltem intrinsecæ (loquor de substitutione in hæreditate vel similitudine, nā potest procurator substitui purè & aliquid simile) sed tamen nō sic potest substitutio diffiniri. Sicut si dicamus. Omnis q̄tus est duorum plurium ve consensu. Hęc. n. propositio vera est, non tamen esset bona diffinitio contractus, vt recte consideranti patebit. Sic etiam si dicaz, omne testamentum est testatio mentis: propositio erit vera, non tamen est bona diffinitio.

Ad diffinitionem. n. plura requiruntur iuxta l. primam, §. de test. cogita, quia dici fortè potest, q̄ istæ duæ diffinitiones coniungantur vno verbo addito, dicendo q̄ substitutio dicitur secunda, vel vltior conditionalis institutio. Et tunc tollentur plura ex obiectis supra deductis.

Sed tamen obstat, quod de pupillari dicitur, q̄ non sit secundus gradus maximè facta a milite sibi non testante.

16. Reperio, quod quidam aliam diffinitionem ponunt dicentes, q̄ substitutio dicitur sequens institutio, asserentes hanc diffinitionem procedere de plano, & sine scrupulo.

Sed tamen mihi non videtur tuta. Nec potest defendi ab his, quæ dixi in tertio argumentò q̄ primam diffinitionem. Nā si miles sibi non faciens testamentum, filio pupillo testetur, dicitur facta substitutio pupillaris, vt ibi deduxi, & tamen non potest dici sequens institutio, cum nulla illam præcedat.

Præterea, fortè etiam non potest bene defendi a primo argumento factò similiter q̄ primam diffinitionem, posito q̄ etiam illa prima non bene defendatur. Nam verbum illud sequens vñ verificari tñ in secunda, & sic in ea, quæ primo sequitur, argumēto l. boues. §. hoc sermone, j. de verborum sign. & l. eum, qui Kalandis, in princ. j. de ver. obl. cum similibus.

Hoc tamen vltimum non firmo, sed super eo cogitabis quia in contrarium facit, quia verbum sequens non videtur necessario referri ad institutionem primam, sed ad quamcunque præcedentem, & tunc semper respectu eius erit prima.

17. Reperio t̄ etiam q̄ Abb. in ca. Raynutius, de testa. 6. col. aliter diffiniuit, dicens, q̄ est secunda vel vltior institutio. Sed q̄ eam facit, quod in tertio arg. q̄ primam dictum fuit. Nisi eam salutes, sicut etiam primam superius saluau, per quem modum etiā præcedens diffinitio posset defendi. Sed tñ in prædictis animus nō quiescit, quia facile saluationes §. date tolli possent.

Adde q̄ Ripa §. eo. in rub. aliter diffinit, dicens, q̄ est institutio facta sub conditione purificanda per non aditionem per mortem, vel aliud impedimentum instituti, vel exheredati, vt per eū. Sed non videtur tuta, quia fm eam si iam exheredato filio dicam, Seius ex dimidia hæres esto, & si filius exheredatus, intra annū decedat, Gaius sit hæres ex alia dimidia, in Gaiō verificabitur diffinitio, & tñ non dñ substitutus. Similiter si dicam, instituo Seium in dimidia, & si ille non adeat, aut moriatur, Gaius ex alia dimidia hæres esto, & Seio substituo. Titium. Nam etiā tunc in Gaiō verificabitur diffinitio, & tñ nō dicitur substitutus, sed institutus.

Qua propter arbitror nouiter diffiniri posse substitutionem, distinctè tamen prout illam capere volumus. Referendo ergo substitutionem ad hæreditatem, seu ad ius directum hæreditariū, de qua substitutione loquitur totus iste titulus sic diffiniat.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

Substitutio est subrogatio vnius in locum alterius hereditate a testatore facta. Et ista definitio videtur bona, quia si recte cogitabis semper cum suo definito conuertetur, quia non inuenio hanc subrogationem nisi in substitutione. Nec econtra inuenio substitutionem, vt modò dixi acceptam, in qua talis subrogatio non fit. Item etiam constat ista definitio ex genere, & differentijs. In ea enim pro genere ponit subrogatio vnius &c. & quod dixi in hereditate, ponitur differentia prima, vt. l. differat a substitutione in legatis, in procuratore, & similibus, & etiam a substitutione fideicommissaria, per quam verè hereditas in dubio debet capi directè iuxta eius definitionem, de qua in l. hereditas, infra de reg. iur. Et quod sequitur a testatore facta, vbi est secunda differentia ponitur ad differentiam iuris accrescendi, per quod fit talis subrogatio a lege, & similiarum subrogationum. Si vis comprehendere etiam fideicommissariam dicam in hereditate directè, vel vtiliter & cætera vt supra. Si autem generalius loqui velis, & omnem substitutionem complecti, dicas simpliciter, quòd est subrogatio vnius in locum alterius ab homine facta. Et dico facta ab homine, vt excludam ius accrescendi. Item & subrogatum ad succedendum ab intestato loco primi vocati, & similes casus, in quibus fit subrogatio prædicta a lege, & non vocatur substitutio. Cogita super istis, quia noua sunt, & (ni fallor) probabilia.

Nec prædictis obstat l. si. s. r. j. eo. & lex prima. §. si proponatur, infra si quis omisi. cau. testa. vbi quis sibi ipsi substituitur, & sic non fit subrogatio in locum alterius, quia respondetur, qd ibi ille fungitur vice duorum, prout alias id cõtingit in leg. debitor sub pignore. §. si. infra ad Trebel. cum concordantibus traditis in l. si pater. §. primo, supra de adoptio.

Nec secundo obstat l. querebatur, in fine, infra de milit. testamen. considerando, qd ibi substitutus non in totum sapit naturam primi instituti, cum ad legata non teneatur, & tamè subrogatus sapit naturam &c. l. si eum. §. qui iniuriarum. §. si quis cauti.

Quoniam respondetur, qd immo sapit in eo, in quo subrogatur. subrogatur enim in hereditate, quæ erat tempore mortis testatoris, & illa tota debetur substituto, & directo, ita vt dicatur intrare in locum primi. Ad legata autem non tenetur, quia dicitur iniuncta primo, ratione commoditatis, quam suo tempore ex hereditate consequutus fuit, circa quam commoditatem non dicitur facta substitutio.

Tertio etiam non obstat, qd aliquando testator adimendo, & in alterum transferendo dicitur facere subrogationem prædictam, & tamen non videtur, qd sit substitutio, cum in toto titulo infra de adimend. leg. non reperiam appellari substitutionem. Quoniam respondetur, & primo dici potest qd immo ille in què translatio fit, potest dici substitutus, vt videtur probari in l. i. §. pe. supra tit. 2. ibi. si forte sit substitutus.

Pro quo facit l. si legatum. §. si. infra de adim. lega. considerando, qd dicitur translatum legatum, si dicam, Si Titio non dederis, dato Sempronio, per quem modum etiam substitutio inducitur, vt l. vt hæredibus, infra de lega. secundo.

Vel secundo responderi potest, & forte melius, qd non dicitur substitutio, quia secundo, in quem transferuntur, dicitur dari, quasi primo non dicitur datum, vt videtur probari in d. §. penult. Pro quo facit, quia testamentum sumit vires a morte testatoris, cum Martha. de celebr. miss. & voluntas eius dicitur antea mutata, ita vt in prima voluntas non sapiat naturam vltimæ voluntatis.

Præterea & quarto non obstat l. si quis ita heres instituitur, supra titulo proximo. vbi videtur subrogatio, de qua in definitione, & tñ non dicitur substitutio. Nam respondetur, qd immo ibi dicitur facta substitutio venienti ab intestato, cui tacitè testator ius reseruauit. Et ita ibi intelligunt Barto. Bald. Imol. & alij. Ego autem aliter illum tex. intelligo vt dixi in l. Gallus, in princ. infra de liber. & posthum. vbi videas, & nihil obstat.

18 Venio nunc ad secundam quæstionem videlicet qd Quotuplex sit substitutio? (& fit secundum præmissum) & non sequendo ordinem gloss. supra in rubrica, dicas, quòd principaliter duplex est substitutio, directa, scilicet & obliqua seu fideicommissaria.

19 Directa est, quando per substitutionem vocatus, nullo facto alterius interueniente, impleta substitutionis conditione, potest propria auctoritate hereditatem capere, & eam habet directè iure & sine diminutione, non sic est in obliqua, vt infra dicam.

20 Rursus est directa reperitur multiplex. Nam aliqua & prima dicitur vulgaris, quæ fit heredi instituto, si heres non erit, & eius additione expirat, l. post aditam, C. eodem. De qua plene per Bar. & alios in l. r. sup. eod.

Secunda dicitur pupillaris, quæ fit in liberis impuberibus, ab his in quorum sunt potestate, si ipsi in pupillari ætate decesserint, & pubertate eorum expirat, §. masculo, Insti. eod. & per eam directè succeditur in omni bonis pupilli & ideo dicitur testamentum pupilli, vt superius dixi. De qua plene per Bar. & alios in l. 2. supra eodem.

21 Et ista duæ substitutiones dicuntur principales & Cardi-

neq secundum Bald. in l. quidam eulogio, C. de iure delib. Et referunt hic Moder. in Rub. ista. Et tantum connexitatis inuicem videntur habere, vt sapissime altera facta, vtraque facta videatur, iam hoc iure, supra eodem. quod qualiter procedat, inferius plenè declarabitur. Alia est & tertia dicitur exemplaris, quæ fit filijs furiosis & similibus, qui ex aliquo vitio testari non possunt, si in tali furore, vel simili vitio decesserint. Et tali vitio cessante expirat. Et dicitur exemplaris, quia ad exemplum pupillaris fuit inducta, & per eam directè succeditur in bonis furiosi & similibus, & dicitur testamentum eius, sicut pupillaris testamentum pupilli. Et de ista plenè tractatur in l. ex facto, infra eodem, & in l. humanitatis, C. eodem & in §. qua ratione, Insti. eodem.

23 Quarta est dicitur directa militaris sic dicta, quia solum a milite ex proprio priuilegio fieri potest. Et est quando miles filio maiori, vel extraneo post aditam hereditatem substituit.

Taliter enim substitutus directo vocatur & testatori succedit, de qua substitutione loquitur l. miles etiam, l. cum filiusfamil. & l. miles ita. in prin. j. de milit. testamen. & l. in testamento, C. de mil. testa. & loquitur etiam l. nostra, in fin.

24 Ad cuius intelligentiam sciendum est, qd iuris regulam esse, qd qui semel adeundo fit hæres, non desinat amplius hæres esse. l. ci qui soluendo, supra titulo primo, & l. & si sine, §. sed qd Papinianus, supra de minor. Iura enim hereditaria penes eum radican- tur, ita, vt amplius euelli non possint. Et licet ex ampla & absoluta potestate legis induci possit, vt aliquando quis desinat hæres esse, prout reperitur in auth. hoc amplius. C. de fideicommi. & notatur in l. in substitutione, infra eo.

Hoc tamen non est dicendum, nisi quando sic reperitur in iure expressum, & sic derogatum regulæ præallegatæ. Quod quidam nisi ex magna causa non reperitur. Et vbi non sic reperitur, stamus regulæ prædictæ. Quo fit, vt nemo, extraneo, vel maiori post aditam hereditatem, possit directo substitui, sed tantum ei permittitur, vt per fideicommissum substituat, vt §. fin. Insti. de pupil. substit. si enim directo possit, qui eo modo substituitur, verè hæres fieret. Et qui iam hæres fuit, adhuc hæres permaneret.

Et consequenter reperirentur duo hæredes vni in solidum, & directè, contra l. quod contra. §. vni duo, infra de regu. iur. Placuit tamen legi, speciali priuilegio militibus concedere, vt ipsi etiam post aditam maiori vel extraneo possint directè substitui, vt d. l. miles etiam, cum alijs supra allegatis.

Et per consequens lex isto casu dispensauit contra prædictam regulam. Et voluit, vt mediante tali priuilegio, qui primo adiuu, desinat esse hæres respectu futuri temporis, & alius pleno iure, & directè hæres fiat, fauendo in hoc militibus, & eorum voluntati, propter publicam vtilitatem, quam ipsi imperio vel Reipublicæ eorum labore & periculo conferunt. Et ista substitutio sic ex priuilegio concessa, est illa directa militaris, de qua loquitur lista in fi.

Et potest ista substitutio separata a qualibet alia substitutione fieri. Puta, quòd miles dicat, instituo Titium vsque ad viginti annos, vel vsque ad eius mortem, & postea substituo Gaium.

25 Alia & quinta substitutio directa est dicitur breuiloqua, seu reciproca. Et est, quando plures iam instituti vna oratione simul, & inuicem substituantur. Puta, si pluribus institutis, dicat testator & eos inuicem substituo. Et continet ista substitutio vulgaris, pupillarem, & exemplarem si personæ patiantur, modo illud intellexeris, vt illæ substitutiones contineantur, quæ omnibus institutis conueniant non quæ alicui ipsorum. l. iam hoc iure. §. i. supra eo. Et intellige de directis.

26 Nam est fideicommissaria, licet omnibus conueniat, non contentur in reciproca secundum magis communem opinionem, vt per Barto. & alios in l. Lucius, infra eod. & per Doctores maxime Dec. in l. in testamento. C. de testam. milit. 2. colum. De quo (cum aliqui contrarium teneant) ad præsens non disputabo. Sed

27 singulariter (posito qd sit verum) limitabis, nisi in testamento esset clausula codicillaris, si non valet vel valebit &c. Ita notanter limitat Dominus & patruus meus Soc. in consi. 6. in præsentis consultatione secunda colum. tertio volum. Quod tene, menti in practica. Et cum hodie talis clausula toleat temper in testamentis apponi, si vera est ista limitatio, semper fideicommissaria in reciproca continebitur. Super hoc tamen cogitabis, quia de eius veritate non intendo disputare. Nec enim sine dubio apud me transit. Et fortè aliquid infra dicam. Et reperio quòd Dec. in l. precibus, columna 12. C. co. tenet contrarium, quem videas.

Adde quod de hoc dixi in consi. 166. Desiderassem, 2. volumine. Et dicitur ista substitutio reciproca (prout eam appellat tex. in d. l. iam hoc iure. §. i.) quia semper hincinde substitutionem reciproce continet.

Et de ista plene tradunt Bar. & alij post eum in d. l. Lucius, & in d. l. in testamento. Sed oritur hinc quæstio qd verum sit species substitutionis ab alijs separata? circa quod (omissa longa disputatione, quam plerique faciunt) placet mihi resolutio patrii mci.

28 in d. l. in testamento. Sed oritur hinc quæstio qd verum sit species substitutionis ab alijs separata? circa quod (omissa longa disputatione, quam plerique faciunt) placet mihi resolutio patrii mci.

mei Soc. in rubrica, supra eod. vt sic concludamus. quòd quo ad formam & verborum prolationem sit species ab alijs separata. Quo vero ad effectum, & effectum substitutionis, non potest dici propria species distincta ab alijs, cum nullam substitutionem contineat, quæ per se particulariter fieri non possit. vide Socin. meum vbi supra ad quem me remitto.

Sexta & vltima substitutio directa est, quæ dicitur compediōsa. Et est quando sub verborum compendio plures fiunt substitutiones, sub diuersorum temporum consideratione.

Putat, si filio instituto dicam, quandoquunque decesserit, Titium substituo, pōt dici facta vulgaris, pupillaris, & et fideicommissaria secundum tamen ea, quæ inferius pro ingressu materia dicemus.

Et dicitur directa propter directas quas continet. Sed tamen possit etiam dici obliqua respectu fideicommissaria, quando illam contineret.

Et de ista compediōsa plenè hic dicūt Doctores. Et nos plenè tractabimus. Et plenè etiam traditur maxime per Moder. in l. precibus. C. eod.

Et quid sit, & an sit ppria species substitutionis ab alijs distincta, videbimus in prima & secunda qōne Bart. infra ea. l. nostra.

Secunda principalis species substitutionis (vt dixi) dicitur obliqua seu fideicommissaria. Et est quando quis vocatur per fideicommissum ad hæreditatem. Eo enim respectu dicitur fideicommissaria, quia fidei hæredis committitur, & olim a sola fide grauati pendebat, vt Instit. de fideic. hæred. in prin.

Et obliqua dicitur, quia non directè vocatus admittitur, nec propria auctoritate potest bona capere, sed per manum hæredis, & sic per obliquum. Quæ etiam aliquando precaria vocatur, vt l. quærebatur, in prin. infra de milit. testa.

Et hoc quia precarijs verbis plerunque fit. Puta, si te institutum hæredem rogauero, vt hereditatem restituas Sempronio.

29 Et dicit glo. in Rubrica supra eod. q̄ ista fideicommissaria substitutio est duplex, quod ex mente glo. declarate ibi Bar. Alber. & Pau. de Cast. quia aliqua fit in tota hæreditate, aliqua in parte, iuxta §. fin. Instit. eod. quem d. glo. allegat. Aret. tñ Do. meus Soc. & Iaso. ibi hoc reprobant. Quia inter casum & casum non est differentia effectualis, vt per eos. Qui postea dicunt, q̄ dicitur duplex, quia aliqua est vniuersalis in hæreditate tota, vel parte, de qua loquitur tit. Instit. de fideicommissa. hæred. Aliqua est particularis. Puta in fundo, veste, vel aliqua summa, de qua est titulus Instit. de sing. reb. per fideicom. relicti.

Tu circa ista, primò dicas, q̄ ista non videtur bona declaratio, quia non reperio in iure, quòd particulare fideicommissum dicatur substitutio, sicut nec legatum, quæ æquiparatur l. i. infra de leg. 1. & l. i. C. communia de lega.

Secundò, reprobatio ad declarationem Bart. & aliorum non videtur bona. Quia immo possunt differre effectus, quia ex fideicommissaria in tota hæreditate detrahetur quarta, non sic in parte tantum hæreditatis.

Tertio etiam dici potest, quòd substitutio ista fideicommissaria dicitur duplex, declaratio. scilicet alia expressa, alia tacita, super quo cogita, magis tamen placet declaratio Bart. & communis defensata vt supra. Et si tibi nec illa, nec ista mea placet, dico quòd vna tantum est, & non duplex, vel aliam diuisionem inuenias. Et de ista fideicommissaria substitutione tractatur §. & C. ad Trebel. & Instit. de fideicommiss. hæred. Et sæpius de ea loquimur in l. nra.

30 Sed circa eam oritur difficultas, an sit propria substitutio? Et Bal. & Sal. post Nico. de Mata. in Rub. C. eo. concludunt q̄ non.

31 Quos ibi sequitur Pau. de Cast. inferendo ex hoc q̄ statutum loquens de substitutione non procedit in fideicommissaria, vt per eum. Et cum hac opinione transit Ias. in Rub. supra eod. & Corn. & Dec. in d. Rub. C. eo. & est communis opinio, quam dicunt esse de mente gl. supra eo. in rubrica.

Duo distincte videnda sunt. Primo, vtrum substitutio fideicommissaria sit propria substitutio. Secundò verum statuta loquentia de substitutione, procedant in fideicommissaria.

Circa primum vidisti communem opinionem negatiuam. Pro qua primo allegatur communis diffinitio, dum dicitur, q̄ substitutio dicitur secunda institutio. hoc enim non conuenit fideicommissaria, cum ibi non agatur de institutione hæredis.

Secundò allegatur per omnes Rubrica C. de instit. & substitutio. & restit. & c. siue leges per copulam, vt hodie communiter habent libri impressi, siue per disiunctam, vt multi legunt. Nam

32 † de natura copulæ, & etiam disiunctionis, vel, est vt ponatur inter diuersa, iuxta ea quæ habentur in Rubrica, supra de iur. & fact. ignor. & est glo. in c. querelam, extra de simon. Sic ergo sequitur, q̄ restitutio & sic fideicommissaria substitutio non est idem cum substitutione. Idem probatur in l. generaliter, in prin. C. eo. titulo, ibi substitutioni, vel restitutioni & c. Facit etiam tex. optimus in l. recusare. §. Titius, infra ad Trebel. quem allegat Ias. supra eo. in Rubrica, sed ante eum allegat Corne. in Rubrica. C. eod. ibi ex restitutione magis quam substitutio & c. Ad quod etiam facit diuersitas tituli. Item & diuersitas nominis. Quod

non esset, si esset propria substitutio, quia esset idem cum ea. argumento l. si idem. C. de codicil.

Tertio vltra Doctores pondero Rubricam C. de impuber. & alijs substitui. iuncto toto illo titulo. Pollicetur. n. Rubricans tractare de omnibus substitutionibus, & tamen de fideicommissaria non tractat, nisi vnum verbum incidenter in l. precibus, quod non est considerandum. Sed de ea tractatur in titulo ad Trebel. ex quo demonstratur, quòd non comprehenditur in verbo, & alijs substitutionibus, ergo & c.

33 Quarto moueor optima ratione, † substitutus vt subrogatus (iuxta meam diffinitionem, supra positam) debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. cum qui. §. qui iniuriam, supra si quis caut. & §. fuerat. Instit. de ac. Et est tex. bonus in l. 1. §. hæc actio. §. si quis test. lib. esse ius. sue. Sed fideicommissarius non sapit naturam hæredis, quia ei detrahitur quarta, & non habet iura directa, vt est notum, nec iura sepulchrorum. l. quia perinde. infra ad Trebel. ergo non potest dici substitutus hæredi pprie, sed large & improprie. Vltimò pro ista opinione allegatur tex. in l. tutores. §. hæres, supra de administr. tutor. vbi erat hæres grauatus per fideicommissum, & tamen dicitur tex. quòd non habuit substitutum, ergo & c.

Sed contrariam opinionem, quòd immo sit propria substitutio tenuit Ale. in Rubr. C. eo. & in Rub. §. eo. vbi etiam idem tenet Patrius meus Soc. & sequitur Claud. de Sciscl.

34 Mouentur primo, quia † verbum substituo, & inde proueniens substitutio, dicitur commune tam ad directam quam ad obliquam substitutionem, vt per Bar. §. in l. nostra, ad fin. Et bene probatur in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. in versiculo substituit. attento q̄ tex. loquitur de fideicommissis, & ideo glo. ibi exponit. s. per fideicommissum. Et notandum est, q̄ in progressu illius §. tale fideicommissum sæpe appellatur substitutio.

Sed tuendo communem responderetur secundum Dec. in d. ru. br. C. eo. q̄ illud est ratione subiectæ materia, loquitur enim ibi tex. in terminis l. cum auus. §. de conditio. & demonstrat. & sic clarè constat, quòd loquitur in fideicommissis. Vnde propter subiectam materiam verba illa substituit, & substitutio & c. ponuntur improprie, & largo modo.

Secundò mouentur Alex. & Soc. meus. Quia videmus in lectis fieri substitutionem. l. vt hæredibus, infra de legat. 2. & tamen ibi non agitur de hæreditate defendenda, nec cadit prima hæredis institutio, attamen, quia vnus ponitur in locum alterius, iure dicitur substitutio. Sic ergo videtur dicendum in casu nostro fideicommissi. Verum pro communi potest responderi, quòd omnia vera sunt, larga tamen significatione inspecta, & per quandam improprietatem. Nam proprie nec in legatis, nec in fideicommissis cadit substitutio, cum non agatur de hæreditate. Proprie enim illa dicitur substitutio, in qua ius directum hæreditatis defertur. Et ideo semper si potest, substitutio debet directam intelligi. cap. si pater, de testam. libr. 6. Ita respondet Dec. in loco præallegato. Quæ tamen responsio non videtur tuta, vt patebit inferius.

Vnde potest secundò responderi, esto quòd in legatis sit propria substitutio. Nam illud est, quia qui in legato substituitur, in totum subrogatur in locum primi legatarii, sed ex eo nõ debet argui ad casum nostrum, cum fideicommissarius non subrogetur in totum nec sapiat naturam eius, vt dixi in quarto argumento pro communi opinione, quæ ex prædictis videtur ab allegatis per Ale. & Soc. defenata.

Veruntamen prædictis non obstantibus, videtur quòd alia opinio contra communem possit de iure sustineri.

Et pro ea vltra prædicta moueor lege, & ratione. Pro ea enim primo allego quatuor iura ab alijs non allegata, videlicet l. filia. §. fin. l. Scæuola, & l. hæredes mei. §. cum ita & §. fina. ibi sequen. infra ad Trebel. in d. §. filia filia, appellantur substituti hi, qui per fideicommissum vocabantur, similiter in d. l. Scæuola. & in d. §. cum ita, ibi cessante prima substitutione, appellatur substitutio onus fideicommissi inter illos filios iniunctum, & in §. fi. ibi sequen. appellatur substitutio in fideicommissis. Nec dicitur, q̄ ista iura loquantur large & improprie, quia negatur. Mos enim Iurifconsulorum est proprijs vt vocabulis & vbi aliquid nõ repugnet, nunquam auerem dicere iura improprie loqui, quoniã videtur quædam reprehensio legislatoris. Appellauerunt ergo Iurifconsulti substitutionem, quia sic secundum vim vocabuli & proprie appellari potest. Et per hoc patet non esse bonam responsionem datam supra secundum Dec. ad argumenta Ale. & Domini mei Soc. Dico enim quòd d. §. cum autem, in ver. verbo substituit, & in uer. substitutio, proprie loquitur.

Et sic verba ista sunt communia ad directam & obliquam secundum eorum proprietatem, vt sic pariter vtraque respiciant. Sicut ergo substitutio directa est propria, ita etiam fideicommissaria dicitur propria substitutio.

35 Secundò moueor ratione. Nam † verbum, substituo, latissimum est etiam in sui proprietate. Substituitur enim iudex, pro Mar. Soc. Iun. Prima Pars. L 4 cura.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

curator, actor, substituuntur negotiorū gestores & similia. Nec ad essentialiam substitutionis requiritur, q̄ de hereditate directa agatur, vt etiam patet in legatis & donationibus causa mortis, in quibus fit substitutio, vt d. l. vt heredibus, & supra dixi. Sicut ergo in prædictis casibus fit propria substitutio, ita & in proposito dicendum est, q̄ fiat propria substitutio, cum & hic subrogetur in locum alterius, nec video quid repugnet.

Non obstant modo allegata in contrarium, & in primis potest dici, q̄ glo. in Rub. s. eod. non ita senserit, & quod immo ex ea arguatur, q̄ ita fideicommissaria sit propria, sicut alia, cum eā enumeret, & substitutionem appellet.

Nec obstat, quod dixerit supra esse quinque genera substitutionum, quia loquuta est ibi de directis.

Præterea sepe in modo loquendi accidit q̄ dicit quis tria (puta) se dicturum, & postea dicat quatuor, aut plura, nec minus vltima quam prima. Sed quicquid senserit glo. parum refert, quia 36 ¶ argumentum ab eius auctoritate non concludit, vt per Bald. in l. conuentulam. C. de episc. & cler.

Non obstant modo quinque argumenta facta pro communi. Nam ad primum responderetur primò, quod illa definitio nō est secuta, vt s. dictum fuit. Vnde non videtur, q̄ ex ea argui possit.

Vel secundo, postea q̄ sit vera, responderetur, q̄ immo etiā hic dicitur secunda institutio, capiendō institutionem non in speciori significatione pro hereditaria, sed in sui ampla significatione, quatenus dicitur quælibet ordinatio, dispositio, & compositio aliqua, vt supra dixi.

Dico enim, q̄ in his, quæ per fideicommissariam substitutionem dantur fideicommissario, dicitur præcessisse institutio. Nam eadem heredi data erant. Nec obstat q̄ ille fideicommissarius non fiat hæres, quia ad proprietatem substitutionis non requiritur quod de hereditate directa agatur.

Ad secundum responderetur, q̄ immo copula, vel, disiuncta, nō inter diuersa ponitur, sed inter genus & speciem vt per Alex. & dominum meum Socin. Ego soleo aliter respondere (posito q̄ ponantur inter diuersa, prout credo q̄ fuerit mens Rubricantis) videlicet quod ibi diuersitas est in specie. Nā substitutio (loquendo in materia nostra) dicitur nomen generale cōprehensiuum in sui proprietate, & tanquam suas species directam & obliquā, & quælibet speciali nomine vocatur. Directa enim in sui speciali vocabulo appellatur similiter substitutio. Obliqua vero dicitur restitutio. Sicut in simili videmus in adoptione, quæ est nomen generis & speciei, & idem de agnatione. Erit itaque in d. Rub. copula, vel, disiuncta inter diuersa respectu speciei.

Nam eo respectu aliud est substitutio, quia tantum directa venit illo speciali nomine. Aliud est restitutio. Tamen ex hoc non debet inferri, q̄ respectu nominis generalis, fideicommissaria non sit propria substitutio, sicut enim arrogatio proprie est adoptio, & agnatio proprie est cognatio, ita & institutio proprie erit substitutio respectu generalis nominis. Nec minus, quam si diceret, homo, vel bos, est proprie animal. cum species proprie nomen generis habeat. l. semper in generalibus, infra de reg. iur.

Ex his patet responsum ad omnia in secundo argumento allegata. Nam diuersitas, quæ præsupponitur in d. l. generaliter, & in d. §. Titius, & in diuersis nominibus, & titulis, consideratur respectu nominis specialis secundum prædicta.

Tertiò non obstat, quod dicebam de Rubrica, & titul. C. eo. quia verbū, & alij, intelligitur scilicet directus, vt sic in hoc sint similes substitutionibus impuberum. Et sic ponitur ibi verbum substitutionibus in significatione specialis, quæ non conuenit fideicommissaria. Ideo nimirum, si de ea in d. titulo nō tractetur, sed habet tractatum suum particularem in titulo ad Trebellian.

Non obstat quartum, quia responderetur, q̄ immo sapit naturā &c. in eo, in quo fit subrogatio & substitutio, videlicet in iure vtili, quod apud hæredē erat, saltē causaliter. Et fateor, q̄ nō sapit in hoc, vt hæres fiat, & habeat iura directa, quia nō in hoc substituit.

Et propterea dico, q̄ vera est conclusio, quam primò ponit Alex. & dominus meus Soc. videlicet q̄ fideicommissarius proprie non dicitur hæres substitutus, sed solum dicitur haberi loco hæredis, vt l. postulante. §. i. j. ad Trebel. & l. filius. §. primo supra quod cum eo. Et ista proculdubio est mens Soc. & verba ita sonant, licet quidam nostri parum aduertentes, & cum non intelligentes, dicant dominum meum Soc. lapsum fuisse, de eo vehementer admirantes.

37 Sed si prius ¶ diligenter scrutati fuissent, quam indicassent, vt Salomon inquit, & traditur in c. eorum. i. l. q. 3. non fuissent admirati, nec reprehendissent.

38 Non obstat demum d. §. hæres, vltimo loco allegatus, ¶ quia ille tex. debet intelligi, si nō habuit substitutum. l. heredem directum, prout ordo & verborū consonantia, & etiam casus propositus necessariò demonstrant. Intelligitur ergo ille tex. de substituto directo, & sic verbū illud capitur in speciali significatione. Sed tamē respectu generalis significationis, etiam fideicommissarius dicitur proprie substitutus, vt d. l. a filia. §. si d. l. sequola, &

d. l. heredes mei. §. cum ita, ad Trebel. cum similib. supra allegatis.

Nec prædictis obstat regula, quæ sumitur ex d. c. si pater, de testam. lib. 6. quia ibi non negatur, quin etiam fideicommissaria dici possit propria substitutio, sed solum dicitur, quod si facta sit in testamento substitutio, & possit valere iure directo, item & iure obliquo, debet intelligi in dubio facta iure directo, quasi tunc quando possit, debeat verbum substitutio capi in significatione speciali secundum prædicta.

Ex hoc autē non debet inferri, q̄ sub generali nomine substitutionis etiam proprie non veniat fideicommissaria, quinimo videtur ibi innui contrarium, quia aliās nulla fuisset in eo tex. dubitatio. Et ex his videtur firmanda alia conclusio Alexan. & Soc. nostri contra communem, quod fideicommissaria dicitur proprie substitutio, intelligendo tamen respectu generalis significationis secundum superius declarata.

Si tamen quis velit tueri communem opinionē faciat fundamentum in quarto argumento pro ea facto, cui non videtur bene responsum, quia subrogatio in proposito nostro debet dici facta in eo, quod ex dispositione testatoris dicitur datum ei cui fit, & ei in veritate nō fuit datum ius vtile, sed directū. Et nō video quomodo vocatus per, fideicommissum possit dici subrogatus in locum hæredis, cum habeant iura diuersa. maximè, quia subrogatio & substitutio solet dici facta in omnib. causis, vt d. in d. §. hæc actio, allegato in d. 4. argumento. Et hoc tenendo oportet fateri, quod iura, quæ appellant substitutionem, loquantur improprie, quod tamen videtur valde durum, vt supra dixi.

Et si propter hoc vis contra communem tenere, ad rationem prædictam potest responderi, q̄ immo re ipsa, realiter, & in effectu ius vtile dicebatur datum primo instituto. Et quod dicit de subrogatione, q̄ debeat fieri in totum, intelligitur præsumptiue, & data potentia subrogantis, tamen si velit in parte subrogare, vt in totum non possit, debet valere & dici subrogatio iuxta voluntatem, vel potentiam eius, sed in casu nostro non potest, ideo dicitur facta in eo, in quo potest, & sic in iure vtili. Hæc de prima difficultate sufficiant, super quibus cogitabis.

39 Circa secundam ¶ de statutis dixi quid senserit Pau. de Cast. Patruus meus Soc. in Rub. supra eod. ex quo tenet in præcedenti articulo contra communem, & concludit etiam in h. q. contra Pau. de Castr. Et sic vult q̄ in statutis comprehendatur fideicommissaria, vt per eum.

Ego breuiter sic concludendum puto, vt scilicet inspicere debeat vtrum ratio, & mens statutium in fideicommissaria reperiantur, an non reperiantur.

Primo casu dico, q̄ etiam in ea procedat statutum, etiam tendendo communem opinionem in præcedenti articulo. Nam cum veniat appellatione substitutionis saltem lato sumpto vocabulo, etiam eo casu procedit statutum propter identitatem rationis, arg. l. filium habeo, supra ad Macedon.

Et voluit glo. in simili in clem. 1. in verbo eligatur, de elec. cum similib. vt traditur in l. si constante, in 9. q. primæ partis, supra solu. matr. vbi aliquando dixi. Et per dominum meum Socin. in rub. illius tituli. Immo dici potest, hoc non fieri per viam extensionis, sed potius comprehensionis, quia ¶ identitas rationis solet inducere casum quælibet decium vt l. his solis, & ibi Doctores tradunt. C. de reuocand. dona. Pro quo soleo allegare vltra Doctores meliorem tex. de iure ad hoc in l. fin. infra de cloacis.

Hinc aliās consulendo dicebam, q̄ statutum prohibens certam prescriptionem in substitutione, procedit etiam in fideicommissaria, quia scilicet ratio statuti videlicet fauor vltimæ voluntatis, & præsumpta ignorantia substituti reperitur etiam in fideicommissaria.

Secundo casu, si non sit eadem ratio, statutum in fideicommissaria non procedet, etiam si in præcedenti articulo tendemus contra communem opinionem sumpto argumento a cessante ratione. l. adigere. §. quamuis. j. de iur. patro. c. cum cessante, de appell. cum similibus.

Ratio enim dispositionis est, quæ illam regulat ampliando, vel restringendo, iuxta l. nomen debitoris. §. fin. j. de leg. 3. & l. cū pater. §. dulcissimis, & ibi Doct. de lega. 2. Et exemplū sit, si dicatur statutum, q̄ institutus vel substitutus alteri restituitur pro quarta tertiam retinere possit. Certè hoc statutum in verbo substitutus, nō comprehendit fideicommissarium restituentem, cum ipse quartam non retineat. l. lex falcidia. §. nunquam, infra ad l. falcid.

Hæc notabis, quia vera videntur. Nec fortè sunt præter mentem Pau. de Castr. in d. Rubrica. C. eo. cum ille dicat statuta in quantia de substitutione, non procedere in fideicommissaria, nisi ratio subiectæ materiae aliud vellet.

Sed tunc dubitari potest, quid sit ratio statuti non apparente, vt sic cognosci non possit, an in fideicommissaria reperiat. Et tunc puto quod debeat distingui, vtrum statutum sit fauorabile, an odiosum. Primo casu capitur verbū substitutio generaliter, & ita etiā fideicommissariam comprehendit, velut suam speciem, iuxta l. semper in generalibus. j. de reg. iur. Secundo vero casu

casu capietur in speciali significatione pro directa, & ita fidei-
missaria non continetur, arg. c. Rodolphus, & quod ibi notant
Doct. de re scriptis. Et ista distinctio fundatur in regula odia, de
reg. iur. lib. 6. & in l. cum quidam, supra de lib. & posth. Pro qua et
facit, quod tradit Alex. in Rub. s. soluto matr. cum his, quae ibi ple-
ne dixi circa statuta loquentia de petente, an scilicet procedat in
repetente. Et haec tenendo in praecedenti articulo communi
opinionem iuxta declarationem, quam feci. Sed si teneas com-
munem ut fidei commissaria nullo modo sit propria substitutio,
rebitur, quod nec in favorabilibus statutis comprehendetur, nisi pro-
pter identitatem rationis, ut modo dixi. Vnum est non omnino

41 in hac materia, si quod si communis usus loquendi velit etiam fidei-
commissariam dici substitutionem, vel e contra, statuta semper a tali
communi usu loquendi recipient interpretationem, arg. l. librorum.
§. quod tamen Cassius, infra de leg. 3. Et voluit Bar. in l. 1. in
prin. j. de suis & legit. cum sim. ut scribit Fulgo. in cons. 119. Pro-
ponit quod Federicus col. si. & Patruus & D. meus Soc. in cons. 102.
Visus scrip. & c. 2. col. 1. & in cons. 37. Viso testamento, col. 3. volu-
it.

42 Praemittit tertio loco, quod in conficiendis substitutionibus in iu-
re considerantur diuersa verba, si aliqua enim dicuntur verba
directa, ut heres esto, & instituo, & similia ex quibus importatur,
ut quis propria auctoritate directe capiat. Aliqua sunt obliqua, pro-
pter quod quis non directe inuitatur, sed important, ut de manu alteri-
us capiat. Puta, rogo ut restituas, vel similia. Aliqua vero sunt
communia, quando se habent ad utrumque sensum, ut est verbum
substituto, secundum Doctores. Nam sine per se sine de manu al-
terius quis capiat, dicitur substitutus. De his plene tradit Bartol.
infra ad finem sui commentii vbi dicemus. Nec in omnibus sentio
cum Doctoribus ut infra videbis.

43 Vltimo praemittit, si quod lex ista secundum doctores communiter intel-
ligitur, quod Centurio in substitutione fuit usus verbis directis
(& ciuilibus secundum Bar.) ex quorum prolatione sumitur, quod
voluerit post pubertatem substitutionem valere iure directo. Et
secundum hunc communem intellectum figurabo casum. Ego
tamen aliter intelligo, prout inferius dicam circa tertia quaestio-
nem principalis Bar. in prima q. vbi oportune cadit. Et secundum
meum intellectum de plano tollitur contrarietas inter l. nostram,
& l. precib. in fi. C. eo. quae alias non tute remouet, ut ibi videbis.
Diuiditur ista lex secundum Bar. in duas partes, ut per eum. Sed
melius secundum Imo. & Alex. diuiditur principaliter in duas. Et
superius secunda pars subdividitur similiter in duas, ut per eos.

Summa secundum Bartol. cum quo in effectu licet varijs verbis vi-
dentur Doctores concordare. Vel summa sic secundum intel-
lectum meum. Compendiosa a milite directo facta filio impuberi
continet pupillarem, quae communi iure ad bona vtriusque tra-
hitur. Item directam militarem, quae tantum ad bona testantis,
pariter & ad fructus trahitur, hoc dicit.

44 Pone si casum per te iuxta communem intellectum. Et dubium
feri poterat, quia videbatur substitutionem nullo modo valere
in quacunque aetate decedat institutus filius, si ille adierit haereditatem
(ut praesupponitur) nam cum eo modo sit effectus heres.
l. cum haeres, infra de acq. poss. non debet posse bonis illis priuari
absque suo facto. l. id quod nostrum, infra de reg. iur. Nec vo-
luntas testatoris videtur in hoc attendenda tanquam de bonis
alienis disponens, quod nulli conceditur. l. conficiuntur. §. 1. j. de
iure codic. Et hoc maxime videtur, respectu bonorum pupilli,
quae a testatore non habuit. Nec videtur ob stare, quod testator
fuerit miles, quia nec ille potest ius alienum minuere. l. cum fi-
lius fam. infra de mil. test.

Praeterea particulariter aetates considerando, si in pupillari aetate
decesserit, videtur ex alio substitutionem non valere, tanquam
quod in d. casu facta non fuerit.

Nam, cum dixerit, si sine liberis decesserit, videtur in illud te-
pus substitutionem distulisse, quo liberos habere possit, sed ab-
sque eis decesserit, ut sic liberorum carentia & priuatio a testato-
re considerata, praesupponat potentiam, & habilitatem eos habere
di, quae non est in aetate pupillari, ergo &c.

Si vero decedat pubes, posito quod valuisset ut pupillaris, vi-
debatur quod per aduentum pubertatis expirasset. l. praeced. & l.
verbis ciuilibus, supra eod. Verum praedictis non obstantibus,
contrarium determinat Papinianus huius lauctor distinguendo
tamen, ut in tex. dicitur.

Nec obstant allegata in contrarium, quoniam quod ad pri-
mum membrum decisionis respondetur, quod pupillaris dicitur
testamentum filij, licet a patre factum, ut in §. igitur, & in §. liberis,
Institu. eod. & l. Papinianus, §. sed nec impuberis, supra de
inoffic. testamen.

Et per consequens, non dicitur quis testatus de bonis alienis,
sed ipse pupillus de suis. Nec obstat quod dixerit, si sine liberis
decesserit, quia re ipsa etiam pupillus dicitur decedere sine libe-
ris, cum ex eo liberi non supersint, quod tantum videtur a testa-
tore consideratum.

Et quod ita sit, probatur per text. vbi de hoc est casus in l. cre-

dendum. §. si vero, supra. Qui petat, tutor, vel curator. Quantum
vero pertinet ad secundum membrum, respondetur, quod text.
iste procedit ex speciali priuilegio militum, prout etiam dicitur
in tex. & declarauit, supra in secundo praemisso, dum loquebar de
directa militari.

Et priuilegium est in eo, ut substitutio post aditam haereditatem,
& maiorem aetatem instituti valeret iure directo, ut ibi dixi.
Item etiam secundum Doctores, quod substitutio facta per verba
directa, non expiret pubertate. De quo tamen an sit verum
inferius tuo loco dicemus.

Nec obstat, quod institutus per aditionem fuerit factus domi-
nus &c. Quia respondetur, quod fuit factus cum illa qualitate,
ut desinat esse dominus & heres, secundum quod testator ordi-
nauerat. Cum hoc ei speciali priuilegio concedatur. Et sic non
dicitur facta dispositio de alienis bonis, sed de suis, quibus dicitur
per testatorem iniuncta qualitas ista, ut desinant esse aduentis
iuxta testatoris ordinationem.

Et ita seruandum est, argumeto l. quoties. C. de dona. quae sub
mod. & l. legem. C. de pactis. cum similibus. Fatendum tamen est, prout
etiam in l. tex. dicitur, quod ista substitutio post pubertatem non
trahitur ad bona filij, quae non habuerat a testatore, per similes
etiam his. infra de mil. test. Et hoc ea ratione, ne testator dicatur
de alienis bonis disposuisse, & ius alienum diminuisset. Quod nec
militi fauor concedit, ut d. l. cum filius fam. j. de mil. testa.

45 Noto primo ex l. ista in verbo, Centurio, iuncto sine l. quod
militi speciali priuilegio conceditur quod possit directo sub-
stituere post aditam haereditatem, etiam puberi filio, vel etiam
extraneo, ut dixi in secundo praemisso in declaratione directae mi-
litaris, vbi concordantes allegaui. Circa huiusmodi priuilegium,
& sic circa istum tex. de pluribus quaerendum est.

46 Primo, si vtrum militi hoc concedatur, vbiunque testetur, an
vero requiratur, quod in castris degat, & in expeditione sit occu-
patus? Hanc quaestionem mouent hic nouissimi repetentes in 2.
dubitatione. Et concludunt non passim militibus hoc priuilegium
concedi, sed his tantum, qui in expeditione occupati testantur.
Quod secundum eos valde notandum est, quia est maxima res-
trictio ad l. istam, & similes. Quo posito etiam fatendum est (&
est alia restrictio) quod requiratur, talem militem mori, intra an-
num post missionem, iuxta §. post missionem, versiculo, & quod
in castris. Insti. de mil. testa.

Mouent isti primo per regulam l. pen. C. de testam. mil. cum
qua concordat §. sed haecenus. in princ. Insti. de mil. testa. Secun-
do per d. §. post missionem. Tertio per glo. in d. §. sed haecenus.
Quarto per l. licet inter priuatos. C. de pactis. ibi ad discrimen bel-
li peragentes &c. iunctis dictis Alexan. & Iacobi. Quinto per lo-
cum a simili arguendo de priuilegio non detrahenda falcidia
ad nostrum. Nam illud requirit testamentum factum iure mili-
tari, ut vult glo. in l. in testamento. la secunda. C. de testa. milit. Et
per consequens factum in castris per l. pen. & d. §. sed haecenus.
Quae argumenta late inducas, ut per eos.

47 Et pro ista opinione adde sexto, §. penulti. Insti. de exhæred.
liber. Nam si priuilegium, si quod praeteritio militis habeatur per
exheredationem, requirit testamentum factum in castris, & ab oc-
cupato in expeditione. Idem videtur dicendum in casu nostro,
cum per vtrumque priuilegium videatur concedi quidam dispo-
sitionis effectus, alias pagano nullo modo concessus.

48 Adde si & septimo meliorem tex. in l. 1. in fi. C. de testam. mil.
dum praesupponitur, quod solum in expeditione occupati habet
priuilegium, ut pro parte testati & pro parte intestati decedant,
sic ergo dicendum videtur in casu nostro, cum illud priuilegium,
de quo agimus, videatur a pari procedere, arg. l. miles ita. in prin.
infra de mil. testa.

Et praeterea vtrumque respicit potentiam quandam disponen-
di & dispositionis effectum.

Sed considera, quod in contrarium non parum urget. primo
generalitas l. nostre. l. milites etiam. & l. miles ita. in princ. cum si-
mil. j. de mil. testa. Nam, cum his legibus detur hoc priuilegium
militi, cum simpliciter de milite loquantur, videtur quod debeant
simpliciter intelligi, non habito respectu loci, vel temporis, mo-
do sit miles, licet fortasse in vno casu videatur maior ratio quam
in alio. argumento l. 1. §. quod autem. §. de alex. l. p. & alex.

Secundo, quia priuilegia concedentia facultatem disponendi
ultra quam pagani concedantur. competunt etiam extra castra,
ut probatur in eo, quod datur filio familiae militi, ut testari pos-
sit, ut in §. illis. versiculo, sed testari. Insti. de mil. testam. Sed
hoc priuilegium tale est, cum praebet facultatem substituendi
directo post aditam haereditatem, & maiorem aetatem, pagani
omnino negatam, ergo &c. Ista duo fundamenta considerant
etiam nouissimi repetentes: dicunt tamen, quod ad ea ex praedi-
ctis patet responsio.

Tu in primis comproba secundum argumentum per id, quod
videmus in priuilegio, quod a iudice concedit militi, capitaliter
damnato, facultas testandi, ut l. ex militi. C. de testam. mili. & l. si
quis,

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

quis, in principio. §. miles. infra de l. 3. Nam & illud extra castra castra procedit. Deinde adde pro ista opinione tertio loco. l. in testamento. la prima. C. de testamen. milit. ponderando textum in fine, dum dicit, sed tibi probandum est, an ita frater tuus fenserit &c.

Ex eis enim arguitur, quod solum illud positum erat in voluntate militis, an. si valeat substitutio ex privilegio, non autem videtur considerabile quo tempore, vel loco fiat, aliis sicut de voluntate dixit, ita etiam de tempore, & loco dixisset argumento legis vnica. §. si autem ad deficientis. C. de cadu. toll.

Adde & quarto optimam rationem. Nam ratio huius privilegij videtur fuisse publicus fauor, vt sic isto casu cum alijs privilegijs allecxi homines libentius militent, atque ita salutem principis, & reipublica procurent, prout supra tetigi in secundo premissio in declaratione directæ militaris.

Sed ista ratio viget, siue miles sit in castris, siue extra, modò sit miles, ergo per locum ab idèitate rationis per iura vulgaria dici debet, hoc privilegium etiam extra castra concedi.

Si vis tueri opinionem nouissimorum pro qua plurimum vrgent duo vltima fundamenta per me addita, poteris istis in contrarium adductis respondere.

Nam ad primum ex mente illorum dicas, qd lex nostra, cum similibus recipiunt declarationem etiam restrictiuam ab alijs iuribus, arg. l. non est nouum. cum sequen. §. de legibus.

Ad secundum respondeas, qd imò etiam quando privilegium respicit talem facultatem, debet restringi ad castra, vt patet ex sexto & septimo fundamento per me adductis.

Vnde potest dici, qd licet ista privilegia respiciant talem potestatem, & dispositionis effectum, tamen non dicuntur concessa, nisi in solatium eorum, qui in castris existentes, in tali discrimine vitæ reperiuntur: tunc enim vere fauent reipublicæ.

Et per hoc patet responsio ad quartum argumentum, quia negatur, quòd sit eadem ratio.

Nam fateor, quòd publicus fauor dicitur consideratus, sed tamen solum hoc fuit concessum his, qui sunt in ipso actu, id est in castris, & in expeditione occupati, vt modò dixi.

Et ad hoc dicendum videmur compelli, attento qd privilegij quòd præteritio habeatur pro exhæredatione, & aliud, quòd possit decedere pro parte testatus &c. licet facultatem disponendi, & dispositionis effectum respiciant, tamen ad castra restringuntur, vt supra dictum est.

Nec obstat, quòd de filiofam. & de milite capitaliter damnato dictum est.

Quia respondetur, quòd illud privilegium dicitur concessum respectu bonorum castrensiu.

Et hinc est, quòd filiofam. non solum extra castra, sed etiam post militiam de eis testatur, vt l. fin. §. sed & veterani. C. de inofficioso testamento.

Et quo ad d. l. ex militibus, hoc clarè colligitur ex his, quæ ibi dicunt glo. & Doct.

Nec etiam obstat d. l. in testamento. tertio loco allegata, quia ibi de voluntate tantum dixit, qm de ea tantum disputabatur.

Et in cæteris præsupponuntur termini habiles, iuxta l. qui testamento, in princip. supra de testam. Et sic illa lex quo ad locum & tempus, recipiet declarationem per alia iura, supra pro ista parte allegata per d. l. non est nouum.

Si velles aliam opinionem tenere, quæ semper mihi placuit, facias fundamentum in omnibus iuribus loquentibus de hoc privilegio. Nam omnia simpliciter de milite loquantur.

Et velle ea restringere, quòd esset in castris, videtur ad ea magna violentia.

Et profecto sicut in alijs privilegijs lex sciuit declarare quando volebat ea restringere ad castra, ita fecisset in proposito, si voluisset. Vnde cum non fecerit, non creditur voluisse d. §. si autem ad deficientis.

Nec iura in contrarium allegata pertinent ad casum nostrum, vt modo dicam.

Secundo etiam pro ista parte considera, quòd cum miles iam sit obligatus ad nutum principis, seu capitanei ire ad castra, & in expeditione permanere, iam quo ad se fecit id propter quod privilegia meretur, & si non est in castris, non est ei imputandum, sed principi, qui non ita requirit.

Nec video rationem quare hoc debeat ad castra restringi. Nam illa restrictio in iure dicitur fieri, quando in aliquo privilegio potest considerari simplicitas, ignorantia, vel occupatio, quòd scilicet illis mediatis non creditur posse facere ea, quæ extra castra facile possent efficere, prout patebit nunc respondendo ad contraria.

Quòd in casu nostro non cadit, quia, licet extra castra sit sapientissimus, & mille peritiores consuleret, nunquam posset obtinere, quòd ab isto privilegio consequitur.

Non obstant modo contraria. Nam ad primum respondetur qd loquitur respectu privilegij remissæ solemnitate. Nam extra

castra ratio illius privilegij cessat, vt est notorium, & ita probatur in isto tex. in verbo, quomodo voluerint componere &c. Nam ista verba ordinem & formam testamenti respiciunt.

Et eodem modo respondetur ad secundum. Nam illa verba iure communi omnium ciuium, intelliguntur respectu solemnitate. Sic etiam & ad tertium respondetur, & vbi aliud fenserit gl. illa potest dici quòd non bene loquatur per prædicta.

Non obstat quarto d. l. licet inter priuatos, quia primo potest dici quòd illa verba ad belli discrimen pergentes &c. sint facti 49 narratiua, & propterea ex eis non debet sumi argumentum iuxta gl. in capit. i. in versiculo, ad collationem. de rer. perm. l. i. bro 6. & glo. in l. vnica, in 3. lectura. C. quando non pete. par. vbi notant Doct. maxime Modern. Et in terminis ita voluit Iaso. in dicta l. licet, in vltimo notabili. Et quamuis ipse illud dicat ad tollendum opinionem Angel. & Salic. ibi, qui volebant requiri quòd essent illi milites pergentes ad discrimen belli, vt per euz. Tamen idem dici potest ad tollendam opinionem Alexand. & ipsius Iason. vt sic ex illis verbis nihil sit inferendum, cum sint simplicis facti narratiua. Vel secundo, retento intellectu Alex. & Iason. responderi potest illud esse, quia privilegium de quo ibi, videtur concessum ex eo solum, quia tunc verosimiliter cessat facultas testandi, vnde eis succurrendum fuit, vt pacto hæreditatez dare possint, vt ibi dicitur. Quando autè essent extra castra, quo casu commode testari possent, non valeret tale pactum, quia cessaret ratio concessi privilegij.

Ad quantum responderi potest, primo, quòd gl. illa, licet a qui busdam ibi approbetur, non videtur vera in eo, quòd secundum prædictam inductionem videtur velle, quòd ex testamento militis non in castris factò falcidia detrahatur, quia cum illud privilegium prohibetæ detractionis Falcidiæ solum facultatem disponendi, seu dispositionis effectum respiciat, qui paganorum dispositioni nullo modo illo iure dabatur, etiam si id expresse in testamento cauissent. l. quod de bonis, §. i. & l. Titia, in fi. infra ad leg. Falcid. & in eo non videatur considerari simpliciter, ignorantia, seu occupatio, non video cur debeat ad testantem in castris restringi.

Et pro ista opinione faciunt l. veterani, in princ. l. similes, & l. fin. infra ad leg. Falcid. quatenus illa iura volunt tunc tale privilegium cessare, cum testamentum sit factum post missionem. Cuius enim tria tempora considerentur, videlicet quando est in castris item quando domi, in militia tamen, tertium quando à militia est missus, & solum in vltimo tempore, factò testamento dicatur cessare illud privilegium, certè videntur velle illa iura quòd alijs temporibus non cesset.

Vel secundo, posito quòd illa gl. bene loquatur, responderi potest, quòd procedit respectu iuris noui, quo quilibet potest prohibere falcidiam, modo expresse id fiat, vt in auth. sed cum testator & in corpore vnde sumitur. C. ad leg. Falcid. quo statè potest dici, quòd hodie illud privilegium respiciat verborum obseruantiam, seu modum disponendi.

Et propterea conuenienter restringetur ad existentes in castris. Nam propter castrorum occupationem, vel nesciebat, vel non potuit expresse falcidiam prohibere. Quæ ratio cessat extra castra.

Et per hanc viam respondetur ad sextum. Nam privilegium illud quòd præteritio militis habeatur pro exhæredatione, de quo in d. §. pen. ad castra restringitur, quia tunc, si nò exhæredat, prout ius ciuile requirit, ignoscendum ei est propter castrorum occupationem, & perinde est ac si exhæredasset, quæ ratio cessat, si non sit in castris. Ista autem consideratio cessat in proposito nostro, ut ex prædictis constat.

Demum si non obstat l. i. C. de testam. milit. Quia primo responderi potest, quòd illa verba in expeditione occupati, demòstrant facti contingentiam, & non important iuris mysterium. Quòd videtur probari per illum tex. dum præsupponere videtur quòd in castris decesserit, & bona reliquerit ille miles. Ad quod facit, quia alia iura de tali privilegio loquentia simpliciter volunt illud concedi ratione militiæ, non habita consideratione alicuius occupationis, vt in §. non autem. In st. de hæred. inst. & l. miles vnus, infra de milit. testam. cum similibus.

Hoc etiam tuadetur, quia eo tempore non quo ad solemnitate erat facta pro lege restrictio ad castra, cum illa ex post per Iustinianum facta fuerit in d. l. pen. vt patet ex verbo sancimus quòd est noui iuris inducium.

Vel secundo responderi potest (esto quòd importet iuris mysterium) quòd illud est, quoniam illud privilegium aliquo modo videtur respicere ignorantia, seu occupatio, propter quas ignorauit, vel non potuit communi uia suæ voluntati (prout poterat) virtualiter satisfacere.

Poterat enim insinuere Titium hæredem, & partem hæreditatez legare venientibus ab intestato, argumento l. cum ex filio, infra eo. Sed in casu nostro non sic est, quia nullo modo via communi potest quis psequi eundem effectum, vt supra dixi, & per consequens.

consequens non potest dici, quod hoc privilegium sit aliquo respectu concessum ratione alicuius ignorantia, vel occupationis. Fateor tamen, quod ista respositio non videtur esse tuta, quia si miles sic fecisset, certe non fuisset voti compos, cum vellet pro parte decedere in testatus. Nam venientes ab intestato, habentes iure legati, dicerentur habere ex causa intestati, sed potius ex causa testati.

Quare potest tertio responderi, quod ratio illa, quia voluntas militis in expeditione occupati &c. non respicit simpliciter privilegium quod miles possit decedere pro parte testatus &c. cum illud videatur simpliciter concessum ratione militiae. I. si miles vnum ex fundo, infra de milita. testamen. & §. non autem, Instituit. de haer. Insti. Sed respicit in specie casum, de quo ibi, quia. f. de omnib. testatus fuit, propter quod praesumebatur voluisse quod haberet locum ius accrescendi, ut recte intuenti probatur in l. 2. eo. titulo: nisi contrarium testator dixisset. Et hoc quando esset extra castra, sed si sit in castris, satis sit de eius voluntate per coniecturas probare. Et hoc est quod ibi dicitur & liquido probatur fratrem &c. Ratione enim occupationis ignoscitur, si non expressit, quia non potuit, vel nesciuit, & tunc peritiores non potuit consulere. Cogita tamen quia dubius est passus, & disputando facile vtraque opinio possit sustineri.

51 Secundo quaeritur, si verum lex ista, seu eius privilegium procedat in Aduocatis, & alijs Doctoribus, actu legentibus? Dominus Alex. hic late examinat arguendo ad partes. Ego ita faciens (pluribus dimissis) fortiora argumenta hinc inde deducam. In primis igitur pro parte negatiua, qua Dominus, & Patruus meus Soc. Ias. Claud. & alij quidam sequuntur, & est communis, arguitur primo sic, si iura exorbitantia, & maxime privilegia sunt stricte intelligenda, & in casu tantum in quo loquuntur, nec de persona ad personam trahuntur. l. 1. supra de constitut. princ. §. sed & quod principi, Inst. de iur. nat. c. sane. de priuileg. cum similibus. & ut casus in l. si vero. §. de viro, supra soluto matr. vbi Doct. tradunt.

Ad quod plurimum facit l. si. C. de inoff. testam. post princip. ibi. Sed quibusdam personis privilegij loco concessum est &c. Sed ista licentia substituendi directe, de qua in l. nostra, dicitur exorbitans, & privilegij loco concessa, ut hic probatur, & dicitur concessa militibus, ergo ad alias personas non potest trahi.

53 Secundo, si non sufficit de facto militare, ut militum privilegij quis gaudeat, sed oportet, quod in numeris referatur, & alia interuenierint de quibus per gl. in l. pe. supra ex quib. ca. maio. & in §. si. in Auth. de mand. prin. col. 3. & videtur probari in l. ex eo. §. de mil. test. sed Doctor (posito quod aliquo modo dicerentur militare) non refertur in numeris, non accingitur, nec alia de quibus, in d. gl. facit, ergo privilegij militum gaudere non potest. Tertio iura in verbis suis debent intelligi secundum communem usum loquendi iuxta l. librorum. §. quod tamen Cassius. & ibi tradit Doct. §. de leg. 3. & c. ex literis. vbi per Canonistas de despons. cum his quae dixi §. in fine cundi praemissi. Vnde cum l. ista & similes loquantur de militibus quorum appellatione ex communi usu non veniunt Doct. ergo &c. Quarto probatur per locum a cessante ratione, iuxta l. adigere. §. quamuis. §. de iur. pat. & c. cum cessante de appell. Facit §. illis. vbi gl. Inst. de mil. test. Ratio enim quare militibus in testamento privilegia conceduntur, est ut si quomodo velint, testentur, & eorum sola & nuda voluntas attendatur, & ita in proposito, ut qualem velint faciant substitutionem, ut dicitur in l. cum filius. infra de mil. testa. fuit eorum ignorantia & simplicitas, merito excusanda, cum armis & non iuribus debeant esse intenti, ut dicit in l. si. in prin. C. de iure delibe.

Probatur ista ratio in l. 1. §. de mil. test. ibi, simplicitati eorum, & in l. quang. C. de testa. mil. ibi, cum propter simplicitatem militarem &c. Sed ista ratio cessat in Doctoribus: cum propter exercitium ignorantia & simplicitate a se repellant & iuris peritissimi fiant, iuxta l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. §. de orig. iur. ergo &c.

54 Hinc est, quod si Doctor minor si in contrahendo laedatur, non habet restitutionem in integrum secundum Bart. & alios in l. 1. C. qui & aduer. quos. cum similibus. ut per Patruum meum Socii. hic. Qui in hoc arg. & post eum Ias. faciunt maximum fundamentum, & fuit ex mente Roma. in d. l. quanquam.

Quinto pro hoc facit l. si. §. in his. C. de inoff. testa. ibi, secundum leges &c. & §. fin. Insti. de mil. test. ibi, sed quidem iure communi &c. volunt enim ista iura, quod habens. quasi castrense peculium, ut sunt Doctores, licet possit testari etiam filius familias, tamen debet testari secundum leges & ius commune. Sed leges & ius commune non permittunt hanc directam substitutionem fieri posse, ergo &c. Sexto per locum a simili, iuxta l. non possunt. §. de leg. Na

55 videmus militi concessum, ut eius testamentum non subiaceat querelae. l. si instituta. §. de inoff. §. de inoff. test. quod Doctori patris. de negatur, ut d. l. si. §. si. C. de inoff. testam. ex quo sumitur, in testamentis non concedi Doctoribus, quod conceditur militibus. Sic igitur dicendum est in proposito nostro.

Praeterea, cum vtrunque privilegium respiciat quandam potentiam disponendi in ius commune. Et hoc est forte argumentum, Demum & septimo. Nam Praeses ita pro Republica & ad eius

utilitatem videtur militare, sicut Doctor, argumento l. 1. §. publicum. §. de iust. & iur. Patet etiam, quia per eum purgatur provincia malis hominibus, l. 3. §. de off. praet. & ita bonis pacifica custodia, sed ille privilegia militum in testando non habet, ut l. 1. §. de bonor. posses. ex testa. & l. si. §. de milit. testam. nisi sit in hostili loco, ut ibi dicitur, ergo nec Doctor ea habere debet. Faciunt doctrina, & alia argumenta pro ista parte, sed haec magis stringunt, & ad ea omnia alia reduci possent, si bene considerabis.

Sed in contrarium pro affirmatiua, quam tenet hic Alex. Primo arguitur sic. Cui verba legis competunt, competit & legis dispositio, argumento l. prima. §. si is qui nauem. §. de exerci. ibi, melius est verbis edicti seruire, &c. sed verba legis in nostro privilegio sunt de militibus, l. milites etiam, §. de milita. testa. &

56 Praeterea, aduocati sunt milites, ut l. aduocati, C. de aduoc. diuers. iudici. ergo &c. Sed tuendo aliam partem & communem opinionem, responderi potest, quod aduocati dicuntur improprie milites, & non ex communi usu, ut dixi in tertio argumento. Et verba, l. milites, etiam & similibus, cum inducant privilegium, sunt proprie intelligenda, ut in primo argumento dixi, & per hoc recte intuenso, sequitur quod huius argumenti falsa est minor. Et illa l. aduocati, dicit eos militare largo quodam modo.

57 Secundo si privilegium militi datum respectu rerum, puta, peculij castrensis conceditur Doctori respectu quasi castrensium ut d. l. si. C. de inoff. testam. Ergo idem videtur dicendum de nostro privilegio quod videtur consistere in tempore, quia per illud potest fieri vnus haeres ad tempus, & alius ex tempore, ut l. quaeratur. §. si. infra de milita. testam. si sumpto argumento de re ad tempus, l. miles ita, in princip. infra de mil. test.

58 Praeterea, quia peculium Doctorum dicitur aequari peculio militis, ut d. l. si. Vnde ut plena sit aequiparatio sicut miles in eo potest directe substituere post aditam etiam maiori, & extraneo, sic debet posse Doctor.

Sed responderi potest in primis negando argumentum de re ad tempus fieri posse, tum quia illud non procedit, vbi non sit eadem ratio, ut traditur in d. l. miles ita, quod non est in casu nostro. Nam respectu peculij dñi doctor & miles aequiparari, donec durat nomen peculij, cuius respectu dicitur concessum privilegium, ut d. l. si. sed in isto, si de tempore agimus, privilegium dicitur concessum simpliciter respectu ipsius personae. Et alia ratio est in milite, alia in doctore, ut in quarto argumento pro negatiua dictum est, tum etiam quia hic non dicimur agere de tempore, ut sic de re ad tempus liceat arguere, sed simpliciter agimus de privilegio concedere militi facultatem substituendi directe, ut supra.

Praeterea, diu dicitur, quod debet esse plena aequiparatio &c. respondetur, quod est in eo in quo fit. Fit enim in facultate testandi, & conceditur illud respectu bonorum, quum in eis durat nomen peculij, & tunc bene parificatur. Sed si designat esse peculium, aliud est, ut d. l. si. §. si. & dixi in sexto argumento pro negatiua.

Tertio, Aduocato in pluribus conceditur, quod militi concessum est, ergo etiam hoc debet dici concessum, argumento l. non possunt, supra de legi.

59 Probatur illud, si quia primo ad instar militis in quantum facere potest, condemnatur, iuxta gl. in l. miles, infra de re iud.

60 Secundo si eius donatio facta concubinae, non valet, sicut nec militis. Bar. & Ang. in d. l. miles.

61 Tertio si sicut miles non torquetur, l. milites, C. de quaestio. ita nec Doctor, ut ibi per Cyn.

62 Quarto si pro debito civili non capitur, ut tradit Bart. in l. medicos, C. de profes. & med. lib. 10. & recolenda memoriae auus meus dñs Maria. Soc. in tractatu de citat. 3. col. ver. Duodecimo fallit &c. sicut nec miles. ut per Bal. in l. 1. in fi. C. qui bon. ced. poss.

63 Quinto si sicut miles non suspenditur regulariter, l. 3. §. 1. cum gl. in ver. torquetur. §. de re milita. nec Doctor ut per Bologni. in auth. habita. C. ne sil. pro patr. col. 13.

64 Sexto, & hoc plurimum facit, Nam si sicut testam. militis per praetereionem filij non patitur contrabulationem, l. 1. §. est & alius, §. si quis a par. fue. man. §. pen. Insti. de exhær. lib. Ita nec testamentum Doctoris, ut per Bar. in d. §. est & alius, post glo. libi.

65 Sed quid plura? Dicitur Cy. §. Sal. in l. 1. C. de iur. & fact.igno. quod generaliter omnia privilegia militum competunt Doctoribus, nisi propter praesumptionem ignorantiam concessa sint.

Sed tuendo aliam partem respondetur, verum esse, quod privilegia ratione dignitatis, seu similis praerogatiuae, personae concessa,

66 etiam Doctoribus dantur. Cum si illi vere sint in dignitate, cap. quanto, vbi Abb. de magist. vbi milites non ita sunt, l. fin. vbi Sali. cet. C. de pagan. Et ideo prima quinque privilegia supra relata Doctoribus competunt. Sunt etenim omnia propter praerogatiuam personae concessa. Sed de eis ad casum nostrum non debet argui, cum privilegium, de quo agimus, sicut & alia concessa respectu testamenti, dicitur concedi ratione simplicitatis & ignorantiae, ut in quarto argumento pro negatiua dictum est.

Praeterea, cum militibus specialiter in eorum privilegium sit concessum, non debet extendi, ut in primo argumento dixi. Illud autem

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

autem quod sexto loco dictum est, negatur. Nam cum privilegium illud detur militi ratione ignorantiae, quia scilicet praesumitur ignorare quod filius debeat nominatim exheredari, cum non iuribus, sed armis vacare debeat. l. si. C. de iur. delib. non debet competere Doctore in cuius exercitio consistit scientia iuris, quicquid dicat Bar. in d. §. est & alius.

Et in contra Bar. voluit Ro. in dict. l. quamquam. C. de test. mi. lit. & ita etiam dicit Ias. hic. Et probatur ex illa regula Cy. & Sal. in l. r. de iur. & fact. ignor. seu in exceptione per eos posita.

67 Quarto arguitur per locum ab identitate rationis. l. illud. supra ad l. Aquil. l. si. C. ad l. falcid. & l. a Titio, infra de verborum obligatio. cum similibus.

Ratio enim qua militibus privilegium hoc sicut & caetera conceditur, est publica utilitas, cui ipsi propria virtute plurimum conferunt, ut scilicet homines allesti varijs privilegijs inducantur ad bellandum, & ad tuendam Rempublicam, ut voluit text. in l. miles. C. loca.

Sed ista ratio etiam in Doctoribus viget secundum glos. in l. prima. C. de stud. liber. vrb. Rom. lib. r. r. tradit Bart. in l. prima, in fi. supra soluto matrimonio.

Et in terminis probatur in l. Aduocati. C. de aduoca. diuer. iudic. ergo &c.

Sed pro communi respondetur, quod immo non est eadem ratio, quia in milite non consideratur solum publica utilitas, sed eius simplicitas & ignorantia, quae cessant in Doctore, ut saepe dictum est, ita Dominus meus Soc.

Præterea, si argumentum procederet, sequeretur quod ubi in exercitio aliqua consideraretur publica utilitas, idem esset concedendum, puta coniunctis matrimonio, saltē liberos procreantibus, quod publicam utilitatem continet. l. prima, supra soluto matrimonio. & l. cum ratio. §. 2. infra de bon. dam. quod tamen esset absonum. Non ergo simpliciter ubi sit publica utilitas, conceditur privilegium, sed ubi sicut cum militia.

68 Quinto arguitur a fortiori, quod Doctor velut dignior militi praefertur secundum Bald. in procm. ff. in vltima quaestione. si ergo miles directo potest substituere, fortius debet posse doctor, auth. multo magis. C. de sacros. eccle.

Sed respondetur (non disputando pro nunc quis praefertur, de quo vide per Alex. hic. Et per Signorol. de Homode. in tractatu de precedentia militis, & Doctoris. Et ibi Ludouicus Bologn. in additionibus approbat Alex. hic. de quo etiam vide Fel. in d. c. quanto. extra de magistr. Et dico quod non valet consequentia, in aliquo sum dignior, ergo habeo privilegia tibi concessa, quia possunt concessa esse alia ratione quam sub dignitatis consideratione, ut dixi respondendo ad tertium arg.

Tolle exemplum. Pistoribus datur privilegium immunitatis, non tamen dicitur datum Doctoribus, inter quos non cadit comparatio dignitatis.

69 Sexto, quod lex loquens in vno ex æquiparatis procedit & in altero secundum glos. in l. 2. C. de curat. fur. quam ad hoc no. Bald. in l. infantis. C. qui admit. cum similibus. allegatis hic per Alex. sed Doctor æquiparatur militi d. l. aduocati, ergo &c.

Sed respondetur potest primo, quod argumentum procedit, ubi sit eadem ratio secundum Doct. in locis praedictis, & in l. r. de leg. r. Sed in casu nostro est diuersa, ut sup. dictum est, ergo &c.

Secundo respondetur, quod argumentum procedit in æquiparatis per viam regulæ prout tradunt Doct. in d. l. r. sed hoc non fit in d. l. Aduocati, sed solum dicitur quod etiam aduocati dicuntur militare, ergo &c.

70 Demum arguitur sic quod lex licet sic exorbitans de casu ad casum trahitur, si sublata significatione casus ille in verbis legis comprehenditur. l. filium habeo, supra ad Macedon. l. Senatus consulto, supra de ritu nup. l. talē. in fi. supra tit. r. tradit gl. in cle. r. de elect. cum similibus. ut per Doc. maxime Alex. in l. si constante. in §. q. primae partis, ubi plenē scripsi supra solu. mat. Sed Doctor saltem la to vocabulo dicitur miles, ut d. l. aduocati, ergo l. ista & similes loquentes de milite, etiam in Doctore procedunt. Et maxime hoc videtur verum, quia sumus in concessione fauorabili ratione publica utilitatis, iuxta tex. in l. illud. C. de sacros. eccle. & ea, quae traduntur in d. l. si constante, in loco praallegato.

Sed respondetur primo ex intentione Patru mei Soc. & Ias. illud esse verum, quando est eadem ratio, ut traditur in d. l. si constante. Et in specie ita dixit Soc. meus in Rub. supra soluto matrimonio. prima col. Sed hic est diuersa ratio secundum eos, ut dixi supra in quarto argumen. pro negatiua, ergo &c.

Secundo potest responderi, quod illa regula non procedit in privilegijs, in quibus nullo modo fit extensio. l. ius singulare, & l. quod vero contra, supra de leg. cum enim privilegium dicatur lex priuata & contra legem communē, privilegia, tertia distinct. & notat gl. in l. quod fauore. C. de legi. debet strictissime intelligi, & non extendi etiam ex paritate rationis. Pone quod Titio de Republica benemerito concedatur privilegium immunitatis, certe alius etiā optime meritis de Republica ex eo tale privilegium

non habebit, cum fuerit Titio & non ei concessum. Et ex his patet partem negatiuam & communem ab allegatis in contrarium defendi posse. Et licet plura alia argumenta hinc inde ex dictis Doctorum capi possint, ad praedicta tamen virtualiter omnia reductuntur.

Verum, si quis velit disputando affirmatiuam opinionem tueri, ad allegata pro negatiua respondere potest ut infra. Et ad primum potest responderi primo secundum Alex. quia etiam lex exorbitans trahitur ad casum sublato vocabulo comprehendens cum & Doctores lato vocabulo dicantur milites vel etiam si sumus in æquiparatis, prout videntur Doctor & miles, vel etiam si sumus in fauorabilibus ratione publice utilitatis prout videtur esse in privilegio, de quo agimus. Debilis tamen videtur illa solutio, ut inferius dicam. Vnde secundo responderi potest, quod immo nulla fit extensio. Nam, cum aduocati milites sint, ut d. l. aduocati, & dixit gl. in d. l. miles, in princ. §. de re iudic. lex ista & similes loquuntur de militibus, ergo & de Doctoribus, argumēto l. semper in generalibus, infra de reg. iur.

Ad secundum responderi potest, quod illa requiruntur in armata militia militibus, non autem in milite legalis militiae.

71 Requiritur tamen quaedam alia, quādo quis fit Doctor. Datur enim directum, per quem de doctoratu inuestitur secundum Bald. in cap. r. verficulo corporeum, in prin. in tit. quid fit inuestitura. Et sine eo non est Doctor, ut idem Bald. dicit in l. athleta, in princ. supra de excus. tut. & idem de anullo quo similiter datur Doctori dici potest, ut tradit Bologn. in auth. habita, col. nona. C. ne filius pro patre. ubi ad hoc plures allegat. Et eorum quae in doctoratu requiruntur, defectus faceret eum inhabilem ad privilegia.

Non obstat quod tertio loco de communi vsti loquendi dicitur, quia ut inquit Alexand. istud est in hominum dispositionibus. Sed verba legis debent interpretari secundum importantiam verborum a lege consideratam, non ut vulgus opinatur. at gumento l. si dictum, in prin. §. de euic. cum similibus per Alexand. allegantis. Cum igitur Doctor legaliter dicatur miles, ut est dictum, lex de milite loquens procedit & in eo.

Ad quartum respondetur, quod immo ratio non cessat, sed viget, ut in quarto argumento pro ista parte. Non enim iuridicus videtur quod causa huius privilegij dicatur simplicitas & ignorantia. Illa enim sunt causa tantum privilegij remissa solemnitate, & aliorum in quibus ipsi iudicantur perinde ac si solennitate, & verbis conuenientibus testarentur, puta, quod testamentum non contrahatur, quia eius praeteritio habetur pro exheredatione, ut supra dictum est. Et tandem ratione ignorantiae & simplicitatis dicitur concedi illud privilegium per quod actus militis rudis & imperiti perinde habetur ac si a prouidus & sapientibus cum omni solemnitate factus esset. Potest enim faciendi semper praesupponitur, sed privilegium istud non est eiusmodi, quia quantumvis prudens & sapiens cum omni solemnitate nunquam directo maiori vel extraneo post aditam substituitur, ergo sequitur quod non dicitur concessum ratione ignorantiae, vel simplicitatis. Et istud credo verissimum. Et iura in contrarium allegata loquuntur respectu solemnitatis, & verborum obseruantiae militibus remissa.

Ratio ergo istius privilegij declaratur, ut sit fauor militiae, videlicet quia per milites optime Reipublicae consultitur, ut sic publico fauore dicamus in hoc militibus fatuum esse, ut in eorum solatium inter caetera privilegia habeant & istud. Quae ratio etiam in aduocatis viget, ut d. l. aduocati, ergo &c.

Ad quintum respondetur, quod illa iura loquuntur respectu solemnitatis. Fateor enim quod illa secundum leges & iure communi adhibenda est in testamentis Doctorum.

Ad sextum respondetur, primo secundum Nouissimos Reperentes quod illud simpliciter procedit propter maximam exorbitantiam, quod iniquitatem illius privilegij militibus concessit cum parentes & filij veniant per illud priuati legitima. Noli enim lex quod illud in Doctoribus procederet.

Et quia sentiebat quod per regulam aduocati, contrarium erat dicendum, voluit particulariter, & expresse sic prouidere, tale privilegium Doctoribus denegando, considerando dicti privilegij rigorositatem, quae adeo displicuit Imperatori secundum Nouissimos, quod etiam militibus hodie dicatur tale privilegium ademptum, ut videtur probari in §. & hac quidem de parentum, in Auth. ut cum de appel. cogn. col. 8.

72 Circa hoc vltimum aduertit, quia licet sit commune dictum, ut per Alex. infra in l. nostra in 10. col. & tradit Ang. Aret. in §. illis, Inst. de milit. test. & voluit Bar. in d. l. r. §. est & alius, §. si a parent. quis fuer. man. Tamen videtur dubium, & contrarium firmat Imo. in l. filio praeterito. col. r. §. verficulo. Sed hic occurrit dubium, §. de iniusto rupto testamento & Ang. Aret. ubi §. dicit, quod ista opinio Imolae sibi placet. Et pro ea facit, quia cum istud privilegium sit clausum in corpore iuris, non tollitur etiam si per Imperatorem diceretur, cessante omni privilegio &c. nisi de eo sic ret

re mentio, secundum Bart. in auth. qua in provincia. C. vbi de crim. agi. opor. i. col. Et ita tenendo (quod disputando pulchrum esset) ad d. §. & hæc quidem, responderi potest, quod procedit generaliter in alijs filijs, puta emancipatis, nõ in militibus per rationem prædictam. Ad quod facit regula, in toto iure j. de regul. iur. Præterea si illud esset correctum in filijs militibus, fortius deberet esse correctum in parentibus, cum magis descendentibus legitima videatur debita, iuxta l. scripto, in fi. j. vnde liber. & tamen hoc non reperitur, & per consequens nõ dicendum. l. san. cimus. C. de testam. & l. precibus, in fin. C. de appell. Nisi dixeris etiam in parentibus corrigi per generalitatem §. aliud quoque capitulum, in ea. Auth. Quod tamen non videtur securum nec alicubi legi Cogita tamen, & vltius non instabo, quia non est materia nostra. Vel secundo ad argum. responderi potest, vt infra dicam.

Ad vltimum respondetur, primo quod in d. iuribus soluz probatur quod præses extra locum hostilem debet testari de iure cõmuni, non de iure militari: quod ego fateor respectu solennitatis, prout illa iura loquuntur: sed quod non possit directo substituire, ibi verbum nullum. Et fateor quod nec Doctor iure militari testatur respectu solennitatis, vnde si ex alio prout in argumento dicitur, velles quod præses posset directo substituire, illa iura non obstant. Vel secundo respondetur, & melius, quod immo non est eadem rō in Præside, quæ in Doctore. Nam licet in præsidis officio publica vtilitas consideretur, tñ non dñ milita re ad instar militum armate militiæ, sicut de Doctore legitur.

Præterea ab eis differt Præses in alio. Nam miles armatus, & Doctor propria virtute & ingenio imperio militant, ac publicæ vtilitati conferunt. Sed præses totum quod facit, facit principis auctoritate, quem representat. Et ex ista solutione, quæ magis placet, inferitur, Præsidem hoc priuilegium non habere. Et ex his patet etiam hanc partem affirmatiuam posse defendi, quam etiam defendunt nouissimi repetentes. Et sic patet articulum dubium, & hinc inde disputabilem.

Quid dicemus? anceps profecto sum, & in negatiuam partes & communem plurimum me impellunt primo argumentum primum pro ea factum cum his, quæ dixi respondendo ad vltimum argumentum partis affirmatiuæ. Nam, (vt est dictum,) cñ hoc militi in priuilegium sit concessum, non debet ex paritate, vel etiam maioritate rationis extendi ad aliam personam. Nec ei videtur bene responsum. Quia quæ dicta sunt in prima solutione, procedunt si sit eadem ratio, quod in casu nostro non vñ, quia miles hoc habet a lege, vt quomodo velit, substituat, vt. l. cum filius, j. de milit. test. Quoniam ipso proprio sanguine, & cñ periculo vitæ rempublicam defendit. Quæ ratio proprie non est in Doctore. Bene fateor, quod ratio videtur inutilis, sed non reperitur, priuilegia per hanc viam extendi, vt d. l. fi. C. de inoffic. test. ibi, quia non omnibus passim & c. similiter secunda solutio non videtur secura, quia plures sunt, qui dicuntur militare iuxta ca. reprehensibile, vigesimatertia quæstione & tamen hoc priuilegio vti non possunt, vt j. dicam. Alioquin cum quilibet in exercitio suo dicatur militare, vt dixit gl. in d. l. aduocati, quilibet gauderet tali priuilegio quod esset abiurdistimum.

Secundo, sextum argumentum factum, & solutio illa quod illud esset propter nimiam rigorositatem & c. non videtur tuta.

Quia cum illud sit priuilegium militi concessum, sicut & istud si Doctor quo ad priuilegia esset miles, deberet vtrumque habere atque generalitate d. l. aduocati. Deberet enim cõplecti omnes casus, licet in vno esset minor ratio, quàm in alio argu. l. i. §. quod autem, supra de alea luf. & alea.

Tertio prædicta l. fi. C. de inoff. test. considerando quod est lex Iustiniani edita post d. l. aduocati, quæ est lex Leonis, vt ex ipsarum inscriptione apparet, si enim illa l. aduocati, hoc induxisset, vt scilicet Doctor priuilegijs militum gaudeat, frustra in dicta l. fi. Iustinianus nouiter induceret illius legis decisionem, decidendo in casu illo quod priuilegium militi datum, etiam Doctori dicitur concessum. Facit etiam ille tex. in vers. secundum leges condere posse eulogia.

Nam ex ordine legum, talis directæ de qua agitur fieri nõ potest, ergo eam non faciet Doctor. Et eodem modo inducitur §. fi. ibi, sed quidem iure communi, Inst. de milit. testa. Et propter ista hæc pars negatiua & communis videtur sustentabilior. Et secundum eam semper vidi obseruari, hoc est, nunquam audiui in practica in dubium reduci.

Sed tamẽ quia pars affirmatiua Doctoribus fauet, vt causam nostram tueri videamur, cogitabam quod disputado illa defen di possit. Et vltra prædicta dicam quod pro ea videtur casus in d. l. aduocati, considerando quod illa l. nisi velit dare doctoribus militum priuilegia, vana prorsus & inutilis fuisset, & superflue folia occuparet. Quod nullo modo est dicendum, cum pro regula nedum vna lex, sed quodlibet verbum in lege debet sic intel ligi, vt aliquid operetur. l. si quando, j. de leg. i. c. si Papa. de priu. lib. 6. & dixit Bal. in rubr. C. de contrah. empt.

Dico ergo quod Leo Imperator ibi rescribens Calliorato præfecto prætori Illyriæ, non sine causa rescripsit, Sed ad alicuius questionis determinationem, prout in omnibus legibus Codicis fieri videmus, alias quid seruiet scire quod aduocati dicuntur militare: Vnde poni potest casus, quod dubitabatur forte an aduocatus haberet hoc priuilegium, vel etiam alia quæ militibus concessa sunt. Et pro eo allegabatur, quod ipse non erat minus vtilis reipublicæ quàm miles.

In contrarium, quod lex dans militi priuilegia loquebatur de milite & militante, quod in aduocato non videbatur. Vnde consultus Leo rescribit vt in illo tex. Ex quo videtur sumi regula, quod aduocatus æquiparatur militi: quia & ipse militare dicitur, & eius priuilegia habet. Intellige tñ de his quæ aduocatis conueniunt inter quæ est istud de quo agimus, Cogita. Et si per hanc viam vis tenere ista partem, ad tria quæ videntur virgere in trium respondebis.

Ad primum negando quod sit opus aliqua extensione, quia dico quod in effectu hoc declaratur in d. l. aduocati. Et sic priuilegium ad alium trahitur per ipsam legem, iuxta gl. in l. quod vero contra, supra de legi.

Nec obstat quod multi alij in iure aliquando appellantur milites, qui tamen tale priuilegium non habent, quia respondetur, quod non dicuntur militare imperio, & ad instar militum armate militiæ, ita vt eis æquiparentur, sicut de aduocatis dicitur in d. l. aduocati.

Ad tertium dico, quod immo illa solutio disputado posset tolerari, maxime tenendo cum communi opinione, quod hodie priuilegium illud etiam militi propter nimiam eius rigorositatem sit sublatum. Et ad generalitatẽ d. l. aduocati, potest responderi quod per aliam l. distinguitur iuxta l. non est nouum, supra de legi. Vel secundo responderi potest, illud esse, quia priuilegium illud prohibetæ querelæ, potest considerari aliquo modo inductum respectu bonorum castrensium saltem principaliter, & postea trahitur ad quasi castrensia. Nam Doctor dum apud eum quasi castrense peculium cum suo nomine durat, habet tale priuilegium; & cñ nomine peculij extinguitur, vt d. l. fi. C. de inoff. testamen.

Præterea recte intuẽti sentit hoc l. Papinianus. §. Papinianus, §. de inoff. testam. ibi, & si ea sola bona habuit, quæ in caltris quæ fierat, eo enim casu videbatur, quod tale priuilegium apud veteranum duraret, cum sola bona illa habeat, propter quæ principaliter fuerat concessum, alias illa verba male possunt aptari. Non tamẽ dico quod miles in solis castrensibus illud priuilegium haberet, sed quod principaliter propter castrensia fuerit inductum & postea fauore ipsius militiæ protensum ad omnia eius bona, Cogita sup hoc, quia non sumo. Sed si hoc placeat, argumentum nihil obstat. Nam Doctor paterfamilieo non habet, quia nec amplius quasi castrense peculium habet, vt d. l. fi. quæ in veritate videtur hoc sentire. Nec aliter videtur posse dari bona ratio differentia, cur filiosam. Doctori detur tale priuilegium & patriam. denegetur.

Ad tertium responderi potest, primo in l. fi. illud poni, non quod ex regula l. aduocati, non ita esset, sed vt de eo tollatur dubitatio apud aliquos exorta, eo forte, quia in l. aduocati, hæc verba non exprimitur, & ita in d. l. fi. in §. in his, verba videtur importare. Vel secundo responderi potest, vt de eo specialis decisio constaret, cum sit super eo, quod est magnæ importantia, & erat dignum specialis nota, ne alias videretur neglectum, iuxta l. Item apud La beonem, §. ait prætor, il secundo, j. de iniur. Vel & tertio responderi potest, quod l. aduocati, in sui generalitate non æquiparat aduocatos militibus, nisi quo ad priuilegia simpliciter concessa personæ, & non sub consideratione bonorum, vt verba eius sonare videntur. Sed illa l. fin. nouiter concedit Doctoribus illud priuilegium, quod militi respectu bonorum, erat concessum: & ita non est superflua. Non obstat in eo textus illa verba, secundum leges, & in sua lege ibi, sed iure cõi, quia posset responderi quod loquuntur respectu solennitatis. Illam. n. seruare debet Doctor. quod cõiter seruat. Cogita super istis, quæ in fauore Doctorum pulchra sunt in disputatione, & per alios non ponuntur. In dubio tamen non recedat a communi opinione.

74 Tertio quaeritur, si nunquid clerici & sic milites coelestis militiæ habeant priuilegium istius l. & similitum? Alex. concludit quod sic, quem sequuntur nouissimi repetentes, vt sic & illi habeant, quod & Doctoribus competit, secundum præfatos. Pro quibus 75 facit, quia & ipsi dicuntur milites & in militia versari, & cap. reprehensibile, 3. 2. q. 8. & c. episcopus, de præben. & notatur in l. miles, in princ. j. de re iudi. Patruus meus Soc. & alij, qui in præcedente articulo tenent partem negatiuam, similiter & in clericis negatiuam tuentur, vt sic idem sit de eis, quod de aduocatis vt per eos. Ego teneo fortius quod clerici non habeant, posito quod habeant aduocati (prout §. diximus teneri posse) quia non reperitur quod clerici dicantur imperio militare, & quod armatis militibus æquiparentur, sicut de aduocatis legitur in d. l. aduocati. Non obstat c. reprehensibile, cum simil. quia ibi dicit quod sunt milites Christi, & militibus armatis non parificantur, immo ibi dissimiles sunt. Et licet Christus, cui ipsi militat, sit Rex regum, Dñs Dominantium, & s. oēs princi-

D. Maria Soc. Iun. in l. Centurio.

principes terræ, nō tamen ipsi clerici hoc priuilegio potiri debent q̄ tantum suo imperio militantibus Imperator concessit, rationibus de quibus supra, inter quos clerici non sunt.

76 Quarto queritur, † quid in militibus nostri temporis? ista quæstio habet duo capita.

Primum est, de militibus aureatis, quos Equites appellamus. Secundum est de his, qui re vera incumbunt armis, & stipendium a principibus recipiunt, parati pro eis pugnare & mori.

77 † q̄ tales Equites non habent huiusmodi priuilegium, cum ipsi armis non incumbant, & ita in eis ratio priuilegij cesset. vide per Alex. & alios, ad quos me remitto.

Circa secundum, idem videbatur, cum ut videmus in eis non interueniant solemnia, quibus milites constituuntur iuxta notata in leg. pen. j. ex quib. cau. maio. & §. fi. in Auth. de manda. prin. col. 3. Non enim priuilegio militari quis gaudere pot̄ eis cessantibus, ut ibi traditur. Facit l. ex eo. j. de milit. testamen.

Contrarium tñ est verum, ut Alex. Dñs meus Soc. & alij concludunt. licet. nulla solēnia nō interueniant, eo q̄ ab vsu recesserunt, tñ cum in istis sit idem effectus respectu publicæ utilitatis & defensionis imperij, & subeant ipsi eadem pericula pro tutela sui principis debet oīno de eis iudicari q̄ de antiquis militibus dicebatur, quia sufficit effectum remanere, ut ius remaneat, argumento l. decreto, C. ex quib. cau. infam. irro. & l. ordo, j. de pub. iud. vide hic per Doctores.

78 Quinto queritur, † quid in Dominis & Principibus terrarū ut sunt Reges, Duces, Marchiones & similes? Dominus Ale. hic post Bal. in l. precibus, ut ipse allegat, concludit, q̄ isti tali priuilegio gaudent, probat ex pluribus, ut per eum, cum quo transeunt Dominus meus Soc. Claud. & nouissimi. Et secundum Claud. facit, quia sicut Imperator ita & ipsi possunt appellari milites, iuxta l. i. cum ibi not. per Bal. in vltimis verbis, infra de mil. testam. Et licet alias princeps videatur uti velle iure cōmuni, nisi de eius voluntate constet in §. i. in l. 3. C. de test. l. in testamēto, la prima. & l. quamquā C. de testam. mil. de quo j. dicemus, tamen dicendum est, q̄ satis de eius voluntate constet, cum certo modo testatur, & directo substituit, ut declarat Pau. de Cast. in d. l. 3.

Præterea, nos non querimus, an testando vel substituendo, dicatur directo substituisse, sed an volens possit, & dicendum est q̄ potest, ut per Alex. & alios. Hoc tamen restringit Alexan. ad eos Principes qui superiorem non recognoscunt.

Et ita transeunt Patruus meus Soc. & Claud. Sed mihi placet opinio nouissimorum, q̄ tenet idē in recognoscentibus superiorem, si tñ in eorum terris habent iura imperij sibi à principe superiore cessa. Nā tñc possunt recedere a iure civili, ut per eos, q̄ inter cætera pro hoc allegant Dñm meum Soc. in consi. 3. in causa Dñi Guidi. 6. col. 3. vol. Et vltra eos vide Cyn. in l. ea lege. C. de condit. ob cau. Bar. in l. hostes, infra de capti. & postlim. reuer. Andr. Sicul. in consi. 34. Præclare optimus dixit. 2. col. 2. vol. & Fel. in c. quæ in ecclesiarum. 14. col. de constit. Et pro his est solenne consi. Pau. de Cast. 227. super primo dubio.

79 Sexto queritur, † quid in Reuerendissimis Cardinalibus? Bal. in consi. incipit. In primis videndum est an ius fideicommissi & c. prout refert hic Iason, concludit quod illi possunt uti priuilegio huius legis, cum quo transeunt hic nouissimi ut per eos.

Aduertendum est, quia si in clericis simplicibus tenemus cum Alex. & nouissimis, ut dixi supra in tertia quæstione.

Ista quæstio caret omni dubitatione, quia multo fortius in Cardinalibus illud procedet, authentica multo magis, C. de episcop. & cleric. Intellige ergo hanc quæstionem posito q̄ alij clerici tale priuilegium non habeant, prout supra firmavi. Et tunc quod saltem Cardinales possunt directo substituere, sicut milites, facit primo, quia ipsi pro republica Christiana dicuntur, in sacro cōcistorio militare.

Secundo facit, quia ipsi dicuntur similes Regibus seu eis æqui parantur.

80 Nam cum reges hodie sint loco Præfectorum prætorio secundum Bar. in l. i. in princ. s. quod quisq; iu. Et † Cardinales essent pares præfectis prætorio secundum gl. in l. i. prope fi. s. de off. præf. præto. sequitur quod Cardinales Regibus æquiparantur. Sed reges habent tale priuilegium, ergo & Cardinales habere debent. Ita arguebat Iaso. & no. quia attēto isto argumēto idem dicēdū esset in episcopis, cum in eis idem dicat gl. in d. l. i. & est glof. pen.

Contrarium videtur firmare Patruus meus Soc. & Iaso. q̄ in dominis Cardinalibus simplicitas & ignorantia cessat, propter quam tale priuilegium concessum fuit militibus, ut per eos. Sed hoc parum valet, quia ut s. dixi in secunda quæstione falsum est eiusmodi priuilegium tali ratione concessum fuisse, vide ibi in quarto argumento pro affirmatiua, & in responsione quarti argumenti pro negatiua. Placet tamē mihi ista opinio, & moueor, quia cum hoc priuilegium sit militibus concessum, nec reperiat quod concedatur Cardinalibus, aut quod ipsi in hoc militibus æquentur, quod ad eos standum erit regulæ. Nec obstant tria, Nā

ad primum respondetur, posito quod in Concistorio militarent (quod tamen non est probatum) quod non sufficit, quia dñr milites Christi prout de alijs clericis supra dictum fuit, & non dñr militare Imperio, a quo tale priuilegium conceditur, immo à militibus sæculi dicuntur omnino differentes, vt d. c. reprehensibile. 23. q. 8. merito & c. Ad secundum respondetur, quod illa æquiparatio non videtur vera, maxime per illum modum arguendi. Quia præfectus prætorio nō potest contra legem statuere, prout etiam nouissimi dicunt. l. 2. C. de off. præf. præto. Quod tamen Regibus conceditur, ut supra dixi in præced. q.

Præterea esto q̄ in aliquo æquiparatio procedat, non tamen debet argui, ergo in omnibus, præsertim quod ad propositum nostrum patet, quia ut dixi, Reges possunt recedere a iure communi, quod reuerendissimis Cardinalibus non conceditur, ut est gl. communiter approbata in c. fin. de hære. lib. 6. tradit Fel. in c. i. de rescr. in ver. legatus, prima col.

81 Septimo, queritur, † vtrum qui regulariter hoc priuilegio uti non potest, possit eo uti substituendo piam causam?

Circa istud reperio tres opiniones diuersas, vna est Abba. in consi. 3. 2. Circa duo dubia. 2. col. 2. vol. dicentis quod fauore piam causæ substituta possit quilibet directo substituere extraneis vel maioribus post aditam hæreditatem quicumque fuerit hæres institutus. Mouetur, quia eo casu merum ius gentium debet attēdi iuxta c. cum omnes, & c. relatum. il primo de testamen. & sic procedit testamentum ad pias causas ad imito testamenti militum, in quo etiam reiecta iuris civilis obseruantia, merum ius gentium attenditur. l. i. j. de mili. test. Sicut ergo militi datur hoc priuilegium, ita dicetur datum fauore piam causæ. Et hanc opin. sequuntur hic Nouissimi repetentes, sed ista opinio non vñ tuta, quia etiam inter filios in testamentis attenditur ius gentium, iuxta l. hac cōfultissima §. ex imperfecto. C. de testa. & tamen non reperitur, q̄ inter eos pater possit uti isto priuilegio. Nec placet q̄ dicit Ias. ut scilicet si filius substituatur, possit fieri substitutio directæ, ut s. fauore filiorum, quia ut dixi iure cautum non reperitur. Et iura prohibentia paganus talem substitutionem generaliter loquitur, & nimis restringerentur, si non procederent quando filij substituerentur. Et si dicatur prout dicebant nouissimi quod d. §. ex imperfecto, intelligitur respectu solennitatis in testamento inter liberos non seruandæ. Dicam idem circa pias causas, videlicet q̄ d. c. cum omnes, & d. c. relatum, loquuntur respectu solennitatis. Præterea primus hæres ex iuris regula nō potest definire esse hæres, ut s. in secundo præmissis dictum est. Cui regulæ non reperitur fauore piam causæ derogatum.

Nec pia causa, vel eius fauor potest operari, ut substitutio iure directo valeat, nisi verba & personæ patiantur directam substitutionem, ut c. si pater, de testa. lib. 6.

82 Alia † & secunda opinio ponitur per Bar. in l. i. in 6. q. quinta quæstionis prin. C. de sacr. eccl. q̄ aut est hæres instituta alia pia causa, & ei post aditam poterit directo pia causa substitui. Aut est hæres alia persona, & secus erit, ut per eum, cum quo in effectu videtur transire Ias. hic, si bene eius verba considerarentur. Sed ista opinio (ni fallor) est peior prima.

Nam si non potest pia causa directo substitui, quando persona priuata est hæres instituta, minus poterit, quando alia pia causa esset hæres instituta, cum priuilegiarius q̄ pariter priuilegiarius non utatur priuilegio l. verum, in fi. s. de minor. Alia & tertia est opinio Bal. in d. l. i. C. de sacr. eccl. in octaua quæstione ex quæstionibus incidentibus ad primam quæstionem in 7. col. qui indistincte tenet piam causam directo substitui nō posse ex eo tñ q̄ sit pia cā. Cui inhæreo p̄ prædicta q̄ primam opinionem, & cōprobo pulchra consideratione. Nam hoc priuilegium non reperitur concessum, nisi ratione personæ testantis, non autem ratione dispositionis, vel personæ seu causæ, in quam disponitur, ergo & c. Alioquin cum filiorum consideratio maior vel saltē par piam causæ sit habenda, iuxta dictū Augustini, de quo in c. fi. 17. quæst. 4. sequeretur quod filij verē directo q̄ regulam substitui possent. Quod tñ arbitrator falsum, ut superius dixi, quicquid dixerit Ias.

83 † q̄ compendiosa nedom simpliciter, & non vique ad certā gratiam fieri potest, ut in l. precibus, C. eo. ti. ibi, vel compendio non vique ad certam etatem, sed etiam cū taxatione ætatis, ut hic. Sic etiam pupillaris potest fieri cum taxatione maioris ætatis, ut l. si ita quis, s. eod. Vtrum autem compendiosa possit fieri sub alia conditione, quàm sit mors instituti, videbimus inferius in prima quæstione circa diffinitionem compendiosæ.

Nota tertiò ibi, sine liberis, secundum oēs Moder. post Imol. & Pau. de Cast. q̄ verba ista, sine liberis & c. expressa in compendiosa non impediunt quin suo tempore pupillaris contineatur, quicquid in §. i. in vltimis glof. magna prope fi. in d. l. precibus, q̄ quam stat euidenter l. nostra. Et idem etiam probat l. credēdū. §. si vero maritus, supra qui per tuto. & c. si pater, de testam. lib. 6. s. si tamen qui gl. illam sequuntur, ut tangit Bart. j. in 5. col. ver quid si testator sic substituit, vbi post eum aliquid dicam.

Quarto

Quartò nota ibi, directò substituit, id est per verba directà, vt
 34 volunt Doc. q. † vt compendiosa a milite facta filio impuberi
 post pubertatem valeat iure militari, requiritur q. per verba dire-
 ctà facta fuerit, puta hæres esto, vt per Alex. Ex quo duo inferun-
 tur. Primò, q. si per verba obliqua fieret, vel etiam cõmunia post
 pupillarem ætatē & aditam hæreditatē, non valeret iure directò.
 Quod est valde notandum, quando fuissent verba communia.

Contrarium enim videretur, cum illa etiam ad directum sen-
 sum trahantur, & personæ directam substitutionem patiantur,
 cum testator fuerit, & sic vt directà videtur q. debeat valere d. c.
 si pater, sed de hoc infra latè dicam.

Et pro nunc defendendo istam illationem ad cap. si pater, re-
 sponderi potest, quòd immo personæ in casu isto non patiuntur
 directam, inspectò iure communi, quo in dubio miles vt cen-
 setur, vt inferius dicam.

Erat enim hæres maior vel extraneus, cui post aditam directò
 substitui non potest. Quod ergo in d. c. si pater, dicitur de habili-
 tatione personarum intellige respectu personæ, cui fit substitu-
 tio, & secundum regulas iuris communis.

Secundò inferitur quòd ex oppositione verborum directori,
 miles præsumitur vt iure militari & suo priuilegio, valet. n. iure
 directò, vt hic dicitur, non autem dicitur vt iure communi, quia
 tunc nullo modo substitutio valeret post pubertatem, vel solum
 iure obliquo secundum diuersas opiniones, prout inferius plenè
 disputando videbimus suo loco. An autem quod de milite dictū
 est, sit verum; infra subtiliter differemus.

35 Quintò nota, † q. compendiosa à quocunq. fiat, cõtinet pu-
 pillarem substitutionem, maximè, si fiat per verba directà, vt est
 hic text. in versiculo iure communi & c.

36 Illa. n. verba ostendit, hoc etiam in pagano procedere licet lex
 ista loquatur in milite. Et licet pupillaris per patrem fiat, tamen
 per eam etiam bona filij capiuntur, & nota quòd de bonis filij vi-
 debatur magis dubium, vt ostendit † dictio, etiam, quæ casum
 magis dubium solet exprimere, & minus dubium includere, l. et
 l. si. C. si tutor vel cura. inter. Et hoc voluit gl. hic super versicu-
 lo, bona filij, si rectè ponderetur. Sed in contrarium videtur vrge-
 re, quia cum pupillaris substitutio sit testamentum pupilli, §. li-
 beris, Institut. eodem. nulla videtur dubietas, quòd ad bona eius
 trahatur, sed potius dubitū videtur de bonis patris, quia testator
 de bonis testantis non alienis potest disponere, l. conficiuntur. §.
 primo, infra de iure codicil.

Quare pro resolutione aduertendum est, quòd verum est te-
 stamētum pupillare tantum ad bona pupilli trahi per rationem
 prædictam, & bona patris, scilicet olim, veniunt, quia per additio-
 nem sunt effecta filij, & alia non venient.

Et tunc cum filius habeat quandoque bona separata ab his, q̄
 in paterna hæreditate inuenit, de eis poterat dubitari, vtrum per
 pupillarem substitutionem capi possent; ea fortè ratione, quia vi-
 deretur satis esse, q. bona, quæ filius habuit a patre, veniant, atten-
 tu quòd dispositio realiter dicitur facta ab ipso patre, vt sic facul-
 tas ei a lege concessa, vt pro filio testetur, intelligatur solum de
 bonis, quæ per ipsum ad filium peruenerunt.

Et hanc dubitationem (ni fallor) sentit lex ista in vers. etiam.
 Contrarium tamen est verum, vt hic dicitur, & si secus dicere-
 mus, pupillus decederet pro parte testatus, & pro parte intesta-
 tus, contra regulam l. ius nostrum, infra de reg. iu.

37 Ex his sexto no. † quòd licet quis per pupillarem substitutio-
 nem fiat hæres pupilli, tamen consequitur bona quæ patris erāt.
 Quod tamen intellige, vt etiam supra tetigi, si pupillo fuerunt
 acquisita, & tempore mortis eius reperiebantur in bonis pupilli,
 & velut bona pupilli capiuntur, placuit tamen Papiniano. in l.
 nostra, ea vt diuersa a bonis filij cõsiderare, ratione de qua supra
 in præc. no. & etiam propter id q. sequitur in f. legis, vbi solum
 bona patris capiuntur.

38 Septimo no. ibi, iure communi & c. secundum Doc. q. † miles
 in dubio præsumitur vsus iure cõi, si poterit facere actum vali-
 dum tã cõi iure, quam militari. Poterat. n. hic miles facere pupil-
 larem iure cõi, & directam militarem ex priuilegio. Concordat
 l. in testamento, la prima, in fi. & l. quamquam, C. de test. cū simi-
 l. Sed contra hoc videntur plura iura allegata per Doct. & aliqua
 vltra eos addam. Primo enim videtur tex. in l. miles ita, in princ.
 Et secundo, in §. si. de mil. testa. Tertio l. si duobus. ff. eo. tit.

Quarto l. si miles vnum ex fundo. eo. tit. Quinto l. si miles
 qui destinauerat, in princ. eo. ti. Sexto §. pen. Instit. de ex hæ. lib.
 Septimo l. ex his. C. de testam. milit. & plura similia studiose in-
 ueniet, quibus probatur, actum a milite gestum, interpretari ge-
 stum ex priuilegio: & sic sequitur, quòd in dubio non præsumitur
 vsus iure communi. Facit etiam, quia miles præsumitur
 ignorare ius commune. l. i. vbi Doct. C. de iu. & fact. igno. ergo
 non videtur quòd eo dicatur vt, cum actus hominum non tra-
 hantur ad ignorata, mater decedens. supra de inoff. testa. gl. in
 d. l. quamquã. & in d. l. miles vnum ex fundo, sentiens hanc dif-
 ficultatem in effectu respondet, iura ista in contrarium allegata

procedere quando aliquo modo probatur, q. miles voluerit vt
 suo priuilegio: sed eo non probato, in dubio præsumitur vsus iure
 communi. Iaf. hic reprobat, primo, quia sic intelligendo illa iu-
 ra essent de casu indubitabili contra regulam, l. q. Labeo. cū ibi
 notatis, §. de Carbo. edict. Ad q. posset responderi, quòd immo il-
 la iura plurimum seruiunt, eo q. in illis ponuntur, & declarantur
 priuilegia, de quibus in eis. Secundo dicit Iaf. q. secundum prædi-
 ctam declarationem iura prædicta nimis restringuntur, & magna
 fit eis violentia, cum in eis nullum verbum appareat, q. requirat
 probationem voluntatis militis q. satis tolerari potest, argul. i. §.
 & generaliter, §. de leg. præstād. & l. de pretio, supra de publi. cū
 simi. Vnde Iaf. ita hanc difficultatem resoluit, vt scilicet regula
 sit, q. miles in dubio dicatur vt priuilegio militari per iura supra
 allegata. Quæ regula fallit vbi æquitas suadet contrarium.

Nam tunc actus, qui vtroque modo valere potest, valebit iure
 communi, sic expoſcente æquitate, prout contingit in l. nostra fa-
 uore pupilli. Aequum etenim est, vt ipse habeat hæredem ex pu-
 pillari testamento, sic etiam contingit in d. l. in testamento, & in
 d. l. quamquam, fauore matris, vt per eum & fuit ista opinio Bal.
 in d. l. precibus. in nona oppositione. Sed hoc non videtur securum,
 quia ista iura simpliciter loquuntur, nec videtur fundari in
 aliqua æquitate, sed in eo quia dispositum a milite, iure commu-
 ni valere potest. Ita proprie videtur loqui l. nostra, & d. l. quam-
 quam. Præterea in l. quamquam. malè cõsideratur fauor matris,
 cum non agatur de filij hæreditate, sed patris, & matris, respectu
 illius mulieris. Et sic fauor filij æquitate suadente deberet magis
 attendi, cū ei patris hæreditas quasi debita dicat. l. scripto. §. vñ lib.

39 Qua propter nouissimi repetentes multa circa hanc difficulta-
 tem dicunt, vt per eos. Ego in aliquibus sequendo eos, & aliqua
 addendo sic puto dicendum. Aut actus seu dispositio, quam mi-
 les in testamento facere voluit, saluis verbis (à quorum vi & im-
 portancia voluntas eius capiatur) valere potest & iure communi,
 & ex priuilegio, & tunc in dubio dicatur vsus iure communi, per
 iura pro hac parte allegata, in quibus hos terminos inuenies si
 rectè considerabis. Aut talis dispositio (similiter sumpta conie-
 ctura voluntatis ex vi & importancia verborum) non potest va-
 lere ex communi iure. sed tantum ex priuilegio, & tunc priuile-
 gio præsumatur vsus. Ne alias dicatur elegisse viam ad impug-
 nā da sua iudicia, iuxta d. l. si miles qui destinauerat, & ita procedat
 iura supra istud notab. allegata. Et demonstrantur singula di-
 scurrendo. Nam in l. miles ita, in princ. illa verba vique ad nonis
 decem hæres esto, important, q. pro eo tempore tantum fit hæ-
 res, & postea desinat: quòd iure communi fieri non potest.

Et in fin. illius l. pupillare testamentum iure communi non va-
 leret, non adita hæreditate, q. esset contra mentem testatoris, qui
 pro filio testandi iuxta vim verborum videtur velle quòd valeat,
 quicquid sequatur de suo testamento. Similiter in d. l. si miles v-
 num ex fundo, verba omnino important nil aliud dandum insti-
 tuto, iuxta regulam l. cum prætor, supra de iudi. Quod iure com-
 muni non procederet. l. i. §. si ex fundo, supra titulo primo. Et
 ita etiam procedit l. 2. in princ. C. de testam. mil. Nam institutio
 de castrensibus facta, arguit q. aliud non habet, licet Dec. ibi cõ-
 trarium dicat in vtroque casu, & iudicio meo male, nam loquitur
 de directo contra d. l. si miles vnum ex fundo. Item in l. si mi-
 les qui destinauerat, non est dubium quòd verba arguebant mi-
 litem velle testari & validum actum facere, q. iure communi nõ
 contigisset. Et ille tex. plurimum seruit huic distinctioni in sua
 ratione. Ad quam etiam facit regula l. quoties, infra de reb. dub.
 & de verb. obli. Similiter in §. penul. Instit. de ex hæ. lib. ver-
 ba important filium excludi ab hæreditate, cum ad eam aliū vo-
 cauerit. d. l. cum prætor. Quod iure communi non sequeretur,
 cum ex hæredatio nominatim fieri debeat. Et illi §. pen. concor-
 dat l. sicut certi. C. de testam. milit. Idem etiam dico circa d. l. ex
 his. Nam legatum ibi factum liberto, iure communi non vale-
 ret, q. esset contra voluntatem militis iuxta vim verborum accep-
 tam. Nam cum sciat illum seruum, & dicit, lego liberto meo, di-
 citur voluisse legatum valere, & per consequens illum fortè libe-
 rum. Et sub hac declaratione procedat finis l. nostre. Nam cum
 dixerit miles, talis sit hæres, secundum communem intellectum
 voluit eum esse hæredem quocunq. filius intra vigesimū
 quintum annum decederet, quòd iure communi fieri nõ
 poterat, vt supra in præmissis dictum fuit. Demum † sub eadem
 declaratione procedit l. si certarum, in princ. §. de mil. testa. Nam mi-
 les ibi instituendo vnum in prædijs vrbanis alium in rusticis, a-
 lium in cæteris, vult sic inter illos & iure hæreditario diuidi hæ-
 reditatem, quòd certe de iure cõi nõ procederet, quia instituti in
 prædijs vrbanis & rusticis, cum sint vocati ad res certas, dato aliò
 hærede in cæteris, & sic vniuersali, deberent haberi loco legata-
 riorū, vt l. quoties. C. de hæ. insti. vnde ex priuilegio militis, cui
 inter alia hoc cõceditur per illū tex. quilibet ex institutis vere di-
 cetur hæres atque si sine partibus essent instituti, vt ibi dicit. Sed
 quilibet tantū accipiet, & non vltra quantū voluit miles testator
 perinde ac si omnibus illis heredibus institutis simpliciter res
 omnes

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

omnes suas p perceptionē, cuique legādo, distribuisset, vt ibi dicitur. Et hoc notabis p intellectu illius tex. licet Bar. ibi aliter intellexerit. Nec tunc obstat l. qui non militabat, in prin. supra ti. primo. quia in testō pagani erunt hæredes quilibet pro semisse, in l. si cerrarum. pro rebus in quibus fuerunt instituti. & illud est in d. l. qui non militabat, quia nullus reperitur institutus vniuersaliter, alias ipse esset hæres, & alij loco legatariorū, per d. l. quoties. Et hoc videtur sufficere pro solutione ad d. l. qui non militabat, vt sic non sit opus dicere quod in d. l. si cerrarum, illi sint hæredes proprie in rebus, in quibus sunt instituti. Nam illud videtur repugnare verbis illius legis ibi perindeque habebitur &c.

Sed contra istā distinctionē in vtroque membro opponitur. Et primo, q̄ primum membrum fortiter vrget d. l. si duobus, j. de mil. testa. supra in contrarium allegata. Nam dispositio militis ibi iure communi valere poterat circa institutionē. Nec verba videtur aliquo modo importare, q̄ voluerit tollere inter hæredes ius accrescendi, sed econtra potius, cum ius accrescēdi procedat ex tacita mente testantis. l. si in testamento, vbi Bar. & alij s. eod. & alias voluntas militis quæcunque sit, magis quam pagani in testō solet attendi. l. i. j. de mil. test. Sic ergo ibi actus & dispositio ex voluntate militis poterat iure communi valere, dando locum iuri accrescendi, & tñ ibi dicitur vsus priuilegio, & decedit pro parte intestatus &c. Quod eo maxime videtur durum, cū ipse ordinauerit in totum decedere testatus. Et ita videtur destrui primū membū. Sed tuendo prædicta potest primo responderi secundū vnam opi. gl. libi, q̄ illud sit speciale in testō liberti, fauore patroni, q̄ etiā nouissimi repetentes videtur approbare. Pro qua pondera q̄ non sine mysterio ibi dicitur, a milite liberto. Nam aliās satis erat simpliciter dicere a milite. Et æquum videtur patrono in eo fauere. Nā ipse excluditur a bono. possessio. contra tab. circa castrensia bona. l. 3. s. patronus. j. de bo. lib. & sic a iure specialiter sibi concessio ex causā remunerationis, quia. l. amplū libertatis liberto donauit.

Et hoc inspecto & attento, conuenit hanc exclusionem patroni restringi, vt procedat tantum fauore eorum, in quibus libertus miles expresse dedit, & pro eo quod expresse datur: vnde cum in d. l. si duobus, vnus ex vocatis repudiet, cōuenit in parte eius ius patroni conseruare.

Additio. Ripa dicit q̄ ista solutio confunditur per l. quāquam. C. de testa. milit. vbi secundum eum fauor filiae & vxoris nō operatur, sic ergo nec fauor patroni in d. l. si duobus. Et maxime nō est tenenda ista solutio secundum Rip. quia non datur ratio diuersitatis vt per eum, sed tamen potest ista solutio defendi, quia immo habet manifestam rationem, vt hic ego dixi. Et ad l. quam, respondetur q̄ immo non esset fauor talium personarū, quia ius militare attenderetur, cum illæ semel iure cōi sint habituræ omnia iure institutionis. Et si dicas esset fauor filiae, quæ reliquum haberet ab intestato, potest dici q̄ tunc nō satisfieret presumptæ voluntati testantis. Et præterea ius patroni v̄ maius seu fauorabilibus in bonis liberti, cum debeat causā remunerationis.

Vel secundo responderi potest, q̄ cum ibi dicatur, nisi voluntas militis probata fuerit &c. intelligatur probata. eo ipso q̄ triū non probatur, attento maxime q̄ ius accrescendi ex voluntate testantis non procedit, vt dixi, & præsertim, quia tūc dicitur vsus iure communi, quod in dubio magis videtur conueniens.

Et tunc concordaret cum l. i. C. de testamen. mili. secundum vnum intellectum, cum ibi dicatur liquido probandum esse, q̄ miles noluerit habere locum ius accrescendi. Quem intellectū sequitur ibi Dec. sequendo hanc cōclusionem ad d. l. si duobus. Quæ tamen non videtur secuta, quia in d. l. i. communis intellectus est in contrarium, vt ibi per Alex. & alios.

Vel & tertio & forte melius responderi potest, q̄ text. ille nihil obstat, & debet applicari secundo membro prædictæ distinctionis, quia voluntas militis iuxta vim verborum videtur esse, q̄ nullus ex institutis habeat vltra portionem suam. Nam, cuz quælibet ex parte instituerit, non v̄, q̄ aliud dare voluerit. Si. n. dico. Instituo te in dimidia, verba important, q̄ vltra dimidiam nō habeas, sicut si in re particulari te instituerem, verba sonāt, q̄ aliud non habeas, vt dixi supra circa d. l. si miles vnum ex fundo. Quo posito si detur, q̄ alter repudiet, voluntas militis, q̄ audiens tantum suam partem habeat iure communi, non posset procedere: merito dicitur eo respectu miles vsus priuilegio. Et secundum hanc declarationem concordat ille tex. cum d. l. i. secundum cōmunem intellectum.

Nec obstat, q̄ ius accrescendi inducatur ex tacita voluntate, quia respondetur, id esse in testamento pagani. Qui cū sciat ius, & sic ei non licere decedere pro parte testatus &c. dicitur tacite velle, vt ex duobus institutis, altero repudiāte, portio eius veniat ad alterū. j. Semper. n. quis præsumitur adaptare voluntatē suā dispositioni iuris. l. si duo, vbi Doctores dicunt. j. de acq. hære. Et traditur communiter in l. hæredes mei, s. cum ita, j. ad Trebel. & præsumitur quis velle ea, quæ sibi sunt possibilis, l. Lucius, s. Imperator, infra ad municip. Secus dicam in milite, cum ille possit

decedere pro parte intestatur, &c. cōgita super istis, quia noua sunt & satis probabilia. & t̄ ea nota ad limitationem d. l. si in testamento, supra eod. cum ibi notatis. Additio: sed aduerte quia Ripa, qui (vt credo) nouit hanc meam responsionem, dicit, eam esse contra illum text. in si. ibi totam hereditatem &c. Ex eo enī q̄ ibi dicitur, dicit constare, quod testator non habuit in mente diuidere patrimonium, & dare cuique partem tantum. Nā tunc deberent dici duæ hereditates, argumento l. si certarū. s. i. eo. tit. Sed parcat mihi iste Doctor, quia decipitur. Nam in d. s. i. tex. loquitur per verbum, quasi &c. Et plus dico, quod si etiam illo casu bona coniungerent, nō video cur etiam tunc non posset dici tota hereditas, immo i tali casu statim ibi appellat tota hereditas.

Secundo q̄ secundum membrum v̄ l. in testō, la prima, C. de testa. mil. vbi miles censetur iure communi vsus, & tñ actus non valet. Sic etiam in simili facit l. quærebatur, in princ. j. de mil. test. vbi miles dicitur vsus iure communi & tñ duo testamenta ab eod. p̄dita iure communi non valebant. Sed facilis est responsio. Di. co. n. q̄ prædicta procedunt, qñ ex verborum importantia p̄stat militem velle aliquid disponere, tunc si id iure communi non valet, d̄ vsus priuilegio. Sed in dictis iuribus non constat q̄ miles voluerit sic disponere, sed ē potius. Nam in d. l. in testamēto, ex eo, q̄ miles inuicem substituit, non apparet q̄ voluerit facere substitutionem post aditam: sed ē potius propter naturam reciprocationis, cum par substitutio ambobus fieri non posset, & reciprocā. quo ad vim verborum par substitutionem importet, iam hoc iure, s. i. s. eo. Et hoc si vis, quod ibi disputetur de pupillari, vt rum. si illa censetur facta per illam reciprocā, prout v̄ sentire gl. ibi. Sed si vis quod disputetur de directā militari, prout verba tex. magis innuunt ibi, licere militibus proprio priuilegio & dicas non constare quod post aditam voluerit substituere. & illa verba, inuicem substituit, videtur referenda ad primum casum. s. respectu vulgaris tantum, attento quod pupillaris vtrique fieri non poterat, & directā militaris non dicitur facta, nisi aliquo modo constiterit, quod eam facere voluerit.

Similiter in l. quærebatur, ex eo quod miles sit bis testatus nō constat quod voluerit vtrunque valere, sed magis trium attentā natura testamenti, quod d̄ vltima voluntas. Vnde j. procedit tūc regula quod secundum tollat primum, s. posteriore, Instit. quib. mod. test. infir. & l. cum in secundo. s. de iniusto rup. test. Cum enī miles testatur, licet secundo v̄ velle, illud, velut vltimam voluntatem, valere, maxime si hæredē vniuersalem instituerit, & ideo censetur iuxta communem regulam primum testm̄ reuocare.

Et ex hoc notabili declarato & defenato vt supra inferitur in simili, quod j. quando princeps facit actum, qui de potestate ordinaria non valeret, & princeps hoc sciat, dicitur vt plenitudine potestatis, & sic singulari iure, & priuilegio principis, vt actus ille aliquo modo valeat, vt inquit Pau. de Cast. in l. tertia. C. de testamen. Si vero actus ille de potestate ordinaria valere posset, tunc in dubio præsumitur vsus iure communi, & ordinaria potestatis, non autem plenitudine potestatis per prædicta.

Ita tradunt Doctores in l. ex facto, j. eo. & Cano. in c. ad hæc de recrip. Quod tamen limita primo, nisi vtatur clauisula nō obstante, secundum Bal. in l. si testm̄, C. de testam. Secundo nisi vtatur clausula, ex certa scientia, &c. secundum Abba. post gl. in d. c. ad hæc, & de vtroque vide plenē hic per Ale. & nouissimos.

Hæc tamen referre volui absque alia discussione, an vera sint. Nec super eis insisto, quia non est materia nostra: sed vide per Alex. & nouissimos, & in locis per eos allegatis.

Octauo nota j. quod potentius dicitur esse ius commune, quā sit singulare. Nam per substitutionem iure cōi validam capiuntur bona patris & filij, vbi per validam ex priuilegio solum bona patris. Ita notant Doct. ex isto text. concordat l. eius militis, s. militia missus, infra de mil. test. & l. nam si miles, supra de iniusto rupto test. alias incipit si miles, & magis placet. Hoc tamen intelligit Dominus meus Soc. quando ius commune, & singulare, re simul possunt concurrere, at vbi solum singulare procedit, illud in se est fortius, vt in finibus legis. Tu caue, quia lex ista non probat hoc notabile, quia hic priuilegium & ius commune tendunt ad diuersa, nimirum si sint diuersi effectus.

Nam ius commune, vt pupillo fiat substitutio, singulare autem, vt hæredi post aditam & per illam succeditur pupillo, per istam militi: merito ergo hic non probatur, ius commune esse potentius. Immo prout etiam dicit nouissimi v̄ eodē casu in indiuiduo ad idem nō concurrant, quia frustra querimus ex iure singulari, qd̄ iure communi conceditur, l. i. infra ad municip. in si. vbi glo. & l. Imperatores, infra de priui. cred. & l. si quis ingenuus, in si. infra de capt. & postlimin. reuer. cum similibus.

Pro quo facit, j. quia ordinarium remedium facit cessare extraordinarium, l. in causā, la secunda in prin. supra de minor. & tradit Bar. in l. in provinciali, s. i. de nou. ope. nunc.

Hoc autem notabile, licet in tex. isto non probetur, sic declarandum est, quod quando quid reperitur validum iure singulari, debilius est quā si iure communi valeret, ita proprie probatur

in d. §. si militia missus, ubi per secundum testam. imperfectum tollitur primū, si iure singulari valebit, non si iure cōi. Et in d. lsi miles, ubi lapsus anni post missionē ante mortē millitis tollit gradū institutionis iure singulari validū, nō aut validū iure cōi. Sed § ista videtur tex. in auth. hoc inter liberos. C. de testa. ubi testam. iure singulari validum & per secundum simpliciter factum, licet perfectum, non tollitur, & tamen si iure communi valuisset, tollitur. l. cum in secundo. §. de iniusto, rupto testam. cum similit.

Ita arguit Iason, & aliter non soluit. Sed dic q̄ nihil facit. Naz illud specialiter fauore liberorū institutorū in primo testamēto inducitur, vt nō tollitur p̄ secundū, nisi in eo sit clausula derogatoria primi. Et licet ille tex. loquatur de primo testamēto imperfecto, q̄ iure singulari valet inter liberos, tū idē est, & fortius si fuerit perfectū, & sic validū iure cōmuni, modo si inter liberos. Et ratio est, quia liberorū fauore lex non præsūmit patrem de facili mutare voluntatem ad damnum liberorum, vnde requirit q̄ expressē in secundo dicat, nolle primum valere, vt ibi dicitur.

96 Et § per hoc rectē intuenti tollitur cōtrarietas inter illuz text. & d. §. militia missus, ubi testamentum iure singulari validū tollitur per secundū imperfectum. Nam illud est, quia primū fauore militis valebat vt. scilicet voluntas, qualis esset, seruetur: vñ eodem fauore tollit, qualitercunque de p̄ria voluntate constet, ibi ergo cessat ratio qua fundabatur validitas primi. Non sic in auth. hoc inter liberos, vt modo dixi. De ista p̄rietate vide per Doctores maxime Ias. in dict. auth. hoc inter liberos, in fi. Et licet ipse non respondeat, tamen responderi potest, vt ex p̄dictis constat.

97 Ex quibus inferitur, q̄ tū secundū testam. similiter sit inter liberos, & eis magis fauet, corū fauore primū reuocabitur, licet in secundo nō sit clausula derogatoria primi. Ita voluit gl. in verbo, perfecta. in §. 1. in auth. de testam. imperfecto. collatio. 8. Cyn. & alij in d. auth. inter liberos, ubi per Ias. in prima limita.

98 Sed § nunc queritur, quare sit ratio huius notabilis, vt §. declarati. Nouissimi repetentes dicunt eā esse rationem, quia tractans de conferuando iure communi, agit de damno vitando, qui vero de priuilegio conferuando, agit de lucro captando.

Et alia ratio est dānum pati, & lucrū non capere l. si. C. de codicil. l. Proculus, infra de damno infesto, cū similibus. Et pro ista ratione allegat gl. in l. 2. §. 1. vers. consensus, in fi. supra de iudi.

Tu dic (alua eorum pace) hoc ridiculum esse, & penitus extra propositum. Nam si extat testam. iure communi factū, & aliud iure singulari, & agatur de eorum conferuatione, vel ruptela, nō magis in vno casu, quam in altero cadit consideratio damni & lucri, immo tunc videtur consideratio extranea.

Præterea, qui de legato vel donatione conferuanda agit, tractat de lucro, vt est clarum, & tamen agitur de iure communi cōferuando, & eueniō: mulier dum vltimari Velleiano agit de damno vitando, & tamen nititur iure singulari.

Nec quidquam facit glo. p̄re allegata, quæ non illam ponit differēntiam, sed solum dicit q̄ in conditione indebiti agitur de damno vitando, prout verū est. De lucro vero dicitur agere scho-laris, volens ex suo priuilegio declinare iurisdictionem iudicis, coram quo passus fuit litem contestari. Esset enim lucrum ciuitate iudicium iam inceptum.

Dic ergo tu, q̄ ratio est, quā sentit d. §. si militia missus, videlicet, q̄ ius singulare debilius est, ex eo, quia p̄tra iuris regulas cōceditur. l. ius singulare, supra de legi. c. priuilegia, tertia distinct.

Hinc est, q̄ non trahitur ad p̄sequētias. l. q̄ vero §. de leg. secus in iure communi. l. non possunt, eod. tit. Et pro ista ratione bene facit §. quia vero verisimile, in fin. in Authen. de non alien.

99 Nonno nota § vna substitutio in conceptione secundū temporum diuersitatem variatur. Nam de pupillari, tempore impubertatis, valida transit in directam militatem tempore pubertatis. De vna ergo directā fit digressio & transitus in alteram directam. Nec mirum, quia in habentibus symbolum facilius est trāsitus secundum Philosophum in secundo de genera. & corrupt. & dicit Bar. in prima opp. ubi dicam.

Nota tamen q̄ licet istud contingat secundum diuersa tēpora non tamen contingit secundum diuersas personas, licet aliās soleat argui de personis ad tempus. l. qui plures liberos, supra eod.

Et hoc est, ne fiat dispar determinatio, vt probatur in l. iā hoc iure. §. 1. §. eo. & in l. quamuis. C. eo. & de personis ad tempus, vel econtra, tunc valet argumentum, quando est eadem ratio: quod in proposito non est. Nam qui diuersa tēpora complectitur, creditur velle in quolibet valere substitutionem, & ideo vt seruetur voluntas eius, variatur substitutio ex tēpore, cū eadem diuerso tēpore non procedat. Sed qui diuersis personis vna conceptione verborū substituit, licet omnibus velit substituere, creditur tū, eā facere substitutionem velle, quæ omnibus cōueniat, cū aliā, saltem vulgaris, in persona cuiuslibet possit habere locum.

Decimo nota ibi, capiet, secundum Aret. & Patrum meum 100 Soc. q̄ verbum capiet, dicitur verbum directum. Importat. n. q̄ substitutus per se accipiat, vt hic. Et pro concord. allegat. l. Titia cum testamento. §. 1. infra de leg. 2.

Aduerte ad duo primū, quia est quod sit directum, non tamē dīdirectum ciuile, secundū Bar. j. in. 4. col. ubi an sit verū dicam.

Secundo, q̄ immo videtur verbum commune iuxta intentionem d. §. 1. dicit enim ibi tex. capiat se ipso, innuens, quod etiam de manu alterius capere possimus.

Et ita vñ sentire Bar. j. col. 9. dum disputatur de compendiosa per verba communia, & allegat illum tex. sed ibi dicam.

101 Vndecimo nota ibi, patris duntaxat, q̄ per directam militarem solum bona militis capiuntur, & ratio est, quia alias priuilegium esset filio hæredi & maiori iniuriosum, quia auferret ei liberam testamenti factionem, contra ea quæ traduntur in l. stipulatio hoc modo concepta, infra de verb. obli.

102 Et alias pro regula priuilegia sic interpretari debent, ne cuiquam sint onerosa. l. impuberi, supra de admin. tuto. l. nec auus. C. de emancip. liber. & in terminis hoc probatur in l. cum filius, & in l. milites etiam, infra de mil. testam.

Ex hoc inferitur, q̄ per eam, non instituto, sed militi testanti succedit. Quia si instituto succederetur, et bona eius caperentur, ne alias ipse diceret pro parte testatus, & pro parte intestatus, § regulam l. ius nostrum, infra de reg. iur. quod esset cōtra istū tex.

Confirmatur hoc, quia alias miles diceretur pro alio, per se habili ad testandum, testari, quod absonum est, argumento l. illa in stituito, supra tit. primo.

Et ista opinio meo iudicio vti verior tenenda est, licet Imo, Pau. de Cast. & D. meus Soc. videantur tenere, q̄ succedatur instituto. Et Soc. nititur illud probare sex argumentis, vt per eum.

Sed quia parum faciunt & eis respondent nouissimi Reptentes, aliter non refero, nec vltra insisto, vide per eos.

Et tenendo hoc, sequitur quod primus institutus definit esse hæres, & secundus sit hæres, & quidem nouus.

103 Ex quo singulariter infert Angel. q̄ § iste secundus hæres, & sic substitutus per militarem, nouum inuentarium facere debet, nec, quod fecit primum hæres, ei sufficiet, secus tamen esset in succedente per fideicommissum, secundum Bart. & alios in l. in ratione. §. quod vulgo. §. ad l. Falc. Quod pro nunc non examino, sed vide ibi per Doctores.

104 Ex hoc notabili inferebat Imo, aliud, q̄ per hanc directā militarem mater nō excluditur a legitima filio debita in bonis patris. Nā cū illa directā, velut priuilegiū, debeat interpretari concessa sine iniuria tertij, nō videtur q̄ matri in d. legitima obesse possit.

Articulus est dubius, D. meus Soc. hic plenē examinatus, sed dīcā, §. post glo. ubi Alex. tangit. Nota tñ, & interim super hoc cogita, quia vñ q̄ questio procedat, etiam respectu aliorum venientium ab intestato ipsi filio. Nam & ipsis filiis hæreditas debetur, & dicere poterunt, filio pater legitimā debuit, sed infra dicemus.

105 Duodecimo & vltimo not. ibi, cum fructibus &c. § quod per hanc militarem nedum bona militis, sed etiam fructus eorum veniunt, vt est hic casus, & in hoc iste tex. non reperitur alibi. Sed tunc nō leuis est dubitatio, de quibus fructibus loquatur lex ista. Nam cum dicat in hæreditate inuentis, dubitatur quo tempore intelligatur inuenti, an. s. tempore mortis militis testatis, prout intelligebat Angel. & qui sequuntur eum, an vero tempore mortis primi hæredis, prout voluit Bar. infra in §. opp. & ibi oportunitus referuo dicendum, ne ordinem Bar. peruertamus.

Expeditis textualib. antequam veniam ad glo. expediā tres primas opp. Bar. quæ non tangunt glo. Ex dictis ergo Barto. in 1. opp. collige duas conclusiones.

106 Prima est, q̄ § vna directā substitutio potest in aliam directā mutari, vt dixi supra in quinto notabili, non autem in fideicommissaria. Cū Bar. transeat Doctores. Tu circa hoc tria pondera.

Primū, q̄ non vñ verū in proposito quod fiat talis mutatio, & quod vna transeat in alterā, seu quod vna substitutio recipiat variationē, sed veritas vñ quod ex pluribus substitutionibus ab initio in compendiosa cōprehensis, qualibet suo tēpore & in suo casu locum habeat, & nunquā vna & eadem substitutio variatur.

Et si dixeris, quod ista variatio refertur ad cōpendiosam, dicaz, q̄ illa in se non variatur, sed semper licet cōpendiosa, & p̄ illā per se, quo ad substantiā & effectū, non dī substitutio, vt dixi in p̄missis, & dicā §. in secunda questione Bar. substitutiones autem in ea cōprehensæ suo casu & tempore valebunt, vt dixi.

Secundō cōsidera, q̄ illud, quod de vna directā ad aliā in proposito consideratur, etiā de directā ad fideicommissariā, cōsiderari potest. Nulli enim dubium est, quin postquam potuit habere locum directā, puta vulgaris, vel pupillaris, possit etiā fieri locus fideicommissariæ, & sic etiam in non habentibus symbolum fieri potest transitus, vt infra patebit. Et sit exemplum, si fiat compendiosa a pagano filio impuberi per verba communia. Nam in ea vulgari, pupillaris, & fideicommissaria continetur, & qualibet suo casu & tēpore potest habere locum ut infra uidebimus.

Tertio cōsidera quod ad iura. de quib. Bar. opponit, potest planius responderi, prout etiam nouissimi aduerterunt, tenendo q̄ in dd. iuris. fuerit facta substitutio per uerba directā. ut Doctores uolunt, uidelicet q̄ iura illa loquuntur in pagano, qui talib. uer-

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

bis utens, non habet potentiam conformem verborum importantia, nimirum ergo si verba non operantur propter defectum potentia. Et ut fideicommissaria, post pubertatem valere non potest propter naturam verborum directorum.

Hic vero loquimur in milite, qui, quod verba directa important ex privilegio potest, & ideo iure optimo valet postea, ut directa militaris.

Et hoc dictum sit, tenendo communem opinionem, quod a pagano facta per verba directa post pubertatem expiret, de quo tamen an sit verum, videbimus infra, & ad ea quae ibi dicam me remitto, ubi etiam declarabitur intellectus dicta l. verbis, & dicta l. in pupillari.

107 Secunda res est, quod fideicommissaria substitutio de specie opposita directa, ita dicit Barto. hic in fi. & Doctores transeunt. Quod declara, quia per directam quis propria auctoritate capit, & fit verus haeres, sed per fideicommissariam quis de manu alterius & non fit haeres, sed loco haereditis. l. postulante. §. 1. j. ad Trebell. sunt & alia propter quae istae substitutiones videntur oppositae, de quibus infra dicam.

Circa secundam & tertiam opp. Bar. dicit ut per enim cum quo omnes transeunt.

108 Venio nunc ad gl. 1. dum allegat l. 1. C. de test. milit. est corrupta, vult allegare l. 1. C. de test. milit. Et idem l. ex militib. C. de test. mil. & utrobique gl. dicit gl. 3. dum dicit non solum paternam, & demonstrat, de eis minus fuisse dubium, sed dicit ut dixi in §. notab. gl. fi. diuiditur in quatuor partes principales.

In prima subaudiendo textui, ipsum declarat, vique ibi, iure directo forsan &c.

Ibi secunda, in qua quaestione resoluit, utrum s. post pupillarem aetatem valeat in tex. nostro substitutio iure directo, vel obliquo vique ibi, si autem esset paganus.

Ibi tertia, in qua quaerit, quid iuris si a pagano fiat compendio sa, vique ibi, & facit j. &c.

Ibi quarta & vltima, in qua allegat duo iura contraria, & non soluit. Sed pro ipsorum solutione vide Ale. j. col. 25. & aliquid dicam in 7. opp. Bar. Rursus secunda pars diuiditur in duas, in prima facit quod dixi.

In secunda remouet contrarium a sua resolutione, secunda ibi. Nec mater impuberis. Similiter & tertia pars diuiditur in duas in prima loquitur, quid si fiat per verba directa; in secunda, quid si per verba communia; secunda ibi. Si autem dixisset &c. De secunda parte gl. dicemus statim in quarta, & specialius in §. op. pos. Bar. De tertia vero dicit Bar. in 2. q. tertiae quaestiones princ. ibi post eum dicemus. Capi ergo quartam opp. Bar. ex cuius doctrina ad litera prius declarata, aliquibus dimissis, collige quinque conclusiones.

109 Prima sit, quod pupillaris comprehensa in compendiosa de ex pressa generaliter, quia illa verba, quandoque decesserit substituo commodè exponi possunt. s. pupillariter, de tñ tacita specialiter, quia non de facta sub specifica forma pupillaris. Illa vero pupillaris, quae in expressa vulgari dicitur comprehensa, de omnino tacita: & ex interpretatione legis subintelligitur. Et cum ista declaratione Bar. transeunt oēs hic, & in l. 1. s. eo. & alibi saepe.

Dicunt nouissimi quod Bart. male sumit ex gl. ista, quod substitutio in compendiosa dicatur tacita, cum de hoc in gl. verbum nullum, sed dicit quod super hoc non est instandum, quia inutile penitus, & factis est, quod illud dixit gl. in l. precibus. C. eo. & ibi videtur probari in tex. ibi, vel expressa, vel compendiosa &c. Et vltra dico, quod Bart. solum dicit quod gl. ista hoc praesupponit, non autem quod dicat & certe videtur praesupponere, dum arguit de tacita pupillari comprehensa in vulgari ad istam, ibi, nam & aliis vulgaris expressa &c. sed ut dixi super hoc non est instandum.

110 Secunda conclusio est, quod praedicta pupillaris excludit matrem pupilli. Quae conclusio communiter approbatur, & est verissima, quicquid senserit gl. hic in Trium, & clare probatur in d. l. precibus, in verbo, si quidem j. pubertatem &c. in c. si pater, de test. lib. 6. & ibi in fi. probatur, quod etiam a legitima matri debita in bonis filij, ipsa excluditur per huiusmodi substitutionem, perinde ac si omnino esset expressa, de quo est casus in l. Papinianus. §. sed nec impuberis, §. de inoff. testam.

111 Tertia est conclusio, quod tacita pupillaris, quae secundum Doctores de comprehensa in expressa vulgari, matrem non excludit, & hanc conclusionem plenius tetigit, & probauit Bart. in l. 2. s. eo. Et cum ea magis communiter transeunt Doctores hic, & in d. l. 2. & in d. l. precibus, & in l. fi. C. de inst. & subst. sub cond. fac. vbi plenè per Alex. Contrarium tñ plerique tenent, ut j. dicit. Iste est subtilis & dubius articulus, & licet per Doctores hic non examinetur, quia tñ est de principalioribus articulis in tota materia substitutionum, & valde vtilis, ipsum ad partes, & plene discutiam.

In primis igitur pro communis opinionem allegatur d. l. precibus, ubi videtur casus in verbo. Nam non est incerti iuris &c. Nam cum praesupponatur facta substitutio in primis casum, & sic expressa vulgari, & ibi dicatur, quod omnimodo defuncto filio post

aditam hereditatem, mater succedit, includitur etiam casus, quo ille impubes decessisset, quo casu fuisset regulariter locus tacita pupillari, sed illa non habet effectum quod matrem.

Et nisi velles quod etiam iste casus includatur, certe Imperator in tota illa lege esset defectiuus, quia in sua distinctione, non comprehenderet omnes casus: quod non videretur dicendum.

Præterea, si iste casus non comprehenderetur, male diceret tex. 112 omnimodo &c. l. illa. n. dictio. oem casum importat. l. si eius exceptione. §. quatenus, ubi Barto. §. quod metus causa, tradit Patruus meus Soc. in l. si quis arbitrato, col. s. j. de verb. obl. Nam reperitur casus in quo mater non succederet, quod omnino videtur contra mentem illius legis.

Secundo allegatur l. fi. C. de inst. & subst. &c. Fuit. n. ibi facta vulgaris substitutio, & dicitur quod si posthumus natus vita matre decessat impubes, substitutus excluditur per matrem, & sic etiam ibi videtur casus, quod tacita, quae dicebatur in illa vulgari comprehensa, non excludit matrem.

Tertio arguitur a ratione cessante. Nam ideo ex tacita pupillari substitutus admitti solet, quia sic praesumitur testatorem disposuisse, si istum casum cogitasset. Quae ratio cessat matre existente, quia tunc non ita praesumitur, sed potius verosimili testatoris voluntas est in contrarium, ne. l. mater a luctuosa hereditate filij excludatur, ut dicitur in d. l. fi. Et aliis id dicendum est, quod verosimile est. l. Iulianus, §. præterea, §. de ac. empt. & l. qui cohabitant, §. qui fundum, cum vulgaribus j. de leg. 3.

Et maxime hoc videtur dicendum, quia verba vulgaris videntur repugnare pupillari, merito ergo solum videtur a verbis recedendum quando adstet verosimilis voluntas testatoris, quae (ut dixi) isto casu videtur cessare.

Quarto pro ista opinione alias ponderabam d. l. precibus, in versiculo si vero substitutio &c. ubi cum tex. ad exclusionem matris enumerat tantum duos casus, vtz quando pupillaris fiat expressa, vel sub verborum compendio, innuit quod alio casu mater per substitutum non excluditur. argumento l. cum praetor, in prin. §. de iud. & inuenio nunc quod hoc argumento vtitur Patruus meus Soc. in l. 2. s. eo. d. 10. colum.

Quinto fm eundem in eodem loco arguitur sic. Vulgaris non trahitur de casu ad casum quod communem regulam, quando veniet ex eo excludenda persona, quaz testator verosimiliter non exclusisset, & cui videtur debita successio, ut voluit Bar. in l. si mater §. 1. j. eo. Ita similiter & fortius, non det vulgaris trahi ad aliam speciem substitutionis, ad pupillarem, quae in sua specie est omnino tacita, cum ex ea mater veniat excludenda, cui filij successio videtur debita. l. nam & si parentibus, §. de inoff. test.

113 Sexto facit, quod quia in dubio humanior sententia accipi debet. l. si pars, §. de inoff. test. l. non tantum, j. de appell. & l. quidam, §. si certum petat, cum siml.

Sed quod mater non excludatur, humanius est, ut ex praedictis constat, ergo &c.

Et ita, ad aliud tñ propositum, videlicet ad exclusionem substituti pro liberis, arguit D. Marianus Soc. aus meus in cōf. 27. Circa praedictam cumulationem, col. s. circa finem.

Contrariam opinionem tenuerunt quidam antiqui tacito nomine, relati per gl. in d. l. fi. Et idem tenuit Fulg. ibi, & in d. l. precibus, ubi etiam hoc sequitur Eccellentissimus Dominus Philippus Dec. compater meus semper venerandus in quarto notabili, & etiam postea in 6. col.

Et pro ista opinione mouetur Fulg. conādo tollere fundamentum communis opinionem de d. l. precibus. Inquit. n. ipse, quod si ita in d. l. precibus determinaretur, indubitabilis fuisset postea decisio d. l. fi. C. de inst. & subst.

Si. n. pro regula, tacita pupillaris quod matrem non admittebatur sine dubio non erat admittenda, quoniam mater erat filio data cohaeres, & tamen in dicto casu maxime dubitatur in d. l. fi.

Et vltra etiam dicit Fulg. & si cōis concolo esset de mente iuris verosimiliter. de ea aliqui aliquid expressum reperiretur in volumine scriptum, cum casus sit frequentissimus, & maximi momenti. Vñ cum nunquam de ea verbum reperitur, arguendo a verosimili, dicendum videtur, quod non sit vera. Sed tuendo communem opinionem responderi potest ad primam considerationem.

Primo secundum Pau. de Cast. in d. l. fi. quod ideo Iustin. in l. si n. posuit illam decisionem, non quia res non esset clara, sed in memoriam, & honorem Papiniani, & Vlpiani, quorum responsa & auctoritatem temper magnificerant, voluit casum decisum iterum decidere, ut clarius appareret. Quae responsio apud me parit valeat.

Vel secundo rñderi potest fm Cor. ibi, illud factum esse, ut adderetur quid iuris matre praecedente, prout ibi in fi. ponit. Pro qua facit in argm. l. 1. §. nulla itaq; C. de vete. iure enucl. Potest etiam tertio dici id factum rone diuersorum titulorum, arg. l. secundae. §. si qd at. C. de vete. iur. enucl. Vel & quarto dici potest, quod immo, quod esset mater ibi cohaeres faciebat dubium, ex eo. n. quod pars ei a testore relicta fuerat, videbat, quod dēret esse contenta, & quod testor uoluerit illam amplius quid habiturā, iuxta tradita per Bar. in l. 2. prope fi. in §. col. s. eo. Item

Item & quinto responderi potest, q̄ ibi non agitur de tacita pupillari cōprehensā in vulgari. De ea enim non fuisset dubiū. Sed agitur de tacita vulgari in alia vulgari, id est de vulgari facta in casu, quo posthumus non nascatur, trahenda, vel ne, ad casus, quo natus, non adita hereditate decedat, & singulariter favore matris deciditur ibi, q̄ non trahitur, prout illū text. intelligit ibi Bar. & plenē etiā dixit in l. 1. col. 1. o. supra eo. versū. quinto quēro.

At secundam vero considerationem responderi potest, satis esse quōd sit cautum iure C. in d. l. precibus, & cum ibi videatur casus, non videtur disputandum quid antea esset.

Præterea etiam dici potest, quod ideo in volumine ffortū, nil reperitur, quia videntes compilatores iam hoc positum in d. l. precibus, noluerūt in Digestis ponere, iuxta d. l. 1. nulla itaq; ibi, & ea quæ sacratissimis &c. Ex his oia dicta Fulgosi remota vnt.

Secundo pro ista opinione inducitur d. l. precibus, in versū. vel expressa, vel compendio &c.

In his enim verbis comprehenditur expressa pupillaris, & quælibet tacita, vt sic omnis casus pupillaris substitutionis dicatur cōprehensus, vt & illa, quæ comprehenditur in vulgari, importetur, exponendo compendio, id est tacite. Ita inducit illum text. & exponit Dominus Dec. in d. l. precibus, 4. notabili. Sed tuendo cō-

munem facilis est responsio. Nam ¶ (ni fallor) alia est intentio Imperatoris, vt in hoc compendio, videlicet loqui tantum de compendiosa, non de qualibet tacita pupillari, vt verba sonant, ideo illa expositio non videtur conueniens. Quod etiam patet, quia text. dicit non vsque ad certam ætatem &c. Quod tacita pupillari, de qua in vulgari non conuenit. Illa enim censetur facta vsque ad annos pubertatis, & sic vsque ad certam ætatem, & hoc fit pupillarem consideras. Si vero consideras expressam vulgare, illa non fit sub commemoratione ætatis certæ, vel incertæ, sed si hæres non fiat.

Præterea illa esset primus casus, tex. tamen ibi loquitur de secundo: loquitur ergo ibi tex. de compendiosa in qua etiam fidei commissaria potest comprehendendi, vt ibi sequitur. Et ita hoc argumentum nihil obstat.

Mouetur ibi Dec. secundo (& fit tertium argumentum contra communem) quia in l. 1. iā hoc iure, vbi de hac tacita loquitur tex. duo tantum casus ponuntur, quibus ista tacita non procedit, videlicet si sit imparitas institutorum, vt in §. sed si alter in ea. l. & probatur in l. quamuis. C. eo.

Item si de contraria voluntate testantis constet, vt in §. fin. illius l. casus autem iste, videlicet matris existentia, ibi non ponit, ergo non debet considerari, arg. l. vnice. §. fin. autem ad deficientis C. de caduc. tollen. &c. ad audientiam, de decim. cum similib.

Sed tuendo cōmunem respondeas ad argumentum, q̄ procedet, quando constaret, quod iuriconsultus ibi exprimere voluisset omnes casus, quibus ista tacita non procedit, quod negatur.

Vnde dico q̄ non valet argumentum, ibi non ponitur, ergo non debet considerari, maximē cum alibi expresse videatur hoc determinari, videlicet in d. l. precibus, & in d. l. fi.

Et q̄ ibi non omnes casus ponantur probatur, quia non ponitur casus q̄ de alio fit expressa pupillaris, quo casu i expressa vulgari tacita pupillaris non cōprehenditur. l. cū ex filio. §. 1. infra eo.

Et ita possent alij casus considerari, qui ibi non ponuntur. Et si dixeris hunc & similes casus comprehendendi sub illo secūdo, de quo in §. d. l. iam hoc iure, videlicet quando de contraria voluntate constat &c. potero hoc fieri, sed dicam eadem ratione & casum nostrum sub eodem casu comprehendendi, cum propter matris existentiam, verosimilis mens testantis sit, tacitam pupillarem non procedere, vt dixi in tertio arg. pro communi.

Quarto facit secundum eundē Dec. in d. l. precibus, in 6. col. quia vbi q̄ agitur de pupillari substitutione, lex matrem pupilli nō respiciat, & de ea non curet, cū velit eam excludi etiā a legitima. d. c. si pater, in fi. & §. dixi, vbi lex si de matre curasset, poterat salua rali legitima in cæteris pupillarem substitutionem admittere.

Sic ergo nec in proposito creditur curare, vt. f. propter eā velit recedi a regula d. l. iam hoc iure, in princ. Responderi tñ potest, q̄ parum aut nihil facit, quia diuersa ratio diuersum ius inducit.

Nam quando fit expressa pupillaris, lex de legitima matris non curauit, quia cum ibi agatur de expressa voluntate & dispositione patris, a quo vxori non debetur legitima, lex noluit dictā dispositionem in aliquo diminueri, vt l. Papinianus. §. sed nec impuberis, supra de inoff. testam.

Est. n. eo casu lex certa de patris voluntate, nec est opus interpretatione. Sed in proposito lex de matre bene curauit, in re dubia interpretatio patris ita voluisse, per dicta §. in d. tertio argumēto.

Et ipsius patris voluntas etiam coniecturata, seruanda est, argumento l. in conditionibus primum locum, & l. pater Seuerianam. §. conditionum, infra de cond. & dem.

Hæc aut vel similit interpretationē lex facere nō pōt, vbi sit expressa voluntas testantis, arg. l. cōtinuus. §. cū ita. f. de verb. oblig.

Quinto secundum eundem Dec. vbi supra confirmatur ista opinio contra communem, quia sicut mater excluditur per ex-

pressam vulgarem, de quo non est dubium, ita, & per tacitam pupillarem excludi debet, ad quam ista vulgaris porrigitur, vt sic extensio fiat cum suis qualitatibus, arg. l. sed si manente, infra de precat.

Sed tuendo communem responderetur (& cum reuerentia tanti viri sit dictum) q̄ hoc argumentum nihil prorsus facit, & cæteris debilius est. Dico enim in proposito hanc porrectionem vulgaris ad pupillarem non fieri cum suis qualitatibus.

Probatur primo, quia tunc non traheretur ad bona pupilli, prout vulgaris non trahitur.

Secundo quia per eam succederetur patri, prout per vulgare. Tertio expiraret adita hereditate, sicut vulgaris. Quæ omnia sunt falsa, vt est notissimum.

Item & quarto ad bona patris omnino traheretur, sicut vulgaris, quod non est, quia non trahitur ad ea nisi fuerint pupillo acquiritā, vt supra dixi in quinto notabili. Sic ergo nec in proposito qualitas vulgaris, q̄ per eam mater excludatur, non reperitur in tacita pupillari per prædicta. Ad l. sed si manente, responderetur, q̄ ibi idem precarium remanet, & in longius tempus prorogatur, nimirum si cum suis qualitatibus. Hic vero ista porrectio inducit aliam, & diuersam substitutionem a prima, Illa enim vulgaris erat, cum ista sit pupillaris.

Demum & sexto pro ista opinione allegat quidā l. quāuis. C. eod. vbi matre viuente disputatur, vtrū tacita pupillaris pcedat, & determinat in casu illo, ideo nō procedere quia facta fuerat vulgaris simul duobus imparibus, quorū vni pupillaris, nō cōueniebat. Ex quo tex. a proprio sensu & a ratione cessante sumitur, quod si fuisset illa vulgaris facta paribus, tacita pupillaris haberet locū, & tñ vt dixi mater aderat, & ista vt bona & fortior inductio.

Sed tuendo communē, ¶ responder Paul. de Castr. in d. l. fin. & Alexand. & alij quidā sequuntur, negando q̄ in d. l. quamuis, mater esset, & Elia illa, de qua text. loquitur, erat vxor testatoris, sed non sequitur ergo mater pupilli, quia poterat esse nouerca. Ista solutio non videtur tuta, quia est diuinatiua, & eam reprobat Ias. in 3. col. Vnde quidā secundo respondebant, fatendo q̄ tacita pupillaris contineretur in vulgari, si nō fuisset in paribus, non obstante matris existentia. Et hoc tantum probatur in d. l. quamuis, sed tamen non sequitur, ergo matrem excluderet.

Dicunt enim quod licet ab initio sit (vt etiam vult Barto. & J. dicam) tamen non habet effectum cōtra matrem, nisi ea premoriente, vel simili casu. Licet ista solutio satis quadrare videatur quo ad verba dict. l. quamuis, ei tamen obstat quod dici solet, verba legis cum effectu debere intelligi. l. penult. §. dicere, supra ne quis eum qui in ius vocan. l. 1. §. hæc autem, supra quod quisque iur. & cap. prelatum, de cler. non residen. Et certe videtur clara mens illius legis, quod ille substitutus, in quem lex illa inscribitur, admittitur, nisi fuisset illa imparitas.

Igitur tertio potest dici, quod ibi non constat, q̄ tunc mater illa viueret. Et licet etiam non constet, q̄ esset mortua, tamen nō esse forte absonū sic intelligere, ne alias, si viua præsupponeret, ille text. secundum prædictam inductionem esset contrarius d. l. precibus, & d. l. fi. Vna ¶ enim lex per aliā declarari potest. l. nō est nouū. §. de legi. & maxime ad euitandā iurium præteritatem, arg. l. vnice. C. de inof. dot. & c. cum expediat, de elec. lib. 6.

Et nota q̄ per hanc viam, etiam prima solutio possit defendi. Non tamen hoc in totum satisfacit, quia tex. ibi in vero eius sensu solum considerauit imparitatem institutorum, quibus illa vulgaris erit facta ad exclusionem substituti.

Vel quarto & melius responderi potest, quod argumentum, & inductio prædicta venit a contrario sensu ex verbis d. l. quamuis. Vnde dico q̄ non debet sumi contra d. l. precibus, & d. l. fi. in quibus videtur casus pro communi opinione, iuxta communiter tradita per Doctores in l. 2. C. de condit. inster. in l. conuenticulam. C. de Episc. & Cleric. & plene traditur maxime per Moder. in l. 1. §. huius rei. supra de offi. eius cui mand. est iurisd. Et maxime hoc in proposito videtur dicendum, quia d. l. quamuis, cum sit l. Alexandri Imperatoris; fuit longe ante d. l. precibus, quæ a Diocletiano facta est.

Et ex his communis opinio ab omnibus, quæ contra eam allegata inueni, defendi potest: a qua in iudicando cum difficultate recederetur. Et secundum eam consuluit Decius sibi contrarius in conf. 3. Superioribus diebus &c. per totum, & sepiissime per alios consultum fuisse studiosius inueniet. Et ego etiam secundū eam aliquando consului. conf. 102. pri. vol.

Sed disputado alia opinio sustineri pōt, & forte de iure est verior. Et vltra alios moueor primo. Nam, si ista substitutio favore matris non admittitur secundū cōmunē opinionē, fortiori vel salte pari ratione non debet admitti favore fratris pupilli & filij testatoris: sed hoc est falsum, ergo &c. Maior pbatur. Nā si mentem testatis consideras simpliciter respectu suę voluntatis, nō est dubiū, quod verosimilius est eū id filij favore voluisse, quam vxoris, argumento l. cum acutissimi, in fi. C. de fideicom. Si vero mentē legis consideras respectu iuris succedendi ab intestato, & ad

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

ea adaptare velis mentē testātis, & tunc olim fortior ratio v̄r̄ q̄a frater excludat matrē. §. p̄ferunt, Insti. de Tertul. Senatusco.

Hodie vero par ratio est, cum pariter frater & mater succedat l. fi. C. ad Tertul. & §. consequēs, in Authen. de h̄red. ab intesta. colla. 8. Minor probatur ex doctrina Barto. magis communiter approbata in l. 2. §. eod. septima col. versic. vlt̄erius quāro an tacita pupillaris excludat fratrem pupilli? vult t̄ enim ibi Barto. q̄ licet c̄erto casu frater excludat substitutum, pro regula tamen p̄cludit, quod contra eum tacita pupillaris admittetur.

Secundō moueor per locum ab absurdo; iuxta l. nam absurdum, infra de bon. liber.

Nam data cōmuni opinione, si ponamus q̄ extet mater & frater, alterū duorū sequetur, vel q̄ mater, quā ab intestato solū vocatur ad partē, in parte tantū excluderet substitutū, ne plus sibi detur, quā ab intestato sit habitura, vel si in totum, q̄ excluderet fratrem a sua parte. Vtrunque est absurdum, ergo &c.

Primum enim esset contra regulam l. ius nostrum, infra de reg. iur. quia tunc pupillus diceretur fecisse pro parte testatus &c. secundum vero esset contra d. l. fin. C. ad Tertullia. nam mater solū ab intestato pro parte dicitur admitti, ergo tantum pro parte deberet vocari.

Nec dicas q̄ etiam frater pro sua rata admitteretur, quia cum contra eum tacita pupillaris admittatur, non habeat ius aliquod contra substitutum.

Tertiō, hoc probatur, quia licet ista substitutio tacita videatur omni respectu, tamen videtur eiusdem effectus cum illa, quā in reciproca continetur, ita videtur reprobari in d. l. iam hoc iure, in vericulo. Quod ius ad tertium quoque genus &c. videtur enīz velie text. quod pari iure dicitur fieri substitutio pupillaris siue sola fiat vulgaris, siue etiam fiat reciproca, alioquin non illud ius traheretur, sed nouum induceretur. Sed non est dubium, quod si fiat reciproca per pupillarem mater excluditur, ergo etiam si fiat sola vulgaris.

Ad quod facit d. l. quamuis, considerādo q̄ idem d̄r̄ ibi (respectu tacite pupillaris) de vulgari expressa, quod de reciproca dicitur in d. l. iam hoc iure. §. r. & in l. 2. C. eod. f. q̄ facta imparibus pupillarem non contineat, & l. Lucius, infra eod. Et tenēdo istā partem, ad allegata in contrarium sic responderi potest.

119 Et t̄ primō ad d. l. precibus, in qua stat omnis difficultas (ad alia enim facile respondebitur vt videbis.) Et pro responsione cōsidera, quod si ibi communis opinio probatur, necesse est, vel q̄ ibi nouiter inducatur, & amplius per prius non p̄supponatur inductum, vel quod p̄supponatur per prius alijs iuribus inductum, sed neutrum videtur posse dici, ergo &c.

Primum etenim dici non potest, primo quia esset inauditum, q̄ ius tam importans & iuri antiquo derogatorium inducatur p̄ tacitum & subauditum intellectum. Si enim per illum text. hoc nouiter induceretur, p̄supponeretur, q̄ secundum ius antiquū regula d. l. iam hoc iure, in prin. procedebat etiam contra matrē, & per consequens, hoc per nouam legem tolleretur, quod cum expresse non dicatur, dicendum non videtur, arg. l. p̄cipimus, in fi. C. de appella. nec subauditus sensus debet admitti ad remotionem iuris antiqui.

Secundō, quia tunc non esset iuris certi, vt vult ibi text. sed maxime dubij, immo vsque tunc certitudo fuisset in contrarium ex regula d. l. iam hoc iure.

Secundum similiter non videtur conuenienter dici posse.

Primō, quia si ita esset, absq̄te dubio in antiquis legibus mentio aliquando de hoc fieret, vt considerabat Fulgo. attenta frequentia & importancia casus, & maxime ne d. l. iam hoc iure, generaliter loquens, quēquam deciperet.

Et licet hoc non p̄cludat necessario, per ea quē dixi §. in responsione primi argumenti defendendo communē, t̄ plurimū sit verosimile secundum morem voluminis s̄orum, in quo in similib. reperiuntur decisiones, licet illæ etiam reperiuntur in volumine C. & maxime quando in C. hoc clare non exprimitur.

Secundō illud dici non potest, quia tunc vana prorsus fuisset dubitatio Papiniani, & Vlpiani, de qua in d. l. fin. protracta vsq̄ ad tempora Iustiniani.

Cum in eo casu esset maior ratio, propterea q̄ erat data cohæres. Nec fuisset opus q̄ Papinianus illud in fauorem matris considerasset, quia indistincte erat vocanda. Nec est bene dictum, q̄ matrem fuisse cohæredem, faciebat dubium in contrarium, vt alii qui dicunt, & dixi supra in quarta solutione ad primum argumentum contra communem.

Quoniam, si verum amamus, hoc est contra mentem Papiniani ibi relati, & Iustiniani referentis, cum illud expresse ibi allegatur ad exclusionem substituti in fauorem matris.

Cum igitur istæ considerationes in eo tex. videantur vrgentissimæ, & per consequens dici non possit, nec q̄ nouiter indicat, nec q̄ inductū p̄supponatur, sequit q̄ in ea l. nō probatur cōs opinio, Nec obstat inductio §. facta, quia fateor, matrē omnino sic cedere, nec tacitam pupillarem habere locū, quia ab initio sic

ordinata fuit vulgaris, vt illa sola facta diceretur. Et hoc voluit ibi text. dum dicit, si primo casu tantum habuit substitutum.

Volunt enim illa verba, quod sic facta erit substitutio, vt primo tantum casu locum habitura esset, & per consequens sola vulgaris, quæ dicitur primus casus, non autem aliquo modo pupillaris, quæ dicitur secundus casus.

Nec curandū est, an testator vsus fuerit illa dictione taxatiua, vel alijs verbis idē importantibus. Hoc enim certe nō habemus, quia verba illa si primo casu tantum &c. sunt verba Imperatoris referentis vim substitutionis a testatore factæ, vel quæ fieri potuit. Et ita, quod ad illum tex. considerabat Fulgo. ponderādo verbum tantum. Facit quia aliās dicitio illa, tantum, nihil operaretur, satis enim fuisset Imperatori dixisse si primo casu habuit &c.

Quod non est tolerandum. l. si q̄, infra de lega. primo. ca. si Pa. p̄ de priuil. lib. 6. Et ista est probabilior solutio ad illum tex. Et ideo quasdam alias solutiones mitto, quas ibi reprobant Doctores, vt ibi per eos maxime Ias. videri potest. Nec obstat q̄ secundum hoc Imperator videretur defectiuus, cū de tacita pupillari, cōprehensā in vulgari, nunquā loqueretur: quā responderi potest, nō probari q̄ Imperator voluerit ibi omnes casus prosequi in materia substitutionis considerabiles: sed voluit tantum duos casus prosequi, videlicet primum, qui est ante aditam, & secundum qui est post aditam, & ita quidam dixerunt, potest etiam & secundo responderi, q̄ immo & de ista tacita virtualiter loquit, & ita nihil omittitur. Nam & ipsa dicitur secundus casus. Vnde cum in secunda parte tex. ibi, si vero substitutio & in secundum casum &c. generaliter loquatur de secundo casu, etiam de ista tacita videtur loqui. Nec obstat q̄ in tex. solum de expressa, vel cōp̄ndiosa fiat mentio, quia dici potest, q̄ illud sit gratia exempli, 120 per quod t̄ generale dictum non restringitur. l. regula. §. fin. de iur. & fac. ignor. l. damni infecti, la secunda, in fi. infra de dam. infect. &c. r. ne cleri. vel mona.

Et ita illum tex. declarando retorquetur contra communem. Nam, si in secunda parte loquitur tex. de quolibet secundo casu, & per consequens etiam de ista tacita pupillari, ibi clare dicitur q̄ decedens impubes post aditam h̄reditatem, eos habebit h̄redes, quos pater ei constituit.

Et ita ibi clare probaretur, q̄ ista tacita p̄ matrē admitteretur. cogita tamen quia est noua consideratio, nec audeo easi p̄bere pro constanti, quia verba tex. aliquantulum videntur ei resignare. 121 Secundō t̄ non obstat d. l. fin. quia potest dici primo, q̄ nō loquitur tex. de tacita pupillari, sed de tacita vulgari secundū intellectum Bar. de quo dixi supra in quinta responsione ad primum argumentum contra communem. De quo tamen intellectu an sit verus, nihil firmo, sed vide per Doctores in locis supra allegatis. Secundō ad l. fi. responderetur secundum Fulgo. quod ibi sit speciale, eo quia mater erat data cohæres, vt videtur sentire tex. ibi. Si enim & suæ substantiæ partem, &c.

Et ita ille text. declaratus per locum a speciali videtur contra communem opinionem. Et ex hoc responderetur ad tertium, dico enim q̄ immo ratio non cessat, & existētia matris non est iusticiens coniectura contra tacitam pupillarem, nisi illa fuerit data cohæres pupillo vt probatur in d. l. fin. & modo dixi. Alias autem contra matrem voluntas testatoris p̄sumenda videtur, cum bona sua alteri designauerit non obstante matris existētia.

Et maxime, quia raro, vel nunquam pupillus viua matre dicitur habere aliud, quā bona patris, in quibus mens patris videtur semper eadem, vt. veniant ad substitutum, si filius eius non poterit gaudere. Nec talis mens videtur variari ex eo quod pupillus adierit, nisi aliqua adesset coniectura, puta, quia matri dederat partem propriæ h̄reditatis. nam tunc bona est coniectura, quod noluerit eam excludi a luctuosa h̄reditate filij, & ita procedat d. l. fi. Et quod d. l. fi. & ratio illa, ne mater a luctuosa h̄reditate excludatur, solum procedant, quando erat data cohæres. Vltra p̄dicta probatur in text. ibi, in hac specie &c. & inferius ibi. In huiusmodi casu. Quæ verba videntur restringere decisionem illius legis ad casum p̄positum.

Et si dixeris q̄ hoc videtur contra l. quamuis. C. eo tenēdo q̄ ibi Elia esset mater, nam erat data cohæres, & tamen non excluderet substitutum secundum inductionem, quam feci supra in vltimo argumento contra communem. Responderetur, quod illud fuit nouiter inductum per d. l. fi. & tempore l. quamuis non erat, licet de eo fuisset quæstio, vt constat ex dubitatione Vlpiani, & Papiniani allegata in d. l. fin.

P̄terea d. l. quamuis, tendit ad aliud, & illud non exprimit, sed incidenter & a sensu cōtrario videtur p̄supponere, qui sensus contrarius non est sumendus contra d. l. fi. quæ ex post facta fuit. Immo posset dici quod sit vna ex quinquaginta decisionib. additis a nouo Codice, vel si non fuit de illis quinquaginta, hoc certum videtur quod fuit addita in nouo C. & sic non erat tempore primæ compilationis C. quando l. quamuis, fuit approbata per Iustin. Et d. l. fi. fuit facta in casu de quo Papinianus dubitabat & ex ratione per ipsum considerata.

Non obstat quartum, quia responderi potest quod non sequitur ponitur ad exclusionem matris expressa pupillaris & compendiosa, ergo alio modo non excluditur. Casus. n. qui ibi est omisus, remanet sub regulis iuris, quae distant quod facta expressa vulgari, virtualiter etiam pupillaris facta dicatur, ut d.l. iam hoc iure.

Præterea etiam dici potest, quod etiam de ista tacita ibi ponatur sub genere, secundum casus, & quod ibi exprimitur, ponatur gratia exempli, prout supra dixi. Ad quintum responderi potest quod Doctrina Bart. in d.l. si mater. §. si non est vera prout illum reprobat ibi D. Iac. qua remota corrumpit argumentum. Posset etiam & secundum dici (posita illa Doctrina Bart. pro vera) quod ex diversitate rationis tollitur argumentum. Ibi. n. secundum Barto. agitur de excludendo nepote testatoris, in quem maxima est affectio l. liberorum, cum gl. j. de verb. sign. hic verò de excludenda vxore in qua non est tanta affectio, præsertim circa bona, cum liberis nostris ex voto omnia paremus. l. scripto, j. vnd. lib. non sic vxori ut notissimum est, prima solutio magis placet.

Ad vitium re. pòdetur, quod illa regula procedit in casibus dubijs, nos autem sumus in claro, cum lex pro regula dicat, facta expressa vulgari etiam pupillari locum fore in casu suo, ut d.l. iaz hoc iure, d.l. quamuis. Et cum iura illa pro regula & generaliter loquantur, generaliter & regulariter debent intelligi. Et qui contrarium de aliquo casu vult dicere, illud probet, alias regulæ standum est iuxta notata in l. omnis definitio. j. de reg. iur. Et pro vero satis durum videtur illam regulam restringere, & sic d.l. iaz hoc iure, quando mater non superesset. Et durius etiam hoc pateretur d.l. quamuis, cum præsupponatur matrè extare, & tamen in principio ponitur d. regula, quæ etiam ad casum, de quo, ibi applicaretur, nisi fuisset imparitas institutorum, quod nata ad corroboracionem sexti argumenti facti contra communem. Et ex his defenditur ista opinio contra communem, quæ pulchra est in disputatione.

Si tamen velis iterum tueri communem opinionem, faciat fundamentum in d.l. precibus, inducta ut §. Nec obstat solutio §. puta ponderando dictionem, tantum, quia dici potest, quod ibi solum habetur respectus ad expressionem verborum, quibus in specie dicitur, quando fit vulgaris, dicitur facta substitutio tantum in primum casum. Et cum Imperator ibi distinguendo velit perfectè consultantur rñdere, verolimile est, quod omnes casus tangat, & nullum omitat, & ita nec casum istuz tacite pupillaris, de quo rectè considerando, non videtur quod sit posita decisio, nisi in versiculo. Nam non est incerti iuris &c. Non. n. videtur utuz, quod de ea fiat mentio in ij. par. sub generalitate secundi casus, quia lex illa (ut dixi) videtur habere respectum solum ad verborum expressio nem. Et illa verba expressa, vel compendio &c. non videntur poni exempli gratia, sed potius demonstratiuè. Quomodo Imperator intelligat substitutionem factam in secundo casu. Et dum considerabatur, quod aut inducit nouum ius, aut inductum præsupponit, dici potest capiendò secundum, cui non obstat, quod in volumine digestorum non reperitur de hoc mentio, quia responderi potest, ut dixi supra in solutione primi arg. §. communem in fi. Nec etiam videtur ob stare quod tunc vana esset dubitatio &c. ut supra dicebam, quia posset dici quod immo non vana, vel salteq; tolerabilis fuit, secundum ea quæ in d. solutione primi argumenti dixi, maxime in 2. & 3. responsione.

Et istis declaratis ad tria nouiter contra communem considerata responderi posset. Et ad primum, quod maior ratio est, ne mater excludatur, quam frater. Nam matri in testamento filij debetur legitima, & posset filij testamentum querelare, ut est notum, nõ sic reperitur in fratre regulariter loquendo. Et licet hodie lex ab intestato fratrem simul cum matre vocet, tamen propter prædicta negari non potest, quin magis matri, quam fratri hæreditas filij debeatur. Et hoc si vis tenere illam Doctrinam Barto. in d.l. 2. de fratre pupilli. Sed si eam non admitteres, prout aliqui non admittunt, argumentum totaliter ruit. De qua tamen an sit vera vide in dicta l. 2.

Ad secundam rationem responderi potest, quod non procedit, tenendo contra Bart. quod immo nec contra fratrem tacita pupillaris admittatur. Quia dicam, quod & ipse, & mater, quilibet pro sua rata excludit substitutum, & nullum sequetur absurdum. Sed tenendo cum Bart. prout in argumento præsupponitur, responderi potest, capiendò partem illam, quod mater in totum repellat substitutum, & sic totaliter reducat rem ad causam intestati. Quo posito, dicitur aperta via etiam fratri, ut pro sua rata ab intestato succedat.

Et ita habeat propter matrem pupilli, quod per se habere nõ poterit. Nam & alias quis per alium habet, quod per se non haberet, ut l. si communem, & ibi notatur, supra quemadmodum seruitur. & in simili proposito videmus quod propter præteritum aperitur via petendi bonorum possessionem §. tabulas filio instituto, quod per se non habuisset. l. si duo, in prin. j. de leg. præst. & l. si post mortem. §. si. j. de bonorum possessionem §. tabulas, cum simili. sicut ergo præteritio vnus, qui tñ pro parte ab intestato

successurus erat facit totum testamentum stabulari, ut ita dixerim, & ita etiam instituto datur facultas petendi contra tabulas ita etiam & in casu isto matris existentia in totum excludit substitutum, & ita re ad causam intestati reducta, fratri pro sua parte succedendi data erit facultas.

Et secundum hanc considerationem nullum sequitur absurdum.

Ad tertium responderi potest, negando illam iuris paritatem. Nam cum pupillaris in reciproca dicatur expressa in generalitate verborum, & sic veniat ex verbis, debet esse potentior, quæ illa tacita in vulgari, quæ nullo modo ex verbis venit, quibus dicitur repugnare sed omnino dicitur tacita, & ex sola interpretatione legis venit.

Nec obstat d. vers. quod ius &c. quia intelligitur idem ius respectu continentia, ut sicut facta vulgari, dicatur vtraque facta, sic et facta reciproca, vtraque continentur, quid autem postea contentæ substitutiones operentur, ibi non dicitur, sed ex alijs iuribus, & 22 rationibus sumendum est. vnde dicemus quod pupillaris in reciproca matrem excludat per l. Lucius, j. co. non illa in vulgari per d.l. precibus. Et differentia ratio fit, quam modò dixi.

Præterea istud argum. facit, quia vulgaris porrigitur ad pupillarem. l. 2. & l. quamuis. C. co. & tamen non cum suis qualitatibus, ut dixi §. respondendo ad quintum argumentum factum §. communem. Et ita communis opinio defendi poterit.

Super istis tamen solutionibus cogitabis, quia forte non omnes sunt tute.

Nam illa ad primum argumentum potest tolli, quia licet legitima matri debeatur, quando filius ipse testatur, tamen quando pater pro eo testatur, non debetur, ut l. Papinianus. §. sed nec impuberis §. de in offic. testam.

Et sic loquendo in casu nostro, cum de pupillari a patre facta agatur non videtur quod mater plus iuris habeat, quam frater, & sic videtur quod illud primum argumentum procedat.

Præterea non videtur, quod secundum communem opinionem in matre consideretur ius ad legitimam, quia tunc ad eam tantum vocaretur, sed ius succedendi ab intestato, quod pariter reperiretur in fratre, ergo &c.

Item etiam solutio ad secundum vbi dubia, quia argum. de præterito & instituto ad matrem & fratrem non vbi securus, quia si præteritus repudiat, adhuc institutus potest petere §. tabulas. ut d.l. si post mortem. §. si. l. non nunquam, de leg. præstam. Quod forte non procederet in matre repudiante: quia cum tunc §. communem opinionem tacita pupillaris hæret effectum, ut §. videbimus, frater non posset §. eum admitti cum ipse per eam excludatur. Posset etiam solutio ad tertium argumentum reddi dubia ex eo, quia illa verba, quod ius &c. non solum respectu continentia, sed simpliciter videntur intelligenda, maxime cum dicant ius. ex quo vbi etiam effectus importari & præsertim istud vbi dicendum, cum contrarium expresse non reperitur iure cautum.

Nec obstat, quod de porrectione vulgaris dictum est, quia nõ videtur verum, quod vulgaris porrigitur, sed substitutio simpliciter, ut illa iura dicunt, & intelligo, id est vocatio substituti, ut sic ipse admittatur etiam ex pupillari.

Iterum super istis cogitabis, quia super omnibus dubitari potest. Et placuit sic ad partes instare gratia dubitationis, ut hunc pulcherrimum & subtilè articulum hincinde disputabilem ostenderem, nec per aliquem inuenies ita plene discussum.

Tu quam partem velis disputando eligas, eam. n. ex prædictis scies optime tueri. Iudicando tamen & consulendo non recedas a communi opinione.

Quarta colligitur conclusio ex dictis Bart. (posita communi opinione in præcedenti articulo) quod in expressa vulgari ab initio tacita pupillaris continetur, etiam matre viuente, licet contra eam non sit admittenda. Et ista sit in hac difficultate vna opinio, quam magis communiter sequuntur Doctores, ut hic per Alexand. & alios.

Et huius opinionis præcipuum fundamentum est d.l. si. C. de inst. & subst. iuncta regula. Quæ ab initio, infra de reg. iur. inducendo ut per Bart.

Et secundum Aret. confirmatur, quia si diceremus, quod ab initio non fuerit facta tacita pupillaris propter matris existentiam, & moriatur testator, si mater postea ante filium decederet, impossibile esse quod postea tacita pupillaris oriatur, cum illa oriatur ex voluntate testantis, quæ iam per eius morem finita fuit. l. cum hic status §. i. supra de donat. inter vir. & vxor. cum simili. ut per eum.

Pro quo etiam facit regula d.l. iam hoc iure, & d.l. quamuis, quia dicitur quod facta vulgari substitutione dicitur facta substitutio in vtrunque casum.

Nec reperitur ista regula limitata quod ad essentia substitutionis propter matris existentiam, ei ergo regulæ istadum est. Ita arguebat Dec. in d.l. precibus, §. col. 2. ut per eum.

Alia opinio, prædictæ contraria, fuit Petr. post gl. hic, ut refert Bar. videlicet quod immo ab initio vbi mater viuuit, in vulgari.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

gari pupillaris non contineatur, & aliqui istam opinionem sequuntur. Et fundamentum est, quia si inesset, deberet simpliciter etiam contra matrem operari effectum suum, cum taciti & expressi idem sit iudicium.

125 Nec solutio Bar. huic argumento videtur tuta, cum per eam solum detur instantia extra materiam, quod non sufficit ad tollendam vim argumenti, ut dicunt Canonistæ, maxime Abb. in 3. no. tabili in c. constitutus, de appell.

Et hanc solutionem Bar. reprobat Sal. in l. precibus. 2. col. C. eo. refert & sequitur Ias. hic 10. col.

Quare, tuendo communem opinionem, respondet Ias. aliter ad argumentum Petr. Quia secundum cum regula l. cum quid, 26 §. si cer. pct. non procedit in dispensationibus, quia sunt odio scilicet secundum gl. c. 1. de fil. presb. & Bar. in l. cum propter, §. de adi. men. lega. prout ipse allegat. In illis enim requiritur expressio, sed pupillaris substitutio dicitur dispensatio quædam, quæ contra regulas conceditur, ut alter pro altero testetur, ergo &c. Sed ista solutio non videtur bona.

Primo, quia pupillaris substitutio fortasse non est dispensatio saltem odiosa: quoniam illa dicitur favorabiliter concessa favore pupilli, ut habeat heredem ex testamento, ut est bonus tex. in l. si pupillus, alias incipit Iulianus, in prin. infra de acqu. hered. ibi impugnat enim utilitatem &c.

Præterea etiam in dispensationibus sæpe tacitum idem operatur, quod expressum. Nam dispensatum est, ut testamentum militis non subiacet querelæ. l. si instituta. §. de inofficioso, §. de inofficioso testamento, & procedit etiam hoc in tacita exheredatione. l. sicut certi. C. de testam. milit.

Et præterea etiam in proposito nostro ista pupillaris, etiam tacita, procedit, si mater non sit in medio, & tamen secundum Ias. dicitur dispensatio. Nec allegata per Ias. obstant, quia non repugnant. Bene fateor, quod dispensatio dicitur odiosa, & restringenda, c. 1. de filiis presb. lib. 6. in fin. quem text. forte voluit Ias. allegare. Tamen ex eo non est inferendum quod aliquando in ea tacitum non operetur, quantum expressum.

Vnde pro tutela communis opinionis dicendum est, quod regula d. l. cum quid, procedit quando tacitum venit ex sensu verborum ex propria natura actus, quod in proposito non est, quia nec propria natura vulgaris substitutionis, nec verborum sensus importat hanc pupillarem, sed illa venit ex legali interpretatione, ex cõiecturata voluntate testatoris, & operatur effectum suum, quatenus nihil tali cõiecturæ repugnet. Sed tali cõiecturæ repugnat matris existentia, ideo tunc tacitum non operatur, quod operaretur expressum. Ita est de intentione Sali. ubi supra, licet non ita clare loquatur.

Potest etiam dici prout etiam nouissimi aduerterunt, quod d. regula procedit quando tacitum inest præcisè & simpliciter, at in casu nostro inest limitate, & cum ista qualitate, ne matrem excludat, ergo &c.

Sed ultra Petr. secundò pro eius opinione & ad remouendum fundamentum Bart. fortiter videtur vrgere l. 2. in prin. verbi sed si extraneum, supra eo. Nam ibi ab initio pupillaris nulla fuit ex defectu patriæ potestatis, & tamen sequuta adoptione valet. Sed ex intentione Bar. ibi, licet ad aliud propositum, responderi potest, illud ibi esse, quia expressa pupillaris ab initio non fuit in totum inutilis, cum valuerit ut vulgaris.

Sed dicas, quod hoc nihil est, nec tollitur difficultas, nam & hic fuit ab initio valida vulgaris. Nec ex eo tollitur regula quæ ab initio, §. de reg. iur. considerando quamlibet substitutionem de per se. Vnde Ias. tuendo Bart. respondet, quod immo illa pupillaris ab initio valet, quia debet præsupponi prius facta arrogatio, & ita tempore factæ pupillaris non deficit patriæ potestas.

Et ita post aliquos ibi illum tex. intelligit. Sed licet iste intellectus ad illum casum sit pulcher, & ibi aliquando fuerim sequutus eum, tamen non est communis, ut ibi per Doctores & contra eum facit ordo litterarum, ibi, secundum quem substitutio præcessit arrogationem. Et quod procedere possit & valeat, si postea imperueniat patriæ potestas, facit in argumentum l. coheredi. §. cum filie, ibi, aut post testamentum cepit tenere &c. infra eo.

Igitur tertio loco responderi potest secundum nouissimos repentes hic, & ibi illud est, quia cum fuerit facta pupillaris expressa, aperte constabat de voluntate testantis, erat enim inhabilitas personæ, quæ per arrogationem cessauit, & ideo substitutio valebit cessante impedimento. Sed in casu nostro si ab initio non inesset, ex post suboriri non posset post mortem testantis, cum cesset tunc eius voluntas. Sed nec ista solutio satisfacit, quia licet verum sit mortui nullam esse voluntatem. Idem non poterit quod quis post mortem incipiat aliquid velle, tamen non per hanc viam proceditur. Sed dico quod lex eueniente casu quod mater decedat, interpretatur usque ab initio testamenti in hunc casum fuisse de voluntate patris, habere locum substitutionem quasi sub conditione, si mater deficiat.

127 Quare per ultra alios responderi potest quarto modo, illud ibi

esse quia impedimentum cessat viuo testatore, hic autem eo mortuo. Et ratio sit, quia cum disposita in testamento sumant effectum, cum testator moritur. l. si alienum. §. in extraneum, supra titulo primo. & c. cum Marthæ. de celebr. missi.

Et cum dicatur testam. vltima voluntas, tunc cessatur ordinari iuxta l. primam. C. de sacros. eccl. dicitur tunc cum illa voluntate decedere velle, adeo ut per interpretationem dicatur facta substitutio post arrogationem. Non sic potest in casu isto considerari, cum tempore mortis adesset mater, quæ pupillarem impediatur.

Tertio pro Petro (ut audio) quidam Moderni viucentes arguebant à partibus sufficienter enumeratis. Nam aut vis quod ista substitutio ab initio inest ex dispositione legis, & non potest hoc dici, quia lex ubi mater est, ea non admittit, ut dictum est secundum communem opinionem in præcedenti articulo. Aut ex præsumpta voluntate testatoris, & similiter dici non potest, quia eius præsumpta voluntas est in contrarium, ne scilicet mater excludatur, sequitur ergo quod nullo modo dicitur inesse. Sed tu responde, quod hoc nihil est.

Dico enim quod inest ab initio & ex præsumpta voluntate testatoris, & ex legis dispositione, sic testantis voluntatem interpretare, & ita ex utroque, nec usquam dici potest inesse, nisi utrunque adsit. Sed dico quod inest limitate, & cum ista qualitate, ne per eam mater excludatur, & sic dicitur substitutio habere tacitam conditionem, si mater non succedat. Sic & alias tacitam conditionem habeat substitutio, ut l. cum auus, infra de conditio. & demonst. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. cum sim. Et ex his defenditur opinio. Bar. & cum unis contra Petrum.

Siquis tamen opinionem Petri tueri velit, ad argumenta contraria facile respondebit, præsupponendo quod ista tacita substitutio, quando inest contra rigorem verborum, inest ex potentiale legis ita interpretantis, iuxta d. l. iam hoc iure.

Non obstat ergo quod primo loco dicebatur, quia regula d. l. quæ ab initio, procedit in expressa hominis dispositione, vel in tacita ex vi verborum. Nos vero loquimur in interpretatione legis, quæ nulli regulæ subiicitur, argumento l. si quis in principio, infra de leg. 3. Subauditur. n. ista pupillaris, quia lex credit, quod si testator casum illum cogitasset, prouidisset, ut declarant Bart. Pau. de Cast. & alij in d. l. iam hoc iure. Vnde lex ipsa potest hoc quædamque velit inducere, etiam post testamentum & mortem testantis, sic ergo in proposito eam subaudit cessante matre, & ea viuua (attento quod posset non sorti effectum) non vult hæc substitutionem subaudire. Et ad hæc facit argumentum l. Titius. §. Lucius, supra de liber. & posthum.

Et his patet secundo loco responsio ad confirmationem Are. Quoniam licet mortuus nihil velle possit, tamen lex potest interpretari quod ita voluisset in euentum illius casus quo mater cessaret. Nec nouum est, ut quid ex testamento valeat ex post facto, licet ab initio nullum fuerit, ut patet in testamento præterito filij iuxta l. inter cetera, §. de liber. & posthu. Quod filio ap probante valebit l. filio præterito, §. de iniusto rupto testa. Facit l. æquissimum. §. expectandi, infra de bonor. post. secund. tabul.

Ad argumentum Decij respondetur, quod immo regula illa reperitur in proposito limitata. Nam cum in l. precibus, dicatur quod non procedit contra matrem, satis dici potest ibidem dici quod nec fit ubi mater viuat. Cum enim illa regula limitetur quod ad effectum, debet etiam dici limitata quo ad nudum esse, cum nihil videatur repugnare. Ex his opinio Petri posset subterni. Et ita in hac difficultate habes duas opiniones sustentabiles.

Reperio in hac difficultate tertiam opinionem, ut scilicet dicatur esse in suspensio, & ex futuro euentu iudicetur, an tacita pupillaris fuerit ab initio, vel ne? Nam, si mater tempore mortis pupilli sit superstes & admittatur ad heredem filij, dicatur usque ab initio nunquam facta ista pupillaris. Si vero prædecesserit, vel secundum Bar. non succedat, dicatur ista pupillaris usque ab initio facta. Hanc opinionem posuit Bal. in d. l. precibus, in secunda oppositio. ubi eam sequitur Salice. Idem etiã dixit Bal. in l. si. C. de instit. & substit. tertio notab. Et hæc opinionem sequitur hic Patru? meus Soc.

Et probatur primo, quia lex non solet quid superfluum inducere, l. dominus testamento, supra de cond. indeb. & l. i. §. dixit aliquis, supra de public. cum sim. Sed ita esse posset, si præcisè ab initio inesset, ubi mater succederet, ergo & cetera.

128 Secundo facit à simili. Nam si ius accrescendi (quod quædam tacita & legalis substitutio dici potest, ut l. si Titio & Mevio, §. 1. infra de legat. secundo) si datur vulgari, substitutus tollitur, l. penulti. supra de iniusto rupto testamento, Et tamen substituto cessante, procedit, quasi interim videatur pendere, & ex futuro iudicetur, sic & isto casu. Ita arguit Dominus meus Socin.

Et ista opinio videtur probabilis, & confirmari potest tertio, 129 quia & alias iure dicitur si aliquid stare in suspensio, & pendere ex futuro euentu, ut Institui. quib. mod. ius patr. pot. sol. §. sed si ab hostibus, & l. sed & quis, §. 1. §. de usufr. in l. impuber. §. 1. j. ad l. Corn. de fals. & in l. i. §. si pendeat, supra ad Maced. cum sim.

Huic opinioni uidetur ob stare, quia voluntas defunctorum non debet stare in suspensio, l. si. supra communia prædi. propter quod

quidam eam reprobant. Verum ex mente Soc. nostri responderi potest, quod regula d. l. si. procedit in voluntate & dispositione morientis simpliciter ab eo ordinata, sed ista pupillaris ordinatur a lege, ut sepe dictum est. Et potest dici, quod ita qualificatè eaz induxerit, ut pendeat propter matris existentiam. Et ita ista tertia opinio posset defendi.

Verum si alteram ex primis opinionibus velis sustinere, ad arg. pro hac tertia opinione respondere poteris. Et ad primum quod nihil facit, quia nequid superfluum dicitur, satis est, quod possit considerari & euenire, ut quid operetur prout contingit isto casu, quia mater potest præcedere, alioquin et matre ab initio non extat, id est esset dicendum, cum pupillus possit fieri maior, vel substitutus præmori, vel quid aliud cotingere, quod pupillarem impediret.

Ad secundum respondetur, prout etiam nouissimi dicunt, negando quod ius accrescendi pendeat, sed sicut ab initio erat, ita erit post substitutionem. Verum recipit illam qualitatem, ut cesset, si vulgaris substitutio sortiatur effectum. Vel etiam ultra Doctores dici potest, quod immo nihil immutatur. Nam ius accrescendi eius naturæ est, ut deferat vacantem portionem, iuxta l. primam, §. his ita, C. de cad. toll. At ubi substitutus illam capiat, non dicitur vacare, ideo ius accrescendi non procedit.

Ad tertium responderi potest quod omnia illa iura loquuntur respectu futuri euentus, non autem inspecto præsentis statu, ut glossa in eis dicitur. Sic ergo dicemus in casu nostro, quod ab initio inierit, sed executio pendeat ex futuro. Et hoc si vis tenere opinionem Bartol. primo loco recitatam. Ad quod vide, Arc. in l. serui electione, in princ. in fi. primæ colum. infra de legat. 1. Vel si vis tenere cum Petro, dicemus quod ab initio fuerit nulla, id est non fuerit facta, sed ex post propter matris defectum lex eam inducit.

Quid dicendum? circa prædicta ante omnia considera, quia Doctores communiter videntur minus propriè loqui, dum dicunt hanc tacitam pupillarem in vulgari contineri. Nam videtur quasi impossibile, cum verba vulgaris repugnent pupillari: Nihil enim videtur posse continere sibi repugnantia. Dicendum ergo est quod qui per vulgarem vocatur, vel per pupillarem, creditur vtroque casu vocatus, ut d. l. iam hoc iure, & hoc modo per ordinem testatoris, neque quod vna substitutio aliam contineat, sed per interpretationem legis, quæ substitutionem vulgariter factam porrigit ad casum pupillaris, prout propriè dicitur in d. l. quamuis, & l. 2. C. eo. & hoc considerant etiam quidam nostri sibi ascribentes sed ante eos ita dixit Cor. in d. l. precib. 2. col. & clarius in d. l. quamuis, in ij. notab. Et ante eos fuit consideratio Ful. in d. l. quamuis.

Secundo considera, quia potest tentari quarta & noua opi. in hac difficultate, ut scilicet in distinctè etiam matre non existente ab initio, ista tacita pupillaris non consideretur in vulgari, ut sicut eaz testator non fecit, ita lex ab initio nihil de eo disponat, sed solum cum casus euenierit, quod pupillus moriatur, lex interpretatur, quod si testator hunc casum futurum cogitasset, verosimiliter de eodem substituto prouidisset: & ideo vulgarem substitutionem seu substitutionem vulgariter factam porrigit ad casum pupillaris, ut dicta l. quamuis.

Pro quo facit, quia cum fiat hoc per porrectionem, opus est casum expectare, ad quem porrectio fiat, ut sint extrema habilia, iuxta doctrinam Bar. in l. i. si qui pro emptore, §. de vlt. c.

Nec istud inconuenit supremæ potestati legis, cum ei satis sit velle in his, quæ sunt iuris positivi, & alias inquit Bar. in l. i. §. co. sol. §. de cond. indeb. quod lex seu eius auctor operatur ad instar Dei, & quemadmodum testator non cogitauit, ita nec lex ante quæ casus eueniat, sed cum euenierit, præbet suam prouisionem interpretando, ut §. iuxta no. in l. tale pactum, in fi. §. de pact. Et hoc intelligo quod ad veram & realem interpretationem, quæ ante casum non fit. Fateor tamen quod in potentia lex considerans casum euenire posse in sui magistrali doctrina dicit substitutionem factam in vno casum, in vtrunque factam intelligi, & ita intelligo d. l. iaz hoc iure, in princ. Si ista opinio placet, quæ in disputatione pulchra esset cessat in proposito nõ ois difficultas. Dicam. n. quod si tpe mortis pupilli, nisi viuat, & succedat, nõ fiet talis interpretatio, alias sic. Cogitabis. Demum, ubi hanc opi. nõ probes, & queratur, que sit venior ex trib. opinionibus. §. positus? dico quod quælibet potest sustineri, & pro qualibet erit idem fundamentum, vtz quia cum ista tacita pupillaris inducatur a lege ut §. & legis potentia sit suprema, potuit lex eam ab initio inducere, cum illa tamen qualitate, ne matrem excludat. Et ita procedat opinio Bar. Item potest eam solum inducere demum sublata matre, & non prius, cum lex nõ subiacet rta. l. q. ab initio, §. de reg. iur. & ita procedat opinio Petri. Idem potest lex velle quod ab initio simus in suspensio, & quod ex futuro euentu declaratur an ab initio fuerit vel ne. Et ita procedat tertia opinio, quæ sequitur Cor. in d. l. precib. Et ita quælibet erit eodem fundamento sustentabilis. Si tamen vis probabiliorē eligere, & me consulas (ubi quartam illam op. reprobes, quæ ego ipse probarem) rideo primam op. & communem probabiliorē, quæ cum ab oib. §. iis sit §. defenata, potest comprobari optima consideratio

ne. Nam, si pp matrem diceremus hanc substitutionem ab initio considerari, ut dicebat Pet. certe non ex alio fieret, nisi quia posset per matrem impediri. Sed eam posse impediri, non facit, quin ab initio consideretur, puta, quia pupillus posset ante patrem mori, vel fieri pubes, vel etiam posset præmori substitutus, quibus casibus pupillaris impediretur, & tamen dicitur ab initio considerari §. ois Doct. licet ego in mea quarta opinione §. rium senserim. Et pro ista cõi opi. facit l. si. C. de inst. & subst. ibi, sequendam in huiusmodi casu & c. innuit. n. eaz nõ ante respui, quæ casus euenierit, quod viua matre impubes decedat. Facit etiam quod ibi sequitur, tunc aut omni nino & c. quasi dixerit §. volo quod sit, sed non omnino admittatur, quia respuitur: hic vero omnino admittimus. Iam ab initio fuit, & sortitur effectum. Fateor tamen quod ad istas inductiones facile responderi posset, si velles tenere opinionem meam, ut per te intelliges.

131 Quinta sit conclusio, quod si matre nolente filio pupillo succedere, substitutus ex tacita pupillari vocabitur, cum Bar. traherit Doc. magis cõiter, ut per Alex. Patrum meum Soc. Lat. & alios.

Et pro ea primo ex mente Bar. facit, quia cum existentia matris non impediatur substitutionem ab initio inesse, & eam mater non lit impedire, per eam sic vigentem vocabitur substitutus.

Secundo, quia si mors matris præcedens, & sic non existentia eius facit locum substituto, ut d. l. si. ergo & eius repudiatio, cum a pari procedant. l. 2. §. sed si sint, §. ad Tertull. & l. 2. §. expectandi §. de bonorum poss. sec. tab. Et maximè hoc dicendum videtur, quia eadem ratio est.

Tertio probatur per locum a cessante ratione. Nam ideo quod matrem tacita pupillaris non admittitur, quia non creditur quod testator voluerit ei talem iniuriam inferre, ut excludatur a luctuosa hereditate filij. Et sic dicitur illud inductum in merum fauorem matris, cui ipsa repudiando dicit renunciare, & ita cessat ratio, quia se ipsam excludit. Quarto per locum a verosimili, iuxta l. nõ est verosimile, quod testator voluerit, matre repudiante, substitutum non admitti, ne mater, quæ sibi non vult prodesse, noceat substituto, ac etiã pupillo, ut sic non habeat hæredem ex testamento, ergo & c.

Demum facit Doctrina Bar. communiter approbata in d. §. sed si sint, quam et ponit in l. 1. §. pen. §. de bon. poss. §. tab. dum vult, quod si statutum excludens fœminas existentibus masculis, nõ procedat quæ masculi repudiant, sic ergo & hic matre repudiante, nõ procedat lex impediens pupillarem pp matrem. Et sicut ea repudiante, non procedit, ita nec ea aliter exclusã, puta, si tutor nõ petierit iuxta l. sciant. C. de leg. her. Ita dicunt Fulgosi. & Pau. de Cast. in d. l. si. & Dominus Alex. hic.

133 Ex quo multum vtiliter inferri potest, quod in locis in quibus ex forma statuti mater excluditur (prout est in patria mea Senensi, & in alijs multis ciuitatibus) substitutus ex ista tacita pupillari vocabitur, non obstante matre, cum illa non succedat, quod plurimum notabis.

Sed istaz cõez conclusiones tenuit Ang. in d. l. precibus volens ex sola matris superexistentia, etiam repudiantis, substitutum excludit (tamen si ipse sibi prius hic tenuerit cum Bar.) vult ergo Ang. ibi matre repudiante, ad alios ab intestato succedentes hereditatem pertinere excluso substituto. Quod ante eum voluit Bal. in l. si cum vel in vtero, C. de test. milit. Et idem voluit etiam Cuman. in l. si iusfam. §. cum quis, infra de leg. j. secundum quod eum dominus meus Soc. hic refert.

Pro ista opinione primo mouetur Ang. quia matri superiuuente dicitur delata hæreditas ab intestato, & per consequens oportet præsupponere extinctam causam testati, alioquin causæ testati, non esset aperta via, ut l. quandiu, §. de acqu. hæ. & l. antequam, C. cõia de success. extincta autem non potest resurgere, l. qui res, §. areaz §. de soluti. l. denique in fi. §. de iniusto, rup. testam.

Facit l. Meuius, §. duorum, in prin. §. de leg. 2. ergo sequitur quod non substitutus sed ab intestato succedens, vocabitur. Sed tunc dõem rñdetur fm Bal. & Sal. in d. l. precib. & refert hic Ale. quod matri dicitur delata hæreditas, & ita aperta via ab intestato, sub conditione, si ipsa velit vñ ea conditione cessante, nihil actum dicitur & sic nõ dicitur causa testati extincta, licet nouissimi aliud dixerint. Et ita tollitur rta d. §. areaz, cum similibus. Probatur, quia sicut illa substitutio pp matris existentiam dicitur exclusã sub conditione si mater extet tẽpore mortis pupilli, & ea præcedente substitutio procedit, ut d. l. si. Ita dici debet, si extet & nolit succedere, cum ista paria sint d. l. 2. §. sed si sint, cum similibus. Sed vñ quod ista solutio non sit tuta, quia si sub illa conditione aperitur uia causæ intestati, matri ita dicitur ea conditione delata hæreditas, ut si non lit, nunquam dicatur delata, cum conditio nihil ponat inesse l. si quis sub conditione, §. si quis omni. cau. test. quod non vñ veruz, sed vñ quod debeat dici ei hæreditas simpliciter delata alioquin nõ quam delata dici posset, priusquam velit, non pp pendentiam conditionis, postquam voluerit, minus quia iam esset quæstus, & sic

134 non delata. Quia si delata dicitur, non quæ quis consequutus fuit, sed quæ potest ad eundem consequi. l. delata, §. de verboruz signifi. Ita quidam nostri subtiliter arguebant. Ad hoc tamen potest

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

forte responderi, q̄ illa conditio de lationem non suspendit, cum sit conditio necessaria, & quæ tacite inest iuxta l. conditionis extrinsecus, infra de cond. & demon

Et si dicatur, q̄ eodem modo non suspenditur aperiitio causæ intestati & extinctio testati, dicā hoc verū, sed ego loquor respectu acquisitionis effectus. Ille enim suspenditur & propter effectum omnia fiunt & considerantur. Et ita v̄ q̄ solutio prædicta, pos sit defendi. Dubia tñ apud me est, quia negari nō potest, quin de latio, matri facta, sit pura. Igitur ad argumentū Ang. aliter rñdē, q̄ non inconuenit causam intestati prius admitti, quam causam testati, si ad hoc testatis voluntas demonstraretur, & sequenter q̄ causa testati, quæ tunc cessat, ex voluntate defuncti possit suscita ri, vt probatur i. l. si quis ita hæres instituatur, supra titulo primo.

Et quod plus est, procedere potest hoc, etiam qñ contra volūtatē testantis fuit aperta via causæ intestati, vt. l. filio præterito, §. de iniurto, rupto testamen. & l. 2. §. expectandi, infra de bonorū possess. sec. tabul. Ita ergo fiet in casu isto cessante matre, & sic ex causā intestati causa testati suscitabitur, & substitutus vocabitur. Cessante enim causā, propter quam ius substitutionis erat sublatum, coadiuuante voluntate testantis, tale ius resurgit. Sic & alias ex causā ius substitutionis resurgit in l. ex contractu, §. de re iudi ca. iuncta l. post aditam, C. de impuber. & alijs substitui.

Nota tñ quia licet mater verē ab intestato succedat, potest tñ dici quædam tacita causa testati, nec aliter potest excludere substitutum. Facit l. p̄ficiuntur, in prin. §. de iure codicil. Et idē dicitur arbitrator circa l. si quis ita hæres. Videtur. n. testator ibi prius vocare legitimum, & postea instituit, & his prius matrem, postea substituit, seu velis dicere q̄ ibi institutus vocatur sub conditione, quæ deficit legitimo volente adire. Et ita etiam hic substitutus potest dici vocatus sub conditione, quæ deficit, matre volente adire.

Secundo pro opinione Angel. allegatur doctrina Bart. in l. si mater, §. primo, §. codē. quatenus vult in casu de quo ibi, q̄ licet moriente filio vocetur substitutus, non tamen vocatur eo viuo & repudiante, ita ergo & hic respectu matris dicendum videtur. Sed ad hoc respondet Ale. illud ibi procedere propter defectum conditionis: vocabatur enim substitutus, si nepos hæres non sit, cum tamē posset. Quod euenisset, si viuo patre decessisset filius, vt testator dixerat, vnde cum superuixerit ille filio, dicitur defecisse conditio. Nec trahi debet ad casum contrarium, maximē ne sequatur absurditas, de qua ibi per Bartol.

Sed tu considera, quia si ibi, nepote prius sublato, superueniēs filius repudiat, tunc secundum Bar. ibi substitutus vocatur, & sic repudiatio æquatur morti, & ita non obstat.

Si vero adsit, & etiam ipse repudiet, tunc doctrina Bartol. obstat, quia secundum eum, substitutus non admittitur, sed ego tñ dicerem q̄ doctrina Bart. in hoc non est vera, si vera sit conclusio sua in præcedenti casu. Nam sicut nepote præmortuo, vel nō nato, vocatur substitutus, vt vult Barto. Ita & eo repudiante, dici debet: cum verba, si hæres non erit, vtrique casui conueniant. Nec sequitur aliquod absurdum, si nepos nolit esse hæres. Et ita ibi plerique videntur reprobare Bar.

Cōcluderem itaque inter prædictos casus circa illum tex. nullam esse differentiam.

Et si tenemus substitutum admitti, iam non obstat conclusio prædicta. Si vero volumus eum excludi, similiter non obstat, quia vtroque casu excluditur. Et id est, quia filio superuiente, dicitur defecisse conditio. quid autem sit tenendum? non discutiam, sed ibi videndum est.

Tertiō pro Ang. videtur casus in l. filiusfamil. §. cum quis: infra de leg. primo. Sed ex intentione Cuma. secundum Ale. & Ias. respondetur, q̄ ibi sumus in conditione expressa a testatore, in qua merum factum debet inspici, & propterea satis est liberus extare, licet hæres non sint.

Nos vero loquimur de conditione subaudita a lege, in qua mens & intentio legis debet inspici, vnde cum in proposito propter matrem excludatur substitutus fauore eius, sic per legem mente testantis interpretata, & iste fauor cesset ea repudiante, cessat etiam interpretatio legis.

135 Facit pro ista solutione, q̄ quia conditio liberorum expressa a testatore verificatur et in naturalibus, quia in ea merū factū in spicitur. l. ex facto, §. si quis rogatus §. ad Trebell. secus si a lege subaudiatur, quia ex intentione legis solum in legitimis verificatur. l. generaliter, §. cum autem, vbi gl. norat. C. de insti. & substit.

Et ex ista solutione singulariter inferitur ad materiam l. cum auo §. de conditio. & demonstratio. l. cū acutissimi. C. de fidei cō. & d. §. cum autem, vt scilicet vocetur substitutus, si extant liberi, & repudiant: cum liberorum conditio subaudiatur a lege eorū fauore. Non sic esset, si fuisset a testatore expressa per d. §. cū quis. Et dixit Alex. q̄ hoc rationale est: non tamen ponit pro constanti, quia ab alio dictum non inueni, vt per eum.

Verum in hoc facit dubium, quia subauditio conditionis liberorum in d. iuris dicitur tacita mens defuncti, & perinde habetur ac si dixisset, quasi plus fuerit dictum, minus scriptum vt. dñ in

d. l. cum auus, vnde deberet tantum operari, quantum si fuisset expressa. l. cum quid, cum vulgaribus, supra si certum petatur.

Et ita per hanc viam potest reddi dubia ista solutio ad dict. §. cum quis.

Quapropter Patruus & Dominus meus Soc. aliter & subtiliter respondet, distinguendo, quia aliquando persona ponit i conditione ad exclusionē alterius ex eo (verosimiliter loquēdo), quia potētius ius habet in succedendo, & tunc siue a lege, siue a testatore, semper requiritur q̄ succedat, vt substitutus excludatur: ita procedat d. l. cū acutissimi, cū socijs & ita etiā casus noster. Nam & liberi ibi, & mater hic velut potētius ius habētes videntur vocati.

Ex quo inferitur quod in dict. leg. cum acutissimi, & similibus idem esset, etiam si conditio liberorum a testatore exprimeretur contra Alexan.

Inferitur etiam ad statuta, quibus foeminae excluduntur extraneis masculis, vt per Dominum meum Socin. per quem videas. Aliquando vero simpliciter persona ponitur in conditione, nulla habita consideratione q̄ potentius ius habeat, vel ne: & tunc sufficit conditionem impleri per solam existentiam, licet nō succedat, exempluz est in auth. licet. C. de natur. lib. vbi glossa dicit, & tradit Bar. in l. 1. §. penul. infra de bono. posses. contra tabulas. Et ita procedit dictus §. cum quis.

Ista videtur magistralis solutio, & plurimum applaudet naturali rationi. Nouissimis tamen non placet, quia ex ea oportet intelligere, quod in dicto §. cum quis, liberi positi in conditione, nō erant nepotes testatoris: quod esset diuinare, & tex. illum restringere, vt per eos, qui sequuntur primā solu. declaratam vt §. Et si eam vis tenere ad regulam dictæ legis respōdeas, q̄ isto casu nō procedit ex ratione diuersitatis, de qua supra. Et non est dubiuz q̄ sæpe plus operatur expressum quam tacitum, vt l. nonnunquā infra de conditio. & demonstratio. & leg. expressa nocet, infra de regulis iuris cum similibus.

136 Si tamen disputando vis tenere solutionem Soc. nostri dicas q̄ non inconuenit ita illum §. cum quis, intelligere ratione prædicta, quia scilicet ratio potest legem distinguere, arg. l. cum ratio, in prin. infra de bon. damna.

Nec quicquam in eo tex. virget, vt de nepotibus intelligi debeat, immo ponderando ibi illa verba cum quis, videtur q̄ loquatur de extraneo. Nam, si de patre dixisset, cum filius &c.

Vel potest dici, q̄ generaliter procedat etiam in nepotibus testatoris, in eo quod ibi dicitur, vt scilicet deficiat conditio, licet illi non sint hæredes. An autem eo casu suscitetur substitutio? ibi non dicitur, vnde potest ratione præuia distinguui, vt supra, cogita tamen, quia mihi non multum satisfacit, quia tunc verba illa starent sine effectu. Vnum aliud præterea videtur contra istam opinionem virgere. Quia secundum eam plus iuris habet ad excludendum substitutum extranei, quam nepotis testatoris. Illi. n. etiam non hæredes excludunt, non sic in descendētibz testatoris. Nisi tuendo dixeris, id esse ex præsumpta mente testantis ante omnia attendenda. Et illud plus eis non prodest, si tantū præsumpta voluntas testantis impletur, quia ex sola eorum existentia creditur voluisse substitutum excludi. Cogita super istis: & in dubio tenes communem solutionem.

Potest etiam ad d. §. cum quis, aliter responderi & primò, q̄ ibi illud est, quia conditio respicit dispositionem ipsam & illam suspendit, & merum factum inspici, & ideo sola existentia sufficit: sed non sic est de matre in casu isto, quia conditio de ea non respicit dispositionem, sed effectum seu executionem eius, vt scilicet substitutio non admittatur propter matrem & ideo, ea per repudiationem exclusā, substitutus vocabitur.

Et v̄ hoc de mente Bar. hic qñ dicit q̄ inest, sed sine effectu. Ad quod bene facit l. muto, §. primo, §. de tutel. prout illi tex. intelligit Barto. in l. 1. 2. colum. infra de condition. & demonst.

Vel secundò responderi potest, quod ibi conditio non disponit, quia ponitur negatiuē, vel etiam per si, & ideo sufficit sola existentia. Et ita etiam procedat materia l. cū auus cum similibus, infra de conditio. & demonstra. Sed in casu isto disponit, & v̄ affirmatiuē proposita, seu per ablatiuos absolutos, puta, existente matre, substitutus nō admittatur, merito non sufficit sola existentia, sed requiritur q̄ succedat. Et ita etiam procedat d. §. sed si sint, §. ad Tertul. & quod ibi dicit Bar. de statuto. q̄ stantibus masculis &c. his enim casibus conditio disponit. Cogita super istis.

Vltimo pro opinione Ang. facit l. si. C. de insti. & substitui. ibi tunc autem tantummodo, &c. Vel omnino, & cæ. vbi tantū casus ponitur ad exclusionem substituti, inter quos non est, si mater repudiat, ergo &c. Et maximē ista inductio procedit, si ibi legatur, tantummodo, vt aliqui codices habent.

Confirma, quia ibi requiritur, q̄ mater præmoriatur, & tamē poterat post mori, ante tamen aditam, ergo &c.

Cum ergo casus repudiationis ibi non excipiatur, stabimus regulæ paulò ante posite, dum dicitur, respuendam esse substitutionem, si impubes viua matre decessat, non distinguendo, an ve lit esse hæres, vel non.

137 Sed tuendo communem responderi potest, primò, quod ex illis verbis etiam, taxatiuis, non excluduntur casus similes, l. prima, §. i. si mens for falsi, mod. dixer. & notatur in Lobæz, C. de præd. minor. Et si legas omnino, prout cõmuniter legitur, videt quod rex, ille possit retorqueri, quasi dicat in illis duobus casibus omnino admittat substitutio, id est sine aliqua dubitatione, sed alias bene admittitur, licet aliqua sit dubitatio, vt in casu nostro.

Vel secundò responderi potest, quod de illis casibus ad casum non frum potest fieri extensio, cum finus in fauorabilibus, vt scilicet pupillus habeat hæredem ex testamento, iuxta l. si pupillus, in princ. l. de acquir. hæred. Nam in fauorabilibus si sit eadem ratio, prout est in casu isto, licita est extensio. Illud cum ibi notatis C. de sacrosanct. eccle. Tradunt Doctores post Bart. in l. si pstante. in nona quæstio, primæ partis, §. sol. mat. & ibi aliquando dixi.

Vel & tertio generalius respondetur, quod non est opus aliqua extensione, sed iste casus repudiantis matris dicitur comprehensus in d. l. si sub decisione casus mortis eius, propter identitatem rationis, iuxta l. his solis, C. de reuoc. donat. & dixi in d. 9. quæst. vbi ultra Doctores pro hoc allegat l. fina, infra de cloacis.

Et ex his communis opinio defenditur. Circa quam aduerte, licet Doctores non dicant, quia puto quod procedat etiam tenendo contra Bartol. in præcedenti conclusione, videlicet quod ista tacita pupillaris ab initio non sit, tamen si Barto. cõtrarium sentiat, cum hanc conclusionem ex eo tantum inferat, quia tacita pupillaris ab initio inest, vt per eum.

Nec super hoc iudicio meo potest dubitandum, quia cum ista pupillaris veniat ex suprema potentia legis, & ex eius interpretatione, poterit lex quandocumque voluerit, interpretationem facere, vnde non inconuenit, vt cum primum mater repudiat, lex interpretetur, & non prius, iuxta ea, quæ supra dicta fuerunt. Si quis tamen disputando velit tueri opinionem Ange. (licet non per suum fundamentum) inhæreat regulæ d. §. cum quis, & etiam d. l. fin. in litera taxatiua.

Nec est lex illa trahenda ad casum nostrum, quia non videtur eadem ratio vt modo deducam. Et ad allegata in contrarium respondeat, vt infra.

Et ad primum, primò responderetur negando quod ab initio inest, sed dicas quod immo lex, adueniente casu, substitutionem ad eum porrigit, secundum quod dixi in præcedenti conclusione.

Vel secundò, si inest, quod inest ad alium finem, videlicet si mater præmoriatur, non si viuens repudiet, cum non sit eadem ratio, vt modò dicam.

Ad secundum respondetur, quod immo repudiatio & mors non procedunt à pari, vt d. §. cum quis. Nec videtur verum, quod sit eadem ratio, quoniam quando mater præmoriatur, lex, mortuo postea impubere, non potest ipsius matris habere aliquam considerationem, cum enim amplius considerari & curari non potest de ea, sed si superuiuat eius solatiu induci, vt substitutio cesset, vnde poterit ipsa vel adeundo sibi prodesse vel repudiando fauere rei, qui pupillo ab intestato post eam successurus erat, & sic ei gratificari, iuxta l. quia poterat, in fin. infra ad Trebel.

Et ex his colligitur responsio ad tertium & ad quartum argumentum, quia negatur quod cesset ratio impeditiua substitutionis, vt ex prædictis colligi potest.

Nec est verosimile, quod in quarto argumento dicitur, sed potius credi debet, quod lex voluerit totum illud inducere in solatium viuentis matris vt modo dixi.

Nec istis obstat, §. sed & si sint sui, in l. 2. ad Treb. quia, vt noui simi dicunt illud ibi est, quia lex excludit matrè non simpliciter si sui extant, sed si succedant. Sed ista responsio videtur in §. liberi, in eadem l. vbi dicitur simpliciter, quod liberi sui obstabunt matri & c.

Vnde potest aliter responderi, quod in §. sed & si sint sui, illud est quia sic expressè lex declarauit, quasi alias contrarium dicendum fuisset, per regulam d. §. cum quis.

Ad quintum responderi potest, primò negando illam doctrinam Bart. nam ex prædictis non videtur vera. Vel secundò positò quod sit vera potest dici quod loquitur in mera dispositione legis, quæ solum effectum acquisitionis considerasse videtur, nos loquimur in ea, quæ prouenit ex præsumpta mente testatoris, qui vix solum existentiam matris considerasse, per ea quæ dicta sunt.

Et per hanc viam posset dari tertia responsio ad dict. §. sed si sint sui.

Et ex his disputando posset inferri ad materiam l. cum auus, infra de cond. & demon. cum similibus, quia cum dispositio illius legis fundetur in præsumpta mente testantis, videtur quod repudiatio liberorum instituti non proficit substituto. Cogita tamen super prædictis, quæ solum gratia disputationis dicta sunt, propter illa tamen non recedas à communi opinione, quam veriorè de iure arbitror.

Aggredior quintam opposi. Bart. vbi Barto. tangit secundam partem principalem gl. si. & ex dictis eius ad verbum prius declaratis, colligas aliquas conclusiones.

138 Prima sit, quod compendiosa filio impuberi facta à milite

per verba directa, erit directa, etiam post pubertatem, licet mater sit medio, & dicitur in directa militaris. Cum Barto. est communis conclusio.

Sed an sit vera & quomodo procedat, dicemus in tertia quæstione Bartol. dum ipse quaerit de effectu compendiosæ factæ à milite per verba directa.

139 Secunda conclusio est, quod in fideicommissaria substitutione non veniunt fructus per grauati percepti à tempore mortis testatoris. Doctores transeunt. Caue tamen, quia l. iubemus, C. ad Trebellian. quam pro hoc allegat Bartol. loquitur solum in libertis primi gradus, in quibus institutis & grauatis specialiter procedit dispositio illius legis. Et sic videtur quod ex tali allegatione Barto. loqueretur solum in prædictis liberis: sed tamen conclusio generaliter procedit. Et pro ea est text. in l. in fideicommissarium, in princ. infra ad Treb.

140 Tertia est conclusio, quod in directa militari veniunt fructus, de quo est casus in ista l. in si. Sed qui sint isti fructus, an qui reperi fuerint in hæreditate tempore mortis testatoris, an verò tempore mortis instituti? Barto. hic sentit hoc vltimum. Plerique tamen contrarium voluerunt, ego dicam, infra in vltima opp.

141 Quarta conclusio est, quod licet restituens per fideicommissum retinere possit legitimam eidem iure naturæ debitam, quia in ea quis grauari non potest, & ea omne onus reijciat, l. qui in prioribus, C. de inofficio. testamen. & habetur in cap. Raynuitius, de testamen. tamen in directa militari includitur etiam legitima filij. Et ista est vna ex vtilitatibus, quæ sumuntur ex illa cognitione, an substitutio à milite facta, sit directa, an fideicommissaria? Ista conclusio habet duas partes. Prima est, quod in fideicommissaria non veniat legitima grauati. Secunda, quod illa veniat in directa militari. De quibus singulis distinctè dispiciamus.

Circa primam, si quæstio esset de fideicommissio relicto à paga

142 no, res clara esset. Nam quod cum ipse teneatur filio relinquere legitimam, & vbi non faciat, filius in totu exhæredatus habet que reiam in officio testamenti, vt supra, & C. de inoffic. testamen. per totum. Vel si quid ei relictum fuerit, agit ad supplementum legitimæ, l. omnimodo, C. eo. ti. & in ea non potest aliquo modo grauari, vt d. l. quoniam in prioribus, sequitur apertissimè quod ista legitima ex fideicommissio detrahetur per iura præallegata. Ad quod bene facit l. cohæredi, §. cum filia, j. eodem, & ita concludit multa allegando Dec. in cons. 31. in casu proposito & c. in princ. Sed quæstio dubia est, quando fideicommissum à milite relictum fuerit, de qua est dubitandum. Et reperio quod Bar. in d. l. precibus (licet sub dubio) tenet quod aliud est in milite, quam in pagano. Nam etiam legitima includitur in fideicommissio vniuersali à milite relicto. Et hoc expressè firmat ibi Rapha. Fulgo. Et idem vult hic Patruus & Dominus meus Soc. col. 15. & sequitur Dec. in d. l. precibus, col. 16. posito quod miles possit legitimam filio auferre per fideicommissum. Mouetur Barto. ibi, quia miles potest filium totaliter exhæredare, & eius testamentum non subiaceat querelæ, l. si instituta, §. de inofficio, supra de inoffic. testamen. & l. si. C. eo. tit. vnde sicut eo modo filius legitima priuabitur, ita & per fideicommissum debet posse grauari etiam in legitima. Et no

143 ta, quia sicut tacita exhæredatio sufficit, l. sicut certi, C. de testamen. mil. & §. penult. Institut. de exhæred. liber. ita etiam videtur quod simpliciter & vniuersaliter grauando, dicatur tacitè eum à legitima excludere.

Secundò probatur ista opinio pulchra consideratione secundum Dominum meum Soc. hic, & eam sibi ascribit Dec. in d. l. precibus. Nam ex natura fideicommissi vniuersalis a quoque fiat, est, quod legitima etiã in tali vniuerso includatur. Quod sic ostenditur in d. l. quoniam in prioribus, pro conseruatione testamenti, in quo filius aliquo modo grauatur, statuitur, quod oñ onus iniunctum, quatenus tangeret legitimam, reijciatur, & ita testamentum non patiatur querelam. Ex quo vix innuit, quod olim, si filius grauabatur, ei dabatur querela, quod ex alio non erar, nisi quia in vniuersali fideicommissio etiam legitima includebatur.

Quo posito, licet in pagano ex defectu potentie non tolleretur, tamen in milite, cum illud possit ex privilegio, debet eius voluntas seruari. Ad quod præstat argumentum l. si miles qui destinatur, in princ. j. de mil. testamen. Contrarium tamen tenuerunt Ang. Pau. de Cast. Alex. & alij in d. l. precibus, quod voluit ibi gl. si. post prin. ibi. Item in falcidia non potuit grauari filius, & c.

Idem etiam voluit hic Imo. Ale. Aret. Claud. & nouissimi Re petentes, & sic concludunt in fideicommissio non includi legitimam filij, etiam si fiat à milite. Quod etiam voluit Bartol. hic & est communis opinio. Et pro ea præcipuum fundamentum est, quia miles in dubio censetur vt iure communi, l. in testamento, la prima, & l. quanquam, C. de testamen. milit. Sed de iure communi legitima in fideicommissio vniuersali non includitur, vt supra dictum fuit, ergo & c.

Sed si disputando vis tueri aliam opinionem. Ad hoc poteris respondere, quod procedit, quando actus à milite gestus secundum vim verborum iure communi valere potest, prout supra dictum

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

Etum fuit in septimo not. At hic non potest valere, quia verba fideicommissi vniuersalis omnia includunt, etiam legitimam. Et ita esse de natura fideicommissi vniuersalis, supra probatum fuit in secundo argumen. pro ista parte, ergo dicamus, quod miles non iure communi, sed suo priuilegio dicatur vsus, & sic legitima includatur secundum vim verborum, & propriam naturam fideicommissi vniuersalis.

Secundò pro communi opinione secundum Alexan. facit d.l. precibus. Nam nisi legitima per matrem ibi detraheretur, ei nihil prodesset substitutionem valere ex causa fideicommissi, cum trebellianica ex fideicommissio à milite facta non detraheretur. l. in testamento, la secunda, C. de testa. mil. & l. in testamento, C. ad l. fal. vt per eum. Sed ad hoc responderi potest, quod procederet in multis alijs, vt in iuribus sepulchrorum iuxta l. quia proinde, infra ad Trebell. in honore nominis hæredis, iuxta l. Iulianus, iuncta glof. supra si quis omis. cau. test. Item & in alijs vt hic per
144 Dom. meum Soc. col. 14. Tertio facit, quia in vniuersali fideicommissio dos filie grauata non includitur, la filia. j. ad Trebell. er-
145 go nec legitima debet includi, cum in vniuersali fideicommissio dos filie grauata non includitur, la filia. j. ad Trebell. er-
146 go nec legitima debet includi, cum in vniuersali fideicommissio dos filie grauata non includitur, la filia. j. ad Trebell. er-
147 go nec legitima debet includi, cum in vniuersali fideicommissio dos filie grauata non includitur, la filia. j. ad Trebell. er-

Nam cum legitima nondum tradita sit, quia solum post mortem debetur, potest facilius fideicommissio includi quam dos iam tradita, de qua loquitur d. l. a filia, cum sit effectum proprium patrimonium filie. l. 3. §. sed vtrum, supra de minor. argumento l. patre furioso, supra de his qui sunt sui vel alien. iur. cum similit. & ita procedit d. l. a filia.

146 Quarto in secundo Clau. facit, quia alijs duo specialia orientur ex eodem fonte.

Primum, quod falcidia seu Trebellianica ex testamento militis non detraheretur d. l. in testamento.

Secundum, quod nec etiam legitima, quod esset contra ea, quæ notantur in l. i. C. de dotis promiss. & solet communiter dici per Doctores, sed ad istud responderi potest quod immo in proposito erit tantum vnum speciale, scilicet quod voluntas militis talis qualis verba demonstrant, seruetur. Nam, cum grauat vniuersaliter, & vult omnia bona restituere, dicitur velle, vt nihil inde detraheratur, merito ergo nec Trebellianica, legitima detrahi debet. Alioquin dicere cogemur, nedum duo specialia, sed etiam plura concurrere posse, vt quod testamentum militis valeat sine solennitate, quod in eo possit miles maiori & extraneo directio substituere, quod præteritione filij non sit nullum testamentum, & quod que res non subiacet, & alia plura. Potest etiam & secundò responderi negando illud commune dictum, quia pro vero videtur quod immo plura specialia possint concurrere, prout alijs dixi, in l. i. supra soluto matrimonio.

Et ex his opi. Barto. in d. l. precibus, disputando videtur posse defendi contra semetipsum hic.

147 Quam tamen (si eam tenere velis) limita, vt hodie iure nouissimo non procedat, cum in etiam testamentum militis subiacet querela, vt videtur probari in §. & hæc quidem, in Authen. vt cum de appel. cog. tradunt Bartol. & alij in authen. ex causa. C. de lib. præter. Sed aduerte, quia ista limitatio, seu potius correctio, erit vera si teneamus prædictam communem opinionem, sed si velis tenere contrarium, vt scilicet hodie in testamento militis nil sit innouatum circa querelam, prout posse teneri dixi supra in secundo notabili in secunda questione respondendo ad sextum argumentum factum pro communi opinione, dicendum erit, quod opinio Bartol. in l. precibus, vt supra defenata, si est vera de iure C. procedit etiam de iure nouissimo Authen. & sic ista limitatio non procedit. Si quis autem velit tueri opinionem Bartol. hic, quæ est communis vt supra dixi, ad contraria ita poterit respondere.

Et ad primum, quod ista consequentia secundum Doctores non procedit. Potest miles exhæredando priuare filiam legitimam, ergo illud dicitur fecisse per fideicommissum filij iniunctum de hæreditate restituenda. Quoniam multa impediunt fieri, quæ iam facta tenent, vulgata l. patre furioso, supra de his qui sunt sui vel alien. iur. Quando enim exhæredat, non dat legitimam, sed ab initio denegat. Sed cum grauat per fideicommissum, si legitima includeretur, diceretur eam illi iam datam auferre, non ergo est par ratio.

148 Facit in quod dicitur, turpius eicitur, quam non admittitur hospes. c. quemadmodum, extra de iureiur. & dixit gl. in vers. ad inopiam, in cap. per vestras, de donat. inter vox & vxor. cum similit.

Et istud de plano procedit, & clarissimum est, tuendo quod nec volens, possit miles per fideicommissum in legitimam grauare filium, vt videtur velle Imol. hic post glo. in d. l. precibus, in glo. fin. post princ. Quod etiam voluit hic Patruus & Dominus meus Socin. mihi columna decimaquinta.

Etenim dicunt ipsi, ex quo tunc miles vtitur fideicommissaria substitutione, & sic vtitur via communi, illa sibi pateat, cum suis qualitatibus, iuxta l. si mulier. §. si supra quod met. cau. vt per eos. Verum, quia communiter tenetur, quod si vellet, possit etiam per fideicommissum grauare in legitima, vt hic per nouissimos, dicentes quod ex alio ista consequentia non est bona, quia non sequitur. Potest, ergo voluit. Maxime, quia miles in dubio & pro regula præsumitur vsus iure communi, quo inspecto, in fideicommissio vniuersali non includitur legitima filij grauati, vt supra dictum fuit. Et si dixeris, vt supra ego dicebam, quod actus seu dispositio secundum verba iure communi valere non potest, respondeo, quod immo valet. Nam valet fideicommissum de hæreditate restituenda secundum eam regulam, licet ex eo fieri possit detractio legitime, id est non impedit fideicommissum valere. Ad secundum (in quo stat difficultas, cum per illud sit responsus ad plura in contrarium allegata) responderi potest, illud negando. Nam videtur falsum, quod legitima includatur ex natura fideicommissi, & hoc ex pluribus probari videtur.

149 Primò, quia cum filius grauatur restituere hæreditatem, non debet dici grauatus ad legitimam, in qua non dicitur pars hæreditatis, sed pars bonorum. l. Papinianus. §. quarta, & ibi per Doct. supra de inoffic. testam. cum similibus allegatis hic per nouissimos repetentes in 12. col. circa primam vtilitatem, quam ipsi ponunt, vbi ita tenent.

Secundò, quia in generali dispositione nemo creditur velle, quod est remotum a sua potentia, hoc est, quod est sibi impossibile, l. si quis ita. infra de cond. inst. & l. Lucius. §. pen. ibi, cum ad ea quæ mandari possunt &c. infra ad munic. Sed regulariter pater non potest filium priuare legitima, ergo &c. Et ad hoc dictus plura cumulant hic nouissimi prædicti, dicentes quod ista ratio magis concludit Soc. & Dec. Et de eis loquuntur dicentes quod errant & loquuntur contra casum legis, dum volunt probare per l. qui in prioribus, præallegatam, quod filius grauatus olim habeat querelam inofficiosi testamenti. Nam istud est expresse contra l. coheredi, §. cum filia, infra eod. vbi filius erat grauatus hæreditatem restituere. Et ibi non dicitur quod habeat querelam, sed quod hæreditatem restituit. Ad quod possent plurima iura allegari, vt l. 3. §. quidam liberis. l. ex facto, & l. qui ita, §. ex facto, & l. qui ita, §. si quis filium. j. ad Trebell.

Additio. Ripa tuendo Soc. contra nouissimos dicit, quod ipse noluit quod ante l. quoniam in prioribus, daretur filio grauato querela, de qua re per nouissimos reprehenditur, sed voluit inducere l. illam sic, ibi dicitur quod onus fideicommissi non tangit legitimam, quia pater in ea nullum onus imponere potest. Ista ratio cessat in milite, quia potest, merito ergo tunc onus legitima non reijcitur, quo dato, legitima debet dici inclusa in fideicommissio, vt per eum. Sed (ni fallor) iste errat in intellectu Domini mei Socin. & loquitur contra verba eius, qui clare dixit quod querela olim dabatur, & ita etiam Dec. in d. l. precibus, in loco supra allegato.

Nec obstat d. l. quoniam in prioribus inducta vt supra, quia secundum istos nouissimos loquitur quædo clarè cõstabat, quod grauamen respiciebat legitimam, non autem quando simpliciter aliquis filius grauaretur, tunc enim lex illa non præsupponit, quod antea filio grauato querela daretur.

Potest etiam vltra nouissimos dici, quod intentio illius legis non fuit, tollere querelam, & sic testamentum conseruare, prout fuit in l. omnimodo, eo. titu. Sed fuit, tollere a legitima omnem onus fauore filiorum, vt scilicet illam habeant absque aliquo onere, vel temporis dilatione, siue ergo expresse, siue tacite onus iniungatur, reijci debet, quatenus legitima importat, per illum tex. Et vltra prædicta contra opinionem Domini mei Socin. & Decij tertio loco facit, quia in fideicommissio non venit regulariter, quod incontentio voto parentis grauantis. l. mulier, §. cum proponeretur, infra ad Trebell. Sed legitima filio ratione naturali debita est, ergo &c.

150 Præterea in legitima filij non ingrati dicitur quasi æs alienum patris, & ius proprium filij, iuxta tradita per Bald. in l. scimus, in princip. C. de inoffic. testam. & in l. si vero infra de milit. testam. & tradunt Canonistæ in capit. Raynutius, & in cap. Raynaldus, de testam. vt per Curt. in consil. 75. Dominus Ludovicus, quarta colum. Sed bona filij non veniunt in fideicommissum, vt d. §. cum filia, ergo &c.

Veruntamen his non obstantibus, videtur quod opinio domini mei Soc. possit disputando sustineri. Et in primis dico, quod nimis audacter, & minus considerate de eo & Decio obloquuti sunt isti nouissimi, si quidem non Soc. & Dec. errant, sed ipsi nouissimi, & etiam videntur loqui contra casum legis,

Nam quod ante l. quoniam in prioribus, filius grauatus per fidei commissum haberet querelam de quo nouissimi Socini & Decium reprehendunt, voluit gl. si. in l. Papinianus, §. si quis impuberi, supra de inoffic. testam. quam in hoc sequuntur ibi Bartol. Alber. Pau. de Castr. & alij communiter. Et (ni fallor) pro illo communi dicto videtur tex. in d. l. Papinianus, §. si quis, in fin. licet gl. & Doctores in d. §. si quis impuberi, non allegat. Dicitur 151 enim ibi, quod si filius grauatus restituere hereditatem, post decennium non habet querelam, ea ratione, quia medio tempore facile potest debitam portionem eiusque fructus colligere. Ex quo apertissime ostenditur, quod cessante illa ratione, puta, si statim fuisset grauatus, habuisset querelam. Et sic est ibi casus per dicto Soc. & Decij, licet ipsi illum tex. nec glo. praedictam communiter approbatam allegauerint. Errant ergo nouissimi, & contra casum legis loquuti sunt. Nec mirum, quia ad pauca aduerentes, de facili enunciant. Quod etsi semper damnandum sit, tunc tamen damnabilius est, quando aduersus probatissimos viros qui loqueretur, vt faciunt isti nouissimi, de quibus non parum sum admiratus.

Non obstat d. §. cum filia, cum similibus allegatis supra, quia possit primo responderi, vbi obstarent, quod loquuntur ex intentione noui iuris, videlicet, quoniam in prioribus, & duarum praecedentium, quae omnes fuerunt in prima compositione C. positae, vt sic ex post compilatores Digestorum ad eas potuerint habere respectum, prout alias soleo dicere ad aliud propositum in l. 1. infra de leg. 1.

Vel secundo respondetur quod in dd. iuribus filius erat grauatus non simpliciter, sed si sine liberis decesserit, & interim dum vivebat, facile legitimam & eius fructus poterat colligere: nimirum si ei non dabatur querela, iuxta d. §. vnde si quis, in fine.

Et plus etiam dico, quod in illis iuribus filius uiuens totum retinet, cum spe etiam vt ad liberis transmittat, si eos habebit, & id non habet ipse de quo conueratur. Erant. n. fideicommissum conditionale, & ita incertum, an ei sit futurus locus.

Et ex his itaque videtur verum dictum domini mei Socini. vt scilicet ex natura fideicommissi sit vt etiam legitima includatur. Data ergo potentia disponentis, prout est in milite, debet legitima includi.

Nec obstat quae §. in contrarium allegata fuerunt.

152 Nam ad primum respondetur, quod licet legitima non dicatur pars hereditatis, sed bonorum, ad hoc. l. vt sciamus cam deberi sine onere, vt d. §. quarta. Tamen ex hoc non sequitur quin comprehendatur sub nomine hereditatis, sicut qualibet res hereditaria. Et si ratio in contrarium allegata attendatur, sequeretur quod legitima bene comprehenderetur, vbi grauaretur restituere bona patris, & sic fieret differentia in verbis, contra l. secundam, in fi. C. communia de legatis.

Ad secundum in quo nouissimi plurimum se fundabant, respondetur, quod illud non facit, quin natura fideicommissi vniuersalis includat etiam legitimam de se. sed in pagano dicimus non contineri, quia ipse non sic potest disponere, & sic in particulari dispositione pagani argumentum procedit, sed in milite cessat, cum possit sic disponere, vt verborum natura importat. Et sic recte intuendo ista secunda ratio nihil facit, licet eam nouissimi magnifecerint. Quin immo videtur quod in contrarium retorqueretur, attenta potentia militis.

Ad tertium respondetur, negando quod in casu isto consideretur tale votum patris, quia de contraria voluntate constat, cum grauetur de vniuerso, & non sumus in dubio, & sic non est locus coniecturae ex paterna affectione in filium sumptae, iuxta l. cotinuuus, §. cum ita, §. de verb. oblig.

Nec quicquam obstat §. cum proponeretur, in contrarium allegatus, quia ibi votum patris consideratur, vt illa nubat, & sic concedenter doteur, cum quo etiam concurrebat pudicitia mulieris, vt ibi dicitur. Et maxime id dicendum est, ibi, quia filia erat grauata, si sine liberis decederet. Ex eo. n. clare ostenditur votum illud patris, vt illa nuberet, & ita dotem acciperet.

Ad quartum & ultimum respondetur, quod illud procedit respectu pagani propter ius scriptum, quo cauetur, legitimam filio non posse auferri, ut est notum per iura vulgaria, & tradit Ale. in con. fil. 291. Perspectis verbis, post princ. 6. vol. Sed ex hoc non sequitur, legitimam non comprehendi in verborum importantia, vt ex praedictis patet.

Vnde cum miles possit auferre legitimam filio, non potest dici filio sic debita, ut in bonis eius videatur esse, cum in merito arbitrio patris sit, eam illi auferre, & ita totaliter cessat argumentum, & remaneat, quod cum miles possit, videatur, illam inclusisse in fideicommissum vniuersali. Et sic videtur, quod opinio Domini mei Soc. & Decij disputando possit sustineri & ab allegatis in contrarium recte defendi.

Ego autem pro resolutione huius dubij artieuli sic puto distinguendum. Aut miles in sua dispositione sic loquitur & talia verba profert, vt ex eis iuxta eorum vim appareat, quod de tota hereditate, et in-

clusa legitima, disponere voluerit, puta, quia dixit, volo restituere totam vel integram hereditatem, vel vniuersam, vel sine diminutione aliqua, aut quid simile protulerit, & tunc dicatur includi legitima, cum verba omnino sic importent, & eo casu propter verborum importantiam dicatur vsus privilegio suo, quod est, vt filio legitimam auferre possit, per ea quae supra dixi in septimo no. Et in his terminis procedat opinio Domini mei Soc. & Decij.

Aut ex verbis non sic manifeste appareat, puta quia simpliciter dicit hereditatem debere restitui post mortem filij, puta si sine liberis decesserit. Et tunc non includitur legitima, & hoc ea ratione, quia miles in dubio dicitur vsus iure communi, vt supra dictum fuit, nisi aliquo modo appareat, quod voluerit vt privilegio, quod certe ex his verbis non appareat. Nam verum, & secundum iuris ordinem restituere hereditas, licet legitima detrahat, prout communi iure inspecto, contingit in testamento pagani. Et ita in proposito dicemus, militem vsus fuisse iure communi.

153 Et si dicatur, quod ista differentia non videtur bona, quia inde finita dispositio debet aequipollere vniuersali iuxta regulam l. si pluribus, de legatis secundo, & l. si plures, de lega. tertio. Respondetur tuendo praedicta. Primum, quod illa regula procedit, quando sit par ratio in omnibus, prout declarat Bart. in d. l. si pluribus, & sequuntur Doc. communiter, vt scribit Alexan. in consil. 201. mili. 4. col. ver. probatur etiam ratione, 6. vol.

At in proposito, ratio non est eadem. Nam, cum legitima iure communi filio auferri non possit, & miles praesumitur in dubio vt iure communi, nisi aliter de eius voluntate appareat, certe cum eo casu non appareat, dicitur vsus iure communi. Sed si exprimit, vt in primo casu, ostenditur voluntas eius quod a iure communi vult recedere, & vt privilegio, grauando filium etiam in legitima. Ratio ergo apparentis voluntatis cessat in secundo casu, & propterea indefinita non aequipollebit vniuersali.

Vel secundo respondetur, quod regula illa non procedit in stricte interpretandis, iuxta tradita per Doctores in l. 2. supra de lib. & posth. at hic sumus in talibus, ergo &c. Id autem probatur tum quia agimus de fideicommissum iniuncto filio, & sic de onere, quod debet interpretari stricte, & vt haeres maxime filius, minus grauatur, iuxta l. vnum ex familia, §. si rem, de legat. secundo. Tum etiam quia sumus in vsu privilegij.

154 Etenim cum privilegium dicatur priuata lex, c. privilegia. 3. distinc. debet stricte intelligi seu interpretari, vt scilicet quis eo in dubio non credatur vsus. Et pro praedicta distinctione bene facit doctrina Pau. de Castr. & aliorum in auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid.

155 Dum dicunt, quod ex eo, quod testator iubeat hereditatem restituere, non appareat eum voluisse vt permissione legis, vt falcidiam prohibere possit, siue Trebellianicam, secus si dixerit integram hereditatem restituere: nam tunc dicitur prohibuisse de tractionem Trebellianicam, quia scilicet constat eum voluisse vt tali permissione legis, quod non appareat, ex eo, quod simpliciter dixerit de hereditate.

Et licet alias indefinita aequipolleat vniuersali, tamen eo casu non aequipollebit, vt signanter declarat Alex. in d. consil. 101. in loco praedictato, qui in indiuiduo ita firmat. Ita ergo & in proposito dicendum videtur secundum praedicta super quibus cogitabis, quia per alium non inuenies.

156 Circa secundam partem quartae conclusionis. infra positae videlicet vtrum legitima filij includatur in directa militari. Reperio tres varias opiniones.

Vna est Pau. de Castr. in d. l. precibus, quod nullo modo includatur, etiam secundum antiqua iura, & hanc opinionem sequitur Iason ibi columna 14. dicens quod ita voluit Raphael Cuman. hic.

Et fundatur ista opinio (dimissis alijs) quia licet miles possit filium priuare legitima non tamen sequitur, ergo sic voluit, faciendo directam militarem, & dicit Iaso. in d. l. precibus, quod istud fundamentum stringit. Sed breuiter ista opinio non videtur bona, & eam reprobat hic dominus meus Soc. ex pluribus vt per eum.

Et ego ultra eum & alios contra Pau. de Castr. induco primo listam. Nam in secundo casu loquitur Iurisconsultus de bonis patris eodem modo, quo in primo loquutus est de bonis patris & filij: sola differentia existente, quod in primo, bona vniuersae, in secundo, patris tantum veniant. Sed in primo casu bona patris veniunt integra & non detrahitur legitima, ergo nec in secundo.

Secundo induco l. sed si plures. §. in arrogato, supra eo. ibi sub stituito, quae singulari quodam iure permittitur scilicet ratione arrogationis, & quae tantum habet locum in bonis arrogantis, comprehendit etiam legitimam, quae filio arrogato de dictis bonis debeatur ex constitutione Diui Pij: sic ergo & in directa militari dicendum videtur, quae solum ad bona militis trahitur, vt l. milites etiam his, infra de militar. testamen. vt scilicet bona ita generaliter veniant, vt etiam legitima filij includatur.

Ad fundamentum supra relatum pro opinione Pau. de Castr. respon-

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

respondetur, quod immo praesumitur sic velle, prout potest, quia cum directo substituat, & sic utatur privilegio militari, credendum est etiam quod in hoc utatur privilegio, vt. s. filium legitima priuet, maxime quia non reperitur quod ex directa substitutione aliquid detrahatur.

Secunda est opinio Alex. hic, qui distinguit, & dicit quod in specto iure antiquo, i. ante ius Authenticorum, legitima includebat in directa militari contra Pau. de Castr. sed hodie non sic inspecto iure nouo Authenticorum, vt per eum, qui multum notat, dicens quod non reperit ab alio dictum. Sed Iaso. hic in 7. col. refert ita ad vnguem dixisse Cuma. hic, & ipse videtur hoc sequi.

Caue tamen, quia Ias. est sibi contrarius, & in decisione, & referendo Cuman. Nam in l. precibus, sequitur opinionem Paul. de Castr. & dicit quod eam tenuit Cuman.

Hic vero sequi videtur opinionem Alex. asserens quod illam tenuerat Cuma. de quo non parum est mirandum, maxime cum verba Cuma. sint satis clara pro opinione Paul. de Castr. Nam quolibet iure inspecto, tenet legitima non includi, vt per eum.

37 Et pro ista secunda opinione facit, quod quia communis est opinio, quod hodie miles non potest filium exheredare sine metu que relax, vt videtur probari in §. sed haec quidem, in Auth. vt cum de appell. cogn. dum ibi dicitur, quod testamentum filij famil. qui potest testari (prout est miles) non habebit effectum, nisi in eo fuerint seruata, quae in eo tex. dicuntur.

Et si dicitur militi filiosfam. ablatum privilegium, de quo in l. si instituta. §. de inofficio, §. de inoff. testam. Et si ius antiquum corrigitur in milite filiosfam. respectu parentum suorum, fortius videtur, quod sit correctum in patrib. famil. respectu filiorum, cum illis magis parentum haereditas debeatur, quam econuerso, si ergo miles hodie non potest priuare filium non ingratum legitima, ipsum expressè exheredando non dicitur tale quid posse facere faciendo ei directam militarem, ne alias quod vna via prohibetur, alia videatur concedi, contra capit. cum quid vna via, de reg. iur. lib. 6.

Et maxime, quia ante nouas leges ideo in directa militari includebatur legitima, quoniam miles poterat ex arbitrio illa priuare filium, sumpto ergo argumento a cessante ratione, hodie non debet dicta legitima includi.

Sed tamen secundum Dominum meum Soc. potest istis responderi, quia non videtur quod valeat ista consequentia. Miles non potest hodie exheredando priuare filium legitima, ergo in directa militari legitima non includetur.

Nam, cum illa lex noua, corrigens antiquum ius, loquatur tantum in exheredatione, & sic in actu odioso, non debet trahi ad actum fauorabilem, seu minus odiosum, iuxta notata in auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. e.

Non obstat d. c. cum quid vna via, quia regula illa procedit, nisi specialis ratio aliud exposulet. Exemplum, regulariter legitima per patrem paganum auferri aut minui non potest, tamen dando libertatem potest illud fieri. l. Papinianus. §. quarta, supra de inofficio testam. tradit glo. & sequuntur Doct. in d. c. cum quid vna via. Ita ergo dicemus in proposito fauore directae militaris.

Præterea potest ad d. c. cum quid, aliter responderi, negando, scilicet alia via concedi, quod vna prohibetur, cum filius a milite institutus iam habuerit legitima, immo & totam hereditatem, si ita fuerat institutus, & illam detinuit & fructus percepit toto illo tempore, quo detinuit. Postea vero adueniente casu, vel tempore directae militaris, illa ex sui natura procedet respectu totius hereditatis nihilo detracto.

Nec obstat argumentum a cessante ratione, quia negatur quod illa esset ratio finalis, quare legitima includeretur in directa militari.

Ratio autem erat, & hodie est, natura ipsius directae militaris, quae est vt per eam omnia militis directo & sine diminutione quaerantur substituto. Et ita etiam considerabat Dec. in d. l. precibus, mihi col. 16.

Tertia ergo est opinio Patruui & Domini mei Soc. hic col. mihi 15. contraria penitus prima, videlicet vt indistincte, & nouissimi iure inspecto, legitima includatur. Idem voluit Dec. in loco praesallegato, & si rectè consideretur est de intentione Bartol. hic & sequacium, & glo. in d. l. precibus.

Ex quo simpliciter & sine temporum distinctione dicunt legitima includi in directa militari.

Et propterea forte potest dici communis opinio, Circa quam est aduertendum, quia si vera est conclusio, quam supra contra communem firmam in primo notabili, in secunda questione respondendo ad sextum argumentum factum pro parte negativa, videlicet quod hodie nihil corrigatur circa testamentum militis, ista opinio procedit absque dubitatione per praedicta, quicquid Paul. de Castr. & Iason. dixerint in contrarium.

Sed tenendo quod immo corrigatur, prout est communis opinio, illud tunc facit contra istam tertiam opinionem.

Ad illud tamen respondebis, vt iam dixi tollendo opinionem

Alex. Facilius enim excluditur filius per modum non odiosum, quam per odiosum, argumento. l. omnimodo. C. de inoff. testa. vbi in aliquo etiam omnino institutus excluditur, supra legitima, quod non esset, si exheredaretur, quia in totum querelaret, vt hic per Dominum meum Soc.

Comprobatur secundum Dec. in d. l. precibus, quia & alias in testamento pagani per directam substitutionem tollitur legitima, vt per pupillarem, quae tamen non potest tolli per exheredationem, vel per fideicommissum. Sed hoc prout & nouissimi aduertunt nihil est.

Nam id est in pupillari, quia per eam quis fit haeres pupillo, vnde ipsi pupillo non dicitur in aliquo praedictum, sed potius ei data utilitas, iuxta l. Iulianus, alias incipit si pupillus, infra de acquir. haered.

Et si dicas, praedictum matri eius in legitima. Respondebo id esse, quia testamentum a patre factum fuit, vt dicitur in d. l. Papinianus. §. sed nec impuberis.

Ista tertia opinio per iam dicta videtur probabilior, & eam sequuntur hic nouissimi, vt per eos.

Qui tamen eam limitant, nisi directa militaris appareret facta in fraudem, puta, quod filius fuisset institutus pro breuissimo tempore puta per tres, vel quatuor dies, post quos esset facta ista substitutio, vel aliter, remittendo hoc ad arbitrium iudicis, tunc enim non videtur quid dedisse filio, cum statim abstulerit, argumentum, qui sic, infra de solutio. & propterea videtur quod per inde habeatur, ac si exheredatus fuisset.

Ista limitatio est multum aequa. Pro qua facit, quia quando quid simile fit, quod fraudem sapiat, lex fraudibus semper occurrit, vt l. sed & Iulianus, §. primo, supra ad Senatusconsultum. Maced. dicit d. l. Papinianus, §. cum igitur, cum glossa magna prope finem, & glossa. supra de inoff. testam. Cogitabis tamen super ista, ista limitatio non procederet, tenendo, quod hodie in milite nihil corrigatur, vt dixi.

AUDI TIO. Nec obstat, quod dicit hic Ripa nu. 44. ibi, & diximus, quia (ni fallor) ipse aequiuocat, quia nos fatemur, quod exheredando non possit tollere filio legitima, & in huiusmodi fraudem institueret pro triduo, puta faciendo filio directam militarem, & dicimus quod tunc velut in fraudem factum, non debet valere. Nam eo modo facta institutio virtualiter videtur exheredatio, nec filio in legitima praedudicabit.

158 Quinta conclusio Bart. est, quod veniens per directam militarem habet remedium illud possessorium, de quo in l. 3. C. de edict. diui. Adria. tollen. non sic veniens per fideicommissum. Circa quod aduerte, quia quod de fideicommissis dicit, procedit, nisi de fideicommissario sit facta restitutio verbo ratum, quoniam tunc etiam ipse utitur tali remedio, secundum Cyn. & alios in d. l. 3. vt ibi; Iason. 4. colum. & per Deci. colum. 8. Quod nota, quia in practica pulchrum est. Sed an in puncto iuris sit verum, non dicimus, quia non est materia nostra, videas in d. l. 3.

159 Ex iam dictis habes aliquas utilitates illius cognitionis, in substitutio sit directa militaris, vel fideicommissaria. Alias plures vide per Alex. hic, & in d. l. precibus, & nouissimi hic in noua eorum dubitatione enumerant vtiq; ad decem utilitates vt per eos.

Ego alijs post habitis instabo circa vnam, quam nouissimi ponunt ultimo loco, sicut etiam facit Alexan. Etenim si fideicommissarius decedat ante tempus fideicommissi, ita vt fideicommissus extinguatur, remanebit haereditas apud haereditatem. l. vnica, §. si autem sub conditione. C. de cad. tollen. secus esset in directa militari: nam si per eam vocatus ante illius tempus decedat, non remanebit haereditas primo instituto, sed veniet ad venientes in intestato. Ita dixerunt Pau. de Castr. & Fulgos. in d. l. precibus, sequitur Alexan. hic col. 1. Et probatur ista opinio, quia miles in directa militari duo voluit separata, vnum. s. vt primus haeres designat esse haeres, & illi dicatur haereditas adempta. Alteri autem d. hereditatem in substitutum transferre, licet ergo secundus non possit habere effectum, ex eo tamen primus non debet impediri, vt in simili probatur in l. plan. §. la prima, in principia de leg. 1. & l. & si transferam, infra de adim. lega.

Comprobatur ista opinio ultra Doctores, quia paria esse debent, non substituere, & sine effectu substituere, argum. l. secus, supra de auctoritat. tuto. Sed non dato substituto, haereditas veniet ad venientes ab intestato, l. miles ita, in principia de milit. testamen. ergo &c.

Contrariam tamen opinionem, videlicet quod immo primus haeres retinebit, aut eius successores, tenuit hic Rapha. Cuman. Bar. opinione sequitur hic Dominus meus Soc. col. 16. Claud. col. 3. & nouissimi in decima utilitate.

Pro ista opinione primo facit, quia testator, faciendo substitutionem, videtur fauore substituti disponere, & eo respectu tantum & non simpliciter a primo recedere, vnde cum esset secundo haeres, primus debet retinere, cum solum propter secundum videretur priuatus.

Secundo, quia cum semper testator de haereditate procuratorum videtur

videtur ostendisse, quod volebat decedere intestatus: merito illud contingere non debet, ne quid sequatur contra votum testatoris. Pro quo facit d. l. miles ita, in princ. ibi, nemine substituto dato, quasi dicat, si datus fuisset substitutus, non haberet locum causa intestati, non considerato an substitutus admittatur vel ne, sed tantum an datus fuerit.

Tertio facit, quia cum sit facta substitutio ista, puta sub conditione si intra vigesimum quintum annum decesserit, ut in hoc text. vel sub simili dicitur facta etiam sub alia conditione, videlicet si illo tempore superfuisset substitutus. l. haeredes mei, in princ. infra de condit. & demonst. Vnde cum ista conditio defecerit, substitutio tota sit irrita, & perinde ac si facta non esset, ut l. cedere diem, infra de verb. signi. ergo videtur quod prima institutio firma remaneat.

Et teneo istam partem, ad fundamentum Alex. respondetur, quod licet testator illa duo voluerit, tamen voluit unum propter alium, & in necessarium antecedens eius, & sic simul utrumque. Nam cum principaliter vellet substitutum admitti, necessario est voluit à primo adimere. Vnde cum substitutus non admittitur, non creditur testator voluisse a primo esse ademptum.

Non obstat d. l. plane, & d. l. transferam, quia secundum Cumanum loquuntur quando ademptio pura, & simpliciter erat facta. Verum ista solutio secundum Alex. est diuinatiua.

Et praeterea non refert secundum quomodo sit facta ademptio: esto ergo quod in casu nostro dicatur facta ademptio a primo sub conditione, videlicet si intra vigesimum quintum annum decesserit, tamen cum conditio extiterit, retrahitur ad tempus mortis testatoris, & dispositio sic ademptio dicitur purificata allegat notata per Bar. in l. r. §. ferui infra ad Syllan. Patruus meo Soc. tuetur solutionem Cum. & pro ea allegat l. quod si alij, cum §. l. seq. §. de adim. lega. vbi aperte dicitur quod translatio conditionalis in alterum facta, non omnino tollit primum legatum, nisi ostendatur quod eo animo fuerit testator, vide hic per eum.

Et ultra eum §. Ale. considera, quia falsum est quod ipse dicit in legatis conditionem retrahitur, licet etiam Soc. meus videatur idem velle: v. n. §. l. quae legato, §. de reg. iur. & §. notata per gl. & Doctores in l. si filius, §. de verb. oblig. Nec Bart. in d. §. ferui, illud dicit, sed potius §. rium, prout etiam ille text. probare videtur. Praeterea illud non feruieret Alex. quia tempore, quo purificatur conditio seu substitutio, iam mortuus est substitutus, & sic non reperitur in quo sortiatur effectum.

Et vbi quis vellet, quod traheretur retro, esset etiam dicendum, quod substitutus transulisset substitutionem in haeredem, sicut dicitur in stipulatione conditionalis, ut §. ex conditionalis, Insti. de verborum obligat. Quod tamen est falsum. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll.

Potest etiam ad d. l. plane, cum socia responderi, quod procedunt in iure, quod quaeri sperabatur primo legatario. Nos vero in eo, quod efficaciter primo instituto erat quaesitum, iuxta Doctrinam Bar. in d. l. plane, in princ.

Non obstat etiam quod ego ultra Doctores allegabam, quia in proposito negatur illa paritas quo ad primam institutionem: quoniam ex secunda, etiam quod in se non sortiatur effectum, apparet quod voluit semper decedere testatus, ut dixi in secundo argumento pro ista parte.

Et potest etiam dici quod apparet solum intuitu substituti a primo fuisse recessum, ut in primo argo dicitur. Paritas ergo in §. rium allegata procedit quo ad substitutionem & respectu sui tantum, sicut in d. l. 2. respectu auctoritatis tutoris.

Ego in hac difficultate clypeo distinctionis puto utranque opinionem posse procedere, ut si distinguamus, aut prima institutio a milite facta, qui postea fecit directam militarem, apparebat per se temporalis absque aliqua consideratione substitutionis, puta, si sit facta pro certo tempore, exemplum, instituo Titium pro decennio. Et isto casu procedat opinio Pau. de Cast. & Ale. primo loco relata. Non enim conueniret tunc quod haeres pro decennio institutus, sit haeres ultra decennium.

Et satis videtur hoc ex intentione d. l. miles ita, secundo respectu, ponendo quod substitutus detur post decennium, qui tamen intra decennium decedat.

Tunc enim perinde erit ac si non fuisset datus, & ideo merito ad venientes ab intestato pertinebit haereditas post decennium. Aut institutio prima per se sit simplex & sine temporis praefinitione, & sic per se apparebit vniuersalis respectu temporis, nisi facta fuisset substitutio, & tunc procedat opinio Cum. Soc. & aliorum.

Exemplum sit. Instituo filium meum haeredem vniuersalem, & postea dico, & si intra vigesimum quintum annum decesserit, talis sit haeres, ut in l. nostra.

Ponendo enim quod interim substitutus decedat, prima institutio erit firma.

Et idem dicam, si facta prima institutione pura & simplici, dixerit, & post viginti annos sit haeres Gaius. Nam eo interim decedente, primus institutus remanebit in sua pura institutione, a

qua testator solum propter substitutum videtur recessisse.

Et quod dico de substituto decedente procedat etiam in repudiante argumento l. secunda. §. sed & si sint, infra ad Tertullia. Et secundum hanc distinctionem argumenta super pro qualibet parte facta (si bene considerabis) procedunt in suo casu, cogitamen, quia est noua opinio.

Ex septima oppositione Bar. quae facit de l. Scauola, §. ad Trebell. pone duas conclusiones.

160 Prima sit, quod substitutio pupillo facta a pagano in codicillis, licet sub forma pupillaris fiat, valet iure obliquo.

Et ex mente Bar. istud est, propter duo simul iuncta, quia scilicet a pagano facta fuit, item & in codicillis. Nam eo modo pagano non conceditur dare aut adimere haereditatem, ut d. l. Scauola, & §. pen. Inst. de codic. cum similibus. Sed si alterum horum defuerit, valeret iure directo, puta, si fieret a pagano in testamento, vel a milite in codicillis.

Primum est clarum, de secundo est text. in l. militis codicillis. in prin. §. de milit. test. ita voluit hic Bar.

161 Et sic secunda eius conclusio est, quod militi inter alia privilegia etiam hoc conceditur, ut in codicillis possit directo dare haereditatem, vel etiam adimere. Et quia ista clarissima sunt, super eis non est insistendum, vide hic Alex. col. mihi vigesima quinta versiculo in ea gl. ibi. l. Scauola & c.

Et licet ex verbis Alex. videatur colligi, quod secundum eum in d. l. Scauola, substitutio fuit facta, per verba directa, tamen hoc non videtur, cum ibi dicatur substituerit, & verbum substituo, sit commune, prout communiter dicitur, & infra tangetur.

Et quamuis illud ibi sit verbum Iurisperiti tamen credi debet quod ipse habuit respectum seu relationem ad verba in codicillis prolata.

Potest tamen dici quod forte non ita sentiat Alex. Et dum dicit, quod ibi sumus in substitutione directa facta a pagano & c. debet intelligi, scilicet in pupillari, quae sui natura est directa: potest tamen fieri per verba communia, ut ex notissimum.

Istam oppositionem de d. l. Scauola, fecit gl. hic in fin. quae simul opposuit etiam de l. pater. §. conditionum, §. de cond. & demonstrationi.

Et licet gl. non soluat, ad l. Scauola, respondetur ut dictum est, & ad §. conditionum, respondetur secundum quod Alex. in loco predicto immediate sequitur.

Capio vltimam oppositionem Bartol. & ex eius dictis facias duas conclusiones.

162 Prima sit, quod si grauatus per fideicommissum, fructus, quos percipit post mortem testatoris, retinet. Idem dixit Bart. §. in quinta oppositione, & ibi dixi in secunda conclusione.

163 Est tamen aduertendum, quod fructus tales debent imputari haeredi in quartam Trebellianicam, ut in l. in fideicommissaria §. infra ad Trebell. nisi sit filius testatoris. filius enim specialiter & in privilegium concessum est, ut non imputet fructus in d. quartam, etiam si testator illud fieri iussisset, ut l. iubemus. C. ad Trebell. sed ut ibi dicitur, debet quartam illam habere de ipsis rebus haereditariis.

164 Secunda conclusio est, quod in directa militari veniunt fructus hereditatis, in qua talis substitutio facta est. Illi scilicet qui per primum haeredem percepti fuerunt, & reperiuntur tempore mortis eius, seu quo substitutio locum habet.

Circa hanc conclusionem aduertendum est, quia quod fructus veniant, concordant omnes, & est casus in l. lista in fine, sed qui fructus veniant, & sic quomodo lex ista intelligatur, varij sunt Doctores.

Vna ergo est opinio, ut intelligatur de fructibus inuentis in haereditate militis, tempore mortis primi haeredis, prout firmat hic Bar. qui idem voluit in l. precibus. C. eo. & in l. in testamento, la prima. C. de test. milit. Idem dixerunt Bal. & Sal. in d. l. precibus. Et Ang. in d. l. in testamento.

Et ante eos ita voluit Dyn. hic, sequitur Imo. hic dicens, quod alibi hoc non reperitur. Aret. etiam sequitur dicens, quod ita est communis opinio. Quam etiam tenet Dominus meus Socin. in nono notabili. Et sequuntur etiam nouissimi repetentes hic. Et Curt. iunior in d. l. precibus, ut mihi refertur.

Et pro ista opinione ex intentione Bar. hic, licet nullus declarat, facit quia lex ista videtur hoc (quod de fructibus dicitur) plus & specialiter concedere directe militari, quam fideicommissaria. Sed si attenderetur tempus mortis militis testantis (ut multi volunt de quibus supra) certe nil plus haberet veniens per hanc directam militarem, cum fructus tunc inuenti etiam venienti per fideicommissum, detrahantur, tanquam res haereditaria seu tanquam bona patris, ut est clarum.

Secundo facit l. ista secundum Aret. quia cum supra dixerit quod capiet bona patris, iam de illis fructibus dixerat, qui tempore mortis patris reperti fuerunt, cum iure bona patris dici debeant. l. item veniunt. §. item non solum, supra de petit. haeredit. cum autem subditur, cum fructibus & c. de alijs fructibus intelli-

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio:

gi debet, ne alias superflue talia verba sint posita.

Tertio Dominus meus Soc. aliter considerat hunc text. Nam præsupponitur hic, fructus esse perceptos, alioquin non bene dicitur 165 bitaretur, an venirent in directam militarem: essent tamen tunc pendentes, & pars rei, iuxta l. fructus pendentes, supra de rei vend. & ita rem ipsam seu fundum sequerentur. l. fin. §. penul. j. quæ in fraud. credit. & l. Julianus. §. si fructibus, supra de actio. emp. Hoc posito, hic dicitur quod inveniuntur in hæreditate restituuntur. Ex quo a contrario sequitur, quod consumpti, non veniunt.

Hoc autem non convenit illis fructibus, qui tempore mortis testatoris fuerunt inveniunt, quia illi veniunt, ut bona patris, & debentur etiam consumpti, & ita tanquam debiti, in quartam imputantur, ut l. Marcellus. §. res quæ, & ibi per doctores j. ad Trebel.

166 Quarto probatur sic, quod fructus non præsumuntur durare ultra triennium, secundum glo. in l. i. C. si adversus fructus. Tradunt Doctores in l. sequitur. §. fructus, infra de usufructu. unde, si attenderet tempus mortis testatoris necesse esset, quod filius intra triennium de cederet, alias frustra de illis fructibus ageretur, cum per lapsum triennij præsumerentur extincti. Quod certe nimia esset restrictio ad l. istam, maxime cum in ea præsupponatur filij mortui maiorem, qui tempore testamenti erat minor. Ita arguebat Lanfran. de Orian. prout referunt nouissimi, & Iason sibi hoc ascribit, licet postea teneat contrarium.

Demum pro ista opinione secundum nouissimos facit, quia cum lex ista possit utroque modo intelligi, debet intelligi eo modo, quo dubitabilis fuisset quæstio, argu. l. quod Labeo, infra de carb. edict. Sed intelligendo tempore mortis patris, quæstio esset sine dubio, ergo &c.

Alia fuit opinio Angel. hic, ut l. intelligamus de inuentis tempore mortis testatoris, & sic Angel. est sibi ipsi trius. Ista opinionem tenent etiam Pau. de Cast. hic & in d. l. precibus. Fulgo. ibi & in d. l. in testamento, la prima. C. de testamen. militari. vbi etiam Rom. & Corne. Alexand. Iason & Claud. hic, & Dec. in d. l. in testamento. 10. col. Et pro ista opinione sunt ista fundamenta.

Primo, hæres cui fit directio militaris, non debet esse deterior grauato per fideicommissum, sed ille retinet fructus omnes, quos ipse percepit, ut l. in fideicommissariam, in princ. infra ad Trebell. ergo &c.

Et maxime quia videtur eadem ratio, cum uterque iudicio testatoris perceperit, & in hoc plurimum se fundat Alex. Sed tamen opinio Bart. responderetur, negando assumptum, quia veritas est, quod immo est deterior in multis.

Primo, quia non detrahit Trebellianicam. Secundo nec propriam legitimam. Tertio desinit esse hæres. Quarto perdit iura sepulchrorum, quæ omnia non sunt in grauato per fideicommissum. Et sicut in istis directio militaris est potentior fideicommissaria, ita etiam erit in hoc, ut scilicet in ea includantur fructus per primum hæredem percepti, si tunc reperiantur, cum substitutione locum habet. Et licet uterque percipiat iudicio testatoris, tamen ubi facta est directio militaris, hæres primus percepit restituendus, & sic iudicium testatoris dicitur qualificatum, & hoc per l. istam.

167 Secundo pro opinione Ang. arguitur. Aditione facta a primo hærede perditur nomen hæreditatis & fit vnio patrimonij sui & testatoris. l. sed & si plures. §. filio, infra eo. ex quo sequitur quod tempore mortis instituti non possunt dici fructus inuenti in hæreditate, quæ desinat esse hæreditas: quod esset contra l. istam. Sed responderi potest, quod immo adhuc remanet consideratio hæreditatis testatoris propter substitutionem de ea factam, sicut videmus in toto titulo ad Treb. Nam nomen seu consideratio hæreditatis remanet, quia alteri per fideicommissum restituenda est.

Et multo magis isto casu, cum primus desinat verè esse hæres, & alius fiat hæres, & hoc respectu loquitur lex ista. Sic etiam videmus quod si ista considerat distinctè bona patris, & bona filij, licet omnia esse effecta filij. Dixi in quinto, & sexto notabili.

Tertio fortiter arguitur. Ista directio militaris procedit tantum in his bonis, quæ quis ex testamento militis consequutus fuit. l. milites etiam, infra de milita. testamen. Sed fructus isti percepti fuerunt per hæredem propria industria sua, & plus etiam de proprijs bonis, cum aditione dominus esset effectus, merito ergo debet suos fecisse, nec aliquo modo ad eos teneri, iuxta l. solum. §. fina. §. de rei vend. & l. Nescennius, §. de vsur. Ita arguebat Corn. in d. l. in testamento, & etiam Aret. hic. Quod eo maxime vrget,

168 quia tamen dictio ex, de qua in d. l. milites etiam demonstrat causam immediatam, ut per Bart. in l. ex placito. C. de rer. permut. & in l. cum emancipatus, infra de coniung. cum emancib. Verum ad hoc responderi potest, quod immo isti fructus satis ex testamento dicuntur haberi, cum eo mediante habeantur & ex bonis testatoris, sic et a patre arrogate habeantur, quod eius contemplatione, & eo mediante filius habet. l. sed & si plures. §. in arrogato, j. eo.

Nec obstat dictio, ex, posita in d. l. miles, quia tamen est causam mediatam denotat, & remotam, ut traditur in l. non dubium, vbi Bart. C. de legi. & probatur in l. i. §. ex incendio, infra de incendi. rui, & nauis, & in l. Julianus, in princ. ibi, quæ ex ea &c. si-

pra de actio. emptio.

Quarto isti fructus non dantur fideicommissario, qui nullis privilegio, sed iure communi vocatur, ergo minus debent dari substituto ex directio militari, cum veniat ex privilegio, quippe potentius dicitur ius commune, quam sit privilegium. l. civis militis. §. si militia missus, j. de milita. testam. Ita arguebat Ias.

Sed tamen respondeas quod argumentum parum aut nihil facit, quia pro vero iste substitutus in multis alijs est melioris conditionis, quam sit fideicommissarius, ut modo dixi respondendo ad primum argumentum faciunt contra Bart.

Nec obstat d. §. sed militia missus, quia ut dixi supra in octavo notabili, intelligitur ille text. respectu eiusdem dispositionis, que iure singulari valida aliquando debiliior est, quam si iure communi valeret. At in casu nostro diuersæ sunt dispositiones, una enim est directio, alia est obliqua substitutio.

Quinto contra Bart. mouetur Dec. in d. l. in testamento, quia illa verba, inuentis in hæreditate, sunt in dubio ad testatorem referenda, per ea quæ tradit Bart. in l. cum in testamento, supra de aur. & arg. lega. vt per eum. Verum (prout etiam nouissimi dicunt & cum reuerentia sit dictum) istud fundamentum non convenit tanto viro. Nam in primis doctrina Bartol. præallegata procedit quando verbum aliquod profertur in testamento, ut per eum. At hic ista verba proferuntur a lege.

Sed in hoc non instando, secundò ex alio argumentum Decij non concludit, quoniam ex eo nulla sequitur consequentia ad propositum nostrum. Nam ego fatebor quod verbum illud in hæreditate referatur ad testatorem, prout dixi respondendo ad secundum argumentum. Sed dicam in proposito inipiciendum esse tempus mortis primi hæredis, ut sic cognoscamus, qui fructus veniat in hæreditate militari.

Et ex his patet opinionem, quæ est magis communis defendi posse ab allegatis in contrarium.

Si tamen quis disputando tueri velit opinionem Angel. & sequacium, in hæreditate illi fundamentum, quod tales fructus per hæredem fuerunt percepti iudicio & ordine testatoris. l. mulier. §. si hæres, in fi. j. ad Trebel. & non hæreditati, sed ipsi rebus accepto fuerit, ut dicitur in l. in fideicommissarium, in fin. princ. eodem tit. ergo in substitutionem non debent venire per illum text.

Et cum in proposito contrarium iure cautum non reperitur, illud dicere non debemus, ne sine lege loquentes erubescamus. l. illam. C. de collat. §. consideramus, in Auth. de oriente. & semis. collat. j. & c. is qui, de sent. excom. lib. 6. cum sim. solum autem stat difficultas in l. ista, quæ prout in contrarium allegatum fuit, videtur probare opinionem Bartol. sed tamen potest dici, quod non obstat, ut patet ex solutione ad contraria.

Ad primum ergo responderetur, negando assumptum argumenti, illud enim nullibi apparet.

169 Et licet lex ista dicat cum fructibus &c. illud dixit ex quadam exuberantia sermonis, non autem ex eo, quod alijs non venirent. Nec in convenit sic text. intelligere, ut sic minus lædatur ius commune, quam fieri possit, iuxta notata per Doctores in l. 2. C. de noxal. & per Abb. & alios in c. c. dilectus, de consuetud.

Vel secundo dici potest, quod id dicitur, ut tollatur dubium, quod poterit in mente cuiuspiam reperiri. Nam, cum iste substitutus veniat ex iure singulari, & strictè intelligendo, videbatur forte cuiuspiam, quod solum res ipsas principales inuentas in hæreditate haberet, & non fructus.

Ad secundum responderetur, quia secundum Dominum meum Soc. hic (cuius dicta scribit sibi Dec. in d. l. in testamento) licet fructus extantes dicantur esse de bonis hæreditarijs, tamen veniunt sub nomine fructuum, ut litem veniunt. §. fructus, supra de petito. hared.

Et licet ipse Soc. & nouissimi tuendo Aret. dicant, illud esse verum, si post mortem percipiantur, ut per eos. Tamen dici potest, quod etiam percepti ante mortem, possunt dici fructus, & sub nomine fructuum venire, si de eis particulariter dubitari contingat, prout potest dici dubitatum, ut modo dixi, & sic patet text. istum non superflue de fructibus ponere. Et maxime hoc dicendum est, ne alias sequatur quod primus hæres grauetur in eo, quod sua industria ex rebus proprijs & ex iudicio testatoris percepti.

Tertio non obstat inductio Domini mei Soc. quia dici potest quod argumentum a contrario sensu ex isto text. induci debet, quod consumpti non veniunt, sed per testatorem. Et quamuis in hoc non sit dubium, tamen ut dicunt nouissimi, non inconuenit ad idem a contrario sensu esse de indubitabili, dummodo lex in textu expresse habeat dubium, ut per eos.

Ad quartum responderi potest, quod sic intelligendo non dicitur fieri restrictio ad hanc l. sed potius declaratio. Nam cum lex ista de fructibus disputet, præsupponit in alijs terminos habiles ad quæstionem suam iuxta l. quæ testamento, in princ. supra de test. unde si verum sit, requiruntur hæredem mortuum intra triennium, potest dici quod illud, &c.

Vel secundo & melius dici potest, quod argumentum nihil facit.

cit. quoniam posito q̄ post triennium fructus non extarent, ex eo tamen non minus erunt restituendi, satis enim est q̄ tempore mortis testatoris fuerunt reperti in hereditate, vt hic dicitur. Et si postea consumuntur, debetur eorum estimatio: quia presumuntur consumpti in utilitatem heredis, qui eos inuenerat: nisi probetur contrarium.

Et licet nouissimi hic istud negent, argumento l. mulier. §. sed etenim, infra ad Trebel. mihi tamen istud argumentum non videtur ad propositum, quia ille tex. loquitur de rebus, quæ perierunt naturaliter, puta, quia serui mortui sunt, vel alia res hereditaria; in quibus culpa nō presumitur. Nos vero loquimur in fructibus per heredem inuentis, & in eius utilitatem conuersis consumptione, vel venditione.

Demum non obstat argumentum nouissimorum, quia negatur quōd ista negligentia ad listam sit sine dubitatione, vt patet ex iam dictis.

Præterea satis est q̄ in principali decisione esset dubitatio. Nā (pro vt supra dixi) quod de fructibus dicitur, videtur dictum ad maiorem declarationem; & ex quadā exuberantia sermonis. Cogita super prædictis. Ex quibus constat etiā opinionem Ange. posse teneri, quæ in auctoritatibus parum aut nihil differre videtur ab alia opinione: Et propterea non videtur securum dicere opinionem Bart. esse comunem, licet aliqui ita assererint: quod valde notabis, quia esset questio pro amico apud illum Iudicē, qui propter rationum consuetudinem dubitaret.

Quid dicendum licet valde dubitem, & forte nulla ex eis opinionibus sit vera. Si tamen ex his vnam tenere velis; magis placeat opinio Bar. per fundamenta pro ea facta, quibus subtiliter considerando, non videtur secure responsum. Et ultra alios Doctores pro dicta opinione dupliciter induco istum tex.

170 Primo sic, q̄ qualitas adiecta verbo, determinatur secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus; supra de noxal. pro quo est etiam text. & ibi summat Bart. in l. Titius; infra de milit. testa. facit. l. 2. infra de aur. & arg. leg. sed qualitas fructuum inuentorum in lista adijcit verbo capiet, ergo ab eo determinari debet, vt sic debeant dici inuenti tempore, quo bona capiuntur, & sic in casu huius legis, tempore mortis institui.

AD D I T I O. Inuenio nunc q̄ hoc argumentum virtualiter facit hic Ripa, qui facile a me habere potuit medio eorum, qui me dicantē scripserunt hanc l. dum Pifis legēbam.

Secundo, quia lex ista vult, q̄ isti fructus sicut & bona patris capiantur ex priuilegio, vt patet ibi, ex priuilegio militum &c. sed si tempus mortis testatoris inspicere, nullum in eis esset priuilegium ergo &c.

AD D I T I O. Hoc argumentum inuenio nunc q̄ virtualiter ponit hic Rui. Et licet Alex. dicat priuilegium istud non consistere in fructibus; tamen mihi videtur q̄ loquitur contra istum tex. Etenim tantum est dicere bona patris cum fructibus, quantum bona patris & fructus. l. Titie textores. §. nihil, de leg. primo, cum concordantibus de quibus ibi in gl. Quando autem fuisset dictum ex priuilegio capiat bona & fructus; non est dubium q̄ virtute copulæ etiam fructus caperentur ex priuilegio, ergo &c.

Immo videtur, q̄ per (cum) fiat, & ostendatur maior coniunctio, quam per copulam. l. & si cui, infra de fundo instr. vbi pro hoc est text. singularis. Et per ista, ex duabus opinionibus prædictis verior mihi videtur opinio Bar.

171 Veruntamen q̄ cogitabam posse dari tertiam opinionem, vt dicamus in hereditate inuentis. l. tempore aditæ hereditatis per primum heredem, tunc enim proprie fructus in ea inueniunt, cū hereditas proprie videatur, quæ iacet ante aditionem, & etiam dum aditur. Sic ergo dicamus, q̄ si post mortem testatoris aliqui fructus percepti fuerint, qui in hereditate tempore aditionis inueniebantur, dabuntur vna cum bonis patris venient ex directa militari. Et ita tenendo cessabunt plurima argumenta, supra pro alijs opinionibus hic inde facta, & maxime pro opinione Barto. quæ magis videtur vrgere. Nā fructus, ante aditam percepti, licet atqueant hereditatem, tamen veniunt sub nomine fructuum, vt litem veniunt. §. fructus, supra de per. hered.

Nec dicas quod tunc lex ista esset superflua, aut indubitabilis, quoniam dicam quod immo erit dubitabilis, videbatur. n. posse dubitari, vtrum percepti fructus ante aditam post mortem testatoris veniant in directam militarem. Nam videbatur ex vna parte indistincte quod non, eo quod nō erant in hereditate, de qua sola testator dicitur disposuisse, l. cum filius, infra de mil. testam. Cum hereditas sit in his, quæ defunctus habuit tempore mortis. l. hereditas, infra de reg. iu. cum sim. Ex alia vero parte videbatur indistincte, q̄ veniant, cum illi atqueant hereditatem, vt d. §. fructus. His non obstantibus, determinatur hic, q̄ veniunt, non tamen oēs, sed solum qui per heredem adeunt em reperti fuerunt.

Et si dicatur quod iste intellectus reīndit in intellectu Ang. attento quod hæres quādoque adeat, dicitur adiuisse tempore mortis. l. hæres quādoque, j. de acquir. hered. Respondebo, q̄ immo quādoq; illud non procedit. Et propterea in l. omnia

ferē, j. de reg. iu. ponit in dictio, fere. Multi enim sunt casus in quibus illa regula non procedit, qui ponuntur per glossam in d. l. hæres quādoque, inter quos poteris, & istum ponere.

Et præterea illa regula procedit per fictionem, nos autem inspicimus veritatem. Iste intellectus videtur multum amicus literæ. l. nostræ atque etiam consonus rationi, & illum notabis, quia pulcherrimus esset in disputatione. Nec illi obstat primum argumentum, quod supra ultra alios feci pro opinione Bart. quia potest dici q̄ qualitas vt fructus inueniantur, habet determinationem aliam, quam a verbo capiet, videlicet in hereditate, vt in tex. dicitur. Et debet intelligi proprie & vere de hereditate, quæ cadit tempore aditionis. Et licet etiam addatur verbum capiet, non tamen ab eo, seu eius tempore debet talis qualitas determinari, quia verba & subiecta materia non patiuntur, cum tunc improprie non dicerentur inuenti in hereditate. Facit Doctrina Bar. in l. ex facto, infra eo. in secunda oppositione, in versiculo fallit in l. nostra &c. Nam sicut ibi recedit a regula, ne sequatur absurditas, ita & hic, ne quid contra verba, & aliter quam subiecta materia pariat, inducatur. Cogitabis tamen quia non pono pro constanti. Et si non places, sequere opinionem Bar.

Aggredior nunc materiam compendiosa substitutionis, quæ Bart. dicit altam, & subtilem, & ceteris frequentiorē, & illam expedit per tres questiones principales, vt per eum.

172 Capiō ergo primam questionem. Et ex dictis Barto. habes definitionem compendiosæ vt, scilicet illa substitutio, quæ sub conditione mortis, vel alia multa complectitur tempora. exponendo do & declarando verba huius definitionis, vt per Bart.

Sed contra istam definitionem opponitur duobus modis. Et primo, quia non conuertitur cum suo diffinito, ergo non est bona, iuxta l. i. §. i. & ibi Doctores, supra de dol. Illud autem probatur dupliciter. Primo, quia datur diffinitum sine diffinitione; & sic reperitur compendiosa substitutio, in qua non inuenitur diffinitio Bart. Et istud probatur tribus modis.

Et primo, si filio impuberi fiat substitutio, si in pupillari etate decesserit, dicitur compendiosa substitutio secundum Bald. in l. precibus, col. 1. r. C. eo. & sic datur diffinitum, non tamen tunc reperitur diffinitio, quia tunc non plura tempora, sed vnum tantum complectitur, videlicet tempus pupillaris etatis, vt verba sonant & non pubertatis.

Secundo idem probatur, quia si fiat substitutio, quæ contineat plures substitutiones, satis videtur esse, vt compendiosa dici possit, absque eo quod contineat plura tempora, iuxta dicta Bartol. in sequenti questione dum alternatiue dicit plures substitutiones seu plura tempora. Nam oratio disiunctiua, seu vt isti dicunt alternatiua, verificatur, modo vnum ex alternatis reperitur, vt l. si heredi plures, infra tit. i.

Et hoc videtur fateri Aret. & Ias. hic. Et exemplificat Iaso, si fiat in maiori quādoque decesserit: nam non continetur nisi tempus maioris etatis, quia ille maior est. Et tamen dicitur compendiosa, quia continet plures substitutiones, puta vulgarem & fideicommissariam, vt per eum.

Tertio probatur quia si a pagano fiat compendiosa per verba directa, dicitur compendiosa, & tñ non continet, nisi vnā substitutionem, & vnum tempus. l. pupillaris etatis, & directam substitutionem secundum comunem opinionem, de qua j. in 2. q. ter tix questionis princ. si igitur (vt ex his constat) datur diffinitum sine diffinitione, sequitur q̄ diffinitio non conuertitur.

Secundo etiam dico q̄ dabitur diffinitio sine diffinito, qd̄ similiter tribus modis ostenditur.

Primo, nam vulgaris expressa dicitur continere tacitam pupillarem, vt dicunt Doctores seu ad eam porrigitur, vt ego supra dicebam. Et similiter per contrarium expressa pupillaris porrigitur ad vulgarem, aut velis dicere illam continet, & sic dicuntur facte plures substitutiones, & etiam comprehensa plura tempora. l. tempus ante aditam, & tempus post aditam in pupillari etate, prout infra dicam consideranda esse, & consequenter reperietur tunc diffinitio compendiosæ absque diffinito, quia nemo dicit aliquā ex illis substitutionibus esse compendiosam.

Secundo, quoniam si impuberi fiet precaria substitutio, puta, quādoque decesserit, rogo vt hereditatem restituat, erunt comprehensa plura tempora sub conditione mortis. l. tempus pupillaris etatis, & pubertatis; & sic dabitur diffinitio, & tamen nō potest dici compendiosa, quia erit mere fideicommissaria, vt l. co heredi, §. cum filie, infra eod.

Tertio idem probatur, quia reciproca facta pluribus, continet plures substitutiones, & plura tempora, & tamen non dicitur compendiosa, sed reciproca. lic ergo ex his sequitur dari diffinitionem sine diffinito & ita diffinitionem non conuertit, ergo &c. Hæc quo ad primum argumentum.

Secundo principaliter contra diffinitionem arguitur. Nam videtur ista diffinitio sibi repugnare. Quoniam cum in ea dicatur, vel alia, importatur, quod compendiosa possit fieri sub conditione omnino separata a conditione mortis, puta, si Titius fiat Consul.

Hoc

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

Hoc autem non videtur conueniens, quia tunc plura tempora non complecterentur, quod est contra alia verba diffinitionis.

Et istud probatur, quia tunc tempus pupillaris ætatis & sic pupillarem substitutionem non potest complecti, quia illa requirit omnino conditionem mortis. Et nisi ille impubes moriatur, pupillaris non potest habere locum, ut est notissimum, solus ergo vnus tempus contineri videtur sub illa conditione, si Titius fiat Consul, ergo &c. Ita quidam nostri arguebant in eorum tractatu. Et voluisse videtur Aret. dum dicit impossibile esse, pupillarem fieri sub alia conditione, quam in mortis.

His tamen non obstantibus arbitror diffinitionem Bart. posse sustineri.

Et ad primum argumentum respondetur, dicendo quod immo bene conuenit cum suo diffinito.

Et dum primo dicebatur, quod datur diffinitum sine diffinitione, istud negatur. Et ad tria in contrarium allegata respondetur.

Nam ad primum dico secundum Aret. Dominum meum Socin. & las. hic quod illa substitutio non debet dici compendiosa, quicquid dixerit Bal. in d.l. precibus. Nam illa dicitur expressa pupillaris, seu testamentum pupilli, ut videtur probari in l. 2. §. sed si quis ita, §. eod.

Pro quo secundum Aret. facit subtilis & pulchra ratio. Nam 173 quando in aliquo actu exprimitur qualitas aliqua conueniens vni dispositioni secundum naturam suam, dicitur tunc facta illa dispositio, ut l. cum dotem, vbi Bald. notat. C. de iure doti. sed in proposito exprimitur qualitas illa, si decesserit in pupillari ætate, quæ ex sui natura conuenit pupillari substitutioni, ergo illa debet dici facta, sic non dicitur compendiosa. Ego aliàs dicebā, quod immo debet dici compendiosa, defendendo Bald. in d.l. precibus. Nam videtur quod immo illa substitutio contineat plura tempora, vnum. scilicet ante aditam hæreditatem, aliud post aditam, si decedat in pupillari ætate.

Et ita videtur fuisse de mente Bar. dum in diffinitione, seu verba eius declarando dicit (vel aliud) nam exponam. scilicet ante aditam & allegabam pro hoc Corn. in conf. 297. In hac confusione, 3. col. 1. volum. qui Bal. defendit. Et nunc inuenio, quod nouissimi hic idem volunt, licet Corn. non allegent.

Nec tunc obstat d. S. sed si quis ita. cui isti nouissimi non respondent, quia fatebor, quod dicitur factum testamentum pupilli, & substitutio pupillaris, sed non sequitur, ergo non potest dici compendiosa, cum sit quod pari modo vulgarem sicut pupillarem contineat.

Nec obstat quod ibi in sequenti versiculo fiat particularis mentio de vulgari, quasi quod de ea non esset facta mentio in præcedenti, ut considerabant hic Aret. & Dominus meus Socin. quia respondere potest, quod hoc non sequitur, sed bene potest inferri quod supra non erat facta sola vulgaris, qui casus ponitur in sequenti. In præcedenti autem potest dici, quod erat facta compendiosa, & sic vulgaris & pupillaris.

Et plus dico quod ille tex. potest retorqueri & induci pro Bal. ibi in versiculo. Et si filius meus non extiterit, referendo eum ad omnia præcedentia.

Non obstat etiam illa ratio Aret. cui etiam nouissimi non respondent: quia respondetur, quod procedit, quando plures dispositiones simul non conueniunt, ut d.l. cum dotem. Sed in proposito nostro vulgaris & pupillaris concurrere possunt, ut dicitur simul facta, ut l. 1. §. eod. tit. Et verba expressa licet conueniant pupillari, non tamen disconueniunt vulgari, merito potest & conuenienter vtraque dici facta quo ad verba, & ideo potest dici compendiosa.

Fateor tamen articulum esse satis dubium, de quo plenè dicitur, §. in versiculo secundo oppono ad prædictam nu. 3. Et tu si per eo interim cogitabis.

Et vbi prædicta placerent, ex eis in proposito nostro inferitur, quod poterit dici compendiosa ista substitutio, filium instituo, & post mortem eius substituo, ut aliqui dicunt in l. in testamento la. 1. C. de testam. milit.

Et nihil obstat diffinitioni Bar. cum & in ea plura tempora contineantur.

Et similiter etiam si dixerō, filio meo impuberi substituo, poterit dici compendiosa (licet Dec. contrarium voluerit in d.l. precibus, col. 1. 1.) & diffinitioni Bart. non obstat, nam & tunc vulgaris, & pupillaris dicitur facta secundum prædicta.

Et secundum aliquos etiam fideicommissaria, licet hoc ego pro nunc non affirmem, sed inferius aliquid fortè dicitur in loco præallegato.

Ad secundum respondetur secundum Dominum meum Socin. quod Bartol. §. in sequenti questione non videtur simpliciter distinctiva vel, sed §. seu, quæ licet verba disiungat, sensum tamen coniungit, iuxta gl. in l. protegendum. C. de in litè dand. tutor. Et solet dici dictio expositiua præcedentis orationis, ut voluit glo. fin. in fin. in c. bonæ, il primo de postul. præ-

lato, & tradit Geminianus in confi. 115. Super dubio, 2. colum. allegando d. glo. Sic ergo Bart. videtur habere pro eodem plura tempora, & plures substitutiones. Et istud, quia non ad aliud considerantur plura tempora in proposito, nisi ad variandas plures substitutiones, ut etiam §. dicam, & per contrarium substitutio non variatur, nec dicitur multiplex, nisi multiplicitate & varietate temporum.

Dico ergo quod Bartol. diffinitionem, seu, posuit declaratiue, nam cum dixerat in diffinitione plura tempora, & in etymologia dixerit plures substitutiones, memor siue diffinitionis dixit, seu plura tempora, capiendo pro eodem, ut dixi. sic ipsemet Bartol. declarat in simili diffinitionem, seu, in Rub. §. de interdicitis.

Ad tertium & vitium respondetur, quod talis substitutio fuit aut puberi, aut impuberi.

Primo casu si vis, quod post pubertatem facta substitutio valeat iure obliquo, prout magis communiter tenent Doctores post gl. in l. verbis, supra eod. & §. videbimus, argumentum non obstat, quia iam comprehenduntur plures substitutiones. scilicet vulgaris, & fideicommissaria, & sic etiam plura tempora, videlicet tempus ante aditam & tempus post aditam.

Si verò velis quod non valeat iure obliquo, prout voluerunt quidam, dicam tunc, quod talis substitutio non iure dicitur compendiosa, nisi forte quod ad illam formam verborum. Bartol. autem in sua diffinitione vult loqui de compendiosa iuridice & respectu effectus.

Secundo casu nihil obstat, quia (quicquid velis post pubertatem) semper per plures substitutiones comprehenduntur, & plura tempora, quia continebitur vulgaris sub tempore ante aditam & pupillaris sub tempore pupillaris ætatis, sicigitur non diffinitum sine diffinitione.

In quantum verò secundo dicebatur dari diffinitionem siue diffinito respondetur, etiam istud negando. Nec obstant tria in contrarium allegata.

Nam ad primum respondetur, quod immo in dictis casibus dicitur facta vna tantum substitutio, quantum ad verba prolata, alia vero habet locum, si casus euenierit ex legis dispositione præter vim verborum. Bart. verò loquitur (& sic debet intelligi) quod plures comprehenduntur ex verborum importantia, saltem sub genere consideratorum, hoc est dicere, quod testator sub verborum compendio cogitauerit, & voluerit vsque ab initio plura tempora, & plures substitutiones complecti.

Ad secundum respondetur (missis alijs, quæ dici possent) & quidem ex intentione Bart. quod ista plura tempora debent esse diuersificantia substitutionis, alioquin ad quid temporum pluralitas consideraretur, nisi ex eis plures & varice substitutiones sumerentur? Et ideo Bart. statim declarando. scilicet pubertatis, pupillaris ætatis, vel aliud, id solum dixit, ut ostenderet temporum varietatem solum considerari propter varias substitutiones, quæ illis temporibus contingunt. Et intellige, vel aliud pura tempus ante aditam, ut supra dixi vel etiam tempus furoris: ut sic dicamus sub tempore ante aditam cootineri vulgarem, sub tempore pupillaris ætatis pupillarem: furoris verò exemplariam, pubertatis autem (scilicet cum sana mente) fideicommissariam aut directam militarem.

Et istud (ni fallor) est, quod voluit Bart. in sua diffinitione, contentus quod ex his temporibus saltem duo, & sic duæ substitutiones ad minus contineantur.

Verum, quando ex dictis temporibus non variatur substitutionis effectus, (prout in argumento contingit) licet plura videantur comprehensa, tamen vnum reputatur in proposito, & pro uno tantum haberi debet, quia omnia sunt uniformia respectu substitutionis.

Ad tertium autem respondetur, & aduertendum est, quia aut ista reciproca fit personis paribus, aut imparibus.

Primo casu, si fiat per verbum quocumque, res clara est, quia licet tota substitutio simul dicatur reciproca, tamen in persona cuiuslibet dicitur compendiosa, cum plura tempora, & plures substitutiones complectantur, videlicet vulgarem & pupillarem, si erant impuberes, item etiam fideicommissariam. Et dicitur eo casu reciproca substitutio mixta cum compendiosa.

Si verò fiat sine verbo quocumque, & ambo sint impuberes, & adhuc potest dici compendiosa, cum in persona cuiuslibet contineat vulgarem & pupillarem.

Nec obstat quod non sit expressum verbum respiciens plura tempora, quia satis est quod verba in eorum generalitate illud importent ex præsumpta mente testatoris, quod erit eo casu exponendo substitutio. scilicet vulgariter & pupillariter.

Sed si sint maiores, tunc, aut vis quod contineatur fideicommissaria, prout aliqui tenent, & potest dici compendiosa, quia exponitur substitutio. scilicet vulgariter & per fideicommissum. Aut vis quod fideicommissaria non contineatur, prout plures tenent, & tunc non potest dici compendiosa, & tunc continet plures substitutiones. scilicet vulgares in persona utriusque; & ita argum. obstarè, sed dic, ut statim dicam. Secun-

Secundò verò casu, quando fieret imparibus, si fieret per verbum quodcumque, quia contineret in persona cuiusque vulgarem & fideicommissariam, & sic plura tempora, dicitur proprie compendiosa, prout etiam dixi in primo casu. Sed si simpliciter fiat sine tali verbo, sola vulgaris videtur contineri, vt in §. sed si aliter, iam hoc iure, §. eo. secundum magis communem opinionem.

Et propterea non potest dici compendiosa. Et tamen continet plures substitutiones, videlicet duas vulgares. Et ita etiam hoc casu argumentum videtur ob stare. Verum tuendo diffinitionem respondetur, quod continet plures. scilicet in persona diuersorum. Sed substitutio dicitur eadem in specie. scilicet vulgaris, licet in persona vtriusque, & solum consideratur vnus tempus. scilicet ante aditam. Diffinitio verò intelligitur respectu eiusdem personae, in qua proprie plura tempora considerantur.

Non obstat modo secundum principale argumentum, quia aduertendum est pro solutione secundum Imo. & quosdam alios quoniam si Barto. voluit quod ista alia conditio possit adijci ultra conditionem mortis, argumentum nihil obstat, & de plano procedit, vt l. qui liberis, in prin. supra eo. Ita etiam dicit hic Aretin. Verum ista non videtur mens Barto. cum alternet conditionem mortis, vel aliam: vult ergo dici compendiosam, siue fiat sub conditione mortis, siue sub alia, modo contineat plura tempora, & sic argumentum videtur plurimum ob stare.

Quare D. meus Soc. & post eum Ias. tacito auctore dicunt tunc diffinitionem Barto. quod immo plura tempora comprehendunt, & plures substitutiones, etiam si fiat simpliciter sub illa conditione, si vel quodcumque Titius fiat Consul, vel simili, nulla facta mentione mortis.

Nam primò comprehendere potest vulgaris, si impleta conditio ne ille non sit heres. Item pupillaris, si moriatur pupillus, vel si eo hærede effecto, & iam maiore, impleatur conditio, potest comprehendere fideicommissariam, & sic plura tempora, & plures substitutiones erunt comprehensae.

Et ita patet, quod licet ad effectum pupillaris substitutionis requiratur mors impuberis, tamen illa semper intrinsecè dicitur compendiosa. Et illa substitutio non dicitur simpliciter facta sub conditione mortis, cum illa non sit expressa, sed dicitur facta sub illa, quodcumque Titius fiat Consul, licet conditio mortis sit intrinsecè. Et ita saluatur diffinitio in verbo, vel alia.

Sed aduerte diligenter, quia Bar. videtur loqui de alia conditione implenda. scilicet statutum, prout ipse declarando dicit, si quid fecerit, puta, quodcumque Romam iuerit, vel quid simile. Quo casu non potest considerari mors eius ante implementum conditionis, cum ipse sit eam impleturus, & tunc ratione prædicta potest dici quod non continebitur pupillaris. Nec istud videtur contra Bar. quia licet ipse dicat, substitutionem esse compendiosam, non tamen asserit necessariò pupillarem contineri. Continebit ergo vulgarem, si illud contingat ante aditam, vel fideicommissariam, si post aditam, & hoc respectu poterit dici compendiosa, cum plura tempora, seu plures substitutiones complectatur. Sed caue, quia quod obstat pupillari, videtur etiam fideicommissariae ob stare, quæ etiam mortem sine liberis requirit. Quod non potest contingere ante impletam conditionem, quæ ab instituto erat implenda.

Vnde potest dici aliter (si vis tenere quod etiam pupillaris contineatur.) Nam ei non videtur ob stare, quod heres sit conditionem impleturus, quoniam si illam impleat, puta eundo Romam, & postea impubes decedat, videtur quod pupillaris habeat locum, ac si fuisset facta compendiosa simpliciter & sine aliqua conditione, seu pure, cui parificari debet conditionaliter facta, postquam conditio est impleta.

175 Nam si pro pura debet haberi dispositio conditionalis, conditione implenda, vt l. fin. §. 1. infra eo. l. 3. §. si patronus, in fi. infra de bon. liber. & l. si pupillus, in fi. infra tit. 1. Dixit Bald. in l. cum testamento, in fi. C. de testam. manum. Et hoc fit dictum tenendo quod si filium impuberem instituo, & substituo Titium, dicitur facta compendiosa, de quo tamen statim dicam loquendo etiam respectu conditionis, per alterum implendæ, vt in illa, quodcumque Titius fiat Consul.

Videndum ergo est, vtrum cuiusmodi substitutiones, in vtroque casu loquendo, sint compendiosae? Et totum pendet an contineant pupillarem, vel fideicommissariam, cum de vulgari non videtur dubium.

Et quidem in pupillari videtur quod non, cum illa mortem pupilli omnino requirat, quod non videtur considerasse testator in prædictis conditionibus, sed solum ipsarum euentum, vt sic videtur voluisse nullo alio habitu respectu, conditione implenda, habere locum substitutionem.

Sed tamen considera, quod si prius impleatur conditio, quam moriatur pupillus, & etiam ante aditam, videtur, vt dixi, perinde ac si simpliciter fuisset dictum, talem substitutio. Quo casu secundum Bal. in d. l. precibus, comprehenditur vulgaris & pupillaris, & sic potest dici compendiosa, licet secundum Bart. & multos alios fo-

la vulgaris contineatur. Ita etiam nedum pupillaris, sed etiam fideicommissaria excludatur. Nec tunc secundum istam opinionem posset dici compendiosa, cum plures substitutiones non contineat. Et quæ ex dictis opinionibus sit verior, dicitur infra circa vnde cumam col. Bar. De fideicommissaria verò si tenes cum Bar. & socijs quod sola sit vulgaris, clarum est, quod non continetur, vt dixi, si vero cum Bal. quod sit compendiosa, & sic etiam pupillarem contineat, potest dubitari, quia videtur quod sola directe contineantur.

Sed quid sit dicendum, loquendo in illis terminis quando pure ab initio facta fuisset, dicitur infra loco præallegato.

In casu autem nostro quando sub aliqua ex dictis conditionibus facta fuisset, licet verum sit quod impleta conditione, videtur pure facta substitutio, quod ad id, vt amplius non habeat suspensionem, tamen quo ad effectum, de quo querimus, videtur esse certum quid plus. Nam testator dicendo quodcumque, &c. videtur omnino velle & quolibet tempore, impleta conditione, habere locum substitutionem: & sic videtur quod fideicommissaria saltem locum habeat, si reperiat quod heres adierit, quando conditio impletur, super quo tamen cogitabis, quia dubito.

176 Posito tamen quod in eiusmodi substitutionibus comprehendatur fideicommissaria, si dubitari potest, an filio viuo, locum habeat? Nouissimi dicunt quod non. Immo nec post mortem, si cum filiis moriatur, arg. l. cum auus, infra de condi. & demonst. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. Quod valde notabis ad ampliationem illarum legum. Et ista opinio in se habet æquitatem.

Mihi tamen in puncto iuris non videtur vera, quia leges illæ loquuntur quando filius grauatur post matrem, quo casu bene procedit ratio ibi allegata, sed quando grauatur sub conditione, quæ in vita filij potest impleri, aliud est, quia tunc testator substitutum voluit præferre, nedum filiis grauati, sed ipsi grauato. Et ita post Curman. declarat Patruus & D. meus Soc. in d. l. cum auus, mihi col. 13. versiculo tertium correlarium est. Videtur ergo quod siue viuo filio, siue mortuo, etiam cum liberis fideicommissaria locum habeat, eius conditione impleta. Super his tamen cogitabis.

177 Et ex his omnibus remanet defensata diffinitio Barto. Queritur secundò Bar. si quare dicatur compendiosa? interserendo etiam questionem, an dicatur per se species substitutionis? vt per eum. Ex cuius dictis facias quatuor conclusiones.

Prima sit, quod substitutio compendiosa, sic appellata est, quia sub orationis compendio plures continet substitutiones. i. sub breui loquio, puta, quodcumque deceferit, substituo, sicut si lego hominem, tali orationis compendio singuli homines continentur. l. Meuius. §. duobus, versiculo eadem quoque, de leg. 2. Et dicit Bar. quod hoc nomen, compendiosa, fuit inductum ab Imperatore vt per eum. Tu dic quod Imperator hoc non cogitauit, sed solum dixit seu præsupponit compendio. i. breui loquio posse fieri substitutionem, sed nomen substitutionis ipse non posuit.

Verum hoc nomen fuit à nostris maioribus inductum. Fateor bene quod occasione illius verbi compendio, de quo in dict. l. precibus, inde. scilicet deriuando & formando nomen compendiosae: in iure tamen hoc nomen non reperitur.

Et notabis etiam, quod ea consideratione attenda, etiam reciproca posset dici compendiosa, cum & illa, orationis compendio, fiat, videlicet eos inuicem substituo.

Placuit tamen eam aliter denominare, vt magis distinctè cognoscantur, argumento §. sed quia sanè, Instit. quibus modis testamen. infirm.

Et illam rationem considerando nostri maiores, eam breui loquio vocauerunt.

Posset tamen & ipsa dici compendiosa, inspecta etymologia prædicta, & per contrarium compendiosa posset dici breui loqua: sed commodius fuit singula singulis appellationibus distinguere, vt d. §. sed quia sanè.

178 Differunt tamen in comprehensione plurium substitutionum, quia compendiosa eas continet in persona eiusdem. Breui loqua verò, seu Reciproca in persona diuersorum, vt etiam supra dictum fuit.

179 Secunda est conclusio, quod compendiosa facta a pagano non dicitur de per se substitutio directa, sed quædam adiectio. Intelligit idem quidam modus seu quædam forma adiecta a lege ad faciendas simul plures substitutiones, quæ alias de per se fieri possent. Quæ in forma ista factæ, non variantur in substantia & effectu, sed perinde est ac si quælibet particulariter facta fuisset. Non autem intelligas quod sit adiectio, sicut est nomen illud, de peculio, tributoria, de in rem verso, & quod iussu, vt hic per Iaso.

180 Tertia conclusio sit, quod si fiat compendiosa a milite, dicitur vera substitutio de per se, quia ultra omnes alias substitutiones continet vnã nouam, quam directam militarem, appellamus.

Sed breuiter in hoc errat Bar. prout Aretinus, & D. meus Soc. dicunt in Rub. §. eod. & ibi & hic dicunt Moder. Nam licet illa militaris contineatur, ex quo tamen sola & ab alijs substitutionibus separata fieri potest, compendiosa non debet magis propria, & de per se substitutio dici propter illam, quam propter alias.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

Excusandus tamen videtur Bart. eo quod ipse illam militarem, nunquam tali nomine, vel alio baptizauerit, sed solum sub nomine compendiosae illam demonstrari credidit, solum. n. communes substitutiones proprio nomine appellari considerauit.

Verum quicquid dixerit aut senserit Bar. sit generalis conclusio, quod compendiosa, a quocumque fiat, non dicitur propria species substitutionis ab alijs separata. Quod intellige respectu substantiae & effectus, sed respectu formae & prolationis uerborum bene potest dici species separata ab alijs. Nam non potest dici simpliciter vulgaris, non pupillaris, non exemplaris, non fideicommissaria, nec directa militaris, cum non unam solum contineat, sed plures & aequaliter, substitutio tamen est alia, & diuersa a praedictis. Ita declarat Patruus & Dominus meus Soc. in Rub. s. eo. Et fuit de mente Sal. ut hic per Ias.

181 Quarta & ultima conclusio est, quod si Paganus poterit filiae maiori facere directam substitutionem, etiam post aditam hereditatem, & seruabitur uoluntas eius, stante statuto, de quo hic per Bart. cum Bart. transeunt Alex. Dominus meus Soc. & nouissimi hic cum alijs per eos allegatis, & uidetur communis opinio.

Et fundatur in eo, quia si pater filiae directo substituat, nisi talis substitutio attendatur & sortiatur effectum, puta, quia filiae dicitur, quod non debet ualere iure directo, quia hoc pagano non coe dicitur, illa non seruaret disposita in testamento patris, sed formam statuti, de cuius ualiditate dubitari non debet, cum tantum disponat circa ea, quae sunt iuris ciuilibus, cui per statutum derogari potest. I. omnes populi cum materia, s. de iusti. & iure solum itaque quaerendum est, utrum statutum, ita uoluerit? Et ut dixi communis opinio est quod sic.

Contrarium tamen tenet Imo. hic concludens quod immo uigo re talis statuti, pater non poterit directo substituere tali filiae. Et si filiae fecerit, non seruabitur eius uoluntas. Quod etiam approbat hic Ias. & quidam nostri Senens. in eorum tractatu.

182 Mouentur, quia si quando statutum potest aliquid operari, illud semper debet intelligi, ut minus laedat ius commune, quam fieri possit. l. 2. ubi Doct. C. de noxal. Abb. & alij in ca. cum dilectus. de consuet. Unde cum tale statutum satis operabitur, intelligendo, quod filia prohibeatur Trebellianicam detrahere, vel Falcidiam, & ita plene implebit uoluntates patris testantis, sicut uidemus in eo qui cogitur ex Trebelliano adire, ut s. sed si recusabat Inst. de fideicommiss. heredit. non debet intelligi, ut etiam in hoc laedat ius commune.

Sed tuendo Bart. potest responderi, quod tunc non esset satisfactum statuto. Nam cum testator uoluerit, & expresse disposuerit, quod iure directo ualeat substitutio, si talis eius dispositio, & uoluntas non seruaretur, non satisfaceret statuto, & uideretur aperte contra mentem eius. Ita in effectu uoluit respondere Alex. licet uerba sua non ita expriment.

Et licet in hoc laedatur ius commune, dicatur quod etiam in eo, quod dicit Imo. laeditur, cum regulariter quilibet grauatus quartam de trahere possit, & quare magis debeat acceptari illa laesio quam ista, non uideo, cum uerba statuti ad utramque adaptentur. Praeterea statutum debet procedere secundum generalitatem uerborum, etiam si esset odiosum, licet etiam in uno casu uideretur minor ratio, s. in altero, l. 1. s. quod autem, s. de ale. Ius. & aleato.

Vel secundo ad argum. rñderi potest secundum nouissimos hic 183 quod intelligendo eo modo, statutum seruaret de nihilo, cum si testator per se possit detractionem quartae prohibere, ut in aucte, sed cum testator, & ibi per Doct. C. ad leg. Falc. etiam Trebellianicam secundum Bart. & communem opinionem in l. Marcellus, in prin. j. ad Treb. Sed hoc quidam dicebant, quod immo operabitur, quia si pater non prohibeat remanebit prohibita per statutum. Verum circa hoc considera, quia si testator non prohibet, cum possit, dicitur uelle quartam detrahi, cum semper ubi aliter non disponat, (modo possit) dicitur uelle, quod iura uolunt, iuxta tradita per Bar. & alios in l. haeres mei, s. cum ita, j. Ad Treb. Hinc hodie dicimus Falcidiam detrahi secundum uoluntatem testantis, ut per Doct. in d. aucte. sed cum testator. Et propterea uidetur quod hodie, etiam stante tali statuto, filia non prohibita quartam detrahet, quia in eo nihil est uoluntatis patris faciet, cogitabis super hoc, quia pulchrum est, & ut dicitur Doc. Caue tñ, quia ista mea consideratio respectu filiae, cum sit de liberis primi gradus, loquedo de quarta Trebellianica, procedet tenedo illaz opinionem, ut si pater possit et proprijs filijs prohibere detractionem Trebellianicam, de quo magna est inter Doct. altercatio in l. iuuenius, C. ad Treb. & in d. l. Marc. Et ego hoc anno cum casus mihi occurrit, sequi, quod pater tale prohibitionem facere non possit, prout tenet Bal. & Sal. & alij plures in d. l. scdm consilium meum fuit iudicatum Veronae. Quae opinio tenedo, praedicta mea consideratio non procederet: nam cum pater non possit prohibere, non potest eo modo argui, ut dicimus, non prohibuit, ergo uoluit, detrahi, sed potius sumus in sua antiqua, qua dicebatur quartam detrahi est uoluntatem testatoris, l. Titia, in fi. & l. quod de bonis, s. 1. j. ad leg. Falc. Fateor tñ articulum illum esse ualde dubium, & plurimos tenuisse aliam

opinionem, s. m. q. (ut dixi) procederet praedicta consideratio.

Quae etiam procedit in nepotibus, pronepotibus & alijs descendentibus foeminis, quae non essent in primo gradu, in quibus non cadit illa disputatio.

Similiter etiam procedere potest, respectu falcidiae, cum illa qui buslibet & sine controuersia prohiberi possit, ut d. aucte. sed cum testator.

Secundo contra conclusionem Bart. pro Imo. arguit Patruus meus Soc. Et postea tuendo Bart. respondet ut per eum, ad quem te remitto, & in uoce retuli.

Tertio arguunt nouissimi. Nam statutum in uerbis suis dicitur respicere onus iniunctum filiabus, cum dicat quod filiae teneant seruare &c. sed patrem directo substituere, non est eis onus iniungere, ergo &c. ut per eos. Qui huic argumento non respondent. Sed tu respondeas, fatendo quod uerba statuti respiciunt personas filiarum, sed nego quod necessario respiciant onus eis per patrem iniungendum, sed mens statuti est, eis auferre omnem facultatem impugnandi uoluntatem patris & contra eam ueniendi: & in hoc fateor eis iniungi onus, scilicet a statuto, non a patre.

Quare cum possit filia impugnare patris dispositionem, dicendo quod non potuit directo substituere, hac facultate dicitur priuata per statutum.

Arguunt isti nouissimi, & aliter pro Imo. sed quia ipsi respondent, non curo referre, uideatis per uos.

Adde quod Ripa tenet per Bar. dicens, quod cum statutum debeat intelligi ut minus laedat &c. uerba sua, licet generalia, debent intelligi in casibus, in quibus pater est habilis ad disponendum, quod non est, ut directo substituat. Et in simili allegant s. disponat, in Auth. de nup. ut per eum. Et in effectu istud argumentum resoluitur in argumentum Domini mei Soc. hic. Et sic solutio ad illud data per Soc. et huic conueniret. Et ad d. s. disponat, potest responderi, quod illud est, quia ibi dicitur, ut dignum est: ex quo constat quod debet intelligi secundum iura, prout ibi gl. exponit. Sed non sic est in statuto in quo praecise & absolute disponit, quod foemina obseruent oia disposita per patrem. Et certe uidetur quod de inualidis intelligatur, quia ualida dispositio per se ueniebat seruanda sine statuto.

Et ex his opinio Bar. & communis remanet defensata ab allegatis per Doc. in contrarium.

Sed ultra Doctores contra eam fortiter instatur, nam secundum eam semel haeres definit esse haeres, contra regulam l. ei qui soluendo, supra titu. primo, & l. sed & si sine s. sed quod Papinianus, supra de minor. A qua regula non debemus recedere, nisi specialiter per legem permittatur, sed per tale statutum hoc non reperitur coeclusum, ergo &c. Nec dicatur quod alius statutum nihil operaretur, quoniam illud negatur, satis enim operatur, ut in ceteris dispositio patris quae alias posset infringi, ualeat & obseruetur, ut modo dicam. Et in proposito dici potest, quod si testator sic disponat, ut tota haereditas sine aliqua diminutione debeat, non tamen ualebit substitutio iure directo, ut sic primus haeres definat esse haeres, & alius fiat. Istud enim solum, militibus quasi miraculose reperitur in priuilegium concessum ex praesumpta potentia legis, & quibusdam alijs casibus in iure expressis, ut dixi supra in praemissis ad hanc legem.

Praeterea (& hoc nota) statutum istud solum uidetur conferre uoluntatem patris testantis ab his, quae per filiam contra eam allegari possent, ut sic remedia contra testamentum, & patris ordinationem filiae competentia, & in eius arbitrio posita dicantur ei sublati, ut est querela inofficij testamenti, bonorum possessio contrabitu, petitio supplementi legitima, detractione quartae, uel quid simile. Sed hoc quod iure directo non ualeat substitutio sibi per patrem facta, non prouenit a filia, sed a lege, ergo &c. Et adeo hoc est extra filiae arbitrium, quod nec uolens, ipsa posset definire esse haeres, per regulam supra allegatam. Et ex his uidetur quod ista opinio Bar. & communis de iure non procedat.

Uterius circa tale statutum aduerte, quia secundum quod illud ponit Barto. uidetur factum fauore masculorum, cum dicat, stantibus masculis.

Et propterea uidetur quod quomodocumque statutum intelligatur, solum procedat, quando paterna dispositio redungat in fauorem masculorum, puta, quod masculis institutis filiam exhaeredat, uel praetereat, uel in re minima instituat. Ex quo uidetur posse inferri, quod ex quo statutum (ut dixi) fauore masculorum dicitur factum, solum procedat quando isti masculi succedant, secus si quo casu repellantur, iuxta ea quae diximus supra in quarta oppo. in ultima conclu.

Et hinc etiam uidetur, quod etiam si teneas communem opinionem, recipiat similem declarationem, ut scilicet procedat, quando illa directa substitutio tenderet ad fauorem masculorum, super quo tamen cogitabis. Nec tibi uideatur durum sic statuti intelligere quamcumque opinionem teneas, quoniam conuenit & iuridicum est, ut a sui ratione refringatur, l. cum pater, s. distulcissimis, de leg. 2.

184 Tertio principaliter quaerit Bar. de effectu compendiosae substitutionis.

tutiones. Et ex dictis per eum in prima eius quaestione quādo loquitur de compendiosa facta à milite, facias tres conclusiones.

Prima est, quod si compendiosa fiat à milite per verba directa, valebit omni tempore iure directo. Nam intra pupillarem aetate erit pupillaris, & iure communi valebit: postea vero directa militaris ex privilegio, nulla habita consideratione sit mater in medio vel non. Cum Bar. transeunt hic Bal. Ang. & Pau. de Castr. Ideo etiam post multa sequuntur Ale. & dominus meus Soc.

Quod etiam voluit Imo. posito, quod in l. precibus, C. eod. sit verbum, substituit, prout communiter h. Et ibi ita firmat Dec. & est communis opinio, cum qua in hoc concordant Christopho. de Cast. & Fulg. ibi & Cuman. hic, & Ias. ibi & hic vt per eos.

Et ista opinio primò videtur probari in l. nostra, in eo, quod hic non distinguitur, an mater esset in medio, vel ne. Sic. n. nec nos debemus distinguere, l. de pretio, §. de publ. cum simili.

Præterea hic pro regula ponitur, quod post pubertatem valeat iure directo ex privilegio militis. Qui ergo vult dicere quod regula non procedit favore matris, debet illud probare, aliàs standum videtur regulæ, iuxta notata in l. omnis diffinitio, §. de reg. iur.

Secundò probatur, quia in proposito nullum videtur cōsiderandum privilegium matris, ergo &c. Et illud probatur primo, quia ei tunc fauetur, cum de luctuosa hereditate filij agitur. l. fin. vbi gl. si. C. de instit. & subst. sub cond. factis. Sed hic agitur de bonis & hereditate mariti militis, in quibus illa non habet privilegium aliquod, ergo &c. Dicunt etiam Moderniores nostri Senens. in eorum tractatu, & nouissimi repetentes hic quod illud procederet, dum fuerant bona mariti, & sic antequam filio acquirant. Sed hic iam præsupponitur filio acquisita per additionem seu immixtionem. Igitur argumentum videtur facere in contrarium, vt si matris fauor consideretur, cū de bonis filij agatur. Et quòd ita sit dicendum videtur constare, quia aliàs tacita pupillaris, quæ matrem non excludit secundum communem opinionem de qua §. in 4. oppo. cum favore matris illud sit inductum, saltem haberet locum in bonis, quæ fuerunt testatoris, quod tamen est falsum.

Sed tu dicas, quod illud ibi est, quia de bonis omnibus filij vna si mul est dispositio, & principaliter conceditur matri, quod excludat substitutum, quia agitur de successione filij, cui per pupillarem succeditur. Et eo respectu fauor omnia bona considerari, ut bona filij pupilli. Sed hic sumus in directa militari, per quam succeditur testatori & in bonis eis tantum, ut l. milites etiam, §. de milit. test. Et propterea consideratur vt separata ab alijs bonis filij, & in eis tantum in bonis testatoris procedit directa militaris. merito ergo non videtur considerandum privilegium matris.

Quod etiam secundò probatur, quia lex matri non fauet quod prius vim verborum, vt patet in expressa pupillari, Immo nec §. gñalem, vt patet in reciproca. Etenim per pupillarem in ea contentam solum in generalitate uerborum mater excluditur, l. Lucius, §. eo. & ibi Doctores notant. Sed in proposito, cum miles sit vsus verbis directis, quorum propria significatio est, vt directæ substitutionem importent, non debet matri dari aliquod privilegium in contrarium.

Tertiò arguitur sic, plus iuris habet mater in bonis filij, quam mariti, vt de se constat, sed à bonis filij excluditur per pupillarem fauore filij, ergo fortius debet excludi a bonis mariti militis ipsius militis fauore, qui consistit, ut ualeat iure directo. Ita arguit dominus meus Soc. vt per eum.

Quartò non est dubitandum, an miles possit, cui de hoc sint iura apertissima, vt l. in testamento, l. 1. C. de test. milit. cum simili. Sed solum videndum est an sic uoluerit, faciendo compendiosam? Et certè dicendum est, quod uoluerit, cui quis credatur uel le, quod uerba important, l. Labeo, propè si. §. de suppl. lega. Facit l. non aliter, in prin. de leg. 3. Cum ergo vsus fuerit uerbis directis, credendum est, quod directo substituere uoluerit.

Et pro ista interpretatione facit, c. si pater, de test. lib. 6.

Ultimò sic arguit nouissimi, miles absque dubio uoluit post pubertatem substituere, cum de tali tempore mentione fecerit dicendo quodcumque decesserit &c. Aut ergo vis quod iure communi uti uoluerit, & non ualeret substitutio, l. uerbis, §. eod. ideo credi non debet, argumento l. miles qui destinauerat, §. de milit. testam. Aut quòd uoluerit uti privilegio prout est credendum, & vera erit opinio ista ut scilicet directo iure ualeat, non obstante existentia matris.

Et ex his iam optimè fundata ista communi opinione, ad omnia quæ in contrarium allegari possent, apparet manifesta ratio, 185 excepta tamen l. precibus, C. eod. in fin. in qua contraria opinio, quæ fuit glo. & antiquorum præcipuè fundatur. Nam ibi ualeat per fideicommissum, & tamen compendiosa erat facta à milite & per uerba directa. Et illud uidetur fundari in matris existentia, & super illo tex. stat. omnis difficultas. Quare Barto. hic primò respondet, quod immo ibi non fuit facta substitutio per uerba directa, sed per uerba communia, ut patet ibi, substituit &c. Illa enim cum se habeant ad utrunque sensum, fauore matris capiuntur in sensu obliquo post pubertatem, vt hic per eum.

Et licet Imo. dicat illud uerbum, substituit, in aliquibus libris non reperiri, tñ cum cōmuniter habeatur, illud esse præsupponemus.

Sed ponderatur etiam ille tex. inferius, ibi, habuit substitutum &c. & etiam inferius ibi, si uero substitutio &c. Et quod fuerit ibi facta substitutio per uerba communia probat Alex. ex quadam necessitate. Nam inquit ipse, si fuissent uerba directa, non posset dari ratio cur obliquarentur, vt per eum.

Ista solutio Bart. non uidetur secuta, quoniam uidetur quod immo substitutio fuerit facta per uerba directa, vt constat ex propositione thematis, ibi, s. m. hæredem scripsisse, &c. Nec ob illa uerba, quibus de substitutione fit mentio, quia sunt uerba Imperatoris, quæ debent referri, & declarari secundum quòd thema proponitur. Et sic dicemus substituit, s. per uerba directa. Nam & qui secundus heres scriptus fuit, rectè dicitur fuisse substitutus, vt est notum. Ad argumentum Alex. potest responderi, quod ibi illam obliuationem fauor matris operatur, sicut dicebant antiqui post glo.

Et istud ibi specialiter decidi uidetur, dum text. dicit te eius successionem obtinente &c. quasi dicat, non sic esset, si tu non esses, & alius succederet. Sed ad ista pro Bartol. replicari posset, quòd etiam illa uerba secundum hæredem scripsisse, sunt uerba Imperatoris, & rectè conuenient, etiam posito quòd in testamento miles vsus fuisset uerbo substituo. Nisi tu respondeas quòd in eis Imperator refert uerba mulieris factum narrantis. Sed quicquid sit, dicas uerum est, quòd ibi non est clarum, quibus uerbis vsus fuerit testator, & fortasse de eo non est curandum, vt infra dicam. Vnde si fuerunt uerba directa, prout esse potuit, solutio Bart. non est bona ad d. l. precibus.

Vnde secundo modo uidetur s. m. Bal. ibi in 10. opp. quod conclusio Bar. & l. nostræ procedit, quādo miles vsus fuit uerbis directis directissimis, quæ nullo modo possunt obliquari, & non patiuntur expositionem istam scilicet per fideicommissum.

Sed si uerba fuissent simpliciter directa, tunc fauore matris obliquantur, vt d. l. precibus. Istud est quod dixit Bald. ibi quem Ale. hic malè uidetur intelligere & declarare, prout dominus meus Soc. dicit. Cum Bal. in hoc concordant ibi Sali. & Corn.

Et nota diligenter, quia secundum hanc solutionem Bal. conclusio Bar. supra posita uidetur destrui, cum Bal. uelit regulariter obliquari propter matrem substitutionem factam per uerba directa.

Siue uelis dicere, quod conclusio restringitur, vt solum procedat quando fuerunt prolata uerba directa directissima.

Istam solutionem tanquam diuinatiuam ad l. istam reprobatur hic Paruus & Dominus meus Soc. Nec obli. uerbum, directo, in quo se fundabat Bal. quia est uerbum Iuriconsulti, uolentis per illud ostendere, quòd substitutio erat facta per uerba directa, quòd non testator illo uerbo vsus fuerit.

Et differentia uerborum, quæ ponit Bal. iure non probatur. Et illam tantum captiosam reprobatur etiam Ias. ibi, colum. 8. uerb. Sexta fuit opinio, dicens quòd Bald. in hoc uariavit prout etiam dicit hic Alex. col. 12. Mihi tamen uidetur quòd Bald. non uariauerit, nec fuerit eius intentio bene percepta per Ias. sed tibi hoc declarandum relinquam gratia breuitatis.

Igitur tertio loco respondent subtilis Doctor Dominus Christopho. de Cast. Rapha. Fulgo. ibi & Cuma. cum quibus transit Ias. hic, & ibi, & Claud. hic, ut scilicet dicamus illum text. concordare cum conclusione prædicta, & cum ista lege. Et sic quòd etiā ibi post pubertatem ualeat iure directo ex privilegio militis sed substitutus in illo casu, uelut ex causa fideicommissi, id est ad similitudinem fideicommissarij petet a matre bona militis, testam. 186 tñ. Et istud secundum prædictos importat t. illa dictio, uelut, quæ est nota similitudinis. Et cum nullum simile sit idem, sequitur quòd uerè non dicitur ualere per fideicommissum. Et similitudo in eo consistit, quia sicut per fideicommissum solum bona testatoris ueniunt, l. cohæredi. §. cum filia, infra de iur. per directam militarem, l. milites etiam, infra de milit. testam.

Item, quia sicut fideicommissum a matre hærede peteretur, ita & in illo casu debet fieri petitio a matre, cum illa reperiat in possessione bonorum testatoris. Iste est peregrinus intellectus & notabilis ad illum tex. qui communiter tribuitur Fulgoso, licet originaliter fuerit Domini Christophori prædicti.

Qui secundum nouissimos hic confirmatur, quia ibi dicit, bona peti possunt &c. & sic omnia, ergo sequitur quod directo & non per fideicommissum, quia tunc saltem legitima esset detrahenda, vt per eos. Sed hoc certè parum facit, quia intelligi debet bona uerbaliter, detrahendis tñ detrahendis, sicut aliàs dicitur restitui hæreditas. l. restituta, infra ad Trebel. Et tamen fieri potest aliqua detrahentia. Pro quo uide l. Scauola. in fi. infra ad Trebel. vbi dicitur totum accipiunt, & tamen quarta potest detrahi, vt ibi per gl.

Contra istum intellectum uidetur euidenter stare ille tex. in fi. dum dicit, quod bona à matre peti possunt, quod non uidetur conuenire directæ substitutioni, cum, ea mediante, substitutus propria auctoritate ueniat & bona capiat non de manu alterius, vt fuit dictum in præmissis ad istam legem. Et per istud fundamentum, Ale. hic reprobatur istum intellectum. Et ante eum ita reprobauit Pau. de Mar. Soc. Iun. Prima pars. N 2 Cast.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

Cast. in d.l. precibus. Sed tuendo Fulgos. potest responderi ex intentione eius, qui videtur hac perpendisse, prout hic dicunt Ias. & Clau. q. ibi petitio ideo fit, quia mater reperitur in possessione omnium bonorum, quae erant filij cui successerat, inter quae erant etiam bona patris, in quibus habebat locum directa militaris. Nec conueniebat ea de facto spoliari, cum et praedo in sua possessione sit defendendus. cap. in literis. de restit. spoliato. cum similibus.

Et si propria auctoritate substitutus voluisset ea bona accipere, tanquam temerarius incidisset in poenam l. si quis in tara. C. unde vi. Sic ergo conueniens fuit, ut talis petitio fieret. Tunc autem propria auctoritate substitutus iure directo veniens, potest res capere, quando vacant & sic per alium non possidentur.

Vel etiam dici potest q. propria auctoritate & ex propria voluntate sibi per additionem ius quaeritur in rebus, etiam ab alio possessis. l. cum haeredes. infra de acquir. poss. secus si vocaretur p. fideicommissum, quia tunc ius tale non quaeritur, nisi mediante restitutione per alterum facienda, sed respectu possessionis non vacantis opus est petitione, etiam in directa militari.

Nec obstat, quod plerique dicebant, diuinare esse, q. mater ibi bona patris possideret ex quo ad eam de iure non spectabant. Quoniam (ut dictum est) ea tanquam bona filij, cui successit, accepit, seu quia cum eis mixta inuenit.

Et ex hoc tollitur etiam argumentum, quod fuit Dec. contra illum intellectum in d.l. precibus, col. 8. dum dicit, q. mater non potuisset de iure bona patris possidere, si iure directo valeret substitutio sed solum de facto teneret, quod videtur contra illum text. ibi, re iure successione obtinente, ut per eum. Quoniam cum filius illa bona mixta cum suis & tanquam sua tenuerit usque ad mortem, mater illi succedens, omnia ab eo possessa, ut haeres suscepit. Quod facere potuit iuxta l. 2. C. quorum bonorum. Maxime, quia facile uti mulier potuit ignorare vires illius substitutionis.

Et ultra etiam dici potest, quod ibi non dicitur, quod mater illa bona patris de iure teneret, sed solum dicitur quod successio nem filij obtinuit.

Sed contra istum intellectum Fulgos. arguit dominus meus Soc. duobus modis.

Primo, quia text. ibi videtur requirere, q. mater, ut haeres, possideret, deat, ponderando t. illum ablatium absolutum, scilicet te eius successione obtinente, qui in conditionem debet resolui. la te fator, j. de cond. & demonst. Qd non esset necessarium, ut simplex possessor, teneretur valida substitutione iure directo.

Secundo, quia sicut in casibus praecedentibus controuersia erat solum de successione, non de possessione: ita credi debet in illo casu, argumento l. si seruus plurium, §. si de legat. r. ut per eum.

Sed tuendo Fulgos. potest responderi ad primum, q. ibi dixit te eius successione obtinente, respiciendo casum contingente. Cum Imperatori coepertum esset, illa, uti haeredem possidere. Et alias ablatiuu absolutum demonstrant quandoq. casum contingentem, ut traditur in Rubrica supra soluto matri, & ibi diximus.

Ad secundum dici potest, quod ex eo non sequitur, quod ibi solum de possessione ageretur, quia dicam, q. etiam de successione erat quaestio, & imperator ibi quid iuris sit determinando, volens substitutum iure directo venire, dixit bona patris a matre, quae tunc possidebat, illum petiturum.

Demum contra Fulg. arguunt nouissimi hic. Primo, quia si ibi substitutio iure directo valeret, frustra in eo text. fieret vis, quod substitutio fuisset facta non usque ad certam aetatem, & esset contra listam, ubi valet iure directo, licet facta usque ad certam aetatem. Secundo, quia tunc nedum bona patris, sed etiam fructus venirent, ut est casus hic, quod videtur contra illum text. qui tantum dixit, bona patris peti posse.

Sed si disputando vis tueri istum intellectum Fulg.

Ad primum poteris respondere, quod ibi non fit decisio illa a ratione, quia substitutio fuerit eo modo, non usque ad certam aetatem: sed Imperator in illis verbis, casus, qui cogitasse poterant, considerauit. Nec contrarium aliquo modo intendit esse, si usque ad certam aetatem facta fuerit, solum in hoc esset differentia, quia tunc esset opus quod intra taxatam aetatem decederet. Ad secundum, quod magis vrgere videtur, responderi potest, q. satis ibi fuit Imperatori declarare, q. substitutio iure directo valeat, & eo respectu bona patris peti posse. De fructibus autem non curauit exprimere, quasi veniant in consequentiam directe militaris, cum hoc iam exploratissimum sit per l. nostram. Et ex his patet istum intellectum Fulg. ab omnibus per Doctores allegatis in contrarium defendi posse, qui in disputatione pulcher esset.

Ergo tamen in pura conscientia non credo illum verum, sed esse alienum a mente Imperatoris ibi. Nam si Imperator ibi vellet, substitutione iure directo ex privilegio militis valere, certe (iuxta mortem legum) aliter respondisset. Pura, q. capiet ex privilegio, ut hic dicitur, vel simpliciter declarasset, bona ad eum pertinere. Sed cum dixerit bona peti ex causa fideicommissi, credendum est, quod sententia de fideicommissaria substitutione.

188 Non obstat t. dictio, veluti, in qua est fundamentum Fulgos.

quoniam responderetur, primo, q. licet soleat esse dictio similitudinaria, ibi tamen importabit veritatem, prout & alibi saepe reperitur, & est elegans & frequens modus loquendi, ut habes in cap. si proponente, ibi, vel ut fraudulenter obtentum, de scriptis, & in l. quoties. C. de iure dot. ibi, velut summa debitor, & in §. directe autem, siue in §. penul. Insti. de singul. reb. p. fideicom. relicto ibi, velut ex suo testamento. Sic & de dictione, ut, in l. cohæredi. §. cum filia, ibi, ut ab impubere fideicommissio &c. infra eodem, 189 In simili etiam videmus, quod licet t. verbum quasi, & verbum, videtur, soleant impropriam seu fictionem importare, tamen saepe veritatem ipsam ostendunt, ut de primo est text. in l. 1. & ibi Doctores, supra de transactio, & in l. mulier, §. si. & ibi glo. dicit, infra ad Trebel. De secundo est text. in l. sic conuenit, infra ad l. Iuliam de adulter. & in l. res que ex dotali, iuncta l. quod si fuerit, supra de iure dot. cum similibus.

Vel secundo responderetur (prout etiam dicebant nouissimi) quod dictio, velut, demonstrat similitudinem in eo, ut dicamus perinde esse, ac si fideicommissum fuisset expresse factum, de quo, pro vero, nullum fuit expressum verbum.

Ad quod in simili de dictione, tanq. est text. in cap. Raynutius, de testam. ibi, tanquam ex causa fideicommissi. Facit l. generaliter, §. si quis seruo pignorato, infra de fideicommissi. libe. ibi quasi ex fideicommissio &c. & in l. certi conditio, §. si in numeris, ibi, velut tuos, supra si certum pet. cum simili. que studiosus per se inueniet. Adhuc ergo d.l. precibus obstat conclusioni Bart.

Quare Bened. de Plumb. ibi aliter respondet, noua distinctione illa iura concordando. Nam dicit ipse, aut copendiosa facta fuit usque ad certam aetatem, puta usque ad vigesimum quintum annum, & valebit iure directo, etiam post pubertatem: & ita loquitur lex ista, & in his terminis procedit conclusio Bart. Aut usque ad certam aetatem, sed simpliciter quando cuncte decesserit, & tunc post pubertatem obliquabitur, & ita procedat d.l. precibus. Quae solutio (ut verum fatear) videtur multum amica vni-que legi, & verbis earum conuenire. Differentie ratio est, secundum eum, quia, quando miles taxat aetatem, videtur uti privilegio, non autem sic, quando sine taxatione aetatis substituit. Hanc solutionem sequebatur Lancelotus Dec. in d. l. precibus, ut inter eius Dom. Philipp. refert in 9. col. Qui rationem istam demonstrando dicit, q. in casu l. nostrae quando aetatis est limitata, dicitur uti privilegio, ex eo q. directo substituit, quia scilicet aliter quam ex privilegio, non poterat directo valere, secus est, quando simpliciter non taxata aetate substituit, ut d.l. precibus.

Sed ista declaratio prout etiam nouissimi dicunt nihil valet.

Quoniam, sicut in lista post pubertatem non poterat valere iure directo, nisi ex privilegio, ita & in d.l. precibus. Et propterea vtroque casu deberet dici miles vsus privilegio. Non enim magis, iure communi impeditur directa substitutio post pubertatem ex preffa certa aetate, quam non expressa. Et si Deci. dicat, hic magis constat q. voluit uti privilegio, quia directo substituit, q. ibi factum non constat, dicam, q. tunc vis & differentia non esset in expressione aetatis. Preterea etiam disputatio nostra presupponit, q. tam in l. precibus, quam hic miles vsus fuerit verbis directis.

Paruus meus Soc. hic aliter rationem Dni Bndicti declarat. Nam dicit ipse, q. miles taxat aetatem, ideo videtur magis uti privilegio, quia illud proprie videtur militi ex privilegio conuenire, ut scilicet quem ad tempus instituat, & post tempus substituat, l. miles ita, in prin. infra de mili. testa. ut per eum.

Mihi tamen ista declaratio non placet. Primo, quia militi p. prium hoc datur, & ex privilegio, ut maiori, & post adita directo substituat simpliciter, l. milites etiam, j. de mil. testam. Quod certe procedit, tam aetate vel tempore taxatis, quam non taxatis. Secundo etiam, quia in lista non videtur substitutio ad tempus facta, secus d. miles ita, sed dicitur facta post mortem, si tamen intra vigesimum quintum annum suae aetatis decesserit. Hac ergo solutio Domini Bened. cum sua differentia carere videtur a ratione diuersitatis.

Itam tamen solutionem & differentiam sequuntur hic nouissimi repetentes tanquam veriores, & rationem differentiae arguant. Quia quando aetas non taxatur ex quo substituo in omnem aetatem est habitura effectum post mortem, lex considerans, q. eo modo filius perpetuo priuari videtur potestate disponendi & iudicans illud esse inconueniens saltem respectu suae legitime, ut scilicet ea mater, sibi succedente, priuatur, interpretatur, militem restantem noluisse uti privilegio, ne tale sequatur inconueniens: quod secundum eos non procedit taxata certa aetate, quia tunc non priuari potestate disponendi perpetuo, cum post aetatem taxatam possit libere de omnibus disponere. Et pro hoc allegat consi. Pau. de Cat. 77. Visis & consideratis, primo vol. secundum vnam impressionem, secundum aliam est nu. 234. dum ibi dicitur, q. prohibitio alienationis intra taxatum tempus, puta intra triginta annos valet etiam quo ad legitimam. Secus si prohibitio fuisset simplex, quia respectu legitime non teneret, per l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam.

190 Ergo pro ista solutione Benedicti comprobanda considerat isti nouissimi

nouissimi, quod non sine ratione Imperator in l. precibus, se videtur restringere quando substitutio fuit facta non vsque ad certam aetatem, semper enim verba legis debent aliquod operari, & plurimum consideranda sunt, per iura vulgaria. Mihi autem ista solutio nullo modo videtur tenenda, quia ratio differentiae allegari non potest. Et dicere quod miles non creditur vsus privilegio, quando indeterminata substituit, ut dicebat dominus Benedictus, non feruit in proposito, quia cum vsus sit verbis directis (& ita semper praesupponimus) nullo modo valere potuisset iure communi post pubertatem secundum communem opi. de qua inferius, vnde etiam tunc creditur vsus privilegio. arg. l. si miles qui destinauerat, infra de milit. testamen.

Et si dicas, quod in substituendo voluit uti privilegio, sed non in eo quod iure directo valeat, & sic valebit iure obliquo, quod in pagano non est, ut l. verbis, supra eo. secundum communem opin. respondet, quod tunc non posset dici vsus privilegio, quo in eo tantum est, ut directo substituat, & substitutio valeat secundum vim verborum, quae cum fuissent directa, directam substitutionem importabant. Et ita etiam nouissimi dicebant in septimo argu.

Praeterea ex hoc non poneretur ratio differentiae inter expressionem certi temporis, & indeterminatum tempus, quia semper idem dicendum esset, cum semper vtatur verbis directis. Nec ratio nouissimorum considerando inconueniens, de quo supra videtur bona, quin (ut verum fatear) videtur nimis extranea interpretatio ad mentem testantis, cum voluntas eius sumatur ex verbis: quae cum semper sint directa, debent eundem effectum operari, & potest dici quod etiam tacita aetate sequitur illud inconueniens, quia cum semper respectu mortis fiat talis substitutio, potest dici eueniens casu perpetuo priuatus, quia fuit, dum vixit, priuatus, argumto l. i. §. pro soci. & mater ita tunc priuabitur legitima, sicut priuaretur ubi non esset taxata aetas, ut est apertissimum.

Praeterea, si taxaretur longa aetas, puta, si intra annos centum aut plures decedat, secundum nouissimos valerit iure directo: & tamen verosimiliter sequetur, matrem omnino legitime priuari, & filium perpetuo priuatum potestate disponendi de bonis patris, cum nemo praesumatur viuere supra centum annos. l. an test. fructus, supra de usufruct. Non ergo considerari potest, cur testator magis voluerit, matrem sui filij eius legitime priuari, ipso moriente intra certum tempus, quam eo quodocumque moriente. Nec obstat decisio Pau. de Cast. in allegato conf. 234. Quoniam posito quod sit vera, dico quod procedit ex eo, quia prohibitio de non alienando intra certum tempus non dicitur onerosa filio, sed potius fauorabilis, quia pater voluit prospicere infirmitati filij, ne scilicet antequam sit maturi iudicij, alienet. vnde cum onus non contineat, non procedit dispositio d. l. quoniam in prioribus. Quae ratio non procedit si perpetuo, vel simpliciter prohibuisset, prout ibidem declarat Pau. de Cast. per quem videre poteris. Sed ista consideratio in casu nostro non procedit, cum in neutro casu dicatur facta substitutio ad prouisionem filij post pubertatem, sed semper ad onus, ut de se patet. Nec etiam obstat. d. l. precibus, considerata ut supra per istos nouissimos. Quoniam respondetur, quod loquitur respectu communiter contingentium. Idem tamen debet dici si intra certam aetatem decedenti substituerit, ut in l. ista, cum ratio differentiae assignari non possit. Et ideo glossa ibi considerat subaudit, maxime, sicut & alias fit talis subauditio in l. Lutus, in fi. vt ibi per gl. supra soluto matrimonio & alibi sepe.

Vel secundo responderi potest, nouiter illum text. intelligendo. Nam dici potest quod immo ibi cauetur idem etiam si vsque ad certam aetatem sit facta substitutio, modo tamen intra illam decedat. Et istud importet illa verba, vel expressa & c. id est expressa certa aetate, vsque ad quam decedenti substitutio fiat.

Non autem exponendo. l. pupillaris, licet sic glo. ibi exponat, quam Doctores sequuntur. Et ad hoc dicendum moueor, quia stante expositione gloss. & aliorum, decisio in fi. legis posita illi casui non conueniret, quoniam simplex & expressa pupillaris non continet fideicommissariam post pubertatem. Hoc autem videretur contra illum text. qui cum disunctiue loquitur, vult, quod sequentia in quolibet casu verificentur, iuxta l. si haeredi plures, infra de cod. inst. Sed si dicamus quod disunctiue ponatur, substitutionem esse factam expresse vsque ad certam aetatem, vel compendio non vsque ad certam aetatem, in quolibet ex his casibus sequentia procedunt. super hoc tamen cogita, quia est nouum dictum, & ut verum fatear ista expositio satis dura videtur, & ideo non pono pro constanti.

Et nota quia ubi uelis cum gl. & Doctore. exponere expressa. l. pupillaris, ille text. uidetur probare quod in expressa pupillari comprehenditur fideicommissaria. Quod est nouum dictum in iure, nisi tuendo contrarium dixeris, quod ultimus uersiculus illius l. debet referri ad ultimum casum ex disunctiue positus, uidelicet qui compendio facta fuerat non usque ad certam aetatem: quod tamen est contra naturam orationis disunctiue.

Igitur ad d. l. precibus, quidam nostri Senen. in coru tracta

tu substitutionum in materia compendiosa aliter respondebat, dicentes quod uerior est opinio gl. nre hic & Antiquorum, ut scilicet solum fauor matris faciat obliquari substitutionem in d. l. precibus.

Pro quo uidetur bene facere ille text. ibi, te eius successionem obtinente. i. si tu obtinueris, quasi dicat, secus est alio obtinente, quia tunc non ualebit ex causa fideicommissi, sed directo iure, ut in l. ista. Nec inconuenit sic ibi intelligere, cum & alias, supra fauor matris sit consideratus in eo quod tacita pupillaris contra matrem non admittitur secundum communem opinionem. Sic itaque secundum praedicta per illum text. ponitur limitatio ad l. istam, & similes uolentes substitutionem a milite factam post pubertatem, ualere ex privilegio iure directo, ut scilicet non procedat matre instituti filij in medio existente. Et nota ultra istos nostros Moder. quod posset istud teneri nulla habita distinctione uerborum, ut scilicet l. ista & similes procedant in quibuscumque uerbis, quae possunt trahi ad sensum directum siue directa fuerint, siue etiam communia. Et similiter etiam limitatio praedicta generaliter procedat fauore matris nedom in communibus uerbis, sed etiam in directis.

Et ista opinio uidetur sustentabilis, & multum tolerata: & in aliquo esset noua opinio per id, quod ultimo loco dixi. Verum contra eam potentissime urgent argumenta supra facta pro opinione Bartol. & communi. Et licet disputando & subtilizando posset illis responderi, tamen quia ista opinio pro ueritate mihi non placet, gratia breuitatis ultra non prosequar, neque in eius defensione insistam.

Et praeterea contra eam facit, quia uelle quod in d. l. precibus, obliquatio fiat fauore matris, uidetur non parua restrictio ad illum text. generaliter loquentem.

Et licet in casu illo mater de facto adesset, idem tamen esse debet, si non adesset, cum ibi illa decisio non appareat fundata in aliquo fauore matris. Solet enim lex exprimere quando in fauore alicuius personae aliquid specialiter inducit, ut in l. fi. C. de instit. & substi. sub cond. factis. Facit l. fi. circa medium. C. de inoffic. testam. ibi, quia non omnibus passim, sed quibusdam personis & c.

Nec obstant illa uerba, te eius successionem obtinente & c. Quoniam ut supra dixi defendendo intellectum Fulgos. non stant ibi conditionaliter, sed contingentiam facti demonstrant. Quod etiam ex eo probatur ultra iam dicta, quia talis ablatiuus respicit uerbum praesentis temporis, quo casu in conditione non resoluitur secundum Bartol. in extrauag. ad reprimendum in gl. super uerbo ruptis.

Vel secundo, posito quod importent conditionem, dicam quod conditio illa non respicit obliquationem substitutionis, sed illa decisionem quod bona patris a matre illa petantur. Si enim alius successisset, ab illo tali, non a matre peterentur.

Non obstat etiam quod supra uidetur dici de tacita pupillari fauore matris contra eam non admittenda.

Quoniam primo posset illud negari, tenedo quod immo illa matrem excludat, prout fuit dictum supra in quarta oppositione.

Vel secundo, posito quod non excludat, prout est communis opinio, dicam quod ibi loquitur de propria successione filij, quae matri dicitur aliquo modo debita iuxta l. nam & si parentibus, supra de inoffic. testam. & §. & haec quidem de parentibus, in Auth. ut cum de appell. cogno. hic uero agitur de bonis militis uxori eius nullo modo debitis.

Et ex his constat per aliquos hucusque non fuisse bene responsum ad d. l. precibus.

192 Quapropter ultra omnes in hac materia sum in noua opinione per quam de plano omnis contrarietas istarum legum remouetur. Et dico quod Bald. in d. l. precibus, & clarus Salic. tangunt ueritatem, non tamen in omnibus bene dicunt, nec plenè declarant unde tu plenius declarabis. Et ante omnia, praesuppono, quod si compendiosa a pagano facta esset per uerba quae per Doctores directa appellantur, puta, quodocumque filius decedat, talis sit haeres, magna est inter Doctores controuersia, utrum post pubertatem obliquetur, an uero expiret. Et licet magis communis opinio sit, quod expiret, tamen uerior mihi uidetur alia opinio, prout illam in sequenti quaestione defendere conabor. Et pro nunc eam pro uera praesuppono. Et sic praesuppono pro regula iuris communis, quod quibuslibet uerbis facta compendiosa post pubertatem obliquatur, nisi tamen constiterit, testatorem uoluisse iure directo substituere. Nam tunc non obliquabitur, ne quid sequatur contra uoluntatem testatoris: nec iure directo ualebit ex defectu potestatis loquendo in paganis. Hoc ita praesupposito, pono istam conclusionem in proposito nostro. Compendiosa facta a milite siue per uerbum substitutio & sic commune, secundum Doctores. siue per uerba, talis sit haeres, uel talem haerem facio, uel familia uerba, quae secundum Doctores dicuntur directa, post pubertatem regulariter obliquatur. siue mater sit in medio, siue non, & siue aetatem taxauerit, siue non, dicendo quodocumque decesserit & c. Et ista conclusio probatur in d. l. precibus, in fi. Et ultra etiam probatur, Mar. Soc. Iun. Prima pars. N 3 quia

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

quia ubi cunque non constat, militem voluisse uti privilegio suo in substituendo, dicitur semper uti iure communi, modo dispositio per eum gesta, iure communi valere possit. In testamento, la prima. C. de test. mil. & l. quanquam, eo. tit. & fuit dictum s. in 7. notab. Sed sic est, qd in proposito, iure communi valere potest, & valet iure fideicommissi, ergo &c. Quando autem constaret quod voluit uti privilegio, & sic directo substituere maiori & post aditam, voluntas eius custodienda est, & valebit iure directo, prout voluit, sit mater in medio vel non sit, siue substituerit indeterminate, siue usque ad certam aetatem, cum utroque modo tali privilegio uti possit.

Et ita procedit l. nostra hic, in qua omnino sic factam substitutionem praesupponitur, ut constet militem voluisse directo substituere, & sic uti privilegio. Et ita clare probatur ibi, directo substituit &c.

Et licet in l. nostra sint verba. Iurisconsulti, prout dicebat Dominus meus Soc. reprobando solutionem Bal. ut s. retuli, qd equidem ego volo fateri, tamen dico qd iurisconsultus per talia verba intendit ostendere vim & effectum substitutionis a milite factae, ut sic exponamus, directo substituit, id est sit substitutus, ut iure directo dicatur substituisse.

Istud autem posset multifariam contingere, vel qd dicat testator, directo substituo, vel volo substitutionem valere iure directo, vel ex privilegio militari, vel etiam si dicat, nolo substitutionem valere iure obliquo, vel similia verba ad eundem effectum tendentia, ut per te considerare poteris. Et si bene adverteres, istud secundum opin. Sal. relatam hic per Alex. col. 12.

Nec praedictae opinioni obstant quinque argumenta supra facta pro opinione Bar. quoniam ex praedictis clara colligitur responsio. Nam primum argumentum, scilicet secundum, & tertium factor, sed nihil obstant.

Ad quartum respondetur, fatendo, qd possit miles directo substitui, sed nego, qd voluerit, ex eo tamen, qd dixerit, talis sit haeres, vel quid simile. Talia enim verba illud omnino non important, cum substitutio iure communi valere possit iure fideicommissi.

Nec tunc obstat d. c. si pater, cum sua regula, quia illum intelligo, qd verba & persona patiuntur directam inspecto iure communi, quo semper miles in dubio usus praesumitur, ut est dictus, & ista praesumptio tollit illam, quam ponit d. cap. si pater. Alioquin nunquam haberet locum d. l. in testamento. C. de test. mil. cum verba & persona paterentur directam ex privilegio.

Ad quintum & ultimum dicas, qd miles vult isto casu valere iure communi, & falsum est, quod nullo modo valeat, quia (ut dixi) valebit iure obliquo.

Et ad d. l. verbis, & l. in pupillari, s. eo. & alia plura, quae in contrarium videntur vrgere respondebo, ut in seq. q.

Sed contra hanc meam opinionem, & pro Bar. & communi videtur vrgere tex. in l. miles ita, in princ. j. de milit. testa. ubi per illa verba, Septimius haeres esto post mortem Titij dicitur facta directa militaris, & non fideicommissaria. Et certe non videtur ex alio, nisi quia sic verba illa important.

Item secundo, & fortius vrgent, quae s. dixi in 7. not. dum conclusio, qd miles dicitur uti privilegio, quando dispositio, ex vi verborum importata, iure communi valere non potest. Nam verba illa talis sit haeres, vel talem haerem facio, ex vi & importantia eorum sonant in ius directum. i. ut sit haeres. Quod quidem iure communi contingere non potest, quia veniens per obliquam substitutionem non est proprie haeres, ut est notum.

Verum tuendo iam dicta responderi potest. Et ad primum dico quod in d. l. miles ita, Titius erat institutus quo ad viueret, & sic temporaliter, ex quo constat qd dum postea dixit, post mortem eius Septimius haeres esto, voluit facere haerem directo, & sic uti privilegio, cum primus haeres non fuisset simpliciter institutus, sed temporaliter, ut verba sonant.

Secus esset si simpliciter instituto Titio, dixisset, Quando scilicet decesserit sit haeres Septimius. Dico enim, quod ex his solis verbis non constaret militem velle uti privilegio, & pro ista responsione facit illa distinctio, quam nouiter posui s. in 5. oppo. Bar. post quintam conclusionem in fine.

Ad secundum vero quod magis vrgere videtur responderi potest in forma. Nam fateor, quae dixi in 7. notab. sed nego, dispositionem istam non posse valere iure communi, quia in uno valere potest iure obliquo, ut s. praesupposui, & defendam in sequenti questione.

Et dum dicitur quod verba important verum & directum haerem, dico qd non est semper verum, immo in eorum sono solum important illum fore haerem, quod intelligam siue directo, siue utiliter. Nam j. & fideicommissarius dicitur haeres uti liter tñ, & non directo. Et solet dici effectum quodammodo haeres, l. si filius, s. quod cum eo, & haeredis loco habetur, l. postulant. 193 tes. j. ad Treb. Ex enim j. cum haeres nihil aliud videtur sonare quam dñs, ut inquit gl. in l. Item Mela, s. legis, s. ad leg. Aquil. & ut tex. in s. pen. ubi etiam gl. tangit Inst. de her. qual. & diff. & di-

xit gl. in l. his verbis, in prin. s. tit. j. Appellatione haeredis, saltem larga significatione, uenit etiam haeres utilis, i. fideicommissarius, sicut j. appellatione domini uenit et utilis, l. i. s. si ager ue. 195 sig. uel emphy. pet. & dixit Bar. in l. sed & si possessor. s. item si iurauero, s. de iur. iur. Unde cum ius commune interpretetur uerbum, haeres, & pro directo, & pro utili, ut dicitur etiam in seq. q. dicam qd dispositio militis in casu nostro sumpta ex uerbis in portanua, iuxta legalem interpretationem, potest iure communi ualere, s. per obliquum, & iure fideicommissi: illo autem iure communi miles in dubio dicitur uti, ergo &c.

196 Cogita super istis, quia per alios non tanguntur. Et j. ex his omnibus habes nouum intellectum ad l. nostram pro concordia cum l. precibus, C. eo. de quo feci mentionem in ultimo praemisso, quod in princ. feci, me remittens ad dicenda hic.

197 Secunda conclusio Bar. est j. quod compendiosa substitutio facta a milite per uerba communia, omni tempore ualet iure directo, nisi mater instituti filij sit in medio, quia tunc fauore eius post pubertatem obliquabitur. Et ita secundum Bar. procedit d. l. precibus, in fi. Cum Bar. transiret Doc. magis communiter, ut per Dominum meum Socinum, & alios, maxime nouissimos traditur Cyn. tamen Sal. Pau. de Cast. in d. l. precibus, uolunt qd sit obliqua, etiam si mater non sit in medio. Et ita eos refert & sequitur Alex. hic. Fundamentum est, cui secundum Alex. responderi potest, quia miles in dubio dicitur uti iure communi, quo inspecto ualere iure obliquo, etiam ubi non sit mater, ut j. dicitur, ergo &c. Sed d. meus Soc. & nouissimi tuendo Bar. dicunt qd regula in contrarium allegata non procedit quando substitutio uerbis & personis inspectis potest directo ualere, per tex. in casu pater, de test. lib. 6. Nam secundum eos praesumptio ista, qd uoluerit iure directo substituere, tollit illam, quam allegat Alex. in contrarium j. una. n. praesumptio aliam tollit, l. Diuus. cum ibi not. s. de in integ. restit.

Breuius ex supra dictis apparet resolutio huius quaestiones, teneo. n. cum Alex. & alijs qd communem, si n. obliquatur post pubertatem, quando miles dixit, talis sit haeres, & sic fuit usus secundum Doctores uerbis directis, nisi aliud appareat de uoluntate testantis, ut supra dictum fuit, fortius erit hoc dicendum, si uerba fuerint communia.

Immo dico fortius, quod etiam tenendo communem in praecedenti articulo, adhuc idem dicendum est isto casu, ut s. per uerba communia debeat dici obliqua, etiam quod mater non super sit secundum Alex. per rationem praedictam cui non obstat nisi Dominus mei Soc. & nouissimorum fundata in d. ca. si pater, quia dico rem procedere per primum, ut s. praesumptio, de qua in d. c. tollatur per istam praesumptionem, qua dicitur militi in dubio praesumi usum iure communi, & hoc quia in se est potetior & hoc probatur in d. l. Diuus, cum ibi no. Alioquin (ut etiam s. dicebam ad aliud propositum) regula & praesumptio ista, de qua in d. l. in testamento, la j. C. de test. militis nunquam procederet. Et istae regulae sic concordantur, ut s. posito, qd miles dicatur usus iure communi, si substitutio iure communi potest iure directo ualere, ita debet interpretari. Et hoc modo procedit d. c. si pater. Dicebat Magdal. contra secundam conclusionem quando fit a milite per uerba communia pro Socin. & socijs, quod regula qd in dubio dicatur miles uti iure communi procedit, quando id qd uerba sonant potest iure communi ualere &c. Sed hic non est, quia uerba sonant in directam. Nam cum dicat substituo, debet intelligi, id est in locum primi pono, & consequenter directe uoco, cum primus sit haeres, & sic directo uocatus. Hoc autem non potest iure communi ualere, ergo debet ualere directo, ex privilegio &c.

199 Tertia conclusio sit, quod j. compendiosa per uerba obliqua, licet a milite facta sit, est omni tempore fideicommissaria, per tex. in l. cohaeredi, s. cum filijs, j. eo. Et quamuis ille tex. loquatur in pagano, tamen procedet etiam in milite per argumentum.

Nam licet eo casu pupillo potuisset fieri pupillaris, & sic directa, tamen quia uerba obliqua repugnant, erit semper obliqua, quia non potentia testantis, sed uerborum importantia attendi debet. Sic ergo dicitur in milite, ut scilicet non eius potestas, sed importantia uerborum attendatur. Pro quo facit regula supra saepius allegata, uidelicet quod in dubio miles dicitur uti iure communi. Cum Bar. est communis opin. qd dominus meus Soc. confirmat per l. neque u. j. de mil. test. arguendo per locum a speciali, ut per eum. Haec tamen conclusio sic communiter approbata non procederet, si quo modo constare posset qd miles uo- 200 luerit directo substituere, & suo privilegio uti, quia tunc potius mens & uoluntas eius esset inspicienda, quam uerborum importantia, arg. l. scire oportet, s. aliud, s. de excus. tut. iuncta l. i. j. de milit. testam.

Pro regula. n. dici solet, uoluntatem testantis ante omnia inspiciendam esse, l. in conditionibus, in prin. j. de cond. & demo. lex facta, la grande, circa med. supra tit. i. etiam si rigor uerborum uideretur aliud importare, l. qm indignum, C. de test. & l. 3. C. de lib. prat.

lib. præ. Et nota diligenter, quia ego idem dicerem in pagano ex identitate rationis. Pone enim quod dicatur, volo quod bona restituantur Sempronio vulgariter, & pupillariter succedenti, vel ea forma, ut directò succedat. Aut si est miles dicat, ex privilegio militari, vel familia verba proferantur. Certe in talibus casibus etiam a pagano facta substitutio valeret iure directò (si posset) licet verba viderentur precaria. Et ita voluit in l. quærebat, supra de mil. test. ut per te videre poteris.

201 Querit mō Bar. † quis sit effectus compendiosæ factæ a pagano? & diuidit hunc articulum in tres quōnes princ. vt per eum.

Aggredior ergo primā principalem quōnē, quæ scilicet compendiosa esset facta per verba mere directæ, & ex dictis Barto. ad vnguem prius declaratis, facias quatuor conclusiones alijs prætermisissis.

202 Prima sit, quod in materia nostra, verba directæ reperiuntur duplicis generis. Aliqua n. sunt directæ ciuili. i. iure ciuili inducæ, quæ non possunt importare aliud, quam ius directum hæreditarium, & nō obliquatur, vt verba hæres esto, vel hæredē instituo.

Aliqua vero sunt directæ non ciuilia, id est non iure ciuili inducæ, sed potius iure gentium, vt ipsemet Bart. dicit j. col. pen. & voluit etiam hic, dum dixit quod sunt ista verba congrua, & communia omnibus gentibus vt verbum, accipiat, capiat, & familia, vt per Bart. habent tamen omnia ista verba in hoc cōformitatē, quia quælibet importat quod quis propria auctoritate capiet. Et ideo cōmuni vocabulo dicuntur omnia directæ. Sed in alio sunt difformia, quia illa prima solum importat quod capiat tanquā hæres directus de iure ciuili propter quod appellatur directæ ciuilia, quod videtur Barto. fundare in l. verbis ciuilibus, supra eo.

Alia vero possunt importare, etiam quod quis capiat vt legatarius, vel fideicommissarius, iuxta l. Titia cum testamento. §. 1. de leg. secundo.

Et hoc attento, ex quo sunt latioris significationis, & non restringuntur ad hæredem directum de iure ciuili, appellantur directæ non ciuilia. Hanc conclusionem & differentiam Barto. ante eum posuit Nic. de Matarel. secundum quod refert Bal. in l. precibus. C. eo. dicens, quod vel vnus illorum in eo fuit fur, vel idem spiritus fuit reperiens in duobus corporibus.

Illam tamen respectu effectus, quem Bar. ex ea infert, Doctores videntur communiter reprobare, vt dicit Sal. in d. l. precibus, 203 quod † dicitur quedam subtilitas perniciosa & in verbis captiosa, contra l. quoniam indignum. C. de test. prout hic Alex. & alij referunt. Sed de hoc infra dicetur.

An autem ista differentia in se sit vera quo ad vim verborum, Doctores non aperiunt. Et licet fortasse per prædicta videatur talis differentia iustificari, tamen dico quod illa iure non cauetur, immo ista duo simpliciter confunduntur, scilicet verba directæ, & verba ciuilia, vt d. l. verbis ciuilibus, iuncta gloss. ibi, dū dicit, ciuilibus id est directis. Dicam fortē infra aliquid in vltima quæstione Barto.

Et pro nunc in hac materia aduerte, quia illa verba, hæres sit, vel instituo, quæ Bart. vocat directæ ciuilia, quicquid ipse dicat ex lata eorum significatione possunt importare fideicommissariam substitutionem.

Quod primò probetur ratione, quia hæres idem est quod dominus, ergo &c. vt supra dixi in præce. quæstione, in fine primæ conclusionis.

Secundo etiam probat̄ lege. nam videtur text. in l. ex facto. in princ. infra ad Trebel. & in l. filiusfamil. §. vt quis hæredem, infra de leg. primo. Facit l. item veniunt. §. final. supra de petito. hæred. Et videtur optimus text. in loco solitario & quasi abscondito. positus in l. 2. post princ. versiculo, hæres autem &c. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10. ibi enim appellatur hæres, & qui per fideicommissum succedit.

Item etiam aduerte quod triplex verborum species, scilicet directorum, obliquorum & communium potius est ex magistrali nostrorum maiorum doctrina, quam quod lege scripta bene probari possit.

Et illud dixerunt Doctores inspecto effectu, qui ex verbis illis sequitur. Et licet in legibus Imperatorum reperitur mentio de verbis directis, vt l. si testamento. C. eo. l. quoniam indignum. C. de testam. & in l. eam quam. C. de fideicom. Immo etiam & verborum preciariorum, vel fideicommissariorum, vt l. 2. in princ. C. communia de lega. & est melior text. de iure ab alio non allegatus in l. 2. C. quando & quibus quart. pars deb. lib. decimo. ibi, directis, vel fideicommissarijs verbis &c. Et aliquando etiam in legibus sforum, de verbis precarijs, vt l. cohæredi. §. cum filijs, infra eo. tamen de verbis communibus, non reperio in iure aliquam mentionem. Quod nota pro his quæ dicent̄ infra in vltima quæstione Bart. quam facit de istis verbis. Considerabis etiam quod iurā in proposito, ius directæ hæreditatis successione vel substitutionis demonstrant frequentius per aduerbium, puta hæreditas directò datur, vt l. neque enim, in fi. infra de mil. test. & §. fi. Inst. de codici. vel directò accipere, vt l. Antoninus, infra de fideicommiss. libera. vel directò substituit. vt hic, & aliquando etiam directò

succeditur, vel etiam per adiectiuum illius substantiu, substitutio, vt l. ex tribus. C. de inoffic. testam. & leg. post aditam. C. de impuber. & alijs substitution. cum similibus.

204 Secunda conclusio Barto. sit, † quod lex dicitur certa, quando quis sit moriturus & consequenter secundum eum dicitur certa de his, quæ futura sunt, vel quando erunt. Et propterea vult Barto. quod substitutio, quæ ex morte institui, diuerso tempore contingente, potest fieri diuersa, semper a lege pro vna tantum est habita vsque ab initio secundum contingentiam casus, vt per eum. Sed ista conclusio per Alexan. & omnes Moder. reprobatur, quoniam falsum est quod lex sit certa de futuris, quæ soli Deo nota sunt, prout est casus noster. Ignoratur enim quo tempore institutus filius sit moriturus, cum nil incertius hora mortis. l. 1. infra de condition. & demonstration. Sed bene lex dicitur certa de eo, quod iam in rerum natura actum est, & variari non potest, licet apud nos illud sit incertum. Puta, an Rex Parthorum hodie viuatur, vel quid simile, prout loquitur l. cum ad præsens, cum l. sequen. supra si certum petat. vel quot sint in vtero mulieris prægnantis, vt l. cum quidam, §. suum, infra de acquirend. hæredita. Et ita in terminis declarat ibi Barto. melius aduertens, quàm fecerit hic. Et in dd. casibus & in similibus lex existens certa, certam facit dispositionem vsque ab initio, & nō suspendit aliquo modo, licet illa dispositio nobis nō innotescat vsque quo de facto illo certificetur.

Prædicta intellige de his, quæ, ne dum sunt certa in rerum natura, vt dictum est, sed etiam sunt ex post nobis necessario notificanda: tunc enim verū est, quod lex procedit ab initio disponendo, & eius dispositio constat ex eo, quod postea notificatur. Sed quoniam sunt aliqua præterita vel præsentia, quæ licet certa sint per rerū naturam, non sunt alias necessario notificanda, lex tunc non disponit tanquam certa, sed præsumit ex coniecturis procedendo.

Admittit tamen probationem in contrarium, vt l. si. quam sic intelligo, supra quod metus causa, cum similib. Et ex hac declaratione remouetur omnis difficultas mota hic per nouissimos iudicio meo, melius quam ipsi faciant. Qui dicentes, ea tantum facta legem noscere, seu de eis esse certam, quæ possibilia sunt, vt ab aliquo homine sciantur per rerum naturam, prout est, quod talis viuatur, vel sit mortuus, iuxta d. l. cum ad præsens, vt per eos dicunt & loquuntur expressè contra d. §. suum, tenendo secundum omnes quod lex ibi sit certa &c. Nam impossibile est per aliquem hominem sciri quot sint in vtero antequam mater pariat, licet ipsi contrarium dicant, & male.

Item etiam videntur loqui contra d. l. fin. vbi per aliquem hominem sciri potest, an ille fuerit inique compulsus &c. Et tamen lex ibi, vt certa non disponit, sed tantum præsumit. Admittens probationem in contrarium. Et vt dixi, illud credo ex eo esse, quia illud non erat necessariò notificandum, cogitabis.

Et quantum pertinet ad propositionem Barto. propter quod ipse posuit conclusionem prædictam & malè loquitur: aduerte, quia per aliam viam de facili tollitur eius difficultas dicendo suam conclusionem, videlicet quod post pubertatem in casu suo valeat substitutio per fideicommissum. Nam dum in contrarium allegatur, quod directæ substitutio nunquam obliquatur. Respondeas, quod non debemus dicere directam substitutionem puta, pupillarem obliquari, cum illa per aduentum pubertatis omnino expiret, §. mafculo, Insti. eodem.

Sed dicemus, quod in illa compendiosa, quæ facta fuit etiam fideicommissaria, in suo casu & suo tempore habitura effectum, continebatur, vt dixi supra in prima oppositione & etiam in prima quæstione.

205 Tertia sit conclusio, † quod compendiosa à pagano facta per illa verba, talis sit hæres, vel talem instituto, quæ Barto. appellat directæ ciuilia, post pubertatem totaliter euanescit, ita vt nec per fideicommissum conseruetur. Et in hoc Barto. concordat cum opinione gloss. & antiquorum. Et secundum Ale. & Ias. hic ista opinio in hoc est vera & communis.

Et pro ea potissima fundamenta sunt infra scripta. Primo d. l. verbis ciuilibus, ibi frustra, &c. Nam ex illo verbo videtur ostendi ex aliqua parte substitutionem valere non posse, iuxta notata per Bart. & alios in l. pen. §. ad crimen, j. de pub. iud. & tradit Fel. in cap. Rodulphus, j. col. de rescript.

Secundò in pupillari, supra eodem, quæ est lex præcedēs ibi, firmetur substitutio pubertate. Et nota quod verba illa indefinite proferuntur, vt sic perinde videatur ac si diceret, omnis substitutio, cum indefinita oratio æquipolleat uniuersali.

Tertio §. si. Insti. eo. dū dicitur quod maiori ita substituere nemo potest, si intra certum tempus decesserit, alius sit ei hæres. Et † cū ibi negatiua præponatur uerbo potest, denegatur omnis potentia, & ostenditur actum contrarium esse nullius momenti, argumento l. non dubium, C. de legi. Tradunt Din. & alij in cap. r. de reg. iu. libro sexto. Et Doctores maxime moder. in l. 1. in prin. infra de uerbo. oblig. ubi aliquando dixi.

Quartò facit regula illa, quod potui nolui, quod uolui adim. Mar. Soc. Iun. Prima pars. N 4 plere

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

plere nequius, de qua in l. multum intereff, C. si quis alteri, vel f. bi. Ad quam etiam facit l. in ambiguo, infra de reb. dub.

Quinto plurimum vrget l. si seruus legatus, S. si seruus alienus, de leg. primo. Nam si fauor libertatis cum fauore testamenti coniunctus non est potens ad obliquandam directam dispositionem, vt ibi clarè probatur, cum dicatur libertas nullius momenti: minus obliquabitur per solum fauorem testamenti, seu voluntatis testatoris in casu nostro.

Facit & sexto l. generalites, S. si quis seruo pignorado, infra de fideicommissis liber. arguendo a speciali. Nam si solus fauor libertatis operatur, qd libertas directò data, valeat per fideicommissum, vt ibi clarè dicitur, ergo hoc non erit in casu nostro cõcedendũ, cum non tractemus de fauore libertatis.

Nec illud in libertate sit mirum sic simpliciter concedi cum econtrã fauorem libertatis verba obliqua directentur, idest datio libertatis per fideicommissum facta, valet aliqñ pro directã, l. neque, in f. j. de mili. testamen. & l. Antoninus, in f. j. de fideicommissis liber. vbi ergo de libertate non agitur, verba non debent capi aliter, quã sonent, nec vltra eorum significationem. facit l. non aliter, in princip. de lega. tertio. ergo & cetera.

Septimò, quia potius actus efficitur nullus, quã verba illa heres esto, vel talis sit hæres, vel similia, importent fideicommissum, vt bene probatur in l. i. j. de iure codicil. & in l. fina. §. illud. C. de codicil. iuncta tñ regula l. non codicillum. C. de testamen.

Præterea & octauò facit l. coheredi. S. cum filie, ibi, cum substitutionis conditio puberem ætatem verbis precarijs egrederetur &c. secus ergo innuitur ibi, si verbis non precarijs: sed hic præponuntur verba directã, ergo post pubertatem non valebit.

Nonò facit c. si pater, de testamen. propè fin. ibi, quancquã directò interdum &c. Nam si illud sit interdum, ostenditur regula in contrarium, vt. l. directã ad fideicommissum non trahatur, per notata in l. legitima, supra de pact. Facit l. denique. S. interdum, infra de pecul. lega.

207 Decimò ¶ arguitur sic, qui vult per fideicommissum substituere vtendo verbis directis ad illud non conuenientibus, videtur errare in nomine appellatiuo, ergo eius dispositio debet dici nulla, quatenus est erratum. l. si quis in fundi vocabulo, cum sua materia, infra de lega. primo. Ista duo vltima argumenta facebat hic Aret.

Vndecimo pro communi opinione considera, quia in dubio debet sumi illa interpretatio, quã nulli est damnosa, & maximè 208 respectu filij instituti, cum ¶ pater pro eo semper credatur capere optimum consiliũ. l. nec in ea. in fi. infra ad l. Iuli. de adulter. Et dicitur pater filio melior amicus, quã reperiri possit. l. quidam cum filium, supra tit. proximo. & semper est intentus filij commodò, & ei dicitur thesaurizare, & ex communi & naturali voto parere diuitias. l. scripto, in f. j. vnde libe. Sed interpretando qd post pubertatem obliquetur, filius dicitur grauari, vt d. S. cum filia, ergo istam interpretationem fugere debemus.

Et hoc vltra communem illam regulam, quã dicitur testatorẽ credendum esse minus voluisse hæredem suum grauare, quã fieri possit. l. vnum ex familia. §. si rem, infra de leg. 2.

Dicendum ergo videtur qd per talẽ compendiosam solum dicitur facta vulgaris, quã est ipsi testatori fauorabilis. Item & pupillaribus, quẽ filio fauorabilis est. l. Iulianus, aliàs incipit. Si pupillus, j. de acq. hæred. Non autem fideicommissaria, quẽ est filio onerosa. Et ita interpretando, filio onus non paratur à patre, & proprietati verborũ deseruimus, & etiam verosimilem voluntatem testantis amplecti videmur, quã ante omnia inspicienda est.

Et hanc verosimilitudinem in argumẽtum probat etiam text. in l. Titia cum testamẽto. §. qui in vita, in fine de legatis secundo.

Duodecimo & vltimo confirmatur communis opinio, quia verba illa Talis sit hæres, vel similia, non debent variare significationem per cursus temporis de directã ad fideicommissariam, quã esset variare de vno esse ad aliud sibi contrarium, Nam pupillaribus, quam prius verba illa significarunt, est filio fauorabilis, fideicommissaria vero onerosa, vt est dictum. Et istud in effectũ voluit Barto. supra in l. proxima in prima oppositione prout illum allegant hic nouissimi, per quos videas.

Possent & alia plura argumẽta fieri pro ista opinione, sed ista sufficiant tanquã vrgentiora, & in quibus stat maior difficultas.

Contrariam opinionem, vt refert hic Bartol. tenuit Io. Andr. & quidam alij relati per Cy. in d. l. precibus, & alij plerique allegant hic per Alexan. & alios. Volunt enim prædicti, quod immo post tempora pubertatis substitutio valeat iure obliquo, seu per fideicommissum.

Et ista opinio seruat Florentiã, secundum qd refert Antonius de Butr. in c. Raynutius, de testam.

Et videtur ista opinio equior, & voluntati testatoris magis consona, quam videtur amplecti Dec. in d. l. precibus, col. 1. Et eam sequuntur nostri Moderniores Senensi. in tractatu compendiosa, & Nouissimi repetentes hic, qui dicunt secundum eam consulendum & iudicandum esse.

Et pro ea primo arguitur sic, testator dicendo, quodcumque decesserit filius &c. ostendit qd etiam post pubertatem voluit substitui, si tunc moriatur. Et cum tunc directò non possit, credendum est qd voluerit eo modo, quo potest, & sic per fideicommissum: quia voluntas semper ad possibilis aptari debet, seu præsumitur directã. l. Lucius. §. pe. infra ad municip. Facit l. si quis ita, infra tit. primo, voluntas autem testatoris omnino est seruanda, & tanquã lex, modo legi non sit contraria. §. disponat, in Authen. de nupti. & l. prima. C. de sacrosan. eccles.

Et ad hoc omnis intẽtio legis dirigitur, vt in Authen. de iure iuran. a morien. præsi. in prin. Et ita fieri publicè interest. l. vel negare, infra quemadmodum testamen. aperian. ergo sequitur hanc substitutionem valere iure obliquo, iuxta voluntatem testantis, non autem extingui per aduentum pubertatis.

209 Comprobatur, quia vbi de voluntate constat, verborum rigor aut subtilitas, & eorum interpretatio nunquam debet ita attendi, vt sit potior sensu, & voluntate testatoris. l. 3. C. de lib. præter. & l. quoniam indignum. C. de testamen. Immo etiam verba ipsa impropriantur, vt deseruiant intentioni profertentis. l. inulam, supra de præscrip. verb. & l. scire oportet. §. aliud, supra de excusat. tuto. sermo enim intentioni debet esse subiectus, non per contrarium. c. intelligentia, de verborum significat. cum similit. Et si hoc est in alijs dispositionibus, fortius erit in testamentis. l. in testamentis, & ibi Doctor. infra de regul. iu. in quibus voluntas ipsa primum locum obtinet & totum facit. l. in conditionibus primum locum: infra de condit. & demonst. & l. ex factis, la grã de, circa medium supra titulo proximo.

Sed huic argumento licet fortissimo videtur respondere Ale. tuendo opinionem Bartol. vt. f. omnia ista procedant modo tamen testantis voluntas sit congruis verbis expressa, aliàs secus, vt videtur probari in §. si seruus alienus, allegato supra in quinto fundamento, & in l. si quis in fundi vocabulo, de leg. 1. de qua supra in decimo argumento.

Ista tamen solutio non videtur secuta, quia videtur contra d. l. quoniam indignum, & contra d. l. inulam.

Vnde Iaso. pro responsione dicebat, omnia dicta in argumento procedere, nisi verba contraria & repugnancia exprimentur: Et ita dicit esse in casu nostro, quia verba directã sunt contraria, & repugnant substitutioni fideicommissaria, vt per eum. Sed nec ista solutio satisfacit.

Primo, quia si ita esset, nõ valeret, etiam si puberi facta esset, qd glo. communiter approbatam in dicta l. verbis ciuilibus.

Secundo, quia non est verum, qd in casu nostro verba sint omnino repugnancia: quoniam vt dixi supra in prima conclusione, verba directã, vt hæres sit, vel similia, ex larga quadam significatione possunt in fideicommissio verificari.

Sic itaque videtur istud primum argumentum firmum esse pro ista opinione. Nisi dixeris qd non debet attendi, quia videtur contra d. l. verbis ciuilibus, & contra d. l. in pupillari, cum similibus in contrarium, supra allegatis, quibus omnino videtur acquiescendum, argumẽtum. l. prospexit, in princ. infra qui & a quib. ma. liber. sed de his l. infra dicitur.

Secundo sic arguitur, in expressa vulgari interpretatur lex, factam esse pupillarem, cum casus euenit, & ita per contrarium, iam hoc iure, in princ. supra eodem. & hoc solum fit, vt præsumpta & coniecturata voluntas testatoris impleatur, licet verba videantur repugnare. sic ergo in casu nostro dicendum videtur, fideicommissum valere ex defuncti voluntate: & quidem fortius, cum verba omnino non repugnent, & voluntas ex ipsis verbis colligatur, vt in primo argumento constat, tamen si verba directã non sonent in fideicommissum.

Facit l. fin. C. de hæred. instit. vbi illa verba, Sempronij Plocij hæres esto, possunt operari vulgarem substitutionem, quã illis multum diuersa videtur. Hoc argumentum est de intentione nostrorum Senensi. in eorum tractatu, cui non inuenio per aliquem responderi. Nec videtur qd commode responderi possit. Nisi dixeris, qd ibi voluntas non sumitur ex verbis, sed lex eueniente casu interpretatur, testatorem sic fecisse, si de casu cogitasset: cum igitur non ex verbis sumatur voluntas, non curatur qd verba repugnent. sed in casu nostro voluntas sumitur ex verbis, & ideo non videtur sumenda, si verba repugnant: & maximè quia iura videtur scripta in contrarium. Et ad d. l. fin. posset responderi qd ibi sit interpretatio in directã substitutionem, prout verba, hæres esto, sonant, & verba illa Plocij &c. exponuntur in locũ partemque Plocij, vt ibi clarè dicitur.

Tertio videtur casus in d. l. precibus, intelligendo illam generaliter, & qd ponat ius commune. Nam potuit illa substitutio esse facta verbis directis, & tamen post pubertatem obliquatur.

Sed responderet Alex. vel qd ibi fuit facta substitutio per verbũ commune, prout etiam dicebat Bart.

Vel qd ibi sit speciale, fauore militis, simul & matris. Militis vt valeat post pubertatem, matris vt obliquetur, vt per eum. Militi tamen neutrum placet.

Primum,

Primum, quia illud non potest probari, & aliis supra dixi, non constare, quibus verbis in d.l. precibus, testator usus fuerit. Nec etiam esse necessarium illud scire.

Et inspecta narratione facti potius innuitur, fuisse verba directa, ut supra dicebam, licet ego de eo non curem.

Secundum, similiter, quia de eo non constat. Nam tota illa lex videtur communiter posita, cum non appareat fundata in aliqua specialitate. Quando enim lex vult in privilegium statuere, exprimit, ut in l. nostra, & dixi in precedenti quaestione, in prima conclusione. Et istud evidentiis confundam in quaestione de verbis communibus.

Vnde Iactuendo in hoc Bar. ad d.l. precibus, respondet, tenendo intellectum Fulg. de quo supra & sic quod ibi post pubertatem non obliquatur, sed valet iure directae militaris ex privilegio, sicut in l. nostra, ut per eum.

Ista responsio esset bona & procederet, si velles illum intellectum tenere, sed quia illum supra reprobavi, sequitur quod responsio non sit bona. Et sic illa lex multum urget.

Nisi cum Bar. pertinaciter volueris, quod ibi fuerint verba communia nos autem loquimur in directis.

Quarto allegatur l. Scauola, infra ad Trebell. ubi substitutio, quae iure directo valere non potest, valet iure fideicommissi. Et per illum tex. in d.l. verbis, videtur firmare, quod quando substitutio ab initio nullo modo valuisse, ut directa, puta, si puberis esset facta, statim & ab ipso initio obliquaretur. Et in hoc cum gl. illa, est magis communis opinio. Si ergo eo casu obliquatur, licet facta per verba directa, fortius hoc esse debet in casu nostro, in quo substitutio ab initio valet iure directo, argumento l. patre furioso, supra de his qui sunt sui, vel alien. iur. Turpius enim quis eicitur, quam non admittatur, quemadmodum, de iure iur. & est gl. in c. per vestras, de donatio inter vir. & vxor.

Sed huic argumento respondet Alex. negando illam communem opinionem gl. in d.l. verbis.

Nam secundum eum etiam maiori ab initio facta verbis directis non potest valere iure fideicommissi propter qualitatē verborum.

Et hoc est de intentione Imole hic in septima colū. pro quo ponderat d.l. verbis. Nam ibi videtur, quod fuerit ab initio facta maiori, ut innuunt illa verba, post quartumdecimum annuz frustra fieri &c.

210 Nec t̄ obstat. l. Scauola, quia dicit Ale. quod illud ibi est, quia lex solum propter accidens resistit quod validitati directae substitutionis, sicut propter codicillos, sed quod ad potentiam potuisset fieri directa in testamento. Sed in casu nostro lex resistit quod ad potentiam & essentiam, quia maiori non potest fieri directa post aditā §. si. Inst. eo. ut per eum. Sed ista solutio non satisfacit.

Primo enim dico, quod illa opinio gl. in d.l. verbis, sicut est communis, ita etiam videtur vera per d.l. Scauola, & per omnia, quae in praesenti articulo allegantur pro opinione Ioan. Andr. & maxime per illa duo prima argumenta, supra facta.

Secundo etiam dico, quod responsio data ad l. Scauola, non videtur procedere. Et videtur quod in contrarium possit retorqueri. Nam sicut ibi succurritur facienti directam in codicillis, ut valet iure obliquo, quia ille potuisset eam directo facere in testō, ita & hic succurrendum videtur videnti verbis directis, ut si pro servatione eius voluntatis valeat iure obliquo, cum sic potuisset disponere expresse etiam directo in pupillare aetate, & quia ideo est usus verbis directis, ut etiam vulgarem, & pupillarem suo tempore comprehenderet.

Et dicemus, quod cum verba illa, talis sit heres, vel similia in casu nostro semel stet, proprie & stricte, videlicet, respectu vulgaris & pupillaris, non inconuenit, ut in eadem oratione ponatur improprie, seu largē, respectu fideicommissariae, iuxta l. 2. supra de offic. proconf. & leg. cum similibus.

Ad quod optime facit l. pater Severus, §. conditionem, §. de condit. & demonstr. Nam sicut ibi verbum, tutela, variatur in significatione secundum, quod variatur persona ab illo verbo respectu, ita & hic debent variari illa verba, talis sit heres. Nec illi tex. obstat quod dixit Bar. §. in l. praecedenti in prima oppositione, dicens quod ibi utraque significatio tendit ad idem. §. ad promissionem filij, hic vero ad diuersa, cum pupillaris sit fauor, & prouisio fideicommissariae, verò sit onus, ut per eum.

Quoniam potest dici, quod immo alio respectu dicantur ad idem tendere, ut scilicet substitutus admittatur quod principali ter testator voluit, & sic dicemus ad idem ut scilicet voluntas testatoris seruetur, dicam de hoc, respondendo ad ultimum argumentum. Vnde alij ad argumentum aliter respondebant, videlicet quod lex Scauola & illa communis opinio in d.l. verbis procedunt quando substitutio ab initio erat inualida iure directo, & hoc ex illa benignitate legis, ut actus non sit totaliter nullus, sed aliquo modo valet, argumento l. quoties, infra de reb. dub. cum similibus. Sed in casu nostro satis habuit lex, si iam infra pubertatem ualuit iure directae pupillaris.

Verum nec ista solutio uidetur secuta, & uidetur confundi p

d.l. verbis, ponderando, quod ibi uidetur praesupponi, quod ab initio erat facta maiori, ut dicebat Imo. Et pro uero concludens ratio differentiae assignari non potest.

Et si qua est, uidetur esse in contrarium, arg. d.l. patre furioso, cum similibus, supra allegatis.

Quare cogitabam ad d.l. Scauola, altero de duobus modis posse responderi.

Primo, ut dicamus, ideo ibi illud esse, quia uerba non repugnabant, cum substitutio esset facta per uerbum commune, seu quod Doctores cōe appellant, ut patet ibi, substituerit &c. cum enim uerbum commune se habeat ad utrumque sensum, cum iure directo ualere non possit illa substitutio, ualebit iure fideicommissi, sed in casu nostro, uerba fuerunt directa, & sic sui natura repugnantia sensui obliquo, ergo &c.

Vel secundo, quod ideo ibi substitutio obliquatur, quia constat testatorē sic omnino uoluisse, eod quia codicillos fecit, & eos facere uoluit, in quibus sciebat hereditatē directo dari non posse.

Sed si uoluisse testari, tunc esset, ut l. illud, §. tractari infra de iure codicill. facit l. 1. eo. tit. & l. si. §. illud. C. de codic. In casu autem nostro cum dixerit simpliciter, quando cunque decesserit talis sit haeres, potest dici quod non ita praecise constat, quod testator uoluerit ualere iure obliquo, quia illa uerba possunt exponi quae cunque. Sintra pubertatem. Neutra tamen solutio (ut uerum fatear) in totum satisfacit.

Nam secundum primam tex. ille male praesupponeret, substitutionem esse de se inutilem, cum illa ratione. i. quia codicillis haereditas non datur. Videtur. n. illa uerba importare, quod testator haereditatem dare uoluit, & sic iure directo disponere. Et licet propter illud inutiles esset substitutio, tamen ex benignitate conseruatur per fideicommissum, ut ibi dicitur.

Contra secundam uero facit, quia considerando ueraz importantiam uerbi, quando cunque, cum sic dixerit testator, uidetur omnino habuisse respectum, etiam ad tempora pubertatis.

Et propterea cum sciant tunc directo non posse substituere, uidetur omnino uelle, quod ualeat iure obliquo per superius dicta. Et sic uidetur quod dicta l. Scauola, bene faciat pro opinione Ioan. Andr.

Et fortius lilla faceret, ponendo, quod ibi esset facta expressa pupillaris, prout gl. ibi & quidam alij uoluerunt. Etenim tunc contra eius naturam & contra uerborum importantiam traheretur ad fideicommissum, sic ergo & in casu nostro dicendum uideatur fortiori ratione, cum non sit hoc contra naturam compendiosae. Et praedictae legi non uideo posse bene responderi. Nisi dixeris pertinaciter cum gl. in d.l. verbis, illud esse, quia ibi substitutio aliās esset totaliter inutilis, quod quidem quatenus sit tutum, ex iam dictis constare potest.

Quinto pro ista opinione allegatur ca. Raynuitius, de testam. ubi substitutio uidetur facta per uerba directa, & tamen post pubertatem obliquatur.

Nec uidetur bona responsio Alexand. dicentis quod immo uerbum succederent, de quo ibi, est commune. Quoniam ut etiam Iason. & nouissimi aduertunt, illud procederet, quando illud uerbum per se simpliciter poneretur, sed ibi ponitur cum illo adiuncto, impuberi, quo casu, cum illi solum per directam succedi possit, debet dici uerbum directum, secundum Bal. in l. si. colum. si. uerficulo. Idem dico. C. de sacros. eccl. Et Fulg. in con. fil. 1. §. Proponitur quod &c.

Et nota quod in d.c. non praesupponitur dictum, quando cunque, & tamen valet post pubertatem ex causa fideicommissi. Fortius ergo in casu nostro, ubi sic dictum praesupponitur. Et per illum tex. sic ponderatum uidetur destrui opinio Ang. quae quinto loco refert hic Ale. ut per te intelliges.

Huic tamen argumento respondebat Ias. exponendo illa uerba impuberi succedant. i. in locum eius ponantur quod ad bona patris, ut per eum. Quae solutio non tollit difficultatem, ut per nouissimos, ad quos te remitto.

Quare potest forte aliter responderi inherendo solutioni Alexandri, & dicendo quod uerbum, impuberi, non debet alterare naturam uerbi communis, sicut in simili uerbum, mihi, non alterat substitutionem pupillarem in l. si ita §. qui filio, infra de bon. poss. secun. tab. Poterit ergo dici, quod uerbum, impuberi, sit positum demonstratiue.

Non tamen uidetur responsio ex omni parte secuta, quia cum ibi dicatur, succedant impuberi, id nullo modo fit per fideicommissum. Nec conuenit dicere quod stet demonstratiue, quia talis demonstratio uideretur impertinens. Ad d. §. qui filio, unde potest quod ibi, mihi, aliquo modo succedit per pupillarem scilicet mediante persona filij pupilli, qui mihi haeres fuit, cum haeredi primi defuncti haeres dici possit. l. fina. C. de haereditibus institutionis.

211 Igitur cogita, an responderi possit, quod in d. ca. Raynuitius, uerba illa, sine liberis, arguit factam obliquam, cum illa proprie in tempore pubertatis verificentur, per ea, quae dicuntur in seq. q.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

ADDITIO. Et ex hoc potest defendi, quod verbum impube-
ri, fiet demonstratiue, & exponatur, id est ei qui nunc est impu-
bes, attento quod impubes liberos habere non potest.

Fateor tamen, quod poteris replicare, quod idem importare
videtur in casu nostro verbum, quando cunque, secundum quod
supra dicebatur in 1. argum. Cogita ergo pro meliori solutione
ad d. cap. Raynutius.

212 Sexto sic arguitur. Contrariorum eadem est disciplina, ut tra-
dunt Doctores in Rubr. j. de acquir. possess. vbi plenius quam
alius de hoc ego dixi. Vn sicut obliqua dispositio, seu facta per
verba obliqua, trahitur aliquando ad directum sensum, vbi cau-
sa substit. neque enim, in fin. j. de milit. testam. & l. Antoninus,
infra de fideicom. liber. Ita per contrarium debent ex causa
trahi directa ad obliquum.

Et de hoc habes tex. in d. cap. si pater, prope fin. de testam. lib.
6. Causa autem vrgentior non videtur quod possit allegari, qua
ut uoluntas testantis impleatur. Ita in effectu arguunt Moder-
niores nostri Senens. in eorum tractatu, licet non per hanc via,
nec allegent d. c. si pater.

Sed tuendo aliam opinionem responderi potest, quod argum
procedit quando reperitur eadem ratio, ut ego plene, declarau
in d. Rub. quod non est in proposito. Nam in iuribus praedictis
concurrit fauor libertatis, qui cessat in casu nostro.

Et propterea illa iura, per locum a speciali videntur facere in
contrarium, pro vt in 6. arg. pro illa parte dictum fuit.

Et similiter d. c. si pater, in contrarium allegatum in nono ar-
gumento. De his tamen dicendum est, vt dicetur, infra respon-
dendo ad praedicta argumenta.

Septimo facit l. ex facto, in princ. j. ad Treb. & l. filiusfam. s. vt
quis haeredem, de leg. 1. vbi verba illa, haeredem facias, quae sunt
directa, important fideicommissum, & exponuntur, i. haereditate
restituas, ita ergo in simili dicendum videtur in casu nostro. Sed
huic argo respondebat Raph. Cum. hic, quod ibi fuit facta fidei
commissaria substitutio satis expresse, quia testator dixit, ergo &c.

Nam licet id, de quo haeres rogatur, videatur habere in se ius
directum, tamen si fit per modum fideicommissi, semper dicitur
fideicommissum. Sic in simili in l. querebatur, infra de milit. te-
stamento, in princ. vbi fidei haeredis committitur, vt valeat pri-
mum testamentum, quod sonat in ius directum, & tamen im-
portat fideicommissum, vt ibi.

Vel secundo respondeeri potest secundum Alex. quod imo in dd.
iuribus substitutio dicitur facta per verba obliqua, puta, rogo vt
facias. Nam respectu substituti non importat ius directum, hoc
est qui capiat propria auctoritate: sed quod de manu alterius.
Et ita videtur declarare ista verba Bar. j. in l. nostra, col. penult. in
versiculo & primo videamus.

Ista solutio Alexandri in effectu est eadez cum solutione Cu-
man. si bene considerabis, cum in vtraque ponderentur illa ver-
ba, rogo vt facias. Sed licet, quod in solutione dicitur, videatur
verum in se, non tamen videtur omnino tolli argumentum. Nega-
ri enim non potest, quin verba illa, haeredem facias, operentur si
fideicommissum. Et illud fit, quia ita creditur testatore voluisse.
Sic ergo & in proposito dicendum videtur, cum (vt dictum est)
testator ita velle credatur.

Et forte dici potest, quod imo in dd. iuribus, non sint verba obli-
qua, nec fideicommissaria in se fuerit, sed legis interpretatione
perinde sit, ac si per fideicommissum & c. ut dicitur in d. s. vt quis
haeredem. Et quod dicit Alex. quod respectu substituti non impor-
tant quod capiat propria auctoritate, possent negari quod ad eorum
sonum, Nam si ille per rogatum fieret haeres, propria auctori-
tate caperet, & ita etiam respectu eius ius directum verba in se
videntur importare.

Et sic videtur adhuc argum satis probare. Nisi dicas, non esse ad
mittendum, quia ei repugnat d. l. verbis ciuilibus, vt s. inducta.

Octauo arguitur sic. Haeres idem est quod Dominus, seu ei est si-
milis. Et propterea sicut appellatione Domini, etiam vtilis, con-
tinetur. Ita etiam appellatione haeredis, potest venire etiam vtilis
haeres, prout est fideicommissarius, quando alias accipi non potest,
vt haec dixi & probaui s. in praecedenti quaestione in fi. primae co-
clusionis. Vnde cum substitutio propter verbum, quando cunque;
respiciat etiam tempus pubertatis, verbum, haeres est, ad illud te-
pus relatum, exponitur, s. vtiliter & sic per fideicommissum, cum
aliter substitutio valere non possit.

Huic argumento non inuenio per aliquem esse responsum,
quia nemo ita facit.

Potest tamen responderi quod licet illud sit ex generalitate, & la-
ta significatione uocabuli, tamen uerbum, haeres, simpliciter pro-
latum, debet in dubio intelligi de directo sicut et etiam dicimus
de domino. l. i. s. si. s. si ager uectig. uel emphypeta.

213 Sed hoc nihil est quia d. s. si. non procedit, quando oratio in
sensu directo uerificari non potest secundum Barr. in l. sed & si
possetori, s. item si iurauero, s. de iureiur. Vnde non videtur quod
bene possit responderi,

Nisi dicamus argum istud non procedere, quia ei lex uidetur
resistere, cum contrarium videatur clare probari in d. l. uerbis ei
uilibus, prout etiam dixi, s. in praecedenti argumento.

Nono probatur, quoniam sicut in prolatione legari sub uer-
bo, haeredis, etiam fideicommissarius continetur propter metem
legis, ut l. item ueniunt, s. fina. s. de pet. haered. ita & hic in prola-
tione testatoris, quatenus substitutio respicit pubertatem propter
214 ipsius testatoris mentem, et ualet enim argumentum de uerbis
legis ad uerba testatoris, secundum Bald. in l. si quis legauerit, j.
de leg. 1. Et probatur in l. cum quidam, circa medium. C. de uer-
signific. ibi, quemadmodum enim & c. & in l. si fuerit feruis. s. si
na. ibi, argumento est edictum & c. & ibi no. Bar. j. de manumiss.
testa. cum similibus.

Sed pro communi respondere potest, quod quicquid sit in uer-
bis legis, hoc non uidetur concedendum in uerbis testatoris, ut
scilicet sub nomine instituti haeredis, fideicommissarius compre-
hendatur, quoniam eo concessio possit dispositio cum dictis uer-
bis facta ualere iure codicillorum, ubi non ualet iure testamenti
quod est j. l. i. j. de iure codicill. iuncta l. non codicillum. C. de te-
stam. & dixi s. in 7. argum. pro communi opinione. fateor tamen
quod replicari possit secundum quod dicam j. respondendo ad illud
septimum argumentum.

215 Decimo & ultimo facit regula illa, et ut. interpretatio illa si-
mi debeat, per quam dispositio ualeat & non pereat. l. quoties, la
secunda, j. de reb. dub. & l. quoties, j. de uerb. oblig.

Et sic respondendo dicas, quod satisfactum est illi regulae, cum
substitutio iam, ut directa, ualuerit intra pubertatem, & sic non
omnino dispositio perijt.

Replicari potest, quod immo non uidetur satisfactum, quia testa-
tor in hac compendiosa, plura dicitur sub uerborum compedio
disponere, prout in ea plures substitutiones sub temporum di-
uersitate continentur, ut dixi s. in prima oppositione.

Et inter caetera dicitur disposuisse, substitutum uocari filio et-
iam maiore mortuo: quae dispositio omnino periret, nisi traher-
etur substitutio etiam ad fideicommissariam.

Verum ad argumentum, tuendo communem potest respon-
deri, quod isto casu non ualebit, ut obliqua, quia sic creditur, te-
statorum uoluisse, soluz. n. uidetur directe uelle disponere, in pe-
cta na uerborum, quibus usus fuit, quod post pubertate facere
non potuit, ut d. l. uerbis, cum alijs s. in contrarium allegat.

Ad hoc tamen replicari possit, quod immo uoluit per fideicom-
missum pro illo tempore disponere, cum uoluntas debeat praesum-
mi circa possibilialia. l. Lucius, s. pen. j. ad munie. & s. dictum fuit.
Et licet usus fuerit uerbis directis, tamen ex uerborum rigore &
stricta importantia non debet iudicium testatoris fraudari. l. si
quis haeredem, in fi. C. de inst. & subst. cum similibus.

Haec sunt, quae pro ista opinione contra communem magis
urgenter allegari possunt (licet & alia plura argumenta fieri pos-
sent) ex quibus, cum eis congruenter non uidetur responsum,
satis constare potest, istam opinionem de iure esse ueriores, &
mihi semper placuit.

Pro qua ultra praedicta bene facit tex. ille solitarius in l. i. C.
quando & quib. quarta pars deb. lib. 10. ubi clare & sine nota im-
proprietas dicitur haeres etiam ad quem per fideicommissum
decurrit haereditas. Et istam opinionem tenendo (prout illa pro-
uera proposui, s. in prima conclusionem praecedentis quaestionis)
non obstant allegata in contrarium, licet primo aspectu uidean-
tur satis uergentia.

Et primo ad l. uerbis ciuilibus, respondetur primo, quod lo-
quitur respectu directae substitutionis pupillaris, quae post quartum
decimum annum frustra dicitur fieri, non. n. ex eo debet in-
ferri quod ualere non possit iure fideicommissi. Et istud primo
probat, quoniam (vt Imo. dicebat) ibi tex. videtur loqui quan-
do fit maiori, tempore testamenti, quo casu communis est opinio,
quod ualet iure fideicommissi, ut ibi per gl. & Doctores.

Secundo probatur secundum aliquos in fi. dum dicitur, non
erit vt adiectus & c. ne quid fiat j. uoluntatem testantis. Inmittitur
enim, quod si quomodo mens eius seruari potest, debet seruari,
sed in proposito id fiet, si ualeat per fideicommissum, ergo & c.

Tertio idem ostenditur, quia facta pupillari (uis quod ibi essent
pubes filius) in ea continetur tacita vulgaris (loquendo secun-
dum Doctores) quae ualere et post pubertatem, iuxta Doctri-
nam Bar. in l. i. s. co. mihi col. g. & g. dum dicit non vitari tacitae
vulgarem, licet vitetur expressa pupillaris, & sic si illa postea ha-
bere locum, non diceretur frustra facta contra illum tex.

216 Non obstat et dictio, frustra, quia solum respicit directam sub-
stitutionem. s. pupillarem, vt dixi, non autem importat actum nul-
lo modo ualere. Sic in simili ponitur in l. i. C. de non num. pecu-
lae ad uerbum reperitur in l. i. C. si conuent. pig. nu. no. sit sec.
ibi. n. de frustra emissae cautio, & tñ oritur ciuilibus obligatio, ut ibi
per gl. Immo lapsio tempore, de quo ibi, fit exactio. Sic. n. ponitur
in s. in aut non ualuerit, ibi, frustra quod paries & c. in aut. de no.
elig. secundo nub. & in l. q. solidu, in prin. j. de leg. 2. & alibi sepe.

Vel secundo responderetur secundum Alex. hic quod d.l. verbis, cum iua decisione procedit de rigore iuris. Sic enim sonant verba directa.

Verum de aequitate & ex benignitate aliud est, quia valebit per fideicommissum, vt in simili dicitur in d.l. Scauola, ad Trebel. & in generaliter. §. si quis seruo pignorado, §. de fideicommissi liber.

Non tamen multum satisfaciunt ista solutio, quia secundum eam lilla frustra occuparet membranas, & in terminis d.l. non reperiuntur scripta benignitas, illi rigori aduersans prout reperitur in iuribus allegatis pro simili.

Potest & tertio ultra Doctores responderi (presupponendo, quod ibi non valeat per fideicommissum, vt. f. dicamus, id esse, quia testator fuit vltus, vel si vitur verbis ciuilibus, & ego intelligam, id est omnino ius directum importatibus, quod proprium est iuris ciuilibus. Puta directio substitutio, vel vt directio succedat, vel similibus verbis. Ex quibus patet, quod tantum ciuilitate & directio voluit substituere. Nam tunc fateor, quod non valebit per fideicommissum, quia testator voluit, & ita intelligatur illud verbum ciuilibus.

Hoc autem non constat in casu nostro ex verbis illis, talis sit haeres, vel talem instituo, vt ex supra dictis apparet, ergo &c.

Secundo non obstat l. in pupillari, quia responderi potest primo quod ibi per errorem fuit expressum longus tempus (prout dicebat Io. And.) & testator solum volebat pupillariter substituere, & illud aliquo modo constabat. Nam tunc verum erit, substitutionem totaliter extinguere pubertate. Ad quod bene facit principium legis, dum dicitur, in pupillari substitutione.

Vel secundo responderetur quod dum text. dicit, finitur substitutio, debet intelligi scilicet directa pupillaris.

Sed an post pubertatem duret fideicommissaria, ibi non dicitur, nec negatur, vnde dicemus illud alijs iuribus & rationibus terminandum.

Et pro istis solutionibus vel ipsarum alterutra, considera, prout quidem aduerterunt, quod cum ibi non aperitur quibus verbis testator vltus fuerit, potest ille text. intelligi in sui generalitate, et quando vltus fuisse verbis communibus. Quo casu verum est secundum communem opinionem, quod substitutio valeat iure obliquo post pubertatem, vt infra dicitur in tertia quaestione prin.

Et propter hanc considerationem videtur quod ille text. non possit allegari contra opinionem Ioan. And.

Potest & tertio dici, quod lilla loquitur tantum respectu successione & bonorum ipsius pupilli, quae ex testamento patris post pubertatem nulli deferri possunt, quia tali tempore omnis paterna substitutio eo respectu dicitur euanescere. §. mafculo, Inst. eo. Sed circa bona patris an substitutio post pubertatem valeat, ibi nihil dicitur.

Sed dicendum est, quod si aliqua verba fideicommissi importan- tia reperiantur, valebit, puta quocumque decesserit, vt est de hoc text. iuncta glo. si in l. si frater tuus. C. de fideicommissi. Vnde cum hoc in proposito in compendiosa, de qua agimus, talia verba reperiantur, sequitur quod debet per fideicommissum valere.

Ad tertium responderetur primo, quod text. in d. §. si loquitur quo ad directam substitutionem. Illa enim fieri non potest, & eius respectu dicitur negata omnis potentia, & actus erit nullius momenti circa eam.

Sed an possit per obliquum substitui? seu facta substitutio per obliquum valeat? ibi non dicitur.

Quinimo statim ibi permittitur, per fideicommissum substitui, in quo sola mens testatoris, non autem verborum qualitas debet attendi. l. 2. C. de communia de lega. & l. haeredes mei. §. cum ita, infra ad Trebel. cum sim.

Et ista solutio comprobatur, quia ibi text. loquitur quod substitutio fit puberi, vel extraneo, quo casu communis opinio est, quod valeat per fideicommissum vt tradunt Docto. post gl. in d. l. verbis ciuilibus, & supra dixi.

Nec obstat, quod ibi negatiua praeponat verbo potest, quia responderetur, non esse semper verum, quod ostendat actum omnino nullum, vt l. stipulatio ista. §. alteri, iuncta glo. & ibi tradunt Morder. infra de verbo. obliga. Et dixi plenè in l. 1. in prin. eod. tit. aliter declarando quam faciunt Doctores, vbi est videndum.

Vel secundo responderi potest quod ibi solum negatur potentia faciendi haerem instituto, sed per fideicommissum illud non fit, sed testatori succeditur, ergo &c.

Et ultra etiam dico & bene nota, quod ibi non dicitur quod certis verbis quis prohibeatur, sed quod prohibet effectus, hoc est dicere, nemo potest ita facere (vtatur quibuslibet verbis) vt institutio quis fiet haeres.

Ad quartum responderetur, quod regula in contrarium allegata in casu nostro procederet, quando testator noluisse substituere per fideicommissum, prout in l. multum interest, allegata in contrarium, ille maritus sibi querere voluit, vt ibi praesupponitur, sed in casu nostro (vt in primo argumento pro ista parte dictum) fuit testator voluit post pubertatem substituere, & creditur per fideicommissum, cum aliter non posset, argu. l. 3. infra de mil. te-

stamen. & l. quoties, infra de reb. dub. iuncta regula l. Lucius. §. pen. infra ad municip.

219 Non obstat t quinto loco d. §. si seruus alienus. Quoniam (licet valde videatur vrgere) Doctores varijs modis respondent.

Et primo Alex. respondet duobus modis, vt per eum.

Prima eius solutio dum dicit quod ibi datio libertatis fuit inutilis ab initio & c. videtur contra d. l. Scauola, & contra communem conclusionem, quando substitutio fieret puberi, de qua supra.

Secunda autem dum dicitur esse testatori imputandum, vt per eum, non videtur bona, quia & in casu nostro posset testatori imputari, quod non fuerit vltus bonis verbis. Nec ibi emptio serui pendebat a sola voluntate testatoris.

Praeterea, prout dicit hic Patruus meus Soc. in §. si quis seruo pignorado, allegato in 6. arg. eadem culpa poterat testatori imputari, & tamen valet per fideicommissum. Vnde alijs duobus modis respondebat Aret. sed non procedunt vt per dominum meum Soci. & alios, quos per te videas. Quare, illis post habitis, tertio loco responderi Patruus meus Socin. dicens, quod quando (si per obliquum valeret) grauaretur, qui nullum commodum sentit, directio dispositio non trahitur ad obliquum. Et ita procedit d. §. si seruus alienus, sed bene traheretur, quando aliquid commodum sentiret, vt in d. §. si quis seruo pignorado. Et ita contingit in casu nostro, quia filius, qui grauatur ex testamento, commodum consequitur, vt per eum. Et vt ipse ait, ista solutio ponitur in effectu per Sali. in l. seruo tuo. C. de testam. manumif.

Nouissimi hanc solutionem reprobant per d. l. seruo tuo, iuncta glo. vt per eos.

Sed posset pro domino meo responderi, quod immo etiam ibi traheretur ad fideicommissum ex benignitate, vt ibi dicit glo. in fin. & ipsimet fatentur in solutione Iaso. quam tenent.

Sed ex alijs ista responsio domini mei Soc. mihi non placet, primo, quia esto, quod ibi iure obliquo valeret, dominus serui non grauaretur in aliquo, sed solum haeres ad redimendum, vt unque probatur in §. libertas, Insti. de singul. reb. per fideicommissi. relicta.

Secundo, quia si ratio Soc. attenderetur, nec expresse per fideicommissum relinqui posset, ne sic grauaretur, qui commodum non sentiret, quod tamen est falsum. Item & tertio, quia d. §. si quis seruo, non in eo se fundat, sed tantum in fauore libertatis. Quidam respondebant illud ibi esse fauore haeredis. sine grauatur redime re, sed ista solutio est contra illum text. prout etiam nouissimi dicunt, cum haeres omnino grauatur, quia valet legatum. Quare quinto loco respondebat Ias. quod in d. §. si seruus alienus, testator nullum ius habebat in illo seruo, & ideo non valet per fideicommissum, sed si ius aliquod habuisset, vt in d. §. si quis seruo pignorado, at hic testator in bonis suis ius habet, ergo & c. Hanc solutionem sentit gl. in l. cogi. §. sed si seruo, infra ad Trebel. Sed mihi non videtur tuta.

Primo, quia ea attentata nec expresse libertas per fideicommissum relinqui posset, quod est falsum. Secundo, quia in d. §. si quis seruo, solum in fauore libertatis fundatur illa obliquo non autem in eo, quod testator ius aliquod haberet. Item & tertio, quia videtur contra d. §. sed si seruo, ad Trebel. vbi nullum ius habeat testator, & tamen valet per fideicommissum, secundum glo. & Doct. ibi, licet ego aliter intelligam illum text. sed non est presentis speculationis.

Sexto igitur loco responderetur, quod ibi non valet libertas per fideicommissum, quia non creditur, sic testatorem voluisse, cum seruum illum alteri legauerit. Nam cum libertas, directio relicta, non valeat, legatum autem de seruo sit rite factum, lex non interpretabitur in fauorem libertatis inualide relictae, ad infringendum clarum & validum legatum. Et ita videtur sumi ex illo text. ibi nam cum libertas nullius momenti sit absurdum esse ait per eam legatum infirmari, quod alioquin valeret & c.

Istam solutionem ponunt hic Iaso. & Claud. & quilibet sibi eam ascribit, & idem facit Dec. in d. l. precibus. Necessè ergo est, vel quod aliqui sint fures, vel quod in tribus corporibus fuerit eadem forma intellectus, prout alijs de Bar. & Nicolao de Martarel. dixit Bal. in d. l. precibus, mihi col. 1. 2. Hanc solutionem sequuntur nouissimi hic.

Quae comprobatur, quia inspecto ordine scripturae legatum fuit vltimo loco factum, nimirum ergo si praevalet. l. si peculium, §. si. §. de manumiss. testa. & l. si seruus legatus infra de fideicommissi liber. & ita dicebant quidam. Quod tamen apud me parum est, quia hoc attentato, indistincte deberet praualere legatum, etiam quod libertatis datio de se valuisset per iura praedicta. Quod est contra mentem d. §. si seruus alienus.

Notabis tamen solutionem istam (quae satis ex text. ipso probatur) bari videtur quoniam t ex ea inferitur, libertatem directio relicta generaliter trahi ad fideicommissum, quando directio valere non potest, si seruus non sit legatus, Quod videtur probari in d. §. si quis seruo pignorado, & in d. §. sed si seruo, secundum glo. ibi, & in l. 2. §. 1. infra de iur. codicil. Quod tamen pro nunc non firmo,

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

firmiter, sed assero me dubitare, quia ad ista iura non esset difficilis responsio. Dimitto tamen, quia non est materia nostra.

Contra tamen praedictam solutionem secundum Decium in d.l. precibus, plurimum videtur obtinere d. S. si seruus alienus, cum ibi videatur praesupponi libertatem per se nullius esse momenti, non propter legatum.

Sed ultra Doctores pro solutione aduerte, quia fatebor quod datio libertatis per se erat inutilis, etiam absque legato, sed per interpretationem legis ex benignitate traheretur ad fideicommissariam. Verum hanc interpretationem lex non facit ibi propter expressum legatum utiliter factum. Pro quo bene facit l. qui testamento, infra de leg. 2. & l. seruum filij. §. si idem. de lega. 1. Nisi ad illum tex. dicas, quod in casibus eius etiam quod non esset legatus, nulla fieret interpretatio in fauorem libertatis. Sed quicquid sit circa illum §. si idem, videtur quod solutio praedicta declarata & defensata ut supra sit sustentabilis.

221 Non omitto quod ad d. S. si seruus alienus, alio modo respondet Ioan. Crot. in l. 1. §. si quis ita, col. 10. §. de verb. oblig. & alij ibidem quidam nouissimi.

Primo enim dicit Crot. quod datio libertatis ibi non valet per fideicommissum, ne duo specialia oriantur ex eodem fonte, contra tradita per Doct. in l. 1. C. de doti. promiss. ut per eum.

Hoc tamen non multum satisfacit, quia ego semper arbitratus sum duo vel plura specialia simul oriri posse ex eodem fonte, ut dixi §. in l. 1. soluto matrim. & in l. ita stipulatus. §. de verb. oblig. Sed ubi probares eodem doctrinam in d. l. 1. C. de doti. promiss.

Ista solutio esset satis colorata. Et sic secundum eam dicemus, quod quando idem seruus legatus, cui libertas relinquitur, tunc praevalet in dubio libertas, quando ipsa de iure communi valere potest, prout relicta est, quod non esset ibi, quia ut directam, pro ut relicta est, valere non potest.

Illi autem nouissimi ibidem dicebant in d. S. si seruus alienus, non valere libertatem per fideicommissum, quia tunc fieret nimis magna digressio: & facta dispositio transiret in aliam penitus diuersam. Nam testator disposuit de libertate, solum ipsi seruo prouidendo, & valeret ad prouisionem haereditatis respectu iuris patronatus illi per manumissionem quaerendi.

Et si dicas, idem videtur etiam in casu nostro, si valet substitutio per fideicommissum, quia oritur prouisio in fauorem haereditatis respectu detractionis quartae &c.

Respondetur, istud tolerari, quia semper dispositio & in totum fieri de bonis testatoris, non sic est in iure patronatus, quod non dicitur in bonis eius, nec vere, nec causatiue, ut declarat Bar. in l. 1. §. col. 3. de lega. 1. Vide latius per d. nouissimos, qui etiam idem posuerunt in c. 5. in 1. lib. Paradoxorum. Sed ista solutio minus considerate posita est, etenim (ni fallor) videtur quod dictum §. si quis seruo pignorato, ubi fit illa magna digressio, & tamen valet libertas per fideicommissum.

Et si dicas cum istis nouissimis in d. c. 5. quod ibi toleratur, quia seruus erat testatoris, licet alteri pignori obnoxius.

Dicam quod hoc est contra communem intelligentiam in eo tex. qui de creditore testante intelligitur, alioquin datio libertatis subtili iure non esset inutilis, contra illum tex.

Et si dicatur, seruus ibi non erat legatus. Dicam, quod si hoc attendimus, non erit ratione magna digressio, sed ratione legati seruo facti, prout habet in sexta solutione, supra relata, quae declarata, ut supra satis videtur procedere. Super ea tamen cogitabis, quia non possum nisi de ea dubitare, cum dubitem super illa ratione, quam ex illa supra feci, sed super ea aliquando oportunius loquar, si Deus dabit.

Sexto ad d. S. si quis seruo pignorato, cum alijs adductis cum eo, respondetur secundum nouissimos, quod non sequitur, ergo non receditur a regulis etiam fauore vltimae voluntatis, quia immo receditur, ut l. si ita scriptum, supra de libe. & posth. Pro quo facit d. l. Scauola, ad Trebel.

Et si dicatur quod in argumento concurrebat fauor vltimae voluntatis, & tamen tex. tantum dicit, illud fundari in fauore libertatis. Respondent ipsi quod id est, quia ibi agebatur de particulari relicto, in quo non est tantus fauor, sicut in vniuersali, in quo loquitur d. l. si ita scriptum, & d. l. Scauola, ut per eos.

Ad quod ultra eos facit l. cogi. §. & generaliter, infra ad Trebel, & l. si quis omnia, infra si quis omnia. cau. test. Facit etiam l. ex parte, infra de adm. lega.

Sed considera, quia esto, quod haec omnia sint in se vera, non tamen videtur tolli vis argumenti. Nec enim in eo negatur, quia fauore vltimae voluntatis possit recedi a rigore iuris, quinimmo dico, quod etiam in particularibus relictis illud aliquando conceditur, ut l. si fuerit, in fi. infra de leg. 3.

Verum in argumento dicitur, quod obligatio verborum directorum, de qua in d. S. si quis seruo, fundatur in fauore libertatis. Ex quo arguitur quod non in fauore vltimae voluntatis, cum ibi de eo nihil dicatur. Nisi respondedo dixeris, ibi nihil de eo dici, quia (ut est dictum) non concurrebat vltima voluntas vniuersalis, Nam

tunc forte de vtroque dixisset, sicut videmus in l. neque enim, in fi. cu. l. seq. §. de mil. test. Quod etiam in pagano aliqui procedit, licet in milite procedat simpliciter, ut ibi signanter declarat Bar.

Ego cogitabam aliter & melius respondere. Nam aliud est quaerere, an directa dispositio obliquetur. Et tunc transeat, quod solum illud fiat fauore libertatis. Eius enim fauore dispositio, directo modo facta, mutatur in obliquam, ut in contrario. Facit d. l. Antoninus, eo. tit. Et fatebor quod id non procedit in substitutione directa facta, ut dixi supra respondendo ad primum argumentum. Et aliud est quaerere, an vocatus ad haereditatem per illa verba, talis sit haeres, vel talem instituto, tempore quo non potest directo vocari, possit venire per fideicommissum? Et tunc dicam quod ex praesumpta voluntate testantis erit admittendus: cum ad sit voluntas testatoris, & verba non omnino repugnent, ut praedictis constat. Et licet verba praedicta per Doctores appellentur directo tamen non sequitur necessario, quod pro ea testator voluerit directo tantum substituere, per ea quae supra dicta fuerunt. Cogita.

Ad septimum respondetur, illud negando, & ad iura contraria respondetur secundum Bar. in l. 1. §. si quis ita, §. de verb. oblig. (ad cuius dicta pro solutione se remittit Ale. hic) quod in eis agitur de totali dispositione ideo de principali institutione: in casu nostro de particulari, cum iam praesupponatur facta principali institutio. Sed ex hoc non tollitur argumentum, quoniam & substitutio, de qua hic agitur, dicitur vniuersalis dispositio, sicut etiam prima institutio, licet non sit quid principale in testamento, & veniens per substitutionem dicitur secundum haeres, sicut primus dicitur qui per institutionem, ut probatur in d. l. neque, in §. si de mil. test.

Quare dici potest, prout etiam dicunt Moderniores nobis sententiam eorum tractatu, & (prout in alijs multis faciunt) sibi adhibent hic nouissimi repetentes, quod in l. 1. de iure codici, cum finis non valet dispositio in vim codicillorum, quia testator noluit, qui solum testari voluit, ut ibi dicitur. Sed dic post pubertatem valere voluit. Quod debet intelligi eo modo, quo potest, & sic per fideicommissum, ut supra dictum fuit.

Et si dicatur, sicut ibi per haereditis institutionem debet velle testari per d. l. non codicillorum, ita & hic per illa verba, talis sit haeres, vel similia, debet dici quod velit directo substituere.

Respondetur, quod argumentum non procedit ex diuersitate conditionis. Nam qui potest testari & codicillari, instituendo haereditatem, dicitur velle testari, ut ibi. Sed qui non potest post pubertatem substituere directo, substituendo, licet verbis illis utatur, non debet credi quod voluerit directo substituere ratione impossibilitatis, quia verba sunt interpretanda secundum possibilitatem, & sic testator voluerit facere actum permissum, non autem id, quod non valeret ex defectu potentiae, argumento l. noticias, la secunda de reb. dub. & l. 3. §. de milita. testa. Et fuit dictum supra in primo & vltimo argumento pro ista parte.

Ad octauum clara est responsio, & duplex. Primo enim dicitur quod non debet sumi argumentum a contrario sensu, ut l. dicamus, ergo non si precarijs, non valebit iure obliquo, quia tunc resisteret absonus intellectus, & contra iura supra pro ista parte allegata, iuxta tradita per Doctores in d. l. 1. C. de condit. inst. dicitur Bar. in l. conuentulam. C. de episcop. & Cler. & traditur communiter maxime a Moder. in l. 1. §. huius rei, supra de offi. eius cui mandatum est iuris. Et hoc apertius demonstratur, quia ex tali arg. idem esset dicendum de verbis communibus, cum nec illa sint precaria, quod tamen est omnino falsum, ut omnes dicunt & J. dicunt.

Secundo & melius respondetur, quod illud argumentum non bene sumitur eo modo, sed intentio legis est, quia tunc quando dicitur quod decedat filius, etiam si impubes, substitutio erit obliqua, quia do. s. verbis precarijs facta fuit, siue pubertatem egrediat, siue non. Hoc autem non seruabitur, si directis, vel communibus verbis fiat. Nam tunc intra pupillarem regulariter valebit iure directae pupillaris.

Ad nonum respondetur & in forma, nam regula, quae ibi praesupponitur in dictione, interdum, est illa, quam ponit text. ut l. substitutio directa interpretetur, quando verba & personae participantur, & illa fundatur in praesumpta mente testantis ante omnia attendenda. Et ista regula interdum fallit, ut d. l. Scauola, ad Trebel. & sic non loquitur ille text. quando directa personis institutis non conueniret, prout est in casu nostro post pubertatem. Nam & in terminis illius text. si institutus decessisset sine libertate factus maior, & adita haereditate, haberet locum fideicommissaria secundum Doctores ibi, & in c. Raynutius, de testa. ubi hoc satis bene probatur.

Posset, & secundo responderi, quod directa interdum trahitur ad fideicommissariam ex causa, ut ibi dicitur, hoc est, quod licet sit facta per verba directa, obliquabitur in casu & tempore, quo iure directo valere non potest pro saluanda testatoris voluntate, quae non posset esse maior causa, ut ita fiat, & sic casus noster dici posset comprehensus in illis verbis, & ita intelligendo ille tex. probaret nostram opinionem. Cogitabis, magis placet prima responsio.

223 Non obstat decimum, quia respondetur, quod d. l. si quis in

fandi vocabulo, cum sua regula, procedit quando vnus vocabulum sub alio nullo modo comprehenditur, vt in exēplis, de quibus ibi. Sed isto casu ex larga significatione & improprio modo tolerabili tamen, sub verbis illis talis sit hæres vel similib. comprehendit fideicommissum, vt s. s.ape dictum fuit, ergo &c.

Præterea in casu nostro non dicam esse erratum, vt in argumento dicebatur, sed testator ita dixit, quia volebat intra pubertatem & ante aditam directio substituere, vt s. dictum fuit circa quartum argumentum pro ista opinione factum. Et sic (vt ibi dixi) illa verba stabunt partim proprie, & partim improprie secundum casuum & temporum varietatem.

Ad vndecimum argumentum respondetur (licet satis vrgere videatur) & dico q̄ omnia in eo dicta procederēt q̄ de tria voluntate testantis non appareret, sed hic voluntas eius vt clara, q̄ voluit etiam post pubertatem substituere, cum dicendo, quicunque decesserit manifeste complectatur etiam tempus pubertatis, vt supra in argumentis pro ista parte ostensum fuit.

Vnde vt substitutio, post pubertatem facta, valeat per regulam l.quoties. de reb. dub. dicendum est, q̄ dicatur fideicommissaria, cum alia tunc fieri non possit.

Et ista interpretatio vt actus gestus secundum vim verborum valeat, est præponenda omnibus coniecturis, & præsumptionibus de quibus in arg. quæ solum procederent in casibus dubijs. Nos autem videmur habere claram mentem testantis per ea, quæ supra deducta fuerunt, ergo &c.

Demum non obstat vltimum argumentum, quia respondetur q̄ immo verba possunt variare significationes per temporis cursum de directa in fideicommissariam substitutionem, & sic de fauorabili ad odiosam, vt si dicatur, talem substituo, & sic secundum Doctores fiat per verba communia. Nam intra pubertatem valebit iure directio, postea obliquabitur, vt j. dicitur in tertia q. & sic variabitur de vno in aliud sibi contrarium, si contraria sunt vt in argumento dicebatur. Et si dicatur q̄ istud præcederet ratione vtriusque significationis, quam habent verba communia, secus est in verbis directis.

Dicam q̄ si vis argumenti stat in eo q̄ significatio non debet sic variari, siue verba fuerit communia, siue directa, verum est quod intra pubertatem significauerunt, & importarunt substitutionem directam & fauorabilem, & propterea in vtroque casu non deberet admitti talis variatio, quod tamē est falsum. Vnde dicam q̄ in vtroque casu variatio illa procedat, quia etiam q̄ fuerint verba directa, tamen non omnino repugnant, vt ex suprascriptis constat. sicut etiam hoc in simili contingit in l. pater Severianam. §. conditionum j. de cond. & demonst. quia verbum, tutelam largo quodammodo potest etiam curam importare, cum etiam curator tueatur bona, & personam.

Hoc autem non procederet, q̄ testator fecisset specialiter pupillarem substitutionem. Nam tunc, quia nullo modo, etiam largissimo, fideicommissariam continet, expirabit pubertate, licet testator maius tempus comprehenderit in ea. Et ita procedat d. l. in pupillari. Et ita intelligendo doctrinam Bart. ibi in arg. allegatam poterit procedere, nec opinionio nostra obstabit.

Non autem procedere possit, q̄ esset facta compendiosa per verba directa, vel communia: eo enim casu talis variatio tolleranda est pro conferuanda uoluntate testatoris, cum verba omnino non repugnent.

Et ex his constat, hanc opinionem Ioan. Andr. esse de iure verriorem, prout etiam est æquissima, vt omnes fatentur, & ego tempore ei inhaerem, prout aliam pro vera proposui, supra in præcedenti quaestione.

224 Et ex prædictis omnia rectè considerando, ¶ infertur idē esse etiam q̄ ab initio puberi facta esset talis substitutio. Nam & ipsa post aditam valebit iure obliquo. Quæ conclusio ex iurib. & rationibus suprascriptis verissima ostenditur, & in his terminis est etiam communiter recepta, vt per gl. Bar. & alios in d. l. verbis ciuilibus, licet Alex. hic contrarium tenuerit, & etiam Imol. ante eum vt dixi supra circa quartum argumentum factum pro opinione Ioan. Andr.

Et mouebatur Ale. quibusdam fundamentis, quibus bene rñ det Patruus & Dñs meus Soc. vide per eum. Et dum Soc. rñdet tribus modis ad l. secundam. §. sed si extrancum, s. eo. licet quælibet solutio procedere possit, tñ res clarissima fiet simul illas solutiones coniungendo hoc modo, vtz q̄ ibi loquimur, q̄ fuit facta expressa pupillaris, quo casu licet fortè non sequuta adoptio ne, illo mortuo possit valere vt fideicommissaria. Quod tñ non affirmo, tñ cum postea adoptatus fuerit, illa potentia comprehendenda fideicommissaria extinguitur, & remanet in sua nã pupillaris substitutionis, prout facta fuit. Nec sumus ibi in casu q̄ si deicommissaria trahetur ad directam, hoc n. regulariter non potest fieri. In casu autem nostro facta fuit compendiosa & expressa in tempore quo non potest aliquo modo ex aliquo etiã futuro accidenti considerari directa, ideo valebit iure obliquo.

Et sic firma conclusionem generalem, q̄ compendiosa, facta

etiam per verba, quæ Bar. appellat directa ciuilia, decedente filio post pubertatem, valebit iure fideicommissi, siue puberi facta fuerit (vt est communis opinio) siue et impuberi, cuius contrariuz tenet communis opinio, sed vt dixi, ista opinio verior videtur.

Retenta tamen communi opinione, quæ in rigore verborum fundatur, oportet eam limitare pluribus modis, hoc est in omnibus casibus, in quibus nouissimi hic dicunt opinionem Ioan. Andr. indubitanter procedere, quos per te videas, & poteris reducere ad sex limitationes. Et vltra eorum dicta ponas vnã limitationem generalem, scilicet quando & quomodocunq̄ consistere possit, testatorem voluisse facere substitutionem fideicommissariam, quia tunc à verborum rigore absq̄ dubio recedatur, vt voluntas testantis impleatur, quæ in testamentis totum facit l. ex facto, la grande, s. tit. i. Et merito ante omnia est inspicienda & attendenda l. in conditionibus, in prin. j. de cond. & demonst. Et tu de exemplis cogitabis. Et inter cetera vnũ sit, q̄ testator prohibuisset detractionem Trebellianicæ. Nam cum illa non cadat nisi in fideicommissaria substitutione, manifestè ostenditur q̄ illam prohibendo, fideicommissum facere. Facit in argumento l. Proculus, supra de vñfr.

Et dum colliges inter alias limitationes ex dictis nouissimorum q̄ communis opinio non procederet in curia, in qua æquitas esset seruanda, rigore post habito per allegata per eos.

225 Adde ¶ q̄ stante tali dicto communis opinio non seruaretur in curia mercatorum, si q̄ de hoc ibi disputari contingerit, cū in ea procedatur secundum æquitatem, vt voluit Bal. in l. si pro ea. 3. col. C. manda. & dixit Bar. in l. si fideiusor. §. quædam, s. mand.

226 Quarta & vltima conclusio Bar. sit ¶ q̄ compendiosa facta per verbum, capiat, accipiat, moritur, vel similia (quæ Bart. appellat directa non ciuilia) post pubertatem obliquatur.

Quæ conclusio apud me est verissima. Nam si illud procederet etiam vbi testator dixisset, talis sit hæres, vel quid simile, ut s. conclusum fuit, fortius tenendum ita erit in casu isto, cum maior videatur verborum conformitas.

Et ita tenendum puto, quicquid Ale. hic & alij multi dixerunt in contrarium, dum reprobata differentia Bar. de qua s. in secunda conclusionem simpliciter tenent, compendiosam per verba directa post pubertatem non obliquari.

Nunc Bar. circa istam primam quaestione. scilicet quam compendiosa esset facta per verba merè directa, format tres incidentes q.

227 Et prima est ¶ quid si fuisset dictum, quomodocunq̄ decesserit sine liberis &c.

Et Bar. concludit, q̄ comprehenditur pupillaris tempore suo. Nec illa verba, sine liberis sunt illi impedimento, quicquid dixerit gl. in d. l. precibus, volens q̄ isto casu sit omni tempore fideicommissaria, & Iacob. de Beuill. qui secundum Bart. nrebat tenere glo. prædictam.

Cum Bar. transierint communiter Doctores hic in d. l. precibus, in c. Rayno. de test. & in c. i. pater, co. tit. lib. 6.

Et pro ista opinione videtur casus in d. c. si pater, & optimè facti h. credendum. §. si verò maritus, s. qui per tuto. uel curato. licet gl. ibi malè illum tex. intelligendo, aliter sentiat. Et de hoc ego dixi s. in 3. notab.

Mouebantur tamen trium tenentes secundum Bar. hic, quia sicut intestatus non dñ, qui testari non potest, vt l. i. post princ. j. de suis & legit. ita nec sine liberis, qui liberos hñe non pot. Quo posito sequitur, q̄ compendiosa facta eo modo, non potest ueri ficari in pupillari, quæ requirit filium mori in pupillari ætate, quo tempore liberos habere non potest. Condicio. n. illa, si sine liberis decesserit, debet proprie impleri in forma specifica.

Sed aduertendum primò est, quia secundum istud argm̄ intra pupillarem ætatem nullo modo deberet ualere, etiam per fideicommissum: cum conditio tunc proprie nõ possit impleri, quod est ¶ gl. in d. l. precibus, dicentem q̄ debet esse omni tempore fideicommissaria. Quare dicas q̄ istud argumentum non est ex mente gl. prædictæ. Sed illa sic arguit, cū pupillus liberos habere non possit, testator etiam illud tempus respexisse dicitur, & propterea cum varijs temporibus dicatur facta, debet dici vna pro quo libet tempore, & sic semper fideicommissaria.

Maxime attento q̄ in talibus verbis fideicommissaria, & non directa de iure, & de facto fieri conuenit. Declarado sic, quia de facto. i. ex communi usu apponitur d. conditio, si sine liberis &c. Item & de iure, quia si non exprimat, de facto, ius ipsius exprimit, seu subaudit, l. cum auus, j. de cond. & demonst. & l. cuj. acutissimi. C. de fideicommissum cum similib. & pro isto argumēto & pro opinione gl. facit reg. Liam hoc iure, §. sed si aliter, s. eo.

Et cum gl. q̄ sit omni tempore fideicommissaria, tenet Oldra, cons. 99. Factum tale est. Quidam testator. Et fuit opinio Azo. C. eo in factum. si. Et vbi quis uelit arguere prout arguebat Iacob. de Belu. (secundum q̄ hic refert Barto.) sequetur alia opinio separata ab illa gl. in d. l. precibus, vtz q̄ soluz talis substitutio ualebit post pubertatem, & ita erit sola fideicommissaria pro illo tempore, non aut intra pubertatem, ex quo tunc liberos habere

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

228 pōt. Et istud (ut credo) voluit Ia. de Bel. posito q̄ sic argueret.

Secundō aduertendum est, quia tenendo communem conclusionem, prout est tenenda, ad contraria sic responderetur.

Nam ad arg. gl. præallegatę rīdetur de plano, q̄ non procedit in compendiosa, quæ sui natura plures sub diuerso tempore cōtinet substitutiones, vt supra fuit dictū circa eius diffinitionem.

Non autem potest dici vna pro quolibet tempore, quia tunc non posset dici compendiosa. Et hoc procedit dummodo persona, cui fit, ac etiam verba patiantur istas plures substitutiones sub diuersitate temporum.

Et per hoc responderetur ad d. §. sed si alter, vbi personæ omnes pupillarem non patiebantur. Et si ambo fuissent pupilli, fuissent plures sub diuerso tempore. s. vulgaris & pupillaris, & hoc vltra q̄ dici potest, illum text. & regulam illam procedere in reciproca inter plures personas istituas, inter quas ratione reciprocationis debet esse æqualis determinatio. Nos vero loquimur in compendiosa plures substitutiones, & diuersas continentes respectu eiusdem personę. Et dum gloss. dicit q̄ testator etiam illud tempus respexit dicitur, ex quo tunc liberos habere non potest, fateor, & dico q̄ illud tempus respiciendo, dicitur fecisse illam substitutionem, quæ illi tempori conuenit & sic pupillarem.

Ad argumentum vero Iac. de Belu. responderetur, primo secundum Bar. q̄ d. l. i. de suis & leg. loquitur de illo participio, intestatus, cuius significatio separata est ab istis verbis, sine liberis. Nam intestatus, videtur verificari solum in valentibus testari, quia videtur importare solum priuationem actus. Sed in verbis istis, sine liberis, aliud videtur, quia videtur verificari quomocumque post se non fuerint liberi, solo ipso facto inspecto, siue deficiat actus, siue etiam potentia.

Ista tamen solutio non videtur secuta, vt hic per Docto.

Et vltra eos videtur contra d. l. credendum, §. si vero maritus, qui petant tuto. Ibi enim istę duę conditiones, videlicet, si intestatus, vel si sine liberis decesserit, à pari in proposito iudicantur, cum vtraque consideretur in pupillo.

Vnde soluebat Bar. secundo modo, cōsiderando rigidā significationem verborum, & communem vsum loquendi vt per eum.

Sed considera, quia communis vsum loquendi, quem Bar. sumit ex d. l. i. ver. sed hoc quoque &c. reperitur solum in dictione, intestatus. Et cum sit contra propriam significationem verborum, non debet extendi ad verba ista, sine liberis, tanquam contra ius existens, iuxta c. si vbi. Imol. tradit de offic. Archid.

Præterea, & fortius d. l. i. non probat intentionem Bart. etiam in verbo intestatus, quia text. ille non videtur velle id esse ex communi vsum loquendi, cum de eo nullum verbum ponat. Fateor tamen (quicquid de iure sit) quod si iste communis vsum probaretur in loco, vbi testamentum esset factum, res esset clara, iuxta tradita per Barto. in l. Labeo, infra de suppel. lega. & per Canon. in proœm. Decretal.

Tertio modo ad argumentum respondent hic Alex. & Iaf. q̄ immo etiam pupillus proprie sine liberis decedit, cum malitia & calore ætate suppletibus, liberos habere possit, iuxta ca. de illis & c. si. de desp. imp. Sed nec ista responsio videtur tuta.

Primo, quia si illud est, rarissimè contingit, & iura non sunt aptanda ad raro contingentia. l. nam ad ea, supra de legi.

Secundo, quia non est generalis. Nam nō procederet in infantibus, & infantię proximis, qui nullo modo considerantur posse habere liberos.

Tertio etiam, quia posset illud dictum absolute negari, cum illi repugnet natura: & iure aliquo non probatur. Et qui aliquando illud euenisse asserunt, poterunt decipi.

Nec tunc obstat d. c. de illis, cum socio, quia in eis non dicitur q̄ possit liberos procreare, sed solum quod malitia vel prudētia supplete ætatem, poterunt carnaliter copulari, & inuicem sibi in matrimonium consentire. Igitur aliter & quarto modo responderi potest secundum Alex. & sequuntur hic nouissimi, vt scilicet dicamus, q̄ argumentum procederet, quando in iure reperiretur, q̄ pupillus non dicitur decedere sine testamento. Nā tunc recte argui posset, ergo nec sine liberis. Sed d. l. i. solum negat il-

228 lum dici intestatum, & ¶ alias intestatus & sine testamento differre videntur. l. generaliter, in princ. C. de Insti. & substit. sub qd. factis, iunctis notatis in Rubrica supra de iur. & fact. ignor. maxime per Bar. & Alex. ibi in apostil. Sed mihi videtur q̄ ista solutio virtualiter cadat in primam solutionem Bar. hic, vt scilicet sit differentia inter verbum illud, intestatus, & sine liberis. Vnde quæ contra eam dicta fuerunt etiam cōtra istam repetantur. Cū itaque per Doctores ad argumentum Iac. de Beluif. non videat bene responderi, posset forte disputando eius opinio teneri.

Prò qua bene facit trita regula, qua dicitur quod priuatio præsupponit habitum. l. decem, infra de verbo. obliga. §. seruus autē, Insti. de cap. dimittit. & c. ad dissoluendum, de despons. impub. cum similibus.

Et hanc opinionem quidam defendebant per regulam l. non aliter, in princ. de lega. 3. iuncta d. l. i. de suis & legit.

Et ad listam, & alia iura pro communi opinione allegata, respondere, q̄ procedunt, quia in eis constabat, testatorem ita sensisse. Quo posito, licet recedere a proprietate verborum d. l. non aliter. Licet enim ¶ est enim vt iura iuribus concordent, vnam legem per aliā declarari. l. non est nouum, §. de leg. iuncto cap. cum expedit, de electio. lib. 6. & l. i. C. de inoffic. doti.

Veruntamen ego communem opinionem verissimam arbitror per iura supra pro ea allegata, quibus non video posse bene responderi. Responsio enim prædicta diuinacem quandam violentiam facit legi nostrę, & similibus, cum de hac mente verbis contraria nihil appareat.

Et argumentum Iacobi de Beluifio. Sic puto respondendum (esto, quod proprie sine liberis non decedat pupillus, quod pro nunc non intendo disputare.) Nam dicā q̄ licet secundum vim vocabuli strictam & subtilem, pupillus non dicatur decedere intestatus, nec sine liberis, tamen, iuris interpretatione, pro talibus est habendus. Non dico ex communi vsum loquendi, vt dicebat Bar. sed ex legis declaratione, quia sic per legem receptum est, vt

230 d. l. i. infra de suis & legi. Est ¶ enim regula, q̄ in his, quæ iuris sunt, paria sunt quid, esse tale, & haberi pro tali, vt per Bart. in l. si maritus. §. legis Iulie, infra ad l. Iul. de adulter. per Bald. Insti. de hæred. quæ ab intest. defer. in princ. Propter quod sequitur, q̄ dicitur, si intestatus, vel si sine liberis, decedat (cum pupillus pro tali habeatur) etiam in eo verificabitur, & ita procedant ista & alia iura pro ista opinione allegata. Illud enim q̄ quis dicatur, sine liberis, vel intestatus, decedere, dicitur in iure consistere, secundum. l. q̄ in iure talia verba capiuntur. Et similiter in iure comprehenditur pupillum pro talibus haberi saltem, ex legali significatione vocabuli. Facit l. qui duos, in fi. infra eod. cum multis similibus, quibus lex pupillum, intestatum, vel sine liberis decedere, appellat. Et ex his tollitur argumentum, quod illi quidam faciebant de d. l. non aliter de leg. 3. Quia non dicimus recedi a significatione verborum, sed ei potius in hæremus, ei inquam, quæ lex ipsa voluit acceptare. Non obstat regula, quod priuatio præsupponit habitum quia hic non ponimus priuationem, sed simpliciter carentiam seu defectum liberorum.

231 Et ex his inferri decisio illius dubitissime questionis, ¶ vtrius scilicet statutū loquens de intestato, procedat in pupillo? de qua per Docto. maxime Alex. in l. generaliter, in princ. C. de insti. & substit. videtur enim verior pars affirmatiua, cum in iure, pupillus pro intestato, accipitur, vt sic tale statutum per interpretationem passiuam procedat etiam in pupillo, per ea quæ per illum text. tradunt Docto. in l. i. §. lex Falcidica, infra ad l. Falcid. super quo tamen tu cogitabis, quia quam plurimi tenent contrarium, & fortè est communis opinio, vt alias non sunt multi menses ego plene scripti consulendo in pulchro casu in ciuitate Rauenne contingente.

Sed quicquid ibi dixerim, nunc placet, quod supra dixi ratione prædicta, licet etiam in d. consilio dubitanter loquutus fuerim, & ex alio principaliter in eo consilio motus fuerim. habes illud in primo vol. consil. 23.

232 Secundō querit Bar. quid ¶ si per verba directa compendiosa fiat in certa portione, vel in re certa, vt per eum? Ex cuius dictis facias duas conclusiones.

Prima sit, quod si fiat per verba directa ciuilia, puta secundum Bar. talis sit hæres, valebit infra pubertatem, vt pupillaris, vt sic substitutus eo casu non tantum rem illam, sed etiam omnia bona impuberis capiat. Cum Bar. quasi omnes transeunt, vt hic per Alex. Are. & Iaf.

Et pro ea ista cōi opinione primo facit l. cohæredi. §. si. §. co. Secundō, quia verba illa, talis sit hæres, vel similia, ex sui natura non potiuntur obliquationem.

Vltimo facit regula cap. si pater, de testamen. lib. 6. cum & his verbis & personis conueniat directa.

Sed in contrarium facit, quia pater, dum substituendo se re- 233 stringit ad rem certam, dicitur limitate disponere. Limitata ¶ ergo dispositio debet limitatum producere effectum, l. in agris, infra de acquiren. rer. dom. & l. 2. vbi per Bal. supra de serui. export. cum similibus. Et tradit Ale. in l. in ratione, §. si. infra ad l. Falcid. ergo solum videtur quod in illa re locum habeat dispositio, &

234 nonis alijs, ¶ Inclusio enim vnus est aliorum exclusio. l. cum prætor, in prin. supra de iudic. l. maritus, C. de procurato. & cap. nonne, de præsumpt. cum sim.

Et istam opinionem, q̄ substitutio ista non sit pupillaris, sed solum procedat respectu rei certæ a testatore expressæ, tenuit Bal. in d. l. precibus, & sequuntur nostri moderniores in eorum tractatu, & nouissimi repetentes hic.

Mouetur Bald. quia talis substitutio debet esse vniformis pro omni tempore, argumento l. iam hoc iure, §. primo, supra eo. iun. cta l. qui plures liberos, in princ. §. eo. Sed post pubertatem nō potest esse directa pupillaris ergo &c. videtur ergo q̄ sit fideicommissum particulare, & ad vniuersum non trahatur, iuxta l. cogi. §. & generaliter, & ibi Dyn. & Bar. infra ad Trebel.

Et

Et pro ista opinione contra Bar. tertio loco facit, quia ubi datur vniuersaliter institutus, qui in re certa instituitur, dicitur legatarius, nec in eum iura hereditaria transeunt, quocumque, & ibi per Docto. C. de hered. inst.

At in proposito iam filius erat institutus hæres vniuersalis, & ille dicitur ad certam rem vocatus sub nomine hæredis cōditio nali ter siue sub tēpore scilicet quando filius decesserit, ergo &c.

Sed tuendo communem opinionem potest ad ista responderi & ad primum, quod argumentum illud in proposito nō procedit, quia est contra d. §. si filius heredi, & §. d. §. si ex fundo, in quibus dispositio erat limitata, & tamen trahitur ad vniuersum.

Et potest dici, quod regula, de qua in argumento, procedit quā dispositio sic limitate, prout facta fuit, valere potest, vt in iuribus pro ea allegatis. Quod non est in casu nostro, quia institutio hæredis in re particulari, ubi alius non sit institutus eo modo valere non potest, repugnante regula l. ius nostrum, infra de reg. iur. & est casus in d. §. si ex fundo.

Ad secundum respondebat Salic. vt refert. & sequitur Alex. hic col. 3. o. quod immo vna substitutio potest variari, ut est text. hic in d. l. precibus, & in d. c. si pater, iuncto cap. Raynutius, eodē tit. in antiquis.

Ad regulam l. iam hoc iure, §. 1. respondetur, quod procedit respectu diuersarum personarum ex præsumpta mente testatoris, qui eas reciproce substituendo, non creditur voluisse inter eas esse substitutiones differentes, quia tunc non posset dici reciproca substitutio propter excessum, qui in vna persona reperiret. Nos vero loquimur respectu diuersorum temporum, in quibus compendiosa ex sui natura diuersas continet substitutiones, vt supra sæpius dictum fuit.

Et argumentum de personis ad tempus in proposito non procedit, cum sit aperta ratio diuersitatis, vt ex prædictis constat, & voluit hic Alex. mihi col. 2. 2. in veris. vnde posset responderi quod non procedit directa argumentatio, &c. Et vide quæ dixi §. circa primā oppo. Bart. Nam secundū ibi dicta puto et hic dici posse.

Posset etiam dici quod immo in proposito nostro nulla fiet mutatio de directa in obliquam, sed semper erit directa, quia inhærendo intentioni Bar. post pubertatem nullo modo valebit vt infra tangam.

Non obstat tertium, quia regula illa procedit respectu eiusdē gradus, sed in proposito filius dicitur institutus in diuerso gradu. Et enim fuit institutus respectu paternæ hereditatis, & substituitur ad certam rem vocatus in substitutione pupillari, i. dum pater substituendo filio, de sua hereditate videtur disponere, cuius respectu nullus reperitur vniuersaliter institutus, & ex his remanet, seu vñ defensata communis opinio Bar. & aliorum hic.

Ego tamen super prædictis nō parum dubito, & tota difficultas videtur esse circa tertium argumentum, cui (ni fallor) responsio nō videtur secura. Nam dicere quod hic pater volebat substituere pupillariter, & sic non de propria, sed de pupilli hereditate disponere, non constat. Nec ex eo quod dixerit, quando cumque filius decesserit, illud potest sumi, cum de re particulari disposuerit. Sed potest dici quod fecerit particulare legatum vel fideicommissum in casum illum, prout supra dicebam, seu quod fecerit in illum casum heredem in re certa, qui loco legatarij haberi debet casu illo adueniente non minus, quam si purè in re certa esset institutus.

Et si hanc opinionem disputato tenere velis, ad allegata pro communi vt infra poteris respondere.

Et primò ad d. §. si filius heredi potest, primò, quod non loquitur quā de re certa sit dispositio, sed de portione, vt patet ibi, partemve eius &c. & illa inter se differunt, vt d. l. quoties, C. de hered. insti.

Vel secundò dici potest, quod ibi constabat patrem pro filio vel le testari, vel ex eo quod dixit in locum eius &c. vel saltem quia dixit si intra pubertatis annos decesserit &c. Quod proprium & peculiare est substitutionis pupillaris propter quod facile argui potest, quod voluit facere pupillarem: quoniam t̄ semper ille actus præsumitur gestus, cuius propria qualitas, & suæ naturæ conueniens exprimitur, vt signanter voluit Bal. per illum tex. in l. cum dotem, C. de iur. dot. & inferius aliquid de hoc dicemus.

Ad secundum respondetur, quod regula, d. §. si ex fundo procedit, ubi alius non esset factus hæres, fauore testamenti, quod alias nō conseruarentur. Et ne alias offendatur regula l. ius nostrum, §. de reg. iur. Sed in casu nostro iam de hærede est prouisum. Et qui ad certam rem vocatur, licet sub nomina hæredis, habebitur pro legatario, iuxta d. l. quoties.

Ad tertium dicas, quod immo vocatus per illa vel similia verba ad certam rem non potest dici hæres, respectu iuris vniuersalis sed pro legatario habetur, quando alius reperitur vniuersaliter institutus, vt in isto casu, vt d. l. quoties. Nec verba omnino tali sensui repugnant, vt supra sæpius dictum fuit.

Ad vltimum respondetur, negando quod isto casu verba veniāt, attento, quod solū ad certā re ille vocatus est. At in d. cap. si pater, substitutio erat simpliciter facta, ideo valet vt pupillaris.

Et ex his constat disputanter hanc opinionem contra Bart. &

communem posse defendi, quam ego libenter amplector. Nisi aliquo modo constet, quod testator per illa verba voluit pro filio testari, & ei pupillariter substituere. Nam tunc optimè argue retur de d. §. si ex fundo, ne scilicet pupillus pro parte testatus, & pro parte intestatus decederet. Causa enim testati licet in vna re tantum traheret ad se omnia fauore testamenti, prout de testamento simpliciter probatur in d. §. si ex fundo. Exemplum sit, si dixerit, Talis sit hæres pupillariter &c. vel sit hæres pupillo, &c. vel similia verba. Et idem fortè si dixerit, si filius meus in pupillari ætate decederit, vt voluit Bal. in d. l. precibus, & refert Alex. hic, & modo dicebam respondendo ad primū arg. factum pro communi opi. de quo tamen inferius dicam in seq. conclu.

236 Secunda conclu. est, quod compendiosa in re certa, facta per verba directa non ciuilia, vt si dicatur, talis capiat talem fundū, vel quid simile vt per Bar. non trahetur ad pupillarem, sed dicitur legatum in illo fundo factum sub conditione mortis instituti, cum Bar. trāseunt Doc. hic & vbiq; vt hic per Ale. & alios. Ex quo. n. verba illa possunt rectè intelligi in sensum legati particularis, cū non sint directa ciuilia secundum Bar. in l. Titia, §. 1. infra de lega. 2. non importabunt pupillarem, nec trahentur ad vniuersum.

Tu primò aduerte, quia tenendo quod supra tenui §. Barto. in præced. conclu. quā esset facta substitio per verba directa ciuilia, illa secunda conclu. remanet indubitata, & a fortiori procedit. Tenè do tamen in præcedenti cum Bar. posset dubitari, attento maxime quia illa differentia Bar. non reperitur per Doct. vt dixi supra in 1. conclu. in prin. q. de verbis directis.

Veruntamen ego hanc secundam conclusionem tenerem, et posita vera opinione Bar. in præced. Quoniam cum in ea solum sit fundamentum in eo, quod verba illa ciuilia non patiuntur obliquationem, vt per Bar. quod non cadit in alijs verbis, sequitur, quod in alijs verbis secus est. Et quod dicunt Doc. reprobando illam differentiam Bar. procedit respectu differentis effectus, quæ Barto. ponebat in d. principali. q. Sed quo ad aliud, an sit vera? Doct. non dicunt, vt ibi dixi. Et præterea tenendo in præced. conclu. opinionem Bart. videtur quasi necessarium tenere istam differentiam. Cogita tamen.

Secundo aduerte quia contra istam conclu. videtur d. c. si pater, ubi filia in certa re instituta, sit substitutio per verbum, mortarij, & sic secundum Bar. per verbum directum non ciuile, & tamen ibi valet vt pupillaris. Et propter illum text. Imol. in d. c. Raynutius, dicebat, quod forte opinio Bar. est falsa, vel saltem non procedit de iure canonico prout hic refert Alex.

Veruntamen est, quod ipsemet Imo. ibi prout etiam refert Ale. postea soluit & bene, dicendo quod in cap. si pater, non fuit facta substitutio in re certa, sed simpliciter.

Et si dixeris quod immo videtur facta in re certa habito respectu ad institutionem, quæ erat in re certa, quasi quod ad eam habeatur relatio. Respondetur quod illud procederet, si testator solum in illa re substituere posset, aut i minus, sed pater ibi poterat substituere pupillariter, merito substitutio simpliciter facta, cum verba patiuntur, dicitur facta in totum illud quod poterat, & consequenter, cum nihil repugnet, dicitur facta pupillaris. Sed in casu nostro, cum testator se restrinxerit ad certam rem, hoc est, quod repugnat pupillari, & ideo debet interpretari, vt sit legatum particulare. Et hoc modo rectè defenditur, conclusio Bart. & communis. Quam omnino limitabis, nisi aliquo modo aliunde cōstare possit, quod volebat facere pupillarem substitutionem, & sic pro filio testari, puta, si dixerit. Capiat fundum illum pupillariter, vel pupillo succedens, vel quid simile. Nam istis casibus esset pupillaris propter testantis voluntatem; non obstante, quod in re certa fuisset, prout etiam dixi in præcedenti conclu.

237 Sed tunc reuoca in dubium, quod an sufficiat dicere? si in pupillari ætate decesserit, Titius capiat talē fundū? Et videtur quod non, sed quod illis verbis non obstantibus, dicatur legatum vel fideicommissum particulare. Et ita videtur determinare Patruus & dominus meus Soc. in confi. 17. Vno testamento Dñi Natalis 4. volu. & Corn. in confi. 40. Circa hanc. 2. colum. tertio vol. Qui dicunt ita velle Bart. hic & clarius §. in 1. col. veris. Quæro vltorius, quid si cōpēdiosa &c. Et licet prædicti Doctores loquantur, si sit facta per verbum commune, tamen idem est in proposito, quia verba directa non ciuilia, modicum aut nihil differunt à communibus, vt inquit Bart. §. col. 1. 2. ver. Quæro vltorius quid si in personis diuersorum.

Nec verba illa, si in pupillari ætate decesserit, videntur vrgere per l. cohæredi, §. cum filia, §. eo. ubi substitutio dicitur fideicommissaria, non obstantibus illis uerbis.

Et pro ista opinione ego pondero l. Lucius, §. filium, infra de leg. 2. ubi exprimitur conditio vulgaris substitutionis, & tamen non dicitur facta vulgaris, quia facta fuit in re certa. Et ita videt dicendum respectu pupillaris, & per illum tex. ita inductum, videtur tolli fundamentum Bald. in dict. l. precibus, & aliorum cōtrarium tenentium, de quibus supra memini in fine prædictæ conclusionis.

D. Maria Soc. Iun. in l. Centurio.

Dubito tamen quia negari non potest, quin verba illa, si in pupillari ætate decesserit, uideantur ostendere voluntatem substituendi pupillariter. Quo posito, debet dici quod ita valere debet, non obstante expressione rei certæ, argumento d. l. prime, §. si ex fundo, §. tit. prox. & videtur probari in d. l. coheredi, §. si infra eodem. Et istam partem aliàs dum Pisis legerem iam annis decem, s. de anno 1517, amplexus fui consulendo. Cum enim casus occurrisset in Catalonia, & substitutio esset facta per verba communia in rebus certis, cum clausula, si in pupillari ætate decesserit. Placuit tunc ut diceretur facta pupillaris, tota difficultas erat, an ita testator voluisset? Nam confitendo de voluntate patris, quod intendebat pupillariter testari expressio, certarum rerum nihil est impedimento, quin dispositio trahatur ad totum, vt d. §. si na. & supra d. xi.

238 Voluntatem autem talem fuisse probabam. Primo quia verba illa, si in pupillari ætate decesserit, sic arguunt, secundum gl. & alios in d. l. precibus, voluit Bar. in consil. 8. Tradunt Doctores in l. 1. §. eo. maxime Pau. de Cast. 2. col. Aret. v. & dominus meus Soc. in 7. col.

Et pro hoc bene facit Doctr. Bald. in l. cum dotem. C. de iur. dot. quam etiam s. ad hoc propositum allegavi in præcedenti conclusione. Nec tunc obstat d. §. cum filia, quia ibi verba cum fuisse merè obliqua, seu precaria, repugnabant sententiæ directæ, & in eo fundatur decisio illa, quod illa substitutio non sit pupillaris. At in casu nostro verba sunt directæ, licet non ciuilia, vel communia, quæ pupillari substitutioni non repugnant: unde videtur quod dici possit, illam per testatorem factam, id est quod eam facere voluerit, cum dixerit, si in pupillari ætate &c.

Secundo talis voluntas videtur probari per regulam, ca. si pater, de test. lib. 6. considerando quod illa fundatur in præsumpta voluntate testatoris, vt ibi habetur.

Tertio, quia creditur testatorem voluisse, quod benignius est, per iura vulgaria, sed pupillaris benignior est, cum pupillo sit fauor, vt l. Iulianus, §. de acq. hæred. ergo &c.

Et pro tali opinione allegabam Doctrinam Bar. in l. si ita. §. qui filia, §. de bonorum possessione secund. tabu. dum quod vult fieri pupillarem, si dicatur, bona mea deueniant in Gaium, si filius meus impubes decedat, vt per eum. Nam & tunc dicitur facta in rebus certis, quia bona testatoris respectu vniuersorum bonorum filij pupilli dicuntur bona certa, vt s. sæpe dictum fuit. Et ita hæc & alia plura latius in d. consilio dicebam, ad quæ me remitto. Et vt ibi dixi, ista videtur communis opinio. Quod consilium impressum est in primo vol. num. 95.

Fateor tamen me nunc super ista difficultate subsistere propter d. l. Lucius, §. filiam, §. de leg. 2. s. in contrarium allegatam, de qua in d. consil. nulla fit mentio.

Et tu pro resolutione & responsione ad illum tex. cogitabis.

Et forte dici potest, quod iam ibi erat facta vulgaris substitutio de nepote, & in propria forma, & sic testator respectu suæ hæreditatis fecerat hæredem, & substitutum, quos voluerit, propter quod forte dicendum est, testatorem noluisse de alijs hæreditibus sibi pro uidere, sed intestatus decedere, filia & nepotè non existentibus hæreditibus, & ita ab intestato dicitur fideicommissum relinquere, vt sic dicamus cum noluisse facere vulgarem, maxime cum dixerit, portionem fundi pertinere volo &c. Quæ verba non sonant in vulgarem substitutionem, & in ius hæreditarium, cum sint de re certa. Sed in casu nostro nullus est factus hæres vniuersalis pupillo, & tamen videtur constare quod volebat pupillariter substituere per supra dicta.

Vel potest dici quod ibi ad certam vocatus, non dicitur vniuersaliter substitutus respectu bonorum testatoris, quia in eis iam erat factus hæres vniuersalis, non sic est in casu nostro, respectu hæreditatis pupilli.

Vel tertio, quod aliunde constabat testatorem voluisse facere fideicommissum. Nec de eo erat quæstio, sed solum quærebatur an deberetur a venientibus ab intestato, vt ibi patet, & deciditur quod sic in alijs autem præsupponuntur termini habiles ad propositam quæstionem, iuxta l. qui testamento, in prin. §. de test. Et sic quod fideicommissum factum esset. Cogita tamè, quia de his solutionibus non parum dubito, & ideo pro nunc nihil firmo.

240 Sed circa prædicta dubitatur, vt in l. substitutio, vt per Bart. hic facta in re certa, valeat post pubertatem? Et ex intentione Barto. respondetur quod in terminis primæ conclusionis nullo modo valebit. Cum Bart. dicat secundum ea, quæ dicta sunt & supra ipse concluderit, quod facta per verba directæ ciuilia post pubertatem, expirat, licet ego aliter dixerim. Sed in terminis secundæ conclusionis valebit ut legem, quia non fuerunt verba directæ ciuilia.

Sed Salicet. in dicta l. precibus, Alexand. & nouissimi hic simpliciter dicunt, quod post pubertatem conferuabitur vt fideicommissum, vt per eos.

Sed tu considera, quia in casibus, quibus tenui, quod valeat ut pupillaris, potest teneri quod post pubertatem nullo modo valeat, nõ

quia verba directæ non obliquentur, vt sentiebat Bart. cum illud teneam, etiam si non sint verba directæ ciuilia, sed non ciuilia, immo etiam si sint verba communia, sed ex eo, quia pupillaris non continet fideicommissum, neque ad illud post pubertatem trahitur. Et nunquam erit pupillaris, nisi quando constet quod illam pater facere voluit, puta, quia dixit pupillariter in tali fundo succedat, vel filio tali fundo hæres sit, vel si filius in pupillari ætate decesserit &c. secundum vnam opinionem, vel in similibus casibus, secundum quod s. dictum fuit. Tunc n. substitutio omnino finietur pubertate, etiam si longius tempus comprehensum fuerit, vt s. l. proxima cogitabis.

241 Tertio quærit Bar. quid si in forma compendiosæ testator dixerit, lego bona mea & concludit, quod licet impuberi facta sit, non continebitur pupillaris. Et sic licet filius impubes decedat, solum bona patris per fideicommissum peti poterunt. Cum Bartol. magis communiter transeunt Doctores ut hic per Alexa. & Iaf. qui simpliciter sequuntur Bar.

Sed contrariam opinionem, videlicet, quod talis substitutio importet pupillarem, tenet Bal. in l. fi. C. famil. erciscunde & Cardina. & Abb. in c. Raynuius, de test. cum quibus tenet etiam Alex. in l. 1. in princip.

Ego alias dum legerem in studio Pisano hunc articulum plane discussi in rubrica de leg. 1. in secundo præmissis in secundo capite.

Et primo vtranque opinionem, disputando sustentabilem demonstravi & postea pro veritate clypeo cuiusdam distinctionis quæstionem resolui, & ostendi vtranque opinionem in casibus suis esse veram, & simul stare posse, licet a Doctores. & ab ipso met Alex. tria reputentur. Procedit. n. opinio Bart. hic respectu substitutionis pupillaris & bonorum pupilli, vt s. uerba illa, lego bona mea, ad pupillarem non trahantur, nec ad vniuersa bona pupilli, ut per Bar. opinio uero quam tenet Ale. in d. l. procedit respectu hæreditatis & bonorum testatoris, quia tunc uerba prædicta nullo alio hærede instituto importabunt hæredis institutionem uniuersalem, ut ibi scripsi. Et quia quæ dixi publicè habentur, & per quælibet haberi possunt, ad ea me remitto, & satis sit ea in voce renulisse.

Quib. addes pro limitatione opinionis Bar. hic, vt s. non procedat, quod aliquo modo aliunde apparet, quod testator voluisset facere pupillarem substitutionem, & sic pro pupillo testari, quia tunc non obstat quod dixerit, lego bona mea, & sic loquutus fuerit de certis rebus respectu hæreditatis pupilli, ut dixi in d. Rubrica, sequendo uoluntatem testatoris ualere vt pupillaris, & oia bona pupilli comprehenderet, per l. coheredi, §. si. §. eo. & argo l. 1. §. si ex fundo, §. tit. 1. & fuit dictum s. in præcedenti quæstione.

Adde et circa illam meam distinctionem, duz dixi, quod testator dicens, lego bona mea, vt de oibus suis bonis uoluisset disponere, ita vt nihil apud aliquem remaneat & ita procedit opinio Ale. in d. l. 1. Nam in trium arguebatur, quod licet dixerit bona mea, nõ tamen uidetur de omnibus sensisse: quia testator sentit quartam debere uel posse detrahi, alioquin diceretur fecisse prohibitionem Trebellianicæ, quod non vt concedendum, sed tamen tunc do, quæ iam scripsi dico, quod immo ueniunt vniuersa, & ita testator uoluisset creditur, cum indefinita equipollat uniuersali, & c. sic uoluerit testator, & propterea etiam dixi, quod disposuit iure directo, uolens per talia uerba hæredem instituere, sequitur quod noluit nec considerauit fieri aliquam detractionem quartæ, atque hæredi nulla fiat detraçtio.

Et plus dicam quod etiam si essemus in legato, conuenienter diceretur in legato omnia comprehendendi respectu sui. Et licet testator non prohibendo Trebellianicam expresse, uideatur uelle quod detrahi possit, non tamen ex eo minus dicitur de uniuerso disposuisse, & detraçtio postea uenit extrinsecus ex dispositione legis, cui ceteri testator assentire, nõ disponendo triu: de uniuerso tamen facta dispositio per se. Et nisi sic diceremus, nõ esset loc' detractioni Trebellianicæ, quod ut notum est, solū fieri potest ex legato, uel fideicommissio uniuersali, ut s. ad Treb. per totum. Quantum uero pertinet ad conclusionem, quam firmaui, in d. Rub. ista consideratio nõ est necessaria, quia ut dixi, de uniuerso dicitur disposuisse iure directo.

242 Capió quod secundam quæstionem principalem circa compendiosas facta a pagano, uel quæ fuerit facta per uerba merè obliqua. Et in eo conclusio Bar. est, quod talis substitutio dicitur si & omni tpe fideicommissaria. Vñ licet filius impubes decedat, non erit locus pupillari, quia uerba obliqua iuri directo repugnant. Cum Bart. transeat Doct. Et istud adeo uerum est, ut procedat et si fuerit merè im pubertatis, puta, si decesserit impubes, & casus est in l. coheredi, §. cum filia, §. eo. Limitat ista conclusio, sic ampliata, nisi aperte pateat ex uerbis testatoris eum aliud oino uoluisset. Puta, quod dixerit, rogo ut restituas Titio pupillariter, uel directo tibi succedenti, uel similia

243 uerba. Nam tunc ad saluandam uoluntatem testatoris, uerba obliqua impropriant, & ut ita dicam directant, s. m. Bar. in l. quærebatur, §. de mil. test. Et ex his simul consideratis uel inferri, & est ualde utile quod simplex commemoratio mortis, in pupillari ætate positæ in conditione,

ditione, non arguit testatorem voluisse substituere, quia tunc verba obliqua directarentur secundum Bar. in d.l. quærebatur. Quod esset si d. s. cum filia. Sic ergo illa verba dicuntur potius importa re conditionem fideicommissi, quam pupillarem substitutionem. Hoc autem de plano procedit, quoniam substitutio fit per verba obliqua, ut d. s. cum filia. Sed si per verba directa vel etiam communia (vbi non ageretur de impropriatione verborum) posset aliud dici, sed quod s. dixi in 2. q. circa verba directa in ij. concl. cogitabis. Vnum considera circa conclusionem Bart. quia si talis substitutio solus dicitur fideicommissaria, non videtur quod possit dici compendiosa, & tamen Bar. sic eam appellat, propter quod vbi dicitur sibi im plicare. Quare dicitur ex intentione Bar. quod dicitur compendiosa pro modo conficiendi. Dixit. n. quocumque decesserit &c. Quæ verba in sui sono plura tempora respiciunt: verè tamen, & respectu effectus, non debet dici compendiosa, quia vnam tantum substitutionem, & vnum tempus in proposito complectitur.

Sed dicit aliquis, quod imò etiam respectu effectus, debet dici compendiosa, cum etiam vulgare continet, si decedat ante aditam, prout signanter dicit Dec. in l. precibus, col. 10. C. eod.

Nec secundum eum obstat, quod fuerint verba obliqua, quia illa possunt directari ad salvandam mentem testantis, ut dictum est. Et testatorem sic voluisse, probatur, quia cum dixerit, quicun que decesserit, etiam tempus ante aditam, respexit, quo tempore sola vulgaris valere potest, ut per eum. Et reperio quod istam opinionem per eandem rationem firmat, & sibi ascribit Ruin. j. in 2. q. quam facit Bart. post longam questionem de verbis communibus, & nescio quis eorum primus dixerit.

Sed ista opinio eorum apud me est valde dubia, & est expressè contra doctrinam Bar. j. in l. nostra mihi col. 11. & cum Bart. transeunt nouissimi hic reprobant Dec. ut per eos.

Contra quem facit, quia cum testator dixerit, Rogo, restituas (vbi aliud non apparet) intelligi debet, quod per illa verba quicun que decesserit intellexerit de eo tempore, quo restitui potest, & sic post aditam. Cum igitur aliter non constat quod voluerit hanc locum vulgarem, stabimus verbis non aliter, in prin. de lega. 3. & ex hoc tollitur doctr. Bar. in d.l. quærebatur, quia illa procedit solum quoniam testator aperte dixerit, quod volebat directè substituere.

Sed pro opinione Decii, & Ruin. facit quia si testator voluit bona restitui, & sic ad substitutum peruenire, postquam hæreditas fuerit adita, & sic hæredi acquisita, illo tunc morietè fortius vbi voluisse illud, eo moriente ante aditam, argumento l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Et hoc est quod facit me aliquid quantum dubitare super quo cogita. Et pro nunc tuendo Barto. & communem opinionem dicit Dec. & Ruin. potest dici, quod ista argumentatio de iure non procedit, quoniam si procederet, superflua videretur prouiso Trebelliani, per quem hæres rogatus restituere, adire compellitur, si quod de eo non aduente, si hæret locum vulgarem, optime fideicommissario esset consultus, absque eo quod hæres adire cogeret.

Format nunc Bart. aliquas incidentes questiones circa hanc secundam principalem.

244 Et primo querit, quid si dicat testator quicun que &c. volo quod bona mea dentur & distribuuntur inter pauperes Christi per fideicommissarios meos? Et concludit, quod si filius decedat impubes, erit locus substitutioni pupillari, ita ut ea mediante est propria bona filij sint inter pauperes distribuenda, ut per eum.

Qui idem firmavit in l. fundi Trebatiani, j. de usufr. leg. ubi dicit, quod pluries pro hac parte consuluit. Cum Barto. transeunt Ang. hic & alij plures relati per Alex. Ias. & nouissimos, & videtur eois opinio, quod post multa sequitur hic Alex. & Ias. & idem tenet patruus meus Soc. in consi. 116. Non potest negari 3. col. 1. vol.

Et procedit ista conclusio secundum Bar. etiam matre existente in medio, ut per eum.

Pro ista opinione (multis dimissis) faciunt infra scripta. Primo illud, quod dicit Bar. de subaudito verbo, accipiat, quod est directum, ut per eum.

Et si ipsi pauperes per illud verbum vocarentur, absque dubio venirent per pupillarem: vade idem dicendum est in fideicommissariis siue executoribus testamenti, qui videntur personarum pauperum sustinere, ita ut quicquid eis relinquatur, vel ad ministratoribus, ipsi pauperibus relicto argumentum l. annua, §. 1. j. de annu. leg. & ita considerant hic Alex. & Ias. Semper. n. debet illa persona considerari ad cuius utilitatem testator disponit, l. fideicommiss. §. interdum, j. de leg. 3.

245 Secundo facit e. cum tibi, secundum intellectum Inn. extra de testam. Nam si sicut ibi ille dicitur hæres, cui committitur testatoris voluntas, alio hærede non instituto: ita & hic isti executores, quibus distributio committitur in substitutione debet dici hæredes filio substituti, cum in ea alius non sit factus hæres.

Ad quod facit in argumentum l. denique. §. interdum, infra de pecul. legato. Tertio facit regula, quam ponit text. in capit. si pater, de testam. lib. 6. ut scilicet in dubio substitutio directa iudicari debeat.

Quarto hanc op. vbi comprobare duplex fauor. Primus est, fa

uor causæ testati, ut. si pupillus ex testamento hæredem habeat iuxta l. si pupillus, alias incipit Iul. j. de acq. hæ. Secundus est fauor piæ causæ, cui semper in dubio est fauendum, l. sunt personæ s. de rel. & sump. fun. prout ad hoc communiter allegatur.

Contrarium tamen, videlicet quod non possit succedi per pupillarem, tenent Bald. & Sal. in d.l. precibus, Imo. hic late, & in cap. Raynaldus, de test. & alij relati hic per Alex. Ias. Claud. & nouissimos, & idem voluit Alex. sibi contrarius in consi. 45. Habita super his in 3. dub. 1. vol. & in consi. 162. Circa primum 3. col. 2. vol. & ibi dicit quod Bar. hic est communis opi. Quod etiam dicitur And. Barb. in c. cum tibi, de test. Et istam partem in effectu sequitur hic Clau. & nouissimi repetentes approbant, & idem tenuerunt Mod. nostri Senen. in tracta. compendiosa. Et pro vero tot sunt hinc inde Doct. quod male potest discerni, si sit eois opi. Reiectis igitur auctoritatibus, ratione perquirèda est veritas pntis difficultatis. Itaque pro ista op. dicit Bart. stat primo fundamentum, de quo hic per Bar. j. quia. s. verba illa, dentur, & distribuuntur, sunt obliqua, & etiam verbum illud, volo, ut l. 2. in princ. C. communia de leg. Verum tuendo Bar. secundum eum & sequaces respondetur, quod pupillaris fundatur in verbo illo, accipiant, quod ex presump ta mente testantis subauditur, ut s. dictum fuit.

Nam tale uerbum dicitur directum, ergo &c. ut per Bar. & dixi s. in 1. arg. pro opinione Bar. Secundo facit, quia in m. substitutio nis, maxime directæ, r. la est, ut solum procedat in casu in quo lo quitur, ut per Old. consi. 21. Thema tale est Abb. consi. 40. Facti quod tingentia 1. vol. & Patruum meum Soc. in consi. 62. Viso capitulo 3. vol. & fuit dictum Io. And. in addi. Spec. in tit. de testam. §. j. ver. occurrit. Sed verba testamenti non sonant nec loquuntur de pupillari substitutione, ergo &c. Nullibi. n. fit mentio mortis contingentis in pupillari ætate, quod in ea solet esse præcipuum, nec etiam de bonis filij, in quibus procedit pupillaris. Et ita in effectu arguunt hic nouissimi.

Sed tu potes respondere, quod imò aliquando habet locum pupillaris, licet de ea uerbum nullum sit prolatus, ut si fiat reciproca uel compendiosa, & plus etiam, si fiat sola vulgaris.

Et si dicas, illud tunc esse uel ex generalitate uerborum ut in reciproca, uel compendiosa, uel per legis interpretationem, ut in sola vulgari. Dicam idè isto casu, quia. l. lex interpretando mētē testatoris, subaudit uerbum, accipiant, propter quod stantibus alijs pro ista parte adductis inducitur pupillaris.

Tertio secundum Imo. bene facit l. hæreditas ad Statium, §. tit. 1. vbi licet quis ad instar hæredis grauetur, non tamen propterea dicitur hæres institutus, ita ergo & de istis executoribus dicendum vbi. Sed respondetur secundum Alex. quod erat ille grauatus solus in re particulari, quo casu etiam quod diceretur illam accipere, non tamen ex eo diceretur hæres. At in casu nostro uerbum accipiat, subauditur respectu uniuersitatis, cum indefinitè fuerit dictum bona mea, &c. ut per Bar. ergo &c.

Vel secundò responderi potest, quod ibi alius reperiebatur hæres uniuersaliter institutus, alias testamentum ibi non ualere quod in me rem illius tex. Hic verò respectu hæreditatis pupilli non fuit factus alius hæres uniuersalis, cogita tamen super hoc, quia forte negari posset, quod ibi fuisset datus alius hæres, quia ibi de eo uerbum nullum, nec probatur ibi necessario, quod testamentum ualere.

Quarto plurimum uidetur urgere, quia cum dictus fuerit bona mea &c. ostendi vbi, quod testator solum de suis bonis uoluerit disponere, & non de bonis pupilli, quod est contra nãm pupillaris.

Verum Alex. & Ias. tuendo Bar. dicunt quod ex eo non impeditur pupillaris substitutio iuxta Doctrinam Bar. per illum tex. in l. si ita, §. qui filia, j. de bon. poss. secun. tab. ut per eos.

Et ex his uidetur quod opinio Bar. possit de iure defendi.

Ego autem tamen (ut quidam dicunt) periculosum sit eligere arbitror aliam opinionem dicit Bar. de iure ueroiorem maxime per vltimum fundamentum pro ea factum, cui non vbi bene rursus. Nam doct. Bar. in d. s. qui filia. ex eo procedit, quia ex alio clarè constabat testatorè pupillariter substituere, quia substitutio erat facta prætextu mortis in pupillari ætate contingentis, sed in casu nostro nulla sunt uerba arguentia pupillare substitutionem, sed potius trium, ergo &c. Et ita tenendo: non obstant allegata in trium. Nam ad fundamentum Bar. de uerbo, accipiant, uidetur quod non dicitur adiectum uniuersitati, respectu bonorum & hæreditatis pupilli. Nam bona testatoris eo respectu sunt certæ res, ut s. fuit dictum. Et licet respectu patris testantis uerba illa, quia indefinita equipolleant uniuersitati, tamen nihil ad propositum, quia non agitur de successione patris, sed pupilli.

Et præterea pater iam habebat uniuersalem hæredem filium. Posset etiam dici (ut quibusdam placuit) quod subauditum uerbum, accipiant, exponatur, i. ab hærede petat, ut distribuere possint, sicut etiam vbi intelligenda l. alio, iuncta gl. j. de adim. leg.

247 Ad secundum responderi potest, quod si illud cap. cum tibi, habet uarios intellectus, merito non debet allegari, iuxta doctrinam Bar. in l. in ambiguo, §. de reb. dub.

Vel posito illo intellectu Innoc. pro uero respondetur, quod ibi Mar. Soc. Iun. Prima Pars. O agitur

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

agitur de prima institutione, & collatio vltimæ voluntatis in alterum fuit vniuersaliter facta, & nullus alius erat institutus. Sed in casu nostro non constat, quod commissio distribuendi sit facta vniuersaliter respectu bonorum pupilli. Immo non constat, quod de eis testator cogitauerit: sed solum dicitur facta, respectu suorum bonorum, ut ex prædictis constat.

Ex quibus colligitur responsio ad tertium, quia dico quod immo isto casu verba aliqua non conueniunt pupillari. Nec etiam videtur esse in dubio, cum testator nullo modo ostendens de pupillari sentire, se restrinxerit ad bona sua.

Et ex hoc etiam respondetur ad quartum & vltimum.

Nam fauores illius causæ testati & piæ causæ sunt considerandi, & attendendi, quoniam sumus in dubio, quod non contingit in casu isto, ut ex prædictis apparet. Ex quibus constat, istam opinionem præ Bar. esse de iure veriore, secundum quam ego se consulere.

Vbi tamen tibi magis placeat opinio Bar. Limitabis eam, nisi testator dixisset bona dari & distribui pro anima sua. Etenim ex his verbis arguitur, quod tantum de bonis propriis disponere voluit, ne alias videretur de alienis bonis velle animam & conscientiam suam expurgare, arg. c. non est putanda, l. q. i. Ita limitat Petr. de Anch. in consil. s. difficultas questionis, & sequitur Dec. in consil. 371. In causa magnifici militis, & tradunt hic nouissimi. col. 65.

248 Querit secundò Bar. quid si dicatur. Quandoque &c. bona mea dentur pauperibus, nec dicatur per quos? & concludit non esse factam pupillarem, sed solum fideicommissum de bonis patris, ut per eum. Cum quo transeunt Doctor. Et tu non insistendo multum, dicas quod ista conclusio videtur indubitata tenendo præ Bar. in præced. q. prout ibi tenui. Nam si solum fideicommissum dicitur factum, quoniam executores exprimitur a testatore, quo casu aliquid plus vult ei concessum, fortius id erit, ubi non exprimitur, sed Episcopus illud faciet ex dispositione legis.

Sed ubi tenere velis cum Bar. in præced. q. posset de ista conclusione dubitari, quia rectè considerando, non vult facienda differentia, an testator executores exprimat, quod ad istud propositum: an veniant ex dispositione legis. Quia si testator non exprimit, videtur se referre ad dispositionem legis, & ita videtur tacite disponere, arg. l. conficiuntur, in prin. j. de iure codic. & eorum quæ dicunt Bar. & alij in l. hæres mei, §. cum ita, j. ad Trebell.

249 dum quod volunt quod testator in dubio dicatur velle se conformare cum dispositione legis: & consequenter tacite videtur eligere episcopum, secundum quod a lege eligitur. Taciti autem & expressi idem est iudicium, l. cum quid. §. si cer. pet. tu super hoc cogitabis, ego non curo insistere, quia in præced. q. habeo pro vera opinionem contra Bar.

250 Tertio querit Bar. quid si dicatur: Quandoque &c. bona vendantur, & pretium eorum datur pauperibus per fideicommissarios meos? Et concludit esse factam pupillarem, ut sic, filio impubere decedente, etiam bona eius subiacent dispositioni testatoris. Nam cum illa verba, per fideicommissarios meos, referantur ad omnia præcedentia l. mulieris & Titio j. de condit. & demonst. quem alleg. Bar. & in l. i. in princip. iuncta l. doli, in prin. §. de ser. cor. illi fideicommissarij dicuntur prius a testatore vocati, & debet subaudiri verbum accipiant, secundum Bar. §. in i. q. Doct. videntur transire cum Bar.

251 Tu considera primò quod Bar. bene loquitur in eo, quod vult verba illa, vltimò posita, referri ad omnia præcedentia, & sic tag ad verbum, vendatur, quam ad verbum, dentur.

Nam illa est natura copulæ. l. sua, §. Gaio, de fund. instruct. & l. si. §. fin. ubi gl. notat j. de vino trit. & ole. legat.

Tradit Sali. in auth. hoc locum. C. si secundo nup. mul. cum quod cordantibus, ut per Dec. in consil. §. 2. Viso puncto i. col. in fin. Et pro Bar. facit l. hæres. §. uxori, j. de leg. 3.

Secundò considera circa ipsam conclusionem Bar. quod illa pendet a dictis §. in i. q. in hac materia, & cum ibi tenuerim præ Bar. concludendo non esse factam pupillarem, propter illa verba, bona mea, &c. Idem concludendum arbitrò in hac §. q. per ea, quæ ibi dixi: ideo vltra non insistam.

252 Quarto querit Batt. quid si loco illius clausulæ, per fideicommissarios meos, ut in præced. q. dicatur, quorum electio fiat per fideicommissarios meos? Et ex dictis Bar. in hac questione facias duas conclusiones.

Prima hæc quod eo casu, filio impubere decedente, non erit locus pupillari, sed semper erit substitutio fideicommissaria per rationem Bar. cum quo quasi omnes transeunt.

Et tu dices hanc conclusionem indubitatam esse, secundum ea, quæ dicta sunt, etiam quod omnia essent facièda per fideicommissarios. Et plus etiam posito, quod fuerit dictum, quod illi accipiant, & vendant, & distribuant, debet dici solus fideicommissaria, cum verba illa, bona mea, &c. ita importent, ut superius dictum fuit. Nec quid a testatore dictum fuit, ex quo arguatur quod uoluerit pupillariter substituere, minus ergo erit pupillaris isto casu, in quo sola electio pauperum illis fideicommissarijs dicitur promissa.

Nota tamen (& sit secunda conclusio) regulam quam ponit Bar.

253 videlicet quod si qualitas per relatum adiecta, solum de respectu eius antecedens proximum. Et sic in proposita questione fideicommissarij non se intromittent circa venditionem bonorum & pretij distributionem (illa enim sicut per Episcopum) sed solum eligent pauperes. Sed contra Bar. & regulam prædictam urget d. l. hæres, §. uxori, de leg. 3. Nam ibi qualitas adiecta per relatum, refertur ad omnia, ergo &c. la. allegat illum text. & non respondet. Sed responderi potest secundum Bar. in l. Plautius, j. de auro & arg. leg. (qui hanc difficultatem tangit) quod in d. §. uxori, vltra relatum, fuit adiectum illud vniuersale, omne, merito conuenienter ad omnia fit relatio.

Præterea potest dici illud ibi esse, quia expositio conuenit & quadrat respectu omnium, ut dicamus quod eius causa &c. i. omne quod legauit, intelligatur quod eius causa &c. sed in casu Bar. hæc expositio non quadraret omnibus, dum dicitur quorum electio fiat &c. Nam ad venditionem & distributionem uerba illa non adaptarentur, cum in eis non cadat electio.

Et ex omnibus dictis in his quatuor questionibus, formari potest generalis conclusio in hac materia, quod quomodocumque testator dixerit bona mea distribuere, vel vendi, & pretium distribuere vel aliter ut in dictis questionibus, nunquam inducitur pupillaris substitutio per rationes s. deductas. Hæc generalis conclusio limitatur primò, si testator dixerit, bona mea & filij &c. Nam tunc ex quo pater de bonis filij solum per pupillarem potest disponere, ut verba testatoris & voluntas eius implent, dicemus comprehendere pupillarem, etiam quod uerba aliquater improprietate, iuxta doctrinam Bar. in l. quærebatur, j. de mil. testa. la. dixit Sal. in l. precibus. C. eo, & tradunt hic Alex. & nouissimi.

Secundò limitatur quando dictum fuerit, si in pupillari ætate decesserit, uel postea, quodcumque &c. Nam eo casu distinguèdo ætates, uidetur testatorem uelle quod intra pupillarem ætatem sit pupillaris, aliàs illa commemoratio pupillaris ætatis diceretur frustra facta. Ita in effectu uoluit Bal. in l. si quis ad declinandam, C. de Episc. & Cler. qui allegat gl. magnam in fin. in l. precibus. C. eo. Et ita in simili uoluit Patruus, & dominus meus Soc. consil. 117. Viso testamento dñi Iabiei. 3. col. 4. vol. Ale. hic & nouissimi reprobant hanc limitationem, quia glo. allegata per Bald. & in qua se fundat, non procedit, quando substitutio est per uerba obliqua, prout contingit in casu isto, per l. cohæredi. §. cum filia, infra eodem.

Sed ad hoc ex intentione Bar. responderi posset, quod immo in casu isto virtualiter sunt uerba directa, cum fin. eius subaudiat uerbum, accipiant. Et tenendo istam limitationem Bal. cum ista responsione ad argum. Ale. & nouissimorum, oportet eam restringere ad casus illos, in quibus fit subauditio d. uerbi, quod quando sit, patet ex his, quæ s. dicta sunt in istis quatuor questionibus.

Verum ex alio ista limitatio Bal. non uidetur uera, quia ex uerbis testatoris non uidetur tolli, quin ipse uideatur solum de proprijs bonis disposuisse cum dixerit, bona mea &c. In quo fundata est generalis conclusio s. posita. Et uerba illa, si in pupillari ætate decesserit, uel postea quodcumque &c. importabunt conditionem fideicommissi. Et sic plenè posita sunt ad maiorem quædam expressionem voluntatis testantis, licet pro uero satis fuisset dicere, quodcumque decesserit. Nam & aliàs si extraneo pupillo sit substitutio, solet dici, si in pupillari ætate &c. & tamè non potest importari pupillaris. Dicas tamen quod totum hoc pendet ab his, quæ s. dicta fuerunt, quando in re certa facta fuisset compendiola sub commemoratione pupillaris ætate.

Si enim teneas illam trahi ad pupillarem, prout multi dixerunt, & ego aliàs consului, ista limitatio bene defenderetur, & clariori fundamento propter illa uerba subsequente, uel postea quodcumque, quia tunc nisi, uerba si in pupillari ætate, &c. importarent pupillarem, superflue uideretur prolata, ut dicebat in simili dominus meus Soc. in d. consil. 117.

Sed si contrarium in eo articulo teneres, ista limitatio redderetur dubia, ideo tu super ea cogitabis.

Tertio limitatur, quando in testamento dictum fuerit, quodcumque &c. bona mea omnia, uel sine diminutione dentur, &c. uel tota mea hereditas detur &c. Nam si tunc esset fideicommissum, voluntas testatoris non seruaretur, quia saltem legitima per filium detraheretur, in qua filius grauari non potest, l. qui in prioribus, cum similibus. C. de in offi. test. Et sic non tota hereditas, nec bona omnia darentur, si expressa uerba testatoris, uel de uoluntas eius seruatur ualere debet, ut pupillaris, per quæ vniuersaliter oia bona dabuntur, ita in terminis dicit hic Alex. col. mihi 27. versiculo & tanto magis, dicens quod ita colligitur ex uerbis Bar. j. in 3. q. prin. licet statim in seq. ueris. ipsemet Ale. de uerbis illis, omnia bona mea, dubitet, ut per eum.

Sed ego arbitrò in quolibet hanc limitationem non procedere, non quidem propter illam dubitationem Ale. Sed ex eo, quia testator uidetur se restrinxisse ad bona propria, uel ad propriam hereditatem, ut constat ex illo pronomine, mea, per ea quæ s. super dicta fuerunt.

Non obstat fundamentum Alexan. quia prout etiam nouissimi
 254 mi dicunt, legitima non detrahetur, quoniam ꝑ licet pupillus
 in ea grauati non possit, tamen eius hæres bene potest grauari. l.
 l. si Titio, in fin. cum leg sequenti infra de leg. primo, iuncta do-
 ctrina Barto. in l. qui duos, infra titulo nostro. Et istud in dubio
 videtur factum, cum post mortem pupilli fiat grauamen.

Præterea, si teneres q̄ pagan⁹ ad pias causas posset directo sub
 stituere post aditā, vt voluit Abb. in conf. 32. circa duo dubia, 2.
 vol. & sequitur nouissimi hic, & s. in princ. huius l. in octaua du-
 bitatione, res de plano procederet, absq; eo q̄ valeret vt pupilla-
 ris: quoniam omnia venirent & voto testatoris satisfaceret per il-
 lā directā fauore piæ causæ, inductam ad instar directæ militaris.

Et ita tenendo, non esset tunc fideicommissum. Verum quia
 supra in primo notabili in septima quæstione illam opinionem
 Abb. ego reprobauī, istud dictum ego non probarem, volui ta-
 255 men tangere pro his qui opinionem Abb. sequuntur.

Teneo itaque in casibus prædictis esse fideicommissum, & nō
 pupillarem, contra tertiam istam limitationem.

Contra quam etiam considera. Nam si iste filius, iam pubes
 factus, decederet, certè absq; dubio substitutio esset fideicommissa
 faria, nec de pupillari posset tractari: & ita non venirent omnia,
 si legitima retineri potest, prout dicit Alex. & sic non satisfaceret
 voto testatoris, & hoc non videtur habere dubitationem. Vnde
 vt illa substitutio sit omni tempore eadem, sicut post pubertatem
 esset fideicommissum, & omnia bona non venirent propter de-
 tractionem saltem legitimæ, ita etiam dici debet infra pupillari
 ætate, cum sit facta substitutio per verba obliqua, & restricta
 ad bona propria testatoris per supra dicta. Et quod testator dixit,
 vniuersaliter omnia, vel sine diminutione, vel quid simile, in-
 telligi debet alio respectu, quam legitimæ. Vel etiam dicā quod
 omnia includuntur fideicommissio quantum ad vim verborum,
 & fortè etiam ex voluntate testatoris: sed postea fieri debet illa
 deductio, quam iura permittunt, si eam testator impedire nō po-
 test, prout est legitima. Concluderem itaque simpliciter q̄ per
 signum aliquod vniuersale per testatorem bonis tamen suis ad-
 iectam, non magis inducatur pupillaris, quam alias induceretur,
 reiecta ista tertia limitatione per supra dicta.

256 An autem tunc ex fideicommissio possit detrahi legitima du-
 bito: Et potest fortè dici nō posse eam detrahi, si filius impubes
 decedat: secus si maior prout videntur velle hic nouissimi. Et ita
 voluit Patruus meus Soc. in d. conf. 1. 7. in fi. 4. volumi. vbi alle-
 gat Aret. in l. 1. supra eo. vt per eum, cogitabis tamen.

Quartò vltra doctores ego limitarem regulam supra positā,
 seu generalem conclusionem, quando testator dixisset, quando-
 cunque &c. bona mea dentur &c. per fideicommissarios meo
 filio succedentes. Nam tunc cum testator voluerit eos filio succe-
 dere, quod solum per pupillarem contingere potest, satis clare
 constat, quod voluit facere pupillarem.

Et propterea sic dicendū est, non obstatibus verbis obliquis,
 iuxta doctrinā Bart. in l. quærebatur, j. de milita. testam. Nec etiā
 expressione bonorum suorum a testatore facta, per ea quæ dixi
 supra in quæstione quando substitutio fuisset facta in re certa.

Sed tunc diligenter aduerte ad duo. Primò, quia isto casu for-
 tè non habebit aliquè effectū mortuo filio post pubertatē, vt sic
 nec per fideicommissum valeat. Nā si voluit dari bona &c. per
 fideicommissarios succedentes filio, & propterea dicatur fecisse pu-
 pillariē, vbi filio non succedatur, non dicitur quid disposuisse, vt
 sic talis substitutio, quam pupillariē vocamus, expiret pubertate.

Nec dicas q̄ fuit compendiosa, & ideo &c. quia dicam, q̄ li-
 cēt verba illa, quando cunque decesserit, ita sonent, tñ restringi-
 tur postea substitutio ad pupillarem per verba illa, filio succede-
 tes, ac si dictū fuisset, quicunque &c. substitutio pupillariter. Quo
 casu non credo dubitandum, quin sola pupillaris sit facta, & ver-
 bum, quando cunque, intelligitur, scilicet infra pubertatē, vt sic
 substitutio non dicatur restricta ad tempus breuius, prout aliās
 fit in l. si ita quis, infra eo. Non quidem q̄ illud esset necessariū,
 sed dicemus testatorem sic dixisse ad maiorem declarationem
 suæ voluntatis. Super hoc tamen cogita, quia nemo tangit.

Secundo aduerte, quia potest dubitari in ista quarta limitatio-
 ne, an bona pupilli sint pauperibus distribuenda? Et fortè dici po-
 test quod nō, sed solum bona testatoris, cum dixerit, bona mea,
 vt sic fideicommissarij dicantur pupillariter substituti, & per fi-
 deicommissum grauati distribuere bona patris: & ita intelligendo,
 omnia rectè procederent, & verba omnia saluarentur. Cogit-
 abis quia si est verum, est valde notandum.

Prædicta omnia procedunt, qñ testator expressit pro nomine
 illud, mea &c. In eo. n. videtur fundari generalis conclusio supra
 posita. Verum si sine eo dixerit, bona dentur &c. videtur quod
 ex quo testator nō se restrinxit ad bona sua, debeat de omnibus
 intelligi, & sic etiam de bonis pupilli, quia indefinita illa oratio
 æquipollet vniuersali, ac si dixisset omnia bona, p̄ iura vulgaria.

Nec dicas quod æquipollet vniuersali respectu, bonorum te-
 statoris, quia cum de bonis pupilli possit disponere, intelligam

de omnibus, de quibus disponere poterat, vt sit perinde ac si di-
 xisset, bona mea & pupilli. Et sic videtur quod in tali casu de-
 beat dici facta pupillaris, prout firmat Salic. in d. l. precibus. C.
 eod. & Alex. hic col. mihi. 28.

Et secundum eum procedit hoc sine dubio, cum ipse idem te-
 neat, si fuisset dictum, bona mea, vt per eum.

Sed cōsidera, quia valde dubito. Et forte disputando contra-
 rium teneri potest.

Primò, quia verbum illud, bona, videtur referendum ad testa-
 torem, iuxta doctrinam Bart. per illum tex. in l. cum in testamen-
 to, infra de auro, & arg. leg. vt sic per istam interpretationem sit
 perinde, ac si dixisset, bona mea.

Secundo, quia cum talis dispositio ex natura verborum obli-
 quorum videatur fideicommissaria, debent verba in dubio sic in-
 telligi, vt fideicommissio conueniant. Vnde ꝑ cum per fideicō-
 256 missum hæres in bonis suis non grauetur, sed tantum bona testa-
 toris fideicommissio tenentur. l. cohæredi. §. cum filia, infra eod.
 exponemus, bona scilicet sua, ipsius. f. testatoris.

Tertiò, quia vñ, quod testator verbum, bona, pro tulerit respec-
 tu alicuius relationis, & ego dicam respectu relationis ad bona,
 de quibus ipse testamento disponebat, & sic de suis tantum.

Quartò, quia talis dispositio ex communi contingentia, solet
 pro anima fieri, vnde non debet intelligi de bonis filij, & sic alic-
 nis argu. c. non est putanda, prima. quæst. prima. Cogita super
 hoc, quia est nouum dictum. Et si vis illud tenere, ex argumen-
 tis prædictis habebis responsonem ad allegata in contrarium,
 vt per te intelliges.

Nec ita tenendo obstat q̄ in certis casibus subaudiatur ver-
 bum, accipiant, secundum Bar. quod est directum, vt sic dicamus
 q̄ tunc directā pupillaris cōueniret verbis, & personis, ergo, &c.
 per regulam c. si pater. de testam. lib. 6. Quoniam responderi po-
 test, prout responsum fuit, supra circa primam quæstionem ex
 his quatuor, præsupposito semper quod per prædicta, verbum,
 bona, debeat exponi scilicet, mea.

Nec contra prædicta allegetur fauor piæ causæ, quia ille atten-
 di debet, quando sumus in dubio: verum in proposito videtur
 res clara per præallegata. Cogitabis super eis.

Aggredior nunc tertiam quæstionem principalem, videlicet
 257 ꝑ Quando compendiosa a pagano fieret, per verba cōmunia:
 circa quam Barto. latissime insistit. Et ex dictis eius ad vnguem
 prius recitatis & declaratis, habes q̄ tres fuerunt opiniones di-
 uersæ, positæ per antiquos, quibus Bart. addit quarto loco suam
 opinionem, considerando, & distinguendo, vt per eum.

Circa hanc quæstionem, & ista varias opiniones doctores post
 Barto. multa scribunt, & longo ordine maxime nouissimi, qui
 per quindecim col. insunt.

Ego autem concludenter loquendo (alijs dimissis) ponam cō-
 clusionem secundum illam opinionem, quam puto verā, eamq;
 probabo, & a contrarijs defendam: & demum duas limitationes
 illi subiiciam, & de ipsorum veritate disputabo.

Conclusio ergo, fit, q̄ compendiosa a pagano per verba com-
 munita facta filio impuberi, puta talē substituto, si filius decedat
 in pupillari ætate, erit pupillaris, si postea, fideicommissaria.

Ista conclusio quicquid dixerint antiqui doctores hodie vide-
 tur communis, vt attestantur hic Moder. & nouissimi repetētes.
 Et illam sequuntur hic Alex. Arc. Iaf. Claud. & alij. Et ita etiam
 firmat Guid. Pap. in quæstione 521.

Et pro ista conclusione primo multum facit, quod dixit Bar. f.
 quia illud, quod personam aliquam respicit respectu diuersorum
 temporum, vt tempus, ita & id ipsum variatur. l. pater Scuerinā.
 §. conditionum, infra de conditio. & demonstratio, cum alijs al-
 legata per Bart. Sed ista substitutio est talis, ergo &c.

Sed tuendo opinionem antiquorum responderi posset, istud
 procedere, quando, saluis verbis, omni tempore potest esse vni-
 formis determinatio, prout loquitur d. §. conditionem, sed si po-
 test esse vniformis salua verborum significatione, videtur dicen-
 dum, q̄ sit vniformis, argumēto l. iam hoc iure, post prin. iuncta
 l. qui plures, in prin. isto titulo.

Secūdo facit regula l. plenum. §. equitij, supra de vsu, & habit.
 vt per Bar. hic, cui adde l. ex militari, in princ. infra de milita. testa-
 men. Responderi tamen potest, argumentum procedere nisi ratio,
 ex verbis sumpta, aliud inducat, vt pater in reciproca, iuxta l.
 iam hoc iure. §. 1. supra eodem. Sic etiam patet in simili in l. cohæ-
 redi. §. cum filia, infra eo. ibi enim sermo refertur ad personam
 pupilli, & tamen non inducitur pupillaris quia verba obliqua re-
 pugnant. Sed in proposito ratio vniformis determinatione sum-
 pta ex vnitae fermonis repugnat pupillari, ergo &c.

258 Tertio secundum Alex. facit quia ꝑ pater præsumi debet filio
 potius consuluisse, quam eum grauasse, cum lex semper in beni-
 gnorem partem & fauorabiliorem accipiat dispositionem no-
 stram l. semper in dubijs, infra de reg. iur.

Sed pupillaris substitutio dicitur fauor filio, vt. f. decedat te-
 status. l. Iulianus, aliās incipit. Si pupillus, infra de acquir. hæ-
 Mar. Soc. Iun. Prima Pars. O 2 fidei-

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

fideicommissum vero dicitur onus l. coheredi, §. cum filia, infra eodem. Et traditur in l. ex tribus, C. de inof. testam. ergo in benigniore partem interpretando mentē testatoris, dicemus cum voluisse facere pupillare. Facit, quia semper creditur patrē optimū consilium capere pro filio, l. nec in ea, in fin. j. ad l. Jul. de adulter. Filio enim nemo melior est amicus ipso patre. l. quidam cum filium, supra titulo primo. Verū ad hoc responderi potest quod argumentum procedit, nisi ei repugnet ratio æqualis determinationis in tempore, sicut videmus seruari in personis,

259 Quarto arguitur sic † Verba dubia sunt illi extremo applicanda, quod est dignius & potentius, l. quæritur. ff. de statu homine. Et ita in potentiori significato sunt accipienda, l. i. §. qui in perpetuum, supra si ager vestig. vel emph. pet. Facit §. sed quoties. In situ. de iure. natur. Sed dignius & potentius extremum est, atq; potentior significatio, directa pupillaris, quam fideicommissaria, vt est notissimum. ergo &c.

Sed ad hoc responderi potest, quod illud procederet (quemadmodum de alijs supra diximus) quando semper respectu omnium temporum, posset ita accipi, vt vniformiter capiatur. Quod non est in casu isto, cum post pupillarem ætatem non possit accipi iure directo, ergo &c.

Sic itaque videtur, qd ex rationibus prædictis ista opinio nõ reete probetur, & per solutiones, supra datas ad rationes prædictas facile multis alijs rationibus, quæ allegari possent, responderetur: nihilominus propositam conclusionem verissimam arbitror: & resolutiones prædictas facile tollentur, vt infra videbis.

Et pro conclusione ultra prædicta multum facit natura cõpeditioe substitutionis, quæ est, vt sub temporum pluralitate plures substitutiones contineat, vt dictum fuit, supra in eius diffinitione, & quamlibet continet vsque ab initio in potentia tantum, et quælibet in suo casu & tẽpore erit habitura locum & effectũ, si casus euenerit. Vnde, quando filius impubes decedit, non videtur non sit locus pupillari substitutioni, cum verba & persona patiantur. iuxta regulam cap. si pater, de testamen. libro sexto.

Præterea pro ista conclusione est text. in d. l. precibus, siue velis, qd ibi testator vsus fuerit verbis cõmunibus, vt voluit Bart. & alij plures, siue dicas qd nõ stat quibus verbis vsus fuerit, prout ego dixi supra, dicens etiam qd non refert, vt sic dicamus, illum text. in sui generalitate procedere, etiam si per verba communia fiat substitutio. Etenim est ibi tex. quod infra pubertatem decedente filio, substitutio erit pupillaris; postea fideicommissaria. Nec solutio Bartol. qd ibi sit speciale in milite, est bona.

Primo, quia miles in dubio creditur vt iure communi, & non priuilegio, l. in testameto, l. quamquam, C. de testa. mili. & supra dictum fuit. Et absque dubio in casu illo videtur dicendum hoc, secundum Alexand. cum verbis communibus fuerit vsus. Ego fortius dico istud esse, etiam si directis verbis vtatur, nisi ex eis speciale priuilegium aperte importetur, vt dixi supra in quæstione de compendiosa facta a milite per verba directa.

Secundo, quia quando substitutio valet, vt pupillaris, nihil inducit ultra potentia paganorum, ergo non videtur in ea consistere aliquod priuilegium. argumento l. primæ, in fin. j. ad muni. 160 † Frustra enim precibus & ex priuilegio quæritur, quod iure communi conceditur, vt ibi notatur, & probatur etiam in l. Imperatoris, infra de priuil. credito. & in l. i. C. de thesau. libro 10. Et ideo non immerito, in l. nostra, in primo responso dicitur, iure communi, &c. cum loquatur de pupillari substitutione, licet ex testamento militis proueniente.

Tertio ultra doctores suadet, quia ibi eadem decisio respectu pupillaris substitutionis ponitur, siue facta fuerit expressa pupillaris, siue compendiosa, secundum qd communiter declaratur ille tex. in versicu. vel expressa &c. vnde pariter debet fieri determinatio. Sed si expressa pupillaris fieret, non est dubiũ, qd valeret iure communi, ergo similiter quando compendiosa facta esset.

Quarto etiam idem ostenditur, quia si ex priuilegio valeret, nõ haberet locũ in bonis filij, sed tantum in bonis militis, l. cũ filius, famil. & l. milites etiam, j. de militar. testamen. Facit l. impuberi, supra de administra. tutor. sed ibi substitutio procedit etiã in bonis filij pupilli, quia substituti dicuntur eius hæredes, vt ibi dicitur, ergo &c. Et si dicatur, qd immo aliquando ex priuilegio militis valet pupillaris, quæ in pagano non valeret, vt l. miles ita, in fin. infra de militar. testamen. dicam, qd illud reperitur expresse ei concessum in priuilegium, & priuilegia non sunt multiplicanda. Præterea ibi priuilegium est, non vt valeat, vt pupillaris, quia in eo omnibus idem ius conceditur; sed quod valeat, licet sibi miles non testetur. Sic ergo sequitur, qd in d. l. precibus, est casus istius opinionis. Nec etiam placet dicere (vt quidam dicunt) quod ibi fuerunt verba directa.

Primo, quia magis communiter tenetur, quod immo fuerunt communia.

Secundo, quia pro vero non constat, quibus verbis vsus fuerit testator: nec etiam refert illud scire, vt supra dixi. Vnde in sui generalitate procedit, etiam si testator communibus verbis vsus

fuerit, vt modo dicam.

261 Demum † pro conclusione ista est casus in d. c. si pater. Nam & ibi, j. pubertatem decedente filio valet substitutio, vt directa pupillaris. Et si secundum Bar. respondeas, qd ibi fuerunt verba directa. Respondetur secundum Alex. qd imo verbũ illud, moria tur, dicitur verbum commune, quia ita ad mei utilitatem mori ille, cui per fideicommissum succedo, sicut si succederẽ directo. Et si verba ibi non fuissent communia, & sic in se dubia, sed fuissent directa & clara, non fuisset opus interpretatione, quã facit ibi sumus Pontifex. Et fuit hoc dictum Pau. de Cast. in consilio 353. Visis omnib. 2. col. in vers. Quãtũ pertinet ad substitutionẽ.

Sed hoc non transit apud me sine dubio, quia pupillus respectu sui & suorum bonorum non moritur mihi aut ad meam utilitatem, nisi ego siam eius hæres, & sic habeat locum pupillaris, vt sic cum representem, & loco eius uiuere videar.

Et consequenter non videtur mihi mori, si solum per fideicommissum succedam, cum tantum ad bona patris admittar, & forsitan non ad omnia. Nisi replices, qd saltem respectu illorum bonorum moritur mihi, & sic aliquo modo, licet non ita plenẽ, sicut quando succederem per pupillarem.

Sed quicquid circa hoc teneas, posito miles, qd ibi in casu contingente fuerint verba directa, tamen ille tex. stringit & probat conclusionem prædictam in generali ratione ibi allegata in versiculo cum in substitutionibus semper &c.

262 † Ponitur. n. ibi regula generalis, qd semper, si verba & personæ patiuntur, substitutio debet intelligi directa pupillaris, sed in q. nostra verba patiuntur, quia cum sint communia ita se hnt ad sensum directum, sicut ad obliquum, ergo &c. De persona. nõ dubitatur, cum præsupponatur mortuus impubes.

Sed aduerte, quia Corn. in d. l. precibus, & in consil. 322. Ardua plurimum est, 7. col. versic. sed ad prædicta 3. vol. respondet ad rationem dicti c. si pater, ut. lilla licet generaliter videatur poni, tamen debeat restringi ad terminos & casum de quo ibi, & sic quando substitutio esset facta per verba directa. Et videt hoc probari ibidem dum dicitur, sicut in casu proposito. Naz. suelimitatiuẽ, siue similitudinariẽ ponantur illa verba, restringere videtur rationem ad illos terminos, uel sibi similes. Sed si sit facta per verbum commune, vt in quæstione nostra, termini sunt dissimiles, ergo &c.

Et iste sim. la. est coloratus intellectus ad illum text. quẽ tacito auctore sibi scribunt & tenent nouissimi repetentes.

Verum ipse la. ex intentione Aret. hic reprobat istum intellectum, quia talis restrictio est contra mentem illius tex. in ratione illa generaliter posita.

Nec obstant verba illa, sicut in casu &c. quia dicit, qd non sit similitudinariẽ nec limitatiuẽ, sed stat declaratiuẽ seu causatiuẽ ad rationem de qua ibi, vt per eum.

Tu breuiter dicas qd dictio illa, sicut &c. stat ibi similitudinariẽ secundum propriam nãm, & similitudo non est in qualitate verborum vt creditur Corn. sed est gñalis incõuenientiã, de qua ibi, vt. l. dicamus, substitutio, si eius verba & persona instituta patiantur (sicut contingit in casu proposito) dẽt intelligi directa pupillaris. Erit ergo in casu ibi proposito pupillaris, cum & uerba & personæ patiantur.

Remanet tamen ratio siue regula, ibi posita, generalis, vt sic etiam in uerbis communibus uerificetur, cum ita se habeant ad directam substitutionem, sicut ad obliquam.

Et licet uerbum commune particulariter & peculiariter non se habeat ad sensum directum, cum pariter se habeat ad obliquum, tamen satis est, qd sensui directo conuenit, & quidez ex natura sui. De hac enim conuenientia loquitur tex. in d. c. si pater.

ADDITIONO. Adde qd Ripa hic ad rationẽ d. c. si pater, qd procedit, qn per verba directa, & non si per cõia. Et probat p id quod ibi sequitur in versiculo qd directa &c. Nam limitatio dẽt esse de rã seu de eius terminis, ut p eũ, qui dicit qd uerba communia non cõueniunt directæ substitutioni, sed solum ei nõ repugnant. Sed tñ hoc nõ satisfacit, quia ille versiculus qd directa &c. nõ loquitur præcisẽ de substitutione facta per verba directa sed de substitutione directa, non curãdo quib. uerbis facta sit. Et qd ipse dixit uerba cõia nõ uenire directæ substitutioni, absolute negat, quia imo conueniunt ex nã sui, vt ex prædictis cõstat.

Et ex his rectẽ & concludenter (ut puto) fundatur conclusio & communis opinio prædicta.

Cui non obstant fundamenta tria. Et primo nõ obstat regula l. iam hoc iure, cum sim. s. eo. iuncta l. qui plures, in prin. j. eod. in qua stat præcipuum fundamentum triæ opinionis, qn respõdet hic Bar. Qui licet obscure loquatur, in effectu uoluit dicere, in personis ideo fieri æqualem determinationem, ne in persona unius, simplex, in persona alterius, duplex, consideretur substitutio. Quæ ratio non consideratur in casu nostro, quia respectu cui iustitiam temporis substitutio est una & simplex.

Et nota quia non dico qd una substitutio transeat in alteram, & sic quod primo fuerit pupillaris, & postea fiat fideicommissaria.

ria. Sed dico q̄ vna est ab initio, quam declarabit futuris euentus, & interim videtur esse in pendentibus, quæ sit, in potentia tamē fateor q̄ sunt plures. Et ita declarandum solutionem Bar. non obstat reprobatio vtriusque Imolenfis dum dicunt quod etiam respectu vnius personæ possunt considerari diuersi effectus, scilicet vulgaris & pupillaris, vt per Alex. col. mihi 12. Quoniam Bar. hoc non negat. Nec in proposito facit fundamentum in vna tantum substitutione respectu vnius personæ, sed respectu vnius temporis, quia quolibet tempore habebit locū sua substitutio, & erit vna tantum. Et sic non consideratur illa diuersitas effectus ex diuersitate temporum, vt scilicet vno tempore sit simplex substitutio, in alio duplex, & licet ante pubertatem possit dari duplex substitutio, scilicet vulgaris & pupillaris, tamen in proposito nostro non dicitur vnicuique tempus, sed duplex. Primum, si ante aditam hæreditatem, secundum, post aditam infra pubertatem, vt dictū fuit supra circa distinctionem compendiosā.

Et si secundum Aret. dicas q̄ in d.l. iam hoc iure §. 1. consideratur solum q̄ vnum verbum ad plures personas relatum, æqualiter ad omnes referri debet. Et ita dicas debere fieri hic respectu plurium temporum, in quo propriè stat argumentū. Dicā, & quidē necessario, illud esse in personis, propter illos diuersos effectus, qui inde resultarent, si non æqualiter respiceret, declarādo vt supra. Quæ ratio cessat in casu nostro respectu temporum, merito argumentum de personis ad tempus cessat propter diuersitatem rationis. Et sic patet solutionem Bar. posse sustineri.

Clarius tñ loquendo, quia argumentū parū aut nihil facit. Illud enim fit ibi respectu personarū ex præsumpta voluntate defuncti, qui, cum eas simpliciter inuicē substituerit, credit voluisse eo modo vocare vna personā sicut alia. Et idest ex natura reciproca, alias enim non diceretur reciprocatio, si in vno extremorum daretur excessus. Quod certè in proposito nostro considerari non potest respectu temporum, quia illa per testatorem recipiuntur, sed quolibet tempus per se consideratur, & suam diuersam substitutionem recipit, & ex eo nullū resultat inconueniens.

263 Hoc t̄ autem, q̄ diuersis temporibus diuersæ substitutiones locum habeant, probatur in l. nostra, in d.l. precibus, & in d.c. si pater, iuncto c. Raynutius, de testa.

Et hoc idem etiam in reciproca considerabitur, si facta sit taliter, vt etiam fideicommissaria contineat. Nam & illa respectu temporum non habet eadem determinationē, licet ipsam substitutionem respectu personarum æqualiter referatur. Sic igitur sequitur in proposito, nullo modo posse argui de personis ad tempora. Et ista (ni fallor) est clara & verissima solutio, ad quam in effectu alia solutiones Doctorum tendere videntur, vt hic per Ias.

Et consequenter constat rationem vniformis determinationis sumptā ex d.l. iam hoc iure, nihil penitus obstat conclusioni §. firmata. Ex quo etiam sequitur, q̄ cum per illam rationem fuerit responsum quatuor primis rationibus, §. pro ista cōclusionē allegatis, omnes illæ rationes remanent in suo robore.

Non obstat secundum, dum dicebant contrarium tenentes, non debere fieri diuisionem voluntatis. Quia respōdetur, quod nihil facit, quia hic nulla fit voluntatis diuisio. Id autem fieret quando voluntas pro parte valeret, vt contingeret in l. eum qui §. fina. infra de his quibus vt indig. allegata per Barto. si illud præ legatum pro parte illius indigni applicaretur fisco, prout iuris ratio & possessionis varietas videbantur exposulare. Fit autem in conclusione nostra solum variatio substitutionis ex vario tempore, quod iure permittitur, vt hic cum similibus.

Denum non obstat regula l. eum qui aedes, infra de vsucap. quia respondetur q̄ procedit eodem tempore, sed diuerso tempore non est dubium quid posse diuerso censi. Nam & ibi tigna & cimenta adibus affixa dum sic durant, dicuntur res immobiles: sed si inde separarentur, res mobiles essent, & mobiliū iure censeretur, quia sic tempus illud exposceret.

Sic igitur in proposito, vbi filius impubes decedat, erit pupillaris, si vero maior, erit fideicommissaria, & sic ex variato tempore variabitur, non tñ intelligas quod vna trāseat in alterā: sed quod vique ab initio vna tantum valuit secundum, quod supra dixi.

Cauere tamen ne hoc dicas per rationem Bar. quando dicit, q̄ lex certa de futuro euentu sic statuit &c. Quoniam Bart. in hoc malè loquitur & communiter reprobat, vt dictum fuit supra de questione de compendiosa facta a pagano per verba directā in secunda conclusione, vbi videas.

Vel etiā dici potest, q̄ immo quælibet substitutio ab ipso initio dñ comprehensa in compendiosa, habitura tñ locum & effectum in casu & tempore suo, non minus quàm si testator expresse fecisset vulgarē, pupillare, & fideicommissaria. Quælibet enim in generalibus verbis compendiosè dñ contineri, vt supra sæpe dictum fuit, maxime circa primam oppositionem Barto.

Et ex his optimè defenditur præposita conclusio, quæ iudicio meo est verissima.

Sed dices tu contra eam videri tex. in l. si testamento. C. eo d. ibi, directis verbis, videtur enim ibi Imperator velle, quod non

aliàs possit fieri pupillaris substitutio ad exclusionem venientium ab intestato ipsi pupillo, quàm verbis directis. Sed in casu nostro fuerunt verba communia, ergo &c.

Verum respondetur, non sic posse argui, alioquin sequeretur q̄ si dixerō. Si in pupillari ætate decesserit, substituo, nō esset pupillaris, cum non sint verba directā, quod tñ est falsum. Et quod per verbū substituo & sic cōmune, fiat pupillaris, patet, quia trinetur in reciproca, paribus facta, per illa verba eos inuicē substituo, vt d.l. iam hoc iure §. 1. s. eo. & l. Lucius, in fi. prin. infra eod.

Non obstat d.l. si testamēto, quia Imperator ibi dixit, directis verbis, solum ad exclusionem obliquorum, seu precariorum: & de communibus ibi non fit consideratio, quia vt etiam supra dictum fuit, in iure non fit aliquando mentio de verbis communibus, sed quod talia verba dentur, & separata a directis & precariis, est inuentio nostrorum maiorum.

Et hoc dixerunt habito respectu ad effectum varium, quia ex talibus verbis resultare potest. At Imperator ibi omnia verba, quæ non essent precaria, habuit pro directis in proposito suo: & sic et verba cōia includuntur, attento q̄ & ipsa sensum directū ex sui nā importare possunt. Et verba precaria in ea l. dicitur exclusā propter id quod habetur in l. coheredi. §. cum filia, §. eod.

Ampliat, conclusio supra firmata, siue testator vsus fuerit illo distributiuo quocumque, siue etiam non fuerit eo vsus, puta dicendo, quando, vel si filius decesserit.

Et tunc et siue dicatur, si decesserit sine liberis, prout loquitur tex. in d.c. si pater, siue et simpliciter, si decesserit, vt v̄ loqui d.l. precibus, semper enim filio decedente impubere, habebit locū pupillaris substitutio, postea vero fideicommissaria, & tunc dicitio, si sine liberis decesserit, licet expressa non fuerit, subauditur a lege, & perinde est, ac si fuisset per testatorem appōita. I. cum auus infra de cond. & demon. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. sub cond. factis.

264 Limitatur t̄ modo conclusio supra posita, si mater esset in medio, quia tunc eius fauore non valebit, vt pupillaris, sed erit omnino tempore fideicommissaria, ita voluit hic Bart.

Fundamentū est, q̄ in interpretatione fauore matris, & ne excludatur a luctuosa hæreditate filij, recedit a regula cōi, vt patet in tacita pupillari, ad quā substitutio vulgariter facta porrigitur, quia nō procedit illa regula q̄ matrē. l. precibus. C. eod. & l. si. C. de instit. & substit. sub cond. factis, secundū cōmunem opinionē.

265 Facit t̄ etiam secundū, quia in re dubia illa pars eligitur, quæ fauet matri vt filio succedat. l. q̄ duos, in prin. iuncta glo. fin. in fin. & melius in §. 1. iuncta gloss. versiculo patris, §. de rebus dub.

Hanc opinionē sequitur Ange. in consi. 97. Viuimus col. si. cā tener etiā Bald. in l. iam hoc iure, in prin. s. eo. dicens, q̄ ita est cōmunis opinio. Quod etiā dixit Io. de Anan. in consi. 79. In Christi nomine, casus sic se habeat, vbi ita firmat. Et ita et plures alij tenuerūt, quos refert Corn. in col. 322. Ardua plurimū. 2. col. 3. vol. Et nouissimi hic dicunt hanc opinionem equiorem, & vt talem eam videntur sequi.

Et reperio ita fuisse decisum in consilio Neapolitano vt patet ex Afflict. in decis. Nardus de Isopo.

Contrarium tamen tenent hic Imol. Pau. de Castr. Alexand. Aret. Iaso. & Clau. & alij plerique concludentes, quod immo et existente matre, vera erit conclusio, §. posita, vt si habeat locū pupillaris, ea exclusā. Et dicūt prædicti Doctores fere omnes, quod ita videtur communis opinio, licet Deci. in d.l. precibus. col. 13. dicat, non facile posse discerni, quæ sit communis opinio.

Mouetur Ale. & alij qdā inter cætera, quia fauor filij præferit fauore matris, iuxta tradita p̄ Bart. in l. 2. col. pen. s. eo. vnde cū filius decedat testatus. l. cū pupillari substitutione, q̄ illi fauor dñ. si pupillus, alias incipit Iulianus, §. de acq. her. Et hoc argumentū magnificiunt quidam nostri Senenses in tractatu compendiosæ.

Verum si aliud non obstat, huic fundamento facilis esset responsio. Quoniam (vt etiam nouissimi aduertunt) assumptum esset verū, q̄ simul concurrunt mater cum filio, & quilibet querit admitti. Tunc enim fateor, quod magis fauetur filio testatoris. Et ita procedit Doctrina Bar. in d.l. 2. Sed non habet locū illud respectu fauoris quod filius decedat testatus. Alioquin etiam tacita pupillaris admitteretur contra matrem, quod est contra communem opinionem Doc. hic & in l. precib. de qua supra dixi.

Pro ista tamen opinione §. Barto. v̄ tex. in d.l. precibus, inducendo, vt dixi supra circa conclusionem regularem. Erat enim ibi mater, & tamen intra pupillarem ætatem dñ pupillaris. Et solutio Bart. hic, quod ibi sit specialis in milite, non procedit, vt §. ostensum fuit. Nec etiam placet solutio nouissimorum, quod ibi verba fuissent directā, vt similiter supra dictum fuit.

Præterea pro ista opinione est etiam tex. in d.c. si pater, de testam. lib. 6. nam & ibi mater erat in medio, & tamen intra pupillarem ætate valet vt pupillaris. Nec bona est responsio Bar. & te quaciū, quod ibi fuissent verba directā, prout hoc etiam §. ostensum fuit. Et ita mihi videtur quod ista opinio contra Bart. sit verior. Et ita alias de facto consultus respondi apud Vincentiam.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

Non tñ omitto q̄ Iaso. hic dicit, prædictum c. si pater, posse q̄ facillime euadi, seu clare rñderi, & miratur q̄ Bar. non ita rñderit, dicendo. s̄ q̄ ibi substitutus erat filius filie & ita per p̄rium, & postea vtrique substituti erant pauperes Christi. Et sic substitutio erat facta pro anima testatoris, & sic s̄ erat vocata persona, quæ ex intentione testatoris potior erat matre pupilli, vt per eū. Et hanc responsionem sequitur, eam sibi ascribēdo Caro. Rui.

Sed nec ista resp̄ onso satisfacit, quia vt s̄. dixi alio respectu, esto q̄ ibi talis casus sic in facto contigerit. Ratio tamen in qua fundatur illa decisio, dicitur generalis (prout ordinarie esse solet. l. cuz pater. §. dulcissimis, j. de leg. 2.) & in sui generalitate potest habere locum, etiam si alius fuisset substitutus, & etiam quæcunque verba etiam communia fuerint prolata per testatorem. Sic igitur verum est ibi etiam probari opinionem contra Bartol. cum qua ego transeo, vt dixi.

Non obstant allegata in contrarium. Nam ad primum rñdetur, q̄ tunc propter matrem recedimus a regula communi, q̄ agitur de substitutione omnino tacita, & quæ per legē inducitur præter verba testatoris prout est in tacita pupillari, quando erat facta expressa vulgaris. At in casu nostro substitutio ista pupillaris sumitur ex verbis, in compendiosa prolatis: quia etiam pupillaris in eorum generalitate comprehenditur, & sic non est omnino tacita, merito q̄ matrem debet admitti, sicut etiam videmus in reciproca, vt l. Lucius, infra eod. Et in effectu (si bene aduertatur) voluit Bartol. supra in quarta oppositione, & in l. i. secundum quaestione, supra eod.

Præterea & secundo posset responderi, negando, q̄ etiam in illa tacita fauamus matri tenendo q̄ etiam illa admittatur q̄ matrem, secundum q̄ disputando posse teneri diximus s̄. in quarta oppositione Bart. in tertia conclusione.

Ad secundum respondetur, q̄ argumentum procedit, vbi in dispositione non essent verba, ex quibus sumatur matris exclusio, & ita procedant allegata in p̄rium. Verum in casu isto verba substitutionis aperte tradunt ad exclusionem matris. Nam si dicitur, quando cum filius decedat, substituo Titium ostēditur, q̄ nullus alius, nec etiam mater dicitur vocari, sed potius excludi per regulam l. cum prætor, in prin. ff. de iudic. cum similibus.

Præterea etiam ad iura contraria cum suis gl. particulariter responderi potest. Nam ad principium d. l. qui duos, cum gl. respōdetur, posito q̄ gl. bene loquatur, illud esse, quia tūc propter matrem cessat ratio illius tex.

Nam mater si vnus primò decessisset, ad partem eius hæreditatis fuisset admissa, & sic non fuisset tota reperta in hæreditate vltimò decedentis, ut ibi declarat Ioann. de Imo. per quem videas. Ad §. primum eiusdem l. cum sua gl. respondetur, q̄ loquitur quando filius erat pubes, & sic verosimiliter fortior patre. Etenim tunc veluti robustior creditur superuixisse, vt l. cum pubere, cum l. seq. eo. tit. de reb. dub. secus ergo esset, si impubes fuisset, vt d. l. sequenti quæ incipit si mulier.

266 † Et ita debet intelligi l. ex facto. §. si quis autem, j. ad Trebel. Et hæc distinctio ponitur per Iuriconsultum in d. l. qui duos, §. si de reb. dub. Nō ergo in d. §. sit aliquid fauore matris, quicquid ibi voluerit gl. quæ in eo malè sentit.

Et isto modo facillimè defenditur, hanc limitationem Bar. de iure non procedere. Et ita tenendum puto, vt iam dixi.

Non omitto q̄ Dec. in d. l. precibus, in col. 14. fuit in opinione, vt propter dubietatem articuli, & quia secundum eum facile non potest discerni communis opinio, detur matri legitima naturaliter debita ei in bonis filij, & reliqua bona dentur substituto venienti per pupillarem, vt per eum. Sed non placet, quia mihi non videtur res ita dubia, cum pro ista opinione contra matrem videantur iura, de quibus supra, satis clara. Et hodie potest dici, quod ista opinio contra Bartol. sit magis communiter recepta.

Præterea sua distinctio legitime ab alijs bonis non potest esse ad mentem iuris. vnum. n. de iure esse debet, vt. l. valeat vt pupillaris, aut non valeat, quod non esset secundum Dec. Et ultra etiam dico q̄ stante sua opinione pupillus diceretur decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra Lius nostrum, j. de reg. iur. cum similibus.

267 Secundò † limitatur conclusio, supra firmata, quādo testator substituendo dixerit, volo quod ad talem perueniant bona mobilia, & immobilia. Nam tunc non continebitur pupillaris, sed erit omni tempore fideicommissaria secundum Bartol. hic & sequuntur alij.

Ratio est, quia tunc non dicitur vniuersaliter disposuisse, cum 268 † sub talibus verbis non comprehendantur iura & actiones, l. quam Tuberonis. §. si. §. de pecu. & l. a Diuo Pio. §. in vditione j. de re iud. cum alijs allegatis per Bar.

Tu aduerte primo, q̄ hoc dictum vt. l. iura & actiones non veniant appellatione bonorum mobilia & immobilia, procedit nisi, dispositio sic vniuersaliter facta sit vt necesse sit in ea comprehendendi iura & actiones, quia tunc iudicantur mobilia, vel im-

mobilia secundum res, ad quas competunt, iuxta gl. super verbo numeranda in §. i. in Auth. de non alien. aut permuta. Vt tradit Bar. post Iac. de Aren. in l. mouentium, j. de verb. signific.

Et dicam aliquando post alios in l. stipulationes non diuiduntur, in primo notabili, j. de verb. obl.

Secundò aduerte ad conclusionem Bar. quia si ex alio posset dici facta pupillaris, non ex eo impediretur, q̄ dictum fuisset, bona mobilia & immobilia, immo & si de vna tantum re mentio facta esset, posset habere locum pupillaris, q̄ ex alio constaret, testatorem voluisse pupillariter substituere, arg. l. j. si ex fundo, §. tit. i. & probatur in l. coheredi. §. si. j. eod.

Verum placet mihi dictum Bar. & in se videtur verum, quia non constat quod voluerit facere pupillarem, & quia de bonis suis loquutus fuit, non autem ex eo solum q̄ fuerit dictus bona mobilia & immobilia.

Et fortius dicerem q̄ Bar. & Doctor. idem esse, etiam si dictus fuisset, omnia bona mea, vel tota mea hereditas, vel quid simile. Nam etiam tunc respectu hæreditatis pupilli dicitur facta substitutio in re certa, cum ille posset habere amplum patrimonium extra bona patris, sic igitur erit fideicommissum vniuersale de oib. bonis patris, & non substitutio pupillaris. Et hoc nota, quia nemo tangit. Facit quod ipsemet Bar. dicit j. col. mihi 12. in quaestione de compendiosa pro verbum commune in certa re, vult enim ibi quod tunc non fiat pupillaris substitutio.

Fateor tamen q̄ si substitutio taliter fieret, q̄ aliunde constaret, testatorem voluisse pupillariter substituere, esset pupillaris, puta, si dixisset, si in pupillari ætate decesserit, s̄m vnam opinionem. Nam tunc pronomen illud, mea, nō impediret, iuxta Doct. Bar. in l. si ita. §. qui filio, j. de bon. poss. secundum tab. vt etiam s̄. dixi. Nec etiam impediret expressio mobilia & immobilia, vt modo dicebam, & proret alias consulti apud Catalonia, vt s̄. retuli.

Et ex his habes disculsa omnia dicta Bar. hic. Reliqua dicta aliorum uide per eos, quæ gratia breuitatis dimitto.

Format modò Bar. circa hanc tertiam quaestione principalem quinque quaestiones.

Et prima est. Quid iuris sit, si in substitutione dicatur, filio impuberi substituo, nunquid. l. per illud verbum impuberi, videatur solum facta pupillaris, vt per eum? Et ex eius dictis ceteris dimissis) facias duas principales conclusiones.

Prima sit, quod si uerbum, impuberi, adiiciatur verbo, substituo, & sic uerbo dispositio, non dicitur restricta substitutio ad pupillarem ætatem, & sic dicitur comprehensa etiam fideicommissaria. Ratio est, quia tunc uerbum, impuberi dicitur prolatum gratia demonstrationis, arg. l. Mela, in prin. j. de alim. leg. facti. quidam testamento, in prin. j. de leg. 1. quam allegat Ias.

Ista conclusio de plano procedit secundum eum, q̄ pater habet plures filios. Nam tunc bene conuenit, ut dictio impuberi stet demonstratiue, vt. l. constat, q̄ substitutio sit facta ei, qui est impubes, & non alteri. Verum si eum solum habet, conclusio ista videtur dubia, quia tunc talis demonstratio esset inanis, & nihil posset operari, cum satis fuisset dicere filio meo substituo. Nam cum sit unicus, de eo absque dubio intelligeretur, sicut de extræ redatione dicitur in l. 2. §. de lib. & posth. cum similibus. Vnde vt, vt uerbum, impuberi, non sit superfluum (prout esse non deberet per iura vulgaria) q̄ substitutio dicatur restricta ad pupillarem ætatem, sed tñ Ias. non audet hoc firmare. Et ideo etiam hoc casu tenendo conclusionem Bar. ad argumentum respōdet, q̄ aliquando toleratur, ut quid demonstrationis causa sit dictum, & nihil operetur, ut l. si. §. Titia, de liberati. leg. vt per eum.

Tu circa ista aduerte, primò, quia, etiam si habeo plures filios uerbum impuberi, posset dici superflue positum, si fiat mentio nominis proprii, puta Scio filio impuberi. Et ita communiter solent filij per nomina propria demonstrari.

Secundò etiā aduerte quia (prout etiam nouissimi dicunt) q̄ q̄ plures habeo, magis videtur q̄ uerbum, impuberi, restringat substitutionem ad etatem impubertatis. Nam cū alij filij sint maiores, & in dubio credatur eadem paterna affectio in omnes, certè si illi impuberi pater cogitasset et fideicommissaria facere post pubertatem, uerò simile est q̄ eandē facere uoluisset alijs. Vñ cum eaz nō fecerit, vt, q̄ etiam filio tunc impuberi eā facere noluerit & sic q̄ substitutio ei facta per uerbum impuberi, dicatur restricta.

Posset tñ fortasse quis ad hoc respondere, quod de hoc nō est querendum, cum uerba uideantur satis clara, & per consequens voluntas patris, quæ ex uerbis sumitur. Et dicemus quod pro ratione differentie inter filium & filium sufficit uoluntas testatoris, quæ uelut lex seruanda est. §. disponat, in Auth. de nup. Et certè uerba illa, impuberi filio, cum semper sint eadem ex se, nō magis restringunt ad etatem pupillarem q̄ sint plures filij, quam quando sit unus. Et ideo vt idem dicēdū tñ in uno casu q̄ altero.

Igitur tertio aduerte & considera, quod in quolibet casu ut distinguendum, quod aut apponitur in substitutione uerbum aliquid, quod, importans tractū tēporis in futurum, puta, si decesserit sine liberis, uel quicquid decesserit & substitutio non erit restricta per

per verbum impuberi, & sic valebit etiam post pubertatē iure fideicommissi. Et verbum illud, impuberi, tunc stabit demonstratiue. Quod etiam volunt nouissimi, qui tamen dicunt, quod immo et tunc verbum illud operabitur, quoniam ex eo inducitur, quod infra pubertatem sit pupillaris. Hoc tamen mihi non placet, quoniam pupillaris dicitur eo casu facta ex regula firmata in precedenti quaestione, quae procedit, etiam si non sit dictum, impuberi: sed simpliciter dicatur, quodocumque decesserit, substituo. Immo plus dicam, quod si ex illo verbo, impuberi, solum diceremus esse factam pupillarem, substitutio ad etatem illam esset restricta, & non valeret postea ut obliqua, quia tunc esset expressa pupillaris, quae fideicommissariam non continet. Aut in substitutione non est appositum verbum habens tractum temporis, sed simpliciter dicitur, filio impuberi substituo. Et tunc non continebitur fideicommissaria, sed tantum erit vulgaris, vel pupillaris secundum doctrinam, quam Bar. paulo inferius ponit in versiculo Secundo oppono ad praedicta. Qua praesupposita ita dicendum est, sed tamen an talis doctrina de iure procedat, ibi videbimus in sequenti lectione.

269 Secunda conclusio Barto. est quod si verbum, impuberi, adiungatur verbo executio, puta impuberi succedat Gaius, vel bona impuberis deueniant in Gaium, substitutio dicitur restricta ad etatem pupillarem, & sic non continebitur fideicommissaria post pubertatem, ea ratione, quia qualitas impubertatis debet esse tempore successione, vel quo, bona veniunt ad Gaium, argumen. l. in delictis. §. si extraneus, supra de noxal. cum alijs allegatis per Barto. cum quo transeunt Doctores, ut hic per Moder. Nec obstat, quod alias in substitutionibus fiat latissima interpretatio propter quod nostri Senens. in tractatu compendiosa dicunt, quod etiam isto casu comprehenderetur fideicommissaria. Quoniam respondetur, quod id non procedit respectu fideicommissariae, quae dicitur onus. l. cohæredi. §. cum filia, infra eod. & notatur in l. ex tribus. C. de inoffi. testamen.

270 Et tunc caue, quia communiter hic in lectione Barto. reperiuntur quaedam verba superflua, quae scias delere, & sunt illa (licet demonstrationis causa sit adiectum) sunt enim ista verba aliena a mente Barto, qui vult, quod isto casu verbum, impuberi, disponat, & non stet demonstratiue. Et in hoc differt iste casus a praecedenti secundum Barto. ut per te cognosces.

Sed circa istam conclusionem & praecedentem aduertendum est, quia tunc differentia Barto. inter verbum executiuum, & dispositiuum, non videtur vera. Nam tunc verbum, importans tractum temporis, apponitur, & semper continet fideicommissariam, licet verbum, impuberi, regatur a verbo executiuo, vt probatur in c. Raynuius, extra de testam. & dicit hic Barto. in versiculo fallit si ponatur. Aut tale verbum non apponitur, sed simpliciter fit substitutio, & tunc non potest importare fideicommissariam, etiam quod regatur a verbo dispositiuo, iuxta doctrinam Barto. infra in sequenti quaestione, in 2. oppositione. Et verè si doctrina illa est vera, ista differentia Barto. non potest subsistere, & Barto. videtur sibi ipsi contrarius. Nouissimi saluant Barto. hic, & eius differentiam quando verbum importans tractum temporis, non adicit. Nam tunc verbum, impuberi, adijciatur verbo dispositiuo, non erit restricta substitutio ad pupillarem etatem, quia vulgaris poterit habere locum, etiam si pubes factus repudiet. Non sic si verbo executiuo, quia tunc etiam vulgaris esset restricta ad pupillarem etatem, adeo quod si maior factus, repudiaret, non esset locus vulgaris.

Tu primo dicas, quod ex hoc non saluatur Barto. quia ipse loquitur tantum respectu substitutionis fideicommissariae, nec ista in sua differentia habuit aliquem respectum ad vulgarem.

Secundo etiam dicas, quod nec dictum istorum videtur in se verum. Nam si fiat expressa & specifica pupillaris, dicitur virtualiter facta, etiam vulgaris, quia substitutio, casu vulgaris adueniente, ad illum porrigitur. Iam hoc iure, in prin. supra eod.

Et ista vulgaris sic tacite facta, non extinguitur pubertate instituti, sed durat donec hereditas non adeatur, vt est doctrina Barto. communiter approbata in l. i. col. 8. & 9. §. eo. Ita ergo erit in casu isto, quod dictum fuit filio impuberi succedat Gaius, quia etiam tunc videtur facta expressa pupillaris, cum solum per eam succedatur impuberi. Nec respectu istius vulgaris substitutionis sunt consideranda verba testatoris, cum illa subaudiatur a lege praeter omnem vim verborum solum ex eo, quia si testator talem casum futurum cogitasset, verosimiliter prouidisset & vulgarem fecisset.

Et ex his contra Barto. & alios formari potest, quod in proposito nostro nulla est differentia inter verbum executiuum & dispositiuum, sed solum differentia est, an apponatur verbum importans tractum temporis, an non. Vt primo casu fideicommissaria dicitur facta, secundo vero secus, vt ex praedictis constat. Et in secundo casu non valebit substitutio post additionem & maiorem etatem, non ex eo, quod fuerit dictum, impuberi succedat, vel substituo sed quia non fuit adiectum verbum aliquod importans tractum temporis, & sic differens substitutionem post pubertatem.

Et sic rectè considerando illud verbum, impuberi, nunquam

videtur aliquid operari, quoniam idem esset, si solum dixisset testator, filio meo substituo, vel filio meo succedat. Et hoc dico stante Doctrina Barto. praallegata in d. 2. oppositione de cuius veritate ibi videbimus.

273 Quærit secundo Bar. tunc an compendiosa, facta per verbum commune, contineat vulgarem? Et respondet, & opponit, vt per eum, ex cuius dictis collige quinque conclusiones.

Prima est, quod compendiosa, quae continet pupillarem, continet effectum etiam vulgarem. Et sic tacita vulgaris dicitur contineri in expressa pupillari, nedum quando illa specificè facta fuit, & sic est omnino expressa, sed etiam quando est expressa uerbis generalibus, quod est quando comprehenditur in compendiosa, iuxta declarationem Bar. in l. i. in 2. q. supra eod. Et fuit dictum supra in quarta oppositione.

Et hic aduerte, quia ex hoc sequitur quod vulgaris isto casu duplici respectu videtur considerari, uno ut est dictum, alio ueluti sub generalibus uerbis compendiosa.

Et primo respectu dicitur omnino tacita, secundò dicitur expressa uerbis generalibus. Quod Iaso. intelligit, quod in substitutione non fieret particularis mentio pupillaris etatis. Puta, si dicatur, si decedat sine liberis, vel quicumque decedat. Sed si dicatur expressè, si in pupillari etate decesserit, tunc vulgaris solum considerabitur, uti in expressa & specifica pupillaris. Et utilis est inuestigatio per matrem testatoris, iuxta notata per gl. in l. fi. C. de inst. & subst.

Nouissimi reprobant Ias. dicentes quod etiam isto casu consideratur vulgaris utroque respectu, & sic etiam, tanquam comprehensa, propter generalitatem uerborum.

Et quanquam ex commemoratione mortis in pupillari etate constet, quod uoluerit facere pupillarem, tamen non sequitur quod in generalitate uerborum non comprehendatur et vulgaris, vt per eos.

Tu considera quod forsasse neuter bene loquitur. Nam, si ponas, quod ex generalitate uerborum compendiosa dicitur facta vulgaris, credo quod non possit considerari tacita vulgaris, vt in expressa pupillari, cum ipsa vulgaris iam sit facta, & dicatur expressa uerbis generalibus, vt sic a testatore & per uerba eius facta dicatur. Vbi enim aliquo modo reperitur facta substitutio per testatorem, tunc per legem non inducitur l. cum ex filio. §. i. infra eod. Itaque placet, vt vno tantum modo dicatur facta vulgaris, seu vno respectu tantum contineatur, videlicet tanquam comprehensa in compendiosa, tamen si Bar. hic contrarium videatur sensisse.

274 Secunda conclusio sit, quod tunc compendiosa facta per uerba obliqua, non continet vulgarem, nec etiam pupillarem, sed est omni tempore fideicommissaria. Cum Barto. transeunt Doctores. Et videtur tex. in l. cohæredi. §. cum filia, §. eo. Et ratio huius conclusionis est, quia uerba obliqua repugnant vulgari, & directæ substitutioni. Tum quia in uerbis obliquis vt praesupponi, quod haeres adierit, & sic restituere possit, quod repugnat vulgari. l. post aditam. C. de impuberi. & alijs substit. Et hoc sentit Bar. dum allegat l. a quo. §. si de testamento, infra ad Trebell. Tum etiam, quia talia uerba important, quod quis capiat de manu alterius, quod et repugnat vulgaris, cum per eam quis directò ueniat, & propria auctoritate capiat. Seruando ergo uerbis prolatis (a quorum significatione in dubio recedendum non est l. non aliter, in prin. ff. de le. 3.) dicendum est conclusionem Bar. de iure uerissimam esse, quod dixerit Dec. in d. l. precibus, col. 1. o. & Rui. hic, qui uoluerit, quod immo compendiosa, licet per uerba obliqua facta fuerit, comprehendat vulgarem, quorum opinionem retuli & reprobaui §. in in q. principali, quam facit Barto. de uerbis obliquis.

Limitatur ista conclusio, ut procedat, nisi euidenter constaret quod testator uoluit directè substituere, quia tunc uerba obliqua impropriantur ad saluandam testatoris uoluntatem iuxta Doctrinam Bar. in l. quærebatur. §. de mil. test.

Istis adde quod aliquando substitutio, de se mere obliqua, ualet ut directæ. si speciali fauore libertatis, quando scilicet obliqua non potest habere effectum, vt est tex. in l. neque. in fina. infra de mil. test. & in l. Antoninus, §. de fideicom. libertatib. Et nota, quia non dico quod eo casu obliqua contineat vulgarem, ut dicebat hic Ias. qui in hoc malè loquitur, prout etiam nouissimi aduertunt, sed quod fideicommissum, (quod constat esse nullum) conferretur ut vulgaris substitutio. Et ita est de intentione Patris & domini mei Soc. in l. j. mihi col. si. §. eod.

Tertia est conclusio, quod tunc compendiosa facta per uerbum commune continet vulgarem, per rationem Barto. cum quo transeunt Doctores. Et ultra fundamentum Barto. de generalitate uerborum, probatur ista conclusio, quia si in pupillari contineatur vulgaris, ut Doctores dicunt, ubi uerba repugnare uidentur, fortius continebitur in compendiosa, in qua uerba non repugnant.

Praeterea probatur per argum. a uerosimili. Nam quod in compendiosa pupillo prospexit per pupillarem, & et suæ uoluntati quoad fideicommissum, uerosimile est, quod et, si prospexit quoad ius hereditarium, ut sic haeredem habeat ex testò, quod quid honoris reputatur. Contrarium tamen Doctores, quod immo in tali compendiosa non contineat vulgaris, tenuerunt nisi Moderni Senens. Mar. Soc. Iun. Prima Pars. O 4 ses

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

ses in tractatu cōpendiosā substitutionis, in l. col. & etiam in l. 2.

Mouentur, quia illa verba, quando cunque, vel sine liberis, decesserit, cum habeant tractum in futurum, videtur operari tantū secundum casum substitutionis, videlicet quando contingat euz mori post aditam, quod proprie dicitur cōditio substitutionis facta in secundum casum, iuxta d. l. precibus. Vulgaris autem dicitur primus casus, qui per non additionem verificatur & aditione expirat l. post aditam. C. co. Vnde cum substitutio facta sub conditione mortis, videatur dilata post aditam, nō videtur, quod casus ante aditam, & sic vulgaris, contineatur. Et ita tenendo nō obstant allegata pro communi opinione, quia secundum eos nihil est, quod vrgeat. Nam dum primo dicebat Barto. quod verba in eorum generalitate, vulgari non repugnant, sed conueniunt, respondent hoc esse falsum, quia immo sermo prolatus, & post aditam relatus, repugnat vulgari, cum in eo solum videatur cōsiderata cōditio mortis, vt dictum est.

Ad secundum respondet, negando quod sub pupillari contineatur vulgaris, licet omnes contrarium teneant. Et hoc ipsi plene dixere in tractatu pupillaris in s. q. principali, vbi multifariam respondent ad dict. l. iam hoc iure, in princ. supra eodem in qua fundatur communis opinio & ego inferius dicam.

Ad tertium, cum ipsi illud non cogitauerint, nec etiam alius faciat, non respondent. Vnde si prædicta disputando tenere velles respondeas, quod immo verosimilitudo videtur in contrarium, quia cum secundum ordinem iuris prius occurrat considerabilis primus casus, & testator eo dimisso disponat in secundum casum, videtur quod in primo disponere noluerit, argumento l. cū prætor, in princ. supra de iudic. cū similibus.

Ex istis tamen licet subtilia videantur, nō puto aliquo modo recedendum a communi opinione, quam ego credo verissimam per fundamenta de quibus supra, quibus (ni fallor) nō fuit recte responsum. Nam dum Moderni prædicti dicunt, quod sermo prolatus repugnat vulgari, aduertendum est, quia quatenus sermo differtur post aditam hæreditatem, verum est, quod repugnat vulgari: sed dico non esse verum sermonem illum solum referri ad casum siue tempus post aditam, quia immo etiam ante aditam ante mortem testatoris, & etiam ante testamentū referri, & verificari potest, prout optimè dixit hic Bar. qui de tali difficultate videtur perpensisse. Extat itaque fundamentum Barto. & aliorum solidum & firmum, vt scilicet vulgaris incompendiosa comprehendatur. Quoniam etiam ad eius casum verba referri possunt.

Et ex hoc sublatum est totum fundamentum nostrorum Modernorum, vt recte consideranti patebit.

Non obstat etiam responsio data ad secundum fundamentū, quia primo dici posset, eam non esse admittendam, eo quod sit contra omnes Doctores.

Secundo etiam dico eam in se esse falsissimam, quia verissima est communis opinio, quod facta expressa pupillari dicatur virtualiter facta etiam vulgaris, hoc est, quod ad eam porrigitur substitutio pupillariter facta, vt statim ego ostendam.

Sed tamen pro nunc concedendo quod in pupillari vulgaris non contineatur, vt isti nostri Moderni volunt, dicam illud esse, quia verba expressæ pupillaris omnino videtur vulgari repugnare, & iure cautum non legitur secundum prædictos Modernos. Sed in casu nostro si fiat compendiosa, verba (vt dictum est) nō dum non repugnant, sed eam patiuntur. Et sic si expressa lege hoc non caueatur, ratione tamen dicitur cautum, quod idem est. l. cum ratio, in princ. infra de bon. damna.

Et ex his constat, non bene fuisse responsum ad tertium fundamentum, quod vere vrget. Dico enim, quod immo testator in vtroque casu sibi prospexit propter generalitatem verborum in compendiosa expressorum.

Et per prædicta dico quod conclusio supra posita & communiter firmata, est vera, & procedit etiam tenendo, quod in expressa & specifica pupillari non contineatur vulgaris, siue quod ad eam substitutio pupillariter facta non porrigatur.

Verum, quia semper mihi vita est verissima illa communis opinio, quod immo talis substitutio ad vulgarem, seu eius casum porrigatur, sicut e contrario contingit, quicquid prædicti nostri Moderni dixerint, cum quibus de hoc aliis non mediocriter contēdimus placet vt de ea dispiciamus.

Fundatur itaque illa communis opinio lege primum, deinde ratione.

Nam pro ea primo videtur text. in l. iam hoc iure, in princ. supra eod. & est clara inductio.

Secundo, hoc apertius probat illa l. in §. fin. vbi expressè ponitur, quod fuit facta expressa pupillaris, & dicitur vtrunque casum, & sic etiam vulgarem esse comprehensum.

Item adducitur pro ea optima ratio. Nam sicut expressa vulgaris porrigitur ad pupillarem, de quo nullus dubitat, & probatur, in l. quamuis, C. co. cum similibus. Ita & per contrarium dici debet, cum sit eadem ratio, illa scilicet quia lex interpretatur, quod si testator illum casum euenturum cogitasset, vti que, & in eo prospice-

xit, eundem substitutum vocando, quem in expresso vocauit.

Contrarium tamen (vt dixi) solus ille tenuit in d. s. q. motus vt credo, quia ille non dicit, propter repugnantiam verborum. Cum enim in pupillari dicatur, si hæres erit & in pupillari etate &c. Insti. de pupil. substi. in princ. videtur omnino exclusus casus, quo ille non sit hæres.

Nec dicas quod eodem modo verba vulgaris repugnant pupilla, 277 ri, quia dico quod non tā apertè & necessariò repugnant, cum pupillaris etiam non hæredi fiat. §. non solum. Insti. eo. Et facta hæredi aliquando conseruatur illo non aduente, modo alius fiat hæres de quo videndū est in l. si filius qui patri, §. eodem. Et pro ista opinione facit l. illam. C. de collatio. & c. si is qui. de sent. ex com. lib. 6. & §. consideremus. in Authen. de trien. & semif. dum in eis dicitur, quod erubescimus sine lege loqui. Nam nullibi cauetur quod vulgaris in pupillari, contineatur. Et hoc virtualiter est fundamentum eius.

Nec obstat d. l. iam hoc iure, in princ. Qui secundum eum debet intelligi tantum, quando fuit facta vulgaris.

Primo quia ita ex alijs iuribus suadetur, quæ non sine ratione loquuntur tantum in vulgari, vt d. l. quamuis. C. eod. cum similibus, ille enim sensus legis sumi debet, qui per alias leges declaratur, Barto. in d. l. in ambiguo, &c.

Secundo (quod apertius dicit) qui statim sequitur exemplū, quando facta vulgaris. Dicit enim siue filius hæres non erit &c. Exempla enim declarant regulam per iura vulgaris.

Nec secundo obstat §. si d. l. iam hoc iure, quia primo respondet ipse quod illud procedit ex eo, quia alteri filio iam facta erat vulgaris, quæ in persona impuberis nō censetur postea repetita. Vt secundo responderet, & in hoc facit suum capitale fundamentum quod immo ille tex. probat contrarium, quia statim in versiculo, vel certe euitidæ quæstionis gratia, supra dicta corrigens dicit, quod ad hoc vt in vtrunque casum valeat substitutio, debet specialiter de vtroque disponere, ex quo clarè videtur argui, quod si tantum fiat pupillaris non continebitur vulgaris. Nedum ergo ille §. non obstat huic opinioni, sed ibi videtur casus pro ea.

Nec obstat ratio allegata, quæ non est omnino eadē, quia quæ sit vulgaris, quod contineatur pupillaris, expostulat fauor pupilli, qui sibi non potest prospicere, in casu nostro fauor testatoris qui sibi potest prospicere vnde sibi imputet argum. l. veteribus supra de pactis.

Sed per prædicta (& si colorè videantur habere) nō recedat a communi opinione, quæ (ni fallor) est verissima per fundamenta facta, quibus non fuit bene responsum, nec responderi potest. 279 Nam dum primo dicebatur quod l. iam hoc iure, in princ. debet restringi quando fuit facta expressa vulgaris, est expressè contra generalitatem illius legis. Nam cum dicit in alterum casum, debet intelligi siue vulgaris, siue pupillaris substitutionis. Sciuit specialiter loqui Iuriscōsultus, si illud voluisset. Nec obstat quod in l. quamuis, & in l. hæreditatem. C. eod. solum ponat de substitutione, quæ porrigitur ad pupillarem, quia ex eo non debet restringi generalitas d. l. iam hoc iure. De eo enim casu Imperator in d. l. quia ita ei occurrebat, propter facti contingentiam, & de eo dubitabitur. Nec obstat verba d. l. iam hoc iure, ibi, siue hæres non extiterit &c. quoniam nihil profecto obstat. Est enim ibi declaratio generalis dicti, & licet prius ponat de vulgari, non tamen sequitur ergo solum vt facta expressa vulgaris. Nam, si prius de pupillari dixisset, dici posset, quod solum præsupponeret factam expressam pupillarem. Necessè ergo erat in ea declaratione prius vnum, post alterum casum ponere; & placuit præponere de vulgari, & quidem conuenienter, cum illa sit primus casus, vt lege precibus. C. eodem.

Et sic remanet per principiū d. l. iam hoc iure, immobile fundamentum pro communi opin.

Secundo non bene respondet ad finem d. l. vbi pro cōi opinione est casus irrefragabilis. Et dicere, quod ibi cōtinetur eo casu repetita vulgaris in persona maioris iam facta, merum somnium est. Primum, quia ibi non ponitur ordo testamenti, vt prius. l. debeat fieri vulgaris, puberis; & secundo pupillaris, impuberis: sed tantum dicitur quod eis separatim substitui oportet. Secundo, quia ex eo potius prius videretur dicendū, quia cum iam vni fecerit vulgarem, & alteri non vni, quod nō habuerit animam faciendi, argum. l. cum prætor, de iudic. cum similibus. Videtur ergo ibi in vtrunque euentum facta substitutio ex regula posita in princ. legis, & sic quia in pupillari expressa contineatur tacita vulgaris, non aut per viā alicuius repetitionis. Et ad d. l. præponetur de lega. 2. in qua ille se fundabat, responderetur, quod nihil facit. Ibi. n. præsupponitur constare de intentione testatoris, quod illi substituti etiam in fideicommissis inuicem dicantur substituti. Præterea ibi sunt eadem persone, inter quas reperitur substitutio in fideicommissis, quæ fuerat facta in substitutione pupillari. Hic autem esset repetere in persona vnius substitutionem in persona alterius factam.

Nec etiam conuenit dicere, quod ille tex. se ipsum corrigat, & dicit tollendæ quæstionis gratia &c. refertur ad superiora, dum dicit,

dixit,

dixit, q̄ in pupillari etiam vulgaris continetur, nisi voluntas testatoris refragetur, de qua voluntate semper habenda est consideratio per iura cōia. Et poterat de facili in illo casu dubitari, an illa pupillaris voluerit comprehendere vulgarem? Poterat. n. argui q̄ non ex quo in persona pupilli de ea nihil dixit, & in persona maioris expresse vulgarem fecit. Vnde dicitur tex. in casu de quo ibi ad hanc & similem quæstionem euitandam, specialiter in vtrunque casum &c. vbi autem vnus tantum esset filius impubes, facta sibi pupillaris, etiam vulgarem contineret, seu ad eam porrigeretur, nisi ex alio contraria voluntas testatoris ostendatur. Et plus dico q̄ etiam in casu illo, si sola fieret pupillaris, porrigeretur ad vulgarem, nisi aliud probetur, cum autem quis velit probare deducit in quæstionem voluntatem defuncti, cuius euitandæ gratiæ disponitur vt ibi.

Tertio etiam responsio data ad illam rationem nō procedit. Nam aut intelligis quem non posse sibi prospicere, postquā casus euenit, & ita pater, qui iam decesserat sicut filius, sibi prospicere non potest.

Aut ante casus contingentiæ, & ante mortem patris. Et tūc sicut dicimus q̄ pater poterat sibi prospicere substituendo vulgariter, ita ipse pater poterat filio prospicere faciendo expressam pupillarem. Quando ergo vnum tantum casum expresse substituit siue in primum, siue in secundum, in alterum non prospexit sibi vel filio secundum interpretationem legis, quia non cogitauit illum euenturum. Et si cogitasset dicitur lex, quæ non existisset, & ideo ipsa lex vnum casum porrigit postea ad alium.

Remaneat ergo propter identitatem rationis sicut vulgaris porrigitur ad pupillarem, ita & contra pupillaris porrigitur ad vulgarem: immo vñ hoc fortius dicendum. Nam facilius vñ q̄ vulgariter substituit, cogitit filium posse mori impuberem, cum mors sit nālis, & impubertas plurimum annorum continet cursū, quam q̄ qui pupillariter substituit, cogitit filium non aditurū hereditatē patris, cum illud de raro contingat. Et ex his quicquid dixerit Politus constat communem opinionem esse verissimam.

Quam vltra prædicta ego comprobo per l. paterfamil. primis 280 tabulis, j. eo. vbi ¶ in secundis tabulis (& sic in pupillari substitutione, quæ secundæ tabulæ appellatur, vt l. si filius qui patri 3. eo.) frater testatoris substitutus dicitur postea in vtrunque casum substitutus, & sic etiam in vulgarem. Et ita videtur ibi casus pro cōmuni opinione satis clarus, licet nemo illum text. ad hoc alleget.

Ex oppositione quam facit Bar. ibi 2. oppono ad prædicta col 281 l. i. g. duas conclusiones. Prima est, q̄ si in compendiosa facta per verbum commune, apponantur verba aliqua tractum temporis denotantia, in eo comprehenditur etiam fideicommissaria substitutio, puta si dictum sit, quodcumque decesserit, vel si sine liberis decesserit, ut per Bar.

Pro quo vltra eum allegatur c. Raynut. de test. & l. gñaliter, in prin. C. de inst. & subst. per quem text. ut ibi singulariter notat Aze. probatur, q̄ idem est si dictum sit, si decesserit intestatus. Ita referunt hic Ias. & nouissimi. Adde per eundem text. etiam si dicatur, si sine nuptijs decesserit, nā & tunc cōtinetur fideicommissaria, vt ibi. Oīa etenim verba prædicta dicuntur hñ tractum temporis. Et cum hac conclusione Bar. trāseunt oēs, & est verissima.

Et hoc præcipuum est compendiosæ substitutionis, ut fideicommissum contineat, quod nulli alij substitutioni datur, vulgaris. n. pupillaris, vel exemplaris eam non continet. Et hoc est notū, sed nec est reciproca, licet alias plures contineat substitutiones. Et ratio est ex mēte Bar. hic, quia in istis omnibus substitutionib. et in reciproca non apponuntur verba importantia tractum temporis, sicut in fideicommissaria. Et ita clare dicit Bar. in l. Lucius, col 282 lum. si. j. eo. Et hinc est q̄ ¶ q̄ reciproca miscetur cuz compendiosa, puta si dicam, quodcumque decesserint, eos inuicē substituo, continebitur fideicommissaria. Quod procedit et si sit facta per sonis imparibus, puta puberi & impuberi, quia illa imparitas nō est respectu fideicommissaria, ita voluit Pau. de Cas. in l. in testamento 3. col. C. de mil. test. Vbi plus voluit, q̄ pp istam mixturā reciproce, & compendiosæ, comprehendatur et pupillaris in persona impuberis, licet alter fuerit maior. Quod est valde notabile. Ego tñ hoc nunquam probaui & recordor q̄ alias legēdo d. l. in testamento, reprobaui in hoc Pau. de Cast. sequutus Imo. q̄ vt ibi Pau. refert dñm tenebat, & ita ibi dñs Paul. tenet dominus Ale. Nam licet addatur compendiosa, non tñ tollitur, quin sit reciproca. Et sic ex mēte testantis dēt dici, q̄ in persona vnus non dēt esse vna substitutio, quæ non sit in persona alterius rōne reciprocationis & vnus determinationis. Iam hoc iure, §. j. 3. eod. Vide Soc. qui ita tenet in cons. 290. 2. col. Sed aduerte quia dñs rō nē Bar. præallegatam facit, quia in pupillari vel exēplari, verba ipsa hñ tractum tēporis, puta, si in pupillari ætate, vel in furore decesserit, nam &c. & tñ in eis non continetur fideicommissaria. Sed declarādo dicas, q̄ in cōpēdiosa, verba hñ tractum tēporis ad tps in quo nulla alia substitutio, nisi fideicommissaria, potest hñ locū. In pupillari vero, uel exēplari non sic, sed tñ in tps, in

quo vel pupillaris, vel exēplaris fieri pōt, vnde in dubio semper debet substitutioni interpretari directā, si potest. d. c. si pater. 283 Secunda conclusio sit, quod ¶ substitutio simplex, in qua nō adijcitur verbum aliquod importans tractum temporis, puta Titium, substituo filio meo, non comprehendit fideicommissaria, sed comprehendit solam vulgarem, si fiat maiori, vel etiam pupillarem, si impuberi existenti in potestate. Et per consequens solum dicitur directā substitutio.

Cum Bar. trāseunt fere omnes, vt per Ias. Modernissimos hic. Ita etiam Imol. & alij in cap. Raynutius, de testamen.

Et pro ista conclusione facit primo ratio, quia semper in dubio debet fieri interpretatio, vt substitutio sit directā, pro quo al legatur glo. si. in l. verbis ciuilibus, supra eod. quæ hoc clare non dicit, sed loquitur tantum, quando esset facta per verba directā, & dicatur directā dubia. Sed pro hoc potest allegari regula c. si pater, de testa. lib. 6.

Secundo pro hoc facit l. iam hoc iure, §. 1. supra eo. vbi secundum Ias. est tex. in euitabilis, dum dicit in vulgarem rātum modo casum. Et hanc opinionem sequitur Alexan. in consil. 22. tertia colum. tertio volu.

Contrarium tñ tenet Bald. in l. humanitatis, C. eo. col. 1. i. uer. secundo queritur, volens q̄ immo etiam fideicommissaria contineatur, si post aditam & maior decesserit. Et mouetur, quia verba illa Titium substituo, dicuntur generalia & implicatiua, & possunt multipliciter intelligi etiam per fideicommissum, vnde debent in omnem casum intelligi, cum in testamentis sit faciendā plena interpretatio. Et licet ista opinio Bal. cōmuniter reprobetur, si tamen tu disputando vis eam defendere, forte poteris. Nam, cum verbum, substituo, sit commune, vt per Bart. & omnes, & sic aptum ad fideicommissariam sicut ad directā, non vi deo quid repugnet, cur etiam i. l. in casu suo non comprehendatur. Et licet in sono verborum non appareat importatus tractus temporis, tamē potest dici q̄ ex quo simpliciter dixit substituo, quod exponitur. i. volo q̄ in locum eius ponatur, & videtur q̄ generaliter debet intelligi. s. quodcumque decesserit, & per cōsequens tacite videatur tractus temporis importatus.

Præterea, si ex eo q̄ tractus temporis non exprimitur, non deberet differri, sed tantum respectu præsentis temporis valere, ceterū nec pupillaris contineretur, cum & illa differatur in tempus mortis in pupillari ætate contingentis, & tamen Bart. met. & alij fatentur pupillarem contineri, si fiat impuberi.

Et tenendo cum Baldo, non obstant allegata pro communi opinione. Nam ad primum respondetur, q̄ est verū quando substitutio directā esse potest, & tempore suo, vt in d. c. si pater, sed per illud non tollitur quin ex post possit habere locum fideicommissaria, vbi directā locum habere nō possit. Et in casu c. si pater, fatentur Doctores q̄ si illi decessissent maiores, esset locus fideicommissaria, per cap. Raynutius, extra de testamen. Nec secūdo obstat d. l. iam hoc iure, §. 1. quia respondetur, q̄ ibi loquitur solū respectu pupillaris. Nam cum supra dixerit q̄ qui vno casu ex duobus substituit, videlicet vulgariter, vel pupillariter, in vtrunq; dicitur substituisse, subdit, q̄ si fiat reciproca, idem est si vterque patitur vtrunque casum. Sed si sint impares, quia vnus sit maior, cui pupillaris fieri non possit, in vnum tantum casum, scilicet ex prædictis dicitur facta substitutio, videlicet in vulgari.

Sed dico quod per hoc nō excluditur fideicommissaria: quod suadetur ex ratione, quæ ibi allegatur in ver. incongruens enim videbitur. Nam per fideicommissum incongruum non dabitur, cum vtrique dicatur facta.

248 Nec obstat ¶ dictio taxatiua, tantummodo, quia primo dico vt dixi, quod loquitur respectu directarum.

Vel secundo potest dici, non excludit casum similem, & eandem rationem habentem l. ob as, vbi glo. C. de præd. mino. & l. 1. post princ. supra si mens. fal. mod. dixit. Facit l. illud, iuncta glo. in fi. C. de sacros. eccl. Sed in proposito fideicommissaria est similis, quia vtrique conuenit, ergo &c. Hæc disputando dicta sint per quæ tamen a communi opinione non recedas. Et ad rationem Bal. (licet in specie Ias. & Modernissimi non respondeant) potest responderi, quod non est vtrum, quod ista verba talē substitutio, possint intelligi, etiam per obliquum, quia repugnat præsumpta voluntas testatoris, qui creditur accepisse verbum in sui potiori significatione, argu. l. 1. §. 1. supra si ager vestig. vel emph. pet. & §. sed quoties Insti. de iure nat. gent. & ciuili. Et per consequens tantum in sensu directo.

Erit ergo tantum vulgaris, vel pupillaris, si pupillo fiat, vt dicit Barto. & etiam exemplaris, si furioso facta esset, quæ omnes sunt directæ, non autem erit fideicommissaria per prædicta, ita Dec. in consil. 205. nu. 6.

Aduerte tamen ad vnum, quia quando Bart. dicit, q̄ ista substitutio non dicitur compendiosa, videtur male loqui, si ponas q̄ sit facta filio impuberi, vel etiam furioso. Nam cū tūc contineat plures substitutiones debet dici compendiosa, per ea quæ diximus supra circa distinctionem compendiosæ.

Demum

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

Demum Modernissimi mouent difficultatem, quam dicunt ar
285 duam, videlicet si an contineatur fideicommissaria substitutio
si testator dicat, haeredi meo si decesserit, substituo, vel post mor-
tem eius substituo? Et certe ex intentione Bart. hic (prout ipsi
dicunt) uidetur quod non, cum non sit appositum uerbum, qua-
documque, vel sine liberis. Idem etiam uidetur uelle Bartol. su-
pra in l. nostra in precedenti q. & alibi, ut Modernissimi referunt.

Et pro ista opinione facit, quia in praedictis casibus non uide-
tur adijci uerbum importans tractum temporis, sed uidetur sim-
pliciter facta: igitur fideicommissaria non debet comprehendi,
per ea quae supra dicta sunt.

Sed in contrarium facit, quia cum per illa uerba, si decesserit,
vel post mortem, constat, quod testator uoluit substitutum admitti,
mortuo instituto simpliciter & indefinito, mors autem potest
tingere, etiam post aditam hereditatem, & maiorem aetatem, quo
tempore sola fideicommissaria potest habere locum ergo uide-
tur, quod illam et facere uoluerit. Ita arguunt Modernissimi. Et istam
partem uidentur tenere Alex. & Corn. in l. in testamento. C. de
test. milit. Alex. in consi. 22. 3. vol. 3. col. Soc. in consi. 113. cum alijs
adductis per Modernissimos. Et ut ipsi dicunt, uidetur importatus
tractus temporis, merito &c.

Modernissimi tandem distinguunt, quod aut talis substitutio fit
pupillo, cui pupillaris fieri potest, & importatur fideicommissaria,
& ita procedat prima opinio.

Aut fit ei, cui non potest fieri pupillaris, & tunc contineatur
fideicommissaria, & ita procedat secunda opinio, ut per eos.

Tunc. n. ex quo post aditam hereditatem alia substitutio locum
habere non possit ex morte instituti praeter fideicommissariam,
ne frustra d. uerba & mentio mortis facta sit, dicendum est, quod
fideicommissaria contineatur, ut ipsi dicunt, per quos laus ui-
deas. Et tenendo istam distinctionem, quae plurimum habet ratio-
nis, adde circa primum membrum, quod idem erit, si exemplaris
fieri possit, cum & illa ex morte sumat effectum, sicut pupillaris
quia nec tunc fideicommissaria contineatur.

Ego considerabam primum, quia si quis teneret opinionem Bart.
286 ferè omnes, de qua modo dixi, ut fideicommissaria contineatur,
et si simpliciter dicatur, filio meo Titium substituo, fortius in
casu nostro hoc dicendum esset. Cum propter mentionem mortis
uideatur magis habita consideratio de fideicommissaria. Secundo
confidera, quia et tenendo Bart. secundum commune op.
adhuc uidetur posse dici indistincte, quod secunda opinio, de qua s.
in casu nostro, sit uerior, videlicet quod fideicommissaria contineatur,
et quod fiat pupillo, uel furioso. Et moueor, quia cum per illa
uerba fiat substitutio sub conditione mortis, non limitatio aliquo
tempore uel cal. u. clarè uidetur quod importet tractus temporis, quo-
uisque uerè moriatur: igitur debet contineri fideicommissaria,
etiam quod fiat pupillo, uel furioso, cum & ipsi post minorem aetatem,
uel post recuperatam sanitatem, mori possint.

Nec uideo cur hoc magis sit dicendum, si dicatur, si sine liberis
decesserit &c. quia si simpliciter si decesserit: cum eodem modo tractus
temporis importetur, licet primo casu mors requiratur qua
lificata. sine liberis, sed re spectu dilationis & tractus temporis
in futurum nulla est differentia & in ueritate Ale. in d. l. in test.
& Cor. ibi & alij plerique allegati per Modernissimos ita uidentur
loqui, quod institutus erat capax pupillaris, secus quod non erat.

Igitur concludendo, teneo, quod semper fideicommissaria contineatur,
etiam quod fiat impuberi, & ita uidetur tenere Barto. in
praeced. q. in primo membro si rectè aduertatur.

Nec obstat, quod ipsi dicunt, quod eo casu satis uidetur, si illa uerba
in pupillari, verificentur, attento maxime quod in dubio substitutio
debet interpretari directa. Quod responderetur, quod imo
si contingat, eum mori maiorem non est satis. nam dabitur quod
impletur conditio substitutionis, quia. si ille est mortuus, & tamè
nulla esset substitutio. Fateor tamen quod infra pupillarem aetatem
si decesserit, uel in furore, quod non erit fideicommissaria, sed
pupillaris, uel exemplaris, quia in dubio debet substitutio interpretari
directa, scilicet quando potest, ut illo casu, sed si moritur
maior uel sanè mentis, non potest directa interpretari, ergo &c.
Cogita tamen.

Ex sequenti q. Bar. quando fiat in re certa per uerbum com-
286 mune, colligitur conclusio quod uerbum commune, adiectum
certe rei, uel quantitati, non trahitur ad uniuersum, & sic non
continet illa substitutio pupillarem, sed dicitur particulare fideicommissum
in re illa, uel quantitate. Unde licet filius moriatur impubes
substitutus tamen non capiet omnia bona impuberis, sed solum
illam. Cum ista conclusione Bar. transeunt communiter Doct.

287 Ampliatur tamen primum praedicta conclusio, ut procedat etiam, si
fiat per uerba directa, non tamen ciuilia, puta, talis accipiat talez
rem. Ita concludit s. Bar. 5. colum. in fin. ubi dixi. Nec huic ampli-
ationi obstat. si pater, de testam. lib. 6. Quonia (ut ibi dixi post
alios substitutio facta filiae non fuit restricta ad re certam, licet illa
esset in certa re instituta. Ita rñdet Imo. in c. Raynut. & alij sequuntur.
Immo fortius dici potest, quod procedat etiã si per uerba directa

ciuilia, licet Bart. ubi supra contrarium tenuerit, ut ibi dixi, ubi
pluribus modis respondetur ad l. coheredi. §. si. infra eo. in quo se
fundabat Barto. uide que ibi dixi.

Secundo ampliã conclusionem Barto. hic, quando scilicet fit
per uerbum commune, ut procedat etiam, si fiat sub commemora-
tione mortis in pupillari aetate contingentis. Ita clare dicit hic
Bar. dum notat suam conclusionem ad questionem. Et hoc nota
quia saepissime contingit.

288 Si tamen ergo filiam instituo in re certa, puta in mille ducatis, uel
in tali fundo, & si decesserit in pupillari aetate, uolo quod res illa de-
ueniat ad talem, non dicitur facta pupillaris substitutio, sed ut
dixi, dicitur particulare fideicommissum, & cum Bar. transit Alex.
hic col. 30. & refert quod ita tenet Salic. in d. l. precibus. Et pro ista
opinionem saepe consuluit Bal. ut habetur in consi. 170. primo vol.
& in consi. 296. quarto vol. & in consi. 121. in quinto vol. & alibi
saepe. Ita etiam consuluit Alex. consi. 252. in fi. 6. vol. Corn. in col.
40. secunda col. 3. vol. & 94. primo vol. Sic etiam consuluit Soc.
noster in consi. 117. in 4. vol. tertia col. Et hanc opin. tenere uideat
Philipp. Franc. in d. c. si pater. 54. col. ver. quinto queritur.

Et pro ista opinione facit, quia cum testator disponendo se re-
strinxerit ad certam rem, & ita substitutionem limitauerit, non
uidetur eius mens, quod ultra habeat substitutum, iuxta l. in agris,
de acquir. rer. domi. & l. cum praetor, §. de iud. dicitur ergo iste ta-
lis uocatus ad certam re sub conditione, si filius impubes decessat.
Nec obstat, quod uerba, si in pupillari aetate &c. uideantur quasi for-
ma pupillaris. Quonia respondetur, quod procedit, quando cetera
pupillari conueniunt, sed si dispositio in se repugnet pupillari,
ex illis uerbis non ita arguitur. Ita probatur clare in d. l. coheredi.
§. cum filia, ubi propter repugnantiam uerborum non dicitur
pupillaris, & tamen erat dictum, si in pupillari aetate &c. Et ista opin.
disputando mihi uidetur sustentabilis, & in consulendo etiam
& iudicando est bonis auctoritatibus roborata.

Contrarium tamen tenuit Bal. in d. l. precibus, sibi ipsi contra-
rius, uolens quod immo sit pupillaris: quia per illa uerba, si in pupillari
aetate &c. arguitur, quod ita testator uoluerit, prout elegit uult
gl. magna in fin. d. l. precibus, & istam partem uidetur tenere Bar.
sibi contrarius in consi. 8. ubi allegat d. glo. Ita etiã dixit Pau. de
Cast. in l. 1. 2. col. supra eodem: quem ibi sequuntur Aret. Soc. noster
& alij. Et dicunt ibi Aret. & Soc. quod alijs illa uerba frustra
dicerentur apposita contra l. si quando, de lega. 1. Hoc idè tenet
Aret. consi. 155. decima col. & Mathaeus. notab. 149. & Corn. col.
138. in secundo dub. 3. vol. Idem Politus noster in tractatu copè
diolæ 10. col. & idem Modernissimi hic tenere uidentur col. 61.
Et hanc opin. uidetur firmare Bartol. in l. si ita §. qui filio de
bon. pos. secun. tab. Nam si dico, bona mea, prout ibi loquitur
Bart. dispono de re certa, respectu hereditatis pupilli, ut per Ale.
in l. 3. col. 2. supra eod.

Et pro hac opinione, facit, quia semper in dubio debemus in-
terpretari, quod pater substituendo pupillo, faciat pupillarem, si uer-
ba & persona patiantur, d. c. si pater. Attento maxime quod pupillo
fit fideicommissum uero dicitur onus, & alijs in dubijs benignio-
ra sunt praefenda, l. semper in dubijs. de regu. iur. Et secundum
istam opin. in terminis alijs consului pluribus alijs rationibus;
de quibus ibi. Pro qua etiã facit Doctrina Bal. in l. cum dorem,
C. de iud. de qua supra memini.

Et eam tenendo, non obstant allegata in contrarium, quia licet
ex certa rei expressione arguatur, quod noluerit pupillariter sub-
stituere, tamen contra per illa uerba, si decesserit in pupillari aetate,
arguitur, quod uoluerit ea facere, unde dico, quod ex his duabus
presumptionibus, illa debet attendi, quae est potentior & beni-
gnior, ergo &c. vna. n. presumptio tollit aliam, ut traditur in l.
diuis, supra de in integ. rest.

Non obstat d. §. cum filia, quia ibi uerba fuerunt obliqua, & sic
non patiebantur in sui significatione sensum directum, sed nos
loquimur, quando uerba sunt communia.

Cogita super praedictis, quia articulus est ualde dubius nec fa-
cilè colligi potest, quae sit maior opinio. Et ita esset quod pro amico. Et
ubi uolueris tenere cum Bar. hic, de facili tollentur allegata in con-
trarium, negando quod ex illis uerbis, si in pupillari aetate &c. pro-
betur concludenter, quod uoluerit facere pupillarem, sed dicam
quod uoluit fideicommissum adijcere conditionem talem, sicut dicitur
in d. §. cum filia: & hoc modo non erit superflua, licet Aret.
& Soc. illud dixerint, ut supra retuli.

Dici ergo potest, quod uoluntas ex his certis uerbis declarari de-
bet, & per consequens cum tantum de re certa dispositum, ut ne-
cessario inferri, quod noluerit uniuersaliter disponere, cum uer-
ba de se omnino repugnent. Et licet uerbum cõc, quo fit substitutio,
possit trahi ad utrunque, & in dubio debeat trahi ad directum,
& ad benigniorem sensum, per s. alleg. tñ dici potest, quod illud pro-
cedit uerè in dubio, & quado uerba patiuntur: sed dico quod non
sumus in dubio, sed clare constat, quod testator tantum uoluerit
de re certa disponere: unde omnia alia debent uoluntati aptari,
cum necessario contrarium non importent. Igitur cogitabis.
Ex

Ex sequenti questione Bart. quando scilicet fiat substitutio in certa portione colliguntur duae conclusiones.

289 Prima fit, quod compendiosa substitutio de tota hereditate, distributa tamen per quotas inter plures personas, infra pupillarem aetatem, dicitur pupillaris directa. Et licet quisque illorum solum ad partem sit vocatus, cum tamen totum per partes distribuitur, non impeditur, quin dicatur substitutio vniuersalis, vt p Barto. cum quo transeunt Doctores.

Hoc videtur declarandum vt procedat etiam, si verba testatoris solum videantur importare bona, & hereditatem paternam, puta, quia dixit, substituo in tertia parte bonorum meorum, vel hereditatis mee. Nam & tunc importabitur infra pupillarem aetatem iuxta doctrinam Bar. in l. si via, §. qui filio, infra de bono. posses. secun. tabu.

Sed mihi hoc non placet, quia, cum testator solum de suis bonis vel hereditate loquutus fuerit, videtur, quod illam substitutionem facere voluerit, quae in suis bonis potest habere locum, & per consequens fideicommissariam, vt l. coheredi, §. cum filia, §. eod.

Ad doctrinam Bar. praerallegatam respondetur primo, quia forte non est vera per rationem praedictam. Vel secundo posito quod sit vera, quod procedit ex eo, nam constabat in casu suo, quod volebat pupillariter substituere, quia dixit si in pupillari aetate decesserit, quod pender ab his, quae dixi in praecedenti questione.

290 Secunda conclusio est, quod si in compendiosa per verbum commune, disponatur tantum de parte hereditatis, non comprehendit directam pupillarem, & sic non trahitur ad vniuersum, sed dicitur fideicommissum, vel legatum in illa parte hereditatis, iuxta l. si quis seruum, §. si. cum l. seq. de lega. 2. Cum Bar. transeunt Doctores.

291 Limita hoc, nisi aliquo modo constet, quod testatur voluerit facere testamentum pro pupillo, & sic ei pupillariter substituere, quia tunc licet de parte tantum disposuerit, tamen trahet ad vniuersam hereditatem pupilli, argumento l. prima, §. si ex fundo, §. tit. proximo. Et ita procedat tex. in l. coheredi, §. si. infra eodem.

Constare autem ibi dicitur, ex eo, quod dixit, si infra pubertatis annos decesserit, & hoc sufficit tenendo opinionem illam Bal. in l. precibus, C. eo. de qua dixi in praeced. quae prout ibi dixi, videtur satis communis. Vel constat ex eo, quia dictum fuit in locum eius, quae verba innuunt, quod pro eo volebat testari, alias substitutus non diceretur vere vocatus in locum eius.

Potest tamen dici, quod alius casus est in eo. text. quia scilicet ibi testator vius fuit verbis directis, scilicet, haeres esto, quo casu etiam secundum Bar. importatur pupillaris, vt ipse dixit supra in §. col. & ibi dictum fuit, vtrumque tamen sit circa d. §. si. Ista limitatio est verissima, si (vt dixi) de tali voluntate constat: quomodo autem constare poterit, per te ipsum videbis.

Ex vltima q. tertiae partis principa. Bart. collige tres conclusio.

292 Prima fit quod filij grauati, positi in conditione, puta, si decesserint sine liberis substitui &c. non censentur tacite vocati ex testamento, sed tantum dicitur eis conseruatum ius succedendi ab intestato. Ita voluit hic Barto. quoniam magis communiter sequuntur hic Doctores, vt per Alex. Iaf. & nouissimos, & de hoc allegat glo. in l. Lucius. supra tit. proximo. Et ibi ita concludunt Bal. Ang. Imol. & alij.

Et pro ista parte vltra allegata per alios, consuluit Corne. pluries vt habetur in consi. i. primo volu. vbi attestatur quod ita communiter teneatur. Idem tenet ipse longe disputans in l. i. C. de pd. infer. concludens hanc opinionem, velut communem, omnino tenendam in decisibus.

293 Et fundatur primo ista opinio, quia fit conditio nihil ponit inesse. Dicimus enim quod quae sunt in conditione, non sunt in dispositione, si quis sub conditione dandorum decem. infra si quis omis. caus. testa.

Secundo facit l. si quis eum, §. si. infra eo. vbi conditio illa, si filius me viuus moriatur, non inducit institutionem, sic ergo & in casu nostro. Facit & tertio l. i. C. de pact. vbi per pactu grauati, si sine liberis decesserit, praedicitur filiis eius; ergo non erant vocati, quia tunc eis non praedicaretur. Pro hoc dicit quidam esse casum in l. ex facto, infra ad Treb. intelligendo quod filij grauati, quia faciunt deficere fideicommissum, non impediunt, quin omnia veniant ad fiscum, si grauatus deportetur, & bona omnia publicentur. Ita inducit Corn. in d. l. i. & Gui. Pap. q. 39. ascribens cuidam D. Petro Papae, & Soc. in l. cum auus, col. 72. de cond. & demon. ascribit Cuman.

Contrarium, quod immo positi in conditione censeantur vocati, tenet Bal. in d. l. precibus, ia lectantiq. prout ipsum refert & sequitur Pau. de Casin. l. filiusfamil. §. cum quis, de leg. i. Sal. in d. l. i. vbi dicit, quod ita tenebat Oldr. de Lau. & Roma. in l. si cu dotē, in prin. sol. matr. vbi dicit, quod est verissima opinio cum alijs alleg. per Corn. in d. l. i. & vltra allegata per eum, dico, quod pro ista parte consuluit Barb. in consi. 27. col. 12. cum seq. i. vol. vbi vltima pgerit ad propositum. Et pro ista opi. primo facit l. Lucius, in si. du dicitur, quod non solum fratrem praetulit, sed & liberos eius & per consequens vult tex. quod eodem modo dicantur prelati, sed frater

vocatur, ex testamento, ergo &c.

Nec videtur bona responsio dicere quod illos praetulit ab intestato, vt ibi dicit glo. communiter approbata: quia tunc non diceretur testator praetulisse, sed lex ipsa est, quae praefert.

Sed tuendo communem opinionem, respondetur ex intentione Doc. quod illa prelatio intelligitur fieri in animo testatoris ad exclusionem substituti. Considerauit enim testator, quod si pater decesserit cum filiis, filij eius in patris eorum hereditate reperient etiam bona testatoris, & ita ad ea admittentur ab intestato, & substitutum excludent. Et licet ipsi proprie vocentur a lege (quod non negatur) tamen ipse testator vt supra considerans dicitur praetulisse, ita Corn. in d. l. i.

Secundo allegatur l. si mater, §. si. infra eod. iuncta l. Gallus, in princ. Nam ibi filius ponitur in conditione, & tamen dicitur vocatus vt d. §. fin. Sed respondetur, quod in d. §. si. fuit factum testamentum secundum consilium Galli secundum quod debet filius necessarius institui, vt dicitur vocatus, d. l. Gallus, §. in omnibus. Et licet de hoc valde disputetur in d. l. Gallus in prin. & Bart. trium tenuerit, tamen ista est communis opinio, vt ibi per Iaf. & alios.

Possent & alia plura pro ista opinione contra commune allegari vt per Corn. in d. l. i. sed omnibus de facili responderi potest, vt ibi per eum. Igitur vltra non insisto circa dicta Doctorum. Sed consideranda, quia videtur, quod contra commune fortissimē vergeat d. l. Lucius, in si. sic inducendo. Nam prelatio filiorum fratris de qua ibi dicitur facta, si frater decesserit ante aditam hereditatem, & per consequens in casu, quo testatoris hereditas non reperitur inter bona instituti. Et ita filij positi in conditione succedentes eorum patri ab intestato, non potuerunt inuenire testatoris bona mixta cum eis, igitur non videtur quod prelatio illa dici possit ab intestato, sed solum ex testamento.

Et si dicas, intelligo ab intestato quia ipsi filij instituti fratris fratre remoto, vt proximiores succedent ab intestato ipsi testatori. Respondetur quod diuinare est ponere quod ibi non extabant proximiores, vel salte pares in gradu qui illos filios fratris excluderent, vel cum eis pariter admitterentur.

De plano igitur videtur, quod debeat ille tex. intelligi quod prelatio de qua loquitur, dicatur facta ex testamento, & sic ex causa fideicommissi.

Et si dicas diuinare est intelligere, quod ibi extarent personae pares, vel potiores in successione, cum de eis nullum verbum, Dicam hoc esse verum, sed etiam diuinare esset, quod non adfuit, vt dixi. Et propterea videtur quod tex. ille debeat intelligi simpliciter, sicut ille personae, vel ne, & per consequens, quod loquatur ex testamento. Cogita super ista inductione, quere vera stringit pro ista parte.

Et si per eam vis tenere contra communem, disputando posset ad allegata in contrarium respondere.

294 Et primo fit ad regulam. Quod posita in conditione, non sunt in dispositione: fateor illud regulariter, sed fallit aliquando ex speciali ratione, & ratione magis presumptae voluntatis disponētis, vt probatur in l. si ita stipulatio, de oper. liber. allegata hic per Barto. Et nota quia sumus ibi in stipulationibus, & sic in stricte interpretandis. Fortius ergo hoc erit in testamentis, in quibus fit latior interpretatio. l. in testamentis, de reg. iu. Et in d. l. si ita, fit casus specialis vt dicit Iaf. tamen sufficit quod ex eo in fortioribus terminis idem probandum est in casu nostro.

Preterea, quod et in fideicommissis, posita in conditione, dicantur disposita, probatur in l. fideicommissa, §. cum esset, de leg. 3. ibi, accepta certa quantitate, iuncta regula quod ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem. Ia testatore, de cond. & dem. Et sic exponetur, si certam quantitatem acceperis. Et tamen ibi dicitur quod inducitur ex illis verbis fideicommissum ex presumpta voluntate defuncti, ita ergo & hic. Secundo ad l. si quis eum, §. si. infra eo. respondetur clare quod loquitur in institutione haereditatis directae, quae ex coniecturis & tacite non inducitur, cum non sufficiat quod testatore sensisset & voluisset, nisi disponat, vt l. quidam cum filium, cum materia & ibi Doctores supra tit. i. Nos vero loquimur

295 in fideicommissis, quod fit ex tacita voluntate & nutu dari potest. l. 3. in si. de adimen. leg. & l. nutu, de leg. 3. Igitur cum testator dixerit, substituo si sine liberis decedas, clare demonstratur, quod post te liberos tuos circa tua bona dilexit, & post eos substitutum ante omnes alios: & per consequens videtur quod liberis tuis dicatur tacite reliquisse. Quod in fideicommissis sufficit, vt dixi. Et per hanc solutionem tollitur quod argui posset ex communi opinione Doctorum in l. Gallus, in prin. qui volunt, quod per formulam Galli dicitur filius taliter institutus, ne rumpat testam. quoniam (vt dixi) loquitur illa communis opinio respectu directae institutionis. Tertio non obstat l. i. C. de pact. quia potest dici, quod ibi ideo transactio illa & alienatio valet in praedictum filij grauati, quia fuit tantum iuxta vires legitime ipsius grauati. Dedit enim ille sextantem, quod erat legitima illius Philini, cum essent duo fratres & filij testatoris. Et de se clarum est, quod in fideicommissis non venit legitima filij, l. coheredi, §. cum filij, infra eod.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

Ita ad illum tex. respondet Rom. in d. l. si eum dotem in prin. §. soluto matrimon. dicens quod est verus sensus illius l' refert & sequitur Barb. in d. consi. 27. col. 1. 2. Sed dubito, quia in princ. decisio videtur generalis, & quod de sextante dicitur, videtur exemplum. Præterea tunc legitima erat in quarta tantum. Demum non obstat d. l. ex facto, §. ex facto, quia dico quod licet filij positi in conditione dicantur vocati, non propterea impediunt, quin bona vniuersaliter veniant in fiscum, sed ab illo postea petent ex causa fideicommissi, sicut etiam si filij non extitissent, substitutus a fisco ex fideicommissio peteret, ut ibi dicitur. Et ex his videtur quod ista opinio non communem possit de iure defendi, secundum quam D. Marianus Soc. auus meus sepe consuluit, ut refert Cor. in consil. 226. & 227. in 4. lib. cogitabis super istis.

297 Prædicta tamen inuestigatio maximæ est vtilitatis & in pluribus. Primo, quia si non censerentur vocati (ut dicit communis opinio) alienata per patrem in vita, reuocare non posset secus secundum aliam opinionem.

Secundo, quia, si liberi, sic in conditione positi, eorum patris hæreditatem recusarent, non possent petere bona primi testatoris secundum communem opinionem, secus secundum aliam.

Tertio, quia si pater institutus ante aditam hæreditatem decederet, vbi non esset aliquod ius transmissionis particulare, isti liberi totaliter essent exclusi secundum communem opin. non secundum aliam. Has tres vtilitates ponunt hic repetentes.

Ego circa vltimam dubito, quia esto, quod censeantur uocati, non video quomodo eis consulatur, si pater eorum ante aditam decederit, cum tunc solet expirare fideicommissum, l. ille a quo. §. si de testamento, §. ad Treb.

Potest addi alia vtilitas, quia secundum communem opin. si pater institutus faciat testamentum, potest de dictis bonis libere testari in quoslibet, modo quo ad vniuersalem bonorum filijs legitimam relinquat, §. disponat, in Auth. de nup. col. 4. secus secundum aliam opinionem.

298 Tenendo tamen communem opin. quod positi in conditione, non dicantur vocati, eam limita, (& ista sit secunda conclusio ex dictis Bar.) ut non procedat, quando isti liberi, sic in conditione positi a testatore, grauarentur fideicommissio. Nam tunc ratione talis oneris, ut valeat & recte fuerit impositum, dicendum videtur quod testator eos vocauerit ex testamento. Ita firmat Bar. hic, licet videatur dubitare in l. sed si sic, in fi. de lega. 3. Cum Bar. tenet hic Aret. & alij plures in diuersis locis relati per Ias. & nouissimos, quos per te videas, & vltra. Idem tenet Barb. in d. consil. 27. col. 13. & transeunt Modernissimi. Et dicit Socin. meus in l. cum filio, de leg. 1. quod ista opinio Bar. est communiter per Modernos Doctores Italiæ approbata & canonizata ut refert Ias. hic.

Et pro ea primo faciunt iura Bart. & ex eis probatur in proposito nostro vna ratio, videlicet quia t qui vult consequens, vult & eius antecedens, sed testator voluit eos grauare, & per eos restitui hæreditatem, igitur eos dicitur ad eam vocasse, & adeo vera est regula prædicta, ut procedat etiam in odiosis, ut probatur in c. ex literis, de excel. prælato. cum traditis per Abb. in c. ex parte, in tertio de decim. Nam concludit, quod dispensatio illegitimi ad Episcopatum, dicitur etiam ad presbyteratum, ut hic per Ias.

Secundo pro opin. Bar. allegatur l. Titia Seio, §. Seio liberis, de leg. 2. vbi grauatus in toto prædico, dicitur honoratus in partibus alijs relictis.

Tertio facit pulchra consideratio. Nam ex eo, quod in conditione sunt positi, negari non potest, quin habeant iudicium testatoris d. l. Lucius. Hoc tamen per se non sufficit ad inducendum fideicommissum, ut iam dictum est secundum communem opin. in præced. concl. Item etiam, ex eo, quod sunt grauati aliquo modo, argui potest, quod videantur honorati, per iura Bart. tamen nec ipsum per se sufficit, l. ab eo. C. de fideicommiss. Licet ergo istorum neutrum per se sufficiat, solum tamen vtrunque simul iniunctum debet illud operari. Duo. a. vincula vno sunt fortiora auth. itaque, quæ non profunt, multa collecta iuuant, l. si stipulatus, & ibi gl. si de vsur. & l. instrumenta, C. de probatio. Demum pro ista parte facit, quia in dubio illa opinio debet capi, per quam actus valeat, potius quam pereat, l. quoties, de reb. dub. Et dicit Paul. de Cass. in l. ex imperfecto, C. de testam. ut referunt Modernissimi, quod ista est potentior coniectura omnibus alijs.

300 vbi nota Bar. C. communia de success. Vnde illud, t singula, quæ non profunt, multa collecta iuuant, l. si stipulatus, & ibi gl. si de vsur. & l. instrumenta, C. de probatio. Demum pro ista parte facit, quia in dubio illa opinio debet capi, per quam actus valeat, potius quam pereat, l. quoties, de reb. dub. Et dicit Paul. de Cass. in l. ex imperfecto, C. de testam. ut referunt Modernissimi, quod ista est potentior coniectura omnibus alijs.

301 Item t & in specie in dubio illud dici debet, per quod defenditur testamentum, seu quod fauet testamento, l. si pars, de inoff. test. etiam si sit opinio vnius Doctoris Excellentissimi, argumento no. per Host. in c. 2. de cogn. spiritu, & in testamento ita dicit Barba. in consil. 6. i. volum. 2. col.

Contrariam opinionem, quod non censeantur vocati, etiam si fuerint grauati, tenet hic Imo. Ale. & Ias. & Claud. & ut ipsi dicunt, videtur communis opin. Bartol. ut patet ex concordantibus per eos, maximè per Ias. allegatis. Et pro ea primo facit regula l. ab eo. C. de fideicommiss. considerando quod si ex grauam-

mine induceretur legatum, nunquam procederet ille tex. Et ita etiam inducitur l. sed & si sic, in fi. de leg. 3. ibi nec recipiendum est ut cui nihil dederit &c.

Sed tuendo Bar. potest responderi (omissa solutione Aretini reprobata per Ias. & Modernissimos) quod illa regula procedat quando si grauatus in necessarium antecedens censeretur honoratus, non consequeretur aliquid vtilitatis, puta, si simpliciter grauato te in centum, nam &c. Sed quando consequitur aliquid commodi & vtilitatis, tunc bene in necessarium antecedens admittitur, quod dicatur honoratus, uti uerba uidentur importare, ut videtur probari in l. denique, §. interdum, allegata per Bart. de pecu. leg. & ita procedat casus noster. Nam apud istos filios erit commodum, quia donec ueniat, fruenter bonis & postea detrahent Trebellianicam. Ita respondent Modernissimi, asserentes esse rationabilem solutionem. Ista ratio videtur verbalis, quia si honor censeretur datus in necessarium antecedens, hoc debet semper habere locum siue ex illo honore quid remaneat, siue non. Et dico quod contra istam rationem videtur d. l. hæreditas ad Statium. Nam cum illo tempore a legatario legari non posset, sed tantum ab hærede in necessarium antecedens legati facti a Statio, erat, quod esset hæres, & eo posito, plurimum utilitatis remaneret apud eum, tamen non dicitur hæres institutus. Vnde aliter potest ad argumentum responderi tuendo Bar. quod regula de qua §. procedit quando ultra grauamen non concurrat alia coniectura ex voluntate testantis. Sed in casu nostro iam adest præsumptio voluntatis, ex eo quod isti filij positi sunt in conditione, ergo &c.

Secundo pro ista opinione contra Bar. facit d. l. hæreditas ad Statium, ut hic per Alex. & Ias.

Sed tuendo Bar. potest responderi secundum Iaso. quod ibi ideo illud est, quia antecedens esset nimis longe maius consequenti iuxta tradita per Roma. in l. illud, de acquir. hæredit. Sed hoc reprobant Modernissimi, quia uidentur contra d. l. denique, §. interdum, ubi etiam antecedens dicitur longe maius & tamen ex opere arguitur honor. Item & contra l. secundam cum ibi no. C. de dotis promiss. vbi per promissionem usurarum inducitur promissio sortis, ut per eos.

Sed forte pro Iason. posset replicari, quod §. interdum, non procedit solum in necessarium antecedens, sed ex alijs, ut infra dicemus.

Et ad dic. l. potest dici quod ibi sit speciale in dote iuxta tradita in l. 1. §. soluto matr. uel quod ibi non dicitur quod ex promissione usurarum inducatur promissio sortis, sed quod præsumatur quod de ea præcesserit obligatio. Respondent tamen Modernissimi aliter ad d. l. hæreditas, quod ibi sumus in inducenda heredis institutione, in qua non sufficit tacita uoluntas, l. quoties, §. si quis nomen, §. tit. i. cum similibus.

Nos uero loquimur in fideicommissis, in quibus tacita uoluntas sufficit, ut per eos, col. 94. Adde quod potest dici, quod ibi non concurrebat alia coniectura, ex qua uoluntas argui possit, ut dixi circa regulam d. l. ab eo.

Tertio contra Bar. allegat Ias. l. eum quasi, §. si plures, ff. de fideicommiss. liber. ut per eum. Sed responderi potest, quod ibi non erat antecedens necessarium, cum ille iuridice grauari potuisset, abique eo quod pro parte esset hæres. Ita Modernissimi hic.

302 Quarto facit ratio, t quia inducta ad diminutionem non operantur augmentum. Sed grauamen eis iniunctum tendit ad diminutionem, ergo &c. Et pro ista ratione facit l. legata inutiliter de adimen. legat. & videtur tex. in l. cum tale, §. si infra de cond. & demonstr. Sed huic fundamento respondetur secundum fere omnes, quod non procedit, quando per se inductum ad grauamen, & diminutionem, non posset stare, nisi induceretur augmentum & honor, argumento l. Proculus, §. de vsur. prout proprie hic esset. Nam, si filij isti non censerentur vocati, frustra dicerentur grauati. Ita proprie respondet Bartol. in dicta l. denique. §. interdum. Ita etiam Ias. & nouissimi hic. Sed uidetur quod ista solutio sit contra d. l. legata inutiliter. Nam nec ibi ademptio ualere potest, si non præsupponatur legatum, & tamen non præsupponitur.

Sed responderi potest, quod effectus ademptionis satis constat, cum remaneat res penes hæredem.

Demum contra Bar. facit regula dictæ l. si quis sub conditione, infra si quis omnia caus. testa. quæ fuit fundamentum præcedentis conclusionis.

Sed respondetur ex intentione Bar. quod illa procedit, quando non demonstratur uoluntas ex aliquo quam ex sola positione in conditione: sed hic etiam fuit grauamen iniunctum.

Ex quo inferitur clara ratio diuersitatis similiter ex intentione Bar. Nam in regula illa quod conditio inducat dispositiones non est necessarium ad validandam uoluntatem testantis in expressa sua dispositione, nam &c. secus in casu nostro, ergo &c. Et ita in specie respondet hic Modernissimi.

Et si dicas, hoc videtur contra l. si quis eum, §. si. infra eod. vbi non ualet institutio hæredis, nisi etiam filius præsupponatur institutus,

institutus, & tamen non presuppōnitur. Respondetur primò, q̄ ibi non adest grauamen, ex quo voluntas vltra positionem in conditione demonstratur. Secundò, q̄ ibi loquitur respectu institutionis hæredis, quæ tacite nõ inducitur, secus in fideicommissis, vt est casus nosser, vt plenè per Modernissimos.

Et ex his patet, q̄ opinio Bar. optimè defenditur ab allegatis in Prius, & eam tenet Guid. Pap. in q. 3. dicens q̄ ita fuit iudicatum in Delphinatus parlamento, vt referunt Modernissimi. Et p̄ ea sæpissimè consultiu Corn. vt in cõf. 126. & 273. in quarto vol. Et reperio q̄ etiam consultiu Alex. sibi Prius in cõf. 64. 5. vol. Et verè hodie non facilè discerni posset, quæ sit cõmuniõ opinio: & ego in dubio eam libenter sequeretur, vt æquiorẽ.

Si tamen vis tenere contrariam partem, quam Alex. & Iaf. dicunt communem, & ita, vt dixerit Alex. in cõf. 219. 2. vol. & refert Iaf. hic, quòd opi. Bar. est communiter damnata in scholis, & in palatijs, poteris ad allegata per Bar. respondere.

Et primò ad regulam, Qui vult consequens &c. quia respondetur, quòd nõ procedit in terminis nostris, vt probatur in d.l. ab eo. nam &c. Ita respondet Bal. in l. si. C. de hæri. inf. 16. opposi. & 303 refert Iaf. hic. Nec obstant iura Barto. Nam † ad d. s. interdum. (omissis varijs solutionibus Docto.) respondetur secundum Iaf. quòd procedit ex eo, quia centum de peculio iustus erat dare hæredi, ex quo clarè arguitur quòd noluit testator vltra cõtum esse hæredis, sed reliquũ remanere ipi seruo, vt p̄ eũ, & licèt Iaf. sibi ascribat, fuit solutio Ale. in cõf. 24. 3. vol. & in cõf. 105. 1. vol.

Ego aliàs in l. cum filiosa. de leg. 1. in prima parte in secunda conclusione dixi, quòd plura simul iuncta inducunt decisionem illam. Primò, quòd de peculio iusserat dare hæredi, & quòd peculium erat in administratione serui, & aliàs manumissum sequi solet, quibus sic consideratis, postea dico quòd in necessarium antecedens, venit legatum peculium, & ponderabam verbum, retinere, vt ibi dixi, ad quæ me remitto.

Non obstat l. alio, cum ibi notatis de alimen. legatis, quia vt dicit Imol. & sequuntur alij, loquitur ille text. quando eras ille grauatus, vt nudus minister, quo casu semper dicitur onus iniunctum hæredi, l. peto, §. matre, de leg. 2. vide per Iaso. Potest etiam dici quòd ibi testator illud expressit, dum dixit, eandem summam penes te esse volo &c.

Nec etiam obstat l. si ita stipulatio, de operis liber. quia ibi est casus specialis, ex eo quia illa viginti peti non poterant, velut p̄missa, gratia onerandè libertatis, vt ibi dicitur. Et sic arguendo a speciali ille text. retorquetur contra Bart. vt per Iaso. post alios. Secundò non obstat d. l. Titia. §. Seia libertis, quia dicit Iaf. (omissis pluribus) dici debere, quòd illud est propter duo simul iuncta, videlicet, quòd grauauit vltimo morientem, & quòd restitueret totum prædium: vnde &c. vt per Iaf. Adde etiã quòd interuenit prohibitio alienationis, ex qua solet argui fideicommissum. Considera tamen pro Bart. quòd licèt ista sint vera ex eis tamen arguit, quòd quando de voluntate constat, potest subaudiri fideicommissum: sed isto casu satis constat, vt iam dixi, ergo &c. Cogita.

Non obstat illa consideratio quòd duo simul iuncta &c. quæ fuit Corn. in d. l. ab eo. Quoniam respondetur secundum Iaf. quòd illud procederet, quando quodlibet illorum per se aliquid esset, licèt non plenè efficacis: sed quando per se quodlibet est totaliter inefficax, non procedit, vt voluit Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. supra de eden. sed isto casu ista duo per se nihil operantur, vt per Iaf. ergo &c.

Possit tamen contra hoc instari, quòd licèt ista per se non operentur, de quo nemo dubitat, quia non esset opus præferre vtrique simul, tñ quodlibet per se inducit præsumptam voluntatem, licèt non efficaciter: vnde simul iuncta facient, quòd neutrum per se faceret, vt in simili dicit gl. in d. l. si stipulatus. de vñr. cogita.

Demum non obstat quòd in dubio debeamus fauere testamẽto & validitati actus, quia respondetur, quòd non sumus in dubio, sed rationibus & auctoritatibus prædictis res redditur clara contra Barto.

Hæc sunt quæ dici possunt pro tuenda opinione contra Bart. mihi tamen magis placet opinio Bart. vt supra dixi, quam etiam tenet Politus in tract. compendioso col. 14. cum duabus seq.

304 Secundò † vltra scribentes hic, limita prædictam conclusionem quæ habet, quòd positi filij in conditione, non censentur vocati, nisi fuisset dictum sine filijs masculis. Nam, propter illam qualitatem masculinitatis expressam, censentur vocati ex testamento. Nam si ab intestato diceretur testator voluisse eis seruarius succedendi, & quòd per illam viam excludant substitutos, vtiq̄ non dixisset, tantum de masculis; cum etiam foemine ab intestato succedant. Cum igitur uoluerit tantum masculos admitti, dicitur eos ex testamento uocasse.

Ita per hanc rationem consultiu Dec. in cõf. 270. Dominus Raynaldus, & ibi adde ita in terminis uoluisse Domin. Guid. Pa. p̄ in q. 184.

Et ista limitatio est plurimum notanda, quoniam sæpissimè contingit, quòd tantum filij masculi ponantur in conditione, quo

casu per prædicta cenferi debent uocati.

Sed considera in primis, quia licèt Do. Guid. Pap. ita dicat, Prius tamen fuit iudicatum in Parlamento, ut ipse ponit in questione 600. & dicit etiam in d. q. 184. Nam illi de parlamento, ipse tuis eius rationibus, noluerunt etiam tunc dici uocatos, sed solum esse positos in conditione cum illa qualitate masculinitatis. Et si considerentur consilia adueta pro communi opinione, de quibus per Iaf. & alios hic, sæpe inuenitur quòd in casibus eorum erat dictum sine filijs masculis, & tamen eo non considerato, ipsi determinant, quòd non dicuntur uocati, ut Alex. cõf. 24. 3. uol. & cõf. 55. 4. uol. igitur cogitabis. Et pro ueritate mihi satisfacit limitatio ista per rationem prædictam.

Recordor tamen quòd quando Dec. fecit prædictum consiliũ 270. Ego in ciuitate mea Senensi, ubi causa agitabatur, eram aduocatus pro alia parte, & consilio eius opponebam (esto, quòd omnia uera diceret) quòd in casu illo non procedebat, quia Senis extant statuta, quòd existentibus masculis foemine non succedant, propter quod tollitur ratio supra allegata, quoniam licèt de masculis tantum meminerit testator, non tamen dicitur eos uocare ex testamento, cum similiter ab intestato solum masculi succedant. Et ita reperio in terminis decisum per Dominũ meũ Soc. in cõf. 116. In causa filiorum, quinta colu. 3. uol. Verum est quòd causa illa, quia erat magnè importãtis, interpositis amicis, fuit composita per transactionem, attẽto maxime, quòd propter aliud iam erat ualde dubia, quia illi filij masculi, positi in conditione, uidebantur grauati, & per consequens eramus in disputatione superiori inter opinionem Bart. & contrariam.

Sed in proposito concludendo, placet mihi ista limitatio, & sic quòd quando in conditione ponuntur tantum filij masculi, censentur uocati. Quam sublimita, nisi simus in loco ubi per statuta foemine ab intestato non succedant extantibus masculis, ut per Soc. in d. cõf. 116.

305 Tertia conclusio sit ex dictis Bart. quòd † fideicommissum relictum post mortem filij instituti, si sine liberis decesserit, uel post mortem filiorum eius, si sine liberis decesserint, dicitur iniunctum ei, qui grauari potest per l. quoties, infra de reb. dub.

Et ideo tenendo opinionem contra Barto. quòd filij hæredis instituti grauari non possunt, si simpliciter ut supra relinquatur, fideicommissum dicitur iniunctum primo filio hæredi instituto, & in hoc omnes sequuntur Barto.

Sed tenendo secundum Barto. quòd etiam filij hæredis grauari possunt, & sic q̄ ab vtriusque relinqui possit, posset dubitari, quia Bart. hic non determinat, sed se remittit ad ea, quæ notantur per gl. & ipsemet dixit in l. qui duos, infra eo. ubi secundum aliquos nihil dicit ad propositum, vt dicebat Soc. cõf. 140. 2. vol. & refert nouissimi. Vnde pro resolutione ex eorum intentione videtur dicendum. Aut filius primò institutus decessit sine liberis, & tunc questio videtur resoluta, quia cum non extent filij positi in conditione, non potest dici onus eis iniunctum. Sic ergo dicitur illo casu fideicommissum relictum ab ipso primo filio instituto, & hoc placet. Hoc tñ uidentur Modernissimi intelligere, nisi testator in ipso grauamine prohiberet deductionem Trebellianicam. Nam † cum ipsa in filijs primi gradus prohiberi non possit. l. iubemus. C. ad Treb. vt tota dispositio testatoris valeat, arg. d. l. quoties, dicendum est, onus iniunctum ipsis filijs in conditione positis, a quibus potest fieri prohibitio Trebellianica, s̄m cõmunem opinionem. Mihi hoc non satisfacit, quia, cum testator substituerit, etiam si filius institutus decesserit sine liberis, qui casu euenit, impossibile est dicere tunc, q̄ onus sit iniunctum nepotibus, qui illo casu non sunt considerati. Nec obstat q̄ prohiberit Trebellianicam, quia dicam, illam prohibitionem nõ valere. Aut filius primò institutus decessit cũ liberis, qui postea sine liberis decesserunt, & tunc si est prohibita deductio Trebellianica, onus dicitur iniunctum ipsis nepotibus, vt etiam ipsa prohibitio valeat, cum valeat per se fideicommissum. Aut non est prohibita, & casus videtur ualde dubius. Nam Imo, hic uult, quòd primo filio dicatur iniunctum sub duplici conditione, vt dicit Barto. Et hoc sequitur Are. hic col. 21. & uoluerunt Bal. & Salic. in l. precibus, prope fi. & dicit Soc. cõf. 140. 2. col. & alibi sæpe, & referunt nouissimi, quòd ista est communis opinio. Idem videtur sequi Alex. cõf. 114. col. lib. 3.

Et huius opinionis fundamentum est, quia ita intelligendo, non est opus deuenire ad inductionem taciti fideicommissi ipsis nepotibus facti in necessarium antecedens grauaminis, attento q̄ dispositio testatoris (ita interpretando) ualere potest per se: quod non esset, si diceremus, grauatos ipsos nepotes. Nam tunc oportet in necessarium antecedens dicere, q̄ eis tacite dicatur relictum per fideicommissum.

Modernissimi dicunt contrarium posse teneri, & ita esse de intentione Bart. Nam illi censetur onus iniunctum, apud quem bona reperiuntur eo tempore, quo grauamen sumit effectum, vt uidetur uelle Bart. in d. l. qui duos, & clarius in l. codicillis, infra de vñr. leg. dum uult, † q̄ relictum fideicommissum post mortem

307

D. Maria. Soc. Iun. in l. Centurio.

mortem plurium, dicatur relictum ab ultimo moriente.

Ego super hoc valde dubito, & tu cogitabis diligenter, quia est maxime vtilitatis. Quoniam si ceterum iniunctum nepotibus, tunc in necessarium antecessens censentur etiam vocati, & sequantur vtilitates, de quibus dixi supra in prima conclusione.

Et hoc tenendo cum Bart. in secunda conclusione, ut ibi tenuimus. Sed si diceretur iniunctum solum primo filio instituto, tunc nepotes, licet positi sint in conditione, non censentur vocati.

Ego proclivior sum in eam partem, ut nepotibus dicatur onus iniunctum, per rationem praedictam.

Et quia non sit verosimile, quod testator, illum casum considerans, voluerit gravare filium, quem considerabat per prius iam defunctum. Ac etiam quia ista pars est aequior, cum in ea ipsi nepotes praesupponantur vocati. Cogitabis tamen propter auctoritatem tenentium primum, maxime quia Soc. dicit quod ita communiter tenetur.

Ex dictis Bart. in quarta eius quaestione principali inter categoria colliguntur quatuor conclusiones.

308 Prima sit, quod si fiat compendiosa per verba communia simul & per verba directa, ut si dicatur Titium substituo, & cum haereditatem facio, vel in aliis exemplis Bar. dicitur continere substitutionem directam, causatam a verbo directo. Item & fideicommissariam, causatam a verbo communi. Quod isto casu capi debet in sensu obliquo, ut aliquid operetur, & non dicatur superfluum positum, argumen. l. si quando, de leg. 1. & c. si Papa, de priuil. lib. 6. Cum Bar. transeunt communiter Doctores, ut per Alex. Ias. Clau. & nouissimos, qui omnes sequuntur istam opinionem Barto.

Et pro ea plurimum faciunt iura allegata per Bartol. videlicet l. si quis seruo, infra de manum. testa. & l. reculare. §. Titius, infra ad Trebel.

Et licet Bart. allegauerit in contrarium, & ad iura allegata non responderit, tamen communiter doctores respondent.

Primo ad l. si seruus plurium. §. si. de leg. 1. quod illud procedit, quia quod ibi vnus numerus dubius recipiat declarationem ex alio claro, non resultat superfluitas alicuius verbi, sed quodlibet operatur, quia sunt apposta in diuersis dispositionibus, secus esset in casu nostro.

Secundo ad l. si adiciatur, supra pro socio, respondent omnes, post Bart. ibi, illud simpliciter procedere in societate, quae a communi vsu arguendo, semper coiri solet ex quaestu, & non ex omni lucro. Declara hanc communem conclusionem, vt. scilicet tempore dicatur directa, & etiam fideicommissaria & directa erit vulgaris vel pupillaris, vt inferius patebit. Sed in primum facit, quia cum testator simpliciter & vnica dispositione substituerit, vt voluisse tamen facere vniam substitutionem, & erit directa, prout vtrique verbum per se positum solum directam importabit. Et ad iura Bar. potest responderi quod in eis duplex est dispositio & distincta, nimirum si quaelibet valet in sensu suo. Et ita respondebat Polit. in tractatu compendiosa col. pen. in fidicem, contra Bart. & communem teneri posse. Modernissimi tamen dicunt, quod ista responsio non tollit argumentum, quod sensit Bar. Nam dicunt quod sicut in iuribus Bar. ex illis duabus dispositionibus quaelibet valet, & vna ad aliam non trahitur, ne scilicet superflua reddatur, ita in casu nostro in eadem dispositione ex his duobus verbis, quodlibet operabitur ne sit superfluum. Et ita dicunt fuisse de intentione Bar. Dicam aliquid inferius. Tenendo nunc communem

309 conclusionem, eam limitat Alex. quod si verbum directum veniret ad determinationem verbi communis, puta, si dicatur: Titium substituo haereditatem, nam tunc dicitur facta solum directa. Nec verbum, substituo, potest operari fideicommissariam, cum veniat determinandum per verbum directum sibi adiunctum. Cum ista limitatione in effectu tranfit Ias. & Claud. hic, & fuit de intentione Bal. in l. precibus, cum concordantibus per eos allegatis. Et consequenter videtur isti determinare, quod isto casu solum erit substitutio directa, & intellige, quia continebitur vulgaris & pupillaris, si pupillo fiat. Quod procedit tenendo communem illam conclusionem, quod compendiosa facta per verba directa civilia post pupillarem aetatem expiret, de qua plenè fuit dictum supra in prima quaestione prin. de compendiosa facta a pagano. Sed tenendo vt ibi tenui, quod immo non expiret, sed valeat iure obliquo, videtur, quod etiam in casu nostro, idem sit dicendum. Non tamen per hoc recedo a mente domini Alex. scilicet quod tunc non sit iudicandum de tali substitutione, velut facta per verba directa & communia, sed per directa tantum.

310 Secunda sit conclusio, quod si in casu praecedentis conclusionis cum detur substitutio directa & obliqua, erit in electione & arbitrio substituti ex qua succedere velit. Et cum Bartol. transeunt communiter Doctores, vt per Alex. Ias. & nouissimos.

Et fundamentum est per d. l. si quis seruo, & per d. §. Titius, alleg. per Barto. Et potest hoc declarari, si filius decedat impubes. Nam posset tunc substitutus succedere, vel ex pupillari, vel ex fideicommissaria, & sic erit electio inter pupillarem & fideicommissariam. Sed si decedat ante aditam, quo casu est locus vulgari, considera quod non videtur quod possit habere locum electio inter vulgarem & fideicommissariam,

Nam si decessit ante aditam, videtur quod expiret fideicommissaria. ille a quo. §. si de testamento, infra ad Trebel.

Et si dicas, habeat locum in terminis d. §. Titius, id est ponendo quod haeres nolit adire. Et ita procedat decisio illius text. videtur quod hoc dici non possit, quia substitutio fuit facta in casum mortis, vnde non videtur quod habeat locum, eo viuo.

Et ita videtur quod inter vulgarem & fideicommissariam non potest considerari electio.

Nixi dixeris quod dabitur, illi o recusante adire. Nam vulgaris habebit locum, quia facta in vnum casum porrigetur ad alium vt dicitur in l. i. §. cod. Item & per fideicommissariam potest compelli adire etiam pendente conditione. l. ille a quo, in prin. §. ad Trebel.

Et pro ista conclusione sic declarata potest allegari l. fin. C. de codicil.

Sed considera circa hanc communem opinionem, quia super ea plurimum dubito. Nam cum testator primo dixerit, substituo, iam contingebatur directa scilicet vulgaris & pupillaris in casu suo. Item & per fideicommissariam, ex quo fuerat facta cum verbis importantibus tractum in futurum, secundum quod fuit conclusum secundum Bar. & omnes, vnde adiectio illa, & cum haereditatem facio, cum fiat per verba directa, non debet quicquam operari circa ius fideicommissi, vltra quam prius esset, cum non ad hoc tendant, sed potius ad contrarium. Facit l. non omnis, supra si certu petatur. Igitur cum fideicommissaria non contineretur, nisi tempore suo, & non concurreret cum aliqua directa, non videtur quod debeat hoc alterari per illa verba directa. Quo dato, non cadit consideratio, quod substituo detur electio.

Nec tunc obstat si dicatur ex mente Barto. quod verbum, substituo, nihil operaretur.

Quoniam primo responderetur, quod immo satis operatur, quia per illud inducitur fideicommissaria in casu suo, scilicet adita haereditate & post maiorem aetatem.

Praeterea etiam dici posset quod tunc posset argui de superfluitate, quando verbum, substituo, poneretur vltimo loco. Sed cum ponatur prius, & in se habeat dubium sensum, cum testator subdit, & cum haereditatem facio, videtur hoc ponere, vt mentem suam declararet quomodo substituebat.

Et hoc nota pro prima opinione, quam ponit Bartol. quod tota substitutio dicatur facta per verba directa.

Sed in hoc non insistendo, ad propositum nostrum dico (vt dixi) quod satis operatur &c.

Et per hanc rationem potest fortasse teneri contra Doctores scilicet quod directa & fideicommissaria in casu Bar. non concurrant, & ita non detur electio substituto, vt supra &c.

Nec ita tenendo obstant iura contraria. Nam primo ad d. l. si quis seruo, responderetur quia (vt etiam nouissimi dicunt) ibi vna tamen dispositio & semel locum habere potest, aut directa, aut fideicommissaria: vnde nimirum si detur illa electio, sed in casu nostro quaelibet suo tempore potentialiter potest verificari, ergo &c.

Secundo ad d. §. Titius, responderetur (& omnia quadam solutione, quam ponunt & reprobant nouissimi) dici potest quod ibi contestabatur voluntate testatoris, quod volebat omnino fauere substituto.

Primo. n. eum substituit, demum considerans quod haeres poterat adire, rogauit eum vt substituto restitueret, intendens eomodo, vt omnino substitutus habeat, volens ei fauere.

Vnde cum venerit casus, quo haeres recusat adire, & substitutus nolit ex vulgari, conuenit satis, vt fideicommissio fiat locus.

Quae consideratio & presumptio mens restantis in casu nostro non cadit, cum quaelibet substitutio suo casu & tempore dicatur facta, prout est de natura compendiosa. Et vltra dici potest, in d. §. Titius, quaelibet substitutio habeat locum in casu suo vulgaris. Sane aditam, fideicommissaria post aditam. Verum est, quod ex natura fideicommissi vniuersalis, potest, qui recusat adire, ad illud compelli, vt l. cogi, illo titulo, sed non mutatis terminis, nec ibi datur concursus & electio, de quibus supra. Pone enim quod antequam cogatur adire haeres, decedat certe tunc expirat fideicommissum d. l. ille a quo. §. si de testamento, infra ad Trebel.

Et ex his tollitur fundamentum ex d. §. Titius, in quo praecipue Doctores fundantur.

Non obstat tertio loco d. l. si. C. de codicil. quia responderi potest, sicut dixi ad l. si quis seruo, quod ibi vno tantum modo potest fortiri effectum dispositio testatoris, & quidem ab initio. Oportet. n. quod eodem tempore ab ipso principio alterum illorum fortitur effectum. Non autem dabitur, quod vnus post aliud sub diuersis temporibus procedere potest. Vnde conuenientissime

311 ibi dicitur, quod si ex illis duabus vijs petendi haereditate, vna eligat ab ipso principio, qui illam petiturus est, & vna electa non licebit variare, iuxta l. qui in haereditem. §. eligere. de tributari. acti. Sed in casu nostro sub ista compendiosa, quaelibet comprehendit substitutio habet suum diuersum tempus, quo locum habet successiue, vt iam dixi, ergo &c. Cogira super istis, quia mihi videntur vera, licet Doctores aliud sentierint.

312 Tertia est conclusio, quod si in substitutione compendiosa

fa apponatur vulgaris illa clausula, videlicet substituit vulgari-
ter pupillariter, & per fideicommissum, quolibet substitutio dire-
cta. & obliqua dicitur facta, & erit in electione substituti, per
quam venire velit, vtrum. s. ex pupillari vel fideicommissaria, vel
etiam vtrum ex vulgari, vel fideicommissaria iuxta d. S. Titius,
declarando vt in precedenti conclusione.

Idem dixit Bar. in l. si Titio, infra de v. s. lega. & in d. S. Titio,
vbi idem sequitur Alex. cum concordantibus per eum adductis.
Et cum hac opinione transeunt ferè omnes doctores hic, vt Ale.
Aret. Iaso. Claud. & nouissimi. Idem tenet Do. Guid. Pap. in q.
352. dicens qd in Delphinali parlamto ita fuit decisum. Et vltra
allegata p Doct. hic idè reperio qd p̄sultit D. Marianus Soc. auus
meus in conf. 20. & Dñs Bart. patruus in conf. 290. 2. colum.

Et huius conclusionis fundamentum est in iuribus, in quibus
fundatur opinio communis in precedenti conclusione, maxime
in d. S. Titius, & in d. l. si.

Et aduertendum est, quia prout declarat Are. non potest intel-
ligi qd quolibet substitutio copulatiue locum habeat, quia hoc
esset impossibile, licet oratio substitutionis fuerit copulatiua,
sed debet intelligi disiunctiue, vt sic copula resoluatur in disiu-
ctiuam, & ita dabitur electio substituto.

Sed contrarium voluit Cyn. in l. precibus, C. eodem, & Imo.
hic, in d. S. Titius, & in c. Raynuitus extra de testam. concluden-
tes qd immo quolibet habet locum in suo tempore, & sic succes-
siue. vulgaris ante aditam, pupillaris si decedat pupillus, & si pu-
bes, erit locus fideicommissariae, prout est de natura compendio
sae substitutionis, Idem tenet Cum. in d. S. Titius, vbi etiam Ro-
manus idem sequi videtur, vt refert hic Alex.

Et mouentur omnes virtualiter, quia qñ testator sic distinctè
explicauit istas tres substitutiones, vt voluisse considerare earum
tempora distincta, & qd quolibet habeat locum in casu suo, & ita
ordinate vna post alia prout ipsa expressit, & prout lex ordinat.

Et considera qd nisi hoc dixeris, potest dici qd prius erit locus
fideicommissariae, quam pupillari, cum pupillaris omnino expe-
ctet mortem impuberis, quod videtur contra mentem testantis.

313 Præterea secundum Cuman. facit, quia si nemo creditur elige-
re viam ad impugnanda sua iudicia, iuxta l. si miles qui destina-
uerat de milita. testamen. quod esset secundum opinionem Bart.
quia si hæres nolit adire, potest compelli mediante fideicommissaria,
& ita impeditur vulgaris. Et licet Ale. dicat quod hoc argu-
mentum tollitur per d. S. Titius, & per d. l. fin. tamen cum illa iura
non obstant, vt dicam argumentum valet. Nisi tu dixeris quod
immo non impugnat iudicium testantis, cum & illa possit habe-
re locum, sed ex ea substitutus non vult admitti.

Sed vltra prædicta pro opinione considera tu, quia inter vul-
garem & pupillarem nõ videtur quod possit dari ista electio, cū
vulgaris requirat hereditatem non adiri, pupillaris vero eam ad-
diri & vltra mortem impuberis. l. 2. §. adeo supra eod.

Sicut ergo inter istas duas non cadit ista electio, ita non debet
cadere inter illas & fideicommissaria argumento l. iã hoc iure &c.
Sicut ergo vulgaris & pupillaris in casu & tempore suo dicitur
facta vna post aliam, ita & de fideicommissaria dicendū videtur.

Demum pro hac opinione facit, quia eã tenendo, copula stat
in sui natura, nec opus est vt transeat in disiuncta. Vnde cum in
dubio verbis sit inferuendū l. non aliter, de lega. 3. sequitur &c.

Concluditur ergo secundum istam opinionem, quod fideico-
missaria solum dicitur habere locum post mortem contingen-
tem post aditam hereditatem, & post pubertatem.

Et eam tenendo (prout mihi semper placuit) ad iura in con-
trarium allegata responderetur prout respondi, supra circa aliam
conclusionem. Tamen cogitabis.

AD D I T I O. Considera, quia distinguendo potest dari cõ-
cordia opinionum. Nam aut querimus nunquid quolibet sub-
stitutio dicatur simpliciter facta, vt ab initio sit in electione sub-
stituti. Et dico qd nõ, sed debet expectari casus in quem facta est.
Et ideo fideicommissaria, quæ dicitur facta post aditam & mortem
instituti, vbi nõ sit locus pupillari, expectabit casum suum, & ita
procedat opinio contra Bartol. Aut querimus nunquid substitu-
tus possit recusare vulgarem, & velle per fideicommissariam, in
casu tñ & tempore suo, & dico, qd potest vt d. S. Titius. Nõ tamè
ex eo est quin fideicommissaria habeat locum in casu suo. s. post
aditam hereditatem, & ibi statim, quia fideicommissum erat pu-
rum. sed si fideicommissum haberet dilationem, deberet tempus
& casus eius expectari, puta mors instituti. & si dicatur tunc quo
modo dabitur electio, si nondum est locus fideicommissariae. Re-
sponderetur, quod satis dabitur electio, quia ille recusat ex vulgari
prout potest, quia nemo cogitur fieri hæres, quia poterat, infra
ad Trebel. Et ita recusans propter fideicommissum cogit hære-
dem adire, etiam qd nondum venerit dies fideicommissi, prout
potest etiam si esset mere conditionale. l. ille a quo, in princip. in-
fra ad Trebel. cum l. præced. & fin. l. præced. Et hoc modo dabi-
tur electio, & potest procedere dictum Bartol. licet non ita sen-
tiant Doctores. Et quãdo ageretur de pupillari, quia. in tali etate

moriatur iam adita hereditate, res est clarior, quia poterit, recusa-
re pupillarem, & velle ex fideicommissio cuius tempus venit, sed
vt dixi, substitutio quolibet habet locum in casu suo, cogita.

314 Tenendo tamen communem conclusionem si limita eã pri-
mo, nisi testator expresserit particulariter casus cuiuslibet sub-
stitutionis, puta si hæres non erit, vel in pupillari etate, vel postea
quandocunque moriatur. Ita limitat hic Claud. & idè dixit Dec.
in l. precibus. col. 13. licet de Claud. non faciat mentionem nescio
quis eorum alteri furatus fuerit. Et hoc mihi placet.

Nec obstat d. S. Titius, per quem nouissimi reprobant hanc li-
mitationem, vt per eos, quia licet ibi esset facta substitutio (sepa-
rata) tamen, vt supra dixi, de mente testantis constat quod solum
in eo voluit fauere substituto.

Præterea ibi non fuit facta temporis dinumeratio, sed fideico-
missaria fuit facta pure & sine tempore.

Secundo limita vltra Doctores quando fieret in forma reci-
proce duobus simul institutis. Nam tunc si diceremus statim ha-
bere locum fideicommissariam, fieret derisoria, cum vterque di-
ceretur alteri grauatus inuicem: igitur tunc omnino tempus mor-
tis subintelligitur, & ita alias consulti.

315 Quarta erit conclusio ex dictis Bar. qd si fiat substitutio per
verbum commune simul & per obliquum, puta, volo bona peru-
enire ad Titium iure substitutionis & fideicommissi, substitui-
tio intelligitur facta & directa, virtute verbi communis, & obli-
qua, per sua verba. Et erit in arbitrio substituti, ex qua succedere
velit. Et procedet hoc, declarando mentem Bart. si vel filius mo-
riatur impubes, vel recuset adire, secundum quod supra in alijs
conclusionibus dictum fuit.

Et licet cum Bar. transeant Doctores. tñ mihi videtur idem di-
ci posse in casu isto, quod fuit dictum, supra in precedentibus 2-
clusionibus, videlicet qd immo non sit in electione substituti: sed
quolibet suo tempore, & suo casu locum habere debet. Quod in
tellico procedere in exemplo Bar. quando dixit, si filius meus de-
cesserit sine liberis &c. Vel in simili exemplo, vbi sint verba im-
portantia tractum in futurum. Sed si simpliciter & pure dispo-
sit, puta qd instituto Titio dicat, volo bona peruenire ad Gaium
iure substitutionis & fideicommissi, tunc procedet opinio Bart.
Et hoc probatur per d. l. recusare, S. Titius.

316 Ex sequenti quaestiuicula Bart. si dicatur infra scriptum meum
heredem &c. ponas conclusionem, quod verbum, meum here-
dem, in dubio debet intelligi vt stet demonstratiue, & nõ dispo-
sitiue, & per consequens illo casu substitutio non dicitur facta p
verba directa & communia, sed tantum per verba communia.

Non ergo habebunt locum, quæ supra dicta sunt, quando per
duo verba sit facta substitutio, vt. s. secundum Bart. & alios dicat
facta simul & ab initio directa & obliqua substitutio, & compe-
tant electio substituto: licet ego aliud tenuerim, vt vidistis. Sed
procedet ea, quæ s. dicta sunt in 3. q. principali, qñ. s. fiat p verba
cõmunia, vbi quid sit tenendum, dixi & ad ibi dicta me remitto.

Cum ista conclusione Bar. transeunt Doctores, quia de plano
procedit, quando in alia parte testamenti ille Titius vere reperit
scriptus hæres, vt loquitur Bart. sed si non reperitur scriptus
hæres, sed vel de eo nulla est facta mentio, vel reperitur expresse
legatarius, tunc ex intentione Bart. fm nouissimos debet dici, qd
verbum, heredem meum, stabit dispositiue, & sic determinabit
verbum substituto, vt sic dicatur facta substitutio per verba mere
directa, iuxta ea quæ supra dixi in precedenti questione in limi-
tatione primæ conclusionis.

Sed aduerte, quia ibi solum præsupponimus dictum, substituo
Titium infra scriptum heredem, per quæ verba videtur haberi quæ-
dam relatio ad aliam partem testamti, vbi ille sit vocatus. Vnde
vt singula distinctè declarantur, si reperitur legatarius, potest de
facili procedere, quod est dictum, ut sic exponamus, substituo in-
fra scriptum Titium heredem, nam &c.

Si vero de eo nulla reperitur facta mentio, potest dubitari qd
senferit testator in verbo, infra scriptum an. l. referre simpliciter
ad Titium, quæ intendit aliquo modo infra nominare & scribere,
an vero ad uerbū, heredem, quasi intendens eum heredem facere.

Et licet tunc ratione falsæ demonstrationis (cum constet de
quo Titio senferit) non uideatur substitutio, iuxta l. demonstratio
falsa, in prin. infra de cond. & demonst.

Tamen, data ualiditate, dubitatur, ut supra, & per consequens
per quæ uerba dicatur facta? Ego arbitror, plurimum considerã-
dam uerborum formam.

Nam, si dicat, substituo infra scriptum Titium heredem meum,
dicerem, quod uerbum, infra scriptum, solum respicit Titium, & sic
uerbum, heredem, stabit determinatiue ad uerbum, substituo. Et
ita dicitur facta substitutio per uerba mere directa.

Si uero dicatur Titium substituo heredem infra scriptum, ar-
bitror e contra quod stabit demonstratiue, & respicit uerbū, infra-
scriptum: & hoc casu non benè loquantur nouissimi. Et idem di-
cam, si ex forma uerborum nõ potest de facili colligi, sed sumus
in dubio, puta, si dicatur, substituo Titium infra scriptum hære-
dem.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Centurio.

dem. Nam & tunc per regulam Bartol. hic, dicam, quod stabit de monſtratiue, quicquid dicant nouiffimi. cogita tamen. Idem etiã dicendum eſt, ſi dicat ſimpliciter ſubſtituo Titium hæredẽ meũ, cum in teſtamento ſcriptus hæres reperiatur. Et hoc etiã nouiffimi hic firmant, vt. ſin dubio uerbum, hæredem, referatur ad aliam partem teſtamenti. Hoc de plano tranſeat in exemplo prædicto. Sed ſi uerbum, hæredem, præponatur, & dicatur ſubſtituo hæredem Titium, mihi uidetur dubitandum, quia licet in teſtamento reperiatur ſcriptus, tamen uerba prolata demonſtrant quod ueniat de determinatiue ad uerbum, ſubſtituo: & ſic uidetur quod dicatur tunc facta per uerba directã: ſup quo cogita, quã nõ firmo.

Ex ſequenti quæſtione, quam Bar. dicit eſſe terribilem, collige quinque concluſiones.

317 Prima ſit, quod ¶ uerbum commune, certæ portioni uel rei adiectum, nunquam trahitur ad inſtitutionem.

318 Et ſi ita intelligas Bart. uelle, ¶ quia corrupte legitur, addes, eius codici uerbum, etiã ante illa uerba ubi non eſſet &c. ut ſic legas, etiã ubi non eſſet &c. prout etiã dicunt hic nouiffimi. Sed quod ipſi ſubdunt, delenda eſt illa uerba, alias ſecus, poteſt dici quod non ſunt delenda, & quod in eis mens Bart. ſit dicere, alias, id eſt, ſi non certæ portioni adijciatur uerbum commune, ſed uniuerſitati, ſecus eſt, quã. ſ. tunc diſtinguitur, an ſit datus alius hæres uniuerſalis nec ne, ut in gloſſis allegatis per Bart.

Cogita tamen, an iſte ſit ſentus Bar. quia ualde dubito, & forte dici poſſet quod debeat legi & declarari, prout iacent uerba eius nihilo adito, ſed ſola vna ex illis negationibus dempta.

Et licet tunc Bart. uideatur ponere contrarium, quod aliis ſupra dixit in col. præcedenti vt nouiffimi dicunt, tamen poteſt dici, quod immo non uideatur contrarius, quia ſupra in præcedenti col. verſi. quæro ulterius, uidetur illud ponere quia dicit quod alius reperiatur hæres uniuerſalis, vt ipſe declarat.

Fateor tamen quod hic paulo inferius ſubijcit contrarium eius quod hic dixerat, ſi ita legeretur, quod nõ conuenit: igit cogita.

Sed legendo & declarando vt primo dixi, collige concluſionem ita poſitam.

Sed ¶ eam facit, quia ſi dicã, ſi filius moriatur in pupillari ætate, uolo quod ei pupillariter ſuccedat Seius in tertia parte. Verbum commune, ſuccedat, traheretur, ad inſtitutionem, & tamen non erat adiectum uniuerſitati. Dicitur. n. tunc facta pupillaris in totũ. cohæredi. ſ. ſi. infra eo, & ſupra dixi. Breuiter puto ſic dicendum. Aut conſtat quod teſtator uoluit de iure hæreditario diſponere, & ita directo ſubſtituere, & tunc commune uerbum etiã certæ portioni, immo & certæ rei adiectum, traheretur ad ius uniuerſale, ſi alius non reperiatur uocatus. d. ſ. ſi. & d. l. i. ſ. ſi ex fundo. ſupra titulo primo, & ita procedat obiectio, quia cum in eo caſu dixerit, ſi in pupillari ætate deceſſerit talis pupillariter ſuccedat, exploratum eſt, quod teſtator uolebat pro filio teſtari. Et idem ſi totam hæreditatem per partes diſtribuat, vt inferius dicit Bart.

Aut non conſtat, teſtatorẽ ita uoluiffe, ſed uoluntas eius eſt in obſcuro, & tunc uera eſt concluſio Bart. Exemplum, ſi dicã, ſi filius decedat &c. ſubſtituo Titium in tertia parte hæreditatis.

319 Secunda eſt concluſio, quod ¶ ſi in compendioſa vnus fuerit ſubſtitutus per uerba directã in certa portione, & alius per uerba communia in reſiduo, tunc uerbum commune traheretur ad ius directum. Et ſic ille, qui in reſiduo fuit ſubſtitutus per uerba communia, dicitur directo ſubſtitutus. Intellige per uulgarem, uel pupillarem ſecundum contingentiam caſus. Dicitur enim tunc uerbum commune adiectum uniuerſitati, prout uult Bart. in ſequenti queſt. arg. l. 2. C. de hæ. inſt. Et in hoc omnes ſequuntur Barto.

320 Sed tunc quæro, ¶ quid de illo, qui per uerba directã fuit uocatus ad certam partem? Bar. non aperit.

Quare dicã, quod ſi erat uocatus ad certam portionem hæreditatis, vt loquitur Bart. etiã ipſe erit hæres iure directo pro illa parte, puta in tertia. Et qui ad reſiduum fuerat uocatus perinde eſt, ac ſi eſſet uocatus ad duas tertias, quæ ſunt reſiduum. Si uero ille per uerba directã fuerit ſubſtitutus in certa re, puta in centum. Et tunc licet dici poſſit largo modo hæres in illa re, tamẽ uerius eſt, eum haberi pro legatario, nec in eum ius aliquod hæreditarium tranſiit, vt l. quoties. C. de hæredibus inſtitut.

321 Sed iterum quæro, ¶ Quid ſi per directã vnus uocetur ad certam partem, alius per communia ad certam partem? Bartol. hoc non exprimit. Verum ſentit ſecundum nouiffimos, & ita ipſi concludunt, quod uocatus per directã ſit hæres uniuerſalis, alius uero ſit fideicommiſſarius.

Mouentur, quia uerbum commune, adiectum portioni, non trahitur ad inſtitutionem, ſi nil aliud ſit diſpoſitum, vt dixit Bart. ſupra in præced. col. minus ergo trahetur iſto caſu, ubi reperitur aliquid aliud diſpoſitum, & per uerba directã, ex quibus arguitur ipſa inſtitutio. Iſta de facili poſſunt admitti, ſi ponatur, quod de omnibus bonis teſtator expreſſe non diſponat.

Sed ſi de omnibus bonis & tota hæreditate expreſſe diſponat, dubito, Pone quod dicat, Titius ſit hæres pro dimidia parte,

pro alia dimidia ſubſtituo Gaium.

Nam cum nihil remaneat ad quod aliquid uerbum ſit trahendum, non uideo cur uterque non ſit hæres pro dimidia. Cum & uerbum, ſubſtituo, ſit aptum iuri hæreditario directo. Immo forte dici poteſt, quod eſt uerbum directum, de quo tamen in ferius aliquid tangam.

Præterea dico quod hoc uidetur de intentione Bart. in iſta noſtra concluſione, dum uult quod uocatus ad reſiduum, dicatur, hæres, licet vnus per uerba directã eſſet ad partẽ uocatus, quia inter iſtos caſus non uideo diſtiam. Nam ſi aliquo uocato ad dimidiam per uerba directã, dicam in reſiduo ſubſtituo, uel in alia dimidia, tandem eſt, cum dimidia illa ſit reſiduum, hæreditatis. Cogita.

322 Niſi dixeris ſaluando, quod ¶ uerbum, reſiduum, eſt magis amplum, & plenius, & in ſui ſignificatione poteſt continere uniuerſum l. 2. C. de hæred. inſt. Quod non eſt in uerbo, alia dimidia, licet tunc eſſet reſiduum. Cogita tamen.

Ego. n. plurimum inclino in eam ſententiam, ut uterque ſit hæres pro dimidia, quam etiã nouiffimi hic ſequuntur poſt Imo, ad quos non aduerteram antequam prædicta ſcriberem.

323 Tertia eſt concluſio, quod ¶ ſi vnus in parte uocetur per directã uerba, alius in parte per obliqua, ille hæres erit, qui per directã, alius uero fideicommiſſarius, ut per Bart. Cum quo Doctor tranſeunt. Et a fortiiori hoc procedit, cum iſtud ſit etiã, ſi alius per uerbum commune eſſet uocatus, ut iam dixi.

Ampliatur iſta concluſio vno modo ex parte uocati per uerba directã, ut. ſ. procedat etiã ſi tantum ad certam rem uocetur loquor de directis ciuilibus. Alio modo ampliatur ex parte uocati per obliqua, ut. ſ. procedat concluſio, etiã ſi uocetur uniuerſaliter ad reliquum. Ita nouiffimi hic in prima concluſione, utrunque uidetur ſatis probabile.

Pendet tamen & tota iſta concluſio ab his, quæ ſupra diximus in quinta colum. Bar. circa compendioſam factã in certa portione per uerba directã: ubi plene diſcuſſimus, an trahatur ad inſtitutionem. Et cum ibi in aliquo caſu dixerimus poſſe teneri, quod non idem iſto caſu dicendum eſſet, ſed ad ibi dictã me remitto. Hoc tamen præcipue ſemper conſiderabis, an aliquo modo conſtet, quod teſtator uolebat directo diſponere, quo caſu procedent prædicta, ut ibi latẽ.

324 Quarta erit concluſio quod ¶ ſi vnus ſubſtituatur in certa parte per uerba communia, alius in alia parte per obliqua, tota ſubſtitutio dicitur fideicommiſſaria, ut per Bart. Cum Bart. tranſeunt Doctores, ut plene per nouiffimos in tertia concluſione, qui plene diſcutiunt fundamenta Bar. uide per eos. Limita hanc concluſionem primò, niſi conſtaret quod teſtator uoluit pro pupillo teſtari, puta, quia dixit, ſi in pupillari ætate deceſſerit, ſecundum illam opinionem, quæ uult, quod iſta uerba ita arguant, ut uoluit Bald. in l. precibus, & alij plures, de quo dixi ſupra in illa quæſtione de compendioſa factã in certa re per uerba communia, & in ſequenti quæſtione.

Vel ſi dicat, ſubſtituo pupillariter in tali re &c. His. n. caſib. erit facta directã pupillaris de ea, & alius erit fideicommiſſarius.

Nec obſtat, quod uerbum commune, non ſit adiectum uniuerſitati, quia (ut modo dixi in prima concluſione) illud procedit, ſi aliunde uoluntas teſtatoris non ſumatur.

Limita ſecundò ex intentione Bart. hic (vt nouiffimi tangunt) niſi illa pars, quæ relinquitur per uerba obliqua, relinquantur ab eo qui in parte per uerba communia uocatus fuerat. Puta Titius ſubſtituo in 3. parte, & eum rogo ut aliam tertiam reſtituat Gaius. Nam iſto caſu Titius erit hæres uniuerſalis & directus. Ita ſentit Bart. hic dum dicit, nec relinquat ab ipſo, qui erit ſubſtitutus &c. Et ſic notabiliter ſequitur, quod adiectio oneris poteſt operari, ut prima diſpoſitio plenius interpretetur, quã per ſe interpretaretur. Facit optimẽ in ſimili lex Proculus, ſ. de uſuſu.

Non tamen dico prouenire merẽ ex tali onere, ſed ex uoluntate teſtantis per dictum onus declarata.

Et per hoc patet, non obſtare l. legata inutiliter, de leg. 1. 325 Quinta & ultima ſit concluſio, quod ¶ ſi factis pluribus legatis dicatur, reſiduum bonorum meorum uolo peruenire ad Gaium, dicitur Gaius hæres uniuerſalis & directus. Iſta concluſio, de plano procederet, ſi de prima inſtitutione agamus, prout prima uerba Bartol. ſonant.

Sed ſi de ſubſtitutione, prout ipſe ſtatim loquitur, uidetur dubia. Quoniam in contrarium facit doct. Bartol. in l. cogi. in ſin. prin. ſ. ad Trebell. ubi uult, quod ſi dicatur, ſi deceſſerit filius a dictis iudicijs & legatis reſiduum bonorum meorum ueniat in talem non dicitur facta ſubſtitutio directã, quia tunc dicitur facta in 326 certa re. Alexand. primo dicit ¶ quod non uidet Bar. a contrarietate poſſe defendi, Sed paulo poſt dicit poſſe defendi, ut per eum. Cuius dictã aſcribit ſibi laſ. tacito auctore.

Sed tu conſidera quia in d. l. cogi. Bartol. non dicit, quod fuerit dictum, deducto aere alieno, prout ipſi dicunt, igitur eorum cõcepta non procedit.

Et ſi dicat quod ibi dixit, bonorum meorum, ut dicunt nouiffimi

mi hic, dicam, quod hic Bar. loquitur similiter in eo casu, quo dictum sit bonorum omnium. Et ita sequitur, quod Barto. non videtur a contrarietate posse defendi.

Sed pro veritate putio sic dicendum. Aut loquimur respectu vulgaris substitutionis, & verum sit quod hic dicit Bar. quod ille vocabitur ut haeres vniuersalis & directus. Et si vis Bart. hic ita vocabitur, haec erit optima via ad tollendam contrarietatem predictam, cum in d.l. cogi. loquatur in sequenti membro. Aut ergo loquimur respectu pupillaris, quia filius factus haeres, impubes decessit. Et tunc procedat, quod dicit Barto. in d.l. cogi. ut si iste non dicitur haeres vniuersalis & directus pupilli.

Et hoc ex eo, quia testator loquutus fuit de bonis suis, quae respectu iuris hereditarii pupilli dicuntur certa res, ut declarat Ale. in l. i. supra eo. 3. col.

Vnde cum non appareat ex alio testatore voluisse, pro pupillo testari, sequitur, quod erit fideicommissarius vniuersalis in bonis testatoris, per ea quae saepius dicta sunt: maxime circa illam quae sionem de compendiosa facta in re certa per verba directa cum sequenti, & etiam in illa per verba communia.

Circa quintam & vltimam quaestionem principalem Bar. col. 327 ligit primo tres regulas circa verba directa, obliqua, & communia, ut per eum, cum quo transeunt Doct.

Vnum tamen notabis circa verbum commune, quia licet ideo dicatur commune, quia vtriusque de directo & de obliquo, non tamen debet dici mixtum. Quia (prout nouissimi dicunt) mixtum dicitur quod participat de vtroque extremo eodem tempore. Et vltra eos adde, quod non est applicabile totaliter ad vnum extremorum, ut dicimus de mixto imperio, iuxta tradita in Imperium, s. de iurif. omni. iud. Haec in proposito non adfunt. Nam verbum commune eodem tempore de vtroque non potest participare, sed vel erit capiendum in sensu directo, vel in sensu obliquo. Et per consequens dicitur applicabile ad quodlibet extremorum totaliter. Conuenienter igitur dicitur verbum commune, & non mixtum.

328 Secundo collige, quod si verbum haeres esto, dicitur verbum directum & civile, & sic non potest sui natura importare nisi ius directum hereditatis. Cum Bar. transeunt Docto.

Et licet aliquando reperitur, quod interpretatur in sensu obliquo, puta, si quis fideicommissarius dicitur haeres, ut l. si filius. s. i. supra quod cum eo, vel in casu l. ex facto, in princ. infra ad Trebel. cum sim. allegatis hic per Bar. tamen illud fit largae & impropria significatione, & ideo in d. s. i. dicitur quodammodo haeres.

Et per hanc declarationem tollitur omnis difficultas. vide plenè per nouissimos.

329 Et quod dictum est de verbo, haeres esto, idem vult Barto. si de verbo instituo. Nam & illud dicitur directum civile, ita ut ex propria natura solum directum ius hereditatis importet.

Ista enim verba, haeres esto, & instituo (cui solet adiungi, vel saltem subaudi, verbum haeredem) dicuntur inuentiones iuris civilis, ut per ea directa dispositio de hereditate fiat. Et ob eam causam ex propria significatione ius obliquum non important.

Ita videtur velle Bal. in l. si ad si. C. de sacros. eccl. Et referunt hic nouissimi. Et ut dicit hic Ias. ista conclusio probatur, quia ei conuenit regula directorum de qua hic per Bart. & ita transeunt Doctores, ut per Ias. qui multos allegat.

Et circa verbum instituo, vltra dicendum videtur, quod non solum non significet aliquo modo ius obliquum, sed quod proprie solum primum gradum haeredum ex eius propria natura importet. Ita dicunt nouissimi, quod notat Bar. in l. i. s. eodem in not. Sed ego hoc non lego in Bar. sed quicquid sit de Bart. istud videtur clare probari in l. i. in princ. ibi, instituntur primo gradu &c. Et in terminis voluit Anto. de Butrio in cons. 66. Ias. hic audacter reprobat, quia si immo etiam substitutio proprie venit appellatione institutionis, & sub verbo, instituo, ut multis iuribus probari potest, ut l. si pater filio, in versiculo instituit, s. eo. vbi notat Imol. & in l. si quis mihi bona. s. idemque. infra de acquir. haered. Et de hoc est glo. in l. Gallus, in princ. per illum tex. supra de liber. & posth. Et pro hoc dicit esse re. inuicibilem in l. mulier. s. si. j. titu. lo primo attentio, quod ibi agitur de impedimento conditionis, & voluntariae ut ipse plene inducit. Modernissimi tenent opinionem Anto. de Butrio.

Et (ut verum fatear) pro eo plurimum virget d. l. i. supra eo. d. u. facit differentiam inter institutionem & substitutionem respectu gradus, quo quis vocatur.

Et licet multis iuribus reperitur verbum, instituo, pro substituo, seu illud verbum, & dispositio de eo facta verificetur in substitutione, ut in iuribus praallegatis; tamen illud procedit ratione generalis & largae significationis, & non de speciali significatione. Quoniam in specie sumptum illud verbum & in propria & stricta significatione solum importat primum gradum per d. l. i.

Nec obstat d. l. mulier, inducta ut per Ias. quia dicit nouissimi quod ibi erat positio de praeterito, quae non est proprie conditio. l. cum ad presens, supra si certum petat. vnde sicut non est proprie conditio, ita non requirit in specie implementum, quae solutio

(si est vera) est plurimum notanda pro limitatione regulae l. Meuius. & l. qui haeredi, j. de p. d. & demonstrat, &c. Sed de ea valde dubito, quia in eo solum positio de praeterito non est proprie conditio, quia non suspendit actum, nec se habet ad esse, vel non esse, sed in rerum natura dicitur certa. In ceteris tamen quo ad eius implementum, remanet conditio sicut alia, ergo &c. cogita super hoc.

Sed ad d. l. mulier, putio aliter posse responderi, videlicet quod ibi clare constabat, talem fuisse testantis mentem. Nam, cum dispoferit sub conditione, esset institutus, vel quid ei esset legatum, satis aperte demonstratur, quod ei erat satisfactum, si esset substitutus, cum etiam particulari legato ei esset satisfactum. Et conditio de voluntate testantis, dicendum est, quod conditio aequipollenter potest impleri. Nam regula d. l. Meuius, cum procedat solum in conditione voluntaria, ut per Doctores in d. l. Gallus. s. & quid si tantum, ideo procedit, quia creditur testatorem ita voluisse. Vbi ergo verosimiliter contrarium probetur, regula illa non procedit. Cogita.

Et licet institutio sit verbum generale etiam ad substitutionem, cum illa sit secunda institutio, tamen negari non potest, quin in iure sit acceptum in specie pro institutione in primo gradu, ut d. l. i.

Sicut de adoptione & cognatione dicimus. Et sic consequenter sequitur, quod verbum, instituo, in speciali, propria & stricta eius significatione solum primum gradum comprehendit. Ad quod optime facit l. i. primo & secundo responsio, j. de donati. Nam donatio ibi proprie non est donatio causa mortis, licet in genere sit donatio.

331 Tertia colligitur conclusio, quod si verbum, substituo, dicitur commune, aptum ex propria significatione importare ita substitutio nem fideicommissariam, sicut directam. Et in hoc differt a verbo instituo, cum illud sit mere directum. Et ratio est secundum Bar. quia substituo, dicitur verbum in proposito generalius, quam in instituo, cum etiam per obliquum positus quis in locum alterius, dicitur substitutus, ut per Bar.

Contra istam conclusionem & praecedentem, & contra rationem Bar. opponit Ias. tribus modis, & primis duabus oppositionibus satis bene respondet; vide per te.

Opponit tertio & non respondet. Dicit, n. quod immo etiam verbum instituo, debet dici commune, quia cum proprie contineat substitutionem. d. l. mulier. s. fina. & verbum substituo, sit commune, ergo etiam instituo, ut per eum. Ipse ut dixi, non respondet.

Sed potest responderi, primo, quia ut supra dixi proprie & in specie sub verbo, instituo, non venit substituo. Et ad d. l. mulier, respondetur, ut supra.

Vel secundo, esto, quod contineat proprie potest dici, quod non continet vtriusque verbum commune, sed tantum in significatione directa, ut sic dicam, quod quando demonstratur per verbum, instituo, capitur semper iure directo.

Pro quo bene facit l. si pater filio, supra eod. & l. pen. secundum intellectum tertium glo. ibi, supra de ventre inspici.

Sed iterum contra conclusionem istam oppono, & vtriusque verbum, substituo, non ita proprie ad fideicommissariam, sicut ad directam refertur, & consequenter, quod non sit verbum commune, ut inquit Barto.

Nam videmus, quod verbum, substituo, simpliciter prolatum in dubio non importat fideicommissariam, sed tantum directam, ut iam hoc iure. s. i. & supra fuit dictum secundum communem opinionem.

Hinc dicebat Aret. in l. i. s. eod. s. col. & referunt nouissimi, quod verbum, substituo, a testatore, vel lege prolatum directam substitutionem significat. Sed dicit aliquis hoc procedit ex eo, quia verba in dubio (licet pluribus modis capi possint, debent accipi in potentiori significato. l. j. supra si ager. v. etig. vel emphyt. peta. & l. quæritur, supra de statu homi.

Ad hoc tamen responderi potest, quod procederet, quia vni extremo tantum esset faciendi applicatio, & vnum tantum potest importare. Sed quando potest quolibet modo accipi in diuerso tempore vel casu, si ex propria significatione plura importat, quolibet modo capitur. l. cum lege, supra de testam.

Ita dicunt hic nouissimi. Et sic videtur quod substituo, possit dici verbum directum.

Ista opinio mihi semper placuit, quia antequam istos viderem tenui, & gaudeo nunc inuenisse testem. Nam ea tenent hic Nouissimi, & fuit opinio Nico. de Mata. ut refert Ale. in l. i. hoc iure, s. eo. Et hoc est, quod ego in praemissis ad hanc l. dicebam, quod circa verba substitutionis non in omnibus sentiebam cum Doctoribus.

Et precipuum fundamentum meum erat (quod et ponunt hic Nouissimi) quia cum substitutio sit secunda institutio & sic cum dico substituo, interpretor secundo instituo, si verbum instituo est directum, et substituo debet dici directum. Nec vtriusque verbum quod dicit Bar. quod substituo sit verbum generalius, quam instituo. Quia sicut dicit substitutus, quomodolibet quis in locum alterius ponatur (quod tamen larga significatione accepta procedit) ita etiam, qui primo ad aliquid vocatur dicitur eo casu institutus: ita quidem ut & legatarius dicitur in legato institutus: ut dixi in Rubrica de leg. i.

Capiendo tamen haec verba proprie in materia nostra, dico quod ex sui natura solum important ius directum.

D. Maria Soc. Iun. in l. Centurio.

Nec etiam videtur verus, quod substituo se habeat ad obliquam substitutionem, & non instituo, quia immo (pro ut etiam dicunt nouissimi) idem est, quod de voluntate testantis aliquo modo constat, ut dicit Pau. de Cast. singulariter in l. si ita scriptum §. si. de lib. & posth. Ponit enim, quod institutio extraneo herede, dicitur, & post mortem eius instituo Gaium. Certè intelligitur tunc iure fideicommissi ad saluandam voluntatem testantis, quod aliter non potest valere. Nec prædictæ opinioni obstat l. generaliter §. cum autem, C. de inst. cum similibus probatur, quod verbum, substituo, seu, substitutio, verificatur in fideicommissis. Quoniam respondetur illud esse, ut voluntas testantis valeat, ut modo dixi. Cogita super his, quæ in disputatione pulchra essent. Et ex his plura per te poteris inferre. In dubio tamen a cõi opinione non recedas. Et eadem defendendo ad duo argumenta facta potest responderi.

Ad primum quod immo si simpliciter fiat substitutio etiam fideicommissaria suo casu & tempore continetur, siue fiat per modum reciproca, siue vni tantum, ut etiam §. tetigimus in l. i. col. Bar. circa illam suam secundam oppositionem, & aliquid etiam dixi circa diuisionem compendiosa.

Ad secundum responderi potest, quod licet, substituo, exponat i. secundum instituo, tamen cum institutio cadat tantum in primo gradu, in quo non cadit fideicommissum, dicitur quod verbum instituo sit directum; substituo vero cum respiciat secundum gradum vel vltiorem, in quibus sæpe contingit fideicommissum fieri, appellatum est verbum commune ad vtranque substitutionem. Hoc modo puto palleari posse seu defendi communem opinionem. Tu cogitabis.

332 Querit modo Bart. de pluribus verbis particularibus qualia sunt. Et primò ponas sub eum conclusionem, quod si verbum perueniat, dicitur verbum commune ut per eum. Cum Bar. traheret cõmuniter Doct. hic, & alibi sæpe ut per Iaf. & alios videri potest.

Et pro conclusione Bar. allegat Iaf. l. hæreditatis. C. de hæred. inst. Idem etiam dicendum est de verbo, deueniat, ut sentit Bar. & alij expresse dicunt. Et allegant pro hoc l. penult. §. de sol. vide Aret. & Iafon.

Limitatur ista conclusio de his verbis, perueniat, & deueniat quod sint communia, quod cum eis esset posita si clausula, eo ipso.

333 Nam tunc dicerentur verba directa, & non communia, quia sonant ut quis capiat statim & propria auctoritate, non interueniente facto alterius. Ita voluit Archid. in c. eum, qui, de præb. l. 6. Refert & sequitur Bal. in l. si. col. pen. C. de sacrosan. eccle. Ita dicit hic Iaf. & nouissimi prædicta allegantes vide per eos.

Et pro hoc vltra eos facit c. i. §. perfecto, in vltibus feud. in tit. de leg. Corra. vbi, eo ipso admittitur beneficiu in casu illo. factaque facto hominis & sic ipso iure.

334 Facit si etiam quod de ditione, ipso facto, dicitur in clem. j. §. i. de relig. domi. Et hoc est vtile scire. Quia si sunt verba directa, adiecta certæ rei, vel portioni, traherentur ad institutionem, alio non instituto, secus si essent cõmunia, ut ex eis, quæ §. dixit Bart. constare potest. Præterea non possent trahi ad obliquum, secundum ea, quæ §. dixit Bar. in l. q. de compendiosa facta a pagano.

335 Secundò limita, quando si cum dictis verbis dicatur, pleno iure re. Puta, si filius meus decedat, bona pleno iure perueniant ad Gaium. Nam, cum pleno iure venire non possint, nisi per directam substitutionem, sequitur quod eam omnino testator facere voluit, & consequenter quod dicta verba isto casu dicantur directa. Ita Bal. in auth. hæc vsus pars. C. de sacrosan. eccle. Ita etiam referunt & sequuntur hic Iaf. & nouissimi.

Sed tu considera, quia forte potest teneri contrarium, dicens, quod verbum pleno iure solum operetur prohibitionem Trebellianicæ. Et hoc dico tenendo communem illam opinionem, quod facta compendiosa per verba directa post tempora pupillaris ætatis expiret, de qua §. plenè fuit dictum. Nam eo posito, moueor sic, si dicimus quod dicantur tunc verba directa, actus non valet post illam ætatem, si verò, quod sint communia, secus. Vnde dico quod debet capi in interpretatio illa, per quam actus conseruatur. l. quoties, §. de reb. dub. Cum sit quod coniecturatio voluntatem defuncti, nulla dicatur maior, & potentior coniectura, quam quod actus valeat, ut inquit Pau. de Cast. in l. ex imperfecto. C. de testa. tradit Dec. in

336 conf. l. 2. col. 2. Tertio etiam limitatur, si si dicatur, libere perueniat. Nam (cum illud dicatur libere fieri, quod nullum impedimentum habet, facit c. fundamenta, de elect. lib. 6.) demonstratur quod testator voluit ita substituere, ut per se capiat propria auctoritate, quod solum per directam fieri potest. Igitur sequitur quod voluit directo substituere. Et ita verba efficiuntur directa, licet sui natura sint communia, & hoc ratione adiuncti, sicut etiam in præcedentibus limitationibus contingit.

Nec mirum. Nam & alias hoc contingit secundum Doct. de verbo, succedat, quod sui natura est commune, & tñ si dicatur, quod succedat impuberi ratione adiuncti sit directum ut probatur in c. Raynūt. de test. prout ibi plerique volunt & §. aliquando diximus. Istam limitationem ponit Bar. §. in 3. q. prin. & sequitur hic Iaf. & nouissimi, licet non ita declarent.

337 Quarto limitatur, si dicatur si totaliter & integraliter perueniat. Nam & tunc verbum commune transit in directum, ut voluit Bar. in d. 3. q. & dicunt nouissimi hic. Et ratio videtur, quia verba illa non possunt adaptari ad sensum obliquum, cum sit, per fideicommissum hæreditis totaliter non restituitur, quia potest detrahi quarta Trebellianica. Sed breuiter ego circa istam limitationem dicerem idem quod dixi §. de secunda limitatione de verbo, pleno iure, ut lista verba potius importet, ut videatur prohibita Trebellianica, quod dicantur facere verba esse directa, attento quod tunc post pubertatem non valerent. Quod vbi aliud dicit potest, est fugiendum, ut d. l. quoties, de reb. dub. ut modo dixi.

338 xi. Tu cogitabis. Querit secundo Bar. si de verbo, pertineat, & concludit quod sit commune, ut per eum. Cum quo transeunt oēs, ut per Are. Iaf. Claud. & nouissi. Et bñ probatur in l. verbu illud pertinere, de verb. sig. §. allegat Bar. Et bene facit l. cum mater, §. de inoff. test. Cõprobat hoc Iaf. per quatuor similia, vide per te.

339 Tertio querit Bar. si de verbo, habeat, & concludit quod sit commune. Pro quo facit regula præcedens, quia siue a me, siue ab alio habeam, habere dicor. Et idem concludit quarto loco de verbo, remaneat, & de verbo, redeat, quod sint communia ut per eum.

340 Quinto queritur si de verbo succedat & conclusio sit quod sit verbum cõe. Cum Bar. transeunt Doct. Et vltra Bar. allegat Aret. l. non solum, §. de intég. rest. ubi dicitur & c. Facit etiam l. stipulatio ista, in prin. iuncta gl. in vers. ceterorum, §. de verb. obl. Sed in quibus arguitur. Nam hæres est verbum directum, sed hæres dicitur iuris successor. l. quoties, §. hæredem, de hæ. inst. & l. nihil aliud, de verb. sig. Et per hoc Signo. de Homod. in conf. 80. & 189. ut Iaf. & nouissimi referunt, tenebat quod erat verbum merè directum. Iaf. si ceter tenet communem opinionem tamen prædicto argo non rñdet. Nouissimi rñdent quod nihil facit, vel potius probat rñd. Nam successores rñdent quod gñale quocunq; quis succedat, ut d. l. stipulatio ista, & verbum, hæres, est vna ex ipse. licet hoc est species aialis, sunt & alia species, bonorum possessor, fideicommissarius & c. Limitatur cõis op. nisi specificè referatur ad personam instituti, puta filio meo succedat Titius, quia tunc dicitur directum. Ita nouissimi hic & fuit dictum Bar. in l. si. in fi. C. de sacrosan. eccle. Dicunt quod traheretur ad fideicommissum c. Raynūt. extra de test.

Vtilitas maxima est hęc eos, quia vbi sit directa, mater excluditur per pupillares, secus si sit per verbum cõmune, ut voluit Bar. §. in 3. q. de compendiosa facta a pagano. Ego tamen ibi tenui quod Bar. quicquid dixerit nouissimi, ideo ista utilitas non procedit.

Sextò dubitatur de verbo, reuertatur. Et concluditur, quod sit verbum commune. Reperitur, n. ut dicit Bar. in sensu obliquo & et in sensu directo. l. si unquam. C. de reuocand. don. c. si allegatis hic per Are. Iaf. & nouissimos. cum Bar. transeunt oēs, non in sensu. Septimò circa verbum, de uoluntate, concluditur, quod sit cõe, & hoc sequuntur oēs, & bene probat Bar. in l. 2. §. de alim. & cib. lega. per regulam communem, quam hic posuit. Sequitur octauo loco quod verbum, accrescat, & conclusio Bar. est quod sit verbum directum. Cum Bar. simpliciter transeunt oēs hic. Sed tu cõsidera quod immo et in sensu obliquo reperitur. ut d. l. codicillis. Et licet ibi simus in codicillis, non tñ illa est rō, quoniam in testis idem esset dicendum, iuxta tradita in l. re coniuncti, de leg. 3. Igitur cõsidera, an dici possit, quod aut ponitur inter hæredes directo uocatos & verum dicit Bar. Aut inter uocatos per fideicommissum uel legatum, puta lego fundum Scio & Gaius, vel volo eis restitui hæreditatē, ita ut portio vni alteri accrescat, credo tunc quod stabit in sensu obliquo, licet simus in testis & c. & sic cum vtroq; modo & c. potest dici cõe. Hęc quoniam inter plures ut suæ nature conuenit & c. sed si noua persona uocetur puta in compendiosa quæcumque & c. bona accretant Gaius, potest teneri quod sit cõe, cum improprie ponatur, sed non facio vim, quia licet sit directum, est tñ

341 loco quod verbum, accrescat, & conclusio Bar. est quod sit verbum directum. Cum Bar. simpliciter transeunt oēs hic. Sed tu cõsidera quod immo et in sensu obliquo reperitur. ut d. l. codicillis. Et licet ibi simus in codicillis, non tñ illa est rō, quoniam in testis idem esset dicendum, iuxta tradita in l. re coniuncti, de leg. 3. Igitur cõsidera, an dici possit, quod aut ponitur inter hæredes directo uocatos & verum dicit Bar. Aut inter uocatos per fideicommissum uel legatum, puta lego fundum Scio & Gaius, vel volo eis restitui hæreditatē, ita ut portio vni alteri accrescat, credo tunc quod stabit in sensu obliquo, licet simus in testis & c. & sic cum vtroq; modo & c. potest dici cõe. Hęc quoniam inter plures ut suæ nature conuenit & c. sed si noua persona uocetur puta in compendiosa quæcumque & c. bona accretant Gaius, potest teneri quod sit cõe, cum improprie ponatur, sed non facio vim, quia licet sit directum, est tñ

342 ciuile, vñ & c. Non dicitur dubitatur de verbo, moriatur. Et concludit Bar. quod sit directum, non tamè ciuile, exponitur. n. moriatur Scio. i. ad utilitatem Seium. Et ille tex. in hoc sim Ang. non reperitur alibi, l. c. si pater, de test. l. 6. Sed addunt Doct. §. si. in Auth. de incest. nup. Dum dicit, quod pater moriatur filijs legitimis & c. Ego pro hoc considero et facere l. qui duos §. de reb. dub. vbi ad hoc videtur notare Soc. ibi, quasi vtrique vltimi decessisse sibi uideantur. Cum Bar. transeunt Doct. Sed considera, an possit dici quod iudicetur respectu materij subiectæ. Ponit quod relicta hereditate per fideicommissum duob. sic dicam. Et qui illorum decesserit sine liberis moriatur alteri? certè ius directum non potest importare. Et propterea cum considerabile sit in utroque sensu potest dici cõe. Verum quia si est directum, non dicitur ciuile, ut per Bar. & per consequens non differat a communi, quicquid dicit nouissimi, prout dicebat Imo. super hoc tñ non est insistendum.

Denique quæ dicta sunt de verbo, moriatur, inducuntur ad quod stionem per Iafon. hic si quidam Rusticus habens filium impuberem, eo instituto dixit, quod filium suum viuum & mortuum relinquebat Titio. Queritur modo quid importent uerba ista? Et dicit Iaf. quod hanc questionem vidit de facto cum Padua legeret. Hanc quoniam in terminis tagit Soc. noster in l. qui duos in prin.

in prin. 2. nota. j. de reb. dub. Et dicit q̄ cum de facto in tali casu confuleretur, respondit quod ista verba important duo. Primū dum dicunt, reliquit viuum, operantur vt Titius dicatur relictus tutor. Illa enim verba congruentius & vtilius exponi non possent, cum pupillus, cui tutor datur, recte potest dici tutori suo relictus, quantum. s. ad curam & regimen personę, & bonorum administrationem. Habet enim tutor maximum ius in personā pupilli, vt ex diffinitione tutelę constat. Secundo, dum dicunt & mortuum &c. operantur illa verba ac si testator dixisset moriatur Titio, & per consequens censetur Titius ipsi filio substitutus, arg. d. c. si pater. Ias. hic dicit, q̄ licet ista opinio sapiat magnam aequitatem, tamen credit quod in vtroque membro sit falla.

Et circa primum mouetur in effectu Ias. per l. qui in aliena. §. 344 quamquam, supra de neg. gestis, iuncta glo. vbi si pater relinquat filium matri eius vel in custodia matris, non dicitur ex eo relicta tutrix, & ita in terminis notat ibi Bal. Ita ergo hic &c.

Et si dicatur q̄ ex illis verbis satis videtur ostendi voluntas testantis, cum aliud non videatur importare congruenter. Respo. detur, hoc posito q̄ non sufficit. Nam vt quis fiat tutor testamentarius, oportet quod congruis & claris verbis relinquatur, vt declarat Bal. in l. omnem, l. col. C. ad Tertu.

Circa secundum dicit quod non potest dici pupillaris, cum de ea nullum verbum. Nec argui potest ex d. c. si pater. Quoniam ideo ibi inducitur pupillaris, quia fuit dictum moriatur filię, & sic debet exponi ad vtilitatem & acquisitionem filię, cum casus datus importet per modum acquisitionis, iuxta doctrinā Bar. in l. impuberem §. si. ff. de falsis.

Et ista est ratio d. c. si pater, quę ratio non consideratur in casu nostro, cum non sit dictum quod filius moriatur Titio.

Sed tamen (prout dicunt Nouissimi) potest Soc. nosster in primo dicto defendi. Nā dici potest quod d. §. quamquam nihil faciat.

Primō quia quicquid dixerit glo. ibi non constat, quę verba dixerit testator.

Secundō, posito, quod ita dixerit, illud eo iure procedit, quo mulier etiam mater tutrix reliqui non poterat. l. fina. supra de tutel. vnde sublato fundamento Bald. sequitur quod eius decisiones in locis prædictis non sunt verę. Et contra Bal. facit decisio Pau. in l. si vir §. cum vir, infra de condit. & demonst. vbi vult, matrem relictam tutricem, si solum testator iusserit eam morari cum filiis suis impuberibus. Ad idem quod dicit Bald. in c. ex parte, l. 2. de appel. vbi vult, quod sit tutela relicta, si dicatur, relinquo filios in potestate matris, & tamen verba non sunt omnino clara, & tutelam importantia. Circa secundum dictum, Nouissimi trāseunt cum Ias. sed potest adhuc defendi Soc. quia illa verba, relinquo Titio mortuum, vt de bonis disponat, prout videtur voluisse testator, non possunt aliquid operari.

Nec obstat, quod in c. si pater, sit casus datus, quia vt Iaso. etiam dixit, etiam hic est casus datus.

Et ex his solenniter & cū summa diligentia (vt puto) sit expedita ista lex, & quotidiana materia cōpendiosa, vt sic dici possit, q̄ post Galli cantū, Centurionē egregie militasse viderimus. Et sic et sint expeditę lectiones præsentis anni. 1551. in hoc almo gymnasio Bononiensi. De quo sit soli Deus laus & gloria, qui tā foeliciter ad hunc finē nos perduxit, eundemq; toto corde rogāgemus, vt in futuris annis nō secus facere dignetur. Vos aut fratres amantissimi, interim valete, & memētote ad quid veneritis.

S V M M A R I V M.

- 1 Continuatio quid significet, & eam esse, & fieri a remotis repugnant.
- 2 Intellectus ad l. Paulus. S. si. ff. de libe. causā.
- 3 Continuatio rubricę ad rubricam in capite libri non est necessaria.
- 4 Nec etiam alibi, si fiat transitus de materia in materiam.
- 5 Talis quis præsumitur qualia verba profert, & mens per verba cognoscitur in dubio.
- 6 Rubrica seu titulus quando possit poni propter titulos remotos.
- 7 Continuatio in principio librorum fieri solet libri ad librum, & eo modo soluat nouo continuatio glo.
- 8 Venditio appellatione obligationis, vel contra, nec largo modo venit.
- 9 Cur olim consensu mulieris venditio rei dotalis, nō hypotheca pmitteretur?
- 10 Extensio sit ex identitate rationis etiam in odiosis, quando sublato vocabulo comprehenditur.
- 11 Prohibitus alienare in testamento eam in codicillis dicitur prohiberi, contra Angel.
- 12 Dispositio debet interpretari ne fiat delusoria.
- 13 Continuatio glo. an recte defendatur, dicendo quod sub nomine testamenti testator etiā codicillos cōprehendit? secundū Pet. et Arc. nu. 14. cū seq.
- 14 Verba deferuntur intentioni, & secundum mentem proferentis significat. & num. 103.
- 15 Codicilli etiam sine legatis & fideicommissis fieri possunt.
- 16 Codicilli etiam dicuntur testamentorum, & sunt de materia testamentorum.
- 17 Quinta pars sforum an tota de testamentis appelletur, & declaratur l. 2. Qyinu. C. de veter. iur. enuclea.

- 18 Testamentum capitur tripliciter strictē, largē, & largissimē.
- 19 Saluatio Christophori ad continuationem glo. virtualiter non differt ab illa Pet. & Arc.
- 20 In compilationibus Institutionum Codicis & sforum per compilatores non seruatur idem ordo Rubricarum.
- 21 Legatum dicitur accessorium ad testamentum, & quomodo.
- 22 Legatum dicitur pars subiectiua testamenti generaliter sumpti capiēdo pro testatione mentis.
- 23 Qualibet vltima voluntas sumpta pro testatione mentis & sic in genere, potest dici testamentum, & nu. seq. & nu. 30.
- 25 Testamentum potest capi vt genus, & vt species.
- 26 Testamentum vt genus dicitur etiam vltima voluntas, & sic duplex est nomen generis.
- 27 Legatum an sit pars subiectiua testamenti, in quo factum est, & nu. seq.
- 28 Partis subiectiua natura.
- 29 Declaratur doct. Bar. Soc.
- 31 Tot sunt testamenta, quot in testamento disposita, & nu. seq.
- 32 Quod quis non deceat cum pluribus testamentis, & quod per vltimum præcedens tollatur, quomodo intelligatur.
- 33 Legatum non dicitur pars integralis testamenti in genere considerati.
- 34 Legatum dicitur pars integralis testamenti, in quo est factum, capiēdo testamentum pro essentia contextuali.
- 35 Legatum designatū in testamento dicitur illius pars integralis, et quomodo.
- 36 Si designatum legatum in testamento non fiat, an testamentum conferretur quo ad institutionem in eo factam? & nu. 39.
- 37 Testamentum capit vires ab vltimo puncto secundum designationem testatoris.
- 38 Homo quis est, licet ei desit manus.
- 39 Principale non debet ab accessorio pendere.
- 40 Utile per inutile non vitiat in separabilibus.
- 41 In expedientibus reipubl. ca. latior sit interpretatio.
- 42 Valer argumentum a benigniori sententia.
- 43 Testamentum respectu voluntatis testatoris an sit quid indiuiduum, & quomodo.
- 44 Lex, ea scriptura, supra de testa. et l. quoties. S. tantundem, supra de hered. instit. declarantur.
- 45 Lex, si is qui, supra de testam. declaratur.
- 46 Nihil actum creditur donec superest agendum, quomodo intelligatur.
- 47 Declaratur gl. in l. si is qui supra de testa.
- 48 Legatum in testamento factum dicitur pars integralis illius testamenti accepti pro sui materia, & testatione mentis, contra Soc.
- 49 Totum absque suis partibus non datur, & quomodo.
- 50 Legatorum tractatus cur in tres libros sit diuisus?
- 51 Cur in isto libro simul de legatis & fideicommissis solum tractetur, in C. vero etiam separatim? cum duobus sequentibus.
- 52 Scientia superbiam inducit.
- 53 Ordo digestorum, & tractatus legatorum & fideicommissorum simul non a Iureconsultis nobis datur.
- 54 Triplex diffinitio legati, & quelibet defenditur, & nu. seq. vsque ad 12.
- 55 Quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur.
- 56 Donatio causa mortis an sit deliberatio hereditatis & c. vt in diffinitione legati, & quo respectu.
- 57 A legatario etiam legatur.
- 58 Legatarius largo modo potest dici hæres in eo, quod ei legatur.
- 59 Donatio causa mortis per traditionem, vel promissionem fit, & non dicitur relinqui in testamento.
- 60 Verbum, relinquo, tantum ad disposita in vltima voluntate refertur.
- 61 Donatio inter viuos si fiat in testamento, non dicitur facta vt in testamento.
- 62 Fideicommissum proprie non dicitur donatio.
- 63 Verum si testator in suo testamento al. cui presentem dicat, Dono tibi equum meum, inducatur legatum, an vero simplex donatio, cum & illa in testamento fieri possit?
- 64 Verba testatoris semper debent accipi in eo sensu, in quo dispositio sit plenior.
- 65 Verba semper sunt intelligenda secundum naturam actus, qui geritur, etiā si impropria entur.
- 66 Si testator legatario rem legatam animo donandi tradit, desinit esse legatum.
- 67 Nomen legati non alteratur, si rem legatam tradit testator prætextu legati.
- 68 Minus non minus est, quod eadem pecunia in specie restituatur.
- 69 Legatum liberationis eam ipso iure non inducit, & potest dici quod ab hærede præstetur.
- 70 Notio & descriptio quid sint.
- 71 Cur in vna diffinitione dicatur in testamento relicta, in alia à defuncto relicta.
- 72 Legō, verbum relatum ad vltimas voluntates quatuor modis capi potest.
- 73 Verbum, lego, etiam vniuersitati adiectum, non operatur institutionem alio dato hærede vniuersali.
- 74 Quando consideratur effectus, non refert quid ex æquipollentibus fiat.
- 75 Bona dicuntur deductis oneribus.
- 76 Legatarius bonorum quando cogat heredem adire.
- 77 Legatum legitime, vel alicuius rei pro legitima factum filio, an trahatur

D. Maria. Soc. Iun. in Rubrica.

- ad institutionem heredis, cum octo sequentibus nu.
- 78 Relinquo leguimam filio iure naturali debitam, importat heredis institutionem.
 - 79 Verbum, lego, an potest dici commune sicut relinquo, & nu. 94.
 - 80 Disposita in testamento censetur disposita prout iuris necessitas requirit.
 - 81 Legitima dicitur pars bonorum.
 - 82 L. 3. S. si debita, de bon. lib. infra pulchre declaratur, & nu. 83.
 - 84 Satis videtur filium habere iure institutionis, & heredem nominari ex interpretatione verborum cum verisimili voluntate testantis patris.
 - 85 Clausula, omni meliori modo & c. facit legatum filio valere iure institutionis.
 - 86 Coniecturae sufficientes ut legatum filio factum valeat iure institutionis.
 - 87 Verbum, lego, vniuersitati adiectum alio non instituto, an & quando importet institutionem heredis, cum 21. seq. nu.
 - 88 Testamentum, ut valeat, necessaria est heredis institutio.
 - 89 Valet argumentum a communi vsu loquendi.
 - 90 L. verbis ff. de verb. signifi. declaratur, & nu. 92.
 - 91 Declaratur l. 2. in fi. communia de leg.
 - 92 Verba in testamentis late capi debent ad saluandam mentem testantis.
 - 93 Verba aliqua directantur, ut saluetur testantis voluntas.
 - 94 Inducitur tex. in l. illud S. tractari, s. tit. 1.
 - 95 Verba libelli impropriantur, ut saluetur mens libellantis.
 - 96 Canonica equitas non curat verborum rigorem.
 - 97 Discordia inter iura in dubio non debet admitti & nu. 113.
 - 98 Capitulum Raynaldus de test. pulchre declaratur.
 - 99 Argumentum non procedit vbi fit minor ratio.
 - 100 Sensus per quem non fit impropriatio, in dubio est eligendus.
 - 101 Voluntas testantis in interpretandis testamentis ante omnia praefertur, & vni venator leporem eam scitari debemus.
 - 102 Legatum totius hereditatis, vel bonorum omnium, seu indefinitum factum alio non instituto, importat heredis institutionem.
 - 103 Legatum partis hereditatis, vel bonorum, etiam non dato ali quo herede, heredis institutionem non importat.
 - 104 Relicta tota hereditas in codicillis patitur detractionem quartae.
 - 105 Vocatus ad certam rem, habet totum per l. 1. S. si ex fundo, de her. inst. quando constat quod vocatur ut heres.
 - 106 Pater in pupillari substitutione vocans quem ad bona sua, dicitur vocare ad res certas.
 - 107 Lego dimidiam partem Titio, aliam dimidiam Gaio, ambo sunt heredes.
 - 108 Idem si Titium in dimidia instituo, aliam dimidiam lego Gaio.
 - 109 Declaratur l. mulier S. fi. ad Treb.
 - 110 Verbum, lego, adiectum certa rei nunquam importat institutionem per se.
 - 111 An importet institutionem, si certa res legatur necessarii in instituendo, cum duobus sequentibus nu.
 - 112 Dos data exclusa succedit in locum legitimam.
 - 113 Vtrum statutum prohibens maritum legare uxori, prohibeat etiam eam instituere heredem.
 - 114 Statutum licet exorbitans extenditur etiam ad casum, qui comprehenditur sublata significatione.
 - 115 Primus Augustus, non pius, Antoninus primus dedit robur fideicommissis, et doctorum error ex quadam corrupta litera detectus.
 - 116 Legatum a fideicommissis vel econuerso quomodo cognosci possit, cum duobus sequentibus nu.
 - 117 Valet argumentum ab etymologia vocabuli negatiue.
 - 118 Fideicommissum vnde dicatur.
 - 119 Legatum hodie nominaliter differt a fideicommissis, & econuerso.
 - 120 Similia non sunt idem.
 - 121 Iura legatum, vel fideicommissum, promiscue appellant, licet nomina, sint diuersa.
 - 122 L. Titia cum testamento. S. 1. & l. peto. in prin. de leg. 2. improprie appellantur fideicommissum.
 - 123 Reprobantur tria dicta Soc. circa iura praedicta.
 - 124 Legatum sibi a se ipso non valet.
 - 125 Verba in dubio capienda sunt in specie.
 - 126 Statutum in dubio loquens de legato, an procedat in fideicommissis, & econuerso, & quando?
 - 127 Falcidia de legatis, Trebellianica de fideicommissis detrahebatur, & an hoc hodie procedat.

D. Mar. Soc. Jun. I. C. Clariss. in Rub. de leg. primo interpretatio.

EX glossa Rubricae in prima eius parte, Primò habes huius tituli continuationem, cui plurimum obstat secundum Cumanos & alios, quia videtur fieri multum a remotis, § l. 2. § de stat. homi. ibi proximus & c. cum similib. Facit l. 2. § 4. C. de vet. iur. encl. ibi, cum oportuerat & c. Huic objectioni respondendo gl. primò respondebat Imol. quod illud hic fieri potest, quia sumus in capite libri, per not. per gl. in rub. § de cond. fur. vt per eum, & Iac. hic.

Circa quod aduerte, quia quod per omnes Doct. ibi, hic, & a

libi saepe dicitur in capite libri continuationem fieri a remotis per gl. praedictam, non videtur bene dictum.

1 Nam quod sit continuatio, & fiat a remotis repugnant, cum continuatione contiguitatem quandam, & connexum ordinem significet. l. continuus, in prin. § de verb. obl. & dicit hic Iac. ad aliud propositum. Facit c. litera, prope finem, de frigi. & malef. ibi, per continuum triennium & c. & S. ceterum, in c. cupientes, de elec. lib. 6. ibi, per triennium continuum & c. iunctis sequentibus, & alias plura continere fieri dicuntur quando vnus post aliud sequitur immediatè, vt in c. cum causam, de elec. in antiquis, hoc autem non cadit inter remota: ergo & c.

2 ADDITIO. Contra ista facit l. Pau. S. fi. § de liber. causa, & quod no. in l. 1. C. si man. ita fuerit. ali. ut manu. Potest dici id esse fauore libertatis, vel quod verbum, continuo, non respicit tempus triennij, sed respicit seruitium praestandum, & ponitur aduerbialiter.

3 Vnde melius dicendum videtur, quod in capite libri non sit necessaria continuatio: sed potius ad bene esse ponatur, vt alias loquendo tamen generalius, dicebat Bal. in l. Gallus, in prin. de libe. & posth. quod ex eo facile admitti debet, quia vt plurimum in prin. libri fit transitus de materia in materiam.

4 Quod casus, etiam vbi non fit caput libri, similiter dicere, non esse necessariam continuationem, intellige. scilicet ad proxima, prout continuationis nam est, prout etiam dixi anno preterito §. de acq. pos. Et sit exemplum in tit. §. si tab. test. nul. exta. vbi de ma liber totum fit transitus ad bonorum possessiones ab intestato. Item in tit. Inst. de oblig. vbi ad obligationes fit transitus de titulo ibi praecedenti, cum quo nullam communionem habet obligatio.

Fateor tamen transitum illum fieri secundum concedentia quaedam vel occasione aliquorum praecedentium, licet aliquando remotorum, vt in locis praedictis constare potest. Vt etiam videmus in tit. §. de spons. qui ponitur post man. probationis, & post tit. de iuris & fact. igno. & tñ ponitur occasione §. de iur. rerum; vt ibi per gl. rub. Idem in tit. §. de tut. qui sequitur immediatè post tit. de concubinis. Et tamè ponitur occasione tituli remoti, vt ibi per gl. & Doct. Sic etiam videmus in tit. §. de pig. & in tit. de edili. edic. Quorum primus ponitur occasione tituli de pig. act. secum dus occasione tit. de emp. & vend. licet ab eis distent, vt probat in §. 4. in l. 2. C. de veteri iur. encl. & in istis locis cum tituli praedicti pp. remotos titulos ponantur, non potest conuenienter dici fieri ab eis continuationem, per praedicta, sed dicitur potius subordinatio quaedam, seu ratio, cur tit. & tractatus praedicti ponantur. Et si dicas, nihil aliud velle Doct. cum dicunt continuationem a remotis fieri in capite libri, dicam, quod si ita est, bene sentiunt, sed male loquuntur, vt ex praedictis constat: & eorum mentem aliter non perferendo §. verba ipsorum haec omnia dicta intelligas. In §. dubio tamen mens per verba cognoscit, iuxta l. Labeo, infra de sup. leg. cum similib. Et iuxta illud, talis quis praesumitur, qualia verba profert, in c. legimus, cum ibi not. 83. dist. Facit l. cire, supra de tut. & cur. dat. ab his, & l. de minore §. pen. §. de q. Sed Deus ipse mentem eorum viderit.

5 Quod autem dictum est, tolerari aliquando titulum aliquem poni propter titulos remotos, concedendum est, si modo non sint longe distantes, arg. d. §. quartus. ibi, vt non multum distaret & c. Et paulo post ibi, in loca deuia & multum distantia diuagantur & c. Facit §. tertij, in proff. forum ibi, ne vltimus diuagantur.

6 Vnum praedictis adde circa principia librorum, quod seruetur in proposito, videlicet quod fit continuatio, ut plurimum fit, non rubricae ad rubricam, sed libri ad librum praecedentem vnus vel plures, id est ad materiam generaliter in praecedentibus libris positam, prout facit Imperator in 2. & 4. lib. Inst.

7 Adde. Idem esse in 1. §. & 3. forum & etiam in 6. Et tunc proprie potest dici continuatio. & hac consideratione attenta, hic dicemus fieri continuationem generaliter ad materiam testamentorum in duobus libris praecedentibus positam. Et isto modo ultra Doct. defenditur continuatio gl. ab argumento supra facto.

Secundò ad argum. §. gl. rñdebat Per. de Besu. & Are. quod immo continuatio non fit a remotis, quia sub nomine testamenti, etiam codicillis, de quibus dicitur supra tit. prox. veniunt, ut per eos & Iac. qui plura congerit, in quibus idem iuris est in codicillis, quod in test. ut per eum, nu. 2. cui adde primò quatenus §. dictu. Sali. in l. filij, C. famil. etc. adducit l. si pupilloru, §. si praetor, §. de reb. eo. Quia tuendo Sal. responderi potest, quod ibi, etiam largo modo, appellatione venditionis non venit obligatio, vel contra.

Præterea ibi ratio est, quia cum praetor de causa cognoscens, eligere debeat, quod minus pupillo prauidetur, vt ibidem dicitur in fi. si eligit vendi vel obligari, illud tantum specialiter & non aliud dicitur promissum, velut minus prauidetiale pupillo ex praetoris electione, sic & aliàs in simili ex diuersitate rationis §. permittet olim venditio rei dotalis sentiente muliere, non tñ hypotheca, ut Inst. q. b. alie. licet, vel non in pri. ea forte rone, quia vendens, cum pñu recipiat, minus dāficari videbat, §. obligas, quod possibile sit vt recareat nihilo recepto, vel meli, quia facilius mulier cessura fuisset rei

8

9

10

11

12

13

rei dotalis hypothecā, q̄ venditionē: cū per hypothecam ad præsens res non transferatur, sicut in simili dicimus succurri mulieri fideiubenti, & non soluenti pro alio. l. 1. & ibi no. C. ad Velle.

Secundò adde, dum ultimo loco contra decis. Ang. in cōf. 7. 3. col. alle. l. 2. j. eod. quia si vis tueri Ang. potes respondere, q̄ lex illa loquitur respectu potentie relinquendi fideicommissi. generaliter, non autem ex respectu relicti de re aliqua prohibiti.

10 † Ex alio tñ opi. Ang. non v̄ tuta, quia etiam odiosa dispositio trahitur ex idēitate rationis, q̄n saltē lato sumpto vocabulo quid cōprehenditur. l. filiū habeo, §. ad Maced. tradunt Ale. & alij in l. si p̄stare. in 9. q. 1. par. ubi aliq̄ dixi §. sol. mat. vnde cū eadem ratio prohibendi sit respectu codicillorū, quæ est respectu testamenti, † v̄ q̄ Angel. q̄ prohibitus alienare in testamēto, prohibetur etiam in codicillis. † Pro quo facit, quia alias dispositio reddi posset delusoria, contra c. si ciuitas, de sent. exc. lib. 6. Tolerari ergo debet latior interpretatio, ne sequatur delusio, vt ibi, sequi enim posset ex opin. Ang. quia facilē esset dimisso testamento, facere codicillos, facit etiam regula, cum quid vna via. de reg. iur. lib. 6. Cogita tamen propter autoritatem Ang.

A D D I. Quem simpliciter refert & sequi v̄ patruus meus Soc. in l. 1. §. quanquam, j. ad Treb. sed eum reprobat Rui. in §. diui, in 9. q. Bar. in l. filius. j. eo. Ista responsio Pet. & Are. secundum Ias. tenenda nō est, nec est de mente glo. quia ipsa nō intendit, q̄ appellatio testamenti, dū de eo loquitur in p̄tinatione, veniat codicillis: † quod patet, quia Insti. eo. in prin. vbi ponitur ista p̄tinatione, & vnde gl. v̄ eā assumpsisse, sub nomine testamēti non veniunt codicillis, cum de ipsis non prius, sed postea tractet.

Præterea videtur q̄ gl. dicens supra de testa. & c. debeat intelligi, vt capiat testamentum in proprio & potiori significati, & sic non de codicillis: cum diuersi sint a testamento, l. si idem. C. de cod. alias facile ei fuisset dicere, supra vidimus de cod. & c.

Tertiò etiam contra Pet. & Aret. facit secundum quosdam, quia si a tit. de codicillis fieret continuatio, male diceret gl. Nunc de accessorijs, & c. quia legata in codicillis non accessoria, sed potius principalia dicuntur, cum pro eis principaliter fuerint induciti codicillis, vt Insti. de codi. in prin. sed tamen ab istis potes tueri Pet. & Aret. Et ad primum, de quo ipsemet Are. perpendit, dicas vt ex verbis eius colligitur, qui clare dicit cōtinationem gl. hic in eo differre a continuatione Imperatoris Insti. eo. q̄ ibi testamentum capitur propriè, hic vero largè: nec probatur q̄ glo. ista continuando, voluerit sequi (maximè in vi verborum) Imperatoris inst. eo. tunc enim verisimiliter allegasset. Et dicere (prout circulariter dicebatur) quòd ex illo tex. inducatur pro regula, q̄ quando de testamento fit mentio in continuatione, codicilli nō continentur, ridiculum est, † cū verba semper significant secundum mentem proferentis, & eius deseruiant intentioni. c. secundò requiris de app. & c. intelligentia. cū præce. & seq. de verb. sig. facit. l. si quis intentione, supra de iud. Imperator enī ibi, sub verb. testamenti, non intelligit etiam codicillos non quidem, q̄ ita pro regula statuatur, sed quia in verbis istis tantum ad præcedentia se refert, in quibus de codicillis nihil dixerat.

Ad secundum dicas, q̄ immo glo. intendit capere testamentū largo modo, vt etiam codicillos comprehendat. Cum. n. præ oculis haberet tit. de codic. dicens, supra de testa. & c. satis probabile est gl. largè loquam esse, nec eius intentioni conuenisset dicere, §. de codicil. & c. cum non ab eo. tit. solum intendat continuare, sed generaliter a tota materia testamentorum, quorum appellatione sciens glo. codicillos contineri, volens omnia demonstrare, puenienter dixit §. de testa. & c. Ad tertium respōdetur primò, q̄ in tit. de codi. illud non v̄ probari, tantum enim ibi dicitur, q̄ codicillorū v̄sus vtilis & necessarius fuit pro his, qui de facto testari non possunt, vt. f. per codicillos de rebus suis disponant, prout tamen natura codicillorum patitur. † Et quāuis, vt plurimum, codicilli legata & fideicommissa contineant, tamen & sine eis fieri possent, puta q̄ in eis solum adimatur legatum, in testamento factum, vel alias mens dubia testatoris declaretur. Vel secundò, posito q̄ illud ibi probetur, & in se sit verū, respōdetur, q̄ gl. secundum intentionem Pet. & Are. non intendit solū a tit. præce. continuare: tunc enim procedere posset argumentum, sed vt diximus a tota materia testōrum, quæ in præc. tit. finitur.

A D D I. Cui materię testōrum fuit applicatus tit. præcedēs, 16 eo q̄ † & codicilli dicuntur testm̄, & sic sunt de materia testōrum. Ex alio tñ vltra doct. non v̄ Aret. bene loqui, nam si testamentū capitur generaliter, vt ipse vult, secundū q̄ capitur in l. 2. §. Quintus, C. de vet. iur. enuc. per eum allegato, potest dici, q̄ comprehendat etiam legatum & fideicommissum, quia Imperator ibi totam quintā partē s̄orum intulit de testa. † Præterea, vt j. dicitur, legatum & fideicommissum possunt dici testm̄, capiendū illud simpliciter pro testatione mentis: vnde habito respectu, de quo per Are. videtur q̄ in continuatione dici debuisset, non vt glo. dixit, sed aliter, videlicet, supra inceptus fuit tractatus testamentorum, & plura dicta sunt, sed quia legata vel fideicommissa testamentum dici possunt, merito prosequendo eius tractatū, de

his ponitur, & per consequens gl. per Are. non v̄ bene defendi. Verumtamen & his responderi potest, quòd non sequitur, tota quinta pars s̄orum intulatur de testamentis, ergo quicquid sub ea ponitur, dicitur testamentum, vt patet in lege Falcidia, & Trebelliano Senatūscōsulto, & alijs plerique, sub ea positis, quæ testamentum nullo modo dici possunt.

Et nomen illud toti parti dicitur impositū, inspecto eo, quòd, vt plurimum & principaliter, in ea tractatur, vt in simili patet in secunda parte digestorum a tit. de iud. vsque ad tit. si cer. pet. nam licet de iudicijs intulatur, vt in d. l. 2. §. secundus autem, tamen sub ea tractantur plurima, quæ iudicium dici non possunt, vt rectè consideranti patebit.

A D D I T I O. Exemplum sit in tit. de v̄suf. & sequentibus & quasi per totum illum librum & sequentem.

Præterea fortè dici pōt, q̄ non tota quinta pars appellatur de testamentis, sed tñ vsque ad titulum nostrū, nam legata, fideicommissa, & alia sequentia videntur aggregari testōrum parti & articulo, non autē q̄ sint testamenta, & ita videntur importare verba d. §. Quintus aut. Et quāuis in proposito legatum & fideicommissum, per se considerata, quadam largissima interpretatione possint dici testamentum, dicuntur enim pars subiectiua testamenti, & sic eius species, vt infra dicitur, tamen considerādo ea, velut accessoria testamenti, vt glo. considerat, dicitur ab eo quid diuersum, & ita videtur de intentione d. §. Quintus.

18 A D D I. † Dic magis declarādo q̄ testm̄ vno modo capitur strictè, & tunc differt a legatis, & codicillis, alio largè, & comprehendit codicillos, differt tamē a legatis, & hoc modo capitur in continuatione gl. capitur etiam largissimè, vt sic etiam legatum comprehendat, & ita procedit argumentum contrarium. Et ex his defenditur ista saluatio Pet. & Aret. ad gl. nostram.

Quæ si rectè ponderetur, realiter non differt ab illa saluatione Do. Christoph. de Cast. quam tertio loco refert & sequit̄ Ias. † Quoniam tantum videtur dicere, continuatio gl. licet videatur a remotis, saluatur, quia tituli intermedij pertinent ad materiam testamentorum, vt dicebat D. Christoph. quantum dicere, q̄ saluatur, quia materia & tractatus testamentorū largo sumpto vocabulo finitur in tit. præced. vt in eorum sensu dicūt Pet. & Are. si enim tractatus ille hucusque durat, sequitur, quòd tituli omnes intermedij ad eum pertinent, & ita per contrarium.

A D D I. Immo si rectè cogitabis in idem cadit saluatio, quæ ego vltra alios §. posui in 1. col. vers. vnum prædictis adde nu. 7. Nam in ea dico q̄ licet continuatio respectu rubricæ de testamētis, videatur a remotis, tamen habito respectu ad totam materiā testamentorum, quæ in tit. præcedenti finitur, dicitur fieri ad proxima. Et ex prædictis continuatio glo. conuenientissimè defenditur, quam virtualiter sentit Imperator in d. §. Quintus.

Clarius tamen & apertius continua secundum Imo. Cuma. Alex. & alios omnes, vt per eos, & eorum continuatio fuit in effectu continuatio glo. in rub. C. eo. rectè tamen consideranti reuincit in continuationem gl. nostræ defensam vt supra.

A D D I. Sed contra v̄ facere secundum excellentissimū Carol. Rui. (cuius lectura post ista mea scripta, est impressa) continuatio Imperatoris Insti. eod. vbi non habetur respectus ad titulum de codicillis, cum ille ponatur postea: sed respōdet ipse Rui. q̄ immo habetur talis respectus, attentò, q̄ titulus, de legatis, est in medio inter tractatū testōrum & tractatum codicillorū, argu. l. 3. §. filius, §. de liber. & posthu. Pro quo bene tacit, vltra eum, qd dicitur in rub. C. de acquir. poss. videlicet, q̄ respicit v̄sceptiones præcedentes, & præscriptiones sequentes, vt traditur in rub. de acquir. poss. & ibi dixi. Verum in proposito nostro hoc mihi nō placet, & dico quòd in Insti. cum de legatis separatim a fideicommissis tractetur, gratia iuuenum, vt in §. sed ne in primis, illo tit. voluit Imperator de eis iuxta eorum naturam tractare, videlicet vt cum solum in testamento fierent, §. præterea, Insti. de fideicō. hæred. ponerentur post tractatum testamentorum, non habito respectu tunc ad titulum de codicillis. Hic vero simul tractat ratione, quam infra pono in 7. col. in fi. † Nec sit tibi mirum, in cōpilationibus eundem ordinem rubricarum non seruari. Nam & sæpe hoc videbis. In Codice enim tractatus testamentorum ponitur post bonorum possessiones. In institutionibus vero, & in ff. contra fit. Sic in ff. & C. successiones ab intestato post bonorū possessiones. In insti. vero secus, & alibi & c. & in istis ordinationibus sufficit quælibet causa motiua.

21 † Secundò ex eadē prima parte gl. habes, quòd legata & fideicommissa dicuntur accessoria ad testm̄ qd. testamentum principaliter fit propter hæredis institutionē, & ad illud tendit, §. ante hæredis, Insti. eo accessorie vero fiunt postea legata & fideicommissa. Cum glo. transcunt Doct. fere omnes, declarantes hoc ideo dici, quia legata non sunt pars testamenti, sed additamentum potius, & vt dicit gloss. accessorium, vt per Alex. & alios.

Hoc primò intelligas, vt dicantur accessoria voluntaria, & ex accidenti, non necessaria. i. non ex natura testamenti, cum sine eis testm̄ fieri possit l. 1. §. qui neque legaturus, supra de hæred. Mar. Soc. Iun. Prima Pars. P 3 insti.

D. Maria. Soc. Iuni. in Rubrica.

insti. Reperitur. n. quoddam accessorium ex natura principalis, si ne quo principale non datur, quod necessarium dicitur, vt litus ad mare, & ripa ad flumen. vt Inst. de rer. diu. §. 1. & §. riparum.

Secundò intelligas similiter ex accidenti. n. ex natura legati vel fideicommissi, cū ea sine testō fieri possint, scdm quod cōiter dicunt doc. & videbimus j. in l. 1. procedit ergo cōclusio glo. qñ legata in testō facta sunt. Quo casu velut accessoria quēnter regulantur a testō, vt a suo principali, loquendo regulariter, l. si nemo, §. de test. tū. cum siml. & ita in eis procedit regula accessorium, de qua in c. accessorium, de reg. iur. lib. 6. & in l. cum principalis, vbi Cagno. nu. 4. & l. nihil dolo, §. 1. infra de reg. iur.

Hoc autē quo ad fideicommissa indistincte & olim & hodie procedit, quantū vero ad legata, olim non procedebat, quia ēt in abstracto & ex natura sui legatū dicebatur accessorium ad testm, cum sine testō fieri nō posset, vt in §. præterea. Insti. de fideicom. har. Dom. Bartho. Soc. meus patruus & dominus meus subtiliter considerando dicit, q̄ immo aliquando legatum potest dici pars testamenti, §̄ glo & Doct. vt per eū. Ex cuius magistrali doctrina, quam intendo plene discutere, facias sex conclusiones.

22 † Prima sit, q̄ legatū dī pars subiectiua testamenti generaliter sumptū. Intellige generaliter prout est testatio mētis & ita intendit ipse, non aut prout in specie diffinitur in l. 1. §. de testa. Et sic nō solum generaliter. i. nō specificati testī, puta quod fecit Titius vel Seius, sed ēt generaliter illud capiēdo pro testatione mētis, nō prout solenne testm diffinitur. Quod nihil aliud est dicere, q̄ q̄ testamentū capiatur pro vltima voluntate, cum quælibet vltima voluntas differat a testamento, prout diffinitur, tanquam genus a specie, vt traditur in l. licet inter priuatos, C. de pactis.

A D D I T I O. Nec dicatur, nō reperiri istud testm in genere pro testatione mentis. Qm̄ videtur q̄ immo possit sic considerari, cum negari non possit, testationem mētis dari in codicillis, in legatis, & fideicommissis, & in donatione causa mortis.

Et licet etiam de alijs verbis possimus dicere considerari mentis testationem, puta in contractibus & similibus, qui tamen nō dicuntur testm, † tamen potest primo dici q̄ immo possunt dici testamentum sic large acceptū, pro testatione mentis. Et hoc fatendo, adhuc legatum dicitur pars subiectiua testamenti.

Vel secundo dici potest, q̄ nos loquimur respectu dispositionis in vltima voluntate (quicquid in alijs dici possit) & dicimus q̄ testm, vt vltima voluntas, potest generaliter capi pro testatione mentis. † Et quod detur consideratio testamenti in genere

24 pro qualibet vltima voluntate, audiui alias allegari l. 2. infra eo. l. eunuchis, C. qui testa. fac. poss. l. 2. C. communia de lega. c. quamquam. de vsur. lib. 6. & c. vltima voluntas. l. 3. q. 2.

Et ex hoc tolluntur obiecta Ias. & aliorum §̄ Soc. quia posito legato, ponitur testm, cum & legatum, velut vltima voluntas, dicitur quædam testatio mentis, & sic testamentum: & quidem verè & proprie, prout in genere capitur: licet fortasse non quo ad particularem vim vocabuli, & specificam eius significationem: si cut in simili diceremus mixtum imperium esse partem subiectiua iurisdōnis, & eo posito, & ipsa poneretur verè & proprie prout generaliter accipitur: licet nō quo ad particulare & specificam vim & significationem vocabuli, de quo videndum est in l. im-

25 perium, §. de iur. om. iu. † Nec mirum tibi videatur, testamentū posse capi & vt genus & vt species: cum idem videas in iurisdōne, in adoptione, & in cognatione, vt est clarissimum. Nec etiam mireris, idem genus posse dici vltimam voluntatem, itē &

26 testamentum. † Nam & animal alio modo potest dici corpus viuens, seu corpus sensitium, & alias cognatio generaliter sumpta potest dici sanguinis coniunctio, & ita in proposito idem genus posse dici testamentum, & vltimam voluntatem, recte intueti sentit Bar. in l. 1. C. de sacro. eccl. in quarta q. 6. q. nu. 76. & ibi memini me aliquando notasse. Et ita intelligēdo & declarādo defenditur ista prima conclusio, sed si acciperetur testamentum, in genere & in abstracto, prout diffinitur, solum ad differentiam testamenti in specie facti, ista conclusio non procederet, cum posito legato testamentum solenne (prout diffinitur) necessario nō poneretur, ex quo legata & fideicommissa etiam in codicillis relinquī possunt, quod repugnaret naturæ partis subiectiua.

A D D I T I O. Nec etiam econtra posito testō, poneretur legatū subiectiue, sed aut necessario, si in eo sit factum, vti quid in eo contentū; & sic non sit in eo factum, nullo modo poneretur.

27 † Secunda conclusio sit, q̄ legatū dicitur pars subiectiua testamenti etiam in specie sumptū, in quo factū est, nā cum tot dicuntur testamenta, quot sunt disposita in testamento, arg. l. scire debemus, infra de verborum obli. testamentum iam factum, præiudicatur de omnibus, in eo contentis, & sic etiā de legato & fideicommissis, & quolibet ex cōtentis posito necessario ponitur etiā totum testm: vt per ipsum dominū meum Soc. Ias. reprobatur hanc conclusionem, quia posita parte subiectiua, ponitur totā absolute, nō restrictē, vt hic fieret, vt p̄ eū n. 8. Possēt tñ rñderi, q̄ ex hoc genus nō restringit, cū particulariter de eo tñ testamento loquamur, & illud pro genere capiamus, quod non dicitur restringi.

Ex alio tamen dicas hanc conclusionem omnino falsam, nāq̄ aut consideras testamentum pro eo toto, quod est factum, aut pro vna tantum particulari dispositione in eo contenta.

28 † Primo casū legatū non subijcitur testamento prædicamentaliter & in potētia, sed necessario, cū illud totū sine legato non esset, quod est §̄ naturam partis subiectiua, vt de homine ad animal constat: quia posito animali, nō necessario sed prædicamentaliter & in potētia homo ponitur. Item per §̄rium, etiam posito legato, non ponitur testamentū, vt illud totum & perfecte in legato verificetur, sicut animal in homine: sed ponitur solum tanquam legatum illud continens. Secundo vero casū impossibile esset vnam dispositionē esse partē alterius, cū quælibet particularis dispositio, & sic quodlibet particulare testamentum pro eo consideretur, & ex his apertissime tolluntur dicta Soc. nostri.

A D D I T I O. Sed cōsidera, quia forte Dominus meus Soc. bene loquitur, si rectē intelligatur. Nec credo q̄ non bene intel-

29 legerit naturam totius & partis subiectiua, † vnde dico q̄ ipse intelligit testamentum in specie. Puta factum a Sempronio, pro testatione mentis Sempronij. Nam si tunc dico testamentum Sempronij, accipiēdo pro testatione mentis eius, tanquam genus, prædicatur de legato, fideicommissis, institutione, & de ceteris in eo contentis prout Soc. dicit.

30 † Quælibet enim dispositio dicitur testatio mentis, & sic quælibet dicitur testamētum. Et hoc est q̄ Soc. dicit tot esse testamētum, quot sunt in testamento disposita. Argu. l. scire debemus, de verb. oblig. & hoc modo intelligendo, posito testamento Sempronij, idēst testatione mentis eius, potentialiter ponitur legatum, tanquam species & pars subiectiua, & posito legato in eo, inest genus suum, quia scilicet dicitur testamentum Sempronij, capiēdo vt dixi pro testatione mentis. Et quod ita debet capi, dicit idem Soc. infra dum loquitur de parte integrali.

31 † Circa quæ etiam aduertit, dum vult, quod tot possunt dici testamenta, quot sunt in testō disposita, qm̄ hoc plerisque vti impossibile, quia tunc vnum per aliud tolleretur, iuxta §. posteriore. Insti. quib. mod. testa. infirm. nemo enim potest cum pluribus testamētis decedere, nisi sit miles l. quærebatur, §. de mil. test.

Præterea si ex post fieret nouum testamentum, in quo solum fieret hæredis institutio ex dispositis in primo testamento, & sic ex pluribus illis testamentis solū hæredis institutio reuocaretur, & non alia disposita, cum secundum testm ad ea non tendat, & secundum Soc. toleraretur quem decedere cum pluribus testamentis, acceptis pro varijs dispositionibus, quod tñ est omnino falsum, quia si primum non valet quo ad hæredis institutionem, nec in cæteris valere potest l. si nemo, supra de test. rit. & l. scire debemus, cum doct. Bar. ibi, in qua est fundamentum Soc. quæ secundum illos nihil facit, cum loquatur in multiplicata permissa, possumus enim plura emere vel stipulari.

32 † Tu † defende hoc dictum Soc. quod etiam fuit Imo. in l. si q̄ §. de test. vt ipse Soc. refert. Addi. Et vltra eum idem Imo. ita dixit in c. 2. §. colum. de testa. & idem posuit hic Are. nam quod dicitur neminem posse decedere cum pluribus testamentis, & regula dicti §. posteriore, procedunt respectu testamenti in specie sumptū, prout diffinitur, & prout tendit ad vniuersalem bonorum dispositionem, nos vero loquimur respectu testamenti generaliter sumptū pro testatione mentis: quo respectu multiplicitas dicitur permissa, alioquin sequeretur, q̄ per sequentes codicillos præcedens testamentum reuocaretur, quod est aperte falsum. Et licet sequens solenne testamentum tñ hæredis institutionem contineat, totū tñ præcedens, etiam quo ad legata, reuocatur, vt est dictum, quia ista multiplicitas testamenti, sit gñaliter pro varijs dispositionibus accepta, toleratur, qñ sub eadē solēnitare sunt, vel qñ vnum

33 non tendit ad alterius reuocationē. † Tertia conclusio est, q̄ legatum non dicitur pars integralis testamenti in genere considerati, non in ad integrandum testamentum requiritur legatum, cum sine eo fieri possit, ut d. §. qui neque legaturus, hoc est expeditum, & omnes ita tenent, non infisto.

A D D I T I O. Quidam de Nigris denigrat veritatem dicēs, q̄ imo potest dici pars integralis, licet non substantialis, seu non principalis, ut manus in homine, ut per eum. Qui melius fecisset chartam nō denigrare. Hoc. n. quod ipse dicit, procedit respectu testamenti in specie facti cum legato. Sic & de manu hominis dicitur, ut sit pars integralis illius hominis, quia eam hēt, sed nō hominis in genere consid. r. ut. Et ista conclusio, procedit, siue capiat testm in genere, prout diffinitur, siue etiam pro testatione mentis. Potest etiam ad argm̄ Nigris dici aliud esse in homine, q̄ licet sit sine manu, homo tñ in substantia non dicitur perfectus iuxta naturæ ordinem. Non sic est in testamento respectu legati.

34 † Quarta conclusio sit, q̄ legatum in testamento factum, dicitur pars integralis illius testamenti ita in specie sumptū, & facti, capiēdo tamen testamentū pro forma & essentia eius, & ex natura illi. nam cum testamentū, ita factum sine legato, illi nō fuisset, nec tale esset dempto legato, sequitur q̄ legatum dī pars eius integralis, cum requiratur ad illud totum integrandū. Quod inrelli-

go ex voluntate testatoris, & sic accidentaliter, nō autem simpliciter ex natura testamēti, & hoc re ipsa exprimitur, dum dicitur in specie sumpti & facti, cū iam demonstratur expressā voluntas testatoris. Et quamuis possit testator pœnitere, & possit legatū adimere, tū tunc non diceretur amplius illud testamentū tota liter, & eo modo vt prius erat factū, sed aliquo modo immutatū, cessaret enim in legato voluntas testatoris & sic accidens illud, a quo pendebat legatū esse partem integram testamenti. Et ex hoc patet responsum, si diceret q̄ totum sine sui parte nō datur. l. malū, §. de verb. sign. & tñ adempto legato remanet testamētū, qm̄ dico, nec totum illud, quod erat, seu testamentum vt erat factum, remanere, sed aliud dici potest, seu non totū. Nec huic cōclusioni obstat l. 4. in fi. infra de manu. test. quoniam ibi legatum intelligitur separatim a testamento, idest a libertate, iam in testamento data, cum reliquerit legatum, si viuis manumiserit, & c. vt ibi declarant Barb. & Alb. de Rosa. & alij sequuntur.

35 † Quinta sit conclusio, q̄ legatum in testamento designatum dicitur pars integralis illius testamēti designati, si enim designauit testari & in testamento legare, tale testamentum non dicitur integrum, nisi etiam legatum fiat: ita voluit hic dominus meus Soc. & nemo impugnat, & ego credo verum, in p̄scto eo testamento, quod in mente conceperam: nam siue legato verum est me non fecisse vere & totaliter designatum testamentum.

36 † Sed tūc dubitari potest, an testm̄ illud, eo q̄ designatum legatum deficiat, valeat quo ad hæredis institutionē? Et dominus meus Soc. determinat q̄ nō, tanquā quod in eo deficiat vna pars integralis, ac si in domo paries vel tectū deficeret: nihil ergo dicitur testator egisse si non totā suam voluntatē expleuit. Hāc opin. communiter tenent doct. hic & in l. si quis, la. 2. §. de test. Pro qua primo facit d. l. si quis, vbi v̄ casus. Secūdo l. furiosū. C. qui testa. face. pos. per que iura dicūt Bald. & Imo. in d. l. si quis, & hic Soc. 37 refert q̄ testamentū capit. vires ab vltimo puncto secundū designationem testatoris, & in eo perficitur quod etiam idem Soc. noster eleganter dixit in cōf. 92. inci. in causa domini Ant. 2. col. 3. vol. Prius ergo testamentum dicitur imperfectum, quasi voluntas testatoris dicitur quid indiuiduū, & propterea merito vtile per inutile vitari debet, iux. no. per Bar. in l. grece. §. illud, §. de fidei. Facit etiam, quia nihil actum esse creditur donec aliquid superest addendū. l. cum Syllanianū, in fi. C. de his quib. vt ind. Sed aduerte, licet Doc. ita communiter teneant, ego cōsiderabam priam partē disputatio sustineri posse, & esse longe æquiorē. Mouebat primo, quia cum testator sibi ipsi plenē satisfecerit quo ad hæredis institutionem, dicitur adesse essentia & caput testamenti, ideo videtur, q̄ testamentum non vitietur, licet legatum deficiat, † sicut de homine dicimus, vt nō minus sit homo, licet ei manus desit, secundum quod Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in 3. opposi. infra de verb. obliga.

38 Secundo, quia alioquin diceremus testamentum ipsum, & hæredis institutionem, velut principale, sumere validitatem a legato, & sic ab accessorio, cōtra l. ex pupillari, supra de vulg. & pup. 39 † Inspiciendo igitur quod principaliter agitur, per iura vulgata, dicendum v̄, q̄ testamentum istud debeat cōseruari quo ad hæredis institutionem. Facit & tertio, quia testator fm̄ q̄ designauit plura volebat & in proposito nostro ista duo, videlicet hæredem instituire, & legare, quæ inter se separata sunt, & aliās quot sunt disposita in testamento, tot videntur separatē dispositiones, seu testamenta, vt dixi in secunda conclusione. † Quo stante sequitur regula, q̄ in his quæ separabilia sunt, vtile per inutile non debet vitari, vt traditur in l. i. §. si stipulanti, de verb. obligatio.

ADDITIONO. Quod in proposito intellige, sic exquirente verosimili voluntate testatoris. Quarto facit quia publice expedit, suprema hominū iudicia exitum habere. l. vel negare. §. quez. ad. test. aperi. † vnde eo respectu, & ad eum finem latior fieri debet interpretatio, iuxta not. per Bart. in l. 2. §. exercitum, per illum text. §. de his qui no. inf. & ita in interpretandis testamentis dixit præclarissimus Iurisconsultus Dominus Philip. Dec. compater & dñs meus honorandus in l. in testamentis, infra de regul. iur. Demum & quinto arguitur per locum a benigniori, item & verosimili † nulli etiam dubium est, benignius esse testm̄ istud cōseruari, quo ad hæredis institutionem, quam totaliter vitari, ergo & c. per iura vulgaria. item & verosimile est ita de intentione testatoris fuisse, nam si interrogatus fuisset, si deficeret in faciēdo legato, an veller vitari hæredis institutionem? certē respondisset quod non arg. l. 3. supra de mil. testa. ita ergo de iure constitui debet, iuxta notata in l. tale pactum, §. si supra de pact.

ADDITIONO. Et dicā, q̄ videns testator, se non posse legare, præsumitur mutasse voluntatem, & sic q̄ testm̄ valeat sine legato, ne alias credatur elegisse viam ad impugnanda sua iudicia, sicut in simili in d. l. miles, qui volebat iure cōi testari, cum nō posset, & dicitur voluisse testari iure militari ratione prædicta.

43 † Nec prædictis & præsertim tertio arg. tenendo istam partē, obstant allegata in contrarium, maximē quod dicebatur testamentum respectu voluntatis esse quid indiuiduum, in quo stat

tota difficultas præsentis disputationis, quoniam responderetur, q̄ illud videretur falsum, & contrarium videretur probari.

Primo in l. 2. in princ. supra de hered. inst. vbi testator non expressit partes, quas volebat, & sic in eo deficit voluntas eius: & tamen testm̄ valet, & lex ibi, ne pereat testm̄, ex benignitate quadaam voluntatem testatoris interpretatur, vt ibi dicitur.

Secundo, hoc etiam probari videtur in l. cum pater, §. fi. infra tit. j. vbi deficit voluntas in declarandis finibus, & forma certaminis, & tamen valet dispositio, & licet testator dixerit in alia scriptura se illud facturum, ex hoc tamen nō tollitur, quin dispositio valeat, licet voluntas in aliquo defecerit.

Similiter, & tertio, hoc probari videtur in l. pen. C. de insti. & subst. sub cond. fact. vbi deficit voluntas in ascribendis conditionibus, & tamen valet institutio.

Nec dicatur q̄ in prædictis iuribus testator mutauit voluntatē, & eum promissorum pœnituit: quia hoc esset magna diuinatione: & non debet ita præsumi. arg. l. non ad ea, §. de cōd. & demō. & i specie repugnaret verbis dicti §. fi. & dictæ l. p. e. ibi, ac postea morte præuentus non fecit & c. & licet in d. l. pen. illa verba non in narratione casus, sed in argumento ponantur, credi tñ debet Imperatorē idem in suo casu præsupponere, ne alias dicatur impertinenter, & ex dissimili arguere. non ergo videtur indistinctē verum, testamentum, respectu voluntatis testatoris, esse quid indiuiduum. Et sicut in iuribus prædictis aliqua particulari ratione præsertim ex benignitate legis, vt actus valeat, valet dispositio, licet testator in totum suæ voluntati non satisfecerit, ita & in casu nostro dicendum videtur per rationes præallegatas.

Nec obstat d. l. si quis, & d. l. furiosum, quia illa iura procedunt qm̄ voluntas deficit circa hæredis institutionem, iuxta d. l. furiosum, vel etiam ignoratur, in quo deficiat: quo casu cum agatur, vel agi posset de capite & essentia testamenti, conueniēs videtur vt in parte aliqua non valeat: & eo respectu testamentum dicitur dicitur quid indiuiduum respectu voluntatis testatoris.

Nos vero loquimur, & prædicta omnia procedunt, quando certum est, quod voluntas tantum deficit in aliquo accidenti vt in casu nostro deficit tantum in legato, sine quo testamentum recte & cum integra sui essentia stare potest.

ADDITIONO. † Et hoc modo etiam debet intelligi l. ex ea scriptura, supra de testamen.

Et sic etiam potest dici ad l. quoties, §. tantundem, supra de hæred. insti. Quæ (vt verum fatear) plurimum prædictis obstat, defecit enim ibi testator in qualificanda institutione per conditionē. Et sic agitur de capite testamenti.

Et nota q̄ ibi destinauit omnino conditionē apponere, p̄ q̄ pot̄ cordari cum d. l. pen. C. de inst. & subst. dicendo q̄ ibi cogitauit conditiones inserere, sed non absolute decreuit. Nec dicitur, prout Are. dicebat in d. l. si quis, q̄ ibi non de institutione hæredis, sed de substitutione deficiente loquitur, † & tñ sine ea stabat optime testm̄, cum integro eius capite, qm̄ veritas est, q̄ ibi secūdi hæredes in intentione testatoris erant principaliter instituenti, sic primi, & non substituendi, vt ibi intelligit gl.

ADDITIONO. Et verbū illud, secundus, denotat ordinē scripturæ, nō ordinē gradus, sic in simili in l. 2. §. si duo, §. de bono. pos. fcl. secun. tab. & in l. seruo alieno, §. si quis, il. secundo, §. cod. & ne cessariō colligitur ex illo tex. ibi, si constaret voluisse plures & c.

Præterea v̄ q̄ illa lex possit retorqueri, nam si tunc demum, institutus hæres non admittitur, quando constat, q̄ testator plures facere voluit, ergo in casu nostro, vbi illud non constat, sed potius contrarium, debet institutus posse admitti.

ADDITIONO. Posset etiam dici, posito q̄ de substitutis velles illum tex. intelligere, q̄ illud procedit, quia in substitutione agitur de totali hæreditate, & institutio poterat alterari.

46 † Ad regulā d. l. cum Syllanianum, in fi. responderi potest, vt procedat respectu totalis dispositionis designate: sed si illud, q̄ est factū, in se est essentia & caput rei, & ad illud principaliter in actu tendimus, quin tale quid valeat, vt pot̄, ibi non dē, immo recte intuenti ibi hoc ipsum probatur. Nam licet in oratione diui Marci illud deesset, quod ibi per Iustinianum additur, propter quod illa regula in fi. legis ponitur: tamen ante illam additionem oratio prædicta optime in eo, quod continebat, seruabatur.

Nec obstat l. i. §. qui neque legaturus, supra de hære. insti. quia ibi, intelligitur tantum respectu plurium, & paucorum verborū, quibus tota voluntas exprimi possit: non autem debet inferri, testamentum non valere, si non legauit.

Et ex his videtur q̄ ista opi. contra Doct. disputanter defendi possit, quam tenuerunt quidam antiqui, quos tacito nomine refert Pau. de Cast. in d. l. si is qui.

ADDITIONO. Et pro ea v̄ facere l. i. ubi dicitur q̄ si nō fuerit, ver. vel in eius hæredis, & c. C. de testa. Nam & ibi valet testamentum in hæredibus nuncupatis, facili tamen responderi potest. Et vt intelligas aduerte, quia ille tex. videtur contrarius. l. si quis, supra de testa. in qua contrarietate dantur multæ solutiones. Et illa est communis, quam Bar. ponit in d. l. i. ubi dicitur, mihi Mar. Soc. Iun. Prima Pars. P 4 tamen

D. Maria. Soc. Iun. in Rubrica.

tamen non placet, quia non inuenio rationem diuersitatis inter casus Bart. Vnde dicas qd in l. iubemus, valet in nominatis, quia non constat clare, qd testator vellet alios nominare, immo cum non fecerit, lex præsumit, qd noluerit, Vbi autem esset clarum qd alios vellet vocare, non valeret, etiam in vocatis, vt d. l. si quis, & ibi gl. hoc sentit in prima eius solutione, idem etiam sentit gl. in d. l. iubemus, in secunda solutione. Et licet postea id probeat, & 47 Bar. etiam reprobet, tamen videtur verum. † Et ad rationē glo. ibi respondetur, qd dubitatio erat, quia in instrumento testamenti erant scripti plures hæredes, & præsumitur quod non sint ex voluntate testantis illi scripti, in quibus lingua, vel manus testatoris non interuenit. Et ex hoc patet quod non facit pro opinione contra Doct.

Ex qua videtur inferri posse alia conclusio, videlicet, qd legatū designatum non dicitur simpliciter, & indistincte pars integralis testamenti, ex quo deficiens non impedit eius validitatem & essentiam: nisi dixeris, quod licet valeat, non tamen crit illud, quod fuerat designatum, hæc tamen non omnino firmo: sed vos super eis cogitabis.

Quibus addite, quod pro opi. 5. Doct. vt s. defensata, facit, qd voluit Bar. in l. in testō, f. de fideicom. liber. & plenius Imol. in c. 2. de test. 4. & 5. col. ver. sed hic queritur incidēt &c. & sequi v. And. Barb. in cons. 42. inc. Clementissimum Deum. 3. colum. ver. nec curo intrare. 4. vol. Et licet prædicti loquantur in dispositione facta ad pias causas, & videantur velle, qd istud procedat favore pias causas, tamen multæ ex rationibus, per eos allegatis, concluderent et in alia dispositione, vos tñ (vt dixi) cogitabis.

43 † Sexta & vltima conclusio est, qd legatum in testō factū non dñ pars integralis illius testamenti ita in specie sumpti, capiēdo testū pro sui materia, id est pro mentis testatione, & ratio est, qd testatio mentis reperitur in eo testamento sine legato, cum tot dicantur testamenta, &c. vt dixi s. in secunda conclusione.

Considera, qd licet hanc conclusionem Soc. nostri, ceteri probare videantur, tamen mihi videtur trium dici posse, nam licet qualibet particularis dispositio, cum sit testatio mentis, possit dici testamentum, etiam sine legato: tamen vna est vniuersalis testatio mentis, omnia completens, & sic dicitur vnum testamentum, ita cum legato ordinatum, & eius totius qualibet particularis dispositio per se potest dici pars integralis postquam testamentum ita factum fuit: cum ad illud ita integrandum interuenit, vt ad sensum patet, & ad istam vniuersalem mentis testationem referenda sunt verba conclusionis, non autem ad vnam particularem dispositionem, in testamento comprehensam.

A D D I T I O. Istud in se est verum, & bene consideratum, tamen hoc Soc. non negasset, quia ipse non caput testamentum hoc modo, sed pro mā. i. pro testatione mentis simpliciter, tanq̄ pro quodam genere, vt sic dicatur testatio mentis Særonis, non habito respectu ad vniuersalem mentis testationem, sed ad quā liber generaliter in testamento comprehensam, sicut dixi in apostilla s. circa secundam conclusionem. Et eo modo, prout dicit Soc. legatum crit pars pars subiectiua, non integralis.

Ex omnibus prædictis, ad gl. recedendo, sumitur conclusio (quic quid dixerint Cyn. & alij declarando gl.) qd legatum multis casibus potest dici pars testamenti. Nec obstat d. s. qui neq; legaturus, iuncta d. l. malum, de uerb. sig. quia respondetur, illud procedere in parte substantiali, nam in ea verum est, totum absq; suis partibus non dari, vt d. l. malum, non autem procedit in accidentali, vt patet in simili in die stipulationi appositæ, nā dicitur tunc eius pars l. i. s. diem, s. de eden. & tñ stipulatio sine die cōcipi potest, ut est clarum, & probatur in s. omnis. Inst. de verb. oblig. Sic etiam videmus in codicillis & substitutione pupillari, nam dicuntur pars principalis testamenti. l. pen. s. quemadmodum. test. ap. & tamen exploratissimum est, testamentum absq; eis fieri posse.

Ex eo tamen qd in pluribus diximus, legatum posse dici partē testamenti, non negatur, quin etiam accessorium eius dici possit sicut qd s. dixi, nec inconuenit vnum & idem diuerso tamen respectu, posse dici partem & accessorium alicuius, vt de pupillari substitutione dicitur in s. liberis, Inst. de pupill. substit.

A D D I T I O. Sic etiam dicitur de codicillis, ut l. ab intestato, in si iuncta l. quidam referunt, post prin. s. tit. prox.

50 Ex secunda parte gl. habes remissiuē, qd cur iste tractatus sit ita in tres libros diuisus. Alia fuit opinio Odofr. & Alb. hic, vt, s. in primo de personis tam legantium, quam legatariorum, in secundo de rebus prohibitis & concessis legari, in tertio mixtum tractatur de personis, & rebus, & de interpretatione verborum. Alia etiam fuit opi. Jac. de Arc. de qua per Bar. in rub. de leg. 3.

Sed tu dic, nullam rationē esse bonam, naz ex inspectione illius in istis tit. positurum, & præsertim l. prima, in qua saltē deberet dicitur apparere, constat non seruari diuisionem aliquam de prædictis.

Præterea qd non sit realis diuisio, nisi quantum variatio casuum importat ex eo ostendit, qd omnibus idem præponitur titulus, sola nota illa adiecta primo, secundo, & tertio. Dicas ergo hoc factum fuisse gratia commodioris usus pp. materiæ prolixitate, argo eius,

quod de fundo dñ in l. Gaius. s. Titius, de leg. 2. quod etiam videtur velle Imo. hic. Licet gl. in rub. de leg. 3. videatur hoc reprobare. Et ad rationē eius dicas, qd non idē in omnibus continetur, cuius casus diuersi determinentur, & sufficit. Quod autem dicit ibi gl. procederet, qd distincti libri distinctos seu diuersos titulos hēret hic uerō eundē titulum hēt, ut iam dixi. † Expedita gl. rub. que ro, cur in hoc uolumine Digestorum simul & mixtum tractetur de legatis & fideicommissis, ut patet ex ista rubr. & duab. sequ. p. Imperatorē tñ in C. ponantur primo tractatus distincti, postea tractatus cōes? Iac. hic in si. rub. in noua lect. dicit, qd Imperator in C. ita fecit gratia commodioris doctrinæ, arg. d. s. Titius. Sed hoc nihil est, nam cur idem hic non sit? maximē cum gratia commodioris vsus, idē tractatus diuidatur, ut dixi, erat. n. oportunitus facere diuersos tractatus, sicut fit in C. Dicebant quidā qd iō, qd illi sub titulis positus mixtum de vtroq; tractat, fuit factus tractatus mixtus. Sed nō satisfacit, quia ex p̄lo C. poterat ex ill. de legatis tñ loquentibus, fieri tractatus legatorum, similiter & tractatus fideicommissorum ex illis, quæ tantum de fideicommissis tractat. Plures. n. sunt ill. de altero tantum tractantes, & postea ex illis, qd mixtum de vtroque tractant, fieri poterat tractatus communis.

Alij circulariter dicebant, qd Iurisconsulti non ita curauerunt ordinem, qd quia pp. scientiam & doctrinam eminentem erant inflati & superbi iuxta gl. in l. licet. C. de acq. poss. & ideo inordinate loquebantur, argo eius quod dixit Bar. in l. Domitius La beo, s. de test. Sed hoc peius est ceteris & auctoris ignorantiam præferret. Primo, quia licet ex scientia & doctrina possit argui superbum & elatum responsum, ut dicit ibi Bar. non tamen arguetur, inordinatio, immo ē contra potius, cum ordo perfectus, a perfecta scientia proficiatur.

53 † Secundo, quia iste ordo non ab illis Iurisconsultis, puta Paulo, Vipiano, Celso & ceteris, sed a compilatoribus nobis tradit, & quidem ex præcepto Imperatoris & plerumque iuxta ordinem C. vt probatur in l. i. s. cumque hæc. C. de vete. iur. enu. & iō erat Iac. hic, dñ quærit quare Iurisconsulti simul tractauerint, & non nisi, sed compilatores (vt dixi) hunc tractatum mixtum quibus præposuerunt. Reperio qd gl. in rubr. C. de fideicom. quam ibi sequuntur Bar. & Sal. dicit qd ideo qd de fideicom. ibi ponitur separatus a tit. de leg. quia sicut antiqua iura in multis differēbant. Sed nec istud vñ tutum, quia si in C. vbi ponitur nouum ius (sicut antiquo iure in multis differēbant) diuisum tractatur, quanto magis eodem respectu diuisum hoc tradi debuisset, ut volumē istud Digestorum ex antiquo iure fuerit collectum, vt d. s. cumq; hæc. Tu ergo præpositæ q. respondendo ita declarabis, qd fuit facta prima C. compositio, antequam promulgaretur Iustinianæ constitutiones, de quibus C. communia de leg. differēbant legata a fideicommissis, & ideo ponuntur de eis tit. separati, quod aduertens Iustin. nolens inter ea obseruari differēntiam, ipsas vniuit, & sic posuit suas constitutiones ad hoc tendentes. C. communia de leg.

A D D I T I O. Sed vñ qd hoc non procedat, quia vltima compilatio codicis fuit facta post æquiparationem, tñ defendēdo dicitur, qd in ea solum fuit mutatus codex primus in his, in quibus per eum erat additum vel correctum. Vbi autem per dictam nouam compilationem nihil noui inducebatur, non immutabantur primam compilationem. At circa istam æquiparationem, nihil noui uiter fuit dictum merito, &c.

Vel melius dicas qd in prima compilatione erat facta æquiparatio, quod ad actiones, vt l. i. C. communia de leg. que erat in prima compilatione. Postea uerō plenius facta fuit in secunda compilatione posita. Et sic dicemus, qd per posita in prima compilatione, non apparebat totalis æquiparatio. Et propterea etiam in secunda fuit mutatus ordo, quo stante fuit ex post compilationem volumē istud digestorum, vt in proce. Inst. post prin. & cū tunc iam esset facta vniō & æquatio legatorum, & fideicommissorum, conuenienter fuit positus tractatus noster mixtus, & de vtroq; conjunctim tractans. Et licet eadem consideratione idē fieri debuisset in volumine Institutionū, quod ex post compilatum fuit, tñ secus fuit obseruatum, & ibi distincti tractatus positi fuerunt gratia iuuenum, ad quorum instructionem factus est liber ille, vt inquit Imperator in s. sed ne in primis. Inst. eo.

His explicitis ad tituli nostri & totius materiæ pleniorē intellectum quedam præmittenda sunt, quæ licet per Ale. & quosdam alios ponantur, in l. i. oportunitus tñ hic veniunt declaranda. 54 da. † Primo ergo, ut futura dispositio: exordium a diffinitione non proficiatur, quæro quid sit legatum? & reperio in iure tres diffinitiones. Vna est Florentini Iureconsulti in l. legatum est, l. eo. v. qd est deliberatio &c. & caue, quia licet alibi legatum deliberatio, & vera tñ litera est deliberatio, vt ex antiquis monumentis accepit, & ita legit Cuma Adde, quod Holoader legatum deliberatio, & exponet. l. diminutio. Sed nō facio uim, quia et eo modo legi pot. Si vis ueram literam, consule Pandectas Florentinas.

Secunda est Modestini in legatum est, l. tit. i. Tertia est quæ tradit Imperator Iusta. eodem in prin. Et cum iste diffinitiones diuersi-

diuersimode ponantur, facile videtur vt nulla tuta sit, quia vt in-
 55 q̄ Bar. & refert Bald. in l. precibus. 7. col. C. de impub. & alijs
 Quod multipliciter expōditur, eius veritas ignoratur, &
 eo addito q̄ oranis diffinitio in iure periculosa est. l. omnis diffi-
 nitio. j. de reg. iu. Videamus ergo an aliqua defendi possit.

Et circa primam ei videtur obitare, quia non videtur conuer-
 ti cum suo diffinito, prout ad bonam diffinitionem requiritur, vt
 l. r. §. dolum, supra de dolo. Nam primo conuenit donationi cau-
 sa mortis in testamento facte, secundo etiam conuenit fideicom-
 missio similiter in testamento, cum in vtroque videatur fieri illa
 deliberatio hereditatis &c. & tamen ambo differunt a legato, vt
 ex diuersitate nominis constat arg. l. si idem. C. de cod.

56 † Sed pot̄ responderi ad primū, q̄ p̄ donationem causa mortis
 nō sit illa deliberatio hereditatis, &c. cū fiat & valeat donatore
 viuēte. l. inter mortis, & l. si mortis causa, la 2. j. de donatio. causa
 mortis; hereditas aut nō dī, nisi mortuo testat. l. har. j. de reg. iu.

Ad secundum fateor q̄ illa diffinitio per se comprehendit fi-
 deicommissum, nec inconuenit, cū propter æquiparationem idem
 sit q̄ legatū. l. i. j. cod. & licet Floren. Iureconsult. (cui diffinitio il-
 la ascribitur) fuerit ante æquiparationem, dici tamen potest, q̄ il-
 la diffinitio ponitur a compilatoribus inspecta æquiparatione tā
 quam a Iustiniano. iuxta l. i. §. omnia, & §. seq. & l. 2. §. tanta. C. de
 vete. iu. enucle. ver. vt quod ibi scriptum sit &c. Vel ad vtrumque
 responderi potest, fatendo argumentum, vt sic diffinitio fideicom-
 missum, etiam ante æquiparationem, & donationem causa mor-
 tis, comprehendat, iuxta latam & generalem significationem verbi
 legatum, vt l. & fideicommissum. de leg. 3. vt sic diffiniatur le-
 gatum generaliter sumptum. Et tunc non obstat, quod dixi in do-
 natione causa mortis non fieri deliberationem hereditatis &c.
 quoniam dici potest, q̄ licet a presente presenti fiat, & viuo do-
 natore valeat, non tamen plene valet & irreuocabiliter, nisi eo
 mortuo, & sic tempore, quo hereditas dicitur, ita quod respectu
ADDITIO. Nec etiam obstat l. mulier §. fin. ad Treb. Vbi uidetur, quod unus sit institutus in dimidia, & alia dimidia sit alteri legata, attento quod ibi dicitur, quod hæreditas fuit legata, iuncta l. no- men filiarum, §. portio, §. de uerb. sign. Et ita quidam q̄ Bald. 111 allegabant. † Quoniam respondetur similiter quod ibi hæres p̄- supponitur uniuersaliter institutus, & illa dimidia ab eo postea dicitur legata.*

Prædicta omnia procedunt, quando uerbum, lego, uniuersita- ti uel quotæ adijciatur, prout presupposita fuit disputatione, tñ autem certæ rei adijceretur, tunc indistinctè dicendum est, quod non operabitur institutionem, siue alius fuerit institutus uniuersaliter, siue in quota, siue etiam in certa re, & idem si nullus fue- rit institutus, quia ista satis clara sunt, & ex prædictis optimè eli- ciuntur, super eis uulter non insto.

113 † Dixit tamen singulariter Bal. in d. l. si quod si certa res relinqua- tur ei, qui de necessitate erat instituendus, puta filio, tñ vt testa- mentum ualeat, dicitur res talis relicta iure institutionis, per ca. Raynut. de test. quod nota ad limitationem eius, quod ultimo loco dixi. Dicit tamen Bal. quod istud procedit æquitate canonica, p̄ illum tex. secus autem esset secundum eum de iure ciuili, quod est no. vt per eum ibi. Super hoc tamen dubitari potest, quia ubi aliud quoquo modo dici potest, non debet induci differentia in ter ius ciuile & ius canonicum, vt per Abb. & alios in c. j. de op. no. nunc. de quo tamen pro nunc non instando, me remitto ad ea, quæ habentur in d. c. Raynut. caue tamen quia istud principa- le dicitur Bal. uidetur contra ea, quæ §. dixi prope fine primi ca- pituli nu. 3. in uers. aliquando & tertio &c.

Nisi dixeris quod Bal. loquitur de uerbo, relinquo, & non de uer- bo, lego, sed ex his quæ ante illum uer. dixi, uidetur quod in propo- sito non sit faciēda differentia, & propterea dictum Bal. apud me non

D. Maria Soc. Iuni. in Rubrica.

non sine dubio esse videtur contra d. §. aliud quoque capitulum.
Et ubi contrarium tenere velis poteris ad d. c. Raynut. respon-
dere secundum gl. ibi, quam multi sequuntur, quod ibi fuit factum
relictum iure institutionis, & ita in eo text. subaudiendum est,
& istud nouissime firmat ibi And. Barb. colum. 21. versic. capio
nunc tertium.

114 † Vel etiam dici potest quod relictum dotis tollit difficultatem,
nam cum dos data exclusa succedat loco legitimae, ut videtur
uelle Sal. in auth. nouissima. in 11. q. C. de inoff. test. & dixit Ric.
Malum. in l. Titio centum. §. Titio genero, de cond. & demonst.
& ibi hoc expresse firmat Imo. licet Bar. dubitare uideatur) sequitur
quod tantum sit reliquisse dotem, quantum si reliquisset legiti-
mam, quo casu ex qualitate relictum volunt Doct. magis comuni-
ter, quod relictum dicatur factum iure institutionis, ut supra dixi cir-
ca primum caput, cogitabis tamen super hoc.

115 **ADDITIO.** † Ex praedictis etiam inferitur ad quaestiones
an statutum prohibens maritum legare uxori, prohibeat etiam ea
instituire haeredem? quam quaestionem mouet hic Rui. Qui re-
fert Corn. tenere quod non in consil. 185. 1. vol. Maxime ex eo,
quia statutum est exorbitans, & non debet procedere, nisi ubi
proprie legaretur. Et eam opinionem dicit Ruin. posse procede-
re, si in loco ex communi usu loquendi, verbum, lego, tantum si
gnificat particulare legatum, alias tenet contrarium, quia statu-
tum cum sit factum, ne iniucem mutuo amore coniunges spo-
lientur, arg. l. 1. supra de donat. inter uir. & uxo. debet extendi ut
per hanc rationem voluit Bar. in l. 1. C. de summa trinita. & fide
catho. in 6. q. princ.

Tu breuiter dicas in primis quod illa non prohibet donationem
causa mortis & minus prohiberet legatum sed tantum procedit
respectu donationis inter viuos. Ratio ergo sit, ne maritus coniu-
gis blanditijs priuet suos successores, puta filios (prout est statu-
tum vrbis ueteris) uel etiam alios bonis suis, ea uxori relinque-
do. Secundo dicas quod indistincte uidetur inducendum, etiam
institutionem prohibere.

116 Primo, quia eadem ratio est, et in institutione, † Quo stante se-
quitur, quod sit extensio statuti etiam exorbitantis, ad casum, qui co-
prehenditur sub lata significatione, arg. l. filium habeo, §. ad Maced.
& tradunt Doct. in l. si constante. in 9. q. primae partis, §. solu. matr.
Vnde cum verbu, lego, large et institutione comprehendat. l. ver-
bis legis, §. de verb. sign. etiam in ea statutum debet habere locum.

Secundo, quia si aliud diceremus, statutum facile redderetur
delusorium, quia facile esset marito uolenti legare uxori, eaz in-
fluere in eo, quod legare uolebat. Quod esset ualde absurdum, sp-
n. debet fieri interpretatio, ne statuta fiant delusoria, ut in c. si ci-
uitas, de sen. exc. li. 6. Et per haec facile respondetur ad rationem
Corn. Et ad id quod dicitur de communi usu loquendi, posset dici quod
non procedit in uerisimilem mentem statuentium, quoniam licet statueret, quod
acceperunt uerba aliter, quam secundum communem usum loquendi, prout in
casu isto constat ex rationibus praedictis. Cogita super istis, & scias
quod hanc opinionem tenent etiam quidam nouissimi Bono. non
tamen per uiam praedictam, neque per praedictas rationes omnes.

Tertio praemitte, quod sicut legata & fideicommissa in se diuer-
sa sunt, ut per las. in princ. l. prime, etiam diuersam habuerunt
originem, ut ibidem per Alexand. las. & alios, quos per te uideas.

117 † Caue tamen, quia dum ipsi dicunt, quod diuus Pius Antoninus
primum in certis casibus uoluit robur dari fideicommissi, erant,
quia longe antequam esset Pius Ant. robur fideicommissa etiam
uniuersaliter acceperunt. Dicas ergo quod ille fuit Diuus Octa-
uianus, uel quia & c. iussit Consulibus auctoritate suam interpo-
nere, prout legitur Inst. de fideicom. haer. post. prin. ibi, postea
Diuus primus Aug. Quod est ex eo euidenter probatur, quia Diuus
Claudius, qui postea pro fideicommissorum obseruantia, praeter
res fideic. constituit, ut patet in l. 2. §. post deinde Diuus Clau. §.
de ori. iur. iuncto d. ver. postea diuus primus. Inst. de fideic. haer. c.
cum per. seq. fuit per multa tempora ante Pium Ant. fuit. n. Cla-
uintus Imperator: Pius aut Ant. fuit postea 14. & hinc sequitur
in d. l. 2. ante d. c. post deinde diuus Claud. corrupte legitur, pius
deinde Augustus, & ab ista corrupta litera Doct. fuerunt decepti
reponatur ergo uera litera & legatur, primus deinde Augustus,
uel diuus deinde & c. Praemitte etiam quartum particulare quod
quinque erant principales differentiae inter legata, & fideicom-
missa, aliquae in modo consociendi, aliquae uero quo ad iuris effe-
ctum, de quibus per las. infra in l. 1. col. 2. uide per te nu. 11. 12.

Ultimo ad materiae declarationem, & necessariam terminorum
intelligentiam, per uiam praemissi quaero, quomodo legatum a fi-
deicommissis cognosci possit. Item an huius cognitioni sit ho-
die aliqua utilitas?

118 † Circa primum plurima dicuntur per Alex. §. in l. 1. 2. & 3. co-
lum. post Imo. Cuma. & Pau. de Cast. & ut dicit las. in l. lect. D.
Ale. nimium laborat, aliqua et dicitur patruus & D. me Soc. hic la-
so. in noua lect. & Modern. Sed quia utilitas parua est, ut §. dica. &
et quia potest breuiter expediri, parum insistendo, loquar conclusi-

ue. Dico ergo, quod ubique, ex uerbis disponentis constat, fidei gra-
uati quid committi, semper dicitur fideicommissum: & hoc erit
si uerba inflexa, praecaria, seu deprecatoria ad eum referuntur, ut
rogo, uolo, mando, peto, ut aliquid des, uel facias, uel quid simile,
ut probatur in §. si. Insti. de singu. reb. per fideicom. reli.

119 Alias autem, ubi uerba hoc non importarent, non diceret fi-
deicommissum, sed esset legatum. † Nam si fidei grauati quid non
committitur, non potest fideicommissum appellari argumento sui
pro ab etymologia uocabuli negatiue, iuxta l. 2. §. appellata, cum
ibi traditis per Doct. supra si cert. pet. de quo, quomodo proce-
dat, plene dixi in l. 1. infra de acqu. post. † Inde enim fideicom-
missum dicitur, quod fidei grauati fuerit commissum, ut ex sono uer-
bi constat, & probatur Insti. de fideicoh. haer. in prin. quod in hanc de
clarationem, si recte animaduertes, uidentur omnes consentire.

Sunt tamen qui leuibus moti argumentis, dicunt, quod sicut hodie iu-
re C. ita & olim nulla differentia erat inter legata, & fideicommissa,
etiam in uerbis in quibus inducantur: & sic uolunt, quod quibus uer-
bis fideicommissum proprie sumptum fieri poterat, eisdem fieret
& legatum similiter proprie sumptum. Ex quo haec conclusio in-
feritur, si lego tibi 10. fideicommissum erit, & si fidei haereditis com-
mitto, legatum erit, quod ego nunquam probarem & nedum olim,
121 sed et hodie post equiparationem. † Dico re ipsa & nominatum
legatum differre a fideicommissis, & cognosci modo, de quo supra.

Nec obstat l. 2. C. communia de lega. quia ego fateor, quod esse-
tialis non remanet differentia, & quod est legatum, potest dici fi-
deicommissum, & ita per contrarium quo ad effectum, ut. Idem
iuris sequatur, siue legatum siue fideicommissum fiat, & ita proce-
dit quod in f. d. l. 2. dicitur, ibi & si specialiter & c. maxime dum
dicitur, quod non uerbis, sed rebus lex imponenda est, nam si non
sunt uerba attendenda, inferitur, quod uerbis remanet differentia.
Et licet fatear in effectu & quo ad rem, ea non differre, negari ta-
men non potest, quin remaneant nomina diuersa, quae ex quali-
tate & proprietate uerborum inducentium discernuntur, & ad
hoc tantum tendit praesens disputatio. Et quod etiam hodie uer-
bo & nomine differant, probari uidentur, ex eo quod post equi-
paracionem, & sic post d. l. secundam Imperator ea distincte tradit
122 in lib. Institutionum. † Facit etiam quia si sunt equiparata & si-
milia reddita, uidentur quod non possint dici idem, cum similia non
sint idem. l. actionis uerbo. §. 1. cum glo. infra de actio. & obliga.
& c. capitulum sanctae Crucis, cum uulgaribus de rescrip.

Et licet modo praedicto legatum a fideicommissis per primum
in sui essentia cognoscantur, tamen hoc uerum est, quod propter
123 consonantiam quandam, quae simul habeant. † Et etiam propter
uisionem, hodie de eis facta, iure saepe his uocabulis promiscue
uuntur, unum pro altero ponendo, & per hoc responderi potest ad
omnia iura, quae in contrarium considerantur, aut considerari
possent. Videmus enim in primis, quod lex dicit per fideicom-
missum legauit, ut l. uxorem. §. testamento quo, de leg. 3. & alibi
legauerat his uerbis, fidei tuae committo, ut l. seruos, infra de ali-
men. & cib. leg. item per fideicommissum legata duplicata uiden-
tur, ut l. fideicommissa. §. si quis 10. de lega. 3. sic etiam uocatur quod
quod fideicommissum, quod fuerat legatum ut l. Paulo. Calima-
cho. §. si. de lega. 3. uel dicitur legatum ex causa fideicommissi praes-
tari, ut l. Gaius, in f. de leg. 2. & alibi quod primo legatum appel-
latur, dicitur restitui fideicommissario, ut l. saepe, de leg. 3. Item &
multa alia iura huiusmodi studiosius per se inueniet.

Et secundum hoc procedant l. Titia cum testamento. §. 1. & l.
124 peto, in prin. de lega. 2. in quibus uocatur fideicommissum; &
tamen ex uerbis non constabat, quod fidei grauati aliquid esset
iniunctum: dico enim quod ibi lex improprie loquitur, & uocabulo
abuteretur ratione praedicta. Et hoc tutius uidetur, quod dicere secundu-
d. meum Soc. hic, qui (ut uerum fatear) nihil tutum dicere uult, dum
enim primo dicit, quod fideicommissum ibi capitur largo modo p-
125 l. & fideicommissum. de leg. 3. non uult conuenire, quod licet re-
peritur ista larga significatio in uerbo, legatum, ut loquitur d. l.
& fideicommissum, non tamen reperitur in uerbo fideicommissum.

Item dum secundo dicit quod uerba ista uolo, & peto, de quib.
in d. iuribus, uidentur praecaria, per §. si. Insti. de sing. reb. per fideic.
reli. similiter non uidentur securum, quia in d. §. fin. referuntur ad
grauatum, in iuribus autem praedictis ad honoratum, uolo quod ac-
cipias, uel peto, quod sis contentus, quo casu non ita uidetur quod
dicantur praecaria uerba, loquor quo ad propositum quaestionis,
de qua agimus ut. f. ex eo inducant fideicommissum.

Minus est uultu quod tertio loco dicit, quod immo in eis iu-
ribus uerba uirtualiter sunt ad grauati relata, primo quia si ex eo
deberet dici fideicommissum, & non legatum, sequeretur quod le-
gatum nunquam daretur, quoniam semper uirtualiter uerba possunt
dici relata ad grauatum, si enim tibi lego 10. in eis uirtualiter haer-
res dicitur grauatur. Et quidem per uerba praecaria, saltim interpretati-
ue iuxta l. si seruus legatus. §. qui margaritam. §. eo. & patet hoc ex
diffinitione Imperatoris. Insti. eo. quod certe ab ipso esset dicere.
Praeterea circa d. l. Titia. §. 1. quod ex illis uerbis, a se ipsa & c. di-
cant uerba relata ad grauatum, cum illa mulier fuerit pro parte
haeres,

hæres, & ideo dicatur fideicommissum, vt Soc. ipse dicit, non placet, nam olim quando fiebat legatum per præceptionem, similia verba proferebantur, vt Insti. eo. §. i. iuncta glo. in verbo quædã, in fi. & tamen non erat fideicommissum. Et per verba illa a se ipsa & similia, non videtur importare, quod dicit Soc. nofter, sed solum quod per ipsam capiat, non expectato facto alterius.

126 † Eo addito, qd si illa verba secundum eum intelligerent, vana prorsus redderent, quia partẽ cohæredis à cohærede nõ a se dice reẽ accepisse. Partẽ vero suam, nec etiam a se, cum sibi a seipsa legatum non valeat. l. qui filiabus. §. si. c. l. seq. & ibi traditur, j. eo.

Et secundum prædicta similiter procedat l. generali. §. i. j. de vsu & vsufr. leg. vbi dicitur fuisse legatum per verba, dari volo, ex quib. solet importari fideicommissum, vt d. §. si. de sing. reb. p. fide. reli. nam & ibi dicitur fieri abusus verborum. Sic et de pluribus iuribus dictum intelligas, quæ studiosus p̄siderare poterit.

Licet etiam quod ad d. l. generali. §. i. & similia iura, dici possit 127 † quod legatum, seu verbum, lego, per Iuriscultum capitur in eius lata significatione, iuxta superius dicta. Et licet in dubio verba sint in specie capiendã, iuxta doctrinam Bar. in l. hoc legatum. de leg. 3. tamen ibi non fumus in dubio, ex quo sunt exprefsa verba importantia fideicommissum.

AD D I T I O. Dñs Carolus Rui. inter cetera vult qd verbũ, volo, peto, & alia, de quibus in §. si. Inst. de sing. reb. per fideic. rel. semper inducant fideicommissum, ad quemcunque referant, & etiam qd aliã sui natura non essent precaria. Et hoc quia sic ex vsu recepta sunt, vt dicitur in d. §. fin. Et hoc modo declarat dici fideicommissum in l. Titia. §. i. & in l. peto, in princ. de leg. 2.

Sed mihi hoc nõ v̄ securum. Nam si verba testatoris nõ important aliquo modo fidei hæredis quid commissum non video quõ possit dici fideicommissum, vt hic dixi. Ad §. si. respondetur, qd debet intelligi, quando illa verba ad grauatun referuntur.

Circa secundum D. Alex. & Iaso. in noua lect. dicuntur duplicem oriri vtilitatem ex præcedenti discussione, tam & si legata & fideicommissa sint hodie exequata.

Prima ppter intellectũ l. i. j. eo. & aliorũ iuriũ antiquorum, de legatis & fideicommissis loquentium, & hoc transcat. Eo adito, qd oritur et vera doctrina terminorum, vt. l. volẽs in casibus occurrẽtib. proprie loqui, præuia præcedẽti d̄putatione illud nouerit.

128 † Secunda vtilitas est, secundũ eos, magis p̄siderabilis, ppter intellectum statutorum, quæ de ipsis loquerentur, vt per eos.

Sed mihi videtur (prout etiam quidam obiter dicunt) qd ista vtilitas non sit admittenda. nam cum hodie legata & fideicommissa sint æquiparata, & per viam regulæ, & videbimus, infra in l. i. statutum, quod de vno loquetur, procedet etiam in altero, et in corre. toris, iuxta tradita per Doct. in l. 2. j. eo. facit l. 2. in fi. C. communia de leg. dum virtualiter & respectu effectus iuris dicitur, qd omne, quod erit legatum, erit & fideicommissum, & ita per contrarium. Et hoc maxime procederet, si statutum loquatur de legato, ex eo quod lato sumpto vocabulo, etiã fideicommissum venit nomine legati. l. & fideicommissum, de leg. 2. præsupposito semper, quod eadem ratio videtur in vtroque considerabilis, propter æquiparationem, iuxta tradita per Doct. in l. si constante. in princ. 9. q. primę partis. vbi aliquando dixi, supra sol. mat.

Nec dicas hanc vtilitatem defendi quando reperire ntur duo statuta diuerã, vnum loquens de legatis, alterum de fideicommissis. Primo, quia non videtur ex hoc saluari mens Alex. & Iaso. q. generaliter loquentes per hoc nimis restringerentur.

Secundo quia et illud non v̄ verum, pone enim quod vnum statutum dicat, in legato requiri tres testes, aliud dicat, fideico. m. missum, intra annũ à die mortis, præstãdum esse, certe ego dicerẽ vtrũq; statutum in vtroq; procedere per prædicta, cũ enim ðria mens statuentium non appareat, stabimus regulæ, que est quod quo ad iuris effectum vnum sit alterum, & ecõtrario. Faterer tñ, quod si circa idem fierent diuerã statuta in eis, vnum non haberet locum in altero, pura quod statutum dicat pro legato præstãdo hæres realiter & personaliter grauetur, pro fideicommisso vero realiter tantum, tũc etenim cum constet statuẽtes ea habuisse pro diuersis, & in eis diuersimodẽ dispositiõẽ, loquens statutum de legato, non procedet in fideicommisso, neque per contrariũ, & in eo & in simili casu vera erit vtilitas Alex. & Ias.

AD D I T I O. Potest tertia vtilitas esse, vt. f. qñ per hæredem quarta sit detrahenda cognoscamus, an Falcidia, an vero Trebe. 129 detrahẽda sit. † Falcidia enim de legatis, Trebellianica de fideicommissis deducitur, vt l. 2. §. Quintus. C. de uere. iur. enucle. & inter dictas detractiones, p̄sideratur utilis differentia, ut in l. in quartam, ubi per doctores, infra ad l. Falc. Hoc tamẽ procedit tenendo quod æquiparatio de qua in l. i. j. eo. & in l. 2. C. communia de leg. non procedat, quod ad detractionem quartæ, sed in tali detractione procedat antiqui iuris dispositio, prout quidã tenet, pro quo facit d. l. sancimus. C. de testam. & l. præcipimus, in fi. C. de appell. nihil enim circa hoc reperitur immutatum, ergo & c.

Et l. 2. cõmunia de leg. p̄t dicit, qd procedat in his, quæ naturaliter insunt legatis, uel fideicommissis, intelligẽdo intrinsecce, non

autem in his, quæ extrinsecus accidunt, ut est detraçtio quartæ.

Verum qa Doct. solent ðrium dicere, ut in specie dicit Cuma. in l. i. prope fi. j. eo. de hoc ibi (domino concedente) uidebimus.

Et tenendo pro tunc secundum Doct. quod Falcidia de legatis, & fideicommissis particularibus detrahatur, Trebellianica uero ex uniuersalibus tam legatis, quàm fideicommissis, utilitas prædicta inutilis redditur. Volui tamẽ eam tetigisse pro his, qui aliã opinionem tenere uoluerint.

Et ista sufficiant pro præambulis in hac rubrica, absoluta, Die decima Nouembris. M. D. XX. in Florentissimo Pisano Gymnasio, Anno quarto meæ Pisanae lecturæ, Ad laudem omnipotentis Dei, & uirginis gloriose, necnon & diui Martini, cuius solenitatis hodie uigiliam agimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex ista male tribuitur Vlpiano, & num. 129. In Pandectis tamen ille inscribitur auctor.
- 2 Qui omne dicit, nihil excludit. Dicitio per omnia, importantia quid uniuersaliter fieri, ibidem.
- 3 Et quid esse tale indistin. te, & respiciat etiam tempus, nu. 6. & quomodo declaretur, num. 11. & 17.
- 4 Concessio priuilegiorum unius studij facta alteri studio, vtrum & quando trahatur ad futura, vsque ad nu. 20.
- 5 Legans omnes vestes suas, tantum quas tunc habebat legare dicitur.
- 7 Declaratur l. si. §. i. delega. 2.
- 8 Priuilegium solet stricte interpretari, maxime ne tertio præiudicet, & nu. 11. & num. 14.
- 9 Declaratur c. quo circa, de priuileg.
- 10 Beneficium late interpretatur.
- 12 Priuilegia non sunt multiplicanda.
- 13 Priuilegium dicitur prinata lex.
- 14 Priuilegia licet certa ratione concedantur, pendent tamen a voluntate concedentis.
- 16 Generalis dispositio non trahitur ad non cogitata.
- 18 Noua consideratio in materia illa, an scilicet dispositio trahatur ad futura.
- 20 Signum uniuersale saepe nihil operatur vltra clariorem expressionem voluntatis.
- 21 Si studium cui primo erant priuilegia concessa, priuetur priuilegijs, an & quando priuetur etiam studium cui ad instar alterius erant concessa? & vsque ad num. 27.
- 22 Vbi relatio ad aliud studium se habet tantum per modum causæ inducendi, illo priuato etiam sine culpa, aliud non prinatur, secus si per modum causæ essendi, & conseruandi.
- 23 Si primum studium priuetur ex delicto, & ad illud relatio se habet per modum causæ conseruandi, an aliud priuetur? vsque ad nu. 26.
- 24 Pœna suos tenere debet auctores.
- 25 Declaratur l. alteri, de adimen. lega.
- 26 Lex si ita legatum, la prima, de condi. & demonstr. declaratur.
- 27 Falsa causa vitiat legatum, si testator non erat aliã legaturus.
- 28 Statutum, quod ad certum magistratum soli originarij admittantur, an & quando comprehendat electos in ciues per omnia.
- 29 Ciuis ex priuilegio an & quando teneatur ad onera ciuitatis.
- 30 Ciuis creatus, per omnia, commoda ciuilitatis consequitur, qua ciuitas habet a se ipsa.
- 31 Ciuis per omnia creatus, non perdit priuilegium, quod ipse prius vt forensis habebat.
- 32 Statutum, quod ciues non admittantur ad certam lecturam, intelligitur de originarijs.
- 33 Scholaris priuilegium armorum ferendorum non perdit, licet creetur ciuis.
- 34 Immunitas concessa forensibus venientibus ad habitandum, non perditur, si quis creetur ciuis.
- 35 Priuilegium speciale per generalem prouisionem, non tollitur, nisi ei derogetur.
- 36 Ciuis creatus per omnia, tenetur ad onera ciuibus communiter immunita.
- 37 Aequiparatus ciuib. vel pro ciue habitus, uel vt ciuis tractandus ad onera ciuitatis non tenetur, & nu. 40.
- 38 Ciuis datur sine munere, non sic municeps.
- 39 Declaratur l. cum ex oratione, in fi. de excusat. tuto.
- 41 Generalis dispositio non trahitur ad insolita, & quæ uerosimiliter non fierent.
- 42 Generalis dispositio restringitur, ne ex ea iniquum sequatur, & nu. 51. & nume. 54.
- 43 Si potestas per statutum potest exequi sententias Consulum, prout ipsi possunt, vtrum possit exequi contra filios & uxorem debitoris.
- 44 Dispositio aliqua, licet generalis, restringitur, ne ex ea quis damnum indubitẽ patiatur.
- 45 Statutum mandans executioni sententiam arbitri in omnibus, non procedit, si ex ea quis sit enormissimẽ lesus.
- 46 Vbi lex non distinguit, nec nos debemus distinguere.
- 47 Lex scripta quamuis dura, seruanda est. Et quomodo intelligatur, nu. 52.

D. Maria. Soc. Iun. in Rubrica.

- 48 Dispositio generalis, si sit iuris iam concessi extensio non recipit restrictionem.
- 49 Relatio debet fieri cum omnibus qualitatibus.
- 60 Oratio quantumcumque generalis restringitur ad congruitatem, & decentiam.
- 53 Privilegium principis non intelligitur in damnum tertij, neque ut sit iniuriam.
- 55 Statutum, quod filij & vxor debitoris decoquentis teneantur, forte non est odiosum.
- 56 Statutum favorabile publicae utilitati, late debet interpretari.
- 57 Dicitur ex, & de, dicitur augmentaria, sed etiam diminutionem utraque potest importari.
- 58 Aequatio vnus ad alterum, facit quod omnis virtus alterius ei aequato concedatur.
- 59 Legata & fideicommissa erant, & sunt diuersa.
- 60 Petens rem legatam obtinebit, etiam quod solum probet, eam per fideicommissum relictam. In casu tamen potest non obtinere, nu. 64.
- 61 Verba libelli improprietate ad saluandam mentem libellantis.
- 62 Dolus proponens in libello, non obtinebit probando latam culpam, & quare.
- 63 Lata culpa in criminalibus non aequatur dolo.
- 65 Multa an dici possint tria, vel quatuor, uel quot requirantur.
- 66 Multi an necessariò faciunt multitudinem, & quot ad multitudinem requirantur.
- 67 Multi uel multitudo a subiecta materia declaratur quot sit, & arbitrio iudicis declaratur.
- 68 Multitudo simpliciter loquendo, videtur ad minus decem requirere.
- 69 Gl. vel alius Doctor ponens simpliciter plures solutiones, videtur in dubio vltimam tenere.
- 70 Fideicommissa ante diuum Claudium non petebantur per actionem.
- 71 Vtrum pro fideicommissis daretur actio ante tempora Iustinianis usque ad nu. 94.
- 72 Pro fideicommissis etiam sicut pro legatis dantur actiones.
- 73 Mora non inducitur per solam interpellationem extrajudicialem, quando non competit actio.
- 74 Haeres pro fideicommissis praestando constituitur in mora per solam interpellationem.
- 75 Lex prima. C. de donatio. causa mortis, lex si. C. quando dies leg. ced. & lex secunda. C. de his que sub mod. fuerunt ante Iustinianum.
- 76 L. pecunia verbum. §. persequutionis, pluribus modis declaratur, seu ad illum rex. pluribus. modis respondetur.
- 77 Leges regulis, & non casibus specialibus adaptantur.
- 78 Bar. sibi contrarius.
- 79 De legatis ad fideicommissi transit & datur actio.
- 80 Non poterat olim relinqui post mortem, quando inde actio oriebatur.
- 81 Vbi verba ad iudicem affirmatiue referuntur, non actio, sed officium iudicis oritur.
- 82 Actionis nomen large sumptum, etiam officium iudicis continet.
- 83 Verbum unum potest stare partim proprie, & partim improprie.
- 84 L. ex imperfecto, de lega. 3. declaratur.
- 85 Compilatores. sforum potuerunt in eo volumine ponere, que in nouo C. reperiuntur.
- 86 Lex si cui, de condit. & demonstr. declaratur.
- 87 Officium iudicis non presupponit obligationem.
- 88 Lex prima. C. communia de lega. declaratur.
- 89 Lex finalis. C. de sacrosan. eccle. declaratur.
- 90 Argumentum de donatione causa mortis ad fideicommissum, ut scilicet competat actio, non valet.
- 91 In fideicommissis ante Iustinianum non transibat dominium, & ideo vendicari proprie non poterant.
- 92 In debitis officio iudicis potest mora induci aliquando absque litis contestatione.
- 93 Lex cum postulasset, de damno infecto, & similes declaratur, unde sit, quod in eis mora non committitur ante litis contestationem.
- 94 Legata virum ab intestato vel a legatario relinquuntur.
- 95 Quomodo legata, & fideicommissa fraternizent in nomine, & declaratur.
- 96 Aequatio duorum inuicem operatur, ut iura alterius inuicem communicentur.
- 97 Et communicantur etiam futura.
- 98 Qui est de vno castro non denominantur ab altero, licet talia castra sint inuicem aequata.
- 99 Aequatio vnus ad alterum, non communicat vires aequati, sed per contrarium vires eius, ad quem fit exequatio tribuuntur aequato.
- 100 Aequatio predicta non operatur in his, que aequato ex sui natura non conueniunt.
- 101 Nec in his, que ei, ad quam fit aequatio competunt ratione certa qualitatis aequato non tributa.
- 102 Emancipatus licet sui aequatur, non transmittit hereditatem patris ante aditam.
- 103 Emancipatio non fit vere sunt, licet suo equiparetur.
- 104 Aequatio predicta non operatur in praedictis aequato, sed tantum in favorabilibus, & quando, nu. 107.
- 105 Donatio causa mortis in fraudem patroni facta absolute reuocatur, etiam non dolo facta.
- 106 Donatio inter vivos potest fieri in testamento.
- 108 Aequatio vnus ad alterum per omnia, an operetur iura inuicem communicari, & vsque ad nu. 112.
- 109 Intellectus communis in l. ista reuocatur, & lipsa declaratur, num. 111 & 141.
- 110 Per omnia, ista verba important totaliter ex omni parte, & omni respectu.
- 112 In verbis legis duodecim tabularum uti quis suae rei legasset, non includuntur fideicommissa.
- 113 Lex verbis legis, de verb. sign. declaratur.
- 114 Ius sforum quod ad ordinem & obseruantiam apud nos non fuit ante leges C.
- 113 Legata & fideicommissa an fuerint exequata? & quomodo ante leges Iustiniani, vsque ad nu. 137.
- 116 Lex correctoria non trahitur ad similia.
- 117 In aequiparatis per viam regulae, etiam in correctorijs arguitur de vno ad aliud.
- 118 In l. ista an possit dici aliquid immutatum per compilatores, & num. 131. & 133.
- 116 Immutatum a compilatoribus aliquid esse, quomodo constare possit.
- 120 Declaratur §. sed non vsque, in ver. necessarium, Insti. de legat. & num. 127.
- 121 Declaratur multis modis l. istud. §. tractari, de iure codicill.
- 122 Verba presentis temporis possunt exponi pro praeterito, & quando, nu. mero 123.
- 124 Aeterni opi. in materia exequationis refertur & reprobat, nu. 125.
- 126 Exequatio legatorum & fideicommissorum per Iustinianum primitus fuit facta.
- 127 Regula illa quod post plura specificata, ponatur saepe reuocata generalis, quomodo intelligatur.
- 128 Necessitate precisa non fuit a Iustiniano facta exequatio legatorum & fideicommissorum.
- 130 Legi nostrae uti legi. Vlpiani, potest teneri additum vel detractum aliquid per compilatores, & nu. 133.
- 132 Compilatio sforum quando & quomodo facta fuerit.
- 134 In Digestis saepe reperitur, quod per Imperatorem nouiter fuit inducta.
- 135 In institutionibus saepe fit mentio novarum constitutionum Iustiniani.
- 136 Ista consequentia non valeat, Vlpia. sic scriptis, ergo pro iure seruabitur.
- 137 Conclusiones plures contra Doctores pulchre ad disputandum.
- 138 Post mortem haereditis vel legatarij ante Iustinianum non legabatur.
- 139 Vtrum hodie remaneat aliqua differentia inter legata & fideicommissa?
- 104 In institutionibus quid poni debuit per compilatores earum.
- 142 Differentia legatorum & fideicommissorum in modo inducendi, non reperitur immutata.
- 143 Legatum, quod ab intestato, vel a legatario relinquatur, non reperitur in iure scriptum, sed prohibendum.
- 144 Negativa vniuersalis tota reddiur falsa, si in parte falsificatur.
- 145 Declaratur §. praeterca, Insti. de fideicom. haered. & Insti. de singul. reb. per fideicom. relict. in prin.
- 146 Declaratur §. post mortem, Insti. de lega.
- 147 Declaratur pulchre l. scrupulosam. C. de contrahen. & comit. si. pul.
- 148 Declaratur l. 2. versicu. vbi autem aliquid contrarium. C. communii de legat.
- 149 In volumine sforum potest aliquid reperiri, quod iure nouo seruatur.
- 150 Verbum videtur, improprietatem importat.
- 151 Exequatio potest intelligi postquam legata & fideicommissa in esse producta, talia sunt, & nu. 141.
- 152 Fideicommissa legata non sunt consideranda antequam sint.
- 153 Fideicommissa vni magis ex voluntate pronouentia, non ita solennia, verba requirunt, sicut legata.
- 154 Fideicommissa plus olim habeant quia à morte testatoris cedebat eorum dies: in legatis vero solum ab apertura tabularum.
- 155 Declaratur l. si. de iure codicil. & datur illi nouus intellectus.
- 156 Declaratur l. codicillos, in princ. de leg. 2.
- 157 Declaratur l. cum hi, in prin. ff. de transact. & emendatur.
- 158 Directa, & fideicommissaria libertas differunt, & in multis.
- 159 Declaratur glo. hic, ut contrarium non sentiat.
- 160 Ius patronatus in libertum solum, & filios transit, non in haeredes extraneos, & num. 197.
- 161 Libertas directa ab intestato non relinquatur, fideicommissaria sic. & cur? Et ponitur noua ratio. nu. 162.
- 163 Argumentum de expresso ad tacitum quando valeat.
- 164 Fideicommissum relictum ab intestato non operatur ut dominium transeat relictaria.
- 165 Libertas directa seruo alieno non relinquatur, sed bene fideicommissaria. & quare.
- 166 Libertate in directa, conditio leuissima inspicitur, in fideicommissaria, vero nouissima, & cur.
- 167 Libertas in fraudem creditorum relictata, si sit directa non reuocatur nisi solo euentu, sed requiritur dolus, licet secus in fideicom. & cur.
- 168 Libertas iam data non solet reuocari ex solo fraudis euentu.
- 169 Libertas fideicommissaria praestata statim per haeredem an & quando reuocatur, si euentu fraudantur creditores.
- 170 Vtrum si dicatur, lego tibi seruo libertatem, importetur directa, vel fideicommissaria, vsque ad nu. 193.

- 171 *Legata libertas in iure non reperitur, nec verbum lego, tribuitur libertati.*
- 172 *Directa libertas relicta in testamento in iure vocatur testamentaria manumissio.*
- 173 *Declaratur l. sed & si in conditione. S. fina. supra de hered. institut. & emendatur.*
- 174 *Fideicommissaria libertas dicitur quando quis rogatur manumittere.*
- 175 *Directa libertas est, quando quis ab alio non rogatur manumittere, & statim competit, nu. 289.*
- 176 *Volo, vel in beo Stichum esse liberum, vel similia verba, inducunt directam libertatem.*
- 177 *Legatum quod est, ab herede præstandum.*
- 178 *Quod ex natura dispositionis provenit.*
- 179 *Verbum, lego, in dispositione positum, intelligitur secundum communem usum loquendi, vel generaliter, & nu. 182.*
- 180 *Interpretatio sic fieri debet, ut dispositio omni casu valeat.*
- 181 *Directa libertas seruo alieno relicta non valet, etiam ut fideicommissaria, & num. 186.*
- 229 *Quæ recta via transeunt, nunquam fuerunt heredis.*
- 231 *Actiones an & quando transeunt in eum, cui à legatario relinquuntur. Et an etiam dominium recta via transeant usque ad nu. 248.*
- 232 *Momentanea acquisitio non consideratur.*
- 233 *Rei vindicatio sequitur dominium.*
- 234 *Primo legatario acceptante & acquirente legatum, fit transitus domini in secundum, nu. 247.*
- 235 *Duo possunt esse domini eiusdem rei in solidum diuersis respectibus.*
- 236 *Legatum acceptans dicitur consentire oneri sibi propter legatum iniuncto.*
- 238 *Declaratur l. si quis usufructum, infra de usufr. lega.*
- 239 *Legatarius alteri generatus non acquirens, cedit secundo iura sua, sed non cogitur, nu. 245.*
- 241 *Declaratur l. si quis seruum. §. certam, de lega. 2.*
- 242 *Legatum seu fideicommissum rei legatarij, non transit recta via in secundum.*
- 243 *Legatario primo repudiante, non videtur opus cessione secundo per eum faciendam.*
- 244 *Testator rei, quam alicui reliquit, potest adijcere qualitatem, quam velit.*

~~Legatum in testamento de manu heredis non videtur de natura legati.~~

D. Maria. Soc. Iuni. in l. j.

- 289 Disputatio Doctorum vana, an in l. si peculium §. is cui, & l. Stichum, §. penult. de statu lib. & in l. cum ita datur, de condit. & demonstr. liberias petatur actione ex testamento, vel aliter, eosq; allucinatos in dd. iuribus fuisse.
- 290 Libertas fideicommissaria vtrum petatur iure actionis? vsque ad numero 300.
- 292 Actio quando ponitur pro officio iudicis,
- 293 Vocat quis aliquem in ius, tam actionem proponendo, quam officium iudicis implorando.
- 294 Verba intelliguntur secundum qualitatem personę, de qua loquuntur.
- 295 Declaratur l. i. in fi. princ. C. communia de legat. ibi & precipue cum talia, &c.
- 296 Verba relativa ad personam important actionem.
- 297 Officium iudicis nullam presupponit obligationem.
- 297 Fideicommissa hodie per actionem petuntur.
- 299 Actio potest per seruum exerceri quando ea mediante consequitur sit libertatem.
- 301 Actio personalis pro legatis & fideicommissis vtrum proprio nomine & legali dicatur ex testamento.
- 302 Actio predicta immediate causatur ab aditione hereditatis.
- 303 Personalis actio ex testamento an competat pro legatis conseruatis per titulum. Si quis omiff. caus. test. Et qualis sit.
- 304 Bartoli error ostenditur in l. si quis pecuniam, si quis omiff. caus. testament.
- 305 Actio competens pro legat. omiffa causa testamenti conseruatis, sepe dicitur actio legatorum.
- 306 Actio ex testamento an detur vel ne, scire an sit alicuius utilitatis? vsque ad num. 309.
- 307 Hypothecaria pro legatis quare fuerit inducta.
- 308 Hypothecaria eatenus & in tantum datur, quatenus & in quantum datur personalis.
- 309 Hypothecaria pro legatis datur, etiam si non daretur actio personalis ex testamento.
- 310 Alin. enta seruo relicto non petuntur per viam actionis.
- 311 Officium iudicis, quod quis implorat, non respicit in persona eius, sed iudicis.
- 312 Declaratur l. si heredi seruus, infra eod. Et qualis sit actio in factum, de qua ibi, & quomodo detur.
- 313 Personalis actio ex testamento non datur pro legatis, quę debentur non adita hereditate.
- 314 Nihil in testamento dispositum valet, si non adeatur hereditas ex eo.
- 315 Statutum, quod legata debeantur, etiā non adita hereditate, an & quando valeat?
- 316 Statutum iniquum seruandum non est.
- 317 Statutum, quod filius teneatur pro parte, etiam si eius hereditatem non adcat, tolerari potest, & quare.
- 318 Argumentum non valet de creditoribus ad legatarios.
- 319 Voluntatem testantis impleri, pius est, & fauorabile.
- 320 Statuti & legis municipalis magna est potestas, modo honeste disponat, num. 323.
- 321 Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputat.
- 322 Adire hereditatem nemo cogitur.
- 323 Lex debet esse iusta, sancta, & honesta.
- 324 Qui facit, quod per legem permittitur, damnum pati non debet.
- 325 Statutorum potentia maior est potentia testatoris.
- 326 Statutum vel testantis dispositio, quod instituto non aduente, legata debeantur a venientibus ab intestato, vel imperpersonaliter, valet.
- 327 Curator datur bonis defuncti eius hereditate non adita, si legata sint prestanda.
- 328 Actio in rem non datur pro legatis hereditatis, siue totius, siue partis.
- 329 Nec etiam si a legatario relinquatur, contra Iasonem.
- 330 Crege, vel peculio legato, corpora eorum vendicantur, & nu. 360.
- 331 Hereditas & peculium equiparantur in eo, quod vtrumq; dicitur vniuersitas mixta.
- 332 Corpora hereditatis cur ante restitutionem non vendicantur, sicut corpora peculij.
- 333 Actio non datur pro legato omnium bonorum.
- 334 Actio realis an detur pro legato partis bonorum.
- 335 Incertitudo impedit transitum dominij rei legata recta via, & quando, vsque ad nu. 340. & 354.
- 336 Verba in dubio capi debent in propria eorum significatione.
- 337 Pars certa pro indiuiso potest tradi & transferri.
- 338 Legata res transit recta via, etiam q; haeres habeat facultatem soluendi eius estimationem.
- 339 Intellectus Bar. dd. d. l. si quando §. haeres, infra eod. est valde dubius.
- 340 Incertitudo quantum debeatur, legata parte bonorum ante liquidationem ares alieni, non impedit transitum recta via.
- 341 Bar. sibi contrarius, & an saluari possit?
- 342 Fructus rei legata pro regula non debentur, nisi a tempore mora, etiam si transeat dominium recta via.
- 343 Declaratur pluribus modis l. Herrenius, supra de vsur.
- 344 Iura iuribus expedit concordare.
- 345 Haeres sciens legatarium velle legatum, dicitur in mora, non soluendo si potest.
- 346 Mora quando requiritur, non curatur quomodo interueniat, sed moram adesse satis est.
- 347 Fructus ex re legata non debent officio iudicis mercenario prestari ante moram.
- 348 Fructus predicti vendicari possunt secundum Fulg.
- 349 Pro quantitate legata non datur vendicatio, & quare numero 206. & 240.
- 350 In legato generis ante electionem non transit dominium recta via, ideo non datur vendicatio.
- 351 In legato generis quomodo sit facienda electio.
- 352 In legato distinctim factio, non datur vendicatio ante electionem.
- 353 In legato distinctiuo vtrumque est in obligatione, vnum tamen in solutione, & in eo differt a legato generis, in quo nullum est in obligatione.
- 354 Incertitudo quid sit soluendum in legato, impedit transitum recta via.
- 355 Declaratur l. 3. infra de ieruit. leg. Et ostenditur error Iasonis in intellectu illius legis.
- 356 In legato duobus factio, ita vt faciant partem per concursum, datur vt dicitio.
- 357 Declaratur §. si vero non omnes, in l. i. C. de caduc. toll.
- 358 Vendicatio pro legato competit etiam heredi in re certa instituto, qui pro legatario habetur.
- 359 Vendicatio datur etiam pro legatis conseruatis ex edicto. Si quis omiff. caus. testa. & in casu l. si, supra de here. infl.
- 361 Vendicatio competit pro legato, etiam quod res legata non possideretur a testatore.
- 362 In legato vsusfructus an detur vendicatio? & vsque ad nu. 368.
- 363 Declaratur multis mod. l. si ab herede, supra si vsusfruct. pet. vsque ad numero 368.
- 364 Doctrina Bar. in l. in ambiguo, de reb. dub. in eo, quod lex habens plures intellectus, non debet allegari, reprobatur.
- 365 Quicquid agitur contra prohibitionem legis dicitur nullum.
- 366 Legati transitus recta via non minus sit, quod ab herede relinquatur prestandum.
- 367 Legatum vsusfructus certi fundi non impedit heredem tali fundo seruitutem imponere, antequam realiter vsusfructus detur.
- 368 Declaratur l. sed & si quid §. pen. supra de vsufr.
- 369 Legato vsusfructu earum rerum, quę vsu consumuntur, an fiat transitus recta via? Et quid transeat vsque ad nu. 378.
- 370 Legato vsusfructu certa pecunie, pecunia non dicitur legata, nec vendicari potest, etiam oblata, nec prestata cautione, nu. 372.
- 371 Declaratur l. si, supra de vsufr. earum rerum, quę vsu consumuntur.
- 373 Declaratur l. vxorem §. agri plagam, de leg. 3. Et doct. Bart. ibi reprobatur.
- 374 Legato vsusfructu earum rerum, quę vsu consumuntur, cautio prestatur gratia formandi vsusfructum.
- 375 Transitus sit recta via ita in legato vsusfructus rerum, quę vsu consumuntur sicut aliarum rerum.
- 376 Legato vsufr. legatarius illum non vendicat, nisi oblata aliqua cautione.
- 377 Cautio in vsufr. rerum quę vsu consumuntur, vtrum sit de substantia?
- 378 Testator potest prohibere transitum legati recta via.
- 379 Declaratur l. nemo potest, j. eo.
- 380 Dominium recta via non transit in legato conditionali vel in idem antecedentium conditionis, vel diei.
- 381 Dies cedit, licet non veniat in legato in diem certam ante euentum diei.
- 382 Defenditur Bar. a defectu obiecto ei per Iaf.
- 383 Pro legato ei aliena non datur realis actio, quia dominium non transit recta via.
- 384 Res heredis legata, non transit recta via, nec vendicatur.
- 385 Legatum rei aliena an & quando transeat recta via, & vendicetur si do minus legato consentiat? vsque ad nu. 390.
- 386 Declaratur doctrina Bar. in l. ista, in secunda regula ex equationis contra intentionem Iaf.
- 387 Consensus Domini, quod res sua ab alio legetur, quid operetur.
- 388 Legatum rei heredis omnino valet, & re ipsa est implendum. Et quid tunc operetur consensus heredis.
- 389 Si legatur res heredis, eius consensu dominium transit, si res sit apud testatorem. Non tamen si sit apud heredem.
- 390 Legatum rei aliena recta via transit, si res reperitur testatoris, tempore mortis, etiam quod ei superuenerit ex privilegio.
- 392 Legatario sicut rei vendicatio datur, si testator erat Dominus, ita publiciana si erat quasi Dominus, & quando?
- 393 Vsucapione impleta, iacente hereditate, vel per heredem post aditam vtrum in legatarium transeat dominium? vsque ad nu. 399.
- 394 Declaratur gl. in l. in fi. de eo per quem fact. est, aduersus Bald. ibi Ale. Aret. & Iaf. hic.
- 395 Habere aliquid dicimur vno modo iure dominij.
- 396 Incrementum omni rei legata accedens cedit legatario.

397 Legatus erant aliquam, dicitur legare omne ius, quod habet in re.
 398 Hereditas representat personam defuncti.
 399 Quando & quomodo fiat transitus domini rei legatæ in legatarium?
 400 Transitus rei legatæ recta via fit ficto à morte testatoris, vere ab adita hereditate, sed reuocabiliter, sed ab agnitione irreuocabiliter secundum communem opin. & num. 405.
 401 Aditio hereditatis trahitur ad tempus mortis, & cum ea trahitur etiã transitus legati.
 402 Legatarius deccdens ante aditam, transmittit legatum ad heredes.
 403 Verba intelligitur, & videtur, sui natura fictionem importantia, aliquando veritatem denotant, & quando nu. 409.
 404 Legatum etiam ignorantem acquiritur.
 405 Repudiatio legati videtur alienatio.
 Sed contra vide infra num. 412. & 416.
 406 Petri opinio circa transitum domini recta via in legatarium.
 407 Auctoris noua opinio de transitu domini recta via in legatarium, & num. 408.
 409 Legatum & eius dominium, ante acceptationem eius fiat in suspensio. Et quomodo hoc intelligatur. num. 439.
 410 Legatum nunquam acquiritur reuocabiliter.
 411 Declaratur l. legatum ita, de leg. 2. & l. si quis ita, de cond. insit. contra glo. ibi.
 413 Declaratur l. cum vero. §. fin. de fideicom. liber. aduersus glo. ibi.
 414 Lex non facit incertas, & vanas prouisiones, vel que vanæ reddi possent.
 415 Legatum seu res legata ante aditam hereditatem dicitur hereditatis.
 416 Fictio translatiua seu retrotractiua requiritur duo extrema habita, & quomodo.
 417 Legatum, vt acquiri aut repudiari possit, non dicitur delatum ante aditam hereditatem.
 418 Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in vero.
 419 Fructus, & accessiones rei legatæ contingentes post aditam, & non ante, pertinent ad legatarium.
 420 Hæres post aditam non cedit legatario accessiones rei legatæ ante aditam contingentes.
 421 Declaratur l. aditio. infra de furt.
 422 Una l. per aliam distinguitur, & declaratur.
 423 Aditio hereditatis non in omnibus retrotrahitur.
 424 Aditio hereditatis quandoquocumque fiat, cur pro regula trahitur retro ad tempus mortis.
 425 Aditio trahitur vt supra, etiam si hæres fuisset sub conditione insitus.
 426 Legati conditionalis dominium nunquam trahitur, etiam per fictionem nisi si impleta conditione.
 427 Legati dies à morte testatoris cedit specialiter quod ad transmissionem, non respectu acquisitionis domini.
 428 Legatarius moriens ante aditam trãsfert legatum, ergo dominium ei erat acquisitum, non valet consequentia, sed ineptissima est.
 429 Legatum nunquam fit hæredis, nisi legatarius agnoscat, & quare?
 430 Legatum cur lex dicat etiam ignorantem acquiri?
 431 Legatum alicui delatum per eius hæredem repudiari non potest in damnum alterius.
 432 Declaratur l. si fundum sub conditione. §. si Titius, infra eod. & conciliatur nouiter cum l. libero octuaginta, de bon. liber.
 433 Legatum acquiritur ignorantem, ergo presuppõnitur translatio domini, non valet consequentia.
 434 Declaratur l. cum pater §. surdo. de l. 2. & ei datur nouus intellectus.
 435 Declaratur l. si patrem. §. fin. supra quemadmodum seruitus amittitur.
 437 Declaratur l. magis puto. §. fundum, supra de reb. cor.
 438 Qui tex. procederet etiam antequam legati fundi dominium transeat in legatarium.
 440 Seruitutes & actiones occasione rei legatæ inter testatorem & hæredem confunduntur aditione hereditatis.
 441 Legatum ubi simpliciter de eo fit mentio, intelligitur purum.
 442 Legatario agnoscente legatum, in effectu confusa actio vel seruitus restituitur.
 443 Dominium rei legatæ nunquam reperitur apud duos, contra Petr.
 444 Leges dicentes ad aditam hereditate rem legatam esse legatarij, vel non esse hæredis, intelliguntur per fictionem translatiuam.
 445 Lex vna etiam sola qualitate loquens in aliqua materia, declarat omnes alias in eadem materia loquentes.
 446 Confusio actionis & obligationis per aditionem hereditatis quando fiat.
 447 Lex a Titio & l. iussu. §. si. de furt. declaratur in eo, quod volumus per aditionem hereditatis actionem furti confundi.
 448 Hypothecaria actio pro legatis datur, pro quibus personalis competit, licet non realis.
 449 Declaratur l. creditoribus, infra de sepul. in eo quod de hypotheca loquitur.
 450 Hypothecaria actio datur pro legatis, pro quibus competit realis, & quando, seu ad quas res.
 451 Hypothecaria verum datur ad rem legatam vsque ad num. 463.
 452 Possessio rei legatæ non transit recta via licet transeat dominium.
 453 Pupilli dicitur res ex sua pecunia emptæ, & quando nume. 457.

454 Hypothecaria ad rem legatam non datur ratione domini.
 455 Redimens seruum alienum ab hostib. non simpliciter & absolute Diis fit
 456 Redimens liberum hominem ab hostibus, an aliquo modo fiat dominus?
 458 Vires hypothecaria ad aliquam rem, an videatur renuere eius rei dominium?
 459 Hypothecaria ad rem legatam an datur ratione possessionis?
 460 Pignus etiam in sola possessione rei consistere potest, si rei natura patiatur. 462.
 461 In re legata nullo respectu conuenit conclusio in actione hypothecaria.
 463 Hypothecaria an datur etiam pro legatis, pro quibus solum iudicis officium competit? vsque ad num. 468.
 464 Fideiussor etiam soli officio iudicis accedere potest.
 465 Argumentum valet de fideiussione ad hypothecam.
 466 Declaratur l. i. C. communia de leg. in eo quod de personali actione loquitur s. in prin. & in fi.
 467 Dispositio etiam exorbitans trahitur ad causam sublata verbi significatione comprehensum, si sit eadem ratio.
 468 Dispositio loquens de actione ad fideicommissum, procedit respectu officij iudicis pro illo implorati.
 469 Hypothecaria pro legatis nõ dat cõtra hæredem nisi pro rata hereditaria.
 470 Specialis hypotheca per testatorem inducitur pro legato, an tollat generalem per legem inductam vsque ad fin.
 471 Remediũ particulare inducitur in fauorem vnius, non auferit ei generale.
 472 Hypotheca tacita per legem pro legatis dicitur inducitur fauore testatoris vt. voluntas eius plenius impleatur.
 473 Declaratur l. fundus, infra de annu. lega.
 474 Pignus per testatorem ordinatum non impedit prætorium, quod postea fit propter contumaciam.

L. prima. ff. de Legatis primo.



ER omnia &c. Ista lex habet varios intellectus, de quibus infra dicitur. communis est quod legata di, cuntur equiparata fideicommissis, id est omne robur, & validitas fideicommissorum dicitur attributa legatis, & secundum istum communem intellectum, hoc dicit in summa secundum fere omnes Docto. Vires fideicommissorum sunt attributæ legatis.

Casum ponas sic: Cum multe considerentur differentie inter legata & fideicommissa tempore antiquo (& aliqua etiam hodie fortasse procedunt, de quo infra dicitur) queritur vnde sit quod in ista rubrica simul de vtroque ponatur? ex eo enim videtur colligi, quod non differant. Quæro ergo an hoc sit verum? & respondetur vt in tex.

† Et licet huius legis sit inscriptus auctor Vlpianus, vt communiter habetur, potest tamen dici, quod sint verba compilatorum, secundum quod infra dicitur, & noui libri non habent inscriptum aliquem auctorem.

AD D I. Verumtamen est, quod in Pandectis est inscriptus Vlpianus lib. 67. ad edictum. Et ita hodie ex earum exemplaribus noui.

Nota primò ibi, per omnia, &c. modum loquendi, sæpe enim aliquid fit seu disponitur per omnia, & importat quid vniuersaliter fieri. Nam, qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus, in prin. de leg. 3. & c. si Romanorum, decimanona distinctio cum sim. cõcordat §. primus. Insti. de dona. & §. pari ratione, Insti. quibus modis ius pat. pote. sol. cum alijs pluribus. Et clarius hoc diceremus, si diceretur in dispositione, in omnibus, & p. oia. l. 2. §. furiosus, §. tit. pxi mo, q. de hoc est melior tex. de iure, & tradit Roman. in conf. 82.

242 † Sed et eam in utroque membro arguitur. Et contra primum facit, quia si primus legatarius accepit, & sic acquisiuit, iam dicitur factus dominus, propter quod videtur, quod non possit in secundum iure dominii transire veluti res legatarii grauati, & non testatoris, quemadmodum etiam nec res heredis transit in legatarium, secundum veriorum opinionem ut hic per Bart.

243 † Contra secundum vero facit, quia si primus non acquirit nec vult acquirere, non est opus cessione, sed legatum debet remanere apud heredem cum onere suo, iuxta l. j. §. ne autem, & ibi tradunt Doct. C. de caduc. tol. & est tex. in l. si ab eo, §. de usufr. leg. Et dixit glo. in d. l. Imperator, super ver. abstineat. Sed ad primum potest dici, quod primo legatario est acquisitum dominium directum secundo vero utile, ut etiam supra dixi.

244 † Vel quod licet sit res facta legatarii, quia tamen provenit a testatore, & ex eius dispositione, dicitur transferri cum ea qualitate, ut etiam in secundum transeat, quae qualitas dicitur ei adiecta per testatorem, dum alteri postea relinquit, iuncta dispositione legis in d. §. & haec disponimus. Rebus enim nostris, quas in alios transferimus, possumus quam legem volumus imponere. l. quoties. C. de dona. quae sub mo.

Ad secundum, quod magis vrget, non video quid responderi, nisi dicas, quod etiam tunc potest fieri cessio, ut videtur text. in d. l. Imperator. † Sed tamen non videtur, quod ad id cogi possit, si legatum non agnouit, ut ibi firmare videtur gl. cogita super hoc. Et forte potest ista materia melius declarari.

246 † Nam aut querimus de actionibus, & earum cessione, & serua distinctionem Iaco. de Arena relata & approbata per Bar. Cuma, & alios in l. fideicommissum, infra eod.

Aut querimus de translatione dominii (quod solum intelligas quando legatur res testatoris, & de eadem re grauatur legatarius alteri) † & dicamus, quod sumatur resolutio ex illam distinctione, ut dicamus, si primus agnouit legatum, & rem actualiter percipit, in secundum sit translatum dominium, & contra primum videtur etiam reali actione.

Si vero agnouit, sed non percipit, & tunc, cum rei vendicatio contra heredem competat primo tenebitur eam cedere secundo, si velit ut pleniori actione, id est directa.

Potest tamen ut ex persona sua utili actione in rem, ut sic etiam isto casu dicitur in eum translatum dominium utile, ut etiam §. dicenda.

248 † Si vero non percipit, nec agnouit legatum, & tunc potest etiam dici translatum dominium in secundum, & quidem directum, cum illud non impediatur per aliquod dominium, primo acquisitum, etenim ei non acceptanti dominium nullum acquiritur. Et sic istud secundum poterit per heredem, uti actione in rem directa. Cum enim apud heredem repudiatum legatum remaneat cum suo onere, ut d. l. si ab eo, cum simili. videtur iste secundus quasi substitutus, & in locum primi subrogatus, merito ergo videtur, quod idem ius habeat.

249 iuxta † regulam illam, subrogatus sapit naturam illius &c. de qua in l. si eum, §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. cum sim. Et ex his videtur posse firmari simpliciter & absolute, quod in secundum legatarium seu fideicommissarium, dominium recta via transit, saltem utile, secundum praedicta, super quibus cogitabis.

250 † Circa tertiam differentiam, inter cetera concludit Bar. quod est particulare legatum, vel fideicommissum valere postest hereditate existente non soluendo, quando daretur, quod ex eo creditoribus non praerudicaretur, ut in exemplo Bart.

Pro quo est tex. in §. si vero non fecerit, in Authen. de haere. & fal. Et vltra Bar. Iaf. exemplificat.

Primo si legatum sit factum cum onere, ut creditoribus satisfaciatur legatarius, secundum Angel. post glo. in l. seruum filii §. si idem seruus, infra eod.

251 † Item & secundo si legaretur pars bonorum, ut per eum, sed mihi hoc exemplum non satisfacit. Et in eo non paruus error Iaf. continetur, quia si ex legato partis bonorum detrahatur pars alieni, ut inquit Iaf. iuxta l. si quis seruum. §. si. cum l. seq. & ibi tradit Doct. §. tit. j. & probatur, quia bona dicuntur esse alieno deducto l. si sub signatum. §. bona. j. de verb. sig. sequitur, si hereditas erat non soluendo, quod legatum remanet nullius momenti.

Vel si quid remanet, constat, quod hereditas erat soluendo, & sic sumus extra terminos questionis propositae.

De quarta differentia, Bar. se remittit ad dicenda per se in l. cum filio. Tu videas, quae ibi dixi in quinta questione Bart.

252 † Circa quintam differentiam conclusio Barto, est, (illa differentia reprobat) quod tam particulare relictum, quam vniuersale, si sit conditionale, non transmittitur pendente conditione, etiam ad filios, per generalitatem l. l. §. si. in autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen. cum Bart. est communis conclusio quicquid dixerit glo. in l. is cui, supra de act. & obli. quae communiter reprobat, ut inquit Barto.

Verum est, quod patris & dominus meus Soc. in l. heredes mei, §. cum ita, infra ad Trebell. citatur illam glo. tueri.

Sed de hoc ibi aliquando dicemus. Et pro nunc tenendo communem opinionem, liquita, nisi ex voluntate testantis constare quoquo modo possit, ut debeat transmitti.

253 † Nam tunc eius voluntatem sequemur, quae id, quod non est transmutabile, potest facere transmissibile, & ita est per Driem, ut voluit Bal. in l. vnica, C. de his qui ante aper. tab. & tradit Soc. meus in d. §. cum ita in §. col. & ibi videbis exempla. Ex ista conclusionem Bar. & communi infertur, quod si testator, alio instituto herede, relinquit. puta domum nepoti aut alteri, & adiciat, quod si decederit sine liberis, domus redeat ad heredem suum, si prius haeres ille moriatur, & postea nepos sine liberis decedat, non erit locus fideicommissio, nec haeres praemoriens de illud transmissibile ad haeres, etiam suos. Ita singulariter firmat Bal. in l. in causa, §. Pomponius, vbi pro hoc videtur text. cum sua glo. §. de minor. Idem voluit Alex. in l. Gallus. §. etiam si parente. §. de lib. & pa. l. thu. & in l. si. C. de lega. & Iaf. hic, per quem videas. † Quod tamen signanter limita, nisi tale relictum in se esse temporale, puta, relinquo domum nepoti per 15. annos, & postea redeat ad heredem meum. Nam tunc haeres interim decedens, transmitteret ad quoslibet haeres, non tamen ut fideicommissum, sed domus reddidit ad hereditatem iure consolidationis, aqua temporaliter fuerat subtrahata, ita singulariter determinat Pau. de Cal. in l. Titia. §. fin. infra tit. 1. & in l. si a me, infra ad l. Falcid.

255 Quod valde est notandum. † Et ego alias in patria mea Senes, si, ex hoc inferebam in factum, quod legatum factum vxori, eius vita durante, ut post mortem redeat ad heredem, per heredem praemorientem fuit transmissum, non ut fideicommissum conditionale, sed iure consolidationis cum hereditate.

256 † Et licet tempus in d. casu non esset certum, cum nihil incertius hora mortis, tamen idem esse debet, ac si certum esset qualiter non sit certum, quando veniet, est tamen certum quod veniet, cum nihil certius morte l. i. §. de condi. & demon.

Et si recte intuearis, in his terminis loquitur Pau. de Cast. in d. l. si a me, cum loquatur quod quid alicui relinquitur donec vixerit.

257 A D D I. † Hoc limita, nisi dictum fuerit, quod redeat ad scriptum heredem, quia tunc haere de praemortuo, haeres eius non admittitur, cum non possit dici in scriptis. Ita Ale. in §. 173. vbi facti narratione ad fil. lib. §. Et ita ego hoc anno consulti, & plura deduxi, ut videbis aliquando in cons. §. 5. Dominus Hiero. Mangellus, per totum, in 4. volu. si quando imprimetur.

Haec notabis, quia quotidiana sunt, & dicit Pau. in d. §. si. quod sunt liganda digito, ne eorum obliuiscamur.

In sexta differentia, vna cum Bart. me remitto ad loca, de quibus per eum, & ego aliquid tetigi in d. l. cum filio, §. eo. in 6. q.

258 † Circa septimam differentiam aduerte, quia conclusio Barto. procuratori in rem suam, non possit restitui fideicommissum vniuersale, vbi restringenda, ut procedat solum, quod ille procurator sibi principaliter restitui petebat, quasi iure causato in persona sua propter delegationem illi factam, & ita proprie loquitur l. si mulier. §. ex affe, §. de iur. dot. allegata per Bar. ut patet ibi in si. dum dicitur, delegatione propter nimiam subtilitatem &c.

Sed si peteret sibi restitui nomine cedentis, licet sit procurator in rem suam, aliud esset, quia tunc ei restitutio fieri poterit, & actiones in cedente dicuntur translate, licet postea vtiliter pertineant ad d. procuratorem. Ita singulariter voluit Ange. in l. apud Iulianum. §. vtrum, j. ad Treb. volens, quod sic fideicommissarius vniuersalis vendat iura sua, & emptorem ponat in locum suum, ipsum in rem suam procuratorem constituendo, poterit emptori haere ditas iure fideicommissi restitui, eam petenti nomine venditoris.

Et pro hoc facit l. seruo inuito. §. si. j. ad Treb. cogita super hoc.

Circa vltimam differentiam Bar. de fratribus minoribus, dicit per eum in suo tractatu Minoritarii, vbi in secundo libro declarat, quorum particularium relictorum dicantur capaces, quia non omnia talia relictum capere possunt, ut per eum, ad quem me refero.

Capio primam quoniam Bar. ex cuius dictis habes hanc conclusionem, quod exaquo legatarii & fideicommissorum de facta

259 generaliter in personis, in rebus, & in verbis, ut per eum. † Tu dic breuiter, quod non est opus tot verbis, sed dicendum est, quod exaquo operatur, ut tantum valeat & operetur dispositio de aliqua re per viam legati quantum per viam fideicommissi, & ita per primum, ut supra dictum fuit. Nec huic generali conclusioni obstat l. equis, la secunda §. de usufr. dum ibi vbi fieri differentia inter fideicommissum, de quo in primo casu loquitur Iurisco. & legatum, de quo in secundo, ut in primo post mortem, factus debeat fideicommissario, in secundo vero etiam ante moram legatario debeat, quoniam facilis est responsio. Dico enim quod id non provenit ex eo quod sit differentia inter legatum & fideicommissum, sed differentia oritur ratione rei de qua disponitur.

Nam in primo casu per fideicommissum relinquuntur certa equae, quarum fetus, non debetur, nisi post moram, quod certe procederet, et si simpliciter ille equae legate fuissent. Et hoc forte voluit ille rex. dum dicit, per fideicommissum legatis, ut sic per illa verba voluerit ostendere legatum ad fideicommissum non differre.

At in secundo casu legatur equitum, veluti grex quidam equorum, & ideo etiam ante moram, foetus, ut equitum, & quasi gregis incrementum, debetur ut ibi dicitur.

261 † Ponit etiam Bar. in ver. circa istud vltimum, hanc conclusionem quod pro legatis competunt tres actiones. scilicet Personalis ex testamento, Reivindicatio, & Hypothecaria, ut per eum. Ad quod facit l. cum filius. §. varijs. §. tit. proximi. & l. huiusmodi. §. si. §. co. Et idem est hodie etiam in fideicommissis, ut per Bart. in l. i. §. 2. C. communia de lega. ibi, & ex omnibus nascantur in rem &c.

Et nota, quod hoc vniuersaliter factum est hodie per equiparationem legatorum & fideicommissorum a nouis legibus Iustiniani, tenendo quod olim pro fideicommissis actio non petebatur, sed tamen iudicis officio peterentur, ut §. ego contra communem opinionem tenui. Sed si in eo articulo teneas communem opinionem, dicas, quod hodie in fideicommissis inductum est nouiter solum respectu realis actionis & hypothecariae.

262 † Hoc tamen praetextu quod hypothecaria olim nec pro legatis dabatur, sed nouiter a Iustiniano concessa & donata est tamen pro legatis, quam pro fideicommissis. l. i. §. 1. C. communia de leg. & bene probatur in l. si ad fi. C. de sacrosan. eccles.

Quaerit modo Bar. pro quibus legatis petat actio personalis ex testamento? Et licet in quaestione proponat tantum de legatis, intendit tamen loqui etiam de fideicommissis, ut ex sequentibus verbis eius apparet. Et ex dictis eius sumitur conclusio, quod non semper datur actio ex testamento, quia quandoque officium iudicis interponitur, ut per eum. Circa quod cum plura scribant Doct. pro perfecta intelligentia ex dictis per Bart. & alios, ponam tibi regulam cum ampliationibus & limitationibus, prout etiam facit Ias.

263 † Regula ergo sit quod pro legatis & fideicommissis in testamento relicto, ipsi legatarijs, vel fideicommissarijs, non habent competere actio personalis ex testamento. l. i. §. 2. C. communia de leg. & l. si res, §. 2. §. tit. 2. cum sim. quae oriuntur ex quasi contractu, quem haeres ad eundem de se gerere cum legatarijs & fideicommissarijs. l. apud Iulianum. §. 2. §. quibus. ex cau. in pos. eat. l. maleficijs, §. heres. §. de act. & obli. & §. haeres. Inst. de obli. quae ex quasi contr. Et ita bene procedit, quod habetur Inst. de act. post principi. ibi. namque agit vnusquisque, &c. iuncta glo. & in §. sequens, Inst. de obli.

Cauere tamen ne (prout multi dixerunt) dicas haereditatem etiam cum creditoribus haereditarijs, id est quibus defunctus aliquid debebat, quasi contrahere, id enim fillum est, cum satis illis perspectum sit, illa actione, quae contra defunctum competeat, quae etiam contra haereditatem dabitur.

Nec obstat verbum, creditoribus hereditarijs, positum in d. §. si. a quo illi fuerit decepti, quia intelligitur pro legatarijs & fideicommissarijs, ut ex precedentibus necessario colligitur. Hec regula ampliat primam in Bart. hic ut procedat, etiam, si in codicillis fideicommissa vel legata relinquuntur, ut est gl. in versi. ex omnibus personales in l. 2. communia de lega. & in l. si. in versi. agnationis. C. de codici. & in alijs locis allegatis hic per Iaso.

266 † Hoc indubitanter procedit, si codicilli testamento sint confirmati, quia tunc pars testamenti dicuntur, & ius sequitur eius. l. quidam referunt post prin. & l. ab intestato, in fi. §. tit. 1. Facit l. 3. §. de test. tut. & l. libertates, §. de fideic. libe. Sed si codicilli fiant ab intestato, dubitari potest, quia tunc non vix ad sit, unde talis actio nomen capiat. Et si teneas, quod hodie ab intestato legari non possit (de quo supra dictum fuit) forte dici posset in fideicommissis ab intestato nihil esse immutatum, & sic quod petantur etiam hodie officio iudicis. super quo ramen cogita, quia non firmo.

267 † Sed quicquid sit, coeter tenetur, ut etiam tunc datur actio ex testamento, saltem utilis per extensionem, cum codicilli largo modo testamentum dicantur, & testamenti vicem exhibeant d. l. ab intestato. Et probatur in l. 2. §. Quintus. C. de vet. iur. enuc. & fuit dictum supra in rub. circa eius continuationem.

268 † Sed vltra doct. considera, quia forte potest dici, quod immo actio directa competeat, cum ad eam videatur adesse mens legis, quae est, ut haeres ad eundem teneatur implere disposita per defunctum, quod cadit etiam in veniente ab intestato, nam & ille adiens dicitur cum fideicommissarijs quasi contrahere. Item etiam videtur adesse verba saltem in larga significatione, ut dixi, ergo directa actio potest competere, iuxta Doctrinam Barto. in l. curator. C. de neg. gest. cogita super hoc.

269 † Secundo amplia vltra Bar. hic, ut etiam secundo legatario vel fideicommissario datur, vel primo, si agnouerit legatum, nam illa agnitio operatur quasi contractum, cum secundo legatario, ex quo talis actio oritur. l. Imperator, in fi. princ. §. tit. 1. Facit l. si cui, §. de condi. & demon. Vel contra haereditatem, si primus legatarius repudiauerit, remanet enim apud haereditatem cum onere suo. l. si ab eo, infra de usufr. lega. cum simi. & supra dictum fuit.

270 † Tertio amplia, ut procedat etiam, quando legata vel fideicommissa debentur per auth. ex causa. C. de libe. praet. nam et tunc pro eis competit actio ex testamento. Ratio est, quia licet tunc petatur testamento, quo ad institutionem haereditatis, caetera tamen firma permanent, ut ibi dicitur. Et in §. si autem. in Auth. ut cum de appell. cognov.

unde sumitur d. auth. ex causa. dicitur quod petuntur legata, tanquam non rescissum obtineat testamentum, merito ergo per actio nem ex testamento. Ita firmat Bart. in l. i. in nona quaestione. supra tit. i. in d. auth. ex causa, & in l. filio praeterito, supra de iniur. rupt. testam. prout hic refert Iaso. Pro qua facit l. fin. in fin. supra de haereditibus instituend.

Facit etiam regula Bart. hic, intento quod talia legata continent alterius utilitatem, & iure communi valent. Ita etiam tenent hic Iaso. Crot. & alij.

271 † Quod tamen intellige in legatis & in fideicommissis, quae de iure praestanda sunt, & sic non procedit in his, quae relicta sunt filio, per quem expugnatur testamentum, quia illa nullo modo debentur, argumento l. filium. §. omnibus, ubi ita determinat Bart. infra de lega. praestan. Idem etiam firmat Bald. reiecta contraria opinione, in d. auth. ex causa, in 8. q.

272 † Quarto amplia, ut procedat etiam circa legata vel fideicommissa relicta liberis, vel parentibus, rescisso testamento per praetabulas. Nam cum illa conferuntur per edictum Praetoris de legatis praestandis, poterunt & ipsa peti actione ex testamento. Ita determinat Bald. & Ang. prout hic refert Ias. in l. i. in fi. C. de bon. poss. contratab.

Pro quo allegatur l. i. §. i. in versi. & praecipue cum talis &c. C. communia de leg. Ias. hic hanc ampliationem reprobatur, quia illo casu legata non valent iure communi, sed speciali favore liberorum, & parentum, & ideo non debet dari actio ex testamento, sed potius in factum, iuxta doctrinam Bar. in l. in testamento, la secunda in pen. & vlt. q. infra de condi. & demon. de quo dicemus infra de limitationibus.

Facit etiam, quia talia legata conferuntur per edictum Praetoris: ergo videtur, quod non datur ista actio ex testamento, iuxta notata per glo. in l. quoties, supra de praescrip. verb.

273 † Et si quaeratur, quae sit utilitas scire, an datur ex testamento actio, vel in factum? respondet Ias. quod evidens est utilitas. Quia illa ex testamento sapit naturam bonae fidei. l. in minorum. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necess. & ea ratione in eam veniret vsu re, aut fructus a tempore morae in maioribus, & ipso iure in maioribus, ut ibi dicitur, & habetur in §. in bone fidei, Inst. de actio. secus esset in actione in factum, quia cum illa sit stricti iuris, vsurae solum venient a tempore litis contestatae. l. cum fundus, cum sua materia, supra si cer. pet. Tu circa ista aduerte.

Primo quia Ang. in d. l. i. in libro meo nihil dicit de hoc, nec Bal. istud expresse dixit, solum n. dicit, quod pro illis legatis dantur tres actiones. scilicet personalis, vindicatio, & hypothecaria. Et forte dici posset, quod pro personali intendit loqui de actione in factum.

Secundo aduerte circa ipsam ampliationem & conclusionem, quae in ea sit. Nam si teneamus, quod praestanda auth. ex causa, loquatur in praeteritione paterna, prout videtur ibi magis communis opinio. omnia in hac ampliatione dicta, videntur superflua, quia cum hodie per d. auth. omnibus legata conferuntur, & de iure communi, hoc clauditur sub praecedenti ampliatione. Maxime si etiam teneas, quod procedit etiam, si praeterito filij fuerit ignoranter facta, ut plerique voluerunt.

Quare dicas praedicta procedere, tenendo quod immo d. auth. ex causa, non loquatur in praeteritione paterna, ut multi voluerunt. Nam stante tali opinione, cum legata non iure communi, sed solo favore liberorum conferuntur, possent procedere praedicta.

Vel tenendo primam opinionem procedent saltem, quando praeteritio sit ignoranter, in quo casu secundum magis communem opinionem (cui in dubio est adhaerendum) non procedit d. auth. ex causa, & sic illo casu, legata solo favore liberorum, conferuntur? dic tamen ut statim dicam.

274 † Dico itaque mihi videri (quicquid dicat Ias.) quod ad talia legata datur eadem actio, scilicet ex testamento, quae regulariter competeat pro legatis, saltem utilis per extensionem, & poterit isto casu dici praetoria, prout videtur velle glo. in ver. praestarent, quam ibi Bar. videtur sequi in l. i. in prin. §. de leg. praest. Sicut in simili dicitur de actione noxali, ut scilicet eadem saltem utilis datur, & praetoria dicatur per extensionem, quando quis dolo desit possidere, ut l. electio, §. 1. & ibi glo. supra de noxal.

Non obstant praetoria. Nam primo ad dictum Bart. in d. l. in testamento, respondet, quod potest procedere, quando conditio habetur pro impleta, speciali favore libertatis, prout ipse exemplificat. Vel quod Doctrina eius forte non sit vera, de quo tamen infra dicetur.

Et ad secundum scilicet ad notata in d. l. quoties, responderi potest, quod procedunt, quando noua actio inducitur, & ubi non fieret extensio civilis actionis.

Tertio & vltimo aduerte ad utilitatem Ias. quam etiam ponunt Bal. & Sali. in l. fin. C. si quis omni causa testam. & Alex. hic, quia mihi videtur, quod non sit vera.

275 † Nam quod in legatis & fideicommissis vsurae & fructus debeant ex tpe morae, ut d. l. in minorum, non vix esse ex eo, quod lex priuilegiat actionem ex testamento, quia tunc non procederet in actione reali, quod nemo diceret, sed videtur esse ex eo, quia lex priuilegiat testatoris dispositionem, & ei intendit fauere, ut l. legata

& fideicommissa plenius impleantur. Et ita proprie videtur uelle Imperator in d. l. in minorum, in fi. Inquit. n. & fideicommissis & legatis, & non dixit actioni ex testō, aut alteri pro ipsis competenti. Et consequenter videtur posse dici, quod idem erit in actione in factum, quādo ad legata vel fideicommissa diceretur competere. Et maxime secundum Rui. hic, quia tunc talis actio diceretur subrogari loco actionis ex testamento, ut per eum, super quo dicto cogita, quia nihil ergo firmarem.

Nec prædicta opt. nostræ obstat. quod actio in factum sit stricti iuris, quod ego fateor, quoniam & actio ex testō de stricti iuris, cum non enumeretur in §. actionum, Insti. de act. & omnes fatentur. Et tñ exploratissimum est, eam in eo esse priuilegiariam, sic itaque dicendum est, tale priuilegium non ex qualitate actionis, sed fauore vltimæ voluntatis prouenire. Ponit tamen hic Alex. alias utilitates, ut per eum, de quibus fortasse infra dicitur.

Nunc regula prædicta sic ampliata, pluribus modis limitatur 276 fm Docto. † Et primo fm Bart. hic, ut non procedat quando ex legato vel fideicommissis nulli queritur commodum, sed in eis solum vertitur honor & auctoritas testantis, Nam actio ista nõ datur, sed officio iudicis implebuntur, & quatenus ei videbitur conuenire, ut probatur in l. Quintus, j. de annu. leg. cum Bart. in hoc est communis opin. ut per Alex. Iaf. & alios.

Ad quod etiam allegatur l. hæreditas, in fi. supra de pet. hære. & l. Mæuia, in fin. infra de manu. testa.

Sed contra hoc alias allegabatur l. quidam reipublicæ, infra de usufr. lega. ibi, inuitis hæredibus possessione apprehensa &c. Nam verba illa videntur importare, quod reipublica via fuerit reali actione, & sic videtur, quod non per officium iudicis. Verum, ut tunc dicebam, dico quod nihil obstat.

277 † Et primo, quia nos tractamus de actione personali, argumentum autem est circa realem.

Præterea & secundo dico, quod nec de reali actione ille text. debet intelligi, sed de officio iudicis. Nam & illud datur inuito et aduersario, & ex eo potest trāferri possessio. Et hoc si velimus, quod in eo legato nulla esset utilitas reipublicæ, sed si aliqua utilitas esset, potuisset dari actio.

Præterea et potest dici, quod ibi erat duplex dispositio, prima scilicet legatum prædiorum. Secunda quod ex redditu fiant ludi, in qua Reipublica siue eius Decuriones dñr grauari, & ista est, quæ honorem & auctoritatē testantis respicit, quæ iudicis officio erit implenda per prædicta, argm̄ autem est circa primam dispositionem.

Hanc tamen limitationem intellige, quando vnus tantum hæres reperitur, sed si plures fuerint instituti, inter eos pro obseruanda testatoris dispositione, datur iudicium familiæ ercisc. vt l. his consequenter. §. 2. supra famil. ercisc. & ita Pau. de Cast. Iaf. & alii quidam hic declarant. Quod etiam probatur in d. l. Quintus, de annu. lega. prout etiam dicit Iaf.

ADDITIONO. Sed aduerte quia durum videtur, quod l. 2. communia de lega. in ver. ex omnibus nascantur &c. sic deat restringi, ut non procedat in legatis vel fideicommissis respicientibus solum honorem & auctoritatem testantis, cum enim dicat vniuersaliter ex omnibus nasci actionem personalem, debet vniuersaliter intelligi, ita ut nullus casus excludatur. l. Iulianus, infra tit. secundo cum similibus.

278 † Et ideo videtur posse dici, quod ista non videatur bona fallentia ad regulam, dicendo, quod in casu isto non sit legatum, cum in eo nõ reperitur donatio aliqua, quia non est, cui donetur. & tñ donatio in legato consideratur, ut genus, ut Insti. eo. post prin. & in l. legatum est, infra tit. proximo. Regula ergo supra posita procedit in legatis, quæ isto casu non fallit, quia non vnus in legato, attento quod fallentia, & exceptio debet esse de terminis regulæ. l. nam quod liquide. §. fi. j. de pen. lega. cum similibus. Sed tuendo prædicta & Doctores, qui hanc fallentiam ponunt, potest dici, quod licet non possit isto casu dici donatio ex defectu recipientis, tamen largo quodam modo dicitur legatum inspecto eo, quod tendit ad diminutionem hæreditatis iuxta diffinitionem aliam legati, de qua in d. l. legatum est, infra eo.

Præterea negari non potest, quin sit fideicommissum, cum fidei hæredis committatur. Et sic etiam debet posse dici legatum l. 2. in fin. C. communia de lega.

Et probatur hoc etiam, quia d. l. Quintus, ponitur sub titulo de annuis legatis vel fideicommissis. Præterea dico quod Bar. & alij acceperunt pro legatis vel fideicommissis particulares dispositiones testatoris, quibus personæ, ab eo honoratæ, veniebant grauatæ, in quibus ponitur regula, quæ in casu prædicto venit limitanda, ut ex prædictis constat.

279 † Et ratio cur tunc non detur actio personalis est, quia nõ est, cum quo hæres ad eundem dicatur contrahere, & ita illi obligetur. Cogita, quia disputando facile teneri posset, quod in argumento nunc factio dicebatur. Pro quo faceret, quia pro libertate directa, licet sit particularis dispositio testatoris, non datur aliqua actio, cum ipso iure cõpetat. Quod ex eo dicimus esse, quia non dicitur legatum neque fideicommissum, ut dictum fuit supra

in prima conclusione secundæ opp. Bart. 280 † Secundo limitatur prædicta regula, ut non procedat quando commodum, quod ex legato vel fideicommissis alicui queritur, non sit pecuniarium, nam tunc non via actionis, sed iudicis officio petitur, ut l. si cui, infra de condit. & demon. & voluit glo. in l. filiusfa. §. secundum vulgarem, infra eo. Ita inquit hic Imol. sequitur Alex. & alij plerique.

Hoc absque dubio videtur verum, si etiam ex parte grauari incommodum, quod ille sustineret, non sit pecuniarium, ut si pater rogetur filium emancipare, in quo casu loquitur d. l. si cui. Sed ex parte grauari incommodum est pecuniarium, puta, si quis rogetur feruum manumittere, potest dubitari. Et videtur quod tali casu detur actio, ut videtur probari in l. cogi. §. sed si seruo, in versi, quamuis si sponte, ad Treb. iuncta doctrina Bar. in l. si legatus, in princ. eo. tit. dum vult, quod hæres sponte adiens iure actionis cogatur restituere, ut per eum. Et si restitutio hæreditatis sit iure actionis, idem videtur dicendum de præstatione libertatis, cum de vtroque pariter Iuriscons. loquatur.

Facit d. l. si cui, in versi. nequam enim prætor &c. in eo quod ibi dicitur differre, quod quis rogetur manumittere vel emancipare. Et ista opinio videtur ex intentione Doctorum, maxime Bar. in l. in testamento, la secunda, in pen. quod de condi. & demon. Nam dum vult, quod quoniam conditio speciali fauore libertatis habetur pro impleta, non datur actio aperte vult, quod si de iure communi haberetur pro impleta, daretur actio. Et fortius id voluit, ubi pure relinqueretur fideicommissaria libertas. Sed sustinendo pro nunc prædictam limitationem simpliciter in quocumque honorato in commodo nõ pecuniario, & sic etiam in relicta libertate, ut sic actio tali casu non competat (prout paucis verbis voluit hic Ruin.) di cas secundum eum, quod concludenter probatur in l. quod attinet,

282 infra de reg. iur. iuncto eo, quod actio dicitur remedium iuris ciuilibus l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iur.

283 † Non obstat contraria. Nam ad d. §. sed si seruo, potest dici fm Crot. quod id pedit ratione vnionis libertatis & hæreditatis simul relicta, cum satis sit hæreditatem continere commodum pecuniarium. Pro quo secundum eum, facit in argumentum l. si com munem, in prin. §. quemadmodum serui. amit. Facit etiam l. qui patri, §. de acqui. hære. Sed hoc mihi non satisfacit, quia illud pcederet, quādo illa duo essent quasi indiuidua, & simul omnino petenda essent, quod ibi non cadit, cum commodissime prius libertas per officium iudicis posset præstari, & postea hæreditas iure actionis restitui.

Nec iura allegata obstant, quia d. l. si communem, loquitur de seruitute, & sic de re indiuidua, & l. qui patri, loquitur quādo in eadem re concurrat duplex qualitas, scilicet ius accrescendi & substitutio, & sic nihil commune habet cum casu nostro, in quo duo sunt relicta, scilicet libertas, & hæreditas.

Præterea ista solutio non seruiret ad l. si cui, in qua non reperitur talis vnio.

284 † Ideo secundo loco potest rñderi, quod immo in vtroque; text. libertas petatur per officium iudicis. Et in d. §. sed si seruo, dicas, quod cogitur præstare libertatē, s. modo iuridico, hoc est per iudicis officium, si ita de iure esset, & similiter cogitur restituere hereditatē modo iuridico, & si per viam actionis, si vis, quod loquatur ille text. secundum nouas ll. quibus pro fideicommissis datur actio.

Vel tenendo, quod loquatur Vlpian. ibi secundum tempora, sua potest dici, quod etiam hæreditas per officium iudicis præstatur, tenendo quod s. tenui super glo. scilicet quod ante ll. Iustiniani pro fideicommissis non daretur actio.

285 † Et quo ad l. si cui, dicas, quod prætor, interponens officium suum, dicebat ius pro fideicommissis, non per viam actionis. Sed tñ in eo officio non sic utebatur filios, ut seruos, quasi dicat ex eo tantum, quod prætor faciebat, & ab eo pueniebat ordinarie ex suo officio, non cogebat patrem emancipare, sicut dñm manumittere. Verum cum illud (ut et pater cogebatur) esset æquum, ne testantis voluntas circumueniatur, inductum fuit extra ordinem, etiam patrem cogi posse, nõ respectu actionis, sed ordinarii sui officii, ut dixi s. in illa disputatione, an pro fideicommissis daretur actio ante nouas ll. dum respondi ad quartum argumentum.

Et potest assignari ratio discretiue, quia Dñs agnoscendo sibi relictum videbatur tantum estimasse seruum suum, qui pretio nunc mario poterat estimari. Non sic in patre, cum patria potestas sit inestimabilis. d. l. filiusfam. §. secundum vulgarem, merito ergo primo casu facilius, & ordinario officio dominus cogi poterat, non sic pater in secundo casu, sed fuit opus noua prouisione, ut ibi dicitur, cogita super istis. Et quid sit tenendum, dicitur in sequenti limitatione, ubi oportune cadet.

286 † Tertio limitatur prædicta regula, ut non procedat, quando conditio legati vel fideicommissi haberetur pro impleta aliquo iure speciali, puta fauore libertatis, ut videtur probari in l. cum ita datur, infra de condit. & demon. & clarius in l. si peculium. §. is cui, infra de statuli. ibi, ex constituto potius iure, quàm ex testamento &c. Ita voluit Bar. in d. l. in testamento, quæstione pen. dicens,

dicens, q̄ isto casu non agitur ex testamento, sed iure extraordinario, id est actione in factum, vel conditione ex lege, vt per cū. Cum quo ibi transit Cuma. Idem tenent Bald. Angel. & Pau. de Cast. in l. 2. C. de insti. & substit. vbi idem tenent etiam Alex. & Iaf. qui etiam hic idem voluerunt, quod & alij plerique firmant, & est communis opinio, vt hic dicunt Perusini.

Imo, tamen in d. l. in testō. contradicit, volens q̄ immo detur actio ex testō, licet Iaf. hic alleget eum tenere cum Bar. Mouetur Imo. per l. Stichum. §. pen. j. de statulib. ibi, ex testamento &c.

287 † Et respondet ad d. §. is cui, in quo est fundamentum communis opinionis, q̄ ille text. loquitur comparatiue, & sic non negat ex testamento competere, sed potius constituto iure &c. Quare responsio non est bona secundū Alex. in d. l. 2. quia immo illa verba, ex constituto, potius iure &c. non comparatiue, sed electiue ponuntur, secundum glo. ibi. Et hoc probatur ibidem in precedentiibus verbis in quibus simpliciter & absolute dicitur, libertatem constituto iure deberi, & nō per verbum potius. Et clarius probatur in fine eiusdem §. ibi, diuersa causa. Nam cū in eo versū. dicatur, q̄ ex testō sit liber, & differat a casu precedenti, ostenditur, q̄ §. non fit ex testamento, & sic verbum, potius, non comparatiue, sed electiue ponitur. Et preterea in d. l. cum ita datur, simpliciter & absq; verbo comparatiue dicitur, eū consequi libertatem iure constituto, & licet ibi non exprimat, q̄ non ex testamento, tñ fati dicitur exprimi in d. §. is cui, in quo videtur bene probari communis opinio. Eo addito secundum Alexā. in d. l. 2. quia posito, q̄ verbum, potius, ibi fit comparatiue, adhuc idem dici debet, quoniam cum potius fiat liber ex constituto iure, id est ex iure singulari, & sic ab eo magis participet, ei debet totū tribui, arg. l. quæritur, supra de stat. hom.

288 † Nec tenendo cōem, obstat d. §. pen. quia respōdet Alex. hic, & in d. l. 2. q̄ ibi non dicitur agendum esse personali actione ex testamento, sed tantum, q̄ ex testamento liber sit, id est propter testamentum, ex iure tamen constituto, vt sic ille text. declaretur per d. §. is cui. Sic & alibi dicitur, ex incendio, id est propter incendium, l. j. §. ex incendio. j. de incen. rui. & naufrag.

Patrius & Dominus meus Soc. in d. l. in testamento, in fi. defendit opinionem Imo. vt per eum, quam etiā sequitur hic Crot. Et fatetur Soci. q̄ non dabitur actio ex testamento directa, quia non venit ex verbis, neque ex mente testatoris, sed erit utilis, q̄ datur per extensionem iuris, factam speciali favore libertatis, iuxta Doct. Barto. in l. curatoris. C. de neg. gest. Et q̄ datur actio ex testamento, tenent etiam Moderni Perusini, adducentes in argumentum l. fin. in fin. supra de hæred. insti. ibi, perinde ac si in posteriori &c. & §. primo, in fin. ibi, ac si hæreditas &c. Insti. de eo cui liber. causa bon. ad.

Caue tamen, quia vbi Soc. dicebat dari vtilem, isti dicunt dari directam vt per eos. Et tenendo contra Bar. & communem ad d. §. is cui, responderi potest (si vis cum Socin. q̄ detur vtilis) quod dum ibi dicitur, non competere libertatem ex testamento procedit, quia nec ex verbis, nec ex mente testatoris id fit, sed solum per extensionem, vt per eum in d. l. in testamento. Sed si vis cum Perusinis, quod datur directa, respondetur secundum eos, quod nō valet ista consequentia, conseruatur libertas, non ex testamento, sed de iure singulari, ergo non datur actio ex testamento directa, cum ad illud satis videatur, quod in testamento relicta fuit. Mihi tamen magis placet dari vtilem, prout dicit dominus meus Socin. per allegata per eum. Et hoc si vis tenere, quod datur actio ex testamento contra communem. Sed aduerte, quia videtur, quod vana sit ista disputatio. Nam aut libertas directa erat relicta, aut fideicommissaria.

289 † Primo casu absq; dubio frustra sit questio, quare actio detur, cum illa per se competat statim absq; facto grauati. l. libertas, & l. directis. C. de test. man. l. si legato. §. ff. eo. tit. & §. pen. Inst. de sing. reb. per fideicō. relicta. Et nota, q̄ in his terminis, loquuntur iura s. allegata, videlicet d. §. is cui. d. l. cū ita datur, & d. §. pen. in l. Stichum, allegatus per Imo. ex quo manifeste colligitur in d. l. legibus, non esse disputandum, quia actione libertas petatur, & sic Doctores allucinatos fuisse circa intellectum dd. iurium.

Secundo vero casu, vñ similiter non dari actionem, cum tale fideicommissum non contineat modum pecuniarium prout dictum fuit s. in precedenti limitatione. Et hoc vñ, nedum in casu isto, qñ valet de iure singulari, sed etiam quando iure communi, per ibi dicta. Sic ergo (vt dixi) vana videtur prædicta disputatio Doctorum querentium de nomine actionis, cum nulla detur.

290 † Sed iterum aduerte, quia contra dicta in precedenti limitatione, & q̄ immo indistincte pro fideicommissaria libertate def. actio, vt probari primo per l. cum fidei, in prin. j. de fideicō. liber. ibi, experiri potest iuncto eo quod dicimus, nemo sine actione experitur l. si pupilli. §. videamus, s. de nego. gest.

Secundo per l. vix ex certis, in versic. præterea, supra de iudi. si enim potest seruus pro fideicommissaria libertate consistere in iudicio aduersus dominum, vt ibi dicitur, & eum in ius vocare. l. is queque, supra de in ius vocan. ergo videtur, q̄ per viam actio-

nis, quia in ius vocare, videtur nil aliud quam actionem proponere. sed si hac. §. prætor ait; eod. tit.

Tertio per l. 1. §. 1. in fin. ibi, & præcipue cum talia sint &c. C. communia de leg. Nil enim videtur magis pium, quam dare libertatem seruis. Sed si vis tueri dicta in precedenti limitatione, 291 dicas pro eis facere regulam l. quod attinet, j. de reg. iur. j. atten to, q̄ actio dicitur esse de iure civili, vt per Doctō. Insti. de act. in prin. & videtur tex. in l. 2. §. deinde ex his, supra de ori. iur. Et ita arguit Ruin. & fuit argumentum glo. in l. seruo, infra de ali. lega. Et ad contraria respondere poteris.

Ad primum q̄ verbum, experiri, in ea l. importat officium iudicis de quo in simili loquitur d. l. seruos. j. Nam & alias verbū, actio, accipitur pro officio iudicis. l. Papinianus, & ibi dicit Bart. j. ad Trebel. arg. l. actionis verbo, j. de actio. & oblig.

292 † Ad secundum, q̄ non est consequentia necessaria, quare fit in argumento, quia est implorans officium iudicis, dicitur dominū in ius vocare, & aduersus eum in iudicio consistere, cum vocare in ius, sit vocare aliquem iuris experiri causa l. j. supra de in ius vocan. Quod intelligo generaliter siue ius illud experiri volumus per viam actionis, siue etiam per officium iudicis.

Nec obstat §. prætor ait, in prium allegatus, quia nihil facit. Fa teor enim q̄ aliquando, & vt plurimum quis vocat in ius causa experiri per viam actionis, prout ibi probatur, sed tamen pot 294 fieri in ius vocatio, etiam alio respectu vt dixi. j. Et verba semper debent intelligi secundum qualitatem personæ, de qua loquuntur, seu ad quam referuntur. argumento l. plenum. §. equitij, s. de vsu, & habit. Vnde cum seruus sit incapax actionis, vt dictū est, quando lex dicit, q̄ potest dominum in ius vocare, nō potest intelligi per viam actionis, cum eius sit incapax, sed aliter, vt ei conuenit, & sic per officium iudicis.

Ad tertium dicas, q̄ procedit, vbi materia subiecta patitur actionem, puta, quando de commodo pecuniario agitur, relicto ad 295 pias causas, & ei, qui sit capax actionis. j. Et q̄ ita ille tex. procedat, ostenditur, quia nemo dicit pro fideicommissaria libertate dari realem actionem, aut hypothecariam, & tamen ille text. de hypothecaria principaliter loquitur.

Sed vt articulus iste ad vtranque partem plenè disputetur, aduerte, quia, etiam q̄ actio detur, defendi potest, & si vis ita tenere, facias fundamentum.

Primo in eo, q̄ iura omnia, quæ de fideicommissaria libertate danda loquuntur, referunt verba ad personam vel serui manumittendi, vt libertatem petari generaliter. §. si homini. & §. si qs seruo, cum similibus, infra de fideicom. liber. vel vt de libertate experiarur, vt d. l. cum fidei, aut de libertate cum domino conten dat. l. de libertate, eod. tit. Vel ad domini manumittendi, vt debent libertatem, aut debent vel compelluntur manumittere l. cum quasi. §. idem dicendum l. neq; in fin. prin. l. fideicommissa. §. fin. l. in testamento; eo. tit. & l. liberti l. cum proponas, & l. si seruus, C. eo. titu. de fideicom. liber. cum similibus.

296 † Quo stante inferitur, q̄ importatur remediū actionis, & non officium iudicis, vt est doctrina Bar. cōiter approbata in l. j. 3. col. vers. secundo principaliter est videndum, s. de condic. ex leg.

297 † Secundo bene facit, quia officium iudicis nullam præsupponit obligationem l. qui per collusionem, & ibi per Doctō. supra de act. empt. Sed rogatus manumittere, ad id dicitur obligatus si voluntatem defuncti, id est quod sibi est relicto, agnouit l. decem §. videamus, infra de fideicom. liberta. & d. l. cum quasi, §. idem dicendum, cum cōcordantibus supra allegatis, ergo actio & non officium iudicis competit.

298 † Preterea, cum pro fideicommissis hodie detur actio, licet olim non daretur, non video, cur est isto casu non debeat dari, cū relicto fideicommissaria libertatis sit fideicommissum, vt est notum. Et tanto magis quia in l. 2. C. communia de lega. dicitur, & ex oibus nascantur actiones, &c. Nam in illa generalitate comprehenditur etiam casus iste, & omnes alij in quibus subiecta materia patitur l. j. §. generaliter, infra de leg. præstan. l. Iulianus, in prin. j. tit. 2. cum simil. Tota difficultas est tollere argumentum d. l. quod attinet, de reg. iur. Vnde cogitabam sic posse responderi, vt dicamus seruum actionem exercere non posse, quando scilicet permanens est seruus.

299 † Sed quando de libertate contendit, poterit actione vti, quia mediante fiet liber, prout contingit in casu isto.

Ad quod bene facit l. si filius. §. fin. infra de fideicom. libe. Vbi seruo præstat, seu creditur actio, qua mediante consequetur libertatem: ergo videtur, quod pro consequenda libertate sit capax actionis. Et isto respectu dicemus eum quasi liberum iuxta l. non tantum §. 1. eod. titu.

Immo videtur in possessione libertatis interim esse l. cum vtro §. 1. eodem titu.

300 † Et ita tenendo, sequitur, q̄ præcedēs limitatio det restringi, qñ commodum non pecuniarium honorati concurret cum incommodo nō pecuniario grauati, secus si ex parte grauati sit incommodum pecuniarium, vt isto casu, vt tetigi in ipsa precedenti Mar. Soc. Iun. Prima Pars. R 3 limi.

limitatione. Habes nunc articulum plene & hinc inde disputatum, & tu super prædictis cogitabis: quæ pulchra essent in disputatione. Tu tene quam partem velis, ego dubitater transire volo.

Ite ubi teneas quod detur actio pro fideicommissaria libertate in casu istius tertie limitationis, quando scilicet libertas conferatur de iure singulari, tenerem cum Domino meo Soc. ut scilicet detur utilis actio ex testamento per prædicta.

301 † Ad d. i. o. Vnum hic obiter dicam. Nam sæpe dubitavi, nunquid nomen ex testamento sit proprium nomen actionis, datum sibi à lege, pro quo multa iura succurrebant, ut l. non quocumque, in prin. ibi, agam ex testamento. l. huiusmodi. §. ades, & §. qui seruum, ibi, ex testamento agere, & l. si seruus legatus. §. j. ibi, ex testamento. §. eo. & Insti. eod. §. si res aliena, ibi ex testamento actione, & §. si cui, ibi, ex testamento agat, & alia plura, quæ longum esset referre.

Sed in contrarium me trahebat, quia in l. i. & 2. C. communia de leg. nunquam tali nomine vocatur, sed simpliciter actio personalis, & iura prædicta, & similia possunt intelligi, ut verbum, ex testamento, demonstrat factum, unde actio oritur, & sic exponatur id est propter testamentum, sicut supra dixi de d. l. si peculium. §. is cui, & d. l. Stichum. §. pen. infra de statu li. Et sicut in simili dicimus de verbis illis, ex stipulatu actio, in l. si quis certum, supra si cer. per. cum glo. sua communiter approbata.

302 † Præterea, si actio ista personalis deberet nominari à sua causa immediata potius deberet dici actio ex additione, cum ex ea immediate causetur obligatio. §. heres, Insti. de obl. qua ex quasi contractu, ex qua postea oritur actio. Videbatur ergo satis probabiliter dici posse, quod ex testamento, non sit nomen actionis personalis eà iure tributum, sed quod postea magistraliter fuerit sic illa appellata per nostros Doct. cogitabis quid sit verius, & in dubio teneas, quod sit nomen legale tributum particulariter actioni personali: ut legatis & fideicommissis competenti, pro ut communiter tenetur. Pro quo videtur casus in l. si pluribus, in prin. §. eod. ibi, ex testamento agat, nam cum ibi ponatur pro differenti actione à vendicatione, & illud tantum demonstratur per verbum ex testamento, ostenditur, quod per illud verbum importatur actio personalis. Nisi pro alia parte quis respondeat, quod immo actio personalis satis ostenditur per verbum, agat, cum proprie actio sit in personam. Actio in personam, infra de actio. & obligatio. & l. pecunia: verbum §. actionis verbum, & ibi, sed plerumque, infra de verbo. significatio.

303 † Quarto limitatur regula, ut non procedat, si legata vel fideicommissa petantur ex edicto. Si quis omnia causa testam. de quo supra in suo titulo, quia tunc non ex testamento actione, sed in factum ex illo edicto petuntur. Ita voluit Ioan. in arbore actionum, Rosfred. in libellis suis, Baptista de Sancto Blas. & Ioan. Crispus in tracta. actionum. Nam omnes isti ponunt de ista actione circulum inter prætorias, & vocant in factum ex edicto. Si quis omnia causa testa. Et ita etiam tenent Bald. & Sal. in l. si quis omnia causa testa. & sequuntur Ale. & Iaf. hic dicentes, in etiam velle Bar. in l. si quis pecuniam, supra illo titu.

Sed aduerte, quia Bar. ibi notat contrarium ex illo text. & statim pro resolutione distinguit. Aut quis omisit, ut ipsemet habeat ab intestato, & ita possideat, & tunc datur in factum ex illo titulo, & hoc voluerunt allegare Alex. & Iaf.

Aut omisit, ut alius haberet, & ita alius possidebat, & tunc dabitur utilis actio ex testamento, ut per eum.

304 † Sed (ni fallor) errat Bart. quia si primo casu, non datur actio ex testamento, sed illa in factum, nec in secundo poterit dari utilis ex testamento, sed dabitur utilis illam actio, quæ in primo casu dabitur directa, cum detur per extensionem præter verba & mentem prætoris, iuxta præallegatam doctrinam Bar. in l. curatores. C. de neg. gest. Et ita procedit d. l. si quis pecuniam, & l. si non solus, eo. tit. dum dicunt dari utilem actionem.

Sed tunc dubitari potest, an talis actio sit personalis ex testamento, an in factum, ut prædicti dicunt? & vñ quod ex testamento, cum legata debeantur perinde, ac si hæreditas ex testamento adita fuisset. l. duo hæredes, in prin. illo tit. & ita tenet hic Cro. Sed Iaf. qui argumentum perpendit, respondet, quod ut ibi dicitur, id fit prætorio iure, ut per eum. Et mirum est, quod Cro. non aduerterit ad hanc responsionem Iaf. aut de ea nihil dixerit. Quæ responsio comprobatur per l. i. in prin. ibi, prætor pollicetur actionem, & in ea l. §. non querimus, dicitur conueniri hoc edicto. Quod etiam per æquipollentia verba dicitur in l. quia autem, §. non simpliciter, & in d. l. duo. in fin. Si enim datur actio à prætore ex illo edicto, ergo non erit ex testamento, Nisi tuendo aliam opin. dixeris, quasi concordando, quod prætor pollicetur &c. & ex illo edicto datur actio illa, quæ potest dici ex testamento, quia propter testamentum legata debentur.

305 † Et nota, quia in illo titulo sæpe vocatur actio legatorum, ut in l. si filius, in l. seq. in l. si de libertatibus, in l. mater, & in d. l. duo, in fi. cum sim. quasi dicat, ea quæ alias pro legatis datur, & sic ex testamento. Erit in semper talis actio prætoriana, cum ex eius edicto detur. Sed breuiter concludendo mihi videtur, quod eadem actio, quæ adita hæ-

reditate daretur, detur isto casu saltem utilis, in hoc solum constituta differentia, quia ubi tunc esset civilis, nunc dicitur prætoriana. Sicut dicitur in noxali in l. electio, §. i. & 2. cum glo. §. de noxal. Et prout in simili dixi supra in quarta ampliatione circa legata conferuata ex edicto de legatis præstandis.

Præcedens tamen disputatio secundum Bart. in d. l. si quis pecuniam, modici est effectus, qui idem videtur velle in l. i. infra de lega. præstand. cum dicat, tene quam vis.

306 † Bald. tamen & Sal. in d. l. fin. C. si quis omnia cau. test. ponunt vnam utilitatem circa fructus & alias excessiones, ut referunt & sequuntur Alex. & Iaf. Sed illam reprobant supra in quarta ampliatione ad fin. Ponunt etiam aliam, quam mirabilem dicit hic Alex. videlicet, quod si non detur actio ex testamento, non dabitur etiam vendicatio, & hypothecaria, quod etiam voluit ibi Ange. Sed hanc utilitatem reprobat hic Alex. eo quod duo fundamenta, quæ pro illa sunt, non vigent, ut per eum qui ad illa respondet. Et firmando contrarium mouetur ex duobus.

Primo, quia ubi habet locum actio personalis ibi & alia dantur (data, scilicet habilitate terminorum) l. i. C. communia de leg. Sed licet non detur, ex testamento actio, datur tamen personalis in factum, ergo &c.

307 Secundo (& istud respicit tantum hypothecariam) Nam illa conceditur ex eo, quod quandoque testator illam hypothecam expresse facit, eo enim considerato, lex generaliter inducit illam, ut omnino voluntas testantis impleatur, ut d. l. j. Sed si fuisset expressa, procederet etiam in casu edicti, si quis omnia causa testam. ergo &c. ut per Alexand. Et ista opin. mihi tenenda videtur. Et proculdubio procedit respectu vendicationis. Sed respectu hypothecariæ si quis disputando veller tenere contrarium, post istud, si non defendere, saltem palliare. Præsupponendo tamen, quod nomen, ex testamento, sit nomen iuris, actioni personalis pro legatis tributum à lege, de quo supra aliquantulum differui. Nam eo posito dicam quod quando lex meminit de actione personali pro legatis, dicitur loqui particulariter de ista actione ex testamento. † Tunc sic, hypothecaria in tantum & eatenus datur, quatenus & in quantum datur personalis, & sic ista ex testamento, ut d. l. i. §. fin. Unde si præsupponis istam ex testamento non dari, non dabitur etiam hypothecaria, quæ semper illam solet concomitari, per d. §. fin.

Et ex hoc poterit responderi ad allegata per Alex. Nam ad primum rñdetur, quod loquitur tantum de personali ex testamento. Et ad fin. quod lex non inducit simpliciter, sed limitate, s. in quantum datur actio ex testamento. cogitabis, quia contrarium puto de iure verius. 309 † Et ad argumentum responderem, quod in d. §. fin. non ita vñ dicit, sed solum, quod hypothecaria datur in tantum in quantum competit personalis, nec illam vocat ex testamento. Et ubi etiam vocaret, adhuc non videretur vrgere, quia si ex testamento non daretur, quia s. materia subiecta non pateretur, puta, quia pro talibus legatis daretur actio in factum ex edicto prætoris, ut §. dicebatur, non tamen deneganda esset hypothecaria, cum ei nihil repugnet. Est bene verum quod regularetur ab illa personali in factum, ut dicebat Alex. Sed tenendo, ut supra tenui, quod immo datur actio ex testamento saltem utilis, cessat in proposito istius quæstionis limitationis prædicta disputatio, quia etiam stante utilitate Bald. & Sal. competet etiam hypothecaria.

310 † Quinto regula prædicta limitatur, ut non procedat in legatis vel fideicommissis alimentorum relictis seruis, quia tunc non petentur per viam actionis, sed per officium iudicis, eo quia seruus est incapax actionis, & ita probatur in l. seruus, iuncta glo. §. de ali. & cib. leg. & in l. seruo alieno, post prin. §. eo. Et hoc indubitanter procedit, quia seruus obtentis alimentis erat in seruitute permanens. At ubi seruus peteret libertatem, forte prius dicitur posset, s. vnam opin. ut dixi §. in 3. lim. Et si dicatur, sicut seruus dicitur incapax actionis, eo quia actio est de iure civili, ita debet esse incapax officij iudicis, cum & illud videatur de iure civili.

311 † Potest responderi quod officium iudicis non fundatur in persona serui, sed residet in persona iudicis, & per seruum imploratur. Et idem esset dicendum, si alimenta relinquuntur fratribus minoribus incapacibus bonorum, nam per officium iudicis præstata buntur, secundum Bart. in d. l. seruo alieno, de quo ibi, & in eius tractatu minorum videndum erit.

312 † Sexto limitatur, ut non procedat in terminis l. si hæres seruus, §. eod. ibi enim non datur actio ex testamento, sed actio in factum. Et secundum Bart. ibi hoc est verum, si legatarius eligat uti actione personali: posset tamen uti reali, si res legata erat testatoris, de quo tamen ibi videas, quia nunc non discutiam. Et ista specialitas, quod detur actio in factum, & non ex testamento, videtur causari ex illo facto & delicto serui, attentio, quod propter illud hæres non tenetur ad rem legatam, neque præcise ad eius pretium, sed ut ipsum ex peculio serui præstet, vel ut seruum pro noxa det, ut ibi dicitur. Et posset dici, quod illa sit actio furti in factum, dicta propter factum, ex quo oritur, non quod sit nomen actionis, prout post glo. ibi dicebant Dyn. & alij communiter, secundum quod

quod ibi refert Barto. de quo ibi est uidentum.

313 † Septimo, & ultimo regula non procedit, quando legata uel fideicommissa deberentur hæreditate non adita, puta, secundum quosdam, in legatis ad pias causas, ut uoluit Bald. in l. i. C. de sacrosanct. eccles.

Item si ita testator in testō disponat, exprimendo q̄ legata p̄stentur, et non adita hæreditate. Vel & tertio si hoc ex forma statuti caueretur. His. n. casibus uel similibus, non petentur per actionem ex testō, sed alia uia, puta conditione ex lege, uel per officium iudicis. Ita singulariter dixit Bal. in l. j. 4. col. in uerf. Itē dico unum, quod est nouum. C. si quis omiff. causa testa.

Et hoc uia ratione cōprobatur, fm Iaf. hic, quia ex quo tunc non aditur hæreditas, non celebratur ille quasi dētus, ex quo aliquis adeundo obligatur, iuxta l. ex maleficijs. §. heres, j. de act. & oblig. cum similibus. & ita ex illa obligatione oriatur actio ex testō. Ea ergo cessante, alio remedio opus est. Sed aduertendum est, quia ista limitatio uidetur in se uera, posita, q̄ in casibus prædictis legata ita debeantur hæreditate non adita. Vnde de eo uidentum est. Et circa legata ad pias causas, dic ut hic per Alex. colū. 1. r. & 12. Circa testatorem, an ita disponere possit. Bal. in d. l. i. uidetur

314 sentire, q̄ non, eo q̄ illud esset contrarium testamento, † cum pro regula sit, q̄ nulla clausula, in eo posita ualeat, nisi additione confirmetur, l. si iure, & ibi Bart. infra tit. 2.

Facit l. si nemo, §. de test. tut. l. si nemo subijt, infra de reg. iur. l. 1. §. de iniust. rup. test. & Insti. de hære. quæ ab inte. defer. in princ. ibi, aut si ex eo nemo & c. de hoc infra dicam.

315 † Circa statutum uero an ualeat? Alex. hic col. 12. in uerf. Nec dubitet aliquis & c. tenet, q̄ ualeat, allegat Bal. in l. dotis. C. de iur. dot. in eo, q̄ dicit ualere statutū, q̄ filius pro patre teneatur non adita hæreditate, ut per eum cum concordantibus, ut per Alexā. Iaf. uero in terminis nostris loquendo. f. generaliter, tenet priuū, & fundamentum eius est, quia tale statutum sapit iniquitatem, quia si ualeret, quilibet posset quemcumq̄; uoluerit, eum institui do, multis legatis onerare, & ita inuitum illaqueare, quod absurdum & iniquissimum esset, † merito non debet tale statutum seruari. c. erit autem. 4. dist. Et ad doctrinam Bald. in d. l. dotis, posito q̄ sit uera, respondetur, quod loquitur particulariter in filio,

317 † qui facilius ad debita patris potest obligari, quam extraneus, ut ipse Bal. declarat in l. i. in 2. q. C. ne fili. pro patre. Et potest dici, q̄ statutum uideatur tollere beneficium abstinentiæ a prætoribus concessum, & sic reducere eos ad primum ius, quo erant sui & necessarii, §. sui, Insti. de hære. qual. & differen. merito tale statutum tolerari potest, reducens ad ius antiquum iuxta l. si unus. §. quod & in specie dotis, supra de pact. Sed talis consideratio non uiget in extraneis.

318 † Præterea Bal. loquitur respectu creditorū, qui de damno uirando tractant, nos uero de legatarijs, qui de lucro. l. hæreditatē, §. man. unde non est par ratio. l. fi. C. de codic. & l. Proculus, j. de dam. infe. De uno ergo casu, ad alium non ualeat argumentū, cū ex diuersis non bene inferatur. Et ista opi. contra Alex. uidetur multum probabilis, si statutum dicat, scriptum heredem teneri, etiam q̄ non adeat. Sed pro Alex. tenet hic Rui.

319 † Est enim tale statutū factū, ut testantis uoluntas impleatur, quod pium est & fauorabile. §. si uero expressim. in Auth. de her. 320 & Falc. † Et pro hoc facit, quia magna est potentia statuentiū, & sic legis municipalis. l. omnes populi, ubi Bar. & alij §. de iusti. & iur. Sic uidemus in simili, q̄ statuta obligant pro delicto, etiam non delinquentes; puta, si caueatur, q̄ cōitas uel contrata aliqua teneatur pro damno dato in ea. Et ita tenendo ad argumentum Iaf. rīdetur, q̄ heres scriptus debet sibi imputare, si damnum patitur, cum illud euitare posset adeundo hæreditatem, cum perfectione inuentarij, iuxta l. si §. & si præfatam. C. de iure delib.

Nam ita faciendo, non fuisset obligatus ultra uires hæreditarias, quinimo et Falcidiam detrahere potuisset, ut ibi dī, unde cū id facere uoluerit, sibi debet imputare, si postea ex forma statuti teneatur ad legata. l. q̄ quis ex culpa, j. de regu. iur. & c. damnum quod quis, eo. tit. lib. 6. Sicut cōtingit in tutore dato, qui habebat iustam excusationē, quam tū intra debita tpa non allegauit, quia tenebitur de non administratis ex sua culpa, iuxta §. qui. n. excusare, cum sua materia, Insti. de excu. tut. sibi. n. imputare debet, quia excusationem debito tpe non allegauit, prout poterat. Cogita super istis, quia pro uero ista opi. Alex. & Rui. non uideat secuta, eo q̄ satis obsonum & durum uī, ut quis obligetur ad legata absq̄; aliquo suo facto, cum noluerit quicquam tangere de

322 hæreditate. † Attento maxime, q̄ pro regula nemo cogitur ad re. l. nec emere, C. de iure delib. & l. fi. C. unde legit. cum similibus.

323 probatur et in d. §. si uero expressim. † Et si ita tenere uelis, non obstaret magna potentia legis municipalis, quia intelligi debet, modo lex sit sancta & honesta, iniquitatem non continens, d. c. erit autem lex 4. dist. Et statutum, q̄ cōmunitas teneatur de damno dato in communitate, pōt tolerari ob publicam utilitatē, ne delicta remaneant impunita. iuxta l. ita vulneratis, §. ad l. Aquil. Maxime quia uidetur quid imputandum communitati, cur non

curauerit, ne damna dentur, aut saltem post datum damnum, cur non ostenderit delinquentem, sic ut ipse satisfaciat. Et pietas illa, ut uoluntas testatoris impleatur, non uidetur tanti ponderis, ut ea de causa quis obligetur absq̄; uoluntate & facto suo; † Nec culpa uidetur nolle adire, cum id per legem positum sit in libera uoluntate instituti, ut dictum est. Nam qui facit, quod a lege p̄mittitur, damnum pati nō debet. l. Gracchus, C. ad l. iul. de adul. ne alias uideatur auctoritate legis decipi & circumueniri, cōtra l. i. C. de his qui ueni. a. a. impe.

Nec uī obstare argumentum de tutore, quia tutela est munus publicum, & quis regulariter eam sumere compellitur, merito si quis causam excusationis non alleget, remanet sub regula, ut si inuitus cogatur tutelam suscipere, & teneat etiā de neglectis. Quod non est in casu nostro, cum pro regula, nemo adire cogatur, nec de eo loquitur statutum. Iterum ergo cogitabis. Et si uelis tenere cum Alex. & socijs in casu isto, l. q̄n̄ expresse statutum dicat, institutum heredem teneri ad legata, etiam q̄ non adierit, 326 in quo casu tantum procedit prædicta disputatio. † Cæue, quia non ita putarem in testatore sic expresse disponente, quia eius dispositio non ualere, nec de statuto ad testatorem, isto casu ualeat argumentum, cum maior sit potentia legis, & statuti, quam testatoris, ut l. nemo potest, cum sua materia infra tit. nostro.

326 † Sed si statutum aliter loquatur, puta, q̄ legata, non adita hæreditate ex testamento, debeant a uiuentibus ab intestato, absq̄; dubio putare, statutum ualere, & legata ab illis deberi dūmodo tamen ipsi ab intestato adeant: quo casu si inuentarium conficiant, tenebuntur iuxta uires hæreditarias, alioquin in solidum. Et idem putarem, si statutum simpliciter dicat, legata deberi, et q̄ institutus non adeat. Nam etiam tūc intelligam deberi. (a uenientibus ab intestato, modo quo §. Et quod de statuto dico, p̄cedit etiam in testatore. Nam in his duobus casibus testator ita disponendo, censetur legata repetere a uenientibus ab intestato,

327 to, ac si clausulam codicillarem adiecisset. † Nota tamen q̄ forte in ultimo casu, & sine forte, quando testator, uel statutum diceret, q̄ legata debeantur, etiam nullo modo adita hæreditate, & uelimus dispositionem ualere pro satisfactioe legatorū uel fideicommissorum poterit dari curator bonis defuncti, qui prius creditoribus, & deinde honoratus in testamento satisfaciat de ipsis bonis hæreditarijs, iuxta tradita hic per Patruū. & do. meū Soc. quem pleriq̄; sequuntur, ad quem me remitto. Et forte istud dici posset, etiam in primo casu, tenendo opin. Alex. de qua §. disputauim. Nam per hanc uiam tollitur iniquitas, q̄ hæres institutus non tenebitur inuitus de suo, & satisfiet uoluntati statuentium, quia implebitur uoluntas testantis, quatenus tamen uires hæreditatis patiantur. cogitabis super prædictis.

Querit successiue Bart. pro quibus legatis uel fideicommissis competat actio in rem? & distinguit magistraliter, ut per eum. Ex cuius dictis facias plures conclusiones.

328 † Prima est, q̄ pro legato uniuersali non datur uendicatio. Quod intellige, q̄n̄ legatum consistit in uniuersitate iuris, prout est hæreditas, quæ sine ullo corpore iuris intellectum habet. l. hæreditas, in prin. supra de peti. hære. Et procedit hoc, necdum sit tota hæreditas, sed etiā si pars eius relinquatur, quia nec tunc transit dominium, ut per Bart. & illud, secundum Iaf. procedit solum, si ab hærede fiat tale legatum, secus si à legatario, per l. mulier. §. fi. infra ad Trebell. ut per eum.

329 † Sed hoc mihi nō placet. Quoniam ita à legatario primo relinquatur, sicut ei ab hærede relicto fuerat, unde si primo legatario non dabatur uendicatio, non debet dari etiam secundo (loquor semper antequam fiat restitutio, prout loquitur Barto.) Et ad istud quod dico contra Iaf. facit l. si patroni. §. qui fideicommissariam, infra ad Trebelli. & quod in fortioribus terminis uoluit glo. super uerf. in rem. in l. 2. C. communia de lega. ibi, idem dic in quolibet fideicommissio & c.

Non obstant §. fi. quia ille text. solum uult, q̄ nō ex toto habeat locum Trebellianum Senat. Consul. & declarat, quia. l. non detrahetur quarta ex quo ille non rogabatur, ut hæres, ut ibi dicitur & probatur etiam in d. §. qui fideicommissariam. sed ex eo nō est inferendum, q̄ transeat dominium rerum in parte hæreditatis contentarum in secundum legatarium ante restitutionē, quia subiecta materia scilicet uniuersitas relicta, non patitur. Et hoc sit dictum, si Iaf. id uoluit, ut uerba eius uidentur importare, sed si solum uelit, q̄ eo casu non procedat in omnibus Trebellianū, puta, quia quarta non detrahitur, bene loqueretur, ut d. §. fina. & probatur etiam in d. §. qui fideicommissariam, quod tamen non credo, quia tūc non limitaretur dictum Barto. prout uoluit facere Iaf.

330 † Si autem legetur uniuersitas corporum, ut grex, uel mixta ut peculium, aliud esset, quia corpora uendicari possent, ut per Barto. & hic ut per Iaf.

Ad unum tamen aduerte circa eius dicta, quia ipse facit differentiationem inter hæreditatem, & peculium, ut l. prima sit uniuersitas iuris tantum, secundū uero sit uniuersitas mixta, ut per eum.

- 331 † Quoniam hoc non uidetur uerum per ea, quæ dixit Bart. in Rubrica supra solut. mat. ad fi. dum has duas uniuersitates æquiparat, & eas à grege dicit differre, ut per eum. Et uidetur ostendi, quia etiam in hæreditate possunt esse corpora, & ex diuerso, peculium potest esse sine corporibus.
- Sed tunc remanet difficultas, unde sit q̄ corpora hæreditaria non uendicentur ante restitutionem, sicut corpora in peculio existentia? ut l. si peculium, infra de pec. leg.
- 332 † Ad quod respondeas, illud ideo esse, quia in hæreditate restituenda, fideicommissarius loco hæredis est futurus. l. si hæres ab eo. j. ad Trebel. unde sicut hæres ante aditam, ius in rebus nõ habet, ita iste fideicommissarius ante restitutionem sibi factam, sed facta restitutione, bene poterit uendicare res hæreditarias, etiã antequam corporaliter apprehendat. Secus est in legato peculii, in quo legatarius non est futurus loco hæredis, sed in suo nomine legatarii semper permanebit, & ita est de intentione Aret. in l. non amplius, §. si. infra tit. i. quem uideas.
- 333 † Secunda conclusio sit, q̄ pro legato generali omnium bonorum similiter non datur uendicatio, ratio est secundum Bart. quia tunc tale legatum habet uim fideicommissi uniuersalis, & ita appellari debet, ideo non transit dominium, nisi facta restitutione, ut modo dictum est.
- 334 † Si autẽ esset legatum partis bonorum, potest dubitari. Nam Bart. in d. l. non amplius, §. fin. prium firmare uidetur, dicendo, q̄ legatarius potest uendicare portionem sibi relictam in qualibet re, & pro eo facit istud uerbum, uendicare, positum ibi in l. seq. in fi. quod etiam hic uidetur sentire. cum ad ibi dicenda se remittat, & idem supra in ista l. dixit aliquando Alex.
- Sed tamen ipsemet Alex. in d. l. non amplius, §. si. tenet, q̄ immo idem est in legato partis bonorum, quod omnium.
- 335 † Non tamen per eandem rationem, quia tunc non dicitur fideicommissum uniuersale, sed ratione incertitudinis. Nam cum sit incertum, quid soluetur, ut ibi probatur, non uidetur, q̄ possit dici translatum dominium rerum, quæ possent non solui, ut per eum respondentem ad illud uerbum, uendicare, quod large, & improprie ponitur pro actione personali.
- 336 † Sed considera, q̄ ista responsio non uidetur tuta, quia in dubio standum est proprietati uerborum. l. j. §. si is qui nauem, §. de exercit. & l. non aliter, in prin. de lega. 3. Et si aliquando uerbum illud ponitur pro personali actione, ut per Alex. ibi, certe illud fit ex necessitate, quia proprie capi non potest, quod ibi non cadit, cum nullibi sit lex, qua compellamur dicere partem bonorũ legatam uendicari non posse. Sic itaque per illum text. uidetur optime fundari intentio Bart. ibi.
- Nec obstat allegata incertitudo solutionis. Nam illa non impedit transferri dominium partis legatæ pro indiuiso.
- 337 † Et probatur in simili, nam si uendo tertiam partẽ prædii pro indiuiso, & trado, ut sæpe fit, transit dominium tertie partis fundi, & tamen incertum est, quid continget emptori facta diuisione. Et pro his facit l. locus, & l. si quis fundum, infra de acq. poss.
- 338 † Nec obstat, q̄ possit solui aliquando æstimatio, quia ut dicebat Ruin. illud est in facultate soluendi, non autem dicitur esse in legato, cum testator expresse legauerit partem bonorum.
- Ex eo, autem, quod pretium seu æstimatio sit in facultate soluendi, non impeditur transitus dominij recta uia in legatarium, l. si quando. §. i. & ibi dicit Bart. infra eo. ita illum text. intelligendo post Dyn. Iaco. de Arena, & Pet. & istum intellectum subtiliter defendit, ut per eum.
- 339 † Ego nunc de ueritate talis intellectus non disputabo, fatendo, q̄ apud me est ualde dubius, & forte uerbum illud persequutionem, demonstrat officium iudicis, quo olim petebatur fideicommissa, iuxta l. pecuniæ uerbum. §. persecutionis, infra de uerbo. sign. super quo cogita. Sed posito pro nunc intellectu Barto. pro uero, ille text. optime feruit ad prædicta.
- 340 **A D D I T I O.** † Nec obstat, si dicatur, ut unus uestrum dicebat, q̄ debet impediri translatio dominij, ratione incertitudinis, quantum debeatur, antequam declaretur quid quantum è sit æs alienum, prout ex legato detrahi debet, l. si quis seruum, §. fin. c. l. seq. infra tit. i. Et hoc argumento l. 3. §. incertam, supra de acq. poss. quoniam respondetur, q̄ immo talis incertitudo non impedit, ut patet in legato fundi, qui transit, licet incertum sit ante rationem falcidiæ, quantum ex fundo debeatur.
- Nec obstat d. §. incertam, quia ibi erat oimoda incertitudo. Sed isto casu erat relicta certa quota, puta tertia pars, licet p̄ indiuiso.
- Sed contra opinionem Bar. in d. l. nõ amplius, & sic, quod dominium rerum non trãfeat in legato partis bonorum, multum urget l. si quis bonorum, j. eo. iuncta l. Herennius, supra de usur.
- 341 † & ita firmat ibi Bar. qui postea in d. l. non amplius, uidetur sibi contrarius, q̄ mirum uidetur tam cito, cum duæ tantum leges sint interpositæ. Et q̄ non transeat dominium, est magis receptum per doctores in prædictis locis. Considera in primis, q̄ forte Bart. non est contrarius, dicendo, q̄ immo etiam in l. non amplius, uoluit non transire dominium, & q̄ dicit posse uendicare
- partes rerum, debet intelligi large, id est peti per actionem personalem, & hoc dico pro tollenda contrarietate Bar. non uero simili in tam proximo loco, argumento l. non ad ea, infra de condit. & demon. & maxime quia in l. si quis, de ratione sui dicti remittit se ad dicenda in d. l. non amplius, §. fin. cogitabis, quia uerba Bart. uidentur importare actionẽ realem, cum statim de personali loquutus esset.
- 342 † Secundo considera, si uis tenere, q̄ transeat dñium: pro rã. sione argumenti dici posse primo, q̄ immo pro regula in reb. legatis fructus non debentur nisi à tpe moræ, l. j. & l. si. c. u. suis glo. C. de usu. & fruct. lega. & ita et probatur in l. quis, la prima & secunda supra de usur. & in d. l. si quis bonorum, quod intelligo generaliter, etiam si dominiũ transierit recta uia. Nec mirum, cum sit legatarius dominus de iure speciali & per fictionem.
- 343 † Nec huic regulæ obstat. d. l. Herennius, quia potest intelligi ille text. data mora hæredis, quam dicam, ibi præsupponi à die, quo cessit dies legati. Et hoc ne alias contradicatur iuribus prædictis.
- 344 Etis. † Expediit enim iura iuribus q̄ cordari, l. i. de inoff. dot. & c.
- 345 cum expediatur, de elect. lib. 6. † Vel secundo dici potest, q̄ in legatis rerum, quarum dñium transit recta uia, hæres sciens legatum a legatario acceptatũ, si soluere potest uidetur ab initio in mora, nisi soluat. Et ideo nimirum, si ad fructus postea tenetur, ut d. l. Herennius. Et hoc uidetur probari in l. cum res, in prin. j. eo. ibi, & copiam eius habeat hæres, moram facere non dicitur, & in l. quæsitum, post princ. j. de acq. hære. ibi hæres per eum legatum esse sciat, proculdubio fructus suos non facit & c.
- 346 † Et hoc posito, bene uerificantur iura, requirunt moram, de quibus supra, quia satis est, q̄ mora interueniat, nec quomodo curatur. Vnde cum dicto casu dicatur, adesse mora iuris ordine ut dd. iuribus, fructus uenire debent, cogita super hoc, quia satis uidetur probabile.
- 347 † Vel tertio dici potest secundũ Ful. in d. l. Herennius, q̄ iura dicentia fructus non uenire, nisi a tempore moræ, procedunt q̄ legatarius agit actione reali, uel personali ad rem legatam, & uult fructus sibi dari officio iudicis, tali actioni deferuenti, iuxta l. 4. C. de po. Et ad hoc feruiunt uerba d. l. fin. C. de usu. & fruct. lega. ibi, siue in rem, siue in personam agatur.
- 348 † Sed si ipse uelit fructus ex re legata perceptos principaliter petere uti suos, eo q̄ ex re sua percepti fuerint, iuxta l. solum. §. meum, supra de rei uendica. poterit eos obtinere, etiam si nulla mora hæredis intercesserit, & ita procedit d. l. Herennius. Et hæc distinctionem uidetur sequi Corn. in d. l. fin. cogitabis, quia præcedens declaratio uidetur probabilior.
- Vel dicas, q̄ utraq; simul iungi potest dicendo, quod fructus debeantur a sciente, ut in præcedenti declaratione, sed non uenient officio iudicis, sed propria actione, ut in ista declaratione Fulg. & Corn.
- 349 † Tertia conclusio sit, q̄ pro quantitate legata non datur uendicatio, & ita tenent omnes. Ratio est, quia cum sit incertũ, quæ pecunia in specie soluetur, & nulla debeatur, nõ potest dici transire dominium istius uel illius pecuniæ, merito non datur uendicatio. l. in rem, in princ. §. de rei uendi.
- Limitatur ista conclusio, nisi certum corpus nummorum legatur, puta decem, quæ sunt in archa, quia tunc dabitur uendicatio. l. i. §. si decem, infra ut leg. no. caue. Facit l. plene. la prima §. i. infra eo. ibi, si non certum nummorum corpus & c. cum concordantibus, ut per Ias.
- 350 † Quarta est conclusio, quod pro legato uel fideicommissio generaliter facto, antequam res soluenda eligatur, non competit uendicatio, cum nondum possit dici translatum dominium, ratione incertitudinis, per prædicta. Exemplum, si homo in genere fuerit legatus, uel equus, uel quid simile. Cum autem facta fuerit electio, legatum reducitur ac si res electa legata fuisset, & per consequens dominiũ transit, & uendicatio competit. l. apud Aufidium, infra de opt. leg. cum simil. An autem, & quando ualeat legatum generis, & quomodo genus consideretur, item eo legato facto, cui competit electio? uide glo. Barto. & alios in l. legato generaliter, infra eod.
- 351 † Vnum tñ notabis, q̄ ubi legatario p̄petit electio, non potest meliorem eligere, & hæres, si ei p̄petat, non potest deteriorem, ut in ea. l. probatur. Et sic res mediocri qualitatis eligenda erit, ut ibi, ad quod facit l. si. §. sed cum quis, in fi. C. cõmunia de lega.
- 352 † Quinta sit conclusio, quod pro legato disunctum, seu, ut dicunt alternatiue factum, non datur uendicatio, nisi demum facta electione, prout dictum est de legato generali, † Et ratio est, quia licet utrumque sit in obligatione l. illud aut illud, supra de constit. pecu. (& in hoc differt a legato generis, ubi nulum est in obligatione, ut habetur in l. cum incertus, infra eod. & tractat glo. fin. in l. Meuius. §. duobus, ubi doct. infra tit. i.) tamen unum tantum est soluendum, & hoc est incertum, & ideo non potest dici translatum dominium ante electionem. Sed cum primum sit electio, res electa uendicabitur. l. plene. la prima & 2. §. penult. infra eod. & l. si titio fundus, infra de usufructu. lega.

354 † Et ex his tribus ultimis conclusionibus firmatur regula, quod quando incertum est, quid debeat solui (causata incertitudine ab obligatione) nunquam dicitur translatum dominium recta uia. Et ideo non competit uendicatio. In proposito ergo huius quintae conclusionis, ratione incertitudinis praedictae ante electionem, non datur uendicatio.

Sed contra praedicta secundum Ias. hic facit l. 3. infra de seruit. lega. iuncta l. si pluribus, in fin. j. tit. nostro. Nam si duobus in solidum fundum lego, incertum est, quid alicui sit soluendum ante electionem, a praeueniendo faciendam, ut d. l. si pluribus, tamen dominium transit, & datur uendicatio, ut d. l. 3. ibi, uterque uendicasset. & ita not. ibi Bar. Ias. pro solutione se remittit ad dicenda per eum in d. l. si pluribus, ubi in ultimo notabili firmat, quod dominium pro parte illis quaesitum fuit, secundum quod dicebat Ioan. Et mouetur solum per d. l. 3. Sic ergo secundum eum, transit dominium, non obstante incertitudine.

355 † Tu dic quod illa l. nihil facit, & decipitur Ias. in eius intellectu. Nam ibi non erat relictus fundus duobus in solidum, ita ut uterque in solidum sit habiturus, alter s. fundum, alter eius aestimationem, secundum quod loquitur d. l. si pluribus. sed erat cuiilibet pro parte quaerendus, si uterque acceptet, licet simpliciter fuisset relictus. Et istud probatur.

Primo per l. cum quaestio, in fin. C. de lega. Secundo per d. l. si pluribus, uersicul. in autem hoc, &c. Tertio per d. l. 3. uersi. & si prius. Nam si testator in solidum legare uoluisset, cum Meuius praeuenisset, & elegerit fundum, suus esset, & cum uia, licet postea Titius acceptasset: cum ei sola aestimatio deberet, ut d. l. si pluribus, in fin. quod tamen ibi negatur, cum ibi dicatur, illud solum procedere, si Titius postea omisisset.

356 † Et nota d. l. 3. ibi uterque uendicasset, quia per illum text. ostenditur falsa una opinio Rui. & Cro. hic & aliorum, quos ipsi allegant, dum dicunt, quod quia legatur res duobus, ita ut faciant partes per concursum, non transit recta uia dominium, & sic non datur uendicatio. Et mouetur per l. j. §. si uero non omnes. C. de caduc. tol. ut per eos. Dico enim quod contra eos est casus in d. l. 3. & bene facit l. Titio & Seio, cum l. seq. supra ad l. Aquil.

357 † Et ad d. §. si uero, respondetur, quia fateor, quod antequam quis acceptet legatum, sibi nihil quaeritur, & quod erit totum alterius quam iam recepit. Sed cum alter postea acceptet, poterit uendicare, quia statim a primo recipiente dicitur pars recedere, & alteri acquiritur, ut ibidem probatur.

Sexta conclusio est, quod quando legatur res testatoris specificè demonstrata & simpliciter, pro ea datur actio in rem, ratio est, quia ex dispositione legis transit dominium recta uia in legatarium l. a Titio, infra de furt. in fin. & l. legatum, infra tit. primo, ista conclusio est clara quam tenent omnes. Et hoc potest poni pro regula quadam amplianda & limitanda, ut statim dicitur.

358 † Ampliatur itaque ista regula primo, ut procedat et fauore eius, qui pro legatario habetur, ut est institutus in re certa, dato haerede uniuersali, ille enim legatarij loco habetur, l. quoties. C. de haered. insti. uide hic per Cro.

359 † Secundo ampliatur, ut procedat et pro legatis conseruatis ex edicto si quis omis. causa test. quoniam & illa uendicantur, ut dicitur in l. si eadem, supra si quis omis. causa testa.

Et ratio allegari potest, quia debentur perinde ac si ex testamento adita fuisset haereditas, l. duo, eo. tit. Potest tamen forte dici, quod illa sit utilis, prout supra dixi circa actionem personalem ex testamento, ut dixi supra in quarta limitatione ad regulam de illa actione personali, cogitabis tamen, quia in d. l. si eadem, dicitur simpliciter uendicabit. Et per eandem uel similem rationem uidetur ista ampliatio procedere etiam respectu legatorum, quae conseruantur in terminis l. si supra de haered. insti. Nam & ibi dicitur legata illa deberi, perinde ac si in posteriore testamento illa Pacumenia fuisset haeres scripta, & ex eo hereditate adiuisset.

360 † Tertio ampliatur, ut procedat et si legetur peculium, uel etiam grex. Nam primo casu, corpora uendicantur, l. si peculium, j. de pecu. lega. Secundo uendicabuntur corpora, & etiam ipse grex si durat. l. uendicatio, §. de rei uend. ut hic per Ias. cui adde, quod et finito grege, puta, quia ad unum redigatur, poterit illud unum animal uendicari. l. si grege, infra eo. Sed cur secus sit in legato haereditatis, uel partis eius, diximus, §. ad si. primae conclusionis.

361 † Quarto ampliatur et si res legata non a testatore possideat, sed per alium. Nam etiam tunc si rem ipsam legat, uel ad illam uendicationem transit dominium in legatarium, & uendicatio sibi competere, s. m. Bald. in l. creditoris, in fin. C. de fideicomis. & in l. ex legato. C. de leg. & alibi etiam, ut hic per Ias. & alios, qui ita firman. Ratio est, quia in isto transitu dominij, quod recta uia sit ex legis dispositione, per quem paratur uendicatio, non consideratur possessio rei legatae, sed solum dominium. Non enim fuisse transitus per actum naturalem et fidem, sed ex sola potestate legis.

Limitatur modo conclusio, & regula praedicta sic ampliata aliis quibus modis. † Et primo secundum Aret. hic col. 1. uer. 3. ut

iuxta l. i. supra de seruit. tit. generali. Ille enim legatus non transit nec uendicatur secundum eum per l. si ab haerede, supra si usus, pe. Ista limitatio uidetur contra doctrinam Bar. supra in prima regula, in materia exaequationis & eam expresse reprobatur Patrius & dominus meus Soc. Quod etiam sentit hic Ias. prius firmando, & supra etiam ille expresse reprobauit. Et contra talem limitationem & sic contra Aret. secundum D. meum facit l. si parte. §. j. §. quemad. seruit. amit. per locum a simili, uel et a fortiori, cum seruitus praedialis, de qua ibi, praedio debeatur, usus fructus uero de quo agimus, personae, quo casu magis conuenit fieri transitu declarata ipsius uoluntate. Et dicas, quod de hoc contra Aret. est casus in l. plena, la prima. §. pen. infra eo. & in l. si Titio fundus, infra de usufru. leg. ibi, usufructum uendicare.

363 † Non obstat d. l. si ab haerede, quia uno modo responderi potest per Soc. hic. Sed eius solutio non uidetur tollere contrarium, quatenus ille text. loquitur de impositione seruitutis, quia posito, quod impositio seruitutis per haereditem non ualuerit, prout uidetur probari in l. sed & si quid. §. pen. & si supra de usufru. in alio quo non erit diminutus usufructus, & consequenter non esset opus actione ad interesse, contra illum text. Ias. in noua lect. col. 12 respondet, quod ibi seruitus de facto non de iure fuit imposita, & sic non ualuit, ut per eum. Quae solutio uidetur eodem morbo laborare cum solutione Socin. nostri, & sic eodem modo reprobat, quia nec tunc interesse peteretur. Quare potest tertio responderi secundum gl. ibi, quod fundus ille, cuius usufructus erat relictus, erat haereditis, merito per eum potuit imponi seruitus. Sed haec responsio uti diuinata non uidetur tenenda. Quarto modo respondent Perus. hic dicentes, quod cum ille text. habeat plures intellectus, de eo non est arguendum, iuxta doctrinam Bar. in l. in 364 ambiguo, infra de reb. dub. † Sed non placet sicut nec unquam placuit illud dictum Bar. quia unum & certum in se est sensus legis, licet nobis aliquando sit in obscuro, & qui legem aliquam allegat secundum unum intellectum asserit & probaret illum esse uerum.

Vnde ipsi Peru. quinto loco respondent, quod ibi tenuit impositio seruitutis, eo quod illa magis proprietatem, quam usufructum, respiciat: tenebitur tamen haeres ad interesse fructuarij, ut ibi dicitur. Et quod dicitur in d. §. pen. & si intelligitur de iure, & rationabiliter, ut si dominus sit immunis. Dum ergo dicitur, seruitus per dominum imponi non potest, intellige ne prauidetur fructuario, si tamen imponatur ualet, & fructuario praestatur interesse per d. l. si ab haerede, ut per eos. Sed nec ista solutio, licet plurimum uideatur applaudere, satisfacit, quia cum in d. §. pen. & in fin.

365 lex prohibeat seruitutem imponi, quicquid sequitur contra prohibitionem legis, debet dici nullius momenti. l. non dubium. C. de leg. l. cum lege. j. de fideiuf. & utrobique tradunt Docto. Quare cogita an dici possit, & sit sexta solutio, quod seruitus ibi fuit imposita, uel alia facta deterioro, lite pendente, ut innuunt illa uerba, ante acceptum iudicium, dicendo, quod in effectu non ualebit per d. §. pen. Nec ibi contrarium necessario dicitur. Et dum dicitur quod interesse praestabitur ab haerede, dicam, i. declarabitur seruitutem non debere si cum effectu, cum sic legatarij interesset. In alijs autem exemplis, de quibus ibi bene cadit interesse pecuniariter praestari, cum integrari non possint deiectione arbores, aut destructum aedificium. Haec solutio subtilis uidetur, & eam dedit quidam nobilis & doctissimus Auditor meus Germanus super qua cogitabis. Ego id solum diceam, quod nec in totum displicet, nec ex toto placet & ea non tenerem.

Igitur cogitabam sic septimo loco posse dici, quod ibi usufructus erat relictus ab haerede praestandus, & non simpliciter.

Quo casu uidetur tolerandum, quod non transeat recta uia, cum requiratur factum haereditis, iuxta l. 3. in prin. & §. i. §. de usufru. Sed de ista solutione dubito, quia ut diuinata. Nec uerbum, ab haerede ibi positum obstat, quia respicit petitionem fructuarij, qui ab haerede petebat, sicut caetera legata praestanda sunt, Inst. eo. in prin.

366 † Praeterea et in se ista solutio ut dubia, quia uidemus quod fideicommissum relinquatur ab haerede, & fidei eius iniungitur, quo ad uerba testatoris, & tunc potest uendicari, l. j. & 2. C. communia de leg.

367 † Ergo octauo, & ultimo loco responderi potest quod ibi illud est, si seruitutem fuisse ab haerede impositam, quia nondum erat constitutus uere usufructus, sed tantum ius eius transierat ex priuilegio & dispositione legis in legatarium, ita ut posset usufructum uere fuisse constitutus per deductionem in fundum, & parte tamen utendi, iuxta d. l. 3. §. 1. Et ista responsio est de intentione glo. in d. l. si ab haerede, in ultimis uerbis. Pro qua facit, quia & alias uidemus, quod dominium, sic recta uia transiens in legatarij, dicitur minoris uirtutis, quam si uia ordinaria per traditionem transiret, secundum Bar. j. in quaestione sequenti, de quo tamen quomodo procedat, ibi dicam. Et maxime haec solutio tenenda est, quia imposita fuerat seruitus, antequam legatarius acceptaret, seu de eo constaret, ut constat ex illis uerbis, fecisset, deiecesset, & similibus praeteriti plusquam perfecti. Et ex illis uidetur constandi sexta solutio supra posita. Ego uero teneo dominium, seu ius legatari non transire in legatarium, nisi a die acceptationis, & inspe-

cto presentis statu rem esse penes heredem, ut infra dicam in quaestione, quam formabo de transitu dominij, in vers. His stantibus ulterius aduertendum est.

369 † Secundo limitatur ut non procedat in legato ususfructus earum rerum, quae vsum consumuntur, puta vini in tali vegete existente. Nam talis ususfructus non transit recta via, sed solum constituitur praestita cautione, l. si vini. & l. pen. supra de usufr. earum rerum, quae vsum consu. & §. constituitur, Insti. de usufr. cum simili lib. Ita secundum Docto. determinavit Petr. de Ancha. in confi. 351. prout quidam allegant, alij allegant num. 69. sed in libro meo est num. 368. incip. Dubium principale.

Sed Alex. hic reprobatur istud, dicens, quod immo transit dominium rei puta vini, &c. quasi ipsum videtur legatum, per l. fina. de usufr. earum rerum, quae vsum. quod tamen intelligit, quod legatarius cauet, vel cautionem offert, vino prius aestimato: ad quod allegat in argumentum doctrina Bar. in l. vxorem, §. agri plagam, infra titu. secundo, ut per eum. Dominus meus Socin. videtur saluare dictum Anchar. quia est, quod dicatur legata proprietatis, tamen non transit sine cautione, ut d. §. constituitur, & sic non transit a morte testatoris, vel adita hereditate, sicut caetera legata ut per eum. Qui in effectu non discrepat ab Alexandro, cum & ipse velit, quod praestita vel oblata cautione fiat ille transitus, ut etiam voluit Alexan. Inquit tamen Soci. hoc continere mentem Petr. de Anchar. quia nec ipse hoc negasset. Ias. simpliciter tenet cum Petr. quod non transeat recta via, per l. j. §. si decem, infra ut lega. nomine cau. & ibi Bar. vult, quod licet in legato ususfructus earum rerum, &c. dicatur legata proprietatis, non tamen ipso iure transit ex testamento, sicut caetera legata, sed res ipsa dari debet ex quadam necessitate, cum aliter ususfructus constitui non possit. Et sic videtur quod nec oblata cautione, nec etiam praestita ante ipsius rei praestationem, transeat dominium. Ad doctrinam Bar. in d. §. agri plagam, respondetur, quod communiter reprobat, ut per Alex. & alios in l. si fideiusor, in §. fin. infra eo.

370 bene intellecta. † Et ideo primo dico falsum esse, quod isto casu sit legata proprietatis. Non enim testator quicquam de proprietate, seu de re ipsa dixit, sed solum eius rei, puta vini, legauit ususfructum. Nec etiam iura illius titu. illud dicunt, sed tantum in eis dicitur quod facta tali legato, per translationem proprietatis cum legitima cautione legatus ususfructus constituitur.

371 † Nec obstat d. l. fin. quia ibi praesupponitur expresse legata ipsa pecunia, & non eius ususfructus, & postea testator dixit, quod post mortem legatarii, pecunia redeat ad Meuium, ita ut vsum tantum habeant: & dubitatur, an per talia verba alteretur legatum pecuniae? & dicitur ibi, quod non, quia de vsum facta est intentio post mortem erat alteri restituenda, ut ibi satis clare dicitur. Immo ille tex. retorquetur, quia sic dubitatur, an sola mentio vsum faceret, ut legata proprietatis desineret esse legata. clara sumitur conclusio quod vbi solum ususfructus legitur, non est aliquo modo legata proprietatis. Et hoc ego puto verissimum, licet aliter sentiant docto.

372 † Secundo, hoc ita posito, dico, quod si quaerimus, an proprietatis recta via transeat, cuius ususfructus legatur, & an ad eam competat venditio, respondetur de hoc impertinenter dubitari, cum illa legata non fuerit: & ideo indubitanter dicendum est, quod non transeat etiam post praestitam cautionem, sed eius dominium transibit solum mediante traditione, sicut regulare est per l. traditionib. C. de pact.

373 † Et nota, quia idem dico in terminis d. §. agri plagam. Nam cum ibi non dicatur legata illa plaga, seu pars fundi, ut per docto. in d. l. si fideiusor §. fin. sed tantum fuit legatum ius quoddam competendi heredem ad vendendum, clare sequitur, quod dominium d. partis, tanquam legatae, transire non potest, cum legata non fuerit. Et in tantum est verum hoc, ut procedat etiam, si oblato pretio legatarius offerat se paratum emere, quicquid ibi dixerit Bart. cuius fundamenta debilissima sunt. Immo dico, quod non transibit dominium, etiam celebrata venditione, nisi aetualiter tradatur, vel pro tradita habeatur.

Si vero in casu nostro quaerimus, an transeat recta via ususfructus in talibus rebus legatus, seu ius eius? & licet ususfructus aliarum rerum legatus, seu ius eius transeat, ut supra conclusum

374 fuit: † tamen isto casu videtur, quod non transeat, quia non videtur, quod sit ususfructus, ante praestitam suam cautionem, ut d. §. constituitur, in fin. Illa enim cautio videtur praestari gratia formandi vsumfructum, ut per docto. maxime Sali. in l. r. in 3. opposi. C. de vsum & habita. & sic videtur, quod talis ususfructus ueluti non existens, non transeat, nisi demum praestita cautione.

375 † Sed in contrarium vult, quod immo transeat, sicut dicitur in usufructu aliarum rerum, loquendo tamen solum de ipso iure vsumfructus, ut si vendicari possit, non autem de ipso usufructu, ut si transiendo dicatur constitutus, enim ad illud requiratur factum praestatio, scilicet cautionis, & traditio vini, pecuniae, aut alterius rei. Nam etiam in usufructu aliarum rerum, idem dicendum est, quia etiam tunc solum ius ipsum ususfructus transit, ut vendica-

ri possit. Nec ex tali transitu poterit uti frui, nisi realiter per heredem constituitur, iuxta l. 3. §. dare. de usufr.

376 † In hac tamen vendicatione fateor eum non esse audiendum, nisi praestet, aut offerat cautionem, haeres enim, cautione sibi non oblata poterit ipsum reiicere. Nam idem diceremus in legato usufructu aliarum rerum, ut si haeres possit petentem repellere, nisi caueat de vtendo fruendo, arbitrio boni viri, ut traditur per docto. Inst. de usufr. in princi. Et in hoc istae duae cautiones in suis casibus equiparantur, ut volenti haeredi, denegari non possunt, etiam si testator illas praestari prohibuerit, ut d. l. j. & ibi post gl. Bar. Bal. & alij tradunt, C. de vsum & habi. Et ista pars videtur probabilior per praedicta, licet punctus sit valde dubius.

377 † Nec obstat si dicas, quod si cautio ista praestetur ad formandum vsumfructum ut gl. & Sali. dicunt in d. l. r. debet dici de substantia eius, & propterea dicas, non posse transire vsumfructum, qui nondum est, quod non cadit in cautione de vtendo, & fruendo, arbitrio boni viri, quae non dicitur de substantia, ut per gl. & Docto. in l. r. §. de usufr. & per Bar. in d. l. r. C. eo. in 3. q. vbi sic videtur firmare post Iac. Butr. Quoniam potest responderi, primo, negando, quod sit de substantia, cum abque ea talis ususfructus videtur stare posse: hoc Senatusconsultum §. r. §. de usufr. eam rem. quae vsum consum. licet Iacob. Butrig. contrarium dixerit.

Vel secundo responderi potest, posito, quod sit de substantia, quod illud est respectu ususfructus constituti, ut usufructuarius res habeat, & eis fruatur, sed tamen ex hoc non impeditur, quin ius illius ususfructus, talis, qualis constitui potest, dicatur translatum in legatarium ad hunc finem, ut pro eo possit intentare realem actionem oblata cautione, sicut & de usufructu aliarum rerum dicitur: cum & ipse non constituitur ipso iure per transitum eius, sed requiratur factum haeredis, ut d. l. 3. §. dare. Cogita super istis quae non ita constant dono, ut non dicam aliam partem facile sustineri posse.

378 † Tertio conclusio, & regula praedicta limitatur, nisi testator expresse cauisset, ne dominium in legatarium transeat absque traditione rei, tunc enim non daretur venditio, ita singulariter Bal. in l. 2. C. ut in pos. leg. per gl. ibi dum dicit, quod testator potest prohibere tacitam hypothecam pro legato. Et hoc habet rationem, quia cum ista sint inducta fauore vltimae voluntatis, ut si plenius impleatur, potest testator huic prouisioni, in eius fauorem inducere, renunciare l. si quis in conscribendo, C. de pact. cum similib. Et per hanc rationem apparet non ob stare, l. nemo potest, j. eo. de qua opponebat gl. in d. l. 2. quia ut ibi declarat Bal. in l. nemo, loquitur de legib. respicientibus solemnitate testamenti: & ita Alex. & alij hic sequuntur.

380 † Quarto, & vltimo limitatur, ut non procedat in legato sub conditione, vel in diem, etiam certam: Nam tunc ante implem tum conditionis, vel diei aduentum, non transibit dominium, & ita etiam non dabitur venditio, l. Sempronius Attalus j. de vsum fruct. lega. ita dicit Bal. hic. & in c. r. de plus petiti. 3. colu. Alex. & alij hic, qui alios concordantes allegant.

Pro quo mihi videretur bonus tex. in l. peculium. §. sed & credi tor, supra de pecul. in ver. certe si sub conditione.

Ratio est secundum Bal. & alios hic, quia ista translatio dominij recta via fit legis ministerio, pro quadam celeriori executione dispositionis testatoris, merito ergo non fiet ante quam testator voluerit rem praestari, videlicet ante diem, vel pendente con-

381 ditione. † Et licet in legato in diem certam cedat dies a morte testatoris, & sic possit transmitti, ut d. l. Sempronius Attalus, tamen non dicitur venisse dies praestationis, l. cedere diem, j. de verbo. sig. Et dicit Ias. quod Bar. in his fuit defectiuus, ut per eum.

Haec sunt vera & clara in iure, tamen considera, quod impertinenter ponuntur pro limitatione ad regulam & conclusionem Bart.

382 † Quae non est, quod rei legatae transeat dominium, sed quod legata petantur rei vendicatione. Quod certe est istis casibus procedet, quod petentur, quia si aliud non obstat adueniente die, aut impleta conditione, reali actione peti poterunt. Et hoc modo saluatur Bart. a defectu, quicquid contra eum dixerit Ias. Nam Bar. solum loquitur de leg. quod peti possunt, quod tunc, an pro eis dat actio realis.

383 † Septima conclusio Bar. sit, quod pro legato rei alienae (in casu quo valeat, de quo habetur in l. cum aliena. C. eo.) realis actio non datur, sed haeres cogitur pro actionem personale, vel est hypotheca rem redimere, si potest, & praestare, alias tenetur ad iustam estimationem l. non dubium §. si de leg. tertio. Et hoc est ab omnibus receptum & indubitabile. Ratio est, quia non potest de testatore transire dominium in legatarium, cum illud testator non haberet: nemo enim plus in alium transferre potest, quam ipse habeat l. nemo plus iuris, j. de regu. iur. & l. traditio, infra de acqui. rer. dom.

384 † Ampliatur ista conclusio primo secundum Bar. hic, et si res fuerit haeredis institui. Nam licet haeres, & defunctus videantur eadem persona, & testator ita videatur posse de haeredis vti de sua disponere l. vnum ex familia §. si rem, j. tit. primo, tamen cum rei legatae dominium non fuerit testatoris, per eius dispositionem non potuit in alium transferri, alio non interueniente, per rationem praedictam: ita etiam voluit gl. communiter approbata in l. si haeredis institui,

us, infra eod. & fuit dictum supra in 2. oppo. Bart. in 4. conclu.
 385 † Secundo ampliatur vltra Bar. etiam si dominus rei consen-
 nat legato, quia nec tunc dabitur actio realis, quia dominium
 non transibit, non obstante consensu. Ille. n. consensu leganti
 præstitus, non dicitur legatum, argumentó. aliud est vendere,
 infra de reg. iur. Ita Ange. in l. prima, prope fin. C. communia de
 leg. & ante eum Bal. ibi colum. 5. vbi loquitur etiam de hærede
 sentiente legato, de re sua facto. Et hoc demonstrat ibi Angel.
 per locum a partibus sufficienter enumeratis, vt per eum, quem
 videas. Sed contra istam ampliationem ponderat Ial. doctrinam
 Bart. supra in secunda regula exæquationis in vers. quardã sunt,
 quæ non habemus &c. Ipse non soluit, † Tu dic, qd Bar. ibi debet
 sane intelligi. Nam quando dicit, nisi dominus consentiat, loqui-
 tur de traditione, in qua consensus domini operaretur. At cum
 postea loquitur de legato, nihil dicit de consensu domini, sed tã-
 tu dicit, qd res erit ab hærede redimenda, & p̄stada, & sic nil obstat
 Et pro ista ampliatione, quæ communiter tenetur, facit, quia il-
 le consensus non debet quicquam operari vltra intentionem cõ-
 sentientis. l. non omnis, supra si certum peta. maxime in sui præ-
 387 iudicium. † Vnde dico, qd consensus fuit præstitus, saltem præ-
 sumptiue, respectu eius, quod ab eo pendebat, videlicet vt hære-
 di vendatur: non ergo debet operari translationem domini in
 eius præiudicium, ad quem non tendebat. Ista ampliatio de plano
 procedit, & videtur indubitata, loquendo de re extranei eius
 consensu legata. Verum si loquimur de re hæredis, potest pro-
 388 babiliter dubitari. † Nam cum tale legatum omnino valeat,
 & præstandum sit nec fit opus aliqua redemptione, non videtur
 qd consensus hæredis quicquam aliud operari possit, quàm vt in
 effectu dominium transeat.

Vnde vt aliquid operetur, & non sit inaniter præstitus, pro ut
 interpretari debemus. l. si quando, in prin. infra eod. &c. si Papa,
 de priuil. lib. 6. & tradit Bal. in Rubrica. C. de contrah. emp. in 9.
 q. dicendum videtur, qd operetur translationem domini hoc mo-
 do. s. vt videatur consentiendo donare testatori suo, a quo com-
 modum hæreditatis suscipit, vt sic postea de testatore transeat
 389 in legatarium. † Et hoc, s. qd transeat dominium, putarem verum,
 qd res legata esset apud legatarium: & tunc putarem qd nõ
 tñ recta via fieret iste transitus, sed et realiter transiret dominiũ,
 argumento l. quædam, in fin. supra de rei vendica. & §. interdũ,
 Insti. de rer. diuif.

Item putarem quod dixi de transitu recta via, procedere, si res le-
 gata fuisset apud testatorem, quia tunc per dd. iura. videretur in
 eum translata, & postea ab eo recta via transiret in legatarium.
 Sed si res sit apud hæredem non video quomodo possit fieri trã-
 situs domini absque traditione vera, vel ficta. Nec. n. ille nudus
 consensus sufficere debet, sicut etiam non sufficit solus titulus. l.
 quoties, C. de rei vendica. cum simil.

Et licet consensus hæredis non videatur aliquid operari, vt s̄.
 arguebatur, tamen ex eo non est inferendum, qd operetur illud,
 quod per se non potest.

Præterea potest dici præstitus, vt testator liberius legatum il-
 lud faciat, quod forte noluisset facere contra hæredis voluntatẽ.
 cogita super prædictis.

390 † Limitarem conclusionem prædictam, vt nõ procedat, si res
 aliena, per testatorem legata, eidem superueniunt acquiratur,
 exemplum, si ipsi fuerit donata, aut emerit, præscripserit, vel
 quo alio modo fiat sua. Nam cum in executione & effectu testa-
 mentorum inspiciatur tempus mortis, quo tempore sumunt suã
 vim, satis erit ad transitum domini, de quo agitur qd res lega-
 ta sit testatoris, tempore mortis. Et pro ista decisione allego tex.
 in l. apud Iulianum, §. si Titius, infra eod. Facit argumentum gl.
 in l. proprias, in fin. C. de lega. Et dixit Bald. in consi. 170. Ad cui
 dentiam præmittendum est, in princ. secundo volu.

Quod adeo verum existimo, vt procedat et, si dominium su-
 perueniat ex priuilegio & legali dispositione, puta, si mulier
 fundum dotalem constante matrimonio leget, & ea superuine
 te decedat maritus, ei. n. statim acquiruntur ex priuilegio dotis. l.
 in reb. C. de iure dot. Dico. n. qd ea postea mortua, legatarius re-
 cta via dicitur fieri dñs, & poterit vindicare, et ab hærede mariti
 p̄ ea q̄ dixi s̄. in quarta ampliatione præcedentis conclusionis.

391 † Octaua conclusio est, qd rei tacite & in consequentiam lega-
 ta, dominium & ius non transit recta uia in legatarium, & ideo
 tunc ei non dabitur realis actio, sed alia via. ei succurritur, per l.
 seruum filii. §. si. j. eo. cui q̄ cordat l. damnas esto. §. i. j. de vfu. le-
 ga. De hoc quid sentiam, dixi supra in quinta regula Bar. in ma-
 teria exæquationis in secunda differentia, & plene in l. ex hac scri-
 ptura, in quarto not. j. de donat. ad ibi dicta me remitto.

392 † Nona & vltima conclusio Bart. sit, qd sicut legatario datur
 vindicatio, si testator tempore mortis erat dominus rei legata,
 ita etiam competit publiciana, qd erat quasi dñs, quia rem, bona
 fide tenens, vsucapiebat, & ei publiciana competisset, cum Bar.
 transeunt doct. per notata in l. cõ sponfus. §. i. allegato per Bar.
 supra de publicia. Idem etiam firmat Bar. in l. i. §. i. eod. tit. & in

l. si fideicommissaria, in prin. 2. colu. in illa qõne, an fructus com-
 putentur in quartam. Et pro ista conclusione, quæ verissima est,
 facit viua ratio. Nã omnia quæ in rei vindicatione dicuntur re-
 spectu veri domini, procedunt in publiciana respectu illius quasi
 domini, propter quod illa competit, leum qui. §. in publiciana,
 eo. tit. Sicut ergo si testator dominus erat, transit in legatarium
 verum dominium, ita qd est quasi dominus, transit quasi domi-
 nium de testatore in legatarium, & sic publiciana, vt per Bar. in
 locis prædictis: quod et dixit in d. l. cum sponfus. §. i. Declaran-
 do tamen, qd sine aliqua traditione dabitur sibi publiciana, in eũ
 per defunctum translata, & ita etiam loquitur in d. l. in fideicom-
 missaria. Non sic erit, si legatarius, vt habens titulum a defun-
 cto, velit incipere præscribere, & eo respectu vti publiciana, qd
 id non poterit, nisi interueniat traditio, vt per eum ibi, qui cla-
 rius hoc dixit in d. l. i. §. i. eo. ti.

393 † Sed hic quaeritur, quid si iacente hæreditate vsucapio per
 defunctum cepta, impleatur iuxta l. ceptam, supra de vsucap. vel
 etiam compleatur per hæredem post aditam, an in legatarium
 transeat dominium? Et Alex. hic dixit transire motus per gloss.
 in l. prima, §. si. supra de eo per quem fact. erit. dum in ea dicitur,
 conuenio te rei vindicatione &c. quam gloss. ad hoc no. & mul-
 394 tum commendat Bald. ibi in lectura antiqua. † Et secundum
 Alexan. Aretin. & Iaso. hic illa gloss. ad hoc est multum singula-
 ris. Sed dicas, qd omnes errarunt in intellectu illius glo. Nam in
 ea nihil dicitur ad propositum, non. n. exprimit illa gloss. quo iu-
 re legatarius rem petat, sed tantum dicit, qd illam habet, quia ad
 illam habet actionem. iuxta l. id apud se, j. de verb. sig. & sic con-
 sequitur aliquid ex facto impediens, vt sic ex illo edicto teneatur.
 Nec obstant illa verba, rei vindicatione, quia loquitur ibi
 glo. de uendicatione, quam dominus rei intentabat contra pos-
 sessorem, vt est notissimum.

395 † Nisi quis saluando Doctores dixerit, qd cum gl. dicat, qd lega-
 tarius habet, exponi debet. si iure domini, prout vno modo ha-
 bere dicimur. l. habere duob. j. de verb. sign. cogitabis.

Sed quicquid sit de intentione glo. ibi, ex alio. Alexan. firmat
 396 suam conclusionem. † Etenim omne incrementum accedens
 rei legata, cedit legatario. lex facto, in prin. & l. si tibi homo. §.
 cum seruus, infra eo. Ad hoc tamen responderi posset, qd in casu
 nostro nihil accedit rei legata, sed potius hæreditati aut hæredi.
 vel aliter respondeas, vt per Crotum hic.

397 † Facit et pro Alex. quia qui rem legat, dicitur legare omne
 ius, quod habet in re. l. vxor patrii. C. de lega. Nec tamen etiam
 istud vrgere videtur, qd ex hoc nõ est inferendũ ad ius, qd postea
 superuenit hæreditati, vel hæredi, qd nõ quã fuit apud testatõrẽ.

Quare disputando posset forte teneri qd Alexan. & alios prout
 facit. hic Cro. attento, qd defunctus nunquam habuit dominiũ,
 & quod superuenit, dicit acquiri hæredi, vt sic nouiter fiat dñs,
 non ergo vtr, qd magis transeat dominium in legatarium, qd si res
 hæredis fuisset legata, vt per eum. Sed tñ videtur, qd opinio Ale-
 xan. quæ est cõis defendi possit, & non videtur dubium, si vsuca-
 398 pio fuerit impleta iacente hæreditate, † quia cũ hæreditas re-
 presentet personam defuncti. l. hæreditas, infra de acq. rer. dom.
 & l. nouatio, in fi. j. de nouat. cum similib. videtur impleta talis
 vsucapio per defunctum, ergo &c.

Sed idem etiam videtur posse dici, si per hæredem compleat.
 Nam cum vsucapio per defunctum fuerit impleta, & consequẽ-
 ter ille haberet quasi dominium, cum nunc sit impleta, vñ in effe-
 ctu perinde esse, ac si defunctus p̄fecisset, ex eo, quia illud quasi
 dominiũ, vbicunq; reperitur, efficitur verum & directum, vñ
 de cum reperitur apud legatarium, translatum in eum per de-
 functum (propter quod dictum est ei competiisse publicianam)
 ipsi legatario dicitur ius illud directum superuenire, licet factõ
 hæredis, vt sic non hæredi dicatur acquiri, sed consolidari, vt ita
 dixerim, dicitur cum illo quasi dñio, quod legatarius iam habe-
 bat. Et ex ista declaratione recte considerantur apparebunt subla-
 ta fundamenta Cro. & etiam defensata aliquantulum fundamenta
 Alex. quia testator legando ius, quod habet in re, dicitur legare
 illud quasi dominium cum spe cõsolidationis cum directõ, p̄ut
 postea contingit, cum ei illud directum accesserit.

Demum pro vera intelligentia huius materie realis actionis,
 pro legato competentis vigore traslati dñi in legatarium absq;
 399 traditione ex legis dispositione, † quaero qd & qd fiat huius-
 modi translatio dñi. & glo. in l. si tibi homo. §. cum seruus. j. eo.
 & in l. Titio, j. de furt. & alibi saepe volunt, qd a morte testato-
 ris dominium transeat. fide, vere aut transit ab adita hæreditate.
 Et ista opinio vbique per Doct. cõmuniter approbatur in locis
 prædictis, maxime per Alex. & Ias. in d. §. cum seruus.

400 † Et clarius loquendo, s̄m cõem opi. dicendum est, qd mortuo
 testatore transit dñiũ, fictũ tñ, seu per fictionẽ in legatarium, mo-
 do tamen sequatur additio hæreditatis. Nam cessio dici legati
 nõ potest mortis, & ficta illa translatio dominiũ, non dicitur fieri,
 nisi postea sequuta aditione, prout ex intentione Doct. declarat
 Cor. in l. i. §. in nouissimo. C. de cad. tol. Ab illa. n. retro vsque ad

tempus mortis de perfectione translationis dominium in legatum recta via. Et hoc videtur probari in l. a Titio, in f. j. de fur. Primo dum dicitur ibi, & ab eo &c. Nam si ab ipso testatore, ergo a tempore mortis. Secundo dum ibi dicitur, quod servus legatus nunquam fuit hæredis, & in hoc concordat l. legatum ita, de leg. 2. ibi, hæredis nunquam factum. & l. fedetis damnus, alias incipit peculium. §. sed & creditor, §. de pecu. ibi, licet nullo momento &c. A tempore vero aditæ hæreditatis dominium transit vere in legatum, & tunc fingitur retro fuisse dñs vsq; ad tempus mortis, vt dixi.

401 † Et pro prædictis tertio loco ratio concludens videtur, quia cum aditio ipsa retrotrahatur ad tempus mortis, l. hæres quando que, §. de acqui. hære. conuenit, immo necessarium videtur, quod ipsa acquisitio dominii vna cum aditione retrotrahatur, per quam dñs fictionem subalternam, vt dicebat Iaf. in d. §. cum seruus. Et istud videtur probari in d. l. legatum ita, §. ti. i. ibi enim pariter dicitur fieri translatio rei legatæ, sicut rerum hæreditariarum hæredi fit acquisitio, & sic dicemus vere ab adita hæreditate, fidei vero a tempore mortis, cum quo tpe, tempus aditæ hæreditatis fingitur conexu, per d. l. hæres quæque, vt inquit Corn. in l. i. in prin. 402 ad fin. C. de cad. tol. † Item & quarto, quod a tempore mortis legati dominium aliquo modo trahatur & acquiratur, probatur, quia transmittitur ad hæredes, si legatarius decedat ante aditam. l. i. §. cum igitur, & §. in nouissimo, C. de cad. tol. cum similibus.

Non enim posset transmitti, nisi quod eius esset. l. nemo plus iuris, infra de reg. iur. & l. traditio, in prin. infra de acqui. rerum domi. cum similibus.

Et in hoc pro ista communi opin. alias fiebat mihi circulariter magnū fundamentū. Ad quod et vt tex. in l. cum legato, in prin. infra qñ dies lega. ced. iuncta gloss. in verbo, manumissio, in fin.

Quod aut adita hæreditate legatarius vere fiat dñs, seu qñ in eū vere transferatur dominium, alio non expectato, videtur probari in d. §. cum seruus, ibi. ex die aditæ hæreditatis, & in l. seruus filii, §. i. infra eo. ibi, ex quo hæreditas adita est &c.

403 † Nec obstat, quod in prima sit verbum, intelligitur, & in secunda verbū, videtur, quæ solent importare fictionem, qñ rñdetur, quod immo aliqui expriment veritatē, maxime in his quæ iuris sunt, prout in dd. iuribus contingit, iuxta tradita per Bald. in c. bonæ memoriæ, de appel. & dixit Iaf. in d. §. cum seruus.

Vel secundo responderetur fin eum, & Alex. ibi, quod illa fictio & improprietas, per talia verba importata, respicit acquisitionem irrevocabilem. Illa enim vere non fit ab hæreditate adita, sed ab agnitione legati, fingitur tamē ab adita. Et hoc modo procedit, quod dicitur in d. §. cum seruus, quod status serui & alia sunt in suspensio. Nam vere omnia illa cum re legata acquiruntur legatario ab adita hæreditate, sed quia legatum posset repudiari, dicitur stare in suspensio.

Facit etiam d. l. a Titio, in eo, quod dicitur, actionem illā furti non extingui. Nam si non transfret vere dominium in legatum, sed aliquo modo staret apud hæredē, extingueretur actio, l. si alienus, supra de noxa. quod est contra illum tex. Et hoc modo voluit inducere Alex. in d. §. cum seruus. Et in hoc cum d. l. a Titio, concordat l. si iussu, §. fin. j. eo. tit. & l. si seruus legatus, §. de noxa. Facit l. seruo legato, in prin. j. eo. dum ibi dicitur, quod statim adita hæreditate, legatario acquiritur.

404 † Et pro ista opinione facit etiam, quia legatum acquiritur et ignorari. l. cum pater, §. furdo, de lega. 2. & l. fin. C. quando dies leg. ced. cum multis similibus. Et adeo, vt si cui legetur via ad fundum, etiam quod ignoret, via fit sua, vt l. si partem, §. fin. supra quem admodum serui. amit. Facit et §. i. eiusdem l. dum dicitur, quod per non usum ignorans amittit legatam viam. Si enim perdit, ergo acquisierat, quia priuatio præsupponit habitum, iuribus vulgar.

405 † Et fortius vt, quod ita res legatarii fiat, vt eius repudiatio dicat, alienatio, & ideo si legatum sit factum minori de fundo, ea solē nitas requireretur in repudiatione legati, quæ requiritur in alienatione rerum immobilium, vt est tex. singularis in l. magis puto, §. fundum, §. de reb. eorum &c. Concluditur itaque iuxta communem opinionem quod legatarius adita hæreditate, fit vere dominus rei legatæ, & tunc fingitur retro fuisse dominus a tempore mortis. Dicitur tamen dominus reuocabiliter, quia potest repudiare, verū si agnoscat legatū, fit dñs irrevocabiliter.

406 † Et sic, recte considerando fit triplex acquisitio, vt per Alex. in d. §. cum seruus, & ita fere omnes doct. tenēt, quicquid teneat Pet. de quo ibi per Alex. qui volebat ab hæreditatis aditione ante agnitionem legati acquiri legatario dominium fictum, & verum interim esse apud hæredem, qd postea per agnitionē legati acquiritur legatario, quod videtur sequi Lancel. Dec. in d. l. seruum filii, §. i. vbi et Cuma, voluit, quod per fictionem solum quaeratur ab adita hæreditate, & non a tempore mortis, & idem dixit in d. l. seruo legato, in prin. j. eo. Mihi autem videtur quod ista opin. Petr. magis applaudeat veritati, quam communis, non tamen est in totum vera, seu perfecte materiam non declarat.

407 † Igitur pro veritatis investigatione considera primo, quia

non videtur verum, quod ante agnitionē legati veram vel præsumptam, dominium legati aliquo modo quaeratur legatario nedū vere, sed nec etiam fidei, & sic videtur quod opin. communis, & etiam Petr. non sit vera.

408 † Dico enim quod lex voluit, quod dominium seu acquisitio rei legatæ stet sub dubio & in suspensio, & pendeat ab agnitione legati per legatarium faciendā, vel non. Et si sequitur agnitione, statim & absq; traditione ex dispositione legis inducitur translatio dominij in legatum vera & incommutabilis, & tunc statim ex potentia legis fingitur iam per prius facta, & retrotrahitur tantum vsque ad tempus aditæ hæreditatis, & non ad tempus mortis. Et quod ista vera sunt, mouetur iuribus & rationibus.

Et primo videtur tex. in d. §. cum seruus, dum dñs quod status, i. do minium serui legati, & alia de quibus ibi, sunt in suspensio, videlicet cuius sit dominium serui pendet ab agnitione legati, per legatarium faciendā, vt si sequatur dominium serui, intelligatur fuisse legatarii ex die aditæ hæreditatis, & non dicitur ibi ex die mortis. Interim autem dum legatarius deliberat an velit legatū vel ne, lex nihil disponit, sed omnia retinet in suspensio, vt ibi dicitur. Et clare etiam hoc probatur in l. quædam, §. de reb. dub. dñs dicitur, quod deliberante legatario, res dubia est, sed ex post facto, id est post eius deliberationē reuocatur, & apparet quid actū sit. Quod etiam bene probatur in l. proinde, §. si certum per. vbi si hæres pecuniam legatam credat, pendet an sibi quaeratur actio creditæ pecuniæ ab agnitione vel repudiatione legati per legatarium faciendā, & quicquid sequitur, trahitur retro vsq; ad diē aditæ hæreditatis, & hoc idem in effectu probat l. seruum filii, §. i. infra eodem, ibi, retro ipsius fuisse videtur res, ex quo hæreditas adita est. Cum ergo, quid de re legata sit dicendum, pendeat ab agnitione, vel repudiatione, vt in dd. iuribus probatur, ni fallor, apertissime ostenditur, quod prius lex non disponit etiam perfectio nem, sed rem dubiam habet, vt d. l. quædam. Suspendit ergo, & vult pendere ab agnitione legati, & ea sequuta, lex transfert dominium, & fingit retro translatum ab adita hæreditate, & non a morte, vt prædixi.

Et pro ista pendentia & suspensione facit etiam l. nam sicut, in prin. cum precedentibus supra ad leg. Aquil.

409 † Et quod ille transitus ab adita fiat per fictionē, probant illa verba, intelligitur, & videtur, in d. §. cum seruus, & in d. §. i. quorum natura est, fictionem importare, vt per Bart. in l. si quis qui pro emptore, mihi in §. col. infra de vsucap. Nec responsiones supra datæ, videntur tutæ, quia prima procederet, quado verba talia nullo modo stare possent secundum propriam naturam. Et licet simus in his, quæ sunt iuris, tamen etiam in eis stant secundum propriam naturam, vt l. quia seruo, iuncta glo. infra de act. & oblig. & dixit Iaf. in d. §. cum seruus.

410 † Secunda aut solutio in se verum continet, sed non tollit argumentum, dico enim, quod lex non inducit translationem dñij reuocabilem, vt j. dicam, sed irrevocabilitas semper est simul cum acquisitione: vnde acquisitio, & quidem irrevocabilis fit ab agnitione vera, vel præsumpta. Et talis acquisitio, id est translatio dominij fingitur retro facta ab adita hæreditate, quo tempore nulla dicitur fieri vera translatio dominij, sed solum fingitur per fictionem translationem, vt ex prædictis constat.

Et ista opinio comprobatur, quia ita legatum facit dominium rei legatæ legatarii, sicut hæreditas res singulas hæredis, d. l. legatum ita, in prin. de lega. 2. sed hæreditas nunquam id facit, nisi per aditionem & sic per acceptationem hæreditatis. l. cum hæredes, in prin. j. de acqui. poss. & acquisitio, quæ tunc fit, id est per acceptationem hæreditatis, trahitur retro vsq; ad tempus mortis, & sic vsq; quo potuit adiri d. l. hæres quandoque, supra de acq. hæ. Sic ergo datus terminis paribus, debet dici in legato, vt scilicet tunc dominium legatarii fiat quado illud acceptat, & agnoscat, & fingatur retro acquisitum vsque quo potuit agnosci, & sic solum vsque ad tempora aditæ hæreditatis: ante enim quam adeat hæreditas, legatum non potest agnosci, nec vere dicitur delatum, vt statim plene ostendam.

411 † Et ex his patet responsio ad inductionem d. l. legatum ita, quam §. feci pro communi opin. quia ille text. debet intelligi, vt modo dixi. Facit etiam l. si quis ita, §. de cond. inst. in fin. non enim vt ibi dicitur, acquiritur legatū postquam delatum fuit, nisi per legatarium fiat id, per quod solet acquiri, videlicet agnitione. Nec placet illa consideratio reuocabilitatis vel irrevocabilitatis, quam ponit ibi glo. quia, vt iam dixi, acquisitio reuocabilis non consideratur, quod etiam ostenditur, in eo text. propter æquiparationem legati & hæreditatis, in ea enim acquisitio reuocabilis non consideratur.

412 † Præterea quod ante agnitionem legati, dominium non fit vere translatum, probatur, quia si id esset, repudians legatum diceretur alienare, & ius suum diminueret, quod est euidenter contra l. qui autem, §. i. versic. & illud probandum &c. infra quæ in frau. cred. iuncta l. non fraudantur, in prin. infra de reg. iur. contra l. i. §. vtrum, infra si quid in frau. patr. & contra l. si spon. sus.

ius. §. si maritus, il secundo. supra de dona. inter viri & vxor. iun-
cto sine eiusdem l. & contra l. profecticia. §. si pater, il primo, su-
pra de iur. dot.

413 † Pro hoc etiam potest allegari l. cum vero. §. fina. infra de fide
icom. liber. intelligendo legatarium nondum nactum dominiū
serui, quia scilicet nondum legatum agnouerat. Non enim pla-
cet, quod ibi dicit glo. q̄ non erat adita hæreditas, quoniam tūc
non esset seruanda libertas regulariter. l. si quis omnia, supra si qs
omisi. causa test. Nec etiam q̄ pendeat conditio legati serui vide-
tur probandum, quia tunc, nō esset locus constitutioni, vel Sena-
tus consulto, de quo ibi. Cogita tamen super ista inductione, q̄
forte ille tex. posset aliter intelligi, etiam vltra intellectus glo.

414 † Vterius pro ista opinione, & q̄ ante agnitionem legati verā,
vel præsumptam, lex nō inducat aliquam acquisitionem, suadet,
† quia lex nō solet facere positiones incertas & vanas, seu
vanæ reddi possent, argumento l. hæc stipulatio, §. diuus. infra vt
lega. nomine cauea. sed translatio domini ante agnitionem esset
incerta, & posset vana reddi per repudiationem legati, ergo &c.

415 † Præterea pro ista opi. maxime pro eo, quod dixi, ante aditā
hæreditatem, nec etiam fidei dominiū transferri, facit, quia res
legata ante aditam hæreditatem dicitur esse hæreditatis, vt d. l. le-
gatum ita. ibi, dominiū, quod hæreditatis fuit &c. & de hæredi-
tate transit in legatarium, & ideo iacente hæreditate, seruus le-
gatus dicitur seruus hæreditarius, vel l. si iustus, §. fin. in prin. iun-
cto fin. infra de fur. cum similibus.

Facit etiam l. si usufructus legatus, la secunda, in princip. supra
de usufruct. Nam si a morte fingeretur illud ius acquisitum, fictio
illa ibi sufficeret, & non esset opus actione quasi ex dolo contra
illum textum.

416 † Præterea hoc ipsum videtur probari ratione vrgentissima.
Nam si acquisitio domini ad tempus mortis traheretur secundū
communem opinionem, certè illud fieret per fictionem transla-
tiuam, seu retrotractiuam, vt doct. dicunt, & declarat Bar. in l. si
is qui pro emptore. col. 22. ff. de vsuca. Quo posito, dico, q̄ talis fi-
ctio requiritur duo extrema habilia, extremū scilicet a quo, habile
essentialiter, & ad quod, habile potentialiter, vt per Bar. in d. l. si qs
pro emptore, loco præallega. Modò dico, quod quicquid sit de
extremo a quo, extremum ad quod, videlicet tempus mortis oō
dicitur habile potentialiter, quoniam scilicet eo tempore legata

417 rius non poterat acquirere dominiū rei legatæ, † eo q̄ legati,
quo ad acquisitionem domini, non dicitur delatum ante aditam
hæreditatem, vt probatur in l. Iulianus, j. eo. & in l. opinione, j.
de opt. leg. Et sicut non potest agnosci ante aditam, ita etiam nec
repudiari potest, ut obit repudiatio, glo. est singularis in d. l. qui
autem. §. i. supra ver. legatum. j. quæ in frau. cred. cum concord.
vt per Ias. in l. legatum delatum. in prin. j. eo. & dixit Bart. in l. si
fundum sub conditione. §. si Titius. j. cod. Si igitur tunc acquiri
non posset, ergo tempus mortis, velut extremum ad quod non
potest dici habile potentialiter, ergo fictio translatiua locum ha-
bere non potest. Facit etiam l. seruo legato. in prin. de leg. i. in
eo quod ibi dicitur, legatum, seruo legato relictum, cedere ab adi-
ta hæred. tate, quo tempore seruus legatus acquiritur legatario,
& hoc est contra naturam aliorum legatorum, quia cedit a mor-
te. l. i. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. Sed certè si fingeretur ser-
uus legatus, acquisitus legatario a morte, etiam tunc media illa
fictione cederet dies legati facti seruo, cum fictio idem deberet
operari, q̄ veritas, vt modo dicam, & non esset opus, quod tale le-
gatum degenerasset ab aliis, quod esset contra illum tex. & ita illū
ponderat ibi Cuma. Et ita eodem modo facit l. cum legato. in prin-
cip. ff. quando dies lega. ced.

Demum & alia ratione hoc probatur, quia si a die mortis fin-
reretur dominus legatarius, certe fructus, & omnes accessiones,
etiam ante aditam hæreditatem contingentes rei legatæ, essent le-
418 gatarii, iuxta l. solum. §. meum. supra de rei vendi. † Idem enim
deberet operari fictio in casu ficto, quod operaretur veritas in ue-
ro, vt in Auth. de san. et. episc. §. sponsalibus. iuncta gl. col. 9. Facit
l. vxorem. & ibi glo. supra de iniust. rupt. testa. & l. cum ex oratio-
419 ne. supra de excusa. tur. † Sed hoc est falsum, quia licet contin-
gentes, accessiones, post aditam sint legatarii, vt d. §. cum seruus.
& l. liber homo. §. fin. supra ad leg. Aquil. tamen ante aditam nō
pertinent ad legatarium. l. quod seruus. de l. 2. & l. huic scripturæ.
supra ad leg. Aquil. Et hoc quantum ad iuris regulam, quæ ita ve-
ra est, vt nec hæres, cui per hæreditatem talia sunt quæstia, tenea-
tur cedere legatario, regulariter loquendo secundum magis cō-
munem & veriorē opinionem, ut per Alex. & Ias. in d. §. cum
seruus. col. fin. licet hoc non procedat in speciali casu d. l. huic scri-
pturæ, secundo responso. de quo & de ratione specialitatis, vide
per Alberi. de Rosa in l. si. C. de vsur. & fruct. leg. & per Floria. in
d. l. huic scripturæ. Et ex prædictis ista opi. contra docto. apparet
pluribus legibus & rationibus iustificata.

Ex quibus recte consideranti apparebunt responsiones ad om-
nia legata pro communi opinione. Verum, vt veritas magis ap-
pareat, ad singula particulariter, sic respondetur.

Et primo non obstat. d. l. a Titio. de fur. quoniam dum pondera-
tur illa verba, ab eo, in quo est præceptum fundamentum com-
munis opinionis, respondetur, q̄ debent exponi, ab eo, idest eius
uoluntate, prout loquitur d. l. legatum ita, de lega. 2. Vel idest ab
hæreditate, ipsum representante, iacens enim hæreditas regula-
riter defunctum representat. l. hæreditas in multis l. hæreditas
enim. infra de acqui. rer. domi.

420 † Et nota q̄ d. l. a Titio, in fin. in illis verbis, non a morte testato-
ris loquitur, sed ab adita hæreditate, prout etiam dicit Cuma. in
l. seruo legato. in princ. infra eod. & ita debet intelligi. Tum q̄
redditur ratio, cur post aditam seruus non fiat hæres, tum et,
quia hoc clare dicitur in d. l. legatum ita. dum dicitur, q̄ in le-
gatarium transit recta via dominiū, quod hæreditatis fuit. Iacen-

421 te enim hæreditate res legata dicitur fuisse hæreditatis, vt ibi
probatur, & in d. l. huic scripturæ, & cum aditur hæreditas, lex
vult, q̄ recta via de hæreditate transeat in legatarium, & hoc di-
citur, propter præsumptam acceptationem, ut infra dicam. Vn-
de cum d. l. legatum ita, in hoc sit clara, pro iurium concordia de-
bet etiam sic intelligi d. l. a Titio.

422 † Vna enim lex per aliam distinguitur & declaratur l. non est
nouum, supra de leg.

Dum autem secundo ponderatur d. l. a Titio, & etiam alia ll.
q̄ res legata nunquam fit hæres, dico q̄ nihil obstat. Nam etiam
ego istud fateor, ut ex prædictis constat.

Tertio non obstat. illa concludens ratio, vt dicebatur, qm̄ re-
spondendo dico, q̄ in acquisitione legati, fictio illa subalterna,

423 non est in consideratione. † Nam aditio hæreditatis trahitur
retro, non quo ad omnia, certi enim sunt casus, in quibus non fit
talīs retrotractio, vt per glo. in l. omnia fere, infra de reg. iur. vbi
Dec. & per Bart. in d. l. hæres quandoque. & prædicti dicunt, q̄
vnus casus est quando tempore mortis non reperitur extremum
habile potentialiter, & hic est proprie casus noster, quia quo ad
acquisitionem rei legatæ, tempus mortis dicitur inhabile, vt su-
pra dictum fuit.

424 † Præterea illa retrotractio in aditione hæreditatis fit ne testa-
tor pro parte temporis decedat testatus, & pro parte intestatus,
contra Ius nostrum, infra de reg. iur. iuncta l. miles ita, in princ.
supra de milit. testam. dixit Ias. in d. §. cum seruus, quæ ratio non
consideratur in legatis, vt notissimum est.

425 † Præterea regula d. l. hæres quandoque, procedit etiam in he-
rede conditionaliter instituto, per eandem rationem. Conditio
enim tunc & aditio hæres retrotrahitur ad tempus mortis, vt
voluit Ias. in d. §. seruus.

426 † Pone modo hoc, q̄ hæres sit institutus sub vna conditione,
& sub eadem sit factum legatum, certè licet aditio trahatur re-
tro, ut supra, non tamen potest trahi translatio domini, & acqui-
sio legati, quoniam exploratum est, in legatis nullo modo, etiā
per fictionem transire dominiū, nisi impleta conditione. l. Sē-
pronius Attalus, infra de vsur. leg. declarant Bar. & alij in d. §. cū
seruus, & dixi supra in quarta limitatione sextæ conclusionis, cir-
ca istam realem actionem.

427 † Non obstat, quod de transmissione allegabatur, quia peni-
tus nihil facit, illud enim procedit specialiter, quo ad transmissio-
nem, vt. f. ea de causa cedat dies legati a morte testatoris, non tñ id
dicitur respectu acquisitionis, & fit transmissio per regulam La-
beonis, de qua in l. si Titio. §. pen. j. quando dies leg. ced.

428 † Et illud procedit in quolibet legato, et vbi dominiū recta
via non transiret, vt est notissimū, vnde de illa transmissione ad
acquisitionem domini inepiusimum est argumentum. Nec qu-
quam obstat regula l. nemo plus iuris, cum similibus in cōtrariū
allegatis, quia non dico transferri dominiū, sed ius ad legatū,
ne. i. pereat per mortē legatarii, quod ius postea aditionis hæredi-
tatis, & agnitione legati confirmatur.

Non obstat. l. cum legato, quando dies leg. ced. iuncta glo. quia
immo ille tex. retorquetur, vt supra induxi.

Nec obstat. quod de manumissione ibi dicitur, quia intelligo,
q̄ fuit facta a testatore superiuuente, quicquid ibi dixerit gl. Nō
obstat. modo d. §. cum seruus, & d. l. seruum filii. §. j. quæ iura allega-
bantur, q̄ ab adita hæreditate vere transeat dominiū in legata-
riū, q̄ vt ex prædictis constat, illa iura faciunt pro opi. nostra.

Non obstat. et d. l. a Titio, alio modo inducta secundum intēti-
onem Alex. in d. §. cum seruus, quia licet super eo posset dubitari,
cum contrarium videatur probari in l. si seruus Titii, in prin. j. c.
intelligendo tex. simpliciter in legato puro, quicquid dixerit ibi

429 gl. † tamen posito pro vero, quod dicitur in argumento, respō-
detur, q̄ illud est, quia, vt supra dixi, hæres nunquam dicitur fieri
dominus rei legatæ, vt ibi, & in d. l. legatum ita, de lega. secundo
videlicet quando sequitur postea agnitio legati, quia tunc domi-
nium realiter transit, & fingitur retro translatum a die aditæ hæ-
reditatis. Vnde vt ista fictio in totam operetur, dicitur, nun-
quam hæres acquiratur, merito non videtur dici, quod actio fue-
rit confusa. De hoc tamen quare & quando procedat, infra
dicitur.

D. Maria Socin. Iuni in l. j.

Non obft. etiam d. l. seruo legato, in princ. quia respondetur, q̄ loquitur respectu fictionis retrotractiue, de qua supra, pro ut etiam infra dicitur.

430 † Non obft. q̄ legatum queratur ignoranti, quia dico, q̄ lex illud disponit presumendo agnitionem ex post fieri, & hoc, q̄ legatum solet semper agnosci, & ita lex presumit, cum in se nō habeat onus. l. si hereditatem, s. mandat. Quando ergo sequitur agnitione, d̄ per prius acquisitum legatum etiam ignoranti.

Et pro ista presumptione facit, quia iura vt plurimum non dicunt, si agnouerit, sed si non repudiauerit, vt d. §. cum seruus. d. l. seruum filii. §. i. d. l. i. §. vtrum. d. l. legatum ita, & l. si fundum sub conditione, §. si Titius, infra eo. & alibi sæpe quasi vbi non repudiatur, presumatur agnitione.

431 † Et adeo, q̄ si legatarius interim decedat, lex presumens eū voluisse agnoscere, dicit, q̄ eius hereditas dicitur amplior relicta, ita q̄ hæres non potest in damnum alicuius repudiare legatum, vt l. libero octuaginta, infra de bon. liber. quamuis ipsemet viuens repudiare potuisset ad damnum cuiuscunq̄. l. i. §. vñ, infra si quid in fraud. patr. & supra dixi.

432 † Sed hic aduerte, quia videtur, q̄ immo hæres legatarii possit ad alterius damnum repudiare, vt videtur tex. in d. l. si fundum sub conditione. §. si Titius, infra eo. verum est, q̄ gl. & Bar. & alii ibi timore huius contrarii dicunt, q̄ immo repudiare non potest & q̄ ex illo text. non debet sumi argumentum contra d. l. libero octuaginta, vt per eos, quod mihi durum videtur, & contra illū tex. qui cum loqui videatur conditionaliter, debet sic intelligi, vt conditio habeat se adesse, & abesse, argumento l. ex facto, §. fin. & quod ibi gl. & Doct. dicunt infra ad Trebel.

Vnde pro resolutione difficultatis, considera primo, q̄ repudiatio non impeditur, etiam in d. l. libero, sed tantum ibi dicitur q̄ illa non damnificat patronum in sibi debita portione ex dispositione legis.

Secundo considera, q̄ contrarietas potest solui, quia in §. si Titius, non inferitur legatario illi damnum, nec inferitur, quod debeat ex dispositione legis, sed impeditur lucrū debitum ex p̄uisione eius, a quo lucrū hēt, & ex cuius persona repudiatur.

Vel melius dicas, q̄ immo, nec ibi inferitur damnum in perditione legati, quia valebit, vt de re aliena scienter factum iuxta l. cum alienam. C. eo. sed tantum impeditur venditio ex repudiatione, vt verba innunt, cogitabis. Et ad rem redeundo dico, q̄ vbi non repudiatur legatū, presumitur agnitione, & super ista presumptione lex se fundans dicit legatum acquiri ignoranti.

433 † Præterea d. §. furdo, procedit in quolibet legato, etiam in quo dominium recta via non transiret, vt sic non valeat consequentia, acquiritur ignoranti, ergo presupponitur translatio dominii, sicut et dixi supra de transmissioe ad hæres. Lex aut̄ si. C. q̄ dies leg. ced. clare loquitur quo ad transmissioem.

434 † Et sic et possit dici, q̄ debeat intelligi d. §. furdo, prout loquitur d. l. i. §. in nouissimo. C. de caduc. toll. Potest et̄ dici, q̄ ibi nō dicitur, q̄ semper legatum ignoranti queratur, sed quod vbi queritur ignoranti, vt in illo casu, etiam ignorans ad onus teneatur, & in eo casu ratio sit, q̄ cum persona illa non possit repudiare, lex presumit eam agnouisse, seu quod agnosceret, si sciret, & ita presumendo disponit, vt ibi dicitur, quod nota, quia est nouus intellectus ad illum §. furdo.

A D D I T I O. Et per hanc viā responderi, p̄t ad l. quæ fidei commissum, §. rit. r. quatenus ibi presupponitur ignoranti acquiritur legatū. † Et ad d. l. si partem. §. si. particulariter responderi potest, quia d̄ ibi dicitur, tua esse ceperat, intelligitur per fictionē, cum iam legatum sit acceptatum, quod patet, quia emptor fundi dominatur, d̄s via vt ceperat, in quem per translationem fundi, et̄ via sic ficto modo acquisita, translata fuit. Et propterea ibi dicitur, q̄ venditor, cui via legata fuit, cum fundo careat, viā repudiare amplius non potest.

Et eodem modo potest etiam responderi ad d. §. i. eiusdem l. si partem. Nam cum ibi agatur de amissione, ostenditur, q̄ legatarius volebat viā, & sic legatū acceptauerat, vnde per fictionem d̄ fuisse sua vsq̄ a tempore aditæ hereditatis. Ideo non vtendo illam perdit, sed propter suam ignorantiam ei parcitur, & per in integrum restitutionem via restituitur, vt ibi per gl. & doct.

436 † Non obft. demum d. §. fundum, quoniam respondendo dico, in primis, falsum esse regulariter, q̄ repudiatio fundi legati sit alienatio & patrimonij diminutio, vt probatum fuit supra in fundamentis nostræ opinionis. Quinimmo repudiatio facit, pro eo esse quasi non sit legatum. l. legatarius. §. i. infra eo. cum concordantibus, vt ibi per glo.

437 † Vnde hoc posito, secundo dico, q̄ non obstat d. §. fundum, quia ille tex. specialiter procedit in minore, prout etiam dicit ibi Bal. Nam cum lex presumat agnosci legatum, inducit (attenta ista presumptione) q̄ qui non habet facultatem libere alienandi rem suam, vt est pupillus, non possit repudiare, non adhibitis solennitatibus, alias requisitis in alienatione. Nam respectu talis personæ lex repudiationem legatū habet pro alienatione, atq̄

verosimili, & presumpta acceptatione, quam quilibet bonus paterfamilias regulariter faceret. Si enim repudiatur, in effectu sibi p̄iudicat, & lex non vult eum sibi posse p̄iudicare in re immobili absq̄e certa solennitate, igitur &c.

438 † Et nota, q̄ putarem illum tex. procedere etiam antequam fundi legati, dominium recta via transiret, puta, si disunctim sit legatus fundus Titianus, aut Cornelianus. Nā ante electionē d̄s non transit, vt supra visum fuit. Cederē in quā, q̄ nec isto casu, etiam ante electionem, posset pupillus repudiare, nisi secundum quod dicitur in d. §. fundum, super quo tamen cogitabis.

Et nota etiam circa d. §. fundū, & d. l. si partem, q̄ loquuntur post aditam hereditatem, prout in l. si partem, exprimit, & in §. fundum, probatur, quia alias non ageret de repudiatione, cum legatum, ante aditam hereditatem, repudiari non possit, vt s. dictū fuit. Ex quo constat, q̄ nihil probant de tempore ante aditā. Et de tempore post aditam, ita illa iura loquuntur, respectu fictionis per legem inductæ, secundum quod s. dictum fuit.

439 † His stantibus, vltcrius aduertendum est, quia q̄ dixi s. dominium rei legatæ ante agnitionem esse in suspenso, videtur intelligendum, solum respectu futuri euentus agnitionis, s. vel repudiationis, secundum quod dicitur in d. l. quedam, de reb. dub. cū similibus supra allegatis.

Sed inspecto præfenti statu, videtur, q̄ possit dici esse hæres, ei per aditionem acquisitum, sicut in simili dicitur in §. sed si ab hostibus, iuncta gl. Insti. quibus modis ius patriæ potestate soluitur. Nam licet status filij pendeat respectu futuri euentus, tamē interim dicitur sui iuris, inspecto præfenti tempore, uel præfenti statu, sic etiam in simili dicitur in l. si minor annis xx. iuncta glo.

440 infra de manumiss. vind. † Ex quo videtur inferri posse, q̄ per aditionem hereditatis confundantur seruitutes & actiones, quæ inter testatorem & hæredem ortæ erāt occasione rei legatæ prout primum videtur probari in l. Papinianus, supra de seruit. in l. huiusmodi. §. ædes, iuncta glo. & in l. legatum est. §. finali, infra eodem cum similibus. Et secundum in l. si seruus Titii, in prin. infra eodem.

Nec ita tenendo, erit opus in dd. iuribus subaudire, q̄ legatū fuerit in diem vel sub conditione, quod certe ad illa iura maxima est diuiniatio, & gl. nimis extranea. Sciuit enim Iuriscons. in eis exprimere diem vel conditionem, si tali casu loqui voluissent, vt s. p̄missum inuenitur. † Vnde cum simpliciter dicat, fundum vel seruum legatum, intelligere debemus pure, argumēto l. oia, de leg. 2. & in l. omnibus obligationibus, infra de reg. iur.

441 Item & tertio inferri potest, q̄ si legatarius interim ignorans legatum, rem legatā emit, nā valet emptio, prout de re non sua, vt probari videtur in d. l. huiusmodi. §. qui seruum, §. co. intelligendo illum tex. de legato pure facto, & non subaudiendo diem vel conditionem, quicquid ibi dixerit gl. sic etiam potest inferri, q̄ hæres interim potest imponere seruitutem fundo, cuius vltimatus legatus est, & ita potest intelligi. l. si ab hærede, supra si visus fructus peti. super quo cogitabis.

442 † Et hæc procedunt quantum ad iuris subtilitatem, quia, si hæres, inspecto tempore præfenti, dicitur dominus. Sed si agnoscat legatum, æquum est seruitutem & actionem confusam in effectu restitui, vt dicitur in dd. iuribus, & etiam q̄ in tertia illatione conseruatur legatarius indemnis, vt dicitur in d. §. qui serui.

Et per ista, vel eorū partem, & alia quedam, inuenio nunc, q̄ Crot. in l. si is qui pro emptore, in secunda conclusione Bar. circa fictionem translatiuā tentat defendere opi. Pet. de qua per Alex. in d. §. cum seruus, & dixi supra.

443 † Ego tamen non ita dico, vt Pet. ille enim volebat eodem tempore. s. post aditam, reperiri dominium rei legatæ apud legatariū ficte, & apud hæredem vere. sed ego nego apud duos reperiri, sed solum erit apud hæredē. inspecto præfenti statu, sed inspecto futuro, pendet & in suspenso est, & vbi legatarius agnouit, sit tūc vere d̄s, & retro fingitur fuisse ab adita hereditate, fm̄ quod s. de clarauit, & hæres tunc dicitur nunquam fuisse dominus.

Nec prædictis obft. q̄ aliquando iura dicant, ab adita hereditate rem esse legatariū, sed non fuisse hæredis, & sic videantur loqui per verba importantia veritatem, vt est l. i. §. vtrum, infra de his quæ in fraud. patr. & l. quedam sunt, in fin. infra de reb. dub. & d. l. seruo legato, in princip. infra eod. cum similibus, propter quæ iura vel eorum aliqua Crot. vbi supra, videtur recedere ab opin. Pet. & sequi communem, scilicet, q̄ immo legatarius ab adita hereditate dicatur vere dominus, vt per eum. † Quoniam ego tuendo que supra dixi, dicam, q̄ debent illa iura & alia multa similia intelligi per fictionem translatiuam, de qua supra, cum enim hoc clare dicatur in dicto §. cum seruus, & in d. l. seruum filii. §. i. cum similibus. & rationibus supra probatum est, non inconuenit alias l. a prædictis recipere declaracionem, iuxta l. non est nouum, supra de legibus. † Vna enim etiam sola lex, loquens in aliqua materia qualificata, declarat omnes alias l. in illa materia loquentes simpliciter, & ita illa qualificat, vt debeat intelligi eam eadem qualitate, vt inquit Alber. de R. oia. in l. si qs

in principio testamenti, de leg. 3. & ego dixi in l. cum filiofamil. infra eo. circa primam partem in quarta conclusione. Vnde, cum in iuribus prædictis legatarius dicatur Dominus per fictionem, omnia alia iura sic qualificate debent intelligi, vt dum dicunt rem esse legatarij, intelligatur scilicet per fictionem, postquam scilicet constat, legatum non repudiari, secundum prædicta.

Sed aduerte, quia contra illationem, quam supra feci in secundo capite vrget fortiter d. l. a Titio, de furt. vbi actio furti nõ præsupponitur confusa per aditionem hæreditatis, & idem probatur in l. si iussu, §. si. co. tit.

446 † Vnde pro resolutione considera, qd confusio actionis dicit fieri per aditionem, quando hæredi contra defunctum, cuius hereditatem adit, aliqua actio competeat ante eius mortem, vel per contrarium, ut l. Stichum §. aditio, infra de solut. succedens enim debitor creditori, vel contra, ad eundem extinguit omnem obligationem, & actionem inuicem competentem, ut ibi dicit, & ita procedit l. si seruus Titij, in prin. infra eo. & quod dixi supra inferendo, consulto. n. ille tex. præsupponit factum viuo testatore, immo etiam fuit factum ante testamentum. Vtrum si actio inter hæredem & defunctum non sit orta, non pot

447 † Considerari eius confusio per aditionem. † Vnde dico, qd in la Titio, & in d. l. si iussu, §. fin. nulla erat orta actio hæredi contra defunctum, quia factum fuit post eius mortem & æquequam adiret hæreditas, prout eum ministerio in vtroque tex. hoc exprimitur. Nimirum ergo si ibi non sit aliqua confusio per aditionem, actio enim quæ non sit, confundi non potest. Verum cum legatarius agnoscat legatum, statim cum ille fiat Dominus & retro fingatur, ab adita hæreditate, dicitur oriri actio illa furti aduersus eum, quæ per aditionem confundi non poterat, cum nondum orta esset, & ita puto debere intelligi d. l. a Titio, cum focia.

Quod nota, quia videtur pulchra & noua concordia inter dd. iura & dict. l. si seruus Titij, cogita tñ super prædictis omnibus.

Sequitur nunc secundum ordinem Bar. videre de actione hypothecaria. An scilicet & quando competat pro legatis, & Bar. distinguit, & considerat tres casus principales, ut per eum. Ex cuius dictis prius ad verbum declaratis, collige tres conclusiones.

448 † Prima est, qd hypothecaria datur pro omnibus legatis & fideicommissis, pro quibus competit actio personalis, & non realis, & cum Bar. transeunt docto. Quod uoluit Bar. procedere, et de iure antiquo, id est ante l. i. C. communia de leg. motus per l. creditoribus, in fi. infra de separati.

Moderni in hoc reprobant Bar. quia priuilegium tacite hypothecæ fuit nouiter inductum a Iustiano in d. l. i. Et ad l. creditoribus, respondent, qd non ualet consequentia, lex illa loquitur de hypotheca pro legatis, ergo de tacita. Immo illud dici nõ potest, cum tunc non consideraretur, seu non esset inducta. Loquitur ergo ille tex. de hypotheca a testatore expresse facta, vel de prætorio pignore, quod inducitur ex missione in possessionem, iuxta l. non est mirum, supra de pigno. actio. cum similib.

449 † Sed non placet, quia magna est diuina. Non enim aliqd in ea. l. dicitur, qd testator fecerit aliorum bonorū expressam hypothecam, nec etiam, qd legatarij fuerunt missi in possessionem. Sic ergo dicam, qd loquitur generaliter de hypotheca, quæ pro legatis datur, & sic etiam de tacita inducta per legem.

Fateor tamen, qd illa nouiter per Iustianum inducta fuit in d. l. i. communia de legat. & prius non competeat, loquitur tam respectu legatariorum, quam fideicommissorum, cum de vtriusq; pariter loquatur dict. l. i. Et ideo non potest dici, qd olim daretur tacita hypotheca pro legatis, nec pro fideicommissis, & ita loquitur d. l. creditoribus, quæ solum de legatis loquitur. Dico. n. qd Iustianus in d. l. i. eam nouiter induxit, etiam pro legatis, prout etiam ipse asserit in l. fin. ad fin. C. de sacr. eccl.

Et ita tenendo, prout est ipsa veritas, ad d. l. creditoribus, respondetur, qd loquitur de intentione noui iuris, sicut supra diximus de ista l. i. & de multis similibus, inter quas etiam d. l. creditoribus allegauit.

450 † Secunda conclusio sit, qd vbi pro legato vel fideicommissis competit actio realis, datur etiam hypothecaria. Quæ conclusio

451 indubitata est respectu aliarum rerum defuncti: sed de re ipsa legata dubitari potest per l. neque pignus, infra de reg. iur. vbi loquitur tamen Barto. qd etiam ad rem legatam possit proponi hypothecaria, motus per l. in bello. §. si quis seruum, infra de capt. & possil. reuer. vt per eum, qui idem uoluit in d. l. fin. z. colum. C. de sacrosanct. eccl. vbi Bal. & Salic. sequuntur. Quod et ante eos dixit Cy. in dict. leg. i. quinta colum. communia de lega. Et per d. §. si quis seruum, apparet responsio ad d. l. neq; pignus, vt p. Bar. hic, cum quo et transeunt hic Imol. Pau. de Cal. & Ale.

452 † Pro quo secundo facit secundum Alex. quia licet trãseat dominium, tamen non transit possessio ante traditionem, vt notatur in gl. fin. in l. cu duobus, alijs incip. si fratres. §. idem respondit, §. p. locio. Vnde dabitur hypothecaria saltem ratione possessionis, vt per eum. Et ita videtur sentire hic Patruus & Dñs meus Soc.

Et pro hoc, tertio loco, optime facit l. si aliquam rem, infra de acq. poss. iuncta l. qui rem, supra de poli. vt per te scies inducere. Et dicit hic Alex. qd ista est vera opinio.

Pro qua secundum Ias. licet contrarium uideatur firmare quatuor loco facit l. idem, ff. qui pot. in pig. hab. dic. qd facit iuncta gl. 453 super ver. res fuerit, & iuncto eo, qd quod dicitur rem emptam, ex pecunia pupilli, esse ipsius pupilli, vt l. curator. C. arbit. tutel. & ita est magis communis opinio.

Pro qua ultra alios, quinto loco allego l. Senatus. §. fin. infra isto tit. ibi, & proficiet legatum ad liberationem vinculi pignoris, quod in eo habebat, qui redemit.

Contrariam opin. tenuit Bal. in d. l. i. C. communia de legat. motus per d. l. neq; pignus, quod et videtur uoluisse ibi Bar. & sic ambo sunt sibi ipsis contrarij, & fuit opinio gl. super ver. hypothecaria. in prin. in §. nostra autem, Inst. eod. vt dixit hic Bar.

Circa ista, duo sunt videnda. Primo vtrū detur hypothecaria ad rem legatam ratione domini, secundo an ratione possessionis.

454 † Circa primum, vera videtur opinio Bald. in d. l. i. quia etiam dñs meus Soc. & Moderniores sequuntur, per d. l. neque pignus. Nec obstat d. §. si quis seruum, allegatus per Bar. quia videtur, qd ibi res dñi non est quaesitum, cum sit reuocabile ex facto tertij, scilicet Domini offerentis pretium redemptionis.

Et eodem modo responderi potest ad d. l. Senatus. §. fin. per me allegatam. † Nam cum in dd. iuribus redimens & sic dñs nõn possit liberare & perfecte de redempto disponere, non videtur posse dici, qd habeat verum dominium, iuxta definitionem domini, de qua per Bar. in l. si quis ius. §. differentia, j. de acq. poss. & Bal. in l. femina. C. de secun. nupt. Sed legatarius in casu nostro dicitur vere Dñs post acceptationem, & prius etiam potentia liter, & ab ipso met tantum illud pendebat, ergo &c.

456 † Et ad addit. qd ad §. fin. potest dici, qd ibi redemptor nunquam fuit dñs, quia redemptus erat liber homo, sed tantum dicebatur ortum quoddam vinculum pignoris, de quo loquitur ille tex. est liber homo nemini acquiratur, & ita videtur de intentione gl. ibi & Bar. in suo sumario.

Cogita tñ super hoc, quia in contrarium dici posset, qd immo et liber homo fit seruus per captiuitatem. §. pen. Insti. de iure per. s. cum similibus, & ita etiam redemptor posset dici factus dñs, non tamen vere, sed secundum quod supra dixi. quod tamen nõ firmo, sed volo, quod cogites super eo.

457 † Non obstat d. l. idem, allegata per Ias. iuncta gl. vt supra dicebam, quia respondetur, pupillum dici dominum, si uolet, & illud eligat, vt ibi per gloss. Vnde si eligit pignus, audiri debet, quasi tunc renuat dominium.

Comprobatur ista opi. Bal. contra communem per l. i. §. penultimo & fin. C. communia de lega. ubi dicitur hypothecaria habere locum in illis rebus, quæ ad grauatum perueniunt, non in alijs, sed res legata ad hæredem grauatum non pertinet, ga recta via transit in legatarium, hæredis nunquam facta. Legatum ita, de lega. z. & supra dictum fuit, ergo &c. Et ita ex post inueni, qd arguit hic Crot.

458 † Sed aduerte quia pro tutela communis opinionis vñ posse dici, prout etiam dicebat Ruin. qd quando legatarius vitur hypothecaria ad rem legatam, recuset dominium, & ita nescit vtræ reali actione, sicut in simili dicit gl. in d. l. idem, qui pot. in pig. hab. & supra dixi. Quo stite, nihil obstat dicta l. neq; pignus, quia dicam isto casu, rem non esse effectam legatarij. Sic etiam respondetur ad id, quod dixi vltimo loco per d. §. penultimum: & si quia immo veritas est, qd res legata peruenit ad hæredem, cum legatarius noluerit in eum transferri dominium. Et hoc est quod dici potest pro tutela communis opinionis respectu dñij, & quamuis hodie dici possit eo respectu communem esse in contrarium, non tamen videtur hoc securum, vt ex alio nouo fundamento statim ostendam loquendo respectu possessionis.

459 † Igitur circa secundum, respectu possessionis, videtur, qd facilius communis opin. defendi possit, prout est de intentione Alex. xand. hic (saltem in isto casu) defendere, quod et uoluit dominus meus Soci. per supra allegata, & in hoc etiam hodie potest dici communis opin.

Et quando dicatur rei nostre pignus non subsistere, nec et in rebus, quæ ad grauatum non perueniunt, respondetur satis clare omnia concedendo, sed dicendo qd possessio, quam dicimus iure pignoris, peti non est legatarij, & ad hæredem grauatum p.

460 uenit, vt de se constat. † Nec mirum uideatur in sola possessione pignus consistere, quia ita firmat Bar. & alij sequuntur in l. re alienam, iiii. col. supra de pigno. actio. Et sic saltem isto secundo casu communis opinio defendi videtur.

461 † Sed aduerte, quia immo neutro casu videtur vera, hac consideratione satis vrgenti. Nam impossibile videtur, rem legatam per hypothecariam posse peti, quia natura rei subiecta videtur repugnare, quoniam in hypothecaria concluditur, quod debitor vel possessor rei, rem ipsam relaxet, iure pignoris detinenda donec & quousque de eo, quod debetur, integre satisfiat, vt de-

et Bar. in d. l. rem alienam. versu. quæro qualiter concludatur, sed in casu nostro res tradetur semper apud legatarium permanens, ergo &c. Et quia hoc procedit sine agatur respectu ipsius rei, siue respectu possessionis, ideo videtur, quod neutro casu hypothecaria detur.

462 Nec obstat quod pignus in sola possessione possit consistere, dicit hic Alexan. quia respondetur, quod est quod illud verum sit, procedit, quando rei natura patiatur, quod isto casu non est, ut iam dixi. Et sic videtur posse teneri generaliter, quod ad rem legatam etiam ratione possessionis eiusdem rei legatario non datur actio hypothecaria, & esset pulchra questio ad disputandum. Cogitabis tamen, quia tuendo communem prædicta consideratio, licet subtilis, posset forte evitari, dicendo quod immo per hypothecariam non sic traditur, ut perpetuo apud legatarium sit, scilicet iure pignoris, sed solum quousque solvatur legatum, id est quod hæres dicat rem, quam iure pignoris tradidi, volo esse apud te tanquam legatum, ut sic pro legato tibi satisfaciam, & tu eam habeas de manu hæredis. Quo facto desines habere ius pignoris, & incipies habere iure legati, & sic ex supervenienti causa, id est ex mea voluntate diceris mutare tibi causam possessionis, prout in simili dicitur in l. 2. §. quod vulgo. §. pro hærede. & l. 3. §. illud. cum sua gl. infra de acq. posses. si ista consideratio, quæ vere pulchra est, tibi placet, per illam defendes communem opinionem saltem in secundo casu.

Mihi autem non in totum satisfacit, quoniam re ipsa & in effectu post signationem rei ex causa pignoris, legatarius habebit rem perpetuo, & subtilitas allegata de mutatione causæ ex supervenienti voluntate, non videtur in proposito considerabilis, quia erat res omnino permanens apud eum ex necessitate, aut alio modo, sed in legibus contrariis id contingit ex voluntate, cogita tamen.

Non omitto quod alias dicebam, disputationem Doctorum fortasse procedere non respectu legati, de ipsa re facti, sed quod res legata potest per hypothecariam peti pro implemento alterius legati eidem facti, & sic quod questio sit, utrum una res legata, pro alio legato possit esse tacite obligata, ita ut per hypothecariam peti possit per eundem legatarium? Et si ita esset, consideratio quæ supra feci contra communem non videtur vrgere. Fateor tamen, quod ista non videtur mens Doctorum, loquuntur enim simpliciter, quando res legata transit in dominium legatarii, nec aliud considerant, ut sunt verba Bart. & aliorum, nec præsupponitur eidem plura esse facta legata.

ADDITIO. Præterea, si ita intelligeretur questio, salvatio quæ supra posui ad communem opinionem in ver. sed adverte, non procederet, ut per te intelliges. Et insuper contra hanc intelligentiam facit, quia tacita hypotheca non videtur constitui in rebus legatis, secundum gl. sup. ver. multis, ad fin. in d. l. r. cõia de leg. p. quo facit l. si fideicommissorum, infra ut in poss. lega.

463 Tertia & ultima conclusio Bar. est, quod hypothecaria datur et pro illis legatis, pro quibus actio proprie & fricte sumpta non competit, sed solum officio iudicis petuntur. exemplum in l. hæreditas. in fi. supra de pet. hære. cum simili. ut per Barto. cum quo transeunt Imol. & Alex.

464 Qui confirmant ex eo, quod officio iudicis accedit fideiussor, glo. in l. cum quis. §. si quis pro eo, infra de sol. & ibi Bar. qui idem dicit in l. Marcellus, infra de fideiuss. Pari ergo modo videtur, quod etiam hypothecaria accedere possit, & hoc argumento videtur Bar. in l. si finita. §. Iulianus, colum. pen. §. de damn. infect. ut referunt hic Alex. & Iac. licet Imol. non dixerit. Hoc argumentum etiam Aret. approbat, & per illud sequitur istam conclusionem.

465 Pro quo argumento secundum Iaso. facit, quia alias valet argumentum de fideiussione ad hypothecam l. si legati, in fi. §. de pignor. ibi, nec ex præcedenti tempore &c.

Verum est, quod Iason postea reprobat hoc argumentum in proposito nostro. Nam omnia in eo dicta, procedunt in expressa fideiussione, & in expressa hypotheca. Nos autem loquimur in tacita hypotheca inducta a lege. Vnde non videtur procedere argumentum, potest dari fideiussor expresse ei cui solum iudicis officium competit, ergo eidem competit ista tacita hypotheca, cum non reperitur pro talibus legatis inducta, ut per Iac. in fi. Qui licet non dicat, videtur tenere contra Barto. & communem, cum dicat iura Barto. parum facere, & reprobet fundamenta Imole.

Et pro ista opi. contra Bar. facit l. r. in fin. C. communia delegat. dum ibi dicitur, hypothecariam dari in quantum personalis &c. Videtur enim ex eo inferri, quod ubi desit personalis actio, non datur hypothecaria. Ad quod etiam secundum Cro. facit eadem l. in prin. dum dicitur, quod quia honorati legatis noscuntur habere personales actiones, censemus rectius esse, ut etiam realem & hypothecariam habeant.

Sed tamen his non obstantibus, opin. Bar. & magis communis defendi potest. Et ad d. l. r. respondetur, & per hoc etiam talis opi. confirmatur. Etenim dico, quod dum ibi loquitur text. de

actione personali, debet intelligi large, ut sic etiam officium iudicis comprehendat, quod largo modo dicitur actio. l. actionis verbo, infra de actio. & oblig. & de verborum signifi. cum concordantibus ut per Cro.

467 Nam dispositio, etiam exorbitans comprehendit etiam casum, qui largo vocabulo venit sub verbis dispositionis, si fit eadem ratio disponendi, ut est gl. in ver. ad curationem, in Auth. ut hi qui obligati. &c. in princ. & est tex. in l. filium habeo, supra ad Maced. cum similibus, ut traditur per doct. ubi ego aliquando dixi in l. si constante, in princ. in 9. questione primæ partis, supra soluto matrimonio. Sed in proposito est eadem ratio, ut si plenius testantis voluntas impleatur, in quo tacita hypotheca fundatur, l. r. §. etenim. C. communia de leg. vt l. 2. C. vt in poss. leg. & officium iudicis largo modo dicitur actio, ergo &c.

468 Et ad hoc etiam facit, quia & alias quod disponitur respectu actionis ad fideicommissum, ut scilicet eo loco petatur, ubi res relicta sita est, non obstat quod maior pars hereditatis alibi sit l. sed & si susceperit. §. fin. supra de iudi. procedit etiam respectu officii iudicis, puta, si imploretur, ut de fideicommissis satisf. detur, iuxta titulum infra ut lega. no. cau. prout aperte determinatur in d. §. fin. Et hoc, quia est eadem ratio, sic ergo in casu isto dicendum est de hypothecaria.

Circa hanc actionem hypothecariæ multa ultra prædicta traduntur hic per doctores, quæ gratia brevitatis, & quæ vacantia in stant, dimitto: vide per eos. Duo tamen non prætermittam.

469 Primum est, quod ista hypothecaria contra quemlibet hæredem datur ad res, quæ defuncti fuerunt, tantum pro rata, pro qua ipse est hæres, ut est tex. in d. l. r. in fin. ibi in quantum personalis actio &c. & ibi glo. in ver. in omnibus, &c. notat, dicens speciale esse, & contra naturam hypothecariæ, quæ in solidum dari solet. l. r. & 2. C. si vnus ex plur. hære. Et ratio esse potest, quia postquam hæres diuiserit hereditatem, fundus, puta qui prouenit ad vnum, non debet in plus esse obligatus, quam dominus eius pro legato teneatur, & sic pro rata hereditaria.

470 Secundum est, quod si testator pro legato specialiter obligauerit certum fundum, non tamen ex eo impeditur generalis obligatio inducta a lege de omnibus bonis testatoris, prout singulariter firmat Ro. in singulari mihi 610. incip. Legatarius habet tacitam hypothecam, dicens ita probari in l. fundus, infra de ann. leg. vt per eum. Quod certe est notandum, vi verum est. Pro quo facit, quia dici solet, quod remedium extraordinarium particulare in ductum in fauorem alicuius, non auferit illi remedium generale, ut l. r. §. vnde queritur. ff. de public. Verum mihi non videtur securum, & reperio, quod Cum. post Dyn. in d. l. fundus, tenet contrarium, concludens, quod immo per specialem hypothecam expressam a testatore, tollitur generalis inducta per legem. Et hoc, quia prouiso hominis tollit prouisionem legis. l. fina. C. de pact. conuen. Et idem videtur voluisse ibi Alberi. de Rosa. licet alleget in contrarium l. 2. C. de pignor. quæ tamen nihil facit, ut per te intelliges.

Et nota, quia illa lex fina. proprie loquitur in prouisione specialis hypothecæ, ut si per eam tollatur generalis inducta per legem, & sic mihi videtur, quod ibi sit casus contra Rom. Et hoc mihi placet, & ratione comprobatur, quod quia tacita hypotheca dicitur inducta fauore testantis, ut scilicet eius voluntas plenius impleatur, ut dictum est, cui potest testator renunciare, per regulam l. si quis in conscribendo. C. de pact. & probatur hoc in l. 2. C. vt in posses. lega. Vnde cum testator eligat certum fundum, ut scilicet pro legato sit obligatus, videtur alias res noluisse remanere obligatas. l. cum prætor, in princip. supra de iud. l. ex eo, supra de testam. & c. nonne, de præsumpt. cum similibus, & sic dicitur tacitam hypothecam per legem inductam renuere.

471 Non obstat d. l. fundus, quia, ut ibi dicitur Cum. si pignus expressum a testatore non impedit pignus prætorium, quod postea inducitur ex contumacia hæredis. Et certe non loquitur ibi text. de tacita hypotheca inducta per l. primam. C. communia de legat. sed quod poterit legatarius etiam in aliis rebus defuncti, ut ibi dicitur text. sed bene tollitur illa tacita hypotheca, de qua in dicta l. prima, prout in simili optimè probatur in d. l. fina. C. de pact. conuen.

Nec obstat d. §. vnde queritur, de publi. quia ibi non sumus in prouisione hominis, sed in prouisione legis particulariter inducta ad grauamen delinquentis, ex qua non debet eius conditio melior fieri, prout aperte dicit ibi Iunscõsultus.

Vltimo querit Bart. quomodo possint istæ actiones, quæ pro legatis competunt concurrere? quod aliqui hic plene tractant, sed cum Bar. se remittat, ego similiter faciam, cum nobis tempus non super sit, iam factis vacantiis propter natiuitatem Domini nostri Iesu Christi. Et ex his sit impostus finis huic legi primæ cum laude & gloria summi Dei. In almo Patauino Gymnasio hodie xx. Decembris, M D XXVIII.

SUMMARY.

A

Actio ex testamento vel hypothecaria an competat pro donatione causa mortis, nu. 91. cum nouem seq.
Actio ex donatione causa mortis, quæ oriatur nu. 92. & 108.
Actio competens pro donatione causa mortis dicitur in effectu bonæ fidei, num. 96.
Argumentum ab identitate rationis, nu. 37. 49. 72. 76. & 97.
Argumentum a cessante ratione, nu. 52. 64. & 89.
Arguitur ad latam significationem verbi expressi, quando est eadem ratio etiam in exorbitantibus, nu. 58. 98. & 135.
Argumentum a contrario sensu quomodo sumatur, nu. 132.
Argumentum a contrario sensu non sumitur contra alias leges, numero 132.
Argumentum ab vnica ratione valet etiam non expressa, nu. 136.
Authentica, si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesi. declaratur. numero 125.
Argumentum, vel diminutio numeri, vel quantitatis in vno, an & quando arguat augmentum vel diminutionem in alio, nu. 155.

B

Bonum est argumentum de propria ad latam significationem vocabuli, etiam in exorbitantibus, si sit eadem ratio, nu. 58. 98. & 135.

C

Cep. quanquam, de vsur. lib. 6. declaratur, nu. 25.
Claudicatio in contractibus aliquando toleratur, nu. 106.
Codicilli non debent requirere maiorem sollemnitate, quam testamentum, num. 156.
Concessio maiori dicitur etiam minus concessum, nu. 6. 17. & 156.
Conditio impossibilis adiecta donationi causa mortis, an vitiet vel vitietur, nu. 115. cum duobus seq.
Conditio impossibilis quare vitiet contractus, non vltimas voluntates, nu. 116.
Conditio iuris iurandi de futuro remittitur, nu. 117.
Consensus consanguineorum in contractibus tollit præsumptionem deceptionis, nu. 53.
Contractus ab initio sunt voluntatis, ex post vero necessitatis, num. 102. & 119.
Correctio iuris cuiusdam est, nu. 130.

D

Data infantia, argumentum perit, nu. 23. & 32.
Dictio, sedes, importat diuersitatem in facto, & identitatem in iure, num. 86.
Dominium transit recta via in donatione causa mortis sicut in legatis, & quomodo procedat, nu. 107. cum septem seq.
Dominium quando transit de iure speciali facit aliquid tolerari, quod alias non procederet, nu. 109.
Dominium an recta via transeat in legatis, vel donationibus causa mortis tacitis, nu. 113.
Dominium in donatione causa mortis, quo tempore transeat recta via, nu. 114.
Donatio causa mortis, dicitur habere mixtam naturam inter contractus & vltimas voluntates, num. 11. & 24.
Donatio causa mortis quo ad potentiam conficiendi an magis æquetur vltimæ voluntati, nu. 13. cum octo seq.
Donatio causa mortis facta in testamento naturam eius sequitur, numero 27.
Donatio causa mortis quo ad ordinationem æquiparatur contractibus num. 28. cum septem seq.
Donatio causa mortis sit præsentis traditione, vel promissione, nu. 29.
Donatio causa mortis requirit quinque testes, nu. 30.
Donatio causa mortis non requirit insinuationem, nu. 31.
Donatio causa mortis pacto nudo fieri potest, numero 36. cum octo sequentibus.

Donatio causa mortis ex defectu stipulationis, non potest allegari inualida etiam per ipsum donatorem, nu. 39.
Donatio causa mortis sola scriptura fieri potest, nu. 42.
Donatio inter viuos valet facta nudo pacto, etiam si in facto consistat, numero 44.
Donatio inter virum & uxorem, & inter patrem & filium, morte confirmatur, in eo tantum quod traditum fuit, nu. 45. & 112.
Donatio causa mortis inter prædictas personas etiam pacto nudo fieri potest, nu. 46.
Donatio causa mortis fieri potest, vt penitentia non reuocetur, numero 54.
Donatio causa mortis fieri potest etiam causa mortis alterius, numero 65.
Donatio causa mortis ex sui regulari natura, præsentia reuocatur, numero 60.
Donatio nullo modo reuocabilis dicitur, quæ sit inter viuos, licet videatur facta causa mortis quo ad verba, nu. 63.
Donatio causa mortis alterius non dicitur proprie donatio causa mortis nu. me. 65.

Donator causa mortis alterius, dicitur illi alteri donare inter viuos, numero 66.
Donatio causa mortis simpliciter loquendo, magis participat de vltima voluntate, nu. 69.
Donatio causa mortis quo ad confirmationem cui magis æquiparetur, & an requirat aditionem hereditatis, numero 77. cum duobus sequentibus.
Donatio causa mortis facta absenti, transit in legatum, nu. 80.
Donatio causa mortis per prius recte facta, non requirit aditionem etiam quod expresse fuerit testamento confirmata, nu. 82. & seq.
Donatio causa mortis facta in testamento requirit aditionem ex eo, numero 84.
Donatio causa mortis quo ad effectum cui æquiparetur, nu. 60.
Donatio causa mortis quas actiones producat, nu. 92. & 108.
Donatio causa mortis, facta absenti, quas producat actiones, numero 93.
Donator causa mortis obligatur, licet ad vitam eius reuocabiliter, & illa obligatio eo mortuo fit irreuocabilis, nu. 35.
Donatio causa mortis repudiari non potest, & quomodo hoc intelligatur, nu. me. 101. cum quinque sequentibus.
Donatio inter virum & uxorem, & inter patrem & filium simpliciter facta, non recte dicitur tacita donatio causa mortis, nu. 111.
Donatio causa mortis quo ad reuocationem dicitur habere propriam naturam separata a contractibus, & vltimis voluntatibus, nu. 118.
Donatio causa mortis quibus modis reuocetur, ibidem cum quatuor sequentibus.
Donatio causa mortis potest reuocari per ingratiudinem, nu. 120.
Donatio causa mortis reuocatur per alienationem voluntariam, numero 121.
Donatio causa mortis etiam tacite potest dici reuocata, nu. 122.
Donatio causa mortis non debet requirere plures testes, quam testamenti nu. 157.
Dos & ius eius apud virum non remaneant soluto matrimonio, numero 73.
Dotis conditio non potest fieri deterior pacto mulieris, nu. 74.

E

Elusio legis fugienda est, etiam late interpretando, nu. 26. & 139.
Æquiparatio duorum per l. antiquam, facit, vt quod statuitur postea in vno procedat & in altero, nu. 138.
Exceptio debet esse de terminis regule, nu. 111.
Exheredati substitutus, vel legitimus hæres non grauatur, etiam si exhere dato sit factum legatum, & quare, remissiuè, nu. 128.
Extensio non fit ex similitudine rationis, nu. 38.
Extensio non dicitur, sed declaratio casus comprehensi, quando eadem omnino est ratio, nu. 137.

F

Facilius valere debet actus reuocabilis, quam irreuocabilis, numero 41.
Filiusfam. olim non habebat hæredem, nu. 78.
Fideicommissa etiam ab intestato relinquì possunt, nu. 1.
Fideicommissum relinquere potest, qui habet ius testandi, nu. 3. & 5.
Fideicommissum inualidum facilius validatur, quam testamentum, numero 123.
Fideicommissum sola voluntate sine verbis fieri potest, nu. 124.
Fauorabiliter inducitur, non debent in damnum veri, nu. 83.
Filiusfamilias potest donare causa mortis patre permittente, licet non testari, & quæ sit ratio, nu. 12. & 14.
Filiusfamilias etiam causa mortis liberè donat de bonis, quorum vsusfructus patri non queritur, nu. 20.
Fragilitas in contrahendo potest præsumi etiam in non reuocando, numero 53.

G

Genere remoto remouetur qualibet eius species, & quomodo intelligatur, nu. 10. & 151.
Generalis lex debet generaliter intelligi, nu. 130.

H

Hæres de testamento per quod vocatur, non conueritur, nu. 56.
Hæres gesta & probata per defunctum ratificare debet, nu. 61.
Hypotheca pro legatis, cur inducitur fuerit, nu. 98.
Hypothecaria actio an competat pro donatione causa mortis, nu. 91. & 96. cum 4. seq.

I

Imbecillitas maior requiritur ad impediendum testamentum & donationem causa mortis, quam contractus, nu. 70.
Impugnans iudicium testatoris perdit donationem causa mortis sibi in testamento factum, nu. 81.
Inducta in fauorem & ampliationem, non debent operari contrarium effectum, nu. 83.
Ingratitudo potest operari reuocationem donationis causa mortis, numero 120.
Insinuatio in donatione supra 500. aureos cur requiratur, nu. 34.

L

Legatum potest repudiari, etiam in præiudicium tertij, nu. 103. & 105.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Sciendum.

Legatum ante aditam hereditatem non desertur, & ideo nec acceptari, nec repudiari valide potest prius. num. 104.
Leges priores regulariter trahuntur ad posteriores. num. 140.
L. tam is. S. filius s. m. ff. de dona. causa mortis, declaratur. num. 21.
L. si. C. de dona. causa mortis, nouiter intelligitur. num. 35.
L. quæritur. ff. de statu homi. declaratur, vt procedat etiam in materia non fauorabili. num. 68.
L. asio nulla aut deceptio præsumitur in donatione causa mortis, quam viuens donator non reuocauit. num. 61.
Libertatis fauore multa contra communes regulas indulta sunt. num. 87.
Limitatio debet esse de terminis regula. num. 111.

M

Mater exclusa a successione, non excluditur a tutela, & qua sit ratio. numero 144.
Media via vt eligi possit, an sit necessarium, quod conueniat simpliciter. num. 15. cum seq.
Minor habens curatorem, an sine eo donet causa mortis numero 50. 56. & 62.
Minor prohibitus testari per statutum, an prohibeatur facere codicillos nu. 134 cum 19. seq.
Mixtum clauditur in dispositione de simplici, de quo magis participat nu. 48. & quando est eadem ratio nu. 59.
Mulier prohibita contrahere per statutum sine consensu consanguineorum, an prohibeatur donare causa mortis nu. 27. cum 23. seq.
Mulier prohibita contrahere, non prohibetur testari nu. 51.
Mulier prohibita contrahere vt supra non potest donare inter viuos nu. 59.
Mutus literas nesciens non potest testari nu. 129.
Mutus iste an relinquere possit fideicommissum. ibid. cum 4. seq.

N

Non valens testari non potest facere codicillos nu. 7. & quomodo intelligatur num. 149.
Numerus testium diminutus in testamento per se, non arguit eandem diminutionem in codicillis num. 154.
Nemo est melior amicus patre nu. 75.

O

Obligatio reuocabilis facilius valere debet, quam irrevocabilis numero 41.
Obligatio reuocabilis apud defunctum transit irrevocabiliter in heredes numero 95.

P

Pater est filio amicus melior alio quolibet num. 75.
Pater mortuo filiosa. omnia occupat iure peculij num. 78.
Peculij administratio libere concessa, non importat facultatem donandi numero 19.
Perpetuum in homine dicitur ad vitam eius num. 131.
Potentia testandi ex qua arguitur potentia fideicommittendi, intelligitur de iure, non de facto num. 4. & 133.
Præiudicia etiam ex maiore rationis non extenduntur num. 100.
Prohibito maiori non censetur prohibitum, quod est minus num. 2. & quomodo hoc procedat num. 9. 18. & 147.
Pupillaris substitutio dicitur pupillo fauorabilis num. 126.

Q

Qui non potest testari, non potest facere codicillos, aut fideicommittere num. 7. & quomodo intelligatur num. 149.
Quantitas in vno diminuta, vel aucta, an & quando importet in altero similiter augmentum, vel diminutionem nu. 155.

R

Ratio cuiusque dispositionis semper attendi debet ampliativæ & restrictivæ num. 67.
Ratio dicitur anima legis. ibidem.
Regula non facit ius, & quomodo intelligatur nu. 8. & 141.
Regula, cui licet quod est plus & c. declaratur nu. 57.
Regula, qui potest testari, potest fideicommittere, quomodo intelligatur num. 127.
Rei vindicatio datur pro donatione causa mortis, sicut pro legatis numero 107.
Relatio fit solum ad expressam num. 79.
Reuocans donationem causa mortis non dicitur ei contravenire numero 40.
Reuocabilitas obligationis vel alterius actus debet facere, vt facilius valeat nu. 42.
Reuocatio donationis causa mortis requirit aditionem, & quomodo procedat nu. 8. s. cum quatuor sequen.
Reuocatio donationis causa mortis etiam tacite fieri potest nume. 122.

S

Statutum, quod mulier non possit contrahere sine consensu consanguineorum, an prohibeat donare causa mortis numero 47. cum viginti quinque sequen.
Statutum prædictum prohibet donare inter viuos nu. 59.
Statutum, quod mulier sine consensu viri non contrahat in præiudicium dotis, procedit etiam in donatione causa mortis numero 71. cum quinque sequentibus.
Statutum quod non contrahat, sine certa solemnitate, non habet locum, si

vendat ex necessitate, pretio aliis ordinato num. 67.

Statutum, quod minor viginti quinque annis non possit testari, an prohibeat facere codicillos nu. 134. cum decem & nouem sequen.

Statutum prædictum dicitur factum fauore venientium ab intestato illi minime nu. 150.

Statutum in verbis suis debet interpretari secundum ius commune numero 152.

Statutum quod in testamento sufficiant quinque testes, non operatur quod in codicillis sufficiant tres num. 154.

Statutum quod in testamento sufficiant tres testes, licet non per se, operatur, quod totidem sufficiant in codicillis. Et idem in donatione causa mortis nu. 156. & seq.

T

Testari valens, potest fideicommissum relinquere nu. 5.

Item & donare causa mortis nu. 13. 50. & 51.

Testari plus est, quam facere codicillos, & quare nu. 146.

Testes quinque quandoque in actibus viuientium requiruntur, licet regulariter duo sufficiant nu. 31.

Testes in aliquo actu diminuti in numero, non dicuntur alterati in qualitate nu. 142.

Tutela regulariter solet a successione nu. 143. & seq.

Tutela matris dicitur anormalis. 144.

V

Verba debent intelligi in potiori significatu nu. 101. & 147.

Verba in dispositione exorbitanti capi debent in specie, & non in genere numero 148.

Visi de contraria intentione proferentis appareat nu. 153.

Verba deseruiunt intentioni, etiam si aliud sonare viderentur numero 157.

Verba statuti recipiunt interpretationem a iure communi numero. 152.

Vna determinatio plura respiciens, debet ea æqualiter determinare numero 43.

Vsurarius manifestus an prohibeatur donare causa mortis, sicut prohibetur testari num. 22. cum quinque sequen.

SCIENDUM. Præmitte, fideicommissa etiam ab intestato relinqui posse. S. præterea, Insti. de fideicommiss. heredita. & super eis cadit dubitatio, quæ in text. isto fieri potest.

¶ Cum enim hic queratur, qui possunt fideicommissum relinquere, videbatur forte pro ratione dubitandi dicendum, quod omnes, qui de rebus suis habent potestatem disponendi, non habito aliquo respectu, an habeant ius testandi, vel ne, cum in fideicommissis non requiratur testamentum, sed ab intestato relinqui possint, vt d. S. præterea. Et maxime, quia licet quis prohibeatur testari, non tamen videtur ex eo argui, quod prohibeatur codicillari, & sic fideicommissum ab intestato relinquere, cum hoc sit longe minus, quam testari: & alias prohibito maiori non censetur ex eo prohibitum, quod est minus, l. relegatorum. S. si. infra. de interdi. & releg. cum similibus.

¶ Contrarium tamen in lege ista determinatur, videlicet eos demum fideicommissum relinquere posse, qui testandi ius habent, vt in text. dicitur, licet enim ab intestato fieri possint de facto, id est si testamentum non fiat, tamen requiritur quod de iure testari possit, qui vult fideicommissum relinquere. Ad regulam d. l. relegatorum. S. si. respondebitur infra in 3. not. vbi de ratione legis nostræ apparebit.

Nota primo secundum Bart. hic in primis verbis in l. ista probari, legata & fideicommissa æquiparari in personis relinquendum: nam qui potest legare, potest fideicommissum relinquere. Insti. reprobatur hoc not. quia cum uultum verbum fiat de legato, illud dictum in hoc text. non potest probari, fateatur tamen ipse legem istam debere intelligi generaliter etiam in legatis.

Potest forte dici tuendo Bar. quod cum iam legata sint æquata fideicommissis, & ita per contrarium, vt fuit dictum supra l. proxima, quicquid hic dicitur in fideicommissis ratione æquiparationis, procedat etiam in legatis. Non tamen satisfacit, quia tunc id esset propter æquiparationem, non autem probaretur in l. ista per se simpliciter considerata, videntur importare verba Bar. Vnde de secundo dici potest quod cum hic circa personas æquiparentur fideicommissa testamenti, satis videntur æquiparata legatis, que tantum in testamento relinquiebantur d. S. præterea. Fateor tamen quod mens huius non fuit hæc, nec ad hoc tendit l. ista, sed ad aliud, videlicet ad æquiparationem fideicommissorum. S. ab intestato relinquendorum, & testamentorum respectu potentia faciendi: & sic vult, prout verba sonant, quod ille possit relinquere fideicommissum, qui ius testandi habet. ¶ Et intelligo ab intestato, quoniam in testamento nulla fuisset dubitatio, clarissimum namque est, in testamento non posse fideicommissum relinqui nisi ab his qui testandi ius habent, immo & qui re ipsa testantur, vt de se patet.

¶ Secundo not. ibi ius habet secundum Bar. quod potentia ista testandi, a qua arguitur potentia fideicommittendi, consideratur respectu iuris, & sic respectu qualitatis personæ an. s. talis sit, qui

qui de iure habeat testamenti factiones actiue, non autem referatur ad potentiam testandi de facto, prout hoc aperte declarat tex. in l. conficiuntur, §. 1. §. tit. prox. vnde si potest quis de iure testari quamuis de facto non possit, puta propter defectum testium relictorum in testamento, poterit tamen fideicommissum relinquere, vt ibi dicitur. Qui autem sint qui testamenti factionem habeant, actiue loquor, & qui non, no. gl. in l. si queramus, & ibi tradunt Doct. §. de test. & gl. hic allegat.

5. † Tertio no. secundum Ias. ex l. ista colligi duas regulas. Vna est affirmatiua, quæ hic exprimitur, videlicet qd qui potest testari potest fideicommissum relinquere etiam ab intestato, † & sic qd potest testari, potest codicillari, ratio huius regulæ est aperta, quæ cui conceditur, quod est plus, vt est testamentum, multo fortius conceditur quod est minus, vt est fideicommissum. I. non debet cui quod plus est, §. de reg. iur. & c. cui licet eo. ti. li. 6. ad quod est bonus tex. in §. fi. Inst. qd & ex quib. cau. ma. non poss. ibi, quod non erat ferendum & c. cum concordantibus alleg. per Ias.

7. † Secunda regula est negatiua, videlicet quod qui non potest testari, non potest etiam fideicommissum relinquere, & sic qui non potest testari, non potest codicillari. Et ista regula hic tacite ponitur ex vi verborum, si enim is demum fideicommissum, qui testandi ius habet, sequitur quod qui non potest testari, non possit fideicommissum relinquere, seu codicillos facere, vt l. diuus, §. penult. §. tit. 1.

Et ex ista regula correlariæ, & sic ex isto tex. videtur colligi qd cui denegatur, quod est plus, denegatur etiam quod est minus, quod videtur contra dictam l. relocatorum, §. fi. §. de interd. & releg. & dicebam §. in ratione dubitandi. facit l. magistratibus, §. de iurisd. omn. iud. & l. cui pacto, iuncta gl. §. de ser. expo. pulchra certe est difficultas, resolutio erit pulchrior. Cuman. in prin. refert solutionem Rayn. & cum sibi non placeat in 2. col. alio modo respon. fatendo in effectu contrarium, nisi quando per leges aliud reperiretur, dicit enim quod ex sola prohibitione testamenti nõ dicitur prohibitum fideicommissum, per regulam allegatam in contrarium. Nec ista l. obst. quia hic nihil deciditur, sed ex alijs legibus ponitur regula, de cuius natura non est vt ius faciat l. 1. §. de reg. iur. erant † ergo secundum Cuman. alia iura in quibus expresse prohibebatur facultas fideicommittendi illis, qui ius testandi non habebant, non autem istud oriebatur ex sola prohibitione testandi, ex quibus iuribus clare & explicitè loquentibus collecta fuit ista regula. Ista solutio non videtur tuta, quia primo non probatur, qd l. ista sic ex alijs iuribus pro regula fuerit collecta, maxime quia non ponitur in tit. de reg. iur.

8. † Præterea ex regula non sumitur ius originaliter, quoniã præsupponuntur alia iura ex quibus collecta est, sed si alia iura non extarent, crederem ex regula ius esse sumendum, super quo tamen cogita.

9. † Præterea & tertio dici potest, quia regula sumitur in terminis iurium ex quibus sumitur, vnde cum l. ista si eam regulam volumus appellare, arguat de iure testandi ad potentiam fideicommittendi, credendum est, quod ita loquerentur iura, ex quibus sumpta fuit. Ias. resolutur alio modo difficultatem, & quod ipse dicit, est solutio Ray. relata per Cuman. licet de eis nõ faciat.

Tu tamen clarius quam loquantur ipsi, ex coruz tamen intentione, sic dicas aliquando maius & minus nullo modo te inuicè respiciunt, sed sunt diuersa & separata, & vnum sub alio, aliquo modo non comprehenditur, & tunc procedit regula alleg. contra istum text. ex prohibitione enim maioris non dicitur prohibitum minus omnino diuersum aliquando vero ita se habent vt minus sub maiori contineatur, veluti species sub genere, & tunc per introductionem maioris, etiam minus dicitur interdictum & ita procedit l. ista in hac secunda regula. nam sub nomine testamenti comprehenduntur largo modo codicilli, & sic fideicommissum, licet ab intestato fiat, iuxta gl. in l. 2. in ver. ex omnibus, quam ibi multum no. Bal. C. communia de leg. & fuit dictu, supra in rubrica.

10. † Et tunc ratio huius secundæ regulæ, & sic ratio l. nostræ est, quia regulariter quod a quo remouetur genus, remouetur etiam quælibet eius species, l. si quid earum §. interemptum, & ibi Doct. tradunt §. tit. 2. cum sim. allegatis per Ias. ad quod soleo allegare optimum tex. in §. vulgo quæsitus, Inst. de success. cog.

Hoc tamen semper intelligas, quando est eadem ratio in qua libet specie, secus si non sit eadem ratio, vt ex §. dicendis apparebit, quod forte melius dici potest, vt §. regula illa procedat, quando de illo maiori disponitur, velut de genere speciei de qua agitur, & sic illius minoris, secus si in dispositione illud maius non ita consideretur exemplum sit in magistratibus municipalibus, quibus prohibetur imperium, & tamen non modica coherctio, vt d. l. magistratibus, licet alias illa considerari possit vt species imperij, nam tunc imperium & sic illud maius non prohibetur tãquam genus continens modicam coherctioem, sed aliter acceptum, scilicet pro imperio mero.

Capio gl. quæ habet quinque partes vt per Ias. & de se notu est.

Prima, secunda, & quarta pars nihil habent difficultatis, videt gl. & in dd. partibus nihil est addendum.

In tertia parte gl. ibi, sed op. de donatione causa mort. Bar. pro eius expeditione format primam op. vide eum, & ex eius dictis concludit, qd donatio causa mort. licet dicatur vltima voluntas per iura Bar. & vltra eum probatur in l. 1. circa medium C. de imponen. lucr. desc. li. 10. tamen sapit etiam nam p̄ctuum, cum fiat in ter presentes per traditionem vel promissionem l. inter mort. ff. de dona. causa mort. & sic † dicitur hęc nam mixtam inter p̄ctus & vltimas voluntates, & hinc oritur † qd licet alias filiusfa. non possit condere testamentum, tamen potest donare causa mortis patre permittente, media quadam via electa inter p̄ctus & vltimas voluntates, nam cum libere possit filiusfa. contrahere & obligari. l. tam ex contractibus, supra de iudi. & l. filiusfa. 2. de act. & oblig. testamentum vero nullo modo condat etiam patris consensu. l. qui in potestate, in prin. §. de test. cum sim. in donatione cã mortis (quæ nec in totum contractus, nec in totum vltima voluntas dicitur, sed mixtam habet naturam) media via obseruatur, vt sciam faciat patre permittente, vt l. tam is §. 1. §. de donatione cã mortis, ita declarat hic D. meus Soc. & hoc est quod voluit Bart. dum dixit, qd non est actus, qui in plura voluntate consistat, requirit enim partis consensum, & ita in eo participat de contractu, & ita se habet communis opin.

In ista mã an. §. quando & quo respectu donatio causa mortis æquiparetur p̄ctui vel vltimæ voluntati, Doct. hic plurimum instant, & quia est pulchra, & utilis, & etiam quia ex eius cognitio ne plures viles q. veniunt decidendæ, ego plenius instabo. Et vt distincte procedam, diuido istam quæstionem in quinque capita.

Primum erit circa potentiam conficiendi. Secundum circa ordinationem, seu modum, & formam dissonendi.

Tertium circa actus gesti confirmationem. Quartum circa effectum eius, & ius inde resultans. Quintum circa eius reuocationem. † Circa primum concludenter loquendo communis opinio est, qd pro regula magis accedat vltimæ voluntati. nam lex dicit, non posse aliquem donare causa mortis, si testari non potest vt d. l. 1. post princip. supra de tutel. & ration. disfr. & etiaz per contrarium quod si testari potest, potest causa mortis donare. l. Marcellus, in princ. de donatione causa mortis l. filiusfa. fin. in fin. infra de donatio. & l. cum hic status. §. si miles, §. de donat. in ter virum & vxorem.

14. † Fallit ista regula in filiofam. pagano, vt d. l. tam is §. 1. Et ratio est, quia propter mixturam, quam habet donatio causa mortis, in eo fuit electa media via, secundum quod supra dictum est.

15. † Quæ ratio uidetur dubia, quia tunc solet ratione mixturæ dici electa media via, quando uia sic electa conuenit simplicibus, ex quibus mixtura oritur, ut etiam Nouissimi hic dicunt verum qd consensus patris interueniat, non conuenit neque contractibus, ne que vltimæ voluntati, cum utrinque sui natura libere fieri possit a voluntate alterius non dependens. Raph. Cuman. in d. l. tam is §. 1. dixit quod regula procedebat simpliciter, & qd fallentia in filiof. de qua nunc dixi, non est uera, concludens, qd sicut non potest testari filiusfa. ita etiam non potest donare causa mortis. Ad d. §. 1. respon. qd ibi in effectu non donat filius, sed dicitur donatio fieri a patre, iuxta l. in edibus §. pen. §. de dona. tex. enim in d. §. 1. loquitur de bonis profectitijs, vel alias de rebus paternis. Nã de castrensibus vel quasi loqui non potest, quia in eis filiusfa. libere donaret l. filiusfa. §. fi. infra de donatio. nec etiam de aduentitijs, ita ut ei sit quæsitum dominium, quoniam hoc fuit inductum nouiter in l. 1. & 2. C. de bon. mater. & in l. cum oportet C. de bon. quæ lib. & idem uoluit Cuman. etiam hic cum circa hoc se remittat ad dicta per te in d. §. 1. cuius opin. pro certo est nullum peregrina, & in puncto iuris de facili disputando sustineretur.

Verumtamen pro nunc super ea subsisto, & non uidetur recedendum a communi opin. quoniam ista sita responsio ad d. §. 1. videtur satis extranea, cum ibi tex. dicat, qd filius donare potest, & sic uidetur loqui de donatione, quam ipse filius cum effectu dicitur facere, & non pater.

Nec obst. argumentatio Cuman. quia responderi potest qd et ante l. nouas filiusfa. pnterat aliquid habere præter castrensia vel quasi, ut per Roma. & Mod. in l. placet, §. de acq. her. & dixit Dñs. meus Soc. in d. l. 1. §. fuit quæsitus, col. pen. §. ad Treb. Vel etiã & melius potest dici, qd loquatur etiam in aduentitijs, & respectu p̄ prietatis eorum, intelligendo illum tex. ex intentione noui iuris, ut dixit §. prox. de illo tex. & alijs multis ll. forum.

Vnde uidetur qd fallentia prædicta de iure procedat propter mixturam, ut supra fuit dictum. † Et dum in contrarium dicebatur, quod illa media via nulli ex simplicibus conueniebat, potest responderi, qd ex eo non est necessario concludendum, quod media illa uia non potuerit eligi ratione dist. mixturæ placuit. n. sic legislatori talem mediam uiam eligere ex suo sensu, etiam qd aliquid ex simplicibus non conueniret, & hoc per considerationem de qua per dominum meum Socinum & §. dictum fuit.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Sciendum.

Nec obstat. I. spadonem. §. qui plures de excus. tuto. & l. i. C. qui num. tutel. quæ iura nouissimi allegant in reprobatione prædictæ rationis. Quoniã dici potest in eis iuribus illud esse, quia plura imperfecta & diuersa non faciunt unum perfectum, ut ibi traditur per doct. sed hoc non impedit, quin legislator sua auctoritate videns aliquo casu aliquam difficultatem propter cõsuetudinem hinc inde, vel per mixturam, possit per se inuenire mediam viam, sicut in simili facit in §. cum ex aliena materia, Insti. de rerum diuisio. & in §. si. Inst. qui & ex quib. cau. ma. non poss. cum similibus, cogita super istis. Et quicquid sit respectu filij. videtur quod alias per regulam dici possit, donationem causam mortis, quo ad potentiam conficiendi, æquiparari vltimæ voluntati per supra dicta.

Sed aduerte, quia vbi quod immo eo respectu æquiparetur fratribus, & sic donationi inter viuos, nã ex prohibitione donationis inter viuos arguitur ad prohibitionem donationis causam mortis, vt l. filiusfam. §. pari ratione, in princ. j. de donatio. Et ita etiam potest argui affirmatiue, nam filiusfam. patre permittente donat inter viuos. d. l. filiusfam. §. i. & ita etiam causam mortis, vt d. l. tam eis. §. i.

Nec ita tenendo obstat iura contraria. Nam primo ad l. i. post prin. de tutel. & rat. distr. quæ magis vrger. dici potest & responderi, quod loquitur in pupillis, quibus & testari & donare causam mortis prohibetur ex defectu intellectus, & sic illud operatur identitas rationis, quæ semper attendi debet. Et sic dum text. ibi dicit, nam sicuti testamenti factio & c. debet intelligi, id est qua ratione, & sic ex defectu intellectus, prout etiam est rei veritas, nõ autem vult text. quod extra illum casum valeat, arg. de prohibita factioe testamenti ad prohibitam donationem causam mortis, alioquin hoc esset contra d. l. tam eis. §. i.

Secundo ad alia iura tria respondetur, quod loquitur seu arguitur permissiue & affirmatiue, nam si licet testari, licet et donare causam mortis, & hoc per regulam, cui licet quod plus est, de reg. iur. lib. 6. cum si. supra alleg. nemini enim dubium est, donare causam mortis minus esse, quam testari, sed ex dictis iuribus non est arguendum a contrario, ergo qui non potest testari, non potest donare causam mortis, quoniam ex tali arg. resultaret absurdum videre licet quod ex denegatione maioris esset denegatum minus, contra l. relocatorum. §. fin. infra de interd. & releg. cum similibus supra allegat. & in specie tale argumen. esset contra d. l. tam eis. §. i. Igitur non est sumendum, iuxta tradita per Bal. in l. conuenticulaz. C. de epis. & cler. & per doct. maxime Mod. in l. i. §. huius rei, §. de offic. eius cui manda. est iuris.

Et ex ista responsione, & sic ex regula d. l. relocatorum. §. si. sit fortis ratio pro ista parte contra communem regulam §. positaz. Nec obstat resolutio posita supra in tertio notabili, si dicatur quod donatio causam mortis cominetur sub prohibito testamento, vt 17 l. ut species vltimæ voluntatis. Quoniam respondetur quod non continetur secundum quod prohibetur, prohibetur enim vltima voluntas mera & simplex, cum donatio causam mortis non sit talis, sed mixturam habeat, vt supra dictum fuit. Et istud est in quo præcipue ista opin. contra communem regulam videtur bene fundari, nam iura supra pro ea allegata, facile euitari possunt, siquidem ille §. pari ratione, sicut etiam tota illa l. loquitur de bonis 19 peculiaribus, quæ pleno iure erant patris. Nam licet pater dederit liberam peculij administrationem, non tamẽ dicitur dedisse facultatem donandi inter viuos, & pari ratione nec etiã causam mortis, vt ibi dicitur. non autem loquitur de bonis, quæ ad filiumfam. pertinerent. Nec etiam multum facit dum dicebatur etiam affirmatiue argui de donatione inter viuos ad donationem causam mortis.

Primo, quia illud arg. in iure non ita reperitur, & d. l. filiusfam. §. si. videtur probare contrarium, dum vult quod permissio donandi inter viuos non operetur potentiam donandi causam mortis.

Secundo et si in quo casu valeret tale arg. posset dici quod procederet per regulam d. c. cui licet, quod plus est & c. nã plus vbi donatio inter viuos cũ illa sit irreuocabilis. §. alia, Insti. de donatio. quam donatio causam mortis, quæ reuocari potest. verum ex regula d. l. relocatorum. §. si. videtur, quod ista opin. bene fundetur, vt dixi.

Et eam tenendo vbi quod firmari possit quædam pulchra conclusio, videlicet quod filiusfam. si quid habeat, quod proprie & libere ad eum pertinet, ita quod patri non sit quæsitus vsusfructus, iuxta auth. excipitur. C. de bon. quæ libe. & in casibus similibus, poterit de dictis bonis sine patris permissione donare causam mortis, sicut etiam possit inter viuos, quod de directo est opin. C. de qua. §. i.

Et ista conclusio in disputatione pulchra esset, quam in effectu etiam nouissimi hic videntur firmare allegantes pro ead. si. §. filij autem. C. de bon. quæ libe. ibi, in his dumtaxat casibus. & c. infert enim text. necessario quod in bonis in quibus patri vsusfructus non quæritur, filiusfam. potest libere alienare, ergo etiam per viam donationis tam causam mortis, quam inter viuos cum vtroque modo fiat alienatio.

21 Nam nec obstat d. l. tam eis. §. i. Quia quod ibi dicitur de patris permissione, potest intelligi propter patris præiudicium, quod ei nasci non debet eo non consentiente, non autem quod talis permis-

sio requiratur ad integrandam personam filij, vel pro solemnitate actus, vt voluit Alex. post multos ab eo relatos in l. i. §. fuit que situm, infra ad Trebel. & longe prosequuntur & defendunt hic nouiss. vide per eos.

Et super prædictis cogita, quia nihil firmo, sed sub dubio intelligi gas me loquitur, vt. f. ansa detur alijs inueniendi veritatem.

Tenendo tamen communem regulam supra in princ. positaz, videlicet quod respectu potentie conficiendi, donatio causam mortis 22 comparetur vltimæ voluntati. Ex ea infertur quod vsurarius manifestus sicut testari prohibetur, non præstita cautione, iuxta causam quam in si. de vsur. lib. 6. sic etiam prohibetur donare causam mortis. Et ita videtur velle glo. fin. in d. c. quamquam, ibi & idem de qualibet vltima voluntate, & clare ibi ita determinant Doct. ita vt apud Canonistas dicatur communis opin. vt dicunt Imo. & Roma. in d. l. tam eis, in prin. quod etiam voluit Lapsus in allega. 125. In Dei nomine amen. Factum super quo. & sequitur Bal. in consil. 20. quidam Petrus & c. in fi. 3. volu. Et idem etiam voluit Do. Benedic. de Perusi. in rub. de testa. lib. 6. qui inter cetera mouetur. quia d. c. quamquam loquitur, vniuersaliter de vlt. voluntate vt patet in prin. illius text. ergo etiam in donatione causam mortis, cum & illa sit vltima voluntas, vt per Bart. hic & supra fuit dictum. Ita cit etiam quia d. c. fundatur fauore animarum, ideo debet late interpretari, iuxta not. per Doct. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi.

Contrarium tamen quod immo talis vsurarius possit libere donare causam mortis, firmavit Bald. de more suo sibi contrarius in l. executorum. C. de excu. rei iudi. dicens sic fuisse consultum per multos Doct. collegij Mediolanensis, idem vult Ange. in sua disputa. Astensis miles, in 4. q. dicens quod ita est communis opin. legistarum contra canonistas, quod etiam firmant Imo. & Roma. in d. l. tam eis.

Et pro ista parte in effectu sit fundamentum bonum, quia donatio causam mortis fit inter presentes traditione, vel promissione l. inter mortis. l. mortis, causam donatio sic, & l. Senatus. §. fin. iuxta de donatione causam mortis cum similibus. Ita vt propter hoc a natura testamenti videatur aliena, & similis contractui videatur. vnde cum in d. cap. quamquam, rigorose & penaliter contra regulam iuris communis prohibetur testamentum, non videtur, quod possit argui ad donationem causam mortis. Nisi tuendo Canonistas dixeris, quod arg. procedit, respectu ordinationis & modi dictæ donationis causam mortis, sed questio nostra videt respicere potentiam conficiendi, quo respectu donatio causam mortis dicitur æquiparari vltimæ voluntati secundum communem regulam, vt supra est dictum, cum ergo iste vsurarius manifestus prohibetur testari, debet dici prohibitus etiam donare causam mortis. Verum tamen tenendo opin. Legistarum contra Canonistas posset repli cari, & sic responderi ad prædictam communem regulam duobus modis.

Primo quod argumentum quod ex ea sumitur, procedere posset quod quis nullo modo posset testari prout loquitur d. l. i. §. de tutel. & rat. distr. quod non est in vsurario manifesto, qui non omnino prohibetur testari, vt d. cap. quamquam. Vel secundo responderetur, quod arg. ex illa regula non videtur bonum, nam videmus quod filiusfam. prohibetur testari & quidem simpliciter, & tamen donat causam mortis, vnde sicut eo casu arg. non procedit, ita non procedat in vsurario; quod data enim instantia argui, perit, gloss. est in casu sicut vgeri. 1. q. 1. cum similibus, pro quo soleo allegare meliorem text. de iure in §. pauonum, Insti. de rer. diui.

Non obstat etiam d. c. quamquam, quoniam respondetur, quod ille text. loquitur tantum de testamentis, & illa annullat, vt ibi in fin. dicitur: vnde de eis ad donationem causam mortis nõ debet argui in decisione ita exorbitanti. Et licet ille text. in princ. loquat simpliciter de vltima voluntate, prout considerabat dominus Benedictus de Perusi. tamen dici potest, quod quando postea in fin. annullat, se restringit ad testamenta. Vel secundo dici potest quod loquitur de vltima voluntate simplici & mera, vt sic non comprehendat donationem causam mortis, quæ non potest dici 24 mera, quod & simplex vltima voluntas: sed dicitur dispositio mixturam habens contractus, & vltimæ voluntatis, vt est dictum. Potest etiam & tertio dici quod principium illius cap. non facit ad propositum, quia loquitur quando in vltima voluntate quis de viuis restituendis mandauit, dicens, quod non propterea est hu mandus in ecclesia, nisi realiter vsura fuerint restituta, & ibi ponitur modus restitutionis, & per quos fiat, & sic ibi ponitur decisio separata ab ea, quæ postea sequitur annullando testamentum, quæ cum de testamentis loquatur, vt dixi, non debet trahi ad donationem causam mortis.

Vel secundo principaliter responderi potest ad d. cap. quamquam, quod loquitur quo ad modum & formam conficiendi testamentum, disponitur enim quod quod vsurarius in testamento hoc 25 stauerit, vt cautionem præstet de qua ibi. vnde non debet argui ad donationem causam mortis, quæ quo ad modum & formam potius equatur contractibus, vt infra dicam in secundo capite, ita in effectu voluit hic dominus meus Soc.

Et

Et magis hoc declarando dicas, quod ibi vſurarius manifeſtus non prohibetur omnino teſtari, ſed tantum ſine certa ſolemnitate, ex quo oſtenditur, q̄ ibi non ſumus ſimpliciter reſpectu potētiæ teſtandi, ſed ſolum reſpectu modi & formæ in teſtō ſeruandæ. hoc eſt dicere, niſi hoc modo fiat non valebit ſicut dicimus in teſtamento cæci, vt. l. niſi fiat certo modo iuxta l. hac conſultiſſima. C. qui teſtamen. facere poſſunt, non valeat, & communiter in teſtamento in ſcriptis, niſi certo modo fiat, non valeat, iuxta l. iubemus. C. de teſtamen. quod ergo ſtatuitur in vltima voluntate reſpectu modi & formæ eam faciendi, non debet trahi ad donationem cauſa mortis, quæ eo reſpectu æquatur contractui ſecundum communem opin. vt infra dicitur.

Nec obſtat, q̄ decifio dicti cap. quamquã, ſit inducta fauore animarum, quia ex eo non debet fieri extenſio vltra verba diſpoſitionis, maxime cum rationes vrgent in contrarium, vt ex prædictis patet. Ex quibus videtur quod iſta opinio in puncto iuris ſi ſtineri poſſit, prout eſt de intentione domini mei Soci. Quæ opinio ſine dubio procederet, ſi teneres contra regulam communem iuxta ſuperius dicta.

In practica tamen ſecundum Soc. meum opinio Canonici, eſt tenenda. Quæ ex eo potiffime comprobatur ex mente glo. in d. c. quamquã, quia ſi poſſet donare cauſa mortis, decifio illius cap. redderetur eluſoria. ille enim vſurarius quod non poſſet per teſtamentum facere, faceret per donationem cauſa mortis, quod eſt contra cap. cum quid vna via, de regulis iur. lib. 6.

Et adeo ſimilis eluſio fugienda eſt, vt ne ſequatur, fieri debet lata interpretatio, etiam in pœnalibus, capitulo ſi ciuitas, & cap. ſi ſententia, de ſenten. excomm. lib. 6. & per hanc rationem nouiſſimi hic ſequuntur iſtam opinionem.

26 Dubius ¶ certe eſt articulus: & ad vtranque partem diſputabilis, tu tene quodlibet, & vbi tanquã Legiſta velis tenere cõtra Canonicaſ, ad iſtud vltimum poteris reſpondere ſecundũ Imol. in dict. l. tam is, quod non dicitur reddi lex eluſoria neque illi ſit aliqua fraus, quia cum lex ex pluribus vijs & modis ad diſponendum vnã vnã prohibuit, videtur aliam permiſiſſe, iuxta l. cũ prætor, in princ. ſupra de iud. cum ſimi. prout in ſimili propoſito noſtro videmus in filiofam. qui omnino teſtari prohibetur, & tamẽ aliquo modo donat cauſa mor. vt d. l. tam is. §. 1.

Vel ſecundo dici poteſt ex mente eiufdem, licet non ita clare loquatur, q̄ realiter nulla requiritur eluſio, neque vna via prohibita alia exercetur.

Nam Papa ibi tantum voluit prohibere ſucceſſorem vniuerſalem ex vltima voluntate maxime ex teſtamento, ne ſcilicet vſurarius tali commodò & honore fruatur, nec in hoc poſſit ſibi ipſi ſatisfacere, quod in iure plurimi ſit. l. vel negare, §. quemadmodum teſt. aperi. & l. filium. §. ſed ſi portio. infra de lega. præſtan. de bonis autem talis vſurarij Papa nihil diſpoſuit, neque curauit qd ſequatur, neque etiam fauore alicuius ſit prohibitio illa, ſed tantum in pœnam vſurarij. illud autem quod Papa prohibere voluit non inducitur ex donatione cauſa mortis, igitur non debet dici prohibita, quemadmodum etiam nõ dicitur prohibita donatio inter viuos, vt omnes faterentur, cogitabis ſuper iſtis, & vt dixi, tene quodlibet.

Et ſi velis hanc opin. Legiſtarum tenere, eã limitabis, vt nõ procedat, ſi talis donatio fieret in teſtō, nam cum teſtũ tunc cautio ne illa non præſtita non valeret, nec illa donatio valere põt. arg. l. 1. §. 1. ſi. j. de lega. 3. & ſic ſecundum hoc dicendum eſt, q̄ ſi talis donatio fiat in teſtō, quæſtio non habet dubium, cum naturam 27 teſtamenti ſequi debeat, loquor quo ad potētiã faciendi, ¶ ſolũ ergo dubitatio eſt, quando fieret extra teſtamentum, in qua dubitatione dic vt ex prædictis conſtat.

28 ¶ Circa ſecundum caput. ſ. reſpectu ordinationis & modi eiufdem donationis cauſa mortis, Bal. hic Alex. & quaſi omnes tam hic, quã alibi cludunt q̄ æquiparatur contractui, & in his terminis procedat glo. in l. 2. ſupra de dote prælegat.

29 ¶ Ratio eſt ſecundum omnes, quia ſit præſenti, & factum donatarij requirit rem ipſam, vel promiſſionem recipientis, ſit eniz traditione vel ſtipulatione. l. inter mortis. l. mortis cauſa donatio ſic l. Senatus. §. ſin. l. ſi mortis. §. ſina. cum l. ſequet. cum ſi. infra de donat. cau. mor. quod contractui magis conuenit, qui requirit duorum plurimũve conſenſum. l. 1. §. de pact. quam vltimæ voluntati. legata enim & fideicommiſſa abſentibus fieri poſſunt. l. cum pater. §. ſurdo, cum ſi. de lega. 2. & ex ſola voluntate diſponentis pendent. l. inter veſtem, iuncta gloſſ. infra de aur. & argen. lega. & idem de inſtitutione hæredis. l. extraneum etiam penitus ignotũ C. de hæredibus inſtituend.

30 ¶ Sed contra iſtam conſuſionem plura faciunt, primo, quia in donatione cauſa mortis requiruntur quinque teſtes. l. ſi. C. de dona. cauſa mort. ergo videtur quod æquetur vltimæ voluntati, in qua pro regula, excepto teſtamento, quinque teſtes requirunt. l. ſin. in fin. C. de codi. cum in contractibus ſufficiat duo. l. vbi numerus, ſupra de teſti. ita arguebat Rom. in l. 2. in princ. infra de 31 verb. oblig. ¶ ſed reſpon. ſecundum vtranque Imol. quod argu-

mentum non procedit, quia etiam inter viuos aliquando quinque teſtes requiruntur, vt in auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. petat. & in l. teſtium. C. de teſtibus. vnde non valet cõſequentia, requiruntur in donatione cauſa mortis quinque teſtes, ergo eſt vltima voluntas. ſed bene videtur valere ex aduerſo iſta conſequentia, donatio cauſa mortis ſit præſenti, traditione vel promiſſione, ergo in modo faciendi non eſt vltima voluntas, cum in ea nullibi hoc requiratur.

Nec obſt. q̄ non ſoleat inſpici, quod extra regulam ſit, ſed ſolum regula eſt conſideranda vt ex ea arguatur, propter q̄ nouiſſimi reprobant iſtam ſolutionem, qm̄ reſpondetur, q̄ in hac rñſione imo. non arguitur, q̄ donatio cauſa mor. ſapiat naturã contractus, quia quinque teſtes requiratur, cum aliqñ requirantur in contractibus. nam tunc bene procederet conſideratio, & reprobatio nouiſſimorum, quia ſcilicet ex caſibus extra regulam non debet argui. ſed dicitur q̄ ſapit naturam contractus, quia requirit præſentiam & ſit traditione vel promiſſione, quod proprium eſt contractuum, & alienum eſt ab vltima voluntate.

32 ¶ Et licet requirantur quinque teſtes, tñ dicitur quod per hoc non eſt inferendum q̄ non ſapiat naturam contractus, cum & alias quandoque in contractibus ſeu in actibus inter viuos interuenire debeant, & ſic datur inſtantia ad argumentum. ſolet eniz dici q̄ data inſtantia, perit argumentum, vt præallegato §. pauonem, Inſtitution. de rer. diui. & ſupra dixi.

33 ¶ Secundo contra conſuſionem prædictã vñ vrgere l. ſi. C. de dona. cauſa mor. nam ibi dicitur q̄ in ea non requiritur inſinuatio, quod proprie videtur reſpicere modum, & formam faciendi, ergo videtur q̄ non dicatur in hoc æquiparata donationi inter viuos, in qua talis inſinuatio requiritur. l. ſi quis argentum, & l. ſancimus. C. de donatio. Et propter hoc & alia quedam, quæ certe parum faciunt, nouiſſimi hic dicunt quod etiam quo ad ordinationem æquiparatur vltimæ voluntati.

Sed tuendo communem opinionem poteſt reſpõderi primo 34 ¶ q̄ donatio cauſa mortis reſpectu inſinuationis, non ſimpliciter differt a donatione inter viuos, ſed ſolum ſi §. 500. aureos fiat, quod quidem rariffime contingit. vnde poſſumus dicere ſimpliciter q̄ in modo & ordinatione conueniant, per prædicta, & que libet regulariter ſine inſinuatione facta valet ſed in donatione inter viuos hoc particulariter & bona ratione ſtatutum eſt, vt §. 500. ſine inſinuatione non valeat, ne ſcilicet quis vno impetu totum iactet patrimonium, & poſtea pœnitentia ductus, triſtẽ exitum ſentiat, ſicut in ſimili dñ in l. ſi. §. filijs autem. C. de bon. quæ lib. ſed donatio cauſa mortis ſimpliciter facta etiam in magna quantitate valet, & ſic poteſt dici q̄ hoc potius reſpiciat quodãmodo efficaciam, non vniuerſaliter modum faciendi. Et ratio differentia eſt, quia donatio cauſa mortis poteſt reuocari, & ita videtur ceſſare ratio requiſita inſinuationis in donatione inter viuos: ſuper quo tamen cogitabis.

Vel ſecundo rñderi põt, q̄ hoc, quod de inſinuatione dñ, eſt vnus caſus particularis, in quo fieri poſſũ, q̄ donatio cauſa mortis æquatur legato ſi fiat §. 500. aureos propter expreſſum caſum in d. l. ſin. veruntamen regulariter & in dubio dicere debemus, q̄ reſpectu ordinationis & modi in eundi æquiparatur magis donationi inter viuos, quã legato per prædicta.

Tertio contra conſuſionem facit d. l. ſi. in ſi. ibi, nec ex quacũque parte abſimilis ei intelligatur. videtur enim quod ille text. ſtare non poſſet, ſi reſpectu ordinationis eſſet abſimilis, cum ſit, quod vniuerſalis oratio negatiua, falſificata in parte, tota caſa re datur. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum, j. de reb. dub.

Sed reſponderi poteſt q̄ ille tex. loquitur reſpectu effectus, vt patet ex verbis præcedentibus, ibi, vt omnes effectus fortiaur &c. & not. ga ex illo tex. vñ cõprobari quod §. dixi in 1. ſol. 2. arg. videlicet quod conſideratio inſinuationis nõ requiſita vñ reſpicere efficaciam, nam de ea ibi loquitur. & dici omnes effectus fortiaur, quaſi dicamus eam valere ſine inſinuatione.

Et vltra etiã dico q̄ licet loquatur ille tex. reſpectu effectus tñ non debet ſic generaliter intelligi, vt in omnibus & p̄ omnia idẽ ſequant effectus de donatione cauſa mortis q̄ de legato, qm̄ in multis differunt, & reſpectu quorundã effectũ potius æquatur q̄ ſiſibus, quã legato, vt dicemus j. in 4. ca. Et propterea hoc aduertens Imperator Inſti. de dona. in princ. referens d. l. ſin. appoſuit verbum, fere, vt ibi gloſſ. conſiderat ponendo aliquas differētiã. & per illum tex. declaratur & gloſſantur omnia iura, in quibus dicitur eam donationem æquiparari legato, vt l. 2. §. de pub. li. l. 1. §. 1. j. ſi quid in frau. patro. l. illud. & l. Marcellus. in fin. infra de dona. cauſa mortis. & d. l. ſin. C. eod.

Nam licet iſta iura videantur generaliter loqui, tamen recipiunt illud temperamentum fere, & dicitur poſitum, tam quia etiam in effectibus non ſemper ſequitur legatorum naturam, quã etiam reſpectu ordinationis & alio quolibet, in quo non legato ſed donationi inter viuos æquiparetur.

Adde etiam q̄ d. l. ſin. poteſt aliter declarari, videlicet quod donatio cauſa mortis ex defectu inſinuationis non fiat inefficax. Mar. Soc. Iun. Prima Pars. S 3, cax,

D. Maria. Soc. Iun. in l. Sciendum.

cax, nec inutilis reddatur magis quam contingat in postremis liberalitatibus, ut sic dicamus, sicut legata & fideicommissa cuiusque quantitates absque aliqua insinuatione plenissimum fortium effectum, ita etiam sit de donatione causa mortis, ut si de fecus insinuationis nullum ei auferat effectum, quem hnt legata, nec faciat eam illis absumilem in aliqua parte, & hoc modo de clarando illum tex. stabit generaliter & indistincte prout verba sonant, quia verissimum est, quod ex defectu insinuationis non sit in aliquo absumilis postremis liberalitatibus. An autem in alijs & ex alijs rationibus differat, hoc est declarandum ex alijs iuribus & rationibus, & iste intellectus ad illum tex. videtur multum probabilis & ad mentem Imperatoris ibi, super quo tñ cogita.

Possent & alia quedam contra predictam conclusionem allegari, ut hic per nouissimos, sed quia parum faciunt, & ex predictis facile tolli possent, non curo referre, sed firmo hac communem conclusionem, quod pro regula donatio causa mortis respectu ordinationis & modi ineundi æquatur contractibus.

36 Et ex primo inferitur, quod sicut hodie donatio inter viuos pacto nudo fieri potest, ut si quis argentum. §. pen. C. de donat. ita etiam fieri possit donatio causa mortis, & ita tenent Bar. & Bal. post gl. in l. cum pater. §. Memo, j. tit. i. quod etiam voluit gl. in l. 2. C. de iure do. & sequuntur hic Alexand. & Aret. asserentes ita communiter teneri. Imo. tamen in l. cum ex causa, §. de re iudic. firmat contrarium, mouetur, quia d. §. penult. per quem illud inducitur nouiter in donatione inter viuos, non potest aliquo modo loqui seu adaptari ad donationem causa mortis.

Primo, quia ibi prope finem legis dicitur quod insinuatio interuenire debet, si sit donatio §. taxatam quantitatem, quod non conuenit donationi causa mortis, in qua nunquam insinuatio requiritur d. l. si. C. de don. causa mortis.

Secundo, quia ipsi donatori imponitur necessitas prestandi, quod donare promissit, quod similiter non est in don. causa mortis, cum illa ex arbitrio reuocari possit regulariter loquendo. l. non omnis, §. si cert. pet. cum simil.

Sed tuendo communem secundum Ale. & Aret. responderetur, & ad primum dicit Alex. quod ibi fit mentio de insinuatione, ut intelligamus circa eam nihil per illam l. in nouari, non autem ut aliter donatio pacto nudo facta non valeat.

Et cum ibi exprimat ratio, propter quam donatio pacto nudo facta valeat, videlicet quia cum liberum cuique sit donare, non debet postquam donare placuit, donationem non seruare, quæ ratio videtur etiam in donatione causa mortis vigere, meri

37 to ergo ex identitate rationis debet habere locum illa dispositio per iura vulgaria, attento quod ex lata significatione sub verbo donatio, etiam donatio causa mortis comprehenditur, & per hoc volunt Alex. & Aret. esse responsum etiam ad secundum, ut sic dicatur fieri extensio d. §. pen. per identitatem rationis, licet verba proprie non patiantur. Et ista extensio dicitur fundari secundum Aret. quia (ut dictum est) donatio causa mortis quo ad ordinationem & modum ineundi æquiparatur donationi inter viuos, unde cum nouo iure in ea sit statutum, ut pacto nudo fiat, ratione de qua in d. §. pen. & hoc respiciat modum ineundi, id est debet dici statutum etiam in donatione causa mortis, argumento nota. per gl. in l. si quis seruo C. de furt. cum eadem ratio videatur Dominus meus Socinus hæc non approbat, primo, quia ista æquiparatio, videlicet, quod in modo ineundi donatio causa mortis æquatur donationi inter viuos, non reperitur facta per viam regulæ, quod si esset, posset forte procedere argumentum ex glossa in dicta l. si quis seruo, solum ergo potest dici quedam similitudo; ex sola autem similitudine, non fit extensio, iuxta nota. in authent. quas actiones, C. de sacrosancta eccle. cum alijs adductis per eum.

38 Et secundo, quia non videtur verum quod ratio d. §. penult. procedat in donatione causa mortis. Nam ibi dicitur, quod qui libere venit ad donandum, postquam id fecit, non debet contrauenire, & ita excogitatis fraudibus donatarium deludere, quæ ratio secundum Soc. licet in prin. conuenire possit donationi causa mortis tamen non in fine cum illa libere reuocari possit ut per eum, qui per predicta tenet cum Imo. contra communem: quod etiam sequuntur Nouissimi hic, addentes aliqua fundamenta ut per eos. Pro resolutione aduerte, dico enim quod si querimus an d. §. pen. dicatur loqui in donatione causa mortis, ut sic verba & expressa decisio illius tex. ad eam pertineant, & sum cum istis concludendo, quod non, ut per Soc. & Nouissimos. Si vero querimus an eius decisio extendi possit ex vi rationis, uel ex lege alia & potest dubitari, & videtur quod communis opinio possit defendendam ratio virtualiter videtur eadem ut dicunt Alexander, & Aret. etiam in donatione causa mortis non conuenit, quod postquam facta fuit, dicatur eam non valuisse, quia non per stipulationem, sed pacto nudo facta fuit, prout proprie consideratur in donatione inter viuos. dico enim quod ex defectu stipulationis neutra debet vitari, & hoc modo intelligo esse eandem rationem.

Nec obstat, quod dicunt d. meus Soc. & Nouissimi. Quoniam dico quod etiam finis rationis conuenit donationi causa mortis, & licet in ipso donatore propter potentiam reuocandi in effectu non videatur ratio illa procedere ut ipsi dicunt, tamen ratio optime procedet in eius heredibus, qui seruare donationem tenebuntur, nisi per donantem fuerit reuocata, & nec audientur dicendo quod donatio non tenuit ex defectu stipulationis, immo & in ipso donante hoc dici posset, si solum istud allegaret, & non diceret se velle reuocare, pone enim quod dicat, si valuit donatio, nolo eam reuocare, sed arbitrator non tenuisse ex defectu stipulationis: crederem enim nec illum in hoc audientur. & quando ille vellet reuocare, cum id sit ex natura ipsius donationis causa mortis non diceretur donationi contrauenire, prout singulariter voluit Bal. in l. cum quis. ff. de cond. ob causam, & Angel. in consil. 254. D. Antonio. Cor. in consil. 126. licet in hac 2. col. cum concordatibus, ut plene scribit Dec. in consil. 95. iuridicam esse arbitratorum, voluit enim Bal. quod si donans causa mortis promittit donationi non contrauenire, non impeditur eam reuocare secundum sui naturam, & idem alij præallegati sequuntur etiam in fortioribus terminis, ut per eos: si igitur, redeundo ad propositum, reuocans donationem causa mortis, illi non dicitur contrauenire, non tollitur ex eo qui ratio d. §. penult. etiam in ea procedere possit, & sic videtur posse dici communem opinionem optime fundari in ratione d. §. penult.

Pro qua etiam facit, quia fauorabilior videtur quam sit donatio inter viuos, ex eo quia participat in multis de vltima voluntate, argumento l. in testamentis ff. de reg. iur. Immo ex eo quod reuocari potest, videtur fortiori ratione concludendum, ut nudo pacto fiat. & nam si lex vult nudo pacto firmari donationem inter viuos, in qua statim inducitur immutabilis obligatio, & donatori oritur præiudicium irreparabile, fortius videtur illud concedendum in donat. causa mortis, cui obligatio sit mutabilis, præiudicium reparabile per reuocationem. igitur &c. argumento authent. multo magis C. de sacrosancta eccle.

42 Et pro ista communi opinione alijs allegabam l. discretis, secundum rñ. C. qui testa. facere possunt. ibi, hoc ei sua manu scribenti &c. certum est. n. quod eo modo non fit stipulatio, quæ requirit loquelam l. i. in prin. de verb. obl. & tamen potest fieri eo modo donatio causa mortis, igitur videt ibi tex. quod pacto nudo fiat. Nunc autem inuenio quod illum tex. allegant nouissimi hic dicentes, quod cum allegat Bal. Nouell. in l. i. §. si stipulanti, de verborum oblig. verum illi tex. respondet Nouissimi dicentes quod loquitur in donatione causa mortis, quæ incipit a traditione, & dicitur, quod sua manu scribit &c. debet intelligi, id est causam donationis in scriptis exprimit, ut per eos, quod, ni fallor, est violare illi tex. qui simpliciter dicit donationem causa mortis, sicut alia de quibus ibi posset fieri per scribentem manu sua, & sicut in alijs dispositionibus de quibus loquitur text. intelligimus quod eas facit sua manu scribendo, ita etiam de donatione causa mortis dicitur dum est, & una. n. determinatio plura respiciens, ea æqualiter terminat. Nam hoc iure, cum similib. ff. de vulg. & pup. Ex ratione ergo de qua §. & ex d. l. discretis, videtur quod communis opinio optime fundetur.

44 Et eam tenendo, non obstat duo quæ vltimo loco Nouissimi allegant in contrarium, nam ad primum responderetur, negando eius fundamentum, quia verior est opinio quod d. §. pen. procedat etiam in pacto nudo quæ ex causa donationis factum aliquid promiserit, nam & tunc orietur quod eum pro obseruantia pacti conditio ex lege, quod tñ intellige fm naturam obligationis factori ut. si ille præcisè ad factum compelli non possit, sed liberetur præstando interesse, & ita quod Guiel. & Bar. per Nouissimos allegatos tenent Bal. Fulg. Pau. de Cast. & Sal. cum alijs quibusdam ut refert & sequitur Iaf. & optime defendit in Liurigenium, §. sed cum nulla, §. de pact. in 6. col. vers. circa secundum sicut ergo decisisio d. §. penult. procedit etiam si donatio consistit in faciundo, ita etiam procedet in donatione causa mortis, retorquendo contra Nouissimos eorum argumentum.

Ad secundum vero responderetur quod immo si fit donatio causa mortis expresse præsentis & cum quinque testibus, sed pacto nudo, si non valeret, certe verum esset, quod talis donatio diceretur inutilis, quia res non est tradita, nec stipulatio interuenit, sicut in d. §. penult. dicitur de donatione inter viuos, unde ne id sequatur, dicendum est secundum illum tex. quod valuerit & dñ. Nouissimi dicunt, quod non esset inutilis, quia valeret in vim legati, sicut quando fieret abfentis, & quemadmodum etiam potest valere in vim donationis inter viuos, quoniam non coram quinque testibus fieret, ut per eos, non tollunt argum. quia satis est, quod non esset valida donatio causa mortis, & sic ipsa uti facta fuit inutilis esset.

Præterea, si in casibus illis valet in vim legati vel donationis inter viuos, illud est, quia nullo modo potest valere vel donatio causa mortis, cum non interuenierint necessaria ad eam, quod non est in proposito, quia omnia necessaria ad donationem causa mortis interuenierunt, & si dicas immo. non, quia nec tradito nec

nec stipulatio, nec sufficit pactum nudum, responderetur, quod istud est de quo disputatur, & ego dicam quod immo sufficit, per ea, quae supra deducta fuerunt, super his tamen cogita.

Et tenendo hanc communem opinionem, eam limita, ut non procedat inter patrem, & filium, quoniam tunc pacto nudo fieri non posset, etiam si esset donatio inter viuos, secundum Bartol. in athen. ex testamento, secunda colum. C. de collat. prout hic refert & sequitur Alexand. & id etiam dicendum est in dona-

45 tione inter virum & uxorem. ¶ Ratio est secundum eos quia cum inter praedictos donatio morte confirmetur de eo dumtaxat, quod traditum fuit. l. pe. C. de donat. inter virum & uxorem. & l. Papi- nianus, §. illo titu. non poterit confirmari, quod nudo pacto erat promissum, cum in eo traditio facta non fuerit. Sed aduerte, licet doctores transeant, quia ista limitatio forte non est vera, & in pri- mis dico, quod secundum praedictam idem necessariò est dicendù, si stipulatio interuenierit, quia cum nec tunc traditio fuerit facta, non posset morte confirmari, quo stante nihil videtur contra conclusio- nem communem supra positam. In ea eniz dicimus pacto nudo donationem causa mortis fieri posse, hoc est eam non uitari ex defectu stipulationis, sed quod tantum valeat pacto nudo facta, quã- tum si stipulatio interuenierit. unde cum eo casu per ratione do- ctorum facta per stipulationem non valeret, non est mirum, si nec valeret pacto nudo facta.

46 ¶ Secundo & fortius dico, quod forte dictum illud in se est falsu, & verius est, quod etiam inter praedictas personas possit fieri dona- tio causa mortis, & per stipulationem & etiam per pactum nu- dum. Nam allegata in contrarium procedunt in donatione inter viuos, quae inter praedictas personas dicitur prohibita, quod non videtur in donatione causa mortis, quia cum illa in effectu conferatur in tempus mortis l. non videtur. de donatio. causa mortis videtur conferri in tempus permixtum, quia tunc & patri- a potestas, & vinculum matrimonij erunt sublata, merito vide- tur quod valeat, arg. l. quod sponsa, C. de dona. ante nup. & pro hoc est tex. in l. si eum, la prima §. fina. cum l. sequen. & videtur text. in l. si eum, la secunda §. fina. & ibi gloss. not. supra de donatio- ne inter virum & uxorem.

47 ¶ Secundo ex reg. supra formata in hoc secundo capite infer- tur, quod mulier per statutum prohibita contrahere sine consen- su duorum propinquorum, prout simile statutum est in multis ciuitatibus Italiae, non poterit etiam absque tali consensu dona- re causa mortis. Nam cum adhibere talem consensum respiciat ordinationem & modum inuendi, quod donatio causa mortis eo re- spectu equiparetur contractibus, sequitur quod statutum loquens de contractibus debeat intelligi etiam in donatio causa mortis, & ita per hanc rationem firmat in simili casu Pet. de Anchar. in consil. mihi 384. dubium in ista q. facit mixtura donationis. Et istam opinionem sequitur hic Alexand. col. final.

48 ¶ Pro qua & secundo secundum eos facit, quia dispositio lo- quens in casu simplici, procedit etiam in mixto, quod de illo sim- plici magis participat l. queritur: supra de statu homi. unde cum in proposito donatio causa mortis dicatur magis participare de contractu, sequitur quod & in ea procedat statutum loquens de contractu.

Hanc opi. sequitur D. meus Soc. & videtur communis. Immo dicit Ias. quod illam seruat totus mundus.

49 Quae tertio comprobatur, quia statutum consensum illuz propin- quorum videtur requirere, ne alias mulier ex imbecillitate se- xus ledatur, ¶ quo stante videtur quod eadem ratione non possit donare causa mortis, cum ab identitate rationis valeat argumen- tum l. fina. C. ad l. Fal. cum vulgaribus. sicut videmus in pupillo, qui ne propter imbecillitatem etatis ledatur, prohibetur contra- here, nam simili ratione prohibetur donare causa mortis l. j. post prin. supra de tutel. & ra. distr.

Demum & quarto pro ista opi. optime videtur facere decisio Abb. in consil. 40. Factum in effectu sic proponitur, 2. volum. ubi vult quod stante statuto Senensi quod nulla mulier possit contrahe- re vel alias se obligare in praedictum dotuz sine consensu ma- riti sui, non poterit etiam donare causa mortis, ut per eum & hanc opi. tenet Corn. consil. i. volu.

Contrariam opinionem vt. l. statuto non obstante, mulier pos- sit libere donare causa mortis absque propinquorum consensu te- net Rom. in l. 2. in prin. de verborum obl. & in eam ibi videtur inclinare D. meus Soci. licet non se firmet (forsitan ne de directo sit contrarius sibi ipsi, cum hic sequatur aliam opi. vt dictum est.)

Idem videtur tenere Ang. de Perig. hic, licet loquatur aliqua- liter in terminis diuersis, loquitur. n. in statuto quod quis non possit obligari sine certa forma, & dicit quod non procedit statutum in do- natione causa mortis, quia secundum eum ex illa non oritur obli- gatio allegat l. non videtur, de donat. causa mortis ad hoc ta- men responderi potest, quod immo ex dona. causa mortis oritur obligatio, ut voluit gl. in d. l. non videtur. Sed quicquid sit in ca- su Ang. de Perig. de quo forte aliquid infra dicam in q. propo- sita opinionem Rom. communem tenet hic Ias. dicens quod pro ea

consuleret & iudicaret, & mouetur in effectu ex duobus, licet multa dicat. & dicunt hic nouissimi, qui etiam sequuntur istam opinionem quod Ias. omnia habuit ab illis, qui ita tenuerunt in l. 2. in princ. de verb. obligationibus quando Papiae legerunt, & hic etiam repetunt.

50 ¶ Primum ergo fundamentum Ias. est nam minor habens cu- ratorem, sine eius consensu prohibetur contrahere, l. si curator habens, C. de integ. restitut. non tamen prohibetur donare ca- usa mortis, secundum Bal. in l. 1. in prin. §. de tutel. & rati. distr. & in d. l. si curatorem habens, vbi etiam ita tenet Alex. licet hic in fi. videatur tenere contrarium & videtur probari viua ratione, nam potest testari. l. Aurelio. §. Gaius, j. de liber. legat. ergo fortius do- nare causa mortis. cui licet. de regu. iur. lib. 6. & isto argumento vtitur tex. in l. cum hic status. §. similes, §. de dona. inter virum & vxor. & in l. Marcellus, in prin. de dona. causa mortis cum simili- bus. sicut igitur minor iure communi prohibitus sine curatore contrahere, potest sine eo donare causa mortis, ita & in casu isto de muliere dicendum est.

Secundum fundamentum est, nam mulier ista per se libere te- stari potest, ergo & donare causa mortis poterit, vt modo dixi de minore. Nec dicas quod immo etiam testari prohibetur per sta- tutum. Quoniam hoc est omnino falsum, loquitur enim statutum de contractu, igitur non comprehendit testamentum l. verba §. traxerunt, j. de verborum sign. maxime quia in testamento cessat ratio statuti, quae fuit, ne mulier ledatur, vt dixi §. in 3. argum. pro communi opinio. nam talis ratio non procedit in testamento, quia cum possit semper & ex arbitrio reuocari, non dicitur ex eo inferri aliqua laesio in iure consideranda, a quo cauatur quod minori testanti nec etiam heredibus datur aliqua restitutio ad- uersus testamentum. Verissimum itaque est hanc mulierem testa- ri per se posse, ergo & c. vt supra.

Et videtur argumentum procedere a fortiori, nam ratio potest- tiae reuocandi fortior videtur in donatione causa mortis, quam in testamento, illa enim sola voluntate reuocatur l. non omnis, cum gl. §. si certum petat. & Instit. de donat. in prin. quod tamen non est in testamento §. ex eo. Instit. quib. mod. testam. in fin. Ad- dunt nouissimi hic & alia quaedam pro ista opin. vt per eos, quae etiam sequuntur quidam nouissimi in d. l. 2. in princ. Et mihi vi- detur de iure sustentabilis ea praecipue ratione quod in don. causa mortis videtur cessare ratio statuti, ideo enim emanauit tale sta- tutum, ne mulier contrahendo sibi irreparabiliter prauidicaret,

52 ¶ & ab aliquo circumueniretur, cum contractus post eorum ce- lebrationem sint necessitatis & omnino impleri debeant l. sicut. C. de actio. & obl. & ita mulier si valeret contractus reperiretur obligata & irreparabiliter sibi prauidicaret, unde ne istem istu exitum sentiat, statutum prouidit, vt in eo.

53 ¶ Ad quod optime facit l. si. §. filijs, autem, ibi, melius est. n. & c. C. de bon. quae lib. creditur enim statuens quod propter consen- sum consanguineorum non sit de aliqua circumuentione dubita- dum, prout dixit Bar. in his terminis in l. transactionem C. de tra- sa. quae ratio cessat in donatione causa mortis cum ex arbitrio mu- lier se lesam sentiens possit eam reuocare.

Sed aduerte, quia ista consideratio, in qua videtur esse praeci- puum fundamentum huius opinionis, non uidetur secuta. Nam primo potest dici, quod non obstante lesione sua, mulier non reuo- cabitur, quoniam qua fragilitate ducta fuit ad donandum, eadem ducitur ad non reuocandum, & hoc plurimum considerat Dec. in pulchra causa in consil. 279. Placet mihi & c.

54 ¶ Secundo potest sic donatio fieri, vt per solam penitentiam non reuocetur l. si alienam §. 1. & l. Senatus §. mortis causa in fi. de donatione causa mortis.

Præterea & tertio si mulier donet causa mortis alterius, potest il- le statim mori, & sic mulier non habebit tempus ad reuocandum licet se lesam cognoscat. Pot. n. donari etiam causa mortis alte- rius l. mortis causa filij, j. de don. causa mortis. & l. nec fratris, pro- ut ibi summat Bal. C. eod. tit. & ibi gl. dicit eo casu donationem confirmari morte illius, cuius causa donatur. ¶ Si igitur statutum voluit occurrere, ne mulier irreparabiliter ledatur, vt quod procedat et in don. causa mortis, cum & in ea talis laesio irreparabilis praedice- tur per praedicta, & ita per locum ab identitate rationis vt defendi cõis op. & praecipuum argum. quod fiebat pro eam, totaliter cessat, imo per viam contrariam facit pro ea, vt ex praedictis constat.

Et istam communem tenendo, ad tria rñderi potest, nam ad primum de minore curatorem hñte dici potest quod immo nec ille per se donabit causa mortis, & sic erit verum quod Ale. hic in fi. dixit per rationes praedictas quicquid alij dixerint in contrarium.

56 ¶ Nec obstat quod possit testari, quoniam illud procedit, quia non est qui de testō possit conueniri, non ipse minor, quia ipse poterit reuoca- re, cuius primum potest contingere in dona. causa mortis, vt est di- ctum, nec eius haeres, cum testam sit pro eo, ex quo in eo heres in- stitutus est. Non ergo in proposito valet argum. de testō ad dona- tionem causa mortis propter diuersitatem rationis de qua §.

Et licet testamentum videatur quid plus absolute, cum in eo Mar. Soc. Iun. Prima Pars. S 4 fiat

D. Maria. Soc. Iun. in l. Sciendum.

fiat omnium bonorum dispositio, nisi in proposito nostro non sic est, considerata mente statuti, sed est quid minus, est in eo lesio
57 considerabilis non cadat, secus in donatione causa mortis. talio quin liceret minori etiam vendere rem minimam sine curatore, cum illud absolute sit quid minus, quam testari, & tamē falsum est, & ita non obstat regula, cui licet, in contrarium allegata, quia illa semper debet intelligi respectu eius, de quo agitur.

Et per hanc patet responsio ad secundum, dum dicebatur, quod si mulier ista potest testari, ergo etiam debet posse donare causa moris, ex predictis enim patet in proposito non valere argumentum. Et licet simus in statuto exorbitanti, & loquente simpliciter de contractibus, tamen propter identitatem rationis debet habere locum etiam in donatione causa mortis, licet habeat mixturam contractus & ultimae voluntatis, nam etiam in mixto procedit dispositio loquens de simplici, quando est eadem ratio, ut per Doct. in d.l. 2. in prin. de verb. oblig. Et haec dico eo attento quod donatio causa mortis aliquo respectu saltem largo modo dicitur tractus, ut omnes fatentur, quando enim concurrunt identitas rationis & lata significatio vocabuli procedit dispositio etiam quod sit exorbitans l. filium habeo, supra ad Macedo. & est gl. in verbo ad curatorem, in Auth. ut hi qui obligati. se habere perhib. & c. in prin. col. 6. cum similibus, & tradunt doct. in l. si constante, in prin. in 9. questione. l. partis, supra fol. matr.

58 Et per hanc recte intuenti apparebunt sublata omnia fundamenta nouissimi hinc, licet multa ponant, omnia. n. si recte aduertantur, procedunt tantum, quia diuersa ratio consideraretur, prout ipsi dicunt in proposito considerari: sed secundum praedicta vsque non sit ratio diuersa, sed eadem, ergo & c. Non tamen omit tam quod videtur falsum in proposito, quod ipsi dicunt in quinto fundamento, ut l. per hoc statutum nec donatio inter viuos dicitur 59 tur prohibita, cum illa non sit proprie contractus, & alias statutum exorbitans debet intelligi proprie ut per eos.

Nam ego absque dubio credo contrarium in statuto, de quo agitur, cum non solum eadem, sed maior ratio considerari possit, cum absque scrupulo maior fieri possit deceptio in donatione, quam in venditione vel simili contractu. Et pro hoc optime facit l. non solum. C. de praed. in i. ibi, & multo magis donatio. Facit etiam l. in. in si. C. si maior factus, & c. & donatio si non proprie saltem late dicitur tractus, quamquam forte dici possit quod etiam sit proprie, iuxta ea, quae de stipulatione multi dicunt in rubrica de verbo, obligati. maxime Bal. Nouel. & ibi aliquando dixi. Haec pauca ultra alias per me dicta placuit scribere pro tuenda communi opin. Pro qua plurimum faciunt ea, quae scribit Deci. in d. consil. 279. quamuis ipse loquatur de alio statuto.

Verumtamen istis non obstantibus, arbitror quod opi. Roman. & sequacium possit optime defendi, & praecipuum illud fundamentum a cessante ratione optime procedat. nam donatio causa mortis regulariter & ex sui natura sola poenitentia donatoris reuocatur, Instit. de donation. in princip. l. qui mortis, j. de donatione causa mor. & no. in l. non omnis, in prin. supra si certum petatur. Et ista regularis natura est attendenda, & ex ea est arguendum, quo posito sequitur quod mulier per talem donationem non dicitur sibi irreparabiliter prauidicasse, nec potest conqueri dicendo se circumuentam cum ex arbitrio eam reuocare possit, ut supra est dictum, & ita circumventioni, quam se passam asserit, obuiare: & sic in effectu, videtur cessare motiua ratio statuti de qua supra, ergo & c.

Non obstant contraria, quia respondetur, & ad primum dico quod licet illud euenire possit, tamen in proposito non est considerandum, sed sufficit adesse potentiam reuocandi, quae non est in contractibus, prout etiam dicunt nouissimi, & ultra eos dico quod si non reuocatur (etiam quod id oriri possit ex eius fragilitate) non constabit quod ipsa se lesam aut circumuentam dicat, donec enim permanet in eadem voluntate, & sic non reuocando, dicitur semper donationem comprobare, non appareat de eius lesione, nec etiam praesumetur, sed potius quod ex libera voluntate donauerit, alias sibi esset imputandum cur non reuocet, argumento l. quod quis ex culpa sua, infra de regu. iur. Nec etiam haeres eius poterit lesionem aut circumventionem allegare, quia quod mulier fecit, & non reuocando vsque ad mortem, comprobare dicitur, & debet ab haereditibus ratificari, iuxta l. cum a matre, & quae ibi traduntur. C. de rei vendica. ut sic lesio nulla aut circumuentio praesumatur

61 de qua ipsa mulier conquesta non fuerit. Et alioquin etiam circa restantem esset dicendum quod per eam fieri non posset, cum post eius mortem venientes ab intestato dicere possent, quod in testando fuit lesa, & circumuenta, & qua fragilitate inducitur ad testandum, eadem etiam fuit inducitur ad non reuocandum, & tamen hoc est aperte falsum, ut supra ostensum fuit. & hoc ex eo, quia quod ab aliquo fit, praesumitur sponte & sine circumventione factum, si in eo vsque ad mortem perseverauerit, cum reuocare possit. Et pro hoc dico idem in minore, ut scilicet donare causa mor. possit sine auctoritate curatoris, ut supra dicebam contra Alex. hic in fin.

62 Et non obstat secundum, quoniam dico quod si sit pactum, quod donatio nullo modo reuocetur ut in iuribus allegatis in contrarium in fin. non dicitur donatio causa mortis, sed inter viuos, ut l. ubi ita donatur. eodem titulo. & ibi Barto. & alij declarant.

63 Et si vero sit pactum, quod sola poenitentia non reuocetur, sed alijs modis, & tunc si tale pactum sit seruandum, de quo non videndum est in d. l. si alienam. §. r. crederem limitandam esse opinionem istam, ut scilicet eo casu non procedat, sed procedat communis opin. nam cum ista opi. contra communem fundetur in potentia reuocandi, ut supra est demonstratum, sequitur quod eo casu locum non habeat per locum a cessante ratione. Tunc

64 et tamen dicitur donatio causa mortis irregularis, quaestio autem nostra procedit in donatione causa mortis regulari.

65 Ad tertium potest primo responderi, quod eo casu non dicitur proprie donatio causa mortis cum sui regulari natura, cum in ea inter caetera quis sic donet, ut magis se habere velit, quam donatarium, ut Instit. de donat. in prin. & l. r. & l. Senatus. §. r. infra de dona. causa mortis, quod non potest considerari in ea, quae sit causa mortis alterius, nam illo tali mortuo, donatarius praesertim donatori, d. l. nec fratris. & ita arguit Bar. in l. qui pretio, propositum, j. de donatio. causa mortis, licet aliquo modo ad aliud propositum. Videtur ergo quod dici possit alias causa mortis capio, potius quam causa mortis donatio, ut videtur sentire text. in d. leg. qui pretio, in l. mortis causa capimus, & l. mortis causa capitur, eod. tit. Et probatur, quia inter alias differentias, inter mortis causa donationem, & mortis causa capionem, vna est, quia prima semper a defuncto prouenit, secunda non semper, ut per Bart. in d. l. qui pretio, in prin. Sed si si donatio causa mortis alterius, non dicitur prouenire a defuncto, ergo & c.

Secundo dici potest in proposito nostro, quod si mulier donat causa mortis alterius, ut dicebatur in argumento, quod illa dicitur donare ei, de cuius morte agitur, & quidem inter viuos, & hoc si termini patiantur, iuxta doctrinam Bar. in d. l. qui pretio, in verbo, audire, quia istud est subtile. Erideo bene dicebat Bal. in d. l. nec fratris, quod in his terminis donator dicitur donare nomine eius, cuius mortis causa donat.

Si igitur in proposito ista mulier non dicitur proprie facere donationem causa mortis, sumus extra terminos quoniam nostra, & in illo casu poterit habere locum statutum, quatenus considerabitur prauidicium irreparabile, cogita super istis, quia ab alio non tanguntur. Ex quibus remanet pro opin. Roma. contra communem verum & solidum fundamentum per locum a cessante ratione statuti, secundum quod supra dictum fuit.

Et eam tenendo non obstat, quae in prin. pro communi allegata fuerant, licet las. particulariter non respondeat.

67 Nam ad primum responderi potest, quod regula supra in hoc secundo capite firmata, operaretur in proposito, quando esset eadem ratio seruandae solennitatis, hoc autem non est, ut s. est dictum, ergo & c. ratio enim ea est, quae semper dicitur regit & gubernat ampliatue & restrictiue. l. cum pater. §. dulcissimi, de lega. 2. & vbique per illum text. dicitur doct. facit l. cum ratio, j. de bon. dam. est. n. ratio in lege sicut anima & spiritus eius, verba autem sicut corpus, ut inquit Bald. in l. Si quis seruo. C. de fur. & alibi ut per las. in l. qui 400. secunda col. j. ad Trebell. & in l. si vnus. §. si cum mihi. §. de pact. Et ideo alias in contingencia facti circa similitudinem statutum dicebam, quod si mulier vendat ex necessitate certo pretio, puta iuxta l. vxorem. §. agri plagam, de legat. 3. non seruabit solennitatem statuti, ex quo tunc laedi in aliquo non potest, cum omnino vendere teneatur, & pretium sit iam statutum.

Secundo etiam responderi potest, quod regula illa, dictans donationem causa mortis aequari contractibus quo ad ordinationes, intelligitur regulariter respectu ordinationis, quae communiter in contractibus fieri solet, videlicet, ut vtriusque consensus interueniat, si quid autem quo ad ordinationem contractuum nota lege, particulari ratione inducatur, ut in statuto de quo agitur, illud non est obseruandum in donatione causa mortis cum non sit proprie & simpliciter contractus, sed habeat naturam mixtam, attentum quod in ea non procedit ratio statuti. Praeterea & tertio dici potest, quod ista solennitas non videtur essentialis contractus, sed videtur respicere personam efficientem, hoc est, dicitur habitatiua mulieris ad contrahendum, quam statutum reputabat alias inhabilem, & ideo eo respectu videtur potius arguendum de potentia testandi, quam de potentia contrahendi per ea, quae dicta sunt in primo capite, ita respondent hic nouissimi, & licet ipsi non dicant, hoc ante eos dixit dominus meus Soc. in d. l. 2. in prin. de verborum oblig. & satis placet.

68 Non obstat, quod dicitur per l. queritur, de sta. ho. quoniam potest responderi primo secundum quod nouissimi dicunt quod illa lex procedit in fauorabilibus, non autem in materia restringibili, prout est statutum, de quo agitur.

Sed ista solutio apud me est dubia propter generalitatem illius legis, & propter ea, quae ibi dicunt Bar. & alij, qui semper vident loqui absque praedicta distinctione, immo Alber. & Ang. ibi lequuntur

quunt et in statutis exorbitantibus, & sic in materia restringibili.

Vnde secundo responderetur, quod argumentum facit in contrarium, quia fatendo assumptum argumenti, et nego quod donatio causa mortis magis participet de natura contractus ab solute & simpliciter considerando, quia immo magis participat de ultima voluntate, ut d. l. f. C. de donat. causa mortis, & Instit. de donat. in prin. & ideo statutum loquens de contractu, non procedet in ea, quae licet mixturam habeat, tamen minus participat de actu, & magis de ultima voluntate, & sic versus argumentum retorquetur.

Et si dicas quod immo respectu ordinationis magis participat de actu, & statutum loquitur respectu ordinationis & modi in eundem. Respondetur, quod tunc secundum argumentum reincident in primum, & ideo ad illud etiam adaptari possunt tres solutiones supra ad primum argumentum traditae vel altera ipsarum.

70 ¶ Non obstat tertium, quia responderetur, fatendo statutum factum propter imbecillitatem sexus mulieris, ut etiam supra fuit dictum. Dico tamen quod in ea non est tanta imbecillitas, ut prohibeatur donare causa mortis, sicut etiam non prohibetur testari, ut supra dixi, videtur enim valere argumens, potest ista mulier sine solennitate statuti testari, ergo etiam donare causa mortis, ut l. Marcellus, in prin. §. de donat. causa mortis, cum simil. & supra etiam fuit dictum.

Non sic est in pupillo, qui etiam testari prohibetur, & ex eo arguitur, quod non possit donare causa mortis. ut d. l. i. in prin. de tutel. & rat. dista. Non autem arguitur ex impotentia thendi, tamen in eo omnia dicantur prohiberi propter imbecillitatem, sed maior imbecillitas requiritur ad prohibendum testamentum, & donacionem causa mortis. puta pupillaribus aetatis quam ad prohibendum contractum, in quo sufficit imbecillitas adolecentiae si curatorem habet, ut d. l. si curatorem habens. C. de in integ. resti.

71 ¶ Ad ultimum dum allegatur consilium Abb. num. 40. secundo volumini. responderetur ex intentione Ias. quod eius decisio de iure non procedit per praedicta, & idem intendit Ias. de consil. Pet. de Anchara. §. 84. praellegato, & idem etiam dici posset de decisione Deci. in d. consil. 279. cum eius decisio videatur conformis decisioni Abb. in d. consil. 40. & est super eodem statuto Senen. prout etiam ipse Deci. alleg. praedicta. n. decis. videntur procedere secundum eandem opinionem de qua supra, tamen in puncto iuris non videtur verae, per ea quae dicta sunt, & ita etiam videtur de intentione nouissimorum, licet solum mentionem faciant de consil. Pet. de Anchara.

Ego alias cum Pisis legerem, aliter respondebam approbando omnes praedictas decisiones, & pro resolutione distinguebam. Nam aliquando statutum dicit simpliciter, quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, & tunc procedat omnia praedicta, & sic in eo casu mulier poterit sine propinquis donare causa mortis per ea, quae supra deducta fuerunt pro ista parte. Aliquando vero statutum aliter loquitur, aliquid specificando, puta, quod mulier nupta non possit contrahere, nec aliquam obligationem facere in praedictum suae dotis, nisi cum consensu viri sui, prout loquitur statutum Senense, super quo consuluerunt Abb. & Deci. in praellegatis consilii, & tunc eorum opinio videtur de iure procedere, etiam stante opinione superius sustentata contra communem.

Et sic in casibus illis potest dici quod non valuerit donatio causa mortis non seruata forma statuti. Et hoc propter rationem & mentem statuti, quae videtur habere locum etiam in donacione causa mortis. Nam illa ratione videtur factum statutum, ut verba sonant, ne scilicet dotibus per mulierem contrahendo praedictetur non considerando dotem simpliciter, ut ius mulieris, sed ut de per se, & cuius conseruatio alterius etiam quam mulieris interesse potest, puta mariti. & ideo non simpliciter requirit statutum consensum propinquorum, quorum non interest, sed ipsius mariti, cum ad eius curam soleant dos pertinere.

72 ¶ Quae ratio viget etiam in donacione cau. mortis, cum & per eam ipsi doti, & forte marito praedictari possit, & per eandem considerationem procedat etiam decisio Pet. de Anchar. in d. consil. §. 84. nam in casu suo statutum prohibebat mulierem maritatus contrahere, vel aliquam obligationem inire super dote sine consensu viri. & sic erat simile statuto Senensi, super quo consuluerunt Abb. & Deci. merito igitur idem dicendum versus. Sed in casu primo, & sic in questione nostra mulier dicitur prohibita contrahere, non pro interesse alicuius, sed solum ne ipsa fragilitate sexus irreparabiliter laedatur, ut supra dictum fuit.

Et propterea videtur inferendum, quod si quo modo constaret tale statutum factum pro interesse alterius, puta propinquo, quorum consensus requiritur, iuxta ea quae tradit Bart. in l. transactionem. C. de transactione. esset tunc tenendum, quod nec donare causa mortis posset mulier secundum decisiones praedictorum consulentium. Et praedicta distinctio notanda est, quia per alios non ponitur, & quia per eam concordantur opiniones. & ea stante potest forte dici quod opinio supra defensata in proposito questione non sit contra communem, maxime hodie propter auctoritatem Modernorum, de quibus supra.

Et si contra eam dicatur prout quidam scholaris subtiliter ar

guebat, quod immo per donacionem causa mortis in casibus praedictorum consulentium non videtur fieri praedictum doti, seu marito respectu dotis, cum talis donatio differatur in tempus mortis mulieris, & sic in tempus soluti matrimonii, & per consequens sequens in tempus quo maritus non est amplius habiturus ius super dote, cum debeat restitui haeredibus mulieris mortuae ut est notissimum. propter quod videtur quod secundus casus non debeat differre a primo, ut sic non impediatur donatio causa mortis respectu interesse mariti, cum nullum interesse praetendere possit super dote soluto matrimonio.

Responderi potest primo quod immo potest mariti interesse, si sit statutum de lucranda dote, ut communiter reperitur in ciuitatibus Italiae & in specie Senis tale statutum reperitur, vel et sit factum pactum de lucro dotis, ut sepissime fit; unde tunc ratione sui lucris maritus posset ex tali donacione laedi. Vel secundo & melius (quia ista prima solutio non videtur generalis) dico quod in distinctione praedicta in secundo casu non dico simpliciter propter interesse mariti, sed quod consideratur dos simpliciter & de per se, non prout ius mulieris, sed in abstracto, eo quod eius conseruatio interesse possit etiam alterius, quam ipsius mulieris & de marito loquor gratia exempli. Vnde dico fundamentum esse, quia in statuto non consideratur simpliciter ius & interesse mulieris, ne scilicet ipsa sexus fragilitate aliquo modo laedatur, cum possit habere ultra dotem amplissimum patrimonium, super quo posset libere contrahere, ex quo statutum solum loquitur respectu dotis. Et in dote statutum sic disponit, tum quia eius conseruatio potest, ut dixi, alterius esse interesse, ut mariti, vel filiorum, qui si non sunt, separari possunt, vel cuiusvis alterius: tum et publico fauore, iuxta l. i. supra soluto matrimonio. propter quod

74 dos in iure multa habet priuilegia, ut traditur in d. l. i. ¶ Et inter alia quod mulier non potest proprio pacto facere deteriorē conditionem dotis, ut l. de die, & l. Artilleius, supra de pacto dotali. Et requiritur statutum consensum mariti, quia dotis conseruatio & administratio ad eum spectare solet, & maxima, quia potest eius interesse illam conseruari, vel etiam filiorum, quorum indemnitati pater melius, quam alter prospicere poterit paterna affectione, ¶ quia nullus est melior amicus patre, ut l. quiddam cum filium, supra de haered. inf. & propter naturale & communitate vorum paternum, de quo in l. scripto. in fin. infra de libere. & ubi tale interesse cessaret, statutum tamen seruandum est, quia dedit formam contractibus, super dote a muliere faciendis, confidens de prudentia mariti, non simpliciter, ne aliter laederetur, sed ne doti per se consideratae praedictetur, fin quod modo declarauit. Et ideo licet in donacione causa mortis considerari possit

75 nullum oriri praedictum ipsius mariti, ¶ non tamen ex eo poterit mulier libere donare non seruata forma statuti, quia non cessat ratio & mens statuti, quae fuit solum dotem ipsam non laedi, aut diminui, sed conseruari potius, ut dixi. Cogita tamen super istis, quia sunt noua satis pulchra.

77 ¶ Circa tertium caput videlicet quo ad eius confirmationem, dicas concludendo secundum Bald. Alex. & alios magis communiter, quod magis equiparatur contractui, quam ultimae voluntati: nam donatio causa mortis sola morte confirmatur quasi eius causa facta, nec expectatur haereditatis aditio, quod non est in legatis, & aliis ultimis voluntatibus, cum requirant aditionem. l. si nemo, supra de testa. tut. Et omittis glo. allegatis hic per Doct. quae an istud voluerint vide hic per Ale. & alios, ista conclusio versus probari.

Primo per l. post legatum. §. fin. infra de his quibus ut indig. & ibi glo. i. hoc expresse ponit.

Secundo per l. non versus, infra de dona. causa mortis. si. n. morte perficitur, ut vult ille tex. aliud ultra non requiritur, alias non diceretur perfecta, quia nihil actum esse creditur, donec aliquid superest ad agendum. l. cum Syllanianum, in fin. C. de his quibus ut indig.

Tertio facit l. si mortis causa res, infra de donacione causa mortis, ibi, mortuo eo &c. & hanc opin. tenent Bar. & Moder. in l. qui Roma. §. Augerius, infra de verb. obliga. & eam tenuit etiam Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. pro qua mouetur, quia si aliter diceremus, & sic quod aditio haereditatis requireretur, tunc antiquo iure filiosam non potuisset donare causa mortis valide, quia non poterat habere haeredem, sed pater occupabat omnia iure peculij, ut per Bar. in l. post dotem, supra solut. matrimonio, ¶ ad quod bene facit l. i. & 2. infra de castren. pecu. Illud tamen est falsum, ut l. tam is. §. i. infra de donacione causa mortis, ergo &c. Et hoc fundamento vtuntur etiam hic Aug. dominus meus Soc. & nouiss. Quod tamen non multum viget, quia illa occupatio iure peculij, quam faciebat paterungebatur vice aditionis, ut recte intuenti probatur in d. l. i. in fin. super quo cogita. Quicquid tamen sit de isto fundamento, ista communis opin. videtur bene probari per praedicta.

Sed in contrarium videtur facere l. vnica. §. haec autem omnia. C. de caduc. toll. prout illum tex. ad hoc ponderat Bart. in l. in mortis, in fin. ubi de hoc videtur dubitare, infra de dona. causa mortis. Verum ad illum tex. respondet Imol. in l. fin. in fin. de

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Sciendum.

de donatio. causa mortis. vt per eum.

Vel potest melius responderi prout etiam hic Nouiss. aduertunt, qd relatio quæ fit in d. §. hæc autem omnia, non importat, qd sicut legata confirmantur aditione hæreditatis, ita & donatio causa mortis, quia illud circa legata nullibi in ea lege dictum fuerat, & licet in legatis illud, sit in se verum per l. si nemo, §. de testa. tut. tamen satis est quod in ea lege non erat expressum.

79 † Relatio ergo non potest fieri, nisi ad ea, quæ sunt expressa, & licet in legatis illud, sit in se verum per l. si nemo, §. de testa. tut. tamen satis est quod in ea lege non erat expressum.

80 † Hæc communis conclusio limitatur primo vt non procedat si donatio ista fieret absenti, nam tunc aditione confirmabitur, quia licet tunc quo ad verborum sonum videatur donatio causa mortis, tamen non dicitur propria & vera donatio causa mortis, sed dicitur transire in legatum vel fideicom. vt videtur probari in l. miles ad sororem, de leg. 2. & dixit Bart. in l. 1. j. de donatio. causa mortis. Hanc limit. voluit Bal. in l. si mortis. C. ad l. Falc. cum. n. de sit presentia donatarij, & sic definit substantia donationis causa mortis, non attentis verbis prolatis non debet dici donatio causa mortis, arg. l. infulam, §. de præscr. ver. erit ergo legatum vel fideicom. nimirum si pro eius confirmatione requiritur postea aditio hæreditatis.

Secundo limitatur vt non procedat, quando ista donatio in testamento fieret, vel testamento esset confirmata, quia tunc euz videatur pendere a testamento, requirit aditionem ex eo. ita uoluit Bartol. in dicta l. post legatum, in fin. de his quibus vt indig. alle. l. sub conditione, §. fina. infra de bonorum possessi. contra tabulas, & l. in feruitutem §. si quis bonorum, ver. sed & si quid infra de bon. liber. quibus dicitur quod rupto testamento per contratabulas & sic non adita ex eo hæreditate donatio causa mortis non valet.

81 † Sed mihi ista iura non vrgent, quia loquuntur de donatione facta illi, qui testamentum impugnant, & sic reprobat iudicium testatoris, conuenit enim tunc cum priuari tali donatione vt in dictis iuribus, & probatur etiam in l. si vero §. penult. j. de bon. liber. vbi etiam dicitur quod talis donatio imputatur patro no in portionem sibi debitam. Si autem donatio causa mortis esset facta alijs, ibi non probatur eam annullari. Pro hac tamen limitatione videtur casus in l. 3. in prin. j. de leg. præstan. vbi tex. in donatione causa mortis alijs facta, concludit eam vitari rupto testamento per contratabulas, nisi donatarius sit de liberis, vel de alijs personis exceptis, quemadmodum de legatis dicimus. Et Bar. ibi vult qd ille text. procedat quando donatio testamento facta fuit, vel testamento confirmata, & sic proprie in terminis huius limitationis. Intelligit tamen Bar. in d. l. post legatum, qd fuerit testamento confirmata expresse, taliter qd incipiat habere pendentiam a testamento, nam cum posset testator tunc eam donationem reuocare, dicitur confirmatio, quasi de nouo in testamento dare, merito de ea iudicari debet, ac si principaliter in testamento facta fuisset. Nouissimi hic multa dicunt, & licet videantur reprobare Bar. tamen in effectu in verbis limitationis nõ differunt ab eo, sed solum differunt in declaratione confirmationis testamento factæ, nam ipsi volunt qd quandoque donatio causa mortis facta fuerit ante testamentum, semper dicatur in sequenti testamento confirmata, saltem tacite, arg. l. cum hic flatus §. 1. §. de don. inter vir. & vxor. & eius quod dicit Ale. per d. §. 1. in authent. ex testamento, C. de colla. de donatione facta per patrem filio. Nam talis donatio sicut etiam alia inter virum & uxorem, si in testamento sequenti non reuocentur, videntur in eo omnino confirmata, saltem tacite, & ita in proposito dicunt nouissimi de donatione causa mortis, quæ præcessit testamentam, ut si etiam tacite sequenti testamento confirmetur, qd in hoc tantum differunt a Bar. qui expressam confirmationem exigebat.

Tu considera, quia forte neuter eorum bene dicit, nam prædicta limitatio in eo, qd de confirmatione testamento facta, dicit, non videtur vera, non solum si consideretur talis confirmatio tacita, vt dicunt Nouissimi, sed nec etiã si expresse fiat, vt dicit Bar.

82 † Et sic videtur concludendum, quando donatio causa mortis fuit per prius recte facta, licet postea donator faciat testamentum non requiratur aditio hæreditatis ex testamento pro confirmatione donationis, etiam si testator in eo donationem expresse confirmauerit.

Et in primis dico, qd tacita confirmatio, quæ in testamento fiat in proposito non est consideranda, euz talis donatio per se de iure reuocatur, solum mortem pro eius confirmatione expectans, non indiget aliqua confirmatione testamentaria, & ideo nõ potest dici quod ab eo habeat pendentiam, vt sic aditio ex eo sit necessaria. Secus tamen est in donatione inter virum & vxorẽ, vel inter patrem & filium in potestate. ille enim per se non valet vt est notissimum. Merito dicimus quod in sequenti testamento, saltem tacite dicuntur confirmata, iuxta d. §. primum, & not. per Alexand. in d. authent. ex testamento, & hoc modo tollitur fundamentum nouissimorum, & ita eorum opinio rejicitur. Deinde & secundo dico idem esse, etiam quod expresse in testamento confirmetur, quoniam licet testator ita exprimat, non

tamen debet dici qd pendeat ex testamento in proposito nostro, vt scilicet requiratur aditionem ex eo pro sui confirmatione: illa enim donatio vere valuit ab initio & sola morte veniebat confirmanda, nisi reuocetur.

Nec illud quod reuocari poterat, debet operari, ut quodammodo videatur reuocata, & de nouo facta, in quo stat fundamentum

83 Bart. † Quoniam tunc talis confirmatio a testatore facta ad fauorem, ampliationem, & maius robur donationis, operaretur quod rium effectum, p. l. quod fauore, C. de legit. & c. qd ob gratiaz, de regulis iuris, lib. 6. cum similib. facit l. legata inutiliter j. de adime. lega. & illud ostenditur, quia si non fuisset testamento confirmata, non penderet ab aliqua aditione ex ipso faciẽda, sed sola morte donantis veniebat confirmanda, nunc autem propter tale confirmationem ab aditione ex testamento penderet, quod certe esset ad ipsius diminutionem, igitur videtur concludendum in proposito prædictam confirmationem non esse attendendam per prædicta super quibus cogitabis.

84 † Amplector tamen limitationem in primo capite, quando scilicet donatio causa mortis originaliter in testamento facta sit tunc enim ita ex testamento pendet, quod si & eo non adeatur hæreditas, non valeat regulariter, & ita procedit d. l. 3. in prin. cip. de leg. præstand.

Et tunc non obstant iura s. pro principali conclusione allegata, quoniam respondetur.

Et primo ad dicta l. post legatum §. fina. quod ibi aditio iam præsupponitur, & contra heredem fuit proposita lis, & testamentum de falso accusatum.

Præterea ibi accusans testamentum, succumbit, ergo videtur qd aditio præsupponatur facta per eum, qui obtinuit.

Vel secundo dici potest, si quis diceret ibi aditionem non probari, quod illa donatio causa mortis fuit facta extra testamentum, vel ante ipsum, vt videtur velle ibi Alberic. vel post vt dicebant nouissimi.

Secundo ad dicta l. non videtur, responderi potest, quod loquitur in donatione facta extra testamentum, vt modo dicebatur. Vel si in testamento, qd donatio dicitur perfecta quo ad se, non quo ad confirmationem, sicut etiam testamentum dicitur perfectum, licet per aditionem veniat confirmandum, ut d. l. si nemo, de testam. tut.

Tertio ad d. l. si mortis, similiter respondetur, qd loquitur in donatione facta extra testamentum.

Vnum circa prædicta non premitto, nam quod s. in conclusione principali dictum est, in donatione causa mortis non requiritur aditionem, procedit respectu validitatis ipsius, quoniam ut est dictum sola morte confirmatur. † Sed si talis donatio reuocetur, ad confirmationem talis reuocationis simpliciter factæ requiritur aditio hæreditatis, nam si sine herede deceaserit donator, qui reuocauit, reuocatio illa per solam poenitentiam facta non valet, quia tunc nullus est, cuius interit, qui res donatas repetat, ita singulariter dixit hic Ang. qui etiam idem dixit in disputatione incip. Astenis miles in quarta char. & in l. qui Romæ, §. Flauius, de verborum oblig. & ibi & hic sequitur Alex. intelligendo tamen quando res tradita erat, sed ut dicit hic D. meus Socin. non aliter intellexit Ang. Et tu adde nec post reuocationem fuerat donatio restituta, nam vtroque casu donatio erit extincta, & peti non poterit propter reuocationem. Procedat ergo dictum Angel. prout proprie ipse intellexit, quando res tradita fuit donatario, & apud eum esse tempore mortis donantis, nam si nullus fuerit heres donatori, non obstante reuocatione per eum facta, donatio conseruabitur.

Et pro ista opinione allegatur l. 1. in fi. iuncta glo. infra qui si ne manu. ad liber. peruen. † Sed ille tex. secundum dominum meum Socinũ potest euitari. primo, quia habet plures lecturas. secundo, quia in fi. non videtur loqui, quando deceffit sine herede, quia cum tex. loquatur per dictionem, sed etsi, ostenditur quod loquitur diuersa facti contingentia vt per eum.

Verum ad ista responderi potest, & ad primum quod licet habeat plures lecturas, illa tamen uti vera tenenda videtur, secundum quam ille tex. inducitur per Angel. ad secundum autem dicitur quod diuersitas in facto demonstrata per dictionem, sed etsi, est quia in princ. l. non mutauit venditor voluntatem, in fine autem sic, ut verba legis clare sonant, & mirum est quod dominus meus Socin. alioquin oculatissimus ad hoc non aduerterit.

87 † Sed vltra Soc. ad d. l. 1. contra Angel. aliter responderi potest, videlicet quod loquitur particulariter fauore libertatis pro qua plurima contra iuris rigorem sunt introducta. l. generaliter §. si quis seruo, in fi. infra de fideic. liber. & §. si Inst. de don. unde de ea ad donationem causa mortis non videtur arguendum. l. quæ vero contra §. de legib. Nisi tuendo argumentum Ang. dixeris, qd ibi non constat, id factum seu inductum fauore libertatis. Et præterea etiam donatio ipsa, & liberalitas in donando videtur fauorabilis. l. si quis argumentum. §. penult. C. de donat. cogita tamen, quia multum dubito super inductione d. l. 1. Notabis tamen perpe-

perpetuo hoc dictum Ange. quia est multum singulare, & quia
 88 communiter approbatur. Et illud comprobatur Soc. meus quia
 sicut donatio causa mor. fit post donatorem magis habeat donatarius
 q̄ hæres, vt l. 1. & l. Senatus. §. 1. de dona. causa mor. &
 Instit. de donati. in prin. ita reuocatio per Trimum censetur fieri
 89 vt magis habeat hæres quàm donatarius. † & ideo si hæres nul-
 lus sit, & sic cessat ratio reuocationis, videtur etiam q̄ reuocatio
 cessare debeat, per locum a cessante ratione per iura vulgaria. Tu
 circa ista pro veritate considera, q̄ opinio Ange. v̄ de iure pro-
 cedere, q̄ constat q̄ reuocatio per donatorem fieret gratia suo-
 rum hæredum, vt. l. hæreditatem habeant opulentiorem. tunc. n.
 per rationem domini mei Soc. placent opinio Angel. Sed si q̄-
 sitaret donationem non ea mente reuocatum, sed odio ipsius do-
 natarii, quia forte de donatore demeritus fuit: crederem opinio-
 nem Ange. non esse veram, voluit enim donator q̄ donatarius pri-
 uaretur re donata non curando quis eam sit habiturus. Et in his
 duobus casibus cum de voluntate reuocantis constet, qua. s. men-
 te reuocauit, arbitror rem clarissimam. Sed si essemus in dubio,
 nec de mente reuocantis constaret crederem ex coniecturis &
 ex perionarum qualitate arbitrio iudicis rem terminandam. Et
 vbi index declararet reuocationem valere, vel etiam in casu q̄n
 constaret eam factam odio donatoris, dicendum est q̄ fides a do-
 natario rem auferret tanquam succedens in defectum hæredis:
 vel si nolit ad instantiam cuiuscunque poterit curator hære-
 ditati iacenti, qui rem donatam repetet, & vbi etiã hoc non fiat,
 donatarius rem retinebit, non q̄ donatio valeat, sed quia nullus
 erit qui rem donatam repetat. Cogita tamen super istis.

90 † Circa quartum caput, cui scilicet æquiparetur quo ad effe-
 ctum, Bald. hic concludit pro regula dici posse, q̄ æquiparetur vl-
 timæ voluntati, licet ista regula vniuersaliter in omnibus non
 procedat: pro quo v̄ l. fin. C. de donatio. causa mor. ibi, vt omnes
 habeat effectus, & l. illud. j. illo tit. ibi, quodcunque igitur in le-
 gatis iuris. Alex. hic in primis verbis v̄ sentit q̄ immo pro regu-
 la æquiparetur q̄tibus vt per eum. Sed tamen breuiter conclu-
 dendo ex mente Alex. & aliorum dicendum est, q̄ in quibusdã
 procedit dictum Bald. vt. l. habeat effectus vltimæ voluntatis in
 quibusdam vero secus est, quia habet effectus q̄tibus, vt ex j. dic-
 tis apparet. Nec tunc obli. iura §. pro Bal. allegata, quia in eis
 iuribus subaudiendum est fere. iuxta §. 1. Instit. de donation. Et li-
 cet plura sint, in quibus æquiparetur q̄tibus, & eorum effectus
 habeat, & plura etiam, in quibus æquiparetur vltimæ voluntati
 & ipsius habeat effectus, de quibus hic per doct. ego tñ duos tñ
 effectus ex qualibet parte p̄sequar, cætera studio v̄ro dimittedo.

In primis igitur æquatur q̄tibus & non legatis, quia ex dona-
 tione causa mortis nō reperitur dari hypothecariam actionem:
 & cum talis actio specialiter & priuilegium sit inducta pro lega-
 tis fideicommissis, vt l. 1. C. communia de lega. sequitur, quod alijs
 casibus dari non debet, vbi in iure non exprimitur. l. quod vero
 3. de legi. similiter etiam non datur actio ex testamento cū illa
 oriatur ex aditione hæreditatis, l. ex maleficijs. §. hæres, infra de
 actio. & obligatio. cum simili b. quæ in donatione cau. mor. non
 requiritur s. est dictum. Ex donatione ergo ista oriatur ista actio,
 quæ solet oriri ex stipulatione, si facta fuerit certi conditio. s. vel
 actio ex stipulatu, iuxta §. primum, Instit. de verborum obliga-
 tio & l. si quis certum, cum materia s. si certum petat. Vel si pa-
 cto nudo facta sit, oriatur vtilis conditio ex d. l. si quis argentu,
 §. penulti. C. de donatio. & sic in ea oriuntur actiones ad instar cō-
 tractuum. Intellige hanc conclusionem vbi res tradita non sit,
 alioquin de actione pro ea non esset querendum.

Item intellige, q̄n promissio sit facta præsentis, & sic vbi prop-
 ria & vera sit donatio causa mor. sed si absentis, quia tñ impro-
 prie dicitur donatio causa mor. quia transit in legatum vel fidei-
 commissum, secundum Alex. & alios datetur tunc vtilis actio ex
 testō. Sed considera, an dici possit q̄ si eo casu facta sit in testamē-
 to non vtilis, sed directa actio ex testamento detur, cum vt s. dixi
 non sit donatio causa mort. sed legatum vel fideicommissum, &
 requirit aditionem ex testō, vt dictum fuit: si vero fiat in codicil-
 lis ab intestato dabitur vtilis, iuxta nota. in l. 2. in glo. in verbo ex
 omnibus. C. communia de lega. & ita si recte inspiciatur, v̄ vel-
 le glo. in l. 1. C. de dona. cau. mor.

Sed aduertendum est circa prædicta primo dum dicitur ex do-
 natione causa mortis non dari actionem ex testamento, quia illa
 oriatur ex aditione, quæ non est necessaria in tali donatione. nam
 v̄ q̄ immo detur saltem, quando in testamēto facta fuerit, eo q̄
 tunc aditionem requirit, vt supra dictum fuit. & forsità propter
 hanc rationem non esset absolum sic dicere, & conclusionem
 prædictam limitare in casu prædicto, super quo tamen cogita.

Et si vis conclusionem simpliciter tueri abique ista limitatio-
 ne, ad argumentum responderi potest, q̄ licet actio ex testamen-
 to oriatur ex aditione, non tamen oriatur pro donatione causa
 mor. nam talis actio, sic orta, dicitur ex quasi contractu. §. hæres,
 Instit. de oblig. que ex quasi §. & quodã modo in subsidiu, quia
 pro legatis & fideicommissis alia actio personalis non compete-

bat. verum in donatione causa mortis iam dicitur orta actio ex
 ea secundum q̄ modo dicebam. & donans erat obligatus, licet
 reuocabiliter vique ad mortem vt not. in l. non videtur, infra de
 donatio. causa mor. & tradit Bart. in l. 1. C. illo tit. & Ang. Aret.
 post glo. ibi in §. 1. Instit. de donatio. & ipso mortuo obligatio
 efficitur irreuocabilis, & ita transit in hæredes, ex qua oriatur actio
 secundum iam dicta. Vnde non est opus deuenire ad actionem
 ex quasi contractu, quemadmodum diceremus respectu credito-
 rum defuncti, quibus non actio ex quasi contractu, sed alia secū-
 dum propriam obligationem competit.

Sed iterum & secundo aduerte, quia videtur q̄ immo vtraque
 actio & ex testamēto, & hypothecaria detur pro ista donatione
 ad similitudinem legatorum, aliàs esset illis absumilis & non for-
 taretur omnes effectus, quos habet postremæ liberalitates, vt sūt
 legata & fideicommissa, contra l. fin. C. de donatio. causa mor. &
 non esset in eis idem ius, quod in legatis, contra l. illud. in princi-
 pio, infra de do. causa mor. ergo & c.

Sed breuiter resoluendo circa actionem personalem ex testa-
 mento, dicas vt supra. s. q̄ non datur ex ista donatione, quia non
 conuenit vt oriatur, cum iam alia ordinaria competat ex contra-
 ctu, prout supra dictum fuit. & dum in d. l. si dicitur, omnes effe-
 ctus & c. vltra subauditionē verbi fere, potest dici q̄ satis dicitur
 habere, quia sicut pro vltimis liberalitatibus, competit persona-
 lis, ita & pro ista donatione, licet actiones sint diuersæ secundum
 diuersa subiecta.

† Est bene verum q̄ ista actio personalis ex donatione causa
 mortis sapiet naturam actionis bonæ fidei, sicut etiam actio pro
 legatis, iuxta l. in minorum. C. in quibus cau. in integrum restitui.
 non est neces. Ita post glo. ibi voluit Barto. in l. Seia. per illum
 text. ibi bonæ fidei autem iudicio constituto, infra de dona. cau-
 sa mor. & tradunt hic Moder. Et sic respectu actionis personalis
 potest dici q̄ idem iuris erit q̄ in legatis, & habebit eundem effe-
 ctum, & non erit absumilis vt dictis iuribus, cū semper actio per-
 sonalis sit bonæ fidei in effectu.

96 † Circa actionem hypothecariam v̄ res magis dubia, quia si
 pro ista donatione non detur, certe nō habebit omnes effectus,
 quos habent legata, neque in ea erit idem ius q̄ d. l. si. & d. l. illud.
 Et propterea nouissimi hic q̄ alios Doct. concludunt hanc actio-
 nem dari pro donatione ista, sicut pro legatis. Nec videtur bona
 responsio per subauditionem verbi, fere, quia talis subauditio v̄
 tolerabilis respectu eorum, quæ specialiter q̄ regulam dd. iurium
 reperuntur statuta. conuenit. n. tunc quod vna lex per aliam de-
 clararetur l. non est nouum, cum l. sequen. supra de legi. quod non
 est in proposito. nullibi. n. reperitur expressum, quod p̄ donatio-
 ne causa mortis non detur hypothecaria. vnde v̄ quod debeat
 stare regulæ dictorum iurium. & ista opinio v̄ multum ap-
 97 plaudere & est pulcherrima ad disputandum. † Quæ v̄ posse
 confirmari per locum ab identitate rationis, iuxta l. illud, cū vul-
 98 garibus, supra ad legem Aquiliam. † nam hypothecaria pro lega-
 tis inducta fuit, quia cū testator ideo ea fecit vt legatarij habeat,
 conueniens fuit etiam hypothecariam dare pro pleniori & facili-
 oris exitu voluntatis testatoris, vt l. 1. C. communia de lega. que
 ratio etiam in ista donatione cōsideratur, cum etiam donator eã
 fecerit, vt donatarius haberet eo mortuo, nisi reuocetur.

99 † Ad rationem communis opi. sumptam ex d. l. quod vero q̄.
 licet nouissimi non respondeant, responderi potest, quod immo ex
 tensio toleranda v̄, cum videatur eadem ratio, vt dixi: & donatio
 causa mortis largo modo dicitur legatum. l. & fideicommissum.
 de lega. tertio. istis enim duobus concurrentibus etiam in exor-
 bitantibus sit extensio per l. filium habeo supra ad Senatuscōsul.
 Maced. & dixi in simili s. circa secundum caput in quæstione de
 muliere per statutum prohibita, q̄here & c. cogitabis tamen.

Et si vis tueri communem opinionem, a qua durum esset rece-
 dere, maxime in practica, potest sic ad p̄ria responderi, negando
 primo quod sit eadem ratio, nam legatarijs, & fideicommissarijs
 vltra voluntatem testatoris fuit æquum, & conueniens per hypo-
 thecariam subuenire, quia de ea sibi prospicere non potuerunt.
 cum legata, & fideicommissa ex sola disponentis voluntate pen-
 deant. Secus v̄ in donatario causa mortis. nam ille sibi debet im-
 putare, cur q̄n sibi donatio facta fuit sibi de hypotheca, non pro-
 ipserit, argumento l. veteribus, cum similibus. supra de pact. Si
 igitur non est eadem ratio, sed diuersa, non debet fieri extensio

100 legis exorbitantis, per d. l. quod vero q̄. † Posset etiã dici quod
 sumus in priuilegijs, in quibus etiam ex maiori parte rationis non
 sit extensio. c. sane, de priuileg. quia priuilegia non sunt multipli-
 canda, vt dixi s. l. proxima, in illa quæstio. si priuilegia studij Bo-
 noniensis concedantur Pataulno, an scilicet trahatur concessio
 ad futurum. Non obli. iura contraria, quia bona videtur in responsio
 quod subaudiatur, fere. & licet non sit expressum in iure quod
 pro donatione non detur hypothecaria, tamen satis est, quod id
 colligatur ex viua ratione iure approbata. l. cum ratio, infra de
 bon. damn.

Et vltra et dico quod d. l. si. potest aliter cuitari declarando tñ
 nouiter

D. Maria. Soc. Iun. in l. Sciendum.

nouiter secundum quod dictum fuit supra circa secundum caput in princip. in responsione ad tertium argumentum, quod faciebam contra communem conclusionem in dicto secundo capite.

101 † Secundo equiparatur contractui & non legato, in alio secundum Pau. de Cast. hic, nam donatio causa mortis non potest repudiari, ut probatur in l. cum pater. §. mater, iuncta glo. fina. de 102 lega. 3. & fundatur † hoc in regula l. sicut. C. de actio & oblig. & ita in hoc sapit naturam ceterorum contractuum, qui licet ab initio sint voluntatis. l. nec emere. C. de iure delib. tñ postquam sunt celebrati, sunt necessitatis, ut d. l. sicut, cum concord. ibi in glos. allegatis: & sic nullus ex contrahentibus altero invito potest a contractu recedere, & ita est in donatio causa mortis. Secus autem est in legatis, quia repudiari possunt, ut per gl. in d. §. mater. Aret. hic dicit quod immo ista donatio in hoc non differt a legatis, datis terminis paribus, nam si in legatis detur acceptatio prout presupponitur in donatione causa mortis, idem erit & in eis, sicut enim tunc diceretur repudiatio, postquam quis legatum acceptauerit. l. r. §. decretalis. j. de success. edict. in ista autem donatione recipiendo rem, stipulando vel pacificando, ea acceptauit, merito eam repudiare non potest. Dominus meus Soc. vñ in effectu tenere cum Aret. considerando quod aut testator, qui legauit, & donator viuunt, & procedunt a pari ut per eum. Aut uterque est mortuus, & tunc idem datis terminis paribus, quod uterque scilicet legatarius & donatarius acceptauerit, pares enim erunt, & neuter repudiare poterit. Fatef tñ Soc. quod quilibet eorum poenitentia ductus, poterit non petere etiam postquam acceptauerit. Pro quo facit l. vnica. C. ut nemo inui. age. vel ac. cog. Nisi tamen istud non petere esset alicui pre iudiciale, nam tunc petere compelleretur, vel idem sequeretur effectus, & ita procedit d. §. mater. iuncta glo.

Caue tamen tu circa ista, primo, quia in his proprie terminis loquitur Pau. de Cast. ut l. donatio causa mortis repudiari non possit, quando repudiatio alicui praedudicaret.

103 † Secundo aduerte, quia glo. in d. §. mater, in praedicta differentia, videt bene loqui, vult enim illa glo. quod licet per mortem testatoris nihilo sequitur legatarius possit repudiare etiam in praedudicium tertij, loquendo de vera repudiatione, tamen donatarius causa mortis post mortem donatoris non repudiat, ita ut totaliter donationem annullat, eo quod in conficienda illa donatione illam acceptauit ante mortem donatoris, & talis est natura istius donationis, ut acceptanti fiat, ut §. fuit dictum circa secundum caput. 104 put. † In legato autem secus esset, nam dato milies quod viuo testatore acceptetur, tamen post mortem eius poterit libere repudiari, quia illa acceptatio nulla fuit, cum nondum legatum esset delatum, non solum enim viuo testatore, sed nec eo mortuo ante aditam hereditatem defertur legatum, nec repudiari potest, ut per Docto. maxime Iaso. in l. legatum delatum, infra eo. & dixi supra l. proxima, in illo arti. quando & quomodo transeat dominium recta via in legatis, & hoc modo, ni fallor, iuridice defenditur differentia glo. in d. §. mater.

Tertio considera, quia quod dixi, donationem repudiari non posse, loquendo de vera repudiatione, procedit etiam si talis repudiatio nulli praedudicet, satis enim est ex parte eius adfuisse acceptationem ab initio ut per ipsum solum donatio reuocari non possit, prout §. dixi non enim repudiando poterit facere, quin donatio valuerit, neque illa aliquo modo extinguere per dicta §. in princip. Bene verum est quod respectu effectus vñ repudiari, si eam non lit prosequi, quia ad eam petendam cogi non poterit per d. vni. cam. C. ut nemo inui. ag. & c. nisi tamen ex eo alteri praedudicetur.

105 quia tunc nemini praedudicare poterit ut §. dictum est. † In legatis autem dico, quod etiam cum praedudicium tertij possunt repudiari, leg. r. §. vtrum. j. si quid in fraud. patro. Non obstante quod viuo testatore, vel ante aditam hereditatem acceptauit legatarius, quia talis acceptatio dicitur nullius momenti, ut dixi.

Vltimo aduerte ad id quod dixit dominus meus Soc. in primo membro suae distinctionis, quando, l. viuunt testator & donator. nā licet quod de legato ipse dicit, verum sit, ut etiam ex praedictis constat, tñ non vñ verum, quod dicit de donatione causa mortis, videtur, n. quod donatarius, nec tunc possit donationem repudiare, quia verum est quod eam acceptauit, ergo & c. per supra dicta.

Nec obstat quod tunc iste contractus donationis videretur claudicare, attento quod ex parte donatoris reuocari proterat donec ipse 106 viueret, quia dico hoc non esse nouum. † nam & alias in contractibus toleratur claudicatio, si natura contractus vel personarum qualitas exposulat, ut l. Iulianus, §. si quis a pupillo, supra de act. empt. quem tex. dominus meus Soc. alleg. in contrarium. & ibi gloss. not. In casu autem isto claudicatio toleratur ex natura donationis causa mortis, quae est, ut ex parte donatoris sit reuocabilis, non sic ex parte donatarij, secundum ea quae supra dixi, super quibus cogitabis. Aequatur etiam ista donatio contractibus & non legatis, ut praedicta in plerisque alijs, ut per Docto. hic, ad quos & ad studium tuum te remitto. Verum in pluribus alijs & quasi pro regula quo ad eius effectum aequatur legatis, de quibus per 107 Alexand. Ias. & alios, hic. † Et inter cetera primo aequatur, quia

sicut in legatis transit dominium recta via sine traditione, ita & in dona. causa mortis, quod per consequens donatario dabit rei vendicatio. & pro hoc est tex. nisi cauilletur in l. 2. §. de publiciana, ita concludit Imol. hic, qui etiam allegat l. si mortis causa res, de don. causa mortis qui tex. probat ibi, tunc is cui donatum, praesupponendo quod res non fuisset tradita donatario. idem voluit Bal. ante Imo. in l. 2. C. si quis alie. vel sibi. Ange. in l. a Titio, §. de fur. & Sal. in l. traditionibus. C. de pact. & idem firmavit Imo. in l. r. §. de don. causa mort. & demum ita firmat Alex. & Mod. hic, & est communis opinio ut per eos.

108 † Sed in contrarium facit, quia pro donatione causa mortis petit certi conditio, vel actio ex stipulatu, vel conditio, ex lege secundum quod supra dictum fuit in prima eius equiparatione ad contractus, quae actiones omnes sunt ad dandum, iuxta §. sic itaque, Inst. de action. quomodo ergo pro tali donatione dabitur vendicatio, quae praesupponit agentem dominum in rem, supra de rei vendicat. & ita arguebat Bald. in l. si mortis, C. ad legem Falcid. Verum secundum eundem ibi & Alexand. hic respondetur, quod illud non inconuenit, ut probatur in l. r. C. de donatio. quae sub modo. Et not. quod hoc potest duobus modis declarari.

109 † Primo scilicet ut istud procedat, quia dominium transit de iure speciali, quo casu toleratur saepe id, quod non procederet, si iure communi quis esset dominus, leg. in libello. §. si quis seruum, infra de captiuit. & postlimin. reuer. & dixit Bart. supra leg. proxima prope finem.

Vel secundum dicendo quod conditio datur ratione possessionis, vendicatio vero ratione dominij, prout in simili dixit gl. fina. in fin. d. l. r. & glossa in verfic. hypothecariam, in fin. in §. nostra autem. Inst. de legatis.

Limita nunc istam conclusionem secundum doctrinam duobus modis.

Primo ut procedat in donatione causa mortis impropria, & quae dicitur transire in legatum, vel fideicommissum, puta, si absentis fiat: tunc enim cum fomentum recipiat ab vltima voluntate, nimirum si habet ius eius, ita singulariter declarat Bal. in l. licet. C. de pact. & Imo. in lex hac scriptura, infra de donat. licet de Bald. mentionem non faciat, & in his terminis dicunt debere intelligi d. l. 2. §. de public. sed si propria fuisset donatio causa mortis facta praesenti, & quae non transit in legatum, secus esset secundum eos, nam cum tunc requiratur stipulationem, vel nudas promissionem non reperitur iure cautum quod dominij recta via transeat, vnde debet eo casu stari regula l. traditionibus, C. de pact. Et ideo signanter inquit Imo. vbi §. quod quando donatio causa mortis fieret a filiofamil. ex quo non fit in testamento, nec potest transire in legatum, nunquam transiret dominium recta via, ut per eum.

Sed Alexand. hic in effectu reprobatur hanc limitationem, & bene iudicio meo quoniam per eam nimis violatur d. l. 2. quae loquitur in donatione causa mortis, diuersa a legato, ut patet ex ea cum fine l. praecedentis. igitur non videtur quod possit pati aliquo modo illam restrictionem, ut scilicet in ea tantum procedat, quae transit in legatum. † Facit quia cum ibi simpliciter fiat mentio donat. causa mortis debet intelligi in potiori significatione: & sic de ea quae est propria, & vera donatio causa mortis. Maxime, quia quando fit absentis iuridice non debet appellari donatio talis, licet verba sonent in ea. argum. l. infulam, supra de praescript. verbis, & supra etiam dictum fuit. nec Bal. & Imo. in locis praedictis quicquam allegant, quod obstat. Et licet fiat praesenti & requiratur stipulationem vel pactum, ex eo tamen non sequitur, ergo non potest sine traditione transire dominium recta via, ut patet ex l. fina. C. de sacrosan. eccl. & ex not. per gl. fin. in l. si ager, supra de rei vend.

Secundo limita conclusionem praedictam, ut procedat in donatione causa mortis expressim facta, secus in tacita, in ea enim non transit dominium recta via, sed requiritur traditio vera, vel ficta. Exemplum sit in donatione inter viuos, quae fieret inter virum & uxorem: & etiam inter patrem & filium in potestate. nam cum tales donationes ab initio per se non valeant, sed confirmantur morte donantis, l. penult. C. de donat. inter virum & uxorem eo inspecto dicuntur tacite donationes causa mortis. In eis ergo tanquam tacitis non transit dominium recta via: ita in terminis dixit Ang. in Authent. de hered. & Falc. in prin. colla. r. & sequitur Alex. hic allegans pro hoc l. Papinianus, §. de donat. inter virum & uxorem, & alia ut per eum.

Tu aduerte, quia licet hoc dictum, ut fin. tali donatione non transeat dominium, arbitretur verum, tamen non potest dici limitatio ad regulam, & conclusionem §. positam.

111 † Primo quia illa donatio non potest dici aliquo modo causa mortis, cum non fuerit facta sub aliqua mortis cogitatione, iuxta l. Senatus §. mortis causa, §. de don. causa mort. merito non potest in ea limitari regula loquens de donatione causa mortis quia, ut est notum limitatio seu exceptio debet esse de terminis regu-

regulae l. nam quod liquida. §. fina. infra de penu lega.

Secundo, quia regula procedit in donatione valida, sed in casu praedicto donatio esset nulla, ergo &c. esset nulla, quia ab initio per se non valuit, & cum dicitur, quod morte confirmatur, intelligitur solum in eo, quod traditum fuit, vel pro tradito habitum viuenti donatore, vt d.l. Papinianus, & d.l. penult. & §. dictu fuit. Vnde si non fuit traditum vere uel fide, donatio non confirmatur, & ideo dicitur nulla: nimirum ergo si dominium non transit ex actu nullo, sed vt ex his patet, non potest dici fallentia ad regulam praedictam. Quae videtur remanere generalis, & sine aliqua limitatione, vt. si dicamus in donatione causa mortis semper per transire dominium recta via, licet res tradita non fuerit per praedicta. Et si dixeris, Angel. & Alexand. de donatione inter viuum & uxorem, & simili loquuntur exemplificatiue, sed eorum limitatio est simpliciter in donatione causa mortis tacita.

113 † Et pro eis tunc facit conclusio Bartol. & magis communis posita §. in l. dum dicit, quod legati taciti dominium recta via non transit sic ergo videtur in ista donatione dicendum. Dicam quod tunc si uis illam communem opinionem tenere in tacitis legatis, probabo etiam istam limitationem in donatione causa mortis tacita per eadem fundamenta.

Verum quia ego in d.l. i. tenui, quod etiam legati taciti transfeantur recta via, ut ibi videre potes, arbitror idem dicendum & de tacita donatione causa mortis, cum enim donatio ista dicatur facta, licet tacite, cum a lege acceptetur, arbitror idem in ea quae expressa, per ea quae ibi dixi circa tacitum legatum.

114 † Demum circa hanc conclusionem generaliter vt §. defenfatam aduerte, quia iste transitus dominij recta via fiet, quando talis donatio dicitur perfecta & confirmata & sic regulariter tempore mortis, & aliquando tempore additionis haereditatis secundum quod §. in tertio capite dixi hanc donationem confirmari.

115 † Itz & secundo aequatur ista donatio legatis in alio vt. l. adiecta ei conditio impossibilis vitietur, & non vitiet sicut in vltima voluntate contingit, iuxta l. primam, §. de condit. inst. & §. impossibilis. Instit. de haered. instit. licet secus sit in contractibus, qui propter talem conditionem vitiantur. l. non solum j. de act. & obli. leg. impossibilis, §. de verborum obl. & §. si impossibilis. Instit. de inut. stipul. ita voluit Bal. & Imo. in d.l. i. Imo. in l. illud, §. de don. cau. mor. & Alex. & alij hic sequuntur, quod etiam sequitur Ias. in d.l. impossibilis. de uerb. obligat. & pro hoc allegatur l. quae sub conditione. §. hoc edictum, ibi & in mortis causa donationibus, supra de condit. instit.

Sed considera, licet doct. ita teneant, tamen apud me videtur dubitabile.

Et primo in contrarium fecit, quia cum hoc an tali donationi possit adijci impossibilis conditio, uideatur respicere ordinationem & modum in eundem, debet eo respectu contractibus comparari per regulam positam §. circa secundum caput. & per istam rationem Alex. in d.l. impossibilis, de uerb. obligat. videtur inclinare in contrariam opinionem eius, quam hic posuit, licet sub dubio loquatur.

Tu tamen tuendo communem opinionem respondere potes quod immo nec respicit ordinationem, nam ista donatio potest fieri cum tali conditione, & sine ea: sed potius respicit effectum uidelicet an ita facta valeat uel ne: sic ergo videtur, quod praedicta obiectio nihil obstat.

116 † Ex alio tamen vtra Doctores ista communis opinio videtur dubia, nam ratio contra impossibilis conditio vitiet contractum est illa, quam ponit Iureconsultus in d.l. non solum, de action. & obli. ibi, quia in ea re quae ex duorum &c. sed illa ratio viget etiam in donatione causa mortis, cum etiam illa ex consensu duorum pendeat, ergo per locum ab identitate rationis idem dicendum videtur.

Sed dices tu, quod attenda illa ratio, & eius importantia, idem videretur dicendum in legatis & alijs vltimis voluntatibus. Nam illa ratio d.l. non solum uidetur fundari, ut ibidem dicitur, quia partes a quorum consensu contractus pendebat apponentes conditionem impossibilibem, videntur velle facere actum frustratoriuum: vnde idem videtur dicendum de testatore a cuius solius consensu pendebat legatum, vt. apponens conditionem impossibilem uelit nihil agere, idem enim uidetur de vno a quo solo pendet actus, quod de duobus dicitur, quando a duobus actus pendebat per identitatem rationis.

Verum ad hoc responderi potest, quod illud est ex praesumptione iuris, procederet tamen decisio legis, etiam si illud cessaret, puta quia vellent, & crederent facere actum ualidum ut ibi glo. declarat. Et uis illius rationis est in eo, quia aut praesumuntur uelle facere actum nullum, aut si secus sit, est illis imputandum, praesertim ei, de cuius utilitate agitur. nam cum actus etiam ex eius consensu ageretur, debebat non dari apponi impossibilem conditionem, imputet ergo sibi si contractus sit inualidus, & ita priuetur eius utilitate, cum sibi licitum fuerat uti uolebat conuenire & rejicere illam conditionem impossibilem, unde

cum non fecerit de se tantum quaratur. l. veteribus. §. de pactis.

Et ista ratio hoc modo declarata optime conuenit donationi causa mortis. cum etiam donatarius de cuius utilitate agitur, consenserit conditioni impossibili. Non autem viget in legatis & similibus, quia cum a sola voluntate testantis pendeant: legatarius vel similis in testamento honoratus, de cuius utilitate agitur, non dicitur consentire appositioni conditionis impossibilis. Et ideo non est quid eis imputari possit. Merito igitur (concurrente etiam fauore vltimae voluntatis) conditio impossibilis ad fauorem honoratorum rejicitur, & dispositio uti pura conseruatur.

Sic igitur videtur ex praedictis concludendum contra doctores donationem causa mortis per impossibilem conditionem vitari. Et hoc tenendo non obstat d.l. quae sub conditione. §. hoc edictum. quoniam respondetur quod non loquitur de conditione impossibili, sed de conditione iurifurandi de futuro, quae conditio remittitur per rationem, quam ponit d.l. quae sub conditione. post prin. in versu. cum enim faciles sint nonnulli, quae ratio non viget in conditione impossibili, ex diuersis ergo non est arguendum per iura vulgaria.

Et hoc maxime procederet, tenendo quod illa conditio iuramenti de futuro remittatur etiam in contractibus secundum quod not. in l. si quis cum debitore, §. de iureiur. ad. & in l. si cum patruo. C. communia vtriusque iudic. quae videtur multum probabile per rationem d.l. quae sub conditione, quia tamen plerique in hoc vltimo contrarium tenent in dictis iuribus super eo nihil firmo, & tu cogita. Ex alijs tamen videtur quod ista conclusio contra doctores sustineri possit, pro qua potest ponderari §. impossibilis. Instit. de haered. instituen. nota do quod ibi de donatione causa mortis nil dicitur, & tamen omnia alia exprimitur, in quibus impossibilis conditio rejicitur, vt sic dicamus ibi nihil de ea dicitur, quia non luit sub illa decisione comprehendendi, arg. l. vnica. §. si autem ad deficiat. C. de caduc. tollen. cogitabis tamen super istis, quae disputatiue, & sub dubio dixisse volo non assertiue.

Circa quintum & vltimum caput, scilicet quo ad reuocationem, 118 Noui. dicunt quod aequiparatur vltimae voluntati, sed quia illud non est generaliter verum, potest dici, quod dicitur habere propriam naturam separatam a legatis, & a donationibus inter viuos. nam ista donatio reuocatur poenitentia donatoris, eius reconualefcentia, item & si donatarius premoriatur, vt in §. i. Insti. de dona. & l. non omnis. in princip. cum glo. §. si certum petatur. his autem modis omnibus, nec contractus reuocantur, nec vltimae voluntate.

119 tes. de contractibus est clarissimum, quod quia nullo ex his modis reuocantur, sed postquam sunt perfecti, debent omnino impleri. sicut. C. de actio. & obligatio. & §. alia. Insti. t. de dona. & tra. seunt in heredes actiue & passiuae, vt est notissimum, etiam si fuerint conditionales. §. ex conditionali. Insti. de verborum oblig. De vltimis voluntatibus, puta legatis etiam patet, quia licet poenitentia reuocentur, & etiam legatario premoriante non valeant redacta ad causam caduci, vt l. vnica. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. tamen per reconualefcentiam legantis non reuocantur, vt per Alexand. in l. sancimus. in princip. C. de testamen. nulli ergo totaliter comparatur ista donatio, sed vt dixi propriam habet naturam. Fateor tamen, quod omnibus consideratis dici potest, quod magis accedit legatis, quam donationi inter viuos, licet non in

120 omnibus eis equiparetur, vt ex praedictis constat. † Quibus vnus adde quod etiam donationi inter viuos potest aliquo respectu circa reuocationem dici aequiparata. nam sicut illa per ingratitude reuocatur l. i. & l. si. C. de reuocan. dona. & §. sciendum. Insti. de donatio. ita etiam crederem de donatione causa mortis, datis terminis habilibus, puta quod sit facta eo pacto, quod per solam poenitentiam non reuocetur, iuxta l. si alienam. §. primo. j. de dona. causa mortis. crederem enim non obstat tali pacto donationem posse propter ingratitude reuocari, tu propter identitatem nominis, tum etiam propter vniuersalia verba d.l. si. ibi, oes donationes, vt sic sub illis verbis est donatio causa mortis comprehendatur, qui enim omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. in prin. de lega. 3.

121 † Sed circa ista queritur, an donatio causa mortis reuocetur per rei donatae alienationem voluntariam, sicut contingit in legato, vt l. fideicommissa. §. si rem. de legat. 3. l. rem legatam, j. de adm. legat. & l. Stichum qui meus erit, in fine, j. isto tit. Dyn. in d.l. Stichum qui meus erit, tenet, quod reuocetur: quo et ibi sequitur Bald. reputans hoc aureum dictum. & ibi magis communiter approbatur, quod etiam sequitur hic Alexand. Ias. & Nouissimi.

Adde Alex. in l. non omnis, in principio. §. si certum petatur. Et Hypopol. in singul. 136. Qui etiam dicunt quod reuocatur etiam per superuenientes inimicitias ad instar legati, & mihi placet fundamentum est, quia vbi contrarium non reperitur, ista donatio aequiparatur legatis per iura notissima, ergo &c. Comprobatur, quia cum reuocetur per conualefcentiam donatoris, & per consequens ex tacita donantis voluntate, licet nihil fiat circa rem donatam, seu promissam ex tali causa, fortius debet reuocari per alienationem praedictam, ex quo tacita voluntas colligitur ex dispositione altere de re ipsa facta ex mera voluntate, authen. multo magis. C. de epif.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Sciendum.

epif. & cler. nam cum rem illam nulla necessitate cogente voluerit esse alterius q̄ donatarii, v̄ magis colligi voluntas reuocandi, 122 q̄ ex sola conualefcentia. † Et ex his ostenditur nō esse necessarium, q̄ reuocatio fiat expresse, quicquid in contrarium dixerit aliqui Moder. relati per dominum meum Soc. in l. si quis ante. 3. col. j. de acquir. poss. in vers. plerique tamen Moderniorum. de quibus etiam meminerunt hic nouissimi, qui conantur eorū fundamentis respondere, sed ex prædictis res redditur, ni fallor, indubia. Fateor tamen q̄ nisi aliqua euidens coniectura reuocationis ostendatur, non sufficiat dicere donatorem poenituisse, nisi expresserit. Et de hoc vide plene per doctores, maxime Ias. in dicta l. Stichum qui meus erit, qui ibi in sexta & septima colum hoc dictum Dyn. comprobatur quinque fundamentis, vt per eum. Ex his sit expe dita ista materia donationis causa mortis. & sic prima oppo. Bart.

Aggredior nunc secundam eius op. quam etiam facit glo. in vltima eius parte, & breuiter concludendo ex solutione gl. & Bar. habes, q̄ licet ad hoc, vt quis possit fideicommittere requiratur q̄ habeat ius testandi, & sic dicatur quodammodo pendere a testamento. si tamen fideicommissum, & etiam testamentum a diuersis facta, ab initio fuerint inualida facilius fideicommissum, quam testamentum confirmari seu validari potest, vt d. l. i. §. 1. de lega. tertio. cum solutione gloss. & Bartol. transeunt doctores.

123 † Et tu, vt magis hoc dictum intelligas, & vt ab eo remoueas obiectionem, quæ de regula l. que ab initio, j. de regulis iuris. cū

124 similibus, fieri possit. dicas q̄ eiusmodi dicti ratio est, quia cum fideicommissum ab initio sola voluntate sine verbis fieri potuisset. l. nutu. in princip. de lega. tertio. in d. §. 1. per emancipationem vel manumissionem tollitur causa impediens validitatem fideicommissi, videlicet patria, vel dominica potestas, & quia voluntas durat, dicitur adesse causa ipsam fideicommissum validans, merito valet quasi de nouo datum, vt ibi dicitur. illo enim casu non procedit dicta regula, quæ ab initio, & capitu. non firmatur, de regulis iuris, libro sexto, vt ibi prope finem declarat Dyn. ita inter cetera intelligens d. §. 1. & ita videtur de intentione Barto. hic, cum ad dicta per Dyn. ibi se remittat. hoc autem non procedit in testamento, illud enim ex sola voluntate non potest fieri, sed inter alia requiritur q̄ testator pro testamento solennitate, propria manu scribat, vel proprio ore exprimat nomen heredis. l. iubemus. C. de testamen. quæ solennitas postea non interfuit, licet forte in eadem voluntate perseverauerit, quæ vt dixi ad testamentum non sufficit.

Quantum autem pertinet ad regulam legis nostræ hic, dico q̄ procedit etiam in d. §. 1. quo ad ipsum ius. nam fideicommissum valet, quasi de nouo datum, & sic relictu ab eo, qui habeat ius testandi, cum iam esset emancipatus, vel manumissus, licet de facto testatus non fuerit, sicut in simili dī in l. conficiuntur, §. codicilli, §. titulo proxi. & dictum fuit supra in secundo notab.

Circa tertiam oppo. Bart. quam facit extra glo. de auth. si qua mulier, C. de sacro. sanct. ecclē. breuiter dicendum est, q̄ diuisio honorum de qua ibi, sit quedam specialis, & qualificata dispositio concessa a lege ei, qui aliās testari non posset, vt ibi per glo. & Bar. ibi dicit q̄ potest talis dispositio dici testamētum, ordinatū tamen pro maiori parte a lege vt per eum. Et vltra etiam dici potest, q̄ si non esset testamentum, nihil tamen faceret, contra l. ista. quia tunc dicam, q̄ nō erit etiam fideicommissum, nec ibi aliqd dicitur, per quod fideicommissum arguatur. Ex vltima opin. Bart. de l. si arrogator, §. de adop. & ex dictis eius collige optimam declarationem ad regulā istius legis, vt non procedat respectu eius, pro quo testari possumus, vt. l. eum per fideicommissum grauari valeamus: datum. n. nobis est, vt pro pupillo filio testemur in eius fauorem, vt l. Iulianus, aliās incip. si pupillus in prin. supra de ac-

126 quiren. hær. † Ex quo tamen solo non est arguendum q̄ illum grauari per fideicommissum possumus, qd̄ esset ad eius ortus. l. co hæredi, §. cum fili a. §. de vulg. & pupilla. argu. l. quod fauore, cum similib. C. de legi. & ita procedit d. l. si arrogator. Et vltra illū tex. hoc probatur in l. filio pupillo ex hæredato pro quo testamur. §. non solum. Infti. de pupil. substi. & tamen ab eo nō fideicommissum timus, si nihil a nobis consequatur. l. ab eo. C. de fideicommiss. pro-

127 cedit ergo l. ista in regula affirmatiua, † vt qui sibi & de suis bonis testari potest, possit etiam ab eius herede, vel aliās honorato relinquere fideicommissum. Iaso. hic dicit q̄ contrarium formatum per Barto. elarius potest tolli, quia scilicet illa quarta in dict. leg. si arrogator, non peruenit ad arrogatum ex iudicio testatoris, sed ex dispositione legis, & ideo est, quod grauari non potest per d. l. ab eo.

Sed considera, q̄ licet istud dictum Iaso. in se sit verum, ex eo tamen videtur tolli contrarium, quod sentit Bart. dum scilicet in d. l. si arrogator, probare videtur q̄ aliquis habet ius testandi, & tamen non potest fideicommissum relinquere cōtra legem istā. & per dictum Iaso. solum ponitur ratio cur ille arrogatus in illa quarta grauari non possit, cuius contrarium videbatur, cum eam habeat de bonis arrogantis. Quantum igitur pertinet ad prædi-

ctam obiectionem, vera & congruens videtur solutio Barto. de clarata vt supra, cum qua alij docto. pertranseunt.

Subdit Bar. vñs, q̄ licet eū, pro quo testamur vel testari possimus, non possimus ex eo solum grauari, tamen ab eius hereditate aliquando poterimus fideicommissum relinquere. Quod erit regulare, nisi pupillus a patre ex hæredetur. nam tunc ab eius substituto nihil relinqui potest, etiam q̄ ex hæredato filio sit datum amplissimum legatum, neque etiam ab illius ex hæredato legitimo successore, l. miles ita. §. si miles. §. de militar. testamen. l. si. C. de legat. & l. plane. la secunda. in princip. & l. ab ex hæredato, in 128 princip. j. eodem, cum similibus. † Et quæ tūc sit ratio, maxima apud doctores est difficultas, & varij varia dicunt, de quo tradit in l. cum filio, j. eodem, in prima parte. tu vide quæ in mea repetitione illius legis dixi in quarta conclusione primæ partis, vbi seprem rationibus aliorum doctorum reprobatis, inuenies nouam rationem satis applaudentem: ego pro nunc ad ibi dicta me remitto, & tu cogitabis super illis.

129 † Sed vltimus vltra Bar. §. istam l. & eius regulam negatiuum oppo. nam qui loqui non potest, nec etiam scribere, non potest testari, l. discretis. C. qui testamen. facere poss. & l. iubemus. C. de testam. & tñ potest fideicommissum relinquere, vt l. nutu. in principio. de lega. tertio. hanc oppo. format hic Cuma. & nouiss. referunt. & ipse Cuma. pro veriori solutione dicit q̄ illa l. nutu, hodie nō procedit, nisi mutus ille sua manu scribat, & dicitur correcta per d. l. discretis, in fin. & etiam in §. primo, dum dicitur q̄ omnia quæ in prin. l. prohibebantur, mutuo iua manu scribenti permittuntur, inter quæ ponebantur fideicommissa. Sic ergo a contrario, vbi sua manu non scribit, quia literas nescit, dicuntur omnia denegari. & sic vult tex. quod fideicommissum relinquere possit, & ita in effectu v̄ corrigi d. leg. nutu. Ista solutio nunquam mihi placuit, euitanda. n. semper est l. correctio per iura vulgaria.

Præterea si esset correctio, ad quid occuparet membranas cum liber digestorum post C. fuerit compilatus, §. & cum sacratissimas, in proem. Inft. & dixi supra l. proximi. Et si dicas q̄ illa lex fuit posita in noua compositione C. quæ fuit facta post compilationem digestorum, dicam hoc esse diuinare.

130 † Et præterea etiam dici potest q̄ nō debet dici, q̄ corrigat, per ea quæ dixi §. l. proxi. maxime quia in ea nihil dicitur de correctione. Quare alia est solutio Bar. in d. l. nutu, vt. l. ille tex. intelligatur de mutuo de facto, id est de eo, qui casu loqui non poterat propter instantem morbum, sed impedimentum erat temporale, ille. n. quia morbus non erat perpetuus, non perdidit testamenti factionem, merito potest fideicommittere. & cum hac solu. Bar. quam etiam hic Cuma. ponit, licet aliam teneat, transeunt Fulgo. Paul. de Cast. & communiter Moderni. in d. l. discretis, vt hic referunt Nouiss. Sed nec ista solutio v̄ bona, quia videtur q̄ generalitatem d. l. nutu, quæ simpliciter loquitur in quolibet, cui morbus abstulit loquelā, & ideo debet generaliter intelligi. l. i. §. generaliter, j. de legat. præstā. l. de precio. §. de public. cum similibus. & sic videtur loqui etiam in eo, qui propter morbum sit mutus perpetuus prout contingere potest, iuxta d. l. discretis.

Præterea quis scire poterit an mutus propter morbum superueniens sit perpetua vel temporalis? certe solus Deus. Et si ille

131 † ex tali infirmitate pereat, nunquam loquutus, clarum erit eū fuisse perpetuo impedimento impeditum, cum illud sit perpetuum, quod est ad vitam hominis. l. prima, §. pro soc. Et tamen v̄ risibile est d. l. nutu, habere locū in tali casu. Vt ergo q̄ l. illa simpliciter in mutuo propter morbum loquens, simpliciter & generaliter intelligatur, cum nesciat quis. an & quando sibi loquelā restituerit. Quapropter intelligendo illum tex. generaliter prout loquitur, v̄ posse concludi, q̄ licet talis mutus, si literas nescit, testari non possit, vt d. l. discretis, poterit tamen relinquere fideicommissum nutu etiam quod sit perpetuo futurus mutus: quod tamen soli Deo notū erit. de quo v̄ casus in d. l. nutu. & ita voluit Bald. in d. l. discretis, sequuntur Imo. & Aret. in l. qui in potestare. §. fin. §. de testamen. & nouiss. hic probare videtur. Et ad d. l. discretis, quæ §. in prium ponderatur, respondetur secundum Aret. in d. §.

Dicendum ergo videtur, prout alij dicunt, q̄ ista verba, si hæres erit, importat admonitionem quandam & demonstrationem, quando legatum debeat, sicut in simili fit in l. muto. §. sub conditione, supra de tutel.

Sic etiam, si Papa mandat alicui confratri beneficium, si idoneus fuerit, non dicitur mandatam conditionem importare, vt tradit Abb. in c. 1. de postul. prelati. cum alijs allegatis hic per Ias. in primo notabili.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Hæc verba.

Et in terminis nostris est tex. in l. in conditionibus. §. j. infra de conditio. & demonstra.

Hoc autem q̄ dictio, si, in l. nostra non importet conditionem cum omni suo effectu, ex eo est, quia adijcitur ei, quod omnino ex natura dispositionis inerat a lege. Cum legata non debeantur, nisi adeatur hæreditas, ut supra dictum fuit. Sed tunc conditionem omni respectu importabit, quādo adijcitur ei, quod poterat adesse dispositioni, ut hic per Bar. in prima oppositione, quæ per ista sit expedita.

Septimo & ultimo nota, & ad hoc semper allegatur illud cō-
24 mune & tritum dictum, videlicet q̄ † expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur.

De quo quomodo procedat & quando, quia in eo consistit principalis materia legis nostre, plene inferius tractabitur in prosequutione materiae in oppositionibus & quæstionibus Bartoli, in omnibus eius ordinem sequendo.

Et videbis considerari duos casus principaliter, videlicet quod aut exprimitur, quod tacite inest per modum conditionis, aut per modum dispositionis.

Capio gl. & præter secundam & ultimam, sunt expositiue seu declaratiue tex. & nihil habent, ideo his duabus exceptis, omnes per te videas.

Gl. secunda habet duas partes. In prima declarat tex. In secunda ibi & solus, remouet contrarium. Prima pars est clara. Secunda declarabitur in secunda oppositione Bart. quam statim expeditam. Sed interim expeditio gl. si, quæ diuiditur in quatuor partes. In prima declarat tex. vsq; ibi, Idem est et. Ibi secunda in qua ampliat tex. vsq; ibi, & est ratio. Ibi tertia in qua ponit rationem l. nostre vsque ibi, & ad hoc. Ibi quarta in qua gl. allegat iura p̄cordantia. Et ceteris pro nunc dimissis, tertiã partē glo. expedit hic Bar. in primis verbis post summarium. Et in effectu sequitur rationem glo. cum qua etiam dicit concordare rationem Dyn. licet per alia verba ponatur, ut per eum. Cum ista ratione gl. Dyn. & Bar. transeunt communiter doctores. Et ita ego transeo.

25 Sed adde † q̄ elegans Doctor Zasius ponit nouam rationem, dicens in effectu q̄ ante aditionem hæreditatis, legatum non datur, & dicitur non ens, eo q̄ postea per aditionem producatur. Vnde inquit ipse per naturam fieri non potest, ut illa conditio, scilicet, aditio hæreditatis, legatum suspendat, per quam inesse producitur, illud enim quod non est, suspendi non potest, ut per eum, qui dicit q̄ ista est vera ratio. Quæ tamen mihi non satisfacit. Nego enim q̄ per aditionem legatum in esse producatur, erat enim per prius in dispositione, & per aditionem confirmat. Et probatur hoc, tum quia transmittitur ante aditam, tum etiam, quia fit caducum, l. i. §. & in triplici, in si. iuncto §. in nouissimo, cum §. sequenti. C. de cad. tol. transmissio enim & caducatio legata
26 si ipsi accidunt, ergo erat, quia † non entis nulla sunt accidentia. l. eius qui in provincia, ubi doctores supra si certum petatur, & ca. ad dissoluendū, de detponsa. im. puberū. dixit Bal. in l. posthūmo, in prin. C. de bon. posses. contratabu. & tradit Ias. in l. si constante. col. 24. supra soluto matrimo. Est igitur vere legatum etiam ante aditam, sed validitas eius pendet ab aditione, cum per eam cōfirmetur. Et si non adeatur hæreditas, soluitur legatū ideo est extinguatur & totum ius testamenti. l. si nemo, ponderando ibi verbū, soluitur, infra de reg. iur. quicquid ibi gl. voluerit in contrarium.

Dico ergo q̄ legatum per non aditionem soluitur, & non im-
peditur esse, ergo prius erat, sicut & ipsum testamentum, licet eo modo ius eius solvatur. teneas itaque ad listam & similes rationem glo. Bar. & communem.

Capio secundam oppositionem Bar. & sic etiam glo. secundā in secunda parte. Et nota, quia glo. ibi, & solus, sentit q̄ in secunda parte lex nostra retinet casum quando plures erant instituti, & vnus tantum grauatur, si ipse hæres sit, & dum subdit, secus si duobus institutis & c. loquitur quando nullus particulariter grauatur, sed legatum simpliciter relinquitur, si vnus, puta Seius sit hæres, & ita intelligit l. si Titio, in si. infra quādo dies leg. ced. Verum aliter voluit Bar. l. q̄ in l. nostra in secunda parte, vnus solus erat institutus, quod etiam sequitur Paul. de Castr. & alij quidaz, sed non est curandum, quia in effectu idem est q̄ Seius solus sit institutus, vel alius cum eo, si solus ille grauatur, si sit hæres: quoniam semper procedit lex nostra, quia legatum non erit conditionale, in si. huius gl. ex ea & dictis Bar. in 2. opp. colligitur ista con-
27 clusio, q̄ † si pluribus institutis, puta Titio & Scio legatum fiat alicui, si Seius adeat hæreditatem, legatum erit pro parte Seij purum, pro parte Titij conditionale, prout de hoc videtur tex. in l. si Titio. §. fin. infra quādo dies lega. Quæ conclusio de plano procedit, si legatum sit factum ab omnibus hæredibus, & ita proprie loquitur d. §. fina.

Verum, si simpliciter legetur, puta si Seius sit hæres, lego decem Gaio, licet dubitari possit, adhuc tamen glo. ista idem vult, & ita etiam voluit Imo. supra ea.

Sed contrarium videtur posse dici prout dicunt hic Sadole-
tus, & Deci. & ante eos ita voluit Rapha. Comen. hic. Dicunt

enim quod tunc non erit conditionale in aliqua parte, quia solus Seius dicitur grauatus, cum in eius persona posita sit conditio aditionis. Et mouentur omnes per l. si fundum sub conditio-
ne. §. si libertus, infra eod. Et pro hoc pondera tu d. §. si. ibi, ab om-
nibus hæredibus. Nam ex illis verbis innuitur secus esse si non
legetur ab omnibus.

28 Sed aduerte, quia pro opinione glo. & Imol. facit, † quoniam legatum simpliciter factum, cenetur relictum ab hærede indefi-
nire. l. si seruus. §. qui margaritam, infra eo. ergo ab omnibus hære-
dibus. l. si pluribus, de leg. 2. & l. qui plures, de leg. 3.

Nec obstat d. §. si libertus, quia respondetur, q̄ id est, quia id
fuit a testatore expressum secundum vnā literam in qua legi-
tur ab eo seruos & c.

Et secundum hanc literam ille tex. a contrario posset retorque-
ri. Et ad d. §. si. vt supra ponderatum responderi potest, q̄ non de-
bet sumi illud argumentum contra prædicta, maxime cum illa
verba videantur narratiua facti.

Verum his non obstantibus, licet punctus sit dubius, magis
placet opinio Comen. & aliorum de quibus supra, quæ (ni fal-
lor) bene fundatur in d. §. si libertus.

29 Nec † placet mihi illa litera, vt legetur ab eo & c. prout in li-
bro meo talia verba non sunt, nec etiam in multis, & forte omni-
bus antiquis impressionibus, licet hodie posita sint in nouis li-
bris, & male iudicio meo. Nam secundum illa verba nulla pro-
fus fuisset in eo casu dubitatio, contra mentem Iurisconsulti ibi
in versiculo intelligendum erit a cohærede patris duntaxat, le-
gatum datum. Nam ista verba arguunt verba testatoris fuisse du-
bia, & interpretationem ibi fieri a lege. Sic ergo ibi probatur, in
dubio onus videri iniunctum illi hæredi in cuius persona poni-
tur conditio si hæres erit. Et certe idem a contrario sensu bene
probat d. §. si. Non enim illa verba ab omnibus hæredibus, de-
bent esse posita sine mysterio & otiosa, quia non sic est mos iu-
risconsultorum. Nec quicquam allegatur, quod impediatur simili
tale argumentum.

Non obstat ratio allegata supra in contrarium, quia illa proce-
deret, quando legata simpliciter sunt ab hærede, vt d. l. si pluri-
bus, cum similibus, sed si legeretur in forma conditionis, vt in l. no-
stra, & exprimitur conditio in persona vnus, ille solus in dubio
cenetur grauatus, per prædicta.

Pro quo etiam facit lex ista tenendo quod etiam in secunda
parte erant plures instituti. Nam, si dictum fuerit, si Seius hæres
erit, lego, dicitur hic quod legatum non erat conditionale, ergo
sequitur, quod ille solus dicitur grauatus, alioquin esset conditio-
nale pro parte cohæredis, vt d. §. si.

Capio tertiam oppositionem Bar. de l. in conditionibus. §. 2.
infra de condi. & demonstra. Et ex eius dictis colligendæ sunt nõ-
nullæ conclusiones.

30 Prima q̄ † legatum vni ex pluribus institutis iniunctum, si il-
le erit hæres, non dicitur conditionale. Et ita procedit lex ista te-
nendo q̄ in 2. parte plures fuissent instituti. In hac tamen mate-
ria quando plures sunt instituti, puta duo, vt eam ad plenum ha-
beas, considera sex casus distinctos. Primus est, si vnus solus gra-
uatur, si ipse sit hæres, & tunc procedit, & vera est conclusio præ-
dicta. Secundus est, si ambo grauatur, si alter erit hæres, & tunc
procedit d. §. si. in l. Titio, infra quādo dies leg. ced. Tertius sit, q̄
grauatur vnus, si alter fiat hæres, & erit semper & in totum lega-
tum conditionale, quia illud tacite non inerat. Quartus, quando
ambo grauatur, si ambo erunt hæredes, & tunc potest valde du-
bitari. Nam videtur q̄ sit conditionale legatum, quia non vide-
tur inesse quod vterque adeat, cū vnus aditio videatur sufficere.

Sed e contra videtur, quod immo inesset tacite, vt vterque te-
neretur, & sic videtur quod non sit conditionale. pro nunc nihil
determino, sed cogitabis. Quintus sit casus, si eo modo vnus tan-
tum grauatur, & erit legatum conditionale, quia non inest tacite
utrumque adire, sed eum solum, qui grauatur.

Et istud teneo, quamcunque opinionem tenere velis in præce-
denti casu. Sextus & vltimus casus est, quando simpliciter lega-
tur, si vnus fiat hæres, puta Seius, & tunc procedit disputatio,
quam supra feci in præcedenti oppositione, dic vt ibi dixi.

31 Secunda conclusio elicitur ex dictis Bart. quod † q̄ duo sunt
institutis, & vnus tantū grauatur, eo repudiante, vel aliter excluso,
pars eius accrescit cohæredi cum onere legati, & sic legatū ab il-
lo debetur, non tñ ex voluntate testatoris, sed ex legis dispositio-
ne. Et probatur ista conclusio in l. si Titio, & Menio. §. Iulius, §.
de leg. 2. Sed in contrarium videtur tex. in l. Celsus. §. si. eo. tit. &
est contrarium maximum in iure, & difficillimæ resolutionis.

32 Et licet varij varia dixerint, resolutio magis cōis est, quod † d.
l. Celsus. §. si. procedat, quando repudiante, vel alias excluso onus
legati nominatim iniungitur. Tunc n. portio sua non accrescit
cū onere, quia testator sic nominatim grauando, videtur voluisse
deberi ab ipso tantum propter expressionē proprii nominis. Et
ista declaratio ad illum tex. vt applaudere, quia ibi in vtroque re-
sponso, dicitur, quod onus erat nominatim iniunctum. Et ita in
terminis

terminis voluit ibi Bart. quem magis communiter sequuntur Doctores. Quando vero onus vni iniungitur aliter, quam proprio nomine procedat d. §. Iulius, & conclusio Bar. hic. Et erit exemplum. Quisquis mihi heres erit in dodrante det decem Seio, posito quod vnum tantum in dodrante fecisset heredem, sed alius in diuersis partibus. Vel etiam si dicat, Primus haeres dato, secundus terminos l. in conditionibus, §. i. j. de cond. & demonst. tenendo quod ibi primus non sit nomen proprium. Et cum hac solutione & distinctione transeunt Doctores magis communiter, ut dixi, ut hic per Ias. in prima conclusione.

Et pro illa videtur benefacere l. i. §. id quod j. ad l. Falcid. Naz. ibi fit differentia, an ab aliquo nominatim legetur, an per verba, quisquis mihi haeres erit.

Et si opponas de d. §. Iulius, ibi, ab eo, quasi ex eo videatur nominatim grauari, & de l. i. §. ne autem C. de cad. tollen. duz dicitur, quod honorata persona fuit grauata. Nam & illud vbi intelligenduz, si nominatim, & tamen in vtroque portio accrescit cum onere.

Responderi potest, quod non valet consequentia, relinquatur ab aliquo, vel grauiatur honorata persona, ergo id dicitur fieri nominatim, cum alijs modis id fieri possit. Et nominatim solum dicitur onus iniungi, quando proprii nominis fit mentio. Sic in simili differt stipulatio per verbum facta dominis proprijs nominibus, vel appellatiuis. l. si communis seruus ita stipuletur, j. de stipulane seru. Facit in simili l. nonnunquam, cum fin. l. praecedent. infra ad Trebellian.

Sed contra istam distinctionem & communem solutionem multa videntur vrgere.

33 Primo §. l. 2. supra de liber. & posthum. & §. nominatim, Institut. de exhaered. liber. vbi, quis dicitur nominatim exhaereditari, etiam proprio nomine non expresso, modo constat, quod de eo testator senserit.

34 Secundo §. l. si nominatim, j. de cond. & demonst. vbi non refert, an proprio nomine quis demonstretur, an per artificium, vel alio modo, quia demonstratio vice nominis fungitur.

Tertio l. quoties §. si quis nomen, supra de haeredib. instituend. vbi indubitabilis demonstratio aequiparatur proprio nominis expressioni.

Quarto l. certum, §. si certum petat. vbi ideam probatur. Vnde si in proposito constat, quod vni particulariter sit onus iniunctum (quod omnino praesupponendum est) videtur, quod non differat ab expressione proprijs nominis.

Et hoc quinto loco & in terminis nostris probatur in l. nominatim, de legat. tertio, per quam l. destruitur totaliter communis distinctio.

Contra quam vltimo facit, quia secundum eam nimis restringerentur iura dicentia, quod portio transit cum onere, ut d. §. Iulius, & l. i. §. pro secundo c. his ita, & §. ne autem C. de cadu. toll. cum similibus. Nam stante communi distinctione, non procederet, quando quis proprio nomine grauarietur, quod frequentissime contingit, hoc autem videretur contra generalitatem dictarum legum, ergo &c.

35 Quare reperio §. gl. magna in fin. in d. l. Celsus, dixit pro meliori resolutione quod hodie d. l. Celsus, in fin. non procedit quasi quod sit correctio, & sic quod hodie portio accrescit cum onere, etiam si fuerit nominatim iniunctum per d. §. Iulius, & iura similia.

Et secundum Raph. Comen. ibi haec solutio est ipsa veritas dicentem quod secundum eam consuleret, declarando ut per eum. Idem vbi tenere gl. magna in d. §. pro secundo, dum dicit quod in §. si d. l. Celsus, refertur ius antiquum. Quod etiam sequitur ibi Salic. Et vbi etiam sequi ibi Fulg. & Corn. dicentes, quod si sententia Iuliani reijcitur auctoritate rescripti Diui Seueri, ut d. §. Iulius, dicit etiam reijci & corrigi etiam sententia Celsi, in d. l. Celsus §. si. ut per eos.

Et ista opinio plurimum videtur applaudere. Nam in d. §. Iulius, refertur ante Diuum Seuerum de iure fuisse, prout determinatur in d. l. Celsus. Et eo tempore in spectro oportet Celsum loqui, cum fuerit ante Seuerum. Floruit. n. tempore Adriani, & fuit eius Consiliarius, qui praecessit Seuerum per annos sexaginta vel circa. Illo. n. antiquo tempore, relicta ab vno, ab alio non debebantur etiam a substituto, nisi fuissent per testatorem expressae repetita. Sed postea Diuus Seuerus rescripsit, legata censeri a substituto repetita, nisi aliud appareat, licet Imperator, infra eod. & d. §. Iulius.

Et hoc considerans Vlp. ibi dixit, quod etiam a coniuncto seu cohaerede, quasi a substituto, debent dici repetita legata. Et ita forte potest intelligi l. cum pater, §. si pater, j. tit. i. quae est Papinian. Et hinc forte est, quod Imperator in d. §. ne autem C. de cad. toll. tribuit Vlpiano istud, quod portio accrescat cum onere, & ista nota pro his, quae in seq. conclus. dicentur secundum Patrum meum Soc. ad intellectum l. si Titio §. si. j. quando dies lega. ced. ut flo. quatur ante tempora Diui Seueri, & sic antequam portio cum onere accresceret, ibi dicam.

Et ad hanc opinionem, scilicet d. l. Celsus, corrigatur, facit doct. 36 Bar. in l. quod dicitur, §. de impen. in reb. dot. fact. §. du vult pro

cuitanda contrarietate, quod vna lex corrigatur per aliam, etiam in eodem volumine Digestorum.

Sed aduerte, quia licet praedicta videantur optime procedere, & culibet intellectui applaudere, tamen eis plurimum obest, quod cum omnia iura, maxime in isto volumine Digestorum vna auctoritate, & vna compilatione, & simul, & eodem tempore tradantur, veluti iura Iustiniani l. 2. §. tanta, C. de veter. iur. enucl. non vbi aliquo modo conuenire quod reperiantur iura dissonantia & opiniones seu decisiones non approbatae, vel quae non sint seruanda. Id enim videtur §. l. i. §. nulla, & l. 2. §. contrarium C. de veter. iur. enucl.

Et illa opinio Bar. in d. l. quod dicitur, mihi nunquam placuit. Nam compilatores, aut Iustinianus per eos non intendit, quod aliquo modo in tali volumine reperiantur iura inuicem dissonantia. Ea. n. quae ipsi noluerunt seruari & habuerunt pro correctis potius abiecerunt, ne frustra membranas occuparent, & certe aliud dici non potest sustinendo praedicta, nisi quod d. l. Celsus, in §. si. fuit posita per inaduertentiam compilatorum ex humana imbecillitate, de qua aliquando excusat se Imperator in d. l. 2. §. si quid autem, cum §. seq.

Ethoc forte euenit, & mihi videtur facile credendum se posita auctoritate Iustiniani. Verum quia hoc nobis non licet asserere, sic admonente Imperatore in d. l. 2. §. contrarium nos istud dimittimus, quicquid apud me sentiam. Et excusatio, quem facit Iustinianus in d. §. si quid autem, est respectu similitudinis & superfluitatis, non respectu contradictionis, & repugnantiae. Et caute id facit, nam alias fatendo iura contraria, totum ius subuertitur, quare cogitabis. Et si vis tueri solutionem & distinctionem communem, adde pro ea vltra iam dicta hanc rationem. Nam quando quis nominatim, & sic proprio nomine grauetur, videtur quod onus illud personae eius iniungatur, & adeo ut personale ad alium non transibit, arg. l. quia tale, §. soluto matr. sed quando vnus grauiatur sine expressione proprii nominis, onus videtur iniungi non simpliciter ratione personae, sed ratione portionis sibi relictae, & ideo per alium praestabitur, ad quem ipsa portio pertinet. Et hanc rationem posuit D. meus Soc. in l. quae conditio, in princip. 6. colum. uersic. circa secundum, infra de conditio. & demonstratio.

Facit etiam l. 2. in vers. sed legata, §. de his quae in test. del. Nam cum ibi dicatur, relicta ab vno nominatim, deberi per alium haeredem, si voluntas testantis ita fuerit, innuitur quod in dubio debetur, nisi illa voluntas probetur. Cogitabis super istis. Quoniam, ut verum fateor, cum communi opinione quiescere non possum per supra dicta.

Non omitto, quosdam dixisse quod d. l. Celsus §. si. g. loquitur in p. non scriptis, pro quo ponderant ibi, si ille extitisset &c. Iura vero priora procedunt in caducis vel existentibus in causam caduci, ut per Fulg. & Corn. in d. l. i. §. pro secundo. C. de caduc. toll. Sed mihi hoc non placet, quia videtur contra d. §. fin. ubi non dicitur simpliciter, si ille extitisset, ut sic de existentia tempore testamenti intelligi possit, sed dicitur si ille extitisset haeres, & sic loquitur respectu aditionis hereditatis.

37 Tertia conclusio Bar. est, quod licet legata valere & deberi possint etiam non adita hereditate ex testamento, non tamen fiunt conditionalia in casu istius legis, si id non prouenit ex expressa dispositione testatoris, sed aliunde ex legis dispositione, quia licet possint habere effectum, id tamen non erit secundum quod testator ordinauit. Exemplum secundum Bar. erit.

Primo quoniam portio accrescit cum onere secundum dicta §. in proced. concl. Secundo, quando debentur legata ex edicto. Si quis omis. cau. test. ut per eum, cum quo transeunt Doct. ut per Ale. & per Ias. in 4. concl. Et pro Bar. in secundo exemplo est tex. in l. §. si in test. §. si. j. si quis omis. cau. test. ubi verba illa, §. quisquis mihi heres erit (quod intelligi debet ex testamento) non faciunt legatum conditionale, quia siud esset, non deberetur legatum, cum heres ex testamento nemo fuerit, debetur tamen non prout testator ordinauit, sed uirtute illius edicti.

Sed aduerte, quia Bal. in auth. ex ca. 9. col. uersic. quarto oppono C. de lib. praeteritis, §. iurum firmare vbi, dum dicit quod legata ab haerede relicta si heres erit filio praeterito per illam authenticam, non conseruantur, quia sunt conditionalia, & conditio defecit, ut per eum. Nam illa conditio in terminis d. authenticae non dicebatur tacite inesse Ale. & Ias. hic tenentes cum Bar. dicunt quod Bald. errauit, dicens quod illa conditio eo casu non inerat tacite. Nam est §. doct. Bar. hic, quia immo secundum eum inerat tacite, ut legata deberentur ab instituto, prout testator uoluit, & ideo non sunt conditionalia, non. n. tunc debentur ex dispositione testatoris, sed legis. Sed in §. iurum facit, & videtur quod imo ex dispositione testatoris. Nam §. ipse praesumitur velle, quod vult lex, & ei se conformare, iuxta doctrinam Bar. & aliorum in l. haeres mei. §. cum ita, §. ad Treb. cum similibus.

Hinc dixit Bal. in l. precib. 10. colum. quod testator semper praesumitur cogitare, quod per legem ordinatur. Vnde cum in proposito lex ordinat rupto testamento ex causa praeteritionis de Mar. Soc. Iun. Prima Pars. T 3 beri

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Hæc verba.

beri legata, videtur q̄ testator voluerit, ideo &c.

Et per hanc rationem videtur quod opinio Bald. contra communem sit vera, & sic &c.

Ex quo etiam videtur inferri hodie, q̄ in terminis l. si Titio. §. si legatum sit conditionale in persona vtriusque, quia non inerat tacite &c. cum ab alio deberi possit, cui accrescit portio cum onere, vt d. S. Iulius, & d. S. his ita.

Et istam opinionem ingeniose & multum subtiliter defendit Soc. in tertia limitatione. Nec tunc obstat d. l. si Titio §. fin. quia Pomponius auctor illius legis loquitur secundum tempora sua, sante Diuum Seuerum, eo enim tempore portio hereditatis nō accrescebat cum onere per d. l. Celsus §. si. Nam quod cum onere accrescat, declarauit Vlpianus post rescriptum Diui Seueri, vt habetur in d. S. Iulius, & supra dixi.

Certe totum hoc pendet ab his, quæ in precedenti conclusione dicta sunt. Igitur cum dixerim super illis cogitandum, etiam hic cogitabis.

Et si vis in proposito tueri communem opinionem. ad rationem contrariam respondeas secundum Ias. hic in quarta conclusione in si. q̄ licet presumatur testator velle, quod lex disponit, non tamen illud directo & expresse voluit. ergo &c. Saep̄ enim plus operantur expressa, quam tacita l. nonnunquam & l. si in diem, §. si. infra de cond. & demonstrat. & l. expressa nocent; de reg. iur. Licet enim tunc legatum debeat, non tamen debetur vt testator ordinauit.

Et præterea pro communi contra Soc. est casus in d. l. Titio §. si. Nec videtur bona responsio dicere, quod loquitur secundum tempora sua, & quod hodie non procederet. Quoniam cum vno tempore & vna auctoritate sit facta compilatio Digestorum, non debent reperiri leges dissonantes, vt dixi supra, nisi prout §. dixi, dicas quod humana imbecillitate per inaduertentiam compilatorum fuit positus d. §. si.

Præterea non constat q̄ Pomponius auctor d. l. si Titio, fuerit ante Seuerum. Quinimmo videtur q̄ tempore suo portio accresceret cum onere l. si duobus §. i. j. eo. Et sic q̄ fuerit post Diuum Seuerum. Floruit enim tempore Alexandri, qui fuit annis quadraginta post Seuerum.

Et ultra etiam dici posset, quod superuacua est illa conditio in persona illius, quia non impedit transmissionem. propter diffinitionem Labeonis, de qua in precedenti §. ibi dicitur, non autem ex eo, quia portio non transeat cum suo onere, omnino. transit. Et maxime in eo casu, in quo non fuit nominatim grauatus iuxta communem opinionem in precedenti conclusione. Et de hoc est tex. in d. l. si duobus §. i. infra eod. De hoc tamen inferius latius dicitur, & tu interim super istis cogitabis.

Posset etiam dici & forte melius, q̄ ibi non transit portio cum onere, quia onus illud non erat purificatum respectu obligationis. Nam licet respectu transmissionis esset purum, tamen impeditur obligatio per conditionem ut dictum fuit §. in primo notabili. Et secundum hoc potest dici q̄ Bal. in d. authent. ex causa, bene loquatur, quia nō loquitur respectu transmissionis, sed respectu validitatis & conseruationis.

Nec prædictis obstat dictus §. Iulius, quia ibi onus erat ininitum simpliciter, non sub conditione si hæres. erit cogita super istis.

Sed aduerte, quia immo videtur q̄ loquatur; etiam respectu transmissionis, saltem in consequentiam, quia si dicitur conditio- nale, quantum ad obligationem, ita ut eo, qui erat institutus, nō adente, legatum non debeat, licet per alium adeatur hæreditas, puta per coheredem in d. §. si. & per filium præteritum in d. authent. ex causa certe interim non potest transmitti, quia conditio- nale non transmittitur, ut §. dictum est; nisi dicas transmitti per regulam Labeonis. Præterea videtur quod omnino dictum Bal. sit falsum, quia quando legatum ab hærede instituto relicti conseruatur etiam quod non adeat, puta si adeat substitutus iuxta l. licet Imperator, j. eo. conseruatur etiam quod esset relicti expressa conditione si institutus sit hæres, vt videtur tex. in Lab. hæredat. §. si. j. qui tex. est valde notabilis. Sic igitur videtur dicendum in terminis d. authent. ex causa, in quibus loquitur ibi Bal.

Et similiter in terminis l. si Titio & Meuius §. Iulius, Et in terminis edicti si quis omisa causa test. prout in his duobus casibus loquitur hic Bar.

Pro quo d. §. si. videtur optimus tex. & de edicto est tex. in d. l. si in testamento, §. si. Facit etiam in simili l. seruo alieno §. si ab impubere, j. eo. ubi a substituto debetur legatum relicti & ab impubere, si ad pubertatem peruenerit. Nec conditio illa dicitur repetita, quia vitaret legatum, ut ibi dicitur. Quæ ratio operatur etiam in prælegato §. si.

40. Quarta est conclusio ex mente Bar. quod ius accrescendi nō prouenit ex voluntate testatoris, sed ex legis dispositione. Et istud voluit gl. in l. apud Iulianum, §. de Iulianus, j. ad Treb. i. cogitur ut si hæres ex voluntate. Doctores hic taciti pertransire videntur.

Sed in contrarium videtur tex. in d. l. si Titio & Meuius §. Iulianus. de leg. 2. in versi. & hic quasi substitutus cum suo onere &c. Sed dicas q̄ dicitur quasi substitutus, & nō vere substitutus. Et illud est, quia per legem vocatur acsi a testatore esset substitutus & illa dicitur substitutio legalis, vt per Cuman. in d. S. Iulian.

Et sic immediate dicitur habere a lege, non autem directa via a testatore, prout dixit Bar. in l. si in testamento, §. de vulg. & pup. Et hoc respectu dixit hic Bar. q̄ legatum non debetur, prout testator ordinauit, considerando immediatam eius dispositionem.

Fatendum tamē est, q̄ mediate & quadam voluntate præsumpta dicitur habere ex iudicio testatoris, qui habet ex iure accrescendi. Super quo præsumpto iudicio variatur ius accrescendi, secundum varietatem coniunctionis ab ipso testatore prouenientis, vt l. re coniuncti, & ibi plene per Bartol. & alios j. de leg. 3. & per Doct. in l. i. C. quando non peten. part.

41. Quinta conclusio est, q̄ verba illa, Quisquis mihi hæres erit &c. non important clausulam codicillarem.

Et sic per ea verba non censetur legata repetita ab intestato ita recte intuenti voluit hic Bar. dum dixit, q̄ tunc talia verba faciunt legatum conditionale, quando fuit adiecta clausula codicillaris: sic igitur per se clausulam codicillarem non important. Et ita expresse dixit Bar. in l. si quis cum nullum, §. tit. i.

Et ita tenent quam plures alij in varijs locis allegati hic per Alex. Ita etiam tenent hic Alex. & Ias. dicentes q̄ est communis & verior opinio.

Sed trium tenet gl. in l. ex duobus §. i. §. de vulg. & pupil. & hoc per d. l. si quis cum nullum. Et cum illa gl. transit ibi Bar. sibi trius & Ang. in l. i. §. tit. i. & Paul. de Cass. in l. eam quam. C. de fideic. secundum Alex. sed Ang. mihi non scribit ibi.

Et tenendo istam opinionem, quam in puncto iuris defendit Soc. in 6. limit. Non obstat iste tex. quoniam hic fuit dictū, quisquis ex scriptis, sed &c. Et nota quia eodem modo respondetur ad l. si in testamento, §. si quis omisa causa test.

Et istud esset pulebrum & notabile in disputatione, verū quia non intendo ad præsens longius & plenius discutere, pro nunc non recedas a communi opinione. Pro qua est gl. i. per illum tex. in l. si in testamento, §. si quis omisa causa test. Facit etiam l. que conditio, in prin. cum gl. j. de cond. & demonstrat. & l. si plures de leg. 3. ibi sicuti hæc verba quisquis mihi hæres erit &c.

Sed melius facit l. si quis liberis §. hæc verba §. de vulg. & pup. Immo viderur quod ille §. hæc verba, non possit facere ad propositum, ex quo ibi non potest tractari ab intestato, quia agitur de pupillari substitutione, quæ non valet, nisi esset adita ex testamento, l. 2. in si. prin. de vulg. & pup. Et ille §. hæc verba, ibi, ex testō, excludit eos, qui mediante persona instituti haberent, qui non sunt scripti in testamento, ut ibi statim exemplificat.

Nisi tuendo in ductionem respondeas, q̄ immo tabula pupillares possunt dici confirmiori existētia sui hæredis, l. si filius qui, §. de vulg. & pup. cogita.

Optime etiam facit d. l. si in testamento, versi. quare & si ita. Sed ibi dicitur superscripti. Et nota quia credo q̄ ille tex. procederet quo ad hæreditatem, etiam si ei non fuisset admixta libertas. Immo plus dico, q̄ ibi datio libertatis vitatur, quia ei fuit admixta hæreditas. Nam per se libertas conseruatur, vt eadem l. paulo ante dicitur, & in l. de libertatibus, eo. tit. Et ex hoc patet, non obita re solutionem, quam ad illum tex. dat hic Soc.

Non obstat d. l. si quis cum nullum, in qua est fundamentum contrarie opinionis, quia respondetur, q̄ ibi non erat factum testamentum, nimirum igitur si verba illa verificantur in legitimo hærede, vt ibi per Bar. & alios.

42. Limita tamen hanc communem conclusionem non procedere, vbi vnus tm̄ esset hæres institutus, tunc n. vt distributum quisquis, verificetur, etiam venientes ab intestato comprehendētur. Ita firmat Imo. Cuman. & Pau. in d. l. ex duobus §. i.

Et ita etiam tenet hic Ale. Quod tamen intellige nisi dixerit quisquis ex scriptis, arg. l. i. §. de his, quæ in test. delent. Et ita dixit Lino. in d. l. ex duobus §. i. Et pro hoc vt casus in d. l. si in testō, uerisiquare, secundum vnam litteram, quæ videtur melior.

43. Sexta sit conclusio Bart. q̄ q̄ in testō esset adiecta clausula codicillaris, legata, in terminis legis nostræ, essent conditionalia cum Bar. transeunt Doct. Et rō est, quia tunc nō exprimit, qd̄ de necessitate inerat, quia fm̄ voluntatem testatoris poterit legata valere, si tunc nō adeatur ex testō. Et ex ista ratione inferitur, q̄ t̄ cū hodie in testis sp̄ apponatur talis clausula, imo p̄ gnalem consuetudinem præsumitur appositā, arg. l. quod si nolit §. quia assidua est, §. de g. dil. edi. raro dabitur, q̄ procedat lex ista ut si legata non sint conditionalia in his casibus. Raph. Comē. ut hic referunt Alex. Soc. & Ias. trium dixit, volēs q̄ imo clausula codicillaris non operet, ut conditionalia sit. Et sic dicit Ale. eius fundamentū aliter q̄ sit & sic male referat, prout et aduertunt Soc. & Ias. tñ fundamentū eius est.

44. Nā dicit ipse q̄ q̄ apponit talis clausula in effectu sunt duæ dispositiones, vna l. testis in qua opponitur condō, quæ inerat. Naz. &c. Alia est codicillorum in defectu testi mediate d. clausula, p̄ quam

quam disposita in testamento extenduntur ad codicillos, non tamen extenditur conditio illa, si hæres erit.

Tunc enim operatur illa clausula quantum si diceretur, omnia disposita in testamento volo valere, & deberi a venientibus ab intestato, & non potest dici repetita conditio illa, quia repugnant. Nam q̄ institutus adeat, & ab intestato succedatur, repugnant. Et pro hoc allegat Cuman. in l. si quis a filio, in princip. j. eo. & dicit hic Cuma. quod in hoc decipitur Bar.

Verum tuendo Bar. secundum Soc. in quinta limitatione potest dici primo, q̄ immo conditio repetitur. Et licet videatur repugnare, dicas q̄ illud quod repugnat non repetitur, videlicet illa qualitas, q̄ sit hæres ex testamento, argumento l. si j. de fideic. liber. dum ibi dicitur, q̄ non dicitur fieri repetitio eius, quod vitaret, sed dicitur repetitur, vt sit hæres ab intestato.

Secundo dicit Soc. post q̄ conditio non repetatur, ex eo ostenditur, q̄ opinio Bar. indubitanter videatur vera. Nam eo stā te sequeretur, quod conditio fuit expressa aliter quam inesse.

Circa istam difficultatem multa scribunt doctores moderni, & plura alia dici possent. Sed ego reiectis omnibus alijs, dicā solum, quod puto tenendum.

45 Dico t̄ ergo, q̄ aut querimus vtrum per clausulam codicillarem legatum in terminis istius legis fiat conditionale quo ad effectum impetrande transmissionis, aut quo ad effectum obligationis. Quo ad primum puto, prout etiam tenet Rui. quod non impeditur transmissio propter regulam, & distinctionem Labeonis de qua in d. l. si Titio, §. i. j. quādo di. lega. ced. Et rationabilis est, quia non conuenit, vt ex suspensione aditionis, legatum reddatur incertum quod de se ex ordine testatoris non esset incertum, nec suspenderetur post aditam hæreditatem, prout hoc probatur in l. si dies, §. si quando dies leg. ced. Quæ ratio, & etiā regula Labeonis non tollitur per clausulam codicillarem.

Quo ad secundum, si dictum fuerit, quisquis mihi hæres erit, det decem, vel lego decem Gaio. Et puto rem satis claram, vt debeat, etiam non adita hereditate ex testamento. Nam verba patiuntur seu verificantur etiam in veniente ab intestato, cū sit hæres ex expressa ordinatione testatoris.

Non obstat q̄ alias talia verba verificentur, solum in vocatis ex testamento, l. qui liberis. §. hæc verba, §. de vulg. & pup. & l. si in testamento, §. si quis omis. cau. testa. & supra fuit dictum. Quia illud procedit, quando non adest clausula codicillaris, sed ea posita, secus est, cum etiam venientes ab intestato veniat ex expressa ordinatione testatoris. Nec curo, vtrum talis clausula præcedat legatum vel sequatur.

Si vero dictum fuerit si Titius hæres erit &c. vel quid simile, & tunc videtur aliqua dubitatio, quia cum Titius sit institutus, videtur, quod solum in eo ex testamento succedente verificetur conditio, & non in venientibus ab intestato.

Verum si forte idem Titius sit, veniens ab intestato, puto satis aperta ratione idem dicendum, quod §. videlicet legatum deberi, ex quo verba conditionis verificantur, quia si Titius est hæres, licet ab intestato, & quidem ex ordine testatoris. Si autem alius sit veniens ab intestato, & tunc res videtur valde dubia, quia tunc conditio adiecta legato, nullo modo dicitur impleta, sed totaliter deficit, cum Titius nō sit hæres. Est. n. trita regula quod conditio deficiente legata conditionalia ruunt. Et licet in legato inesse illa conditio, & non impediatur transmissionem etiam expressa, tñ impeditur ortum obligationis vt §. dictum est. Et hoc eo maxime videtur, quia fuit expressa aliter quam inesse ex voluntate testatoris propter clausulam codicillarem, vt voluit Bar. hic. Cuius opinio, isto respectu saltem in hoc casu, videtur posse procedere licet ipse latius & generaliter loquatur.

Sed tamen his non obstantibus, veritatem perquirēdo simul & mentem testatoris, arbitrator quod etiam isto casu legatum a venientibus ab intestato debeat virtute clausulæ codicillaris.

Non obstat, q̄ expressa conditio defecerit, quia secundum Cuman. dicam, q̄ non d̄ talis conditio repetita in clausula codicillari, licet. n. alias legata dicantur per eam repetita a venientibus ab intestato cum suis qualitatibus puta, si erat legatum Sēpronio, si Romam iuerit. Nam illa conditio & similes censentur vna cū ipsis legatis repetitis, tamen in proposito conditio illa, si Titius hæres erit, non dicitur repetita, quia illa impleta impediret ab intestato venientes succedere, vt est notum, quod repugnaret volū tati testatoris, qui legata a venientibus ab intestato repetēdo, voluit eos posse succedere, & ad legata teneri. Et pro hoc videt tex. multum in proposito in l. si. in fi. j. de fideic. liber. allegata hic p̄ Doct. & l. seruo alieno, §. pen. j. eo. Facit etiam l. si quis a filio, j. isto tit. vbi &c. Sic igitur ex his sequetur, clausulam codicillarem nihil facere, vt legata sint magis conditionalia, & minus debeantur, aut transmittantur, contra Bar. & communem opinionem. Quinimmo fauet legatis, quia vbi ea non adiecta, non deberentur non adita hereditate ex testamento omnino, ea posita, debentur, ad quod proprie per testatorem apposita fuit. Et ex his red dicitur superflua illa disputatio Alex. Soc. & aliorum hic, quando

scilicet ab initio constaret testamentum non valere. Quoniam iam constat secundum prædicta, q̄ etiam illo casu, legatum trāsmittitur, & debebitur aduentibus tamen venientibus ab intestato. Cogita tamen.

46 Et ex prædictis bene consideratis t̄ infero tibi ad ea, de quib. in præcedenti lectione, videlicet de doctrina Bal. in auth. ex causa, quoniam vltra dicta §. puto falsam opinionem Bal. Nam si legatum fuerit factum sub expressa conditione, si hæres erit, tamē illa conditio non dicitur repetita in cōseruatione legati. de qua in d. auth. ex causa. Et hoc quia per eam legatum inutile fieret.

Et pro hoc optime facit l. ab exhæredati. §. si. j. eo. vbi legatum relictum ab instituto posthumo sub conditione, si hæres erit, eo non nato, & sic conditione deficiente, debebitur a substituto, sō la illa ratione, quia illa conditio non censetur repetita, cum per eam legatum vitaretur. Sic ergo & in casu Bal. Facit etiam dicta l. seruo alieno, §. si ab impubere, j. eo. vbi similiter conditio, si ad pubertatem peruenierit, non dicitur repetita in repetitione legati a substituto, qui vitaret. Et quod dico in terminis d. authentice ex causa, & clausulæ codicillaris, dico in quolibet casu, vbi legata ab uno, sunt ab alio præstanda, puta a substituto, vel a cohærede, quia nunquam conditio, si hæres erit, vel similia, quæ legatum vitaret, dicitur repetita, vt probatur in dicta l. ab exhæredati. §. fina.

47 Et t̄ licet ille tex. loquatur de substituto, tamen idem dicendum est de cohærede, cum ad eum a substituto arguatur, vt d. l. si Titio §. Iulianus, j. tit. i. Quinimmo idem dicendum est respectu edicti. Si quis omis. cau. testam. Nam etiam tñ illa verba. Quisquis mihi ex superscriptis hæres erit, quæ videtur intelligenda, s̄ ex testamento, & sic importare conditionem, si sit hæres ex testamento, non censetur repetita, quia legata debentur, etiam ab intestato, vt est tex. in d. l. si in testamento §. si. si quis omis. cau. testa. Et illud est, quia talis repetitio vitaret legata. Et ex his gñā liter concludo, q̄ quoties conditio seu qualitas apposita in legato, aut per se existens, non potest concurrere cum repetitione in alio casu, puta a substituto, a cohærede, per edictum. Si quis omis. cau. testa. per auth. ex causa, vel per clausulam codicillarem, vel alio quo modo, nunquam censetur repetita, ne alias legatū vitaretur. Sed si concurrere potest, secus est, ut l. cum pater. §. ab instituto, de leg. 2. vbi qualitas, aut conditio, cum morietur institutus, dicitur repetita, quia illa cum repetitione, & validitate legati concurrere potest.

Ex quo infero q̄ si ab herede lego, si ipse Romam erat, talis conditio dicitur repetita, quia potest concurrere. Sed cogita, an tunc legatum a substituto non sit repetitum per d. l. licet Imperator, in secundo exemplo.

Ex dictis per Bart. in 4. opp. quam facit de l. 3. §. filius, §. de lib. & posth. collige duas conclusiones.

48 Prima sit, q̄ t̄ quando exprimitur, quod tacite inest, sed aliter & per alium modum, quam insit tacite, tunc expressio conditionis operatur.

Et hoc notabis pro declaratione & limitatione huius l. & regulæ, quæ ex ea sumitur. Et cum Bar. transeunt Doctores, intellige tamen hoc tam respectu sui in genere, quam etiam respectu intellectus d. §. secundum quod inferius declarabitur.

49 Secunda conclusio est, q̄ t̄ exhæredatio filij dicitur habere vnum effectum ante aditionem, vt. l. propter filium non impediatur adire &c. quia cum sit exhæredatus, & sic non præteritus testamentum valet, & ita institutus poterit hæreditatem adire. Alios habet effectus post aditionem, de quibus in l. filius, §. sed cū exhæredatio, j. de bon. poss. 3. tab. Et ita intelligendo secundum Bar. patet ratio ad d. §. filius. Nam conditio aduendi inest tñ in exhæredatione quo ad eius executionem & confirmationem, non autem quo ad originem & natiuitatem, quia nascitur, & ualet et ante aditionem, satis. n. est, q̄ in testamento sit recte facta. Cum itaque in d. §. filius, testator expresserit illam conditionem aduendi circa originem exhæredationis, dicitur expressa aliter, quāz in esset, merito operatur. Et ita per illam expressionem fit inualida exhæredatio, quia tunc esset facta post heredis aditionem, vt. l. post aditionem filius excludatur, & non prius, quod est impossibile, ut ibi dicitur. Et cum istis Doct. transeunt & fuit originale dictum gl. si. in fi. in l. si quis Sempronium, §. de here. inst. Et dicit hic Ias. q̄ in proposito nihil melius dici potuisset.

50 Sed contra prædicta opponitur. Nam t̄ etiam legatum, pure factum, h̄t aliquem effectum ante aditionem hereditatis, s̄ quia transit rei legatæ dominium, saltē sicte l. a Titio, in fi. j. de furtis. Itē & transfertur in heredē &c. Post aditionem vero hereditatis h̄t alios effectus, puta, quia datur actio. Et sic aditio inest tñ in legato, quo ad effectus post aditā. Vñ cū exprimat, videt q̄ respiceret etiam effectus ad aditionem, & sequenter vt q̄ exprimat aliter q̄ insit, prout dictū est de tali cōdōne expressa in exhæredatione. Et iō s̄m prædicta talis expressio d̄t operari, qd̄ est istum tex. & similes. Cuma. quæ refert & sequitur Ale. dicit, q̄ hæc uera sunt. Sed in lege ista & simil. non fuit expressa conditio

D. Maria. Soc. Iun. in l. Hæc verba.

adeundi aliter, quam inesse, scilicet tantum quo ad petitionem, solutionem, & effectum. Nam fuit dictum, qd hæres det aut dare damnetur, si sit hæres, ergo &c. Et ex hoc inferitur secundum eos, quod si in l. nostra fuisset dictum, lego &c. legatum diceretur conditionale, quia aliter exprimeretur &c. Socin. & plerique post eum reprobant. Non enim videtur bona ista differentia, & multa adducuntur. Et ista præcipue vrgent.

Primo generalitas l. nostræ, nam &c. Secundo ponderatio est, qd in ea dicitur subiectum legatum, vel fideicommissus. Nam ita fuit legatum per verbum, lego, sicut ita hæres dato &c.

Præterea & tertio, credendum est, qd si esset vis in verbis legati, vt isti dicunt, & non in conditione, certe l. ista expressisset, sicut de conditione expressit: non fecit, ergo &c.

Quarto contra hanc distinctionem videtur tex. in l. si Titio. §. si. infra quando dies lega. ced. in versiculo legem. Etenim ibi nō fit conditionale, ergo &c. licet Alex. hic velit &c.

Quare intelligendo l. istam generaliter in quolibet legato, 51 † respondetur ad d. §. filius, per doct. hic multis modis.

Et inter cætera secundum Soc. qd ibi nō vitatur exhæredatio, ex eo, quia fiat conditionalis, sed quia non fit vniuersaliter respectu temporis, sed dicitur facta solum post aditam hæreditatem, vt patet ibi, quoniam post aditam hæreditatem voluit eum submoueri: quod est impossibile.

Quod etiam probatur, quia ibi arguitur de exhæredatione facta a certa persona, & sic a parte hæredū, ad illā factā post aditā: ex quo videtur ex similitudine argumenti dicendum vt s. Caue tamen, quia ibi Iuriconsultus arguit econtra, scilicet de exhæredatione a parte temporis, ad eam, quæ fit a parte hæredum.

Et ita inuenio nunc qd dicit quidam nouissimi Perusini, Sed quomodo eoque arguat ibi tex. ratio Soci. bona videtur, quia ex similitudine argumenti dicendum est idem. Nam, cū ex eo text. velit probare exhæredationem a parte hæredum non valere, videtur inferendum, sentire, qd ibi a parte temporis non valeat. Et sic dum hic dicitur, qd expressio conditionis, quæ tacite inest non facit legatum conditionale, non patitur aliquod contrarium ex illo text. quia nec ibi dicitur, qd fiat conditionalis exhæredatio. Hoc satis applaudit quantum ad intellectum illius §. & videtur secundum mentem Iuriconsulti ibi, & secundum verborū vim, & ibi, quoniam &c. Verum vt etiam alij aduertunt ex hoc non tollitur in totum contrarium, quia ibi expressio eius, quod inerat, operatur, hic vero secus. Præterea etiam dici potest, qd immo illa exhæredatio videtur eōdēdionalis, id est vt non prius sit facta, quam adeatur hæreditas, & sic conditio eius impleatur, sub qua facta fuit quo ad verba.

52 Et propterea aliqui dicebant, eam vitari, cum iure caueatur, exhæredationem pure debere fieri. d. l. 3. §. pure, quod non est in legatis, quæ etiam sub conditione fieri possunt.

Sed tamen hoc etiam non tollit contrarium, quia tunc expressio conditionis, quæ tacite inest, facit conditionalem exhæredationem, hic secus &c.

Doctores circa hanc difficultatem multa scribunt, maxime Moder. ego breuiter reieciis omnibus, dicam quod sentio verū. Dicam igitur quod si recte intelligatur Barto. tangit veritatem, & ita declarabis. Et forte erit ex intentione Modernorum, licet nullus ita delectet, quem viderim. Dicit ergo Barto. qd exhæredatio ante aditam habet vnum effectum, quia scilicet institutus nō impeditur adire propter filium exhæredatum, intelligo, quia per exhæredationem dicitur sublata iustas, & sic dicitur remota continuatio dominij, quæ alias fit in suis l. in suis, §. de liber. & posth. propter quā continuationē remouendam dicitur inductum, vt si filius nominatim exhæredetur, alias ea non facta, testm non valeret, & sic institutus in eo non posset adire testamento existente inualido propter præteritionem filij. Cum autem expressio sit filij exhæredatus pure & simpliciter, vt oportet, remota iustate & illa continuatione dominij, institutus non impeditur adire, vt inquit hic Bar. Quando autem exhæredatio non fit pure, sed sub conditione, ita vt statim testatore mortuo non cesset eius dies, sed opus sit aliquid expectare iuxta l. cedere diez, §. de verb. sign. puta in d. §. filius, qd hæres adeat, interim nō dicitur exhæredatus, sed præteritus, & sic non dicitur sublata iustas & continuatio dominij, & ideo hæres adire non potest. Et propterea exhæredatio dicitur vitiosa, quia testator voluit eam fieri post aditam, sed adiri non potest, ergo &c. Et hoc voluit text. ibi quod est impossibile. Non enim potest adiri hæreditas nisi filio submoto, vt dixi, sed non dicitur per testatorem submotus, nisi post aditam, ergo, datur repugnancia & impossibilitas, & † ita ille tex. debet intelligi.

53 Et ex his ad propositum redeundo patet qd conditio aditionis in exhæredatione fuit aliter expressa per testatorem in d. §. filius, quam inesse. Inerat enim tantum quo ad effectualem validitatem, & confirmationem eius, non quo ad remouendam iustitiam, & continuationem dominij, & sic quo ad validitatem a principio. At testator expressit aliter scilicet quo ad principalem validitatem, ergo &c. Dico aliter expressit, id est propter expres-

sionem aliter operatur, quia tunc respicit etiam principium.

Hæc autem omnia non considerantur in legatis, quia, vt dixi, possunt sub conditione fieri ex arbitrio testatoris, & nihil debet considerari in legatis, per quod detur heredi potestas ad eundem.

Nec obstat, qd etiam in legatis considerantur aliqui effectus ante aditam hereditatem, quia scilicet transmittuntur ad hæredes, & transit dominium recte via &c. vt supra dicebatur.

Quoniam respondetur ad primum, qd transmissio ad hæredem fit ex potentia legis, quia certum est debi tum iri, si adeatur hereditas, iuxta regulam Labeonis, de qua in l. si Titio. §. pen. & in l. si dies. §. fin. infra quando dies leg. ced. quæ tamen translatio nō est absoluta, sed pendet ab additione, nam &c. Et si non additur, non potest dici translatum.

Ad secundum, qd dominium similiter transit ex potentia legis, & est effectus factus, quia non transit vere nisi adeatur hereditas. Et ita doctores tenent.

Vel potest hoc melius responderi, dicendo, qd immo ante aditam nullo modo transit nec vere nec facte, nec etiam post aditam, nisi acceptetur, aliter tenendo in hac materia, quam teneant doctores. communiter vt dixi supra in l. i. eo. tit.

Et recte considerando etiam secundum doct. isti duo effectus non sunt per se ex ipso legato, nisi sequatur aditio ex parte heredis, immo etiam & acceptatio ex parte legatarij.

Sed non sic est in exhæredatione, quia illa per se operatur illi effectum, vt scilicet institutus adire possit, quod certe non esset, si exhæredatio ab additione penderet facta scilicet sub conditione additionis. Cogitabis.

Sed contra conclusionem Barto. arguitur de l. muto. §. sub conditione, supra de tutel. iuncto tit. C. de tu. vel cura. qui non fati. vñ enim quod datio tutelæ habeat aliquos effectus etiam ante satisfactionem, & tamen illa expressa, si fati dederit, nihil operatur. Sed respondetur negando aliquem effectum, solum enim appellabitur tutor, sed administrare non poterit, nec quicquam in eo est per quod haberet satisfactionem.

54 Opponit quinto loco Bar. de l. si ita. §. illi si volet, §. eo. Ex cuius dictis collige hanc conclusionem, † qd in legatis conditio voluntatis legatarij non dicitur tacite inesse quo ad acquisitionem, sed tantum inesse, quo ad consequitionem legati, vt per eū. Vnde sequitur, qd si exprimitur, si volet. dicitur expressa conditio, aliter quam inesse, quia dicitur expresse etiam quo ad acquisitionem, merito tunc legatum dicitur conditionale, vt d. §. illi si volet. Nec tunc acquiritur ignorantia, & ita non procedit l. cum pater. §. furdo, alleg. hic per Bar. cum Bar. in hac solutione transiunt doctores magis communiter. Et fuit originaliter solutio glo. secunde in l. si quando, infra de conditio. & demonstra.

Sed in contrarium primo videtur vrgere d. §. illi si volet, ibi aliud est enim iuris, si quid tacite continetur, aliud si verbis exprimat. Ista enim verba arguunt illud esse expressum, quod continetur. Et qd vis operatiua prouenit ab expressione, non autem qd aliter exprimat. Et ad hoc tendit regula l. nonnunquam, infra de condi. & demonstra. Nam † in ea dicitur quod sepe expressio eius, quod tacite inest, operatur, & sic sumitur regula. Expressa nocent, non expressa non nocent. Sic etiam loquitur Iuriconsultus similibus verbis vtendo in l. si in diem. in si. §. eo. tit. ibi, sæpenumero tamen innotuit rei effectus &c. Patet ergo ex his iuribus, præsupponi, illud contineri tacite, quod est expressis, quod non esset, si aliter fieret expressio. Et præterea si in eo esset vis, vtique in eo iura se fundarent, quod non faciunt, sed tantum se fundant in eo, qd expressa sepe operantur. Si vis tueri commune dictum, & prædictam solutionem, potest responderi, fatendo quod illud continetur, quod exprimitur, & hoc tantum probant allega. in contrarium. Sed tamen aliter continebitur, & aliter exprimitur id est expressio fit ad alium finem, quam contineretur, & ideo tunc expressio operatur. Inerat enim voluntas legatarij ad effectualem & veram acquisitionem, sed exprimitur ad finem conditionandi (vt ita dixerim) legatum scilicet quod aliter non valet, nisi ipse velit. Nam cum dicitur, illi, si volet, lego. Verba illa respiciunt actum verbi dispositionis, & sic legati substantiam in eo operantur. Et istud in effectu est ex intentione Ruit. qui in hac opinio. scribit vsque ad fastidium.

55 Secundo, solutio Bar. & communis ex alio vt dubia, quia nulla sunt legata, quæ ignorantia non queruntur, vt legatum opinio. nis, vel diuinctiuum. Et Ruin. dicit in legato rei alienæ, vel in fideicommissio vniuersali. Et sic tex. in §. illi si volet, nimis restringeretur, vt in istis & similibus casibus nō procedat. Sed potest responderi negando assumptum. I. qd dictis casibus non queratur ignorantia, ita vt in eis non procedat d. §. furdo. Et dico et qd transmittentur et per ignorantem, si decedat mortuo testatore. Et quod in contrarium considerari potest, procedit respectu acquisitionis dominij rei legatæ, vel fideicommissario relicte, illud n. fateor, qd dictis casibus non acquiritur: Sed tamen legatum simpliciter consideratum, hoc est ius ad illud, & vt transmittatur, etiam in dictis casibus ignorantia acquireretur. Cogita supra istis.

Et

Et quicquid de prædictis sit dicendum, non displicet, ut dicimus secundum Modernos, quod ex alio conditio expressa dicitur aliter, seu ad aliud, quam inesse. Nam inerat voluntas legatarij, ac etiam, eo nihil dicente defuncto, voluntas hæredis eius, qui translatum in se legatum posse acceptare, vel repudiare. l. 1. §. 1. cum similib. C. de caduc. tol. Et recte intuenti probatur hic, dicēdo, quod hæres, in quem transmittitur, potest acceptare, vel ne. Sed quando dicitur, si volet, voluntas legatarij exprimitur, & sic aliter quam inesse, & ideo operatur. Et ut dicunt Mod. istud aperte probatur in l. si expressum, infra de conditio. & demonst. quæ allegatur pro concord. ad §. si volet, ibi, quia conditio personæ adiecta videtur.

36 Querit modo Bar. ¶ an testator possit facere, quod ista verba, si hæres erit, importent veram conditionem? Et respondet, quod potest per d. §. 1. qui ad hoc est singularis secundum Bald. in l. 1. in prin. C. de caduc. toll. & secundum Cuman. in d. §. 1.

Licet ergo expressio conditionis, quæ tacite inest, nihil operetur. Id tamen limitatur, nisi contrarietur voluntas testatoris. Et 37 ¶ sic sequitur, quod legatum sui natura transmissibile, potest fieri per testatorem non transmissibile. Ita post Imo. dicit Dominus me^o Soc. in d. §. 1. in tertio notabili. Et ab eo habuit Ias. hic, qui etiam allegat Bald. in l. si pater, in quarta quæstione. C. de insti. & substiti. sub condi. fact. quem etiam Soc. allegat in d. §. 1. licet dicat in quinta quæstione. Ita etiam per contrariū potest testator facere, ut non transmissibile, puta conditionale transmittatur, ut ibi per Bald. & per Soc. in d. §. 1. & Ias. hic. Sic etiam in simili, licet quando per adimplere debentem conditionem non stat quo minus impleat, habeatur pro impleta ad commodum eius. l. iure ciuili, infra c. o. ndi. & demon. Potest tamen testator con trarium disponere, ut per Barto. in d. l. vter ex fratribus, qui mouetur per d. §. 1. ut hinc per Ias.

58 Horum omnium & similibus ratio est, ¶ quia ante omnia seruari debet testatoris voluntas quæcunque fuerit (modo legibus non improbat) ita. n. ante omnia inspicere & quæri debet, etiam per coniecturas vestigia eius calcando, ut venator quærit leporem, ut inquit Bald. in l. quidam. C. de necess. seru. hæred. insti. & inuēta seruari. l. 3. C. de liber. præter. l. cum virum. C. de fideicommiss. cum similib. Nam illa in materia testamentaria primum locum obtinet. d. l. in conditionibus, in prin. Et totum facit, ut dicit Iurisco sultus in l. ex facto, la grande, circa medium, §. de hære. iustitien.

Nec prædictis obstat l. nemo potest. j. eo. quia l. illa procedit in legibus publico favore inductis, puta circa solēnitatem testamēti, & similiter in fauorē alterius, puta quod filius instituat vel &c. istis. n. & similibus testator controuenire non potest. Sed non per dicitur in legibus inductis favore testatoris, aut pro executione suæ præsumptæ voluntatis & dispositionis eius, prout sunt casus prædicti, quia talibus legibus potest controuenire, & eas sua dispositione tollere. Et tunc procedit regula quod prouisio hominis tollit prouisionem legis, ut dixi supra in 4. not. Sed hinc quæritur,

59 ¶ quod constabit, testatorem velle, quod fiat conditionale? Bal. in l. 1. in prin. C. de caduc. toll. dixit constare, si dicat sub ista conditione si hæres adeat, lego decem. Nam ex his verbis videtur ostendi voluntas eius, quod legatum sit conditionale. Et istud sequit Pau. de Cast. hic in si. qui vult ponere tanquam suum dictum, cum referat Bald. vbi supra aliter dicere, & reprobet, ut per eum. Sed vere Bal. non dicit illud, quod refert Pau. de Cast. sed hoc, quod modo dixi, ut etiam aduertunt Soc. in d. l. in conditionibus. §. 1. Alex. & Aret. hic, & Alex. in d. §. 1. de caduc. toll. in apostil. ad Bald. reprobant hoc dictum. Mouentur, quia illa verba sub ista conditione, non faciunt, ut dispositio sit conditionalis, quæ sui natura non esset. l. Meuia, de manū. testa. l. 2. §. si. de donat. cum alijs allegatis per Alexand. Præterea expressio testatoris præsumitur facta secundum legis dispositionem. & illi debet in quantum potest adaptari. doct. in l. Gallus. §. 1. supra de liber. & posthum. & in l. hæres mei. §. cum ita, infra ad Trebel. sed ex l. ista, verba si hæres erit, conditionem non faciunt, ergo &c.

Et si dicatur quod tunc illa verba nihil operantur, respondetur secundum Alex. quod immo satis operantur, quia faciunt conditionem quo ad ortum obligationis &c. Fateatur tamen Alexā. 60 ¶ magna est auctoritas Bal. & Pau. de Cast. licet eorū dictū vere non probetur. Et cum Alex. tenet Ruin. Soc. meus, & Ias. tenent eum Bal. & idem firmat Soc. in d. l. in conditionibus. §. 1.

Et totum fundamentum est, quia illa verba, sub ista conditione, sonant aperte in conditionem, igitur & c. l. non aliter. infra eo. Maxime, quia alias nihil operantur contra l. si quando, in prin. infra eod. Facit in argumentum l. fundus qui locatus, cū l. sequenti, in prin. infra de fund. instruct.

Nec est verum, quod Alex. dicebat, quod impediunt ortum obligationis &c. quia etiam sine illis impediatur, ut diximus in primo notab. Facit etiam, quia cum testator possit, ut d. §. 1. & dixerit sub ista conditione, certe creditur etiam velle, cum nemo præsumatur dicere, quod mente non agitaerit, & quod non velit. l. Labeo, de suppl. legat.

Facit præterea, quia verba illa. Si hæres adibit, non faciunt legatum conditionale, tamen sui natura in eorum sono conditionem important, cum dictio si, conditionem faciat, l. si Titio, in prin. infra quando dies leg. ced. Vnde cum testator cum illis verbis geminet alia similiter conditionem importantia. si sub ista conditione, videtur omnino voluisse facere conditionale legatū virtute geminationis ad illud, arg. l. balista. infra ad Trebel. & quæ dicit Bar. in l. cum scimus. C. de agric. & censu. lib. 11.

61 Nec ita tenendo, obstant allegata in contrarium. Nam ¶ ad primum de l. Meuia, & similibus respondetur, quod in illis, verba sub hac conditione non operantur conditionem, quia verba sequentia repugnant, quæ modum & non conditionem faciunt, dum dicitur, ut alternis mensibus &c. & ut ematur seruus &c. Et ita illa verba declarat Bal. in l. quibus diebus. §. Termilius, 2. col. vers. quid si testator dicat, infra de cond. & demon. Et ita etiam procedit l. ea conditione. C. de rescinden. vend. & l. quoniam, de rer. permuta. allegatæ per Alex. Sed in casu nostro verba sequentia si hæres adhibet, per se important conditionem. Et licet ex ea, quia inerat, eius expressio per se conditionem non importet, cū tamen possit induci conditio ex voluntate testatoris, ut d. §. 1. videtur ex talibus verbis satis voluisse inducere conditionem per prædicta.

Nec obstat quod verba debent intelligi secundum legis dispositionem, quia respondetur, quod id est verum in dubio, sed hic sumus in claro, ergo &c. In incertis enim & non claris locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita, infra de verb. obliga. & ita respondet Soc. & Ias. Vel ultra eos potest dici, quod argumentum procedit, quando exprimitur verba per legem ponderata, & de quibus lex disponit, sed hic testator addit alia verba scilicet sub ista conditione, super quibus non cadit legalis dispositio. Et ex his opinio Bal. defendi potest, quam etiam sequitur hic Ponta, in primo

62 mo notabili. Pro qua ultra doct. facit, quod supra dixi ¶ pro intellectu d. §. illi si volet, videlicet quod text. ille procedat, quia illa verba si volet, sunt prolata ad conditionandum legatum. Si enim id est eo casu, multo magis videtur ita esse in casu nostro, cum nulla verba sint aptiora ad conditionandum, quam ista, sub ista conditione &c.

Secundo pondero d. l. in conditionibus. §. 1. dum dicitur quod illa verba. Si primus erit hæres, non faciunt conditionem, quia per illa testator magis ostendit, quod legatum debeat, quam conditionem inserat, quasi dicat in dubio sic verba illa capi debent. sed in casu isto non cadit dubitatio, quia exprimitur conditionem, ergo &c. Tertio etiam facit d. l. Meuia, vbi text. pro ratione quod ibi non fit conditio, allegat rationem, quia si testatrix voluit seruos illos liberos factos assistere monumento, ergo vbi talis coniectura deesset, importaretur conditio, sed isto casu nulla adest coniectura, ergo &c. Quid dicemus? fateor articulum esse dubium, & hinc inde disputabilem, tamen ego alias tenui opinionem Alex. Et nunc inuenio quod eam defendunt hic Ruin. & Ripa. Et pro ea videtur text. in l. aliqui. j. de condi. & demō. licet nemo illum alleget, ibi, ite quæ relictū est sub hac conditione, si hæritatem adierit. Præterea illa verba sub ista conditione, videntur prolata ex vfu quodam & consuetudine loquendi, eo quia quod sequitur in se, & quo ad verba est conditio propter dictionem, si. Vel dici. ea lege, vel eo pacto.

Nec est necesse quod operentur. Nam pone quod sit vera conditio, puta sub ista conditione, si Titius fiat Consul, certe nihil operabuntur. Nam &c.

Et præterea si dicatur, si Titius hæres erit, verba nihil operabuntur, ergo &c.

Et ex hoc videtur sublatum primum fundamentum Soci. & Ias. Nec mirum, superfluitas enim tolerat, vbi exprimitur quod tacite inerat.

Præterea, si dicatur, si hæres erit, quod inest legato, inest etiam sub hac conditione, cum si conditionem importet. Vnde perinde est ac si dixerit sub conditione si adibit, ideo expressio &c. nihil operabitur.

Præterea, quando dicitur si hæres erit, non ideo non est conditio, quia verba per se non importet, sed quia exprimitur quod tacite inest de necessitate. Vnde dico quod adiectio illa sub ista conditione non debet facere nouitatem, cum vigeat eadem ratio, quia. f. exprimitur conditio, quæ tacite inerat.

Et licet testator possit contrarium disponere, quod fateor, tamen ex illis verbis non constat eum voluisse, cum expriment, quod tacite inest. Ea. n. verba nil aliud faciunt, quam quod demonstrant conditionem additionis. Sicut in simili si dicam, do tibi librum cū isto pacto, ut mihi des vestem, quia non erit magis pactum, quia si simpliciter dixissem, do librum, ut des vestem, Et sic verba illa sub isto pacto nil operantur ultra quam demonstrationem &c. ita ergo & in casu isto &c.

Nec obstat quod secundo loco dicebatur secundum Soc. quia respondetur quod immo creditur velle quod in ea materia a lege disponitur, & illud censetur mente agitare.

Non obstat quod ultimo loco dicebatur, quod non operabitur, quia per rationes prædictas nil operabitur. Vel dici potest

D. Maria. Soc. Iun. in l. Hæc verba.

rest q̄ vere nulla dicitur facta geminatio, cum vna sit tantū prolatio. Et verba illa fuerunt demonstratiua eius, quod sequitur.

Non obstat tria argumēta supra facta vltra docto, quia ad primum respondetur, q̄ in §. illi si volēs, illud dicitur, quia vere verba sunt ita prolata ad sic conditionandum, prout de iure potest legatum sic, vt ita dixerim, conditionari. l. senatus. §. legatum, in fra eod. Et voluit testator solum velle legatarij considerari, & sic conditionem personæ adijcere, vt dicitur in d.l. si expressum, de conditio. & demonstr. attento quod etiam alterius voluntas poterit considerari, puta hæredis legatarij, quæ etiam inerat, vt dictū fuit, vel etiam tertij si testator voluisset, vt d. §. legatum, saltem tacita. Sed in casu nostro id dici non potest, quia aditio non potest per alium fieri, quàm per hæredem, & inest de necessitate ad validitatem legati.

Ad secundum respondetur, q̄ immo etiam in casu isto idem est dicendum, quia consideranda est conditio si hæres erit, per quā illud tēpus ostenditur. Et verba illa sub ista conditione per se nihil sunt, sed declarantur a sequentibus, p̄ quæ testator illud tēpus dē demonstrat. Et licet verba sonent in conditionē, tñ dico q̄ nihil est, quia sonant in conditionē sequentem, s. si Titius erit hæres. Quæ verba etiam per se sonant in conditionem propter dictionem si, sed illam non faciunt, quia exprimunt conditionem, quæ tacite inerat, vt hic. Quæ consideratio procedit, etiam si dicatur sub ista conditione, quia temper dicitur exprimi quod tacite inerat, igitur propter identitatem rationis idem dicendum est.

Ad tertium respondetur q̄ in d.l. Meuia, nō fit tantum fundamentum in eo, q̄ testatrix voluerit seruos, liberos factos assistere monumento, sed & præcipue in contextu totius scripturæ, vt ibi dicitur. Et illud est, quia scriptura sonat in modum per dictionem vt, dixit enim vt alternis mensibus lucernam accendant &c.

Et ex his videtur q̄ opinio contra Bal. defendi possit, & de iure sit probabilior. Et cum eam alias tenuerim, gaudeo quod nūc inuenim Ruin. & Ripam, eam tenere cogitabis.

Quando ergo constabit vt procedat d. §. i. dicas quando exprimitur, & alias iudicis arbitrio standum erit, argumento l. i. de iure deliber.

Ex dictis Bart. in sexta oppositione quam facit de litem quia, 63 §. de pactis. collige, q̄ tacite conditio, quæ inest a lege, vel aliter impedit ortum obligationis, & sic etiam actionis, sicut expressa, prout de hoc est glo. singularis in d.l. litem quia, in versiculo male petitur, §. de pactis. Cum qua est glo. concor. in l. 2. §. pen. super verbo post nuptias, s. si cert. pet. Et quidam dicunt q̄ pro hoc est tex. in d.l. in conditionibus. §. i. de conditio. & demonstr. dum ibi dicitur, q̄ demonstratur quando peti possit. Nam ex eo inferitur prius peti non posse, ergo &c. Ego pro hoc allego l. stipulationē, supra de iure dot. ibi, & ita demum ex ea agi posse &c. docto. transeunt & ego dixi supra in primo notabili.

64 Ampliatur hoc secundum Aret. vt procedat etiam in tacita conditione per legem subrogata, loco conditionis iurisdictionis expressæ a testatore, iuxta l. quæ sub conditione, in princip. & §. fin. cum glo. supra de condi. insti. Nam etiam illa impedit ortum obligationis, vt per eum. Quod etiam sequitur dominus meus Soc. in secunda limitatione: Et non impedit transmissionem, vt d. §. si. Est verum, q̄ Dyn. d. §. fin. tenet, quod immo impedit trāmissionem. Et inquit hic Sadoleus q̄ eius opinio posset disputando defendi: sed non intendo disputare, & ideo cogitabis. Communis est contra Dyn. vt ibi per Bar. & alios.

Hæc conclusio Bar. & communis limitatur, q̄n tacita conditio respiceret executionem, vt per Bar. & Bald. in l. 3. C. de arbitr. & dixi §. in primo notabili. Et ex his sit expedita materia, q̄n exprimitur tacitum per modum conditionis. Modo Bar. querit q̄ vtrū expressio per modum dispositionis aliquid operetur? Et respondet, quod non, per l. si arrogator. supra de adoptio.

Et ad id facit quatuor oppositiones. Et primo opponit de l. talis scriptura, infra eod. vt per eum.

65 Ex cuius dictis collige hanc conclusionem, q̄ q̄ quando quid inest ex voluntate testatoris, eo quia poterat id tollere, si exprimitur disponendo, expressio operatur, & ita procedat d.l. talis scriptura, infra eo. in versiculo, quod si forte. Secus quando inest ex necessitate, vt d.l. si arrogator, & ita etiam Bar. in l. re coniuncti, in quinta oppositione, infra de lega. 3. & in l. Centurio. in 2. col. supra de vulga. & pupil. vt Ias. refert.

Et nota, quia quod dicit Bar. in d.l. talis scriptura, illud inesse ex voluntate, debet intelligi respectu necessitatis, & sic, id est nō ex necessitate. Sed potest dici, quod inest præter voluntatem testantis, vt inquit Bar. infra in fi.

66 Et hoc modo defendes Barto. a contrarietate, quam notat Ias. Et ita voluit hic Soc. in secunda conclusione, licet de contrarietate Bar. mentionem non faciat, & ita etiam Rip.

Sed contra hanc solutionem Bart. & sic §. eius conclusionem videtur l. non recte. C. de fideiuss. vbi expressio, q̄ in solidum tenentur, nihil operatur. Et tamen inerat non ex necessitate, quia poterat mutari. Et sic inerat ex voluntate, vel præter voluntate.

Vnde Bal. & post eum Imo. in l. si in diem §. si de cond. & demonstr. responderet aliter ad d. l. talis scriptura, s. q̄ ibi expressum sit ad aliud, quàm inest, & ideo operatur. Nam quando pure relinquatur, inest quod præsentis debeat quo ad obligatio. nem: sed expressio ibi fit, quo ad effectum soluendi, & sic quo ad executionem.

Et pro hoc allegatur l. liber homo §. decem, j. de verb. oblig. vbi &c. Ex qua solutione si recte ponderetur, videtur inferri 68 q̄ quod in d.l. talis scriptura, non habet locum dilatio, de qua in l. quod dicimus, j. de soluti.

Et ita declarat & sequitur hic Alexan. & videtur esse de intentione gl. in d. §. decem, dum pro simili ad illum tex. allegat d. l. talis scriptura. Sed mihi videtur q̄ ista solutio non sit vera, maxime cum illatione prædicta. Nam licet dixerit testator præsentis die, non tamen debet auferri dilatio, de qua in d.l. quod dicimus id enim satis inhumanum esset.

Nec obstat d. §. decem, quia secundam Bar. ibi loquitur respectu petitionis, non autem quo ad effectum exigendi Iaso. hic respondet ad d. l. talis scriptura, duobus modis.

Et primo q̄ ibi agitur de fauore eius, in quem disponit, quia illum operatur expressio, sed non operatur damnum & grauen, vt d.l. si arrogator. Ista solutio videtur §. d.l. nō recte, vbi expressio fit fauore creditoris, seu ita sonat, & tamen etiam in eius fauorem, non operatur, quia tacite inest. Et ita Ripa hic dicit.

Secundo respondet Ias. q̄ in d.l. talis scriptura, ideo expressio operatur, quia illa clausula, quibus dies non est appositus, intelligitur ab homine, id est ab ipso testatore, vnde cum postea ab eo apponatur vni legato præfens dies, iaz constat q̄ clausula prima, differens legata, non procedit in tali legato, & sic operatur expressio eius, quod inest. Ista solutio licet tangat veritatem, (ut statim patebit) tamen non videtur tollere contrarium.

Nam licet illa clausula intelligatur ab homine, tamen verum est dicere, q̄ expressio eius, quod inest, operatur. Et sic videtur q̄ d.l. talis scriptura, fortiter vigeat. Et adeo visum est hoc nouissimis Perusinis, ut pro minus periculosa, tenuerit solutionē Bald. quam sequitur hic Alex. Sed eam nos s. reprobaui.

Tu igitur dicas q̄ si bene intelligatur d.l. talis scriptura, nihil facit ad hanc materiam. Dico enim q̄ dum dicimus expressio eorum, quæ tacite inest, nihil operatur, istud debet intelligi, respectu effectus prouenientis ordinarie a lege, uel eius ordine ex illa expressione, aliter quàm ex tacito. Et hoc respectu verum est q̄ etiam in d.l. talis scriptura, expressio nihil operatur, vt ibi probatur in vers. quamuis superuacua sit hæc adiectio. quantum ad vim &c. Sed ibi operatur respectu dispositionis, extrinsecus a testatore factæ &c. quæ pecunias euique legauit, quibus dies non est appositus, heres omnia bima trima &c. Et hoc videtur importare secunda solutio Ias. quando dixit quod clausula illa intelligitur ab homine, & ideo dixi quod tangit veritatem.

Et nota, quia ista mea declaratione stante, expressio posset operari etiam in terminis d.l. si arrogator. Puta, si diceret testator, cui aliquid relinquero, volo id dari ad eius electionem. Nam tunc relicta quarta sic petetur. Similiter & in d.l. non recte.

Putat, si præcedat conuentio inter si deius flores, & creditorem, q̄ omnis eorum prouisio intelligatur, vt verba sonant, & ita fiat exactio, non obstante q̄ illis posset soluere. Nam tunc operatur, quia esset respectu effectus ab homine extrinsecus prouenientis, vel quid simile & in hanc declarationem possunt adaptari quedam dicta Ripæ hic in fi. 6. col.

69 Ex dictis Bart. in secunda opp. de tacita pupillari collige duas conclusiones. Prima est, q̄ quod ubi exprimitur, quod tacite inest per uiam dispositionis, quando inest ex necessitate, nihil operatur, ut in l. ista. Ias. dicit quod Bartol. male allegat, quia in ea exprimitur per uiam conditionis. Sed dic quod Bartol. allegat in argumentum & poterat allegare d.l. si arrogator, prout supra

70 eam allegauerat. Secunda sit conclusio quod q̄ quando exprimitur, quod inerat ex præsumpta voluntate exprimentis, operatur. Nam expressa pupillaris excludit matrem l. Papinianus, §. si nec impuberis, supra de inoffic. testam. ubi tacita non excludit. Bart. l. fina. C. de institut. & substitut. sub condit. fact. & l. precibus, C. de impub. & alijs substit. allegata per Bart. Iaso. q̄ dicit

71 quod Bar. videtur in hoc sibi contradicere infra in questione de societate, dum inquit, quod quando quid inest ex præsumpta voluntate defuncti, expressio nihil operatur, quia non differt a tacito per l. cum quid supra si cert. petat. Sed potest saluari Bartol. quia ibi dicit quod hæreditas debeat ex præsumpta voluntate iuxta l. conficiuntur, supra titu. 1. & lex super tali uoluntate præsumpta fundat illud, quod tacite inest, scilicet quod ille succedat. Et eius expressio nihil operatur quantum ad propositum illius societatis, quia scilicet eadem ratio est in expresso, quæ in tacito. Sed tantum in alio operatur, quia ille succedit ex testamento. In casu autem nostro, licet inest eodez modo ex præsumpta mente testantis, tamen expressio operatur, quia non est eadem ratio.

Nam quando exprimitur, constat, testantem velle pupillariter substituere, & ideo etiam mater excluditur. Sed quando non exprimitur, lex quæ eam inducit ex præsumpta voluntate eius talè voluntatem non præsumit contra matrem, nec credit testantem voluisse eam excludere a luctuosa hæreditate filij.

Hæc dicta sint tenendo communem de tacita pupillari. Item tenendo cum Barto. in q. de societate, in qua ego puto eum bene loqui, licet Ias. post Pet. de Besut. teneat contrariū, & dicat quod ita confuleret & iudicaret.

Sed si teneres q. immo tacita pupillaris excludat matrem prout quidam tenent, de quo ego plene scripsi in l. Centurio, supra de vulg. & pupil. contrarietas Bar. tollitur, dicendo q. hic male loquitur. Et tenendo cum Ias. in q. de societate, dicemus, q. Bar. ibi male loquitur. Cogita. Sed tenendo pro nunc conclusionem Barto. 72 s. positam, ex ea sumitur alia conclusio, q. expressio eius, quod inest, semper operatur hoc vnum, vt scilicet dispositio dicatur expressa, & non tacita. Et inde sequetur, quod operabitur illos effectus, qui proueniunt ex expressa dispositione, & non ex tacita, vt in pupillari, q. matrè excludat &c. Ita Soc. in prima conclusione.

Non omitto q. Alexan. videtur aliter respondere ad argumētum de tacita pupillari, vt per eum. Sed quia recte intuenti eius solutio cadit in solutionem Barto. vt supra declaratam, non curo referre. Iason autem aliter respondet, & dicit q. est noua sua solutio & vera, qui lex dispensauit in patre, vt testetur pro filio, 73 etiam extraneum vocando, quod est contra regulam, quia ne mo de alieno testatur, de qua in l. conficiuntur. §. i. supra tit. i. & sic q. excludat etiā matrem pupilli, quod ipse maior facere non posset. d. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. Et ideo talis dispensatio videtur multum odiosa & contra ius, merito ergo debet restringi, vt scilicet solum procedat in expressa, vt per eum.

Tu dicas istud posse esse per rationem, quare tacita non excludat matrem, sed hoc quantum ad solutionem contrarij, de quo agitur, scilicet quod ibi expressio operatur vltra tacitum, non videtur ad propositum.

Teneas ergo solutionem Bar. declaratā vt supra, a qua in effectu non discrepat solutio Alex. vt etiam supra dixi.

Ex tertia oppositione Barto. de l. Titia, infra ad l. falci. collige, 74 q. expressio etiam per viā dispositionis eius, quod tacite inest, per alium tamen modum operatur aliquid. Nam facit q. tota tertia pars prædiorum non imputetur in quartam, sed solum duodecima. Et cum Bar. transeunt doct.

Dicas secundum Barto. infra in distinctione quod id est, quia agitur de commodo eius, in cuius fauorem exprimitur, secus si in damno, per d. l. si arrogator. Nam & ibi (vt inquit Sadoletus) poterat dici quarta pars deberi contra voluntatem, & modo debetur ex voluntate, & tamen non operatur.

Præterea dici potest, quod operatio in d. l. Titia, non est respectu sui & in se, quantum ad legis ordinem de ea tantum loquentis: sed dicitur esse respectu dispositionis extrinsecus, a testatore factæ, videlicet respectu illius prælegati.

Opponit modo Bart. de l. i. infra si pendente appel. mor. interu. Et ex dictis eius in ea, duæ colliguntur conclusiones.

75 Prima est, q. quod vbi fertur cōdemnatio in crimine, in quo de iure sequitur publicatio bonorum, vt in de portatione, vt l. 3. §. ad l. iul. pecul. & l. 3. iuncta glo. C. si penden. appel. mors interue. & ab ea pendente appellatione reus moriatur, extinguitur totū iudicium, etiam respectu bonorum, vt d. l. 3.

Ampliatur secundum Barto. hic, etiam si de bonis. in sententia fiat mentio per modum accessionis, puta, si dicatur cum publicatione bonorum. Nam tunc citi facit expressio eius, quod inerat & per eundem modum, nihil operatur.

76 Et per hoc respondetur ad l. 3. infra de pecul. lega. vbi mortua ancilla, filij eius, qui cum ea legati erant, debentur. Nam ibi non fit expressio eius, quod tacite inest.

Vltra quod multi dicunt, illum tex. debere intelligi quando filij erant legati per copulam cum matre, vt ibi per gloss. Sed de hoc non curo, quia præcedens solutio sufficit.

77 Secunda conclusio est, q. quando cum cōdemnatione personæ annectitur publicatio bonorum æque principaliter, puta, & bona publicamus, tunc mortuo condemnato pendente appellatione iudicium respectu bonorum non extinguitur, sed hæres eius cogitur illud prosequi, & in causa appellationis persistere, aut stare indicatis, vt d. l. 3. & in l. i. C. eod. titu.

Ratio est, quia tunc expressio de publicatione bonorum de facta aliter, quam inest: inerat. n. accessorie, & expresse facta fuit æque principaliter, vt per Bart. cum quo transeunt doctores.

78 Limita singulariter, nisi iudex in sententia in fine posuerit vnam clausulam: (quam sepe ponere solent iudices) videlicet quod si sententia sit vltra vel contra ius, debeat ad ius commune reduci. Nam tunc propter clausulam, facta reductione ad ius commune, dicit facta expressio accessorie prout inerat, & non æque principaliter, ideo, talis expressio nihil operaretur. Ita Salice. in l. i. C. si reus vel accusator mor. fue. Bald. in l. i. 2. col. C. ne ex deli-

cto defunct. & Ang. in tracta. de malef. in versu. Et bona publicamus, seu August. Arimin. ibi, in additionibus, vt hic refert & sequitur Ias.

S V M M A R I V M.

- 1 Filius fr. ante tempora Constantini Imperatoris: etiam aduentitia querebat patri in totum, licet bona materna essent.
- 2 Lex filius. ff. de inoffic. testam. pulchre declarata.
- 3 Relictum filio, vel seruo alieno tunc valet, si ipse sui iuris factus capere possit.
- 4 Relictum filio spurio vel alias incapaci vt alteri restituat, an & quando valeat.
- 5 Hæredem cogi ad restituendum fideicommissario an sit remedium Senatus-consulti Trebelliani.
- 6 Etiam ex Senatusconsulto potest oriri remedium actionis.
- 7 Relictum post mortem tertie personæ dicitur conditionale.
- 8 Si pater, vel dominus instituantur, quomodo relictum fideicommissum valeat.
- 9 Grauenam præsumitur iniunctum instituto, licet alteri imponatur.
- 10 Relinquo, an proprie hoc verbum tantum ad vltimas voluntates referatur.
- 11 L. i. §. si. de tabu. exhi. non probat, ad quod communiter allegatur.
- 12 Sententiæ commodum per obliquum ex dispositione testantis grauari potest.
- 13 Legatum relictum filio, vel seruo institutis sumit vires ex persona patris, vel domini, & quare.
- 14 Argumentum ab auctoritate, quando valeat.
- 15 Subtilitas laudatur, & quæ.
- 16 Trebellianica potest dici falcidia, & quomodo.
- 17 Dispositum in falcidia, procedit in Trebellianica.
- 18 Legitima iure natura & debita aliquando appellatur falcidia, & an valeat testamentum, in qua filio relinquuntur falcidia sua.
- 19 Testamentum in quo filio relinquuntur legitima, an valeat.
- 20 Legatum potest capi non de manu hæredis, modo ex persona hæredis sibi detur.
- 21 Pater vel dominus filio vel seruo institutis, grauati quartam non detrahunt, & quare.
- 22 Inducta in fauorem alicuius operantur etiam damnum eiusdem, quando venit in necessariam consequentiam fauoris.
- 23 Filio instituto & legatario post mortem patris præcedente, legatum expirat, non eo quod sumpsit vires ex persona patris, & notatur error Soc. in secundo not.
- 24 Hæres cui legatarius post suam mortem grauatur, præcedens non transmittit fideicommissum ad hæredem eius, & quomodo hoc intelligatur.

Interpretatio legis Cum filio familias. eod. titu.

PRÆMI T T E primò pro intelligentia huius subtilissimæ l. q. olim ante tempora Constantini Imperatoris quæ querebat filiusfamil. (exceptis castrensibus, vel quasi) in totum & indistincte querebat patri, pro quo per Bar. & quasi omnes allegatur l. placet, supra de acquirenda hæreditate. quæ vere nihil facit. ibi enim tantum determinatur circa modum acquirendi, quid autem sit, quod acquiratur, ibi non dicitur.

Probat tamen istud in l. i. in princip. §. si a parei. quis fue. manu. & in §. i. Instit. per quas personas nobis acquir.

Hodie vero reperitur immutatum, primò per Constantinum in bonis maternis, & successiue per Archadium in omnibus habitis a linea materna, vt l. i. & 2. C. de bon. mater. & generaliter postea per Iustin. in omnibus aduentitijs, vt l. cum oportet, C. de don. quæ liber. d. §. i. Sentit tamen glo. relata ad text. in l. filius, §. de inoffic. testam. in ver. alij, q. dominium maternorum querebatur filio, etiam antiquo iure, quod expresse voluit Riccar. Malumb. in l. i. C. qui admi. & plerique sequuntur. Mouetur omnes per d. l. filius, in versu. quoniam alij commodum, &c.

AD D I T I O. Pro opin. Riccar. Malumb. videtur bonus tex. in l. 2. C. de patr. pot. Nam illa lex dicit q. quadam non acquiruntur patri. Et est Anton. Imperatoris, qui regnavit ante Constantinum. Nec videtur posse intelligi de castrensibus vel quasi, cum respectu foemine loquatur, vt ex in scriptione apparet. Nisi dicas q. immo potest dici quod masculus esset, qui illo nomine dicebatur, vel dici potest q. loquitur ex institutione nomi iuris. Facit etiā l. qui in alienam in fin. prius. de acq. here. Nam si filius matris hæreditatem sine iussu patris adire non potest, ne pater in ius omne hæreditario obligetur, vt ibi probatur, sequitur q. si eius iussu adatur, obligatur, & per consequens hæreditatem acquirat, & sic dominium, non enim ex solo usufructu diceretur hæres, nec oneribus esset simpliciter obligatus. † Sed doct. communiter in d. l. i. in hoc reprobant, sequentes regulam supra positam, quæ in iuribus pro ea allegatis optime probari videtur, pōderando in eis verbum, quod cūque, & verbum, quicquid, iuncta regulā l. Julia nus. in princip. §. titu. secundo. & † Constantinus in l. i. de bon. mater.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

mater videtur hoc nouiter inducere ponderando in ea verbum, ita sunt, &c. q. d. hac l. ita fieri precipimus. Hoc ita probari videtur in l. filiusfam. de acquiren. hære. nam si ibi auus iussisset, fuisset effectus hæres, ergo & dominus. §. fin. Insti. de hæred. quali. & dif. Ad d. l. filius, respondet vno modo Cyn. in d. l. i. C. qui admi. & aliter ibidem respondet Bar. & aliter Paul. de Cast. in d. l. filius, vt p. eos: nulla tamen sol. ex illis videtur bona. Solutio. n. Cyn. (quam etiam posuit Are. in d. l. filiusfa. & in d. l. placet, licet de Cyn. non faciat mentionem) quamuis approbatur per Clariss. Iurifconsf. Phil. Deci. compatrem meum honorandum in d. l. i. in fin. primæ lectu. tamen apparet falsa ex his, quæ dixit Bart. in sua solutione. Præterea secundum eam plus daret mater filio eam exheredando, quam instituyendo, & esset aperta via fraudandi patrem in eo, qd illi per filium quæri deberet, quod non videtur admittendum. Solutio vero Bar. est contra d. l. filius. Illa autem, quam dat Paul. de Cast. vltra qd est diuinatiua, nimis restringit d. l. filius. Igitur aliter de tribus modis respondendum est. † Primo commodum illud non est dominium rerum vt ipsi volebant, sed vt non ingratu filius appareat, propter quod indignatus erat: quod filium non patrem respicit, vt ibi paulo ante dicitur. Et satis commodi immo & lucriferi filius percipere, eius voluntatem implendo, iuxta gl. singularem in l. pen. supra de conditio. ob causam.

Vel secundo qd commodum illud est, vt ab intestato deferatur hæreditas, vt vbi probari in l. posthumus. §. si quis ex his. eo. ti. ad illud enim tendit querela vt ibi, & in l. vt liberis. C. de colla. Sic & alias emolumentum victoriæ dicitur illud, ad qd quid dirigit, vt in l. i. C. si vnus ex plu. app. hoc ergo commodum filio in querela paratur, & ita loquitur d. l. filius. ista vñ verissima solu. quam etiam sentit Ias. in d. l. i. qui admi. quicquid ibi dixerit in primis dominus Dec. in fin. primæ lect. Et ad rationem suam respondetur, qd procederet, quando commodum illud personam patris directo respiceret, sicut legatum: ad quod facit ibi sequens versu. mul. to magis &c. cum seq. vsque in fin. l. Vel tertio si pertinaciter velis accipere commodum pro dominio rerum, responderi potest, qd ibi hoc ponitur ex intentione noui iuris, sicut supra diximus in l. isto titu. de illa l. & de pluribus alijs. vel etiam & forte melius dici potest, qd immo ille tex. probat communem opinio. quia verbum illud alijs, exponi debet scilicet patri, & supra dum dicit, si non obtinuerit, scilicet filius, & omnia erunt clara, & ista expositio, si recte aduertatur, probatur per illam l. in princip. & in §. i.

ADDITIO. Adde qd difficile esset probare, Diuum Marcum imperasse tempore Caii illius legis auctoris. loquitur. n. de eo principe, qui tunc regnabat, vt patet ibi, principis nostri &c. vnde qui dicunt illum principem fuisse Diuum Marcum, hoc ipsum probare debent. Quod videtur alienum a vero, quia Gaius Iureconsultus videtur fuisse tempore Alex. vel parum post, qui per dies 60. in circa regnauit post Diuum Marcum. Sed pro opin. Riccar. alleg. quidam l. penult. infra ad Tertullia. mihi tñ lex illa non vrget, quia esto qd hæreditas pertineat ad filium, non negat qd per eum patri queratur, nec dicas qd tunc ibi non fuisset dubium propter officianum, quia dico qd erat dubium propter patriam potestatem, nam cum propter eam illa hæreditas sit querenda patri, videbatur qd non pertineret ad filium, qui sibi non erat retenturus. Nec verbum pertineat, de quo ibi te offendat, tum quia la. tiffimum est & varijs modis capitur, vt l. verbum illud pertinet, & l. sciendum, §. si. j. de verborum significatio. iuncta l. i. §. quod ait prætor, j. de cloacis, tum etiam quia satis dicit ad filium pertine. nere hæreditas cum vere illi deferatur & non patri. & potest dici qd ille remaneat hæres directus, secundum ea que dicam infra in tertia parte huius l. in gloss. super ver. sed vt patet in prima concl. Stet ergo ex prædictis præmissum vt supra. Seruus vero quicquid acquirit, id totum & indistincto domino quærit, §. item vobis, Insti. per quas perso. nob. acquirit. cum similib.

† Scias tñ hoc, & est notatu dignum, qd vt relictum in testamento seruo vel filio alieno valeat, requiritur qd sit tale & a tali relin. quatur, vt ipse si sui iuris esset, capere posset. l. & si maxime, j. de serui. leg. & l. debitor, §. seruo, j. tit. j. ita dicit hic Cuna. † Ex quo vtiliter inferri potest, qd si spiritus meus vel alias incapax meæ hæreditatis, vt seruus, vel filius sit tuo iuri subiectus, a me hæres institui non poterit, licet tu cui esset hæreditas acquirenda, capax esses, inspicitur enim persona hæredis instituti vel legatarij, & ex eius persona constat eis relictæ. d. §. seruo.

Sed in primis facit quia vt singulariter inquit Ange. in l. in tempus, §. de hæred. instit. & in l. 2. C. cod. tit. valet institutio de spirituo si graueur de restituendo alteri, etiam ei qui verisimiliter nõ sit petiturus, puta summo Imperatori, vel Regi Francorum, & esset secundum eum oprimæ cautela ad relinquendum spirituo. Potest tñ dici qd ibi expressa voluntas patris confertur in fideicommissarium, ita vt ille, & non spiritus videatur institutus, hic vero in spirituum tantum, & patri vel domino cuius potestati subijcitur, quæritur ex dispositione legis, & possit ante aditionem manumitti, & sibi ipsi acquirere. l. si alienus. de leg. secundo, & §. alienum, Insti. de hæred. instit. aliud forte esset, si spirituum meum qui tibi fe-

niebat tui contemplatione instituerim, cum tu videaris institutus, & ita procedat l. non munus, supra de hæred. instit. facit quod dicit Salic. in l. 1. §. colu. C. de hered. instit. versu. sed defende &c. quod nota pro limitatione d. l. & si maxime, fateor tamen qd lex illa plurimum obstat, & si per eam vis tenere contrarium ad d. l. nõ minus, respon. quod vltra capacitatem domini requiritur etiam qd seruus, liber factus capere possit per d. l. & si maxime, & per §. dicta. Cogita tamen.

In eo autem quod de Imperatore vel Rege dixit Ang. reprobat per Imo. in d. l. in tempus, tanquam sit consilium fraudulenter vt per eum, & quod dixit Imo. voluit ante eum Bal. in l. hæred. edictali, quarta col. versu. & not. qd per istum tex. &c. C. de secun. nup. licet per Imo. non allegetur, super his tamen quia non est materia nostra, cogitabis.

Secundo præmitte quod eum tantum in testamento graueur possumus, cui aliquid reliquerimus. l. i. §. sciendum, & l. sed & si sic. de leg. 3. & l. ab eo. C. de fideic. quod qualiter procedat, videbimus in prima parte l. nostræ.

Tertio præmitte quod quinque sunt remedia Trebelliani Senatusconsulti, seu ei attributa, tria in fauorem fideicommissarij, duo in fauorem hæredis. glo. est singularis in l. in testamento, C. ad l. Falcid. quam ibi simpliciter sequuntur Bartol. Bald. Ange. & Pau. de Cast.

† Et dum gloss. secundo loco ponit, qd hæres cogatur restituere, licet pro ea videatur tex. in §. sed si recuset, Insti. de fideic. mis. hæredita. in l. si hæres ab eo, in princip. infra ad Trebellia. ibi ex eodem Senatusconsulto. & c. & in l. lex falcidia, §. si. j. ad leg. Falcidia, ibi, licet Trebelliano &c. tñ non videtur bene loqui, quia qd hæres restituat fideicommissantequam Trebellianum Senatusconsulti ferret, iam a diuo Augusto primum in certis casibus, & deum tempore diui Claudij vniuersaliter inductum fuerat, vt Insti. de fideicom. hæredita. post princip. iuncta l. 2. §. post deinde diuus Claudius, §. de origi. iur. & dixi in rubi. supra eodem.

ADDITIO. Fuit enim Senatusconsultum Trebellianum factum tempore Neronis, qui successit in imperio Diuo Claudio, vt in §. restituta, Insti. de fideicommiss. hæredita.

Præterea inuenio qd Petan ea gl. illam reprobat, vt ibi referunt Cyn. & Alb. Motus quia restitutio non officio iudicis, sed per actionem ex testamento fit, per nota. in l. & sine scriptura. C. ad Treb. quasi hæc Senatusconsulto non conueniat. † Quod ego non admitterem, quia petitio hæreditatis ex Senatusconsulto est. Item veniunt §. præter hæc, & §. aptanda, §. de peti. heredi. & l. i. C. eo. ti. & tamē fit per actionem l. hæreditatis, eo. ti. & ita de pluribus considerari possent. non valet igitur consequentia, restitutio fit per actionem, ergo non est remedium Senatusconsulti. An autem illud sit verum qd restitutio fideicommissi olim iure actionis fieret, ad præsens non differat, quia plene diximus in l. i. §. eo. Sed posito qd fieret officio iudicis, prout in d. l. i. magis placuit, adhuc videtur, quod gl. illa male loquatur per prædicta. nec obstat d. l. si hæres ab eo. & d. l. lex falcidia, §. si. quia intelliguntur non quod Senatusconsultum induxerit restitutionem simpliciter, sed qualificatam, vt si per eam transeant actiones, & sic illa fit ex Trebelliano, id est cum translatione actionum, iuxta §. restituta, Insti. de fideicommiss. hæred. ad d. §. sed si recuset, eodem modo responderi potest, vel dic quod verbum restituat, non debet referri ad prouisionem Senatusconsulti, sed aliã ad iuris ordinem, vel etiam dici potest quod quando hæres cogitur adire tunc ab eodem Senatusconsulto. successiue dicatur etiam inductum vt cogatur restituere, cum ad eum finem adire cogat, ad quod præstat argum. doct. Bar. in l. si legatus, in princip. infra ad Trebel. & in hoc casu saluatur glo. in d. l. in testamento. C. ad leg. Falcid. cogita tamen.

Quarto, & quinto præmitte secundum Paul. de Cast. & Alex. in primo & secundo eorum euidentali, vt per eos.

† Et quod in secundo præmissis ipsi dicunt, amplia vt dicatur legatum vel fideicommissi conditionale, etiam si post mortem alieni cuius tertij relinquatur. l. quibus diebus §. quidam Titio, infra de condi. & demonst. Secus si post mortem honorati relinquatur. l. hæres meus, in princip. eod. tit. & l. 4. j. quando dies lega. ced.

Sexto præmitte particulariter ad materiam l. nostræ, quod aliquando pater vel dominus instituitur hæres, aliquando filius, vel seruus.

† Primo casu aut graueur filius, vel seruus, & non valet. l. ab eo. C. de fideicommiss. aut pater uel dominus, & tunc aut extraneo, & expeditum est, quod ualeat filio uel seruo, & tunc aut differunt in tempus existentia sui iuris expresse, uel tacite per aliquid uerbum dilationem importans, & valet. l. fideicommissa. §. si filio, de leg. 3. & l. ubi pure, in princip. infra ad Treb. Aut pater uel dominus graueur simpliciter absque aliqua dilatione expressa uel tacita, & magis communiter concluditur, quod ab initio nõ ualeat, ut infra uidebimus in secunda parte, licet Bart. in d. l. ubi pure, uideatur uelle contrarium in fideicommissio uniuersali, sed infra dicemus de hoc, & in isto primo non loquitur l. ista.

Secundo casu quado scilicet filius, uel seruus instituitur prout loquitur

loquitur l. nostra aut ipse institutus tantū grauat, aut pater vel dominus tñ, quo casu proprie loquitur l. ista, aut grauantur ambo, quos casus profequere, vt per Alex. & Iaso. in noua lectu.

† Septimo premitte quod quando aliquo hærede instituto, ille grauat, ad quem hæreditas etiam iure administratoris pertinere potest mediante instituto, grauamen illud semper censetur iniunctū ipsi instituto. l. pto. §. mater. de leg. 2. videtur enim tunc ille talis grauatus vt administrator, & quasi electus vt nudus minister. quod not. ad intelligentiam tertiæ partis l. nostræ.

Et in tali casu aduertendum est : & sit octauum præmissum. Nam licet aliàs fideicommissum conditionale decedente fideicommissario, pendente conditione remaneat apud grauatum. l. 1. §. si autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen. tamen tunc apud grauatum vt supra, non remanebit, quasi non videatur suo iure grauari, vt l. si quis Titio, de leg. 2. Et videbimus in vltima parte l. nostræ.

Vltimo scias qd lex ista in se difficilis, difficilior redditur ex varietate lecturarum, quas ponunt docto. licet enim prima pars clara sit, secunda tamen tertia, & quarta multipliciter variantur vt p Imo. & Moder. in euidentibus, & suo loco videbimus.

His ita præmissis post habita quadam diuisione Cyn. de qua hic per Imo. diuide totam legem secundum Bart. & fere omnes in quatuor partes vt per eos. & ita illas partes post notabilia distincte profequar secundum ordinē Bar. Summa secundum Bar. & alios maxime Alex. & Ias. Longius tñ est eorum summarium, quam deceat. Vel summa sic. Filiosa. vel seruo alieno in testamēto honoratis fideicommissum patri vel domino iniungi potest, quod licet extraneo relicti ex persona filij vel serui vires capiat, & ex eo possit quarta per restituentem detrahi, si tamē ipsi instituto relinquatur, capit vires ex pona patris vel domini, & quarta ex eo non retinetur. filio autem (cui pater post mortem suam rogatus fuerat restituere) præmoriēte, remanebit fideicommissum penes patrem: hoc dicit in summa tota l. nostra. & istud summarium est generale quasi ad omnes lecturas, licet ipse in se variæ sint in secunda, tertia, & quarta parte, vt prædixi, & suo loco dicitur plenius. Pone casum per partes vt per Ang. de Perig. Iaso. & Repentes. In tex. ibi. datur, idest relinquatur secundum Imol. & ante eum ita exponebat Dyn. vt refert, & sequitur Alberi. concordat tex. vbi similis expositio fieri potest in §. si vero non fecerint, in Authen. de hæred. & Falc. colla. 1.

ADDITIO. Item l. multi non nota, supra de lib. & posth.)
10 Pro qua expositione secundum Ias. facit, quia relictiū proprie dicitur in vltima voluntate secundum glof. per eum allegatas, pro quo optime facit l. si cui, iuncta glof. supra de seruit. & in Authen. vt liceat matri, & auia, in princi. & §. 1. col. 8. & pro hoc solet communiter allegari l. 1. §. si. infra de tabu. exhiben.

21 † Mihi tamen ille tex. nihil facit, quia non loquitur particulariter de dispositis per testatorem, vt scilicet illa tantum & proprie dicantur relicta, sed de tabulis testamenti, quas, cum conferantur post mortem, non dicitur quis viuus reliquisse. Quātum ad text. nostrum attinet, dic vt etiam voluit Ias. qd ista expositio non est necessaria, quia quodlibet verbum sufficit ad inducendum legatum, vel hæredis institutionem. l. 2. C. communia de lega. & l. quoniam indignum. C. de test. nisi dixeris quod sit ad maiorem declarationem, quoniam verbum, dare, sui natura importat translationem dominij per actualem traditionem. §. sic itaque, Instit. de actio. Scias tamen quod verbum relinquere etiam ad actus inter viuos adaptatur, & conuenienter, vt l. hoc sermone, infra si liber. inge. esse dica. per quem text. ibi Benedic. de Plumbi. determinat not. q. vt hic per Ias. & ad hoc facit c. 1. 21. q. 2. ibi, relinquentes ecclesias, & capi. r. de condi. appo. ibi relinquatur desponsata. l. clam possidere. §. qui ad nundinas, & l. penul. in fin. infra de acquiren. possessio. cum multis similibus. Illud autem commune dictum potest procedere quo ad largitates, vt scilicet illæ relinquuntur, quæ in vltima voluntate sunt, alias autem verbum relinquere secundum subiectam materiam variè accipi potest, vt ex iuribus prædictis constare potest. Et hæc nota ad declarationem eorum, quæ dixi supra eo. in rub. in primo præmissis circa secundam diffinitionem legati. In text. ibi vires capit, scilicet quædam secundarias, & quasi executiuas, vires enim primitiuas sumpsit fideicommissum ex valido testamento, & additione hæreditatis. In text. ibi fideicommissum hæreditatis, id est vniuersale. Cautè enim secundum Ang. de Perig. ita dixit, vt ostenderet se tantum loqui de vniuersali fideicommissio, de quo tamen an sit verum, suo loco dicemus. Et quo ad text. scias quod quidam vetusti, & probati codices non habent illud verbum, hæreditatis, sed simpliciter legitur fideicommissum relinquatur, & mihi satisfacit, tenendo quod iste text. procedat etiã in fideicommissio particulari. In text. ibi ex trebelliano, & c. aliàs legitur extero vt in gl. mihi videtur purior lectio extero, vel extraneo, cum de eo loquatur tex. vt omnes fatentur. Videtur enim conueniens quod quemadmodum infra cum de filio loquitur expresse & per aduertentiã, vero, de eo facit mentionem, ita

& hic de extraneo expresse ponat, & alias apud quosdam probatissimos Codices vidi scriptum extero, & ita ego legerem & ita etiam hodie quidam nouissimi codices habent.

ADDITIO. Nec verbum extero est insolitum apud iurif. consultos, nam eo vtitur in l. 3. §. item si quis, j. de leg. præst. & in l. pto. §. mater, in fi. de leg. 2. & alibi sepe, & no. quia quidem dicebant contrarium. †

In tex. ibi quoniam ex persona sua sibi filius & c. q. d. quando filio relinquatur, non detrahitur Falcidia, quia fideicommissum non potest sumere vires ex persona filij hæredis instituti, & hoc quia tunc filius videretur sibi ipsi obligatus, quod esse nõ potest vt est tex. in l. legatum §. 1. j. eo. Ibi non vt hæres & c. nam si vt hæres grauetur, cum hæres sit, vt communiter tenetur (de quo tamen j.) posset quartam detrahere, iuxta l. mulier §. si. j. ad Treb. Ibi post mortem suam & c. f. patris rogati, licet Ang. de Perig. dixerit. f. testatoris vel filij, de quo j. suo loco dicitur. Ibi decedat intellige siue durante patria potestate, siue etiam sui iuris factus, alias decisio ista videretur de indubitabili, quia pater omne ius filijfam. decedentis retinebit iure peculij secundum antiqua tempora l. 2. j. de castren. pecu.

Vnde quod sequitur ibi omnimodo & c. exponas, idest, in omnem euentum, & quocumque moriatur filius, sed de hoc latius infra dicitur.

Plurimas alias appositiones ad tex. facere poteris ut per Alber. Ang. Imo. Cuna. Ang. de Perig. & Alex.

Prædictas posui tanquam necessarias pro intelligentia tex.

12 † Not. primo secundum omnes Doctores, quod etiam qui per obliquum sentit commodum ex dispositione testatoris, per euz grauari potest, vt contingit hic in parte vel domino, quod no. ad declarationem l. 1. §. sciendum de leg. 3. & l. ab eo. C. de fideic. cū similibus, vt. eos grauare possumus, quibus quid dederimus siue directe, siue per obliquum, de quo plenius dicitur j. in 1. parte l. nostræ super 2. gl.

13 Secundo no. quod si hæredi instituto a patre, vel domino eius fideicommissum per testatorem relinquatur, sumit vires ex persona patris vel domini expresse grauat, nec fundatur in persona ipsius hæredis sicut fundaretur, & ex eius persona sumeret vires, si extraneo relinqueretur, vt hoc in secunda parte innuitur a contrario sensu, & j. in tertia parte dicitur. Ratio est, quia si tale fideicommissum secundum regulam positam §. in septimo præmissis fundaretur in persona hæredis, & sic ei per prius diceretur fuisse iniunctum, non ualisset, ex quo nemini a seipso legari potest l. legatum §. 1. & l. equidem j. eod. & hoc est quod dicit iste text. ibi, quoniam ex persona sua sibi filius obligari non potest, vt ergo valeat, fundatur ab ipso initio in patre vel domino, & ex eius persona sumit vires, vt dicit tex.

Quod secundum dominum Barthol. Soc. patrum & dominum meum in primo notab. facit pro singulari dicto Sal. in l. 1. C. de hæredibus inst. 5. col. versic. aut dubitatur cuius contemplatione & c. ut per eum hic quidam Moderni. Bonon. hanc l. plenè repetentes in 7. notab. dicunt qd iste tex. parum facit, quia quod hoc fideic. (vt validum conseruetur) sumat vires ex persona patris videtur rationale, cum velut commodum sentiens grauari possit, quod non est in casu Sal. vt. f. capacitas consideretur ex persona serui, cum aliàs seruus pro nihilo habeatur, & mortalitati comparetur l. quod attinet & l. seruitutem, j. de reg. iur. Sed tuendo Soc. dici potest qd licet seruus pro nihilo habeatur, non tamè in iure improbat valere legatum ex persona sua, quod ex persona domini non valeret l. c. bitor §. seruo de leg. 2. & l. si seruus eius, §. de acq. hæred.

Præterea Sal. (ad cuius dictum mens Soc. nostri referenda est) dicit qd in dubio, vt valeat fideic. censetur factum contemplatione ipsius serui, de cuius capacitate non dubitabatur, & hoc p̄ det a voluntate relinquentis, quem talem esse posse, nihil impedit seruum in iure pro nihilo haberi. sequitur ergo quod dictuz repetentium nihil facit contra Soc. Considerabam tamen cōtra Sal. quod in casu suo non attendatur capacitas serui ea ratione particulari, vt fideicommissum valeat, sed potius generali illa consideratione, quia. f. ex persona eius consistere debet legatum, vt d. §. seruo, & l. & si maxime, j. de serui. lega. & dixi §. in fin. primi præmissi. alioquin e contra etiam dicendum esset, vt valeat fideicō. in spici aliquando solam capacitem domini, contra d. l. & si maxime, quia tamen. hæc non est materia nostra, super eo cogitabis, & vide in d. l. 1. de hæred. inst.

ADDITIO. Sed contra prædicta videtur l. alieno, in prin. j. de fideic. liberta. Nam siue velis inspicere persona serui, vt valeat dispositio, quando alias valere non potest, vt dicebat Sal. ibi contrarium probatur, siue etiam vis, prout ego dixi, qd ex persona serui, quæ ei relinquuntur, consent, ibi apparet contrarium, nã non est dubium, seruum esse capacem libertatis. Et ex eo illa decis. videtur mirabilior, quia agit de libertate, quæ solet esse fauorabilior, cum alias videamus seruo relinqui posse, quod dominus capere non potest, seu quod dño relinqui, nõ potest, vt l. debitor §. fer-

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Cum filiofam.

§. seruo, de le. 2. Quare pro resolutione dici potest, qd si dominus dicitur simpliciter respectu suae personae incapax, i. cum eo testator nullo modo habet testamenti factionem, legatum seruo indistincte non valet, & si libertas relinquatur vt d. l. alieno. Et hoc recte intuenti bene probatur in d. §. seruo, & in l. & si maxime, de ser. lega. Si vero dominus non dicitur simpliciter incapax, sed aliquo casu dicitur incapax mixta ratione rei, verum cum eo generaliter testatori est testamenti factio, & tunc ex persona serui legatum constat, quia si liber factus, capere potest, valet. Et ita intelligitur d. §. seruo, in princ.

Primum dictum limita, si tempore, quo cedit dies legati, reperitur seruus, manumissus, vel alienatus in capacem, nam tunc inspecto illo tempore valebit, ut probatur in l. si seruus, §. de acqu. hær. & in l. si deportati seruo, in princ. de leg. 3. Et ita etiam puto limitandum d. l. alieno. Credo, n. qd si ante aditam hereditatem seruus sit alienatus in personam capacem, quod valebit datio libertatis per praedicta iura. Cogita.

Circa secundum dubium aduerte, quia posset forte intelligi tantum, quando relinquitur contemplatione serui, prout aliqui voluerunt, de quo videndum est in d. l. si seruus tuus, & in l. 1. C. de hær. in l. institut. Ego tamen hanc restrictionem de facili non admitterem, quia iura praedicta generaliter loquuntur, super quo tu cogita.

14. † Tertio no. ibi, Iulianus & c. argui posse ab autoritate, tã est hoc cum ea commisceatur ratio, intellige tamen qd tale argumentum non concludit necessario, nisi quando sumitur ab eo, qui habet legis condendae potestatem, alias dñ argumentum tantu probabile, secundum Bal. in l. conuentulam, C. de epis. & cler. 2. col. vnde a nostrorum doctorum auctoritate, licet maxime fit, argumentum non est necessarium, sed probabile, quod veru est, etiam si a maiori parte sumatur, immo etiam si ab omnibus, nam & tunc negari potest, si ratione aliqua, vel expressa lege potest conuinci, ut videtur text. in l. 1. §. & neque C. de veter. iur. enucl. tradit Bald. in l. conuentulam, & Abb. in capit. 1. col. l. fina. de constitut.

Fateor tamen quod si a legis conditore in ipsa lege proponenda allegetur aliqua auctoritas, ei indistincte standum est, non ex vi autoritatis, sed autoritate allegantis, & ita procedat 15 lex nostra. † Quarto nota. secundum Repent. hic esse text. pro subtilioribus doctoribus.

Laude enim dignum est, subtiles inuenire rationes, allegant tex. concordem in l. vnica, C. de profess. qui in vrbe Constantin. libro 10. ibi, interpretandi subtilitatem &c. facit etiam l. cum aliquis. C. de iur. delib. ibi, vt distinctio subtilis &c. & text. optimus in c. capellanus, de ser. ibi, & subtiliori nititur ratione, sicut e contra grossities damnatur l. si. C. de hær. instit. ibi, sed hanc sententiam grossiorem &c. per quem tex. dicit ibi Bal. quod cau sa subtiles & in apicibus iuris consistentes grossis doctoribus committi non debent, & si fiat, ratione grossitici possunt suspen si reputari.

Cauca tamen ne nimia vtrius subtilitate, quae a iure reprobatur per tex. in cap. dilecti, de iud. facit c. 1. ubi no. Andr. de lter. de natu. feud. Sunt enim plerique qui nimia subtilitate veritate ipsam obumbrantes, querunt sapere plusquam oporteat, contra capit. vnicum, de renun. libro 6. Isti tanquam scopulum euitentur, si quidem eorum nimia & maligna subtilitas rem ipsam ad perniciem facile deducere potest iuxta l. si seruum, §. sequitur, J. de verboru obligationib. facit l. sancimus C. ad Treb. & l. vnica, in fi. C. de act. ab hær. & contra hære. Et ideo dici solet quod sim pliitas est legibus amica. §. sed quia stipulationes, Instit. de fidei. comm. hær. illa ergo subtilitas laudatur, quae ad veram iuris interpretationem tendit, ut in iuribus praerallegatis, & etiam quae in iudicijs ad veritatem perquirendam adhibetur, ut in ca. 1. de col lu. detegen. & c. in causis de re iud. de hoc tamen plene videas per Abb. & Mod. in d. c. dilecti, de iudic.

16. † Not. 5. secundum Imo. Ale. & alios, quod sub nomine Falcidia Trebellianica comprehenditur, concol. l. si ut allegatis, iuncta gl. C. ad leg. Fal. l. cohæredi §. cum filia, §. de vulg. & pupill. l. Titia. in fin. iuncta glo. infra ad l. Falc. l. patrem, cum gl. infra quae in fraud. credit. & l. iubemus, C. ad Trebell. cum similibus. Et ratio esse potest, quia Trebellianica ad similitudinem Falcidia & per eandem rationem fuit inducta. §. sed quia hær. edes, Instit. de fidei. comm. hær. iuncto princip. Instit. de lege Falc. Et ex hoc inferitur ad tres not. q. quas ponit Bar. in l. Marcellus §. quod autem, infra ad Treb. de quibus vide ibi per Imo. Alexand. & pa-

17. truum meum Socinum † qui in omnibus illis tribus q. tenet qd dispositum in Falcidia procedit etiam in Trebellianica prout etiam videtur communis opinio licet Bartol. in tertia questione contrarium tenuerit. Vide tamen Cornel. in authent. sed cum testator, C. ad legem Falc. qui in secunda & tertia quæst. nititur tenere contra communem, & ita vidi alias disputando sustineri, sed quia non est materia nostra ibi videas, & in dubio a cõ-

18. muni opin. non recedas. † Et quemadmodum Trebellianica

potest dici falcidia, licet improprie & largo modo, ita etiam & legitima iure naturae debita dicitur aliquando falcidia, licet improprie, vt in auth. vnde si parens, cum glo. C. de inoffic. testa. Et ideo si pater filio falcidiam suam, vel centum pro falcidia sua reliquerit, videbitur reliquisse legitimam: & sic testamentum valebit secundum Bartol. in d. authent. vnde si parens, & in l. fin. infra de pec. leg. licet super hoc videat dubitare in l. filium, §. sed si portio, infra de leg. praestan. Item tenet Bald. in l. humanitatis, 4. opo. C. de impuber. & ali. substi. sequitur hic Alex. 3. no. & videtur 19 communis opin. quae indubitanter procedit. † Posita vera illa cõmuni opi. videlicet qd testamentum non posset expugnari, si pater proprio nomine reliquisset legitimam, quam firmat Barto. & doct. in locis praedictis vt per dominum Decium in d. l. humanitatis, secundo nota. & dixi supra in rub. in secundo praemisso. Nam cum legitima aliquando falcidia appelletur, & verba testatoris ad aliud referri non possint perinde erit acti nominatum legitimam reliquerit. arg. l. secundæ, supra de liber. & posthu.

Verum illa communis opi. videtur multum dubia, & eam reprobat Salic. in d. authent. vnde si parens, & Imol. in l. 1. §. fin. ex sum do. col. 17. supra de hære. instit. Et contra eam videtur inclinare Alex. in d. l. humanitatis, 2. col. licet fateatur opi. Bar. esse communem. Et clare contra Bart. firmat in confi. 70. incip. vifo consil. 2. col. 2. vol. Et idem sequuntur multi alij, quos refert & expresse sequitur Ias. in auth. nouissima, 7. & 8. col. C. de inofficio testamto. Et totum fundamentum istorum consistit in §. aliud quoque capitulum, in Authen. vt cum de appel. cogn. col. 8. ibi, nec si per quamlibet donationem &c. per quem tex. ista opin. contra communem videtur verissima. Nec videtur bona responsio, quae dat Alex. in d. l. humanitatis, volens, qd ille text. procedat quando particulari & expresso titulo, puta legati, vel fideicommissi legitima relinquatur. Secus si sub incerto titulo, vt est casus noster, quoniam videtur ista solutio contra illum tex. ibi, vel alium quemcumque modum &c. Et contra eam faciunt quae dixi supra in rub. in d. 2. praemisso.

Si tamen vis tueri vel saltem palleare communem opinio. ita ad d. §. respondeas, qd satis dicitur filius habere iure institutionis ex interpretata mente testantis, arguendo a qualitate relicti, vt dixi in d. rubr. Et ad illum versu, nec si per quamlibet &c. dic quod procedit quando numeraliter & quo ad quantitatem in effectu legitima portio relinqueretur, de legitima tamen nulla mentio facta esset, secus si nominaliter & expresse legitima relinquatur, vt loquitur communis opinio. Cogita tamen.

Praedicta procedunt de iure ciuili, de iure vero canonico, in quo non ita rigor verborum attenditur, sufficit filio per quemlibet titulum relinquere, de per cap. Raynutius, de testa. ita dicit Ale. in l. inter cetera, supra de liber. & posthu. col. si. versi. an autem de iure canonico, subdens ita per Canon. communiter teneri vt per eum, quod est valde notandum in practica, quia sic esset in terris ecclesiae vel alias in curia ecclesiastica obseruandum. Mihi tamen non videtur hoc concedendum, quia in dubio non debet admitti discordantia inter ius ciuile & canonicum, vt etiam retigi supra in rubr. in secundo praemisso in fin. & inuenio qd contrarium tenet ipsemet Alex. in d. cõf. 70. 3. col. Gemi. in c. si pater, de test. lib. 6. 4. col. & alij plerique, prout refert & sequitur Ias. in rubr. supra sol. mat. 7. col. & in d. authent. nouissima, 8. col.

20. † Sexto not. qd licet fideicommissum extraneo relictum in casu huius l. sumat vires ex persona filij hær. instituti, & ille cõseatur per prius grauatus, non tamē restituitur per ipsum, sed per patrem. Et sic tenendo qd filius sit hær. ut dicit gloss. 1. (de quo in tertia parte l. disputabitur) sequitur qd legatarius non capit de manu hær. Quod ex eo procedit, quia esto qd pater non sit dñ rectus hær. tamē respectu totius commodi dicitur hær. & restitues restituit nomine filij hær. quod nota pro declaratione tituli infra quorum legatorum, ut scilicet ei satisfiat recipiendo legatum, etiam ab eo, qui licet non sit hær. ex persona tamen hær. soluit, ut hic.

21. † Not. septimo qd licet pater vel dñs extranei grauati quartam detrachere possint, si tamen ipsi filio vel seruo institutus grauatur, eam non detrachunt. Quod videtur probare text. arguendo a partibus sufficienter enumeratis, nam si uellent detrachere, aut ex persona hær. instituti, aut ex sua fieri deberet, neutro modo fieri potest, ergo &c. non ex persona hær. ne sibi ipsi videat obligatus, nec ex persona sua, quia non ut hær. sed ut pater uel dñs grauatur, pro quo facit l. mulier, §. si. infra ad Trebell.

Demum not. quod filius hær. institutus cui pater post mortem suam grauatur, praecedens, ad hær. non transmittit fideicommissum, sed dicitur deficere, & illud tanquam deficientis per patrem retinetur. Ratio est, dicit tex. quia tale fideicommissum ex persona ipsius patris sumit vires.

22. † Hinc notabiliter sequitur secundum dominum meum Soc. in 2. not. qd licet hoc ut scilicet fideicommissum sumat vires ex persona patris in fauorem filij sit inductum, ut sic ualeat fideicommissum, retorquetur tamen in eius odium & damnum, cum ipso

premoriente fideicommissum expiret, & ad heredes non transeat, ex eo quia ex persona patris vires sumpserat, quod videtur contra l. quod fauore. C. de legib. & cap. quod ob gratiam, de reg. iur. lib. 4. cum similibus. Toleratur tamen secundum eum, quia istud odium seu damnum venit in necessariam consequentiam fauoris, arg. l. cum ex oratione, in fi. supra de excusa. tur. & quod per illum tex. dixit Bal. in d. l. quod fauore. in 7. oppo. vt per eum hic.

Sed cum reuerentia domini mei sit dictum, mihi videtur quod erret circa istum text. nam esto quod illud sit inductum in fauore filij, non video quomodo in odium retorquetur, quia quod filio premoriente fideicommissum expiret & ad heredes non transeat, non prouenit ex eo quod sumpserit vires ex persona patris, sed quia fuerat relictum post mortem patris, & sic fuerat conditionale, & ille decesserat pendente conditione, iuxta l. haeres meus, in princip. infra de conditio. & demonstratio. & leg. 4. infra quando dies lega. ced. & l. vnicam §. si autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen. Sed si fideicommissum fuisset purum, vel purificationem esset, licet etiam tunc sumeret vires ex persona patris, non tamen extingueretur mortuo postea filio, sed ad heredes transfret. Et ratio tex. in fin. posita, a qua Soci. nosse videtur deceptus, non ponitur, cur fideicommissum expiret, & non transeat, sed cur per patrem magis quam per alium retineatur. Ex eo enim quod ex persona sua sumpserit vires, ipse dicitur persona grauata, tamen non vt haeres, sed vt pater commodum sentiens. Quo posito optime conuenit vt per eum & non per alium, deficiens fideicommissum retineatur, vt d. §. si autem aliquid sub conditione.

Sed aduerte, quia cum super hoc dicto Socin. nostri publice disputando coram Reuerendissimo ac Illustrissimo domino Cardinali de Medicis cum insigni Iuriconsul. Horm. concurrente meo contenderem, allegabatur pro tutela Socin. quod ideo fideicommissum post mortem relictum dicitur conditionale in lege ista, quia ex persona patris sumit vires, secus si ex persona filij vires assumeret, tunc enim licet relinqueretur post mortem patris, puta, si eo modo Sempronio relinqueretur, non esset conditionale, & sic Sempronius praecedens ad heredes transmitteret. & allegabatur etiam quod ita tenebat hic Paul. de Castr. & in eius declaratione & auctoritate fiebat maximum fundamentum. Et cum ego illud negarem, cum maxima instantia petebatur eius codex exhiberi.

Veruntamen prout etiam tunc dicebam isthac magna est deceptio hominis illius. Primum quia Paul. de Castr. istud nunquam dixit.

Additio. Imola in 2. colum. clare dicit, dicendo & declarando tex. secundum Barto. verum postea in fi. hoc reprobatur, vt hic dico, immo si recte aduertatur in vlt. col. quasi a Barto. dictum reprehendit, contrarium expresse firmando.

Secundo, quia haec est expresse contra l. quibus diebus. §. quidam Titio, de conditio. & demonstratio, quem tex. alleg. hic Paul. de Castr. & dixi supra in quinto premissio. Solum dicitur ergo conditionale fideicommissum, quia post mortem patris relictu fuit vt praedixi, & nihil quo ad hoc operatur, quod sumat vires ex persona patris, & verba illa in fi. ponuntur ad aliud, vt iam dixi.

24. Nouissime ex praedictis & ex tex. nostro habes quod fideicommissum, etiam haereditate instituto restituendum in tempus aliquod, quod conditionem importet, non transit in haereditate haereditis, decedentis ante illud tempus, vt hic in filio haerede, cui in tempus paternae mortis erat restituenda haereditas. Quod procedit etiam si haeres extra terminos nostrae adierit ad sui utilitatem, puta, si a Titio haerede legetur fundus Gaius, qui post eius mortem grauatur haereditate restituere, vt est doctrina Bald. in l. in causae, la secunda, §. Pomponius, supra de minorib. cum concordantibus allegatis hic per las. in penul. not.

ADDITIO. Et sic licet alias haeres haereditis sit testatoris haeres. l. fi. C. de haereditate instituen. tamen non procedit in his, quae haereditate conditionaliter debentur. Et ita etiam debet limitari, quod dici solet, appellatione haereditis, etiam haeres haereditum venire, vt l. in annalibus. C. de lega.

Sed videtur hoc contra illum text. cum annum legatum sit conditionale. l. Senatus. §. si autem supra de dona. cau. mor. & l. cum singulos, infra de annu. legat. & plurimum contra praedicta facit reg. l. haereditis appel. & l. sciendum, in prin. infra de verb. sign. dicit enim ibi, quod in paucis casibus nominatio haereditis restringitur ad primos, qui ibi ponuntur.

Vnde pro resolutione dici forte potest. Primo quod quo ad l. istam, nil obstant praedicta, quia pater hic non fuit grauatus dare filio sub nomine haereditis, sed expresse filio suo.

Secundo dico circa alios casus quod aliquando fit mentio haereditis alicuius in quo fit affectio &c. non in haereditate, puta Titio, & haereditate eius, qui tunc erat incertus. Et tunc etiam post primum veniunt. ita procedat d. l. in annalibus. Fuit enim relictu annuum Titio & haereditate eius, ideo omnes veniunt. Hoc tamen fallit in usufructu, vt l. antiquitas. C. de usu & hab. De quo vide & de eius ratione in vtraque lege. Aut fit mentio simpliciter haereditis disponē

tis postquam aliquem sibi facit haereditem, & sic iam est certus. Et tunc si est conditionale, non transit in haereditate haereditis, vt probatur in l. qui liberis. §. haec verba, supra de vulga. & pupil. Et isto modo procedat decisio Bald. in §. Pomponius, hic per illum tex. optime probatur. Hoc tamen non procedit, quando de haereditate fit mentio, quod ei sit dandum aliqua conditionis implenda, quia tunc etiam haereditate haereditis dari potest. l. si per alium. §. haereditate, infra de statuli. & l. cum ita detur. §. si autem de cond. & demon. Et forte hoc procedit specialiter fauore libertatis vt rite intuenti videtur probari in l. qui haereditate, in simili infra de cond. & demon. stratio. Facit etiam d. l. si peculium. §. is cui, in fi. & est tex. in l. sub diuersis, de cond. & demon. str.

Tu tamen hoc singulariter limita non procedere quando grauatus haereditate post tempus fuerat expresse temporaliter vocatus, nam tunc ex temporis cursu definit ille esse honoratus, & fundus ille reuertetur ad ius haereditarium, apud quemcunque reperitur: & sic haeres praecedens, ius, (vt ita dicam,) rehabendi fundum, dicitur ad haereditatem transmississe cum ipsa haereditate. Ita est de intentione Bartol. in l. Titia cum testamento. §. final. in 2. q. infra tit. primo. vbi not. & multum exclamat Paul. de Castr. qui idem & clarius dixit in l. si a me, infra ad l. Falcid. & sequitur Alexand. in consil. 93. incip. Super eo de quo queritur. l. colum. 3. volu. Quod nota & tene menti, quia pluries videbis in facto in his, quae retinquantur vxori donec vixerit post eius mortem haereditate restituenda. Haec etenim & haereditate haereditis debentur, & ita aliam dum in patria esse conuultus respondi, & obtentum fuit. Hoc tamen intellige, nisi ex verbis testatoris appareat, restitutionem tantum primo haereditate faciendam esse, puta quod dixerit, restituatur infra scriptis haereditibus, secundum quod singulariter determinat Alexand. in consil. 173. inci. Visa facti narratio ne quinto volum.

Cetera notabilia proficere, vt hic per docto. maxime Modernos, & in voce retuli.

S Y M M A R I U M.

- 1 Manumissio, vel emancipatio a voluntate domini vel patris pendet.
- 2 Haeres dici debet cui in institutione adhibetur honor.
- 3 Pater grauatus filio post mortem suam, an teneatur emancipato, plene disputatur, num. 3. cum sex seq.
- 4 Non refert quid ex aequipollentibus fiat in his, in quibus solum effectus consideratur. nu. 4. & 6.
- 5 Disposita in certum tempus ante illud non sortiuntur effectum.
- 7 Patre in terminis huius legis grauato filio post mortem suam, non dicitur habitus respectus ad existentiam sui iuris.
- 8 L. fideicommissa. §. si filio nouiter declarata.
- Mater vel similis persona relinquens filio post mortem patris eius, creditur habuisse respectum ad existentiam sui iuris.
- 9 Non sic in extraneo.
- 10 Argumentum valet, tibi quaritur ex testamento, ergo grauari potes.
- 11 Sentiens ex testamento commodum non pecuniarium, an grauari possit, & quomodo.
- 12 Modus quo ad necessitatem implendi pro conditione reputatur.
- 13 Et quid si imponatur onus non pecuniarium illi, qui non pecuniariter erat honoratus. num. 13. cum tribus seq.
- 14 Accendere candelas an sit onus pecuniarium.
- 15 Onus persone iniunctum non semper deducit ad vrbem seruitutis.
- 16 Opera imposita non exiguntur nec quod earum vice imponitur.
- 17 Non honoratus non grauatur.
- 18 Ista regula non fallit in executore testamenti, vt aliqui volunt.
- 19 Nec in l. denique. §. interdum. de pecul. leg.
- 20 §. Interdum. praedicti varijs modis intellectus. num. 20. cum quatuor sequen.
- 21 Peculium sequi solet seruum manumissum.
- 22 Et clausula grauamini adiecta quod grauatus liberè impleat, an ipse dicatur honoratus.
- 23 Peculium non dicitur seruo manumisso legatum, si ex eo decem dare iubetur Gaius.
- 24 Retineri dicitur, quod aliquo modo habetur.
- 25 Lab. co. C. de fideicom. quomodo intelligatur.
- 26 Tutela dicitur onus publicum, & an illud imponat testator.
- 27 Sentiens commodum ex testamento, etiam per modum non adimendi potest grauari regulatiuer.
- 28 Legatum rei alijs debite quando valeat.
- 29 Testator grauare non potest eos, quibus relinquit ex precepto legis.
- 30 Vnus ex pluribus fratribus furiosi exemplariter substitutus, an grauari possit.
- 31 Onus tendens ad vsuram, nec honoratus implere cogitur.
- 32 Quod non procedit si solum in fauorem grauati imponatur.
- 33 Haeres vel alius honoratus rogatus filium emancipare, an teneatur. nu. 33 cum

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

- cum duobus sequentib.*
- 34 *Pignū ad infinitum nulla est proportio.*
 - 35 *Onus aliquem adoptandi videtur aliquantulum contra bonos mores, & quomodo.*
 - 36 *Onus supra commodum impostum quando sit præstandum.*
 - 37 *Substitutus filio exheredato etiam legatario grauari non potest.*
 - 38 *Nec legitimus eius successor.*
 - 39 *In his sex rationes alicrum reprobantur, & septima & noua subtiliter assignatur. num. 39. num. 10. seq.*
 - 40 *Pupillaris substitutio exheredato facta dicitur præcise testamentum pupilli.*
 - 41 *In alieno testamento quis legare non potest.*
Succedens alicui an aliter grauari possit, quam ille.
 - 42 *Et an capiens quid, vt heres, possit vt legatarius grauari.*
 - 43 *Quis potest dici grauatus vt heres, & vt legatarius.*
 - 44 *Cur substitutus exheredati grauari non possit, ab exheredatione prouenit.*
 - 45 *Qui de bonis meis a me directe non consequitur, sed per successionem, non potest grauari nisi ex benignitate legis.*
 - 46 *Una l. loquens qualificatè, omnes alias de eodem loquentes qualificat.*
 - 47 *Exheredatio dicitur actus impius & odiosus.*
 - 48 *Exheredans filium priuatur benignitate legis in qua filius aliquo modo consideratur.*
 - 49 *Impietas exheredationis tollitur si ex patris ordine pars hereditatis ad exheredatum peruenerit.*
 - 50 *Substitutus exheredati, non mala mente, grauari potest.*
 - 51 *Pater vel dominus instituit an habens ex iudicio testatoris, & quomodo. num. 51. cum 14. seq.*
 - 52 *Præsens status ostendit quid senserit testator. nu. 52. & 56.*
 - 53 *Statutum puniens contrahentem cum bannito, non procedit in contrahente cum seruo banniti.*
 - 54 *Legatum seruo vel filio tuo, tibi non adimitur.*
 - 55 *Ex voluntate mea non dicitur fieri, quod etiam me inuito contingit.*
 - 57 *Ex grauamine non arguitur honor.*
 - 58 *Quis dicitur velle, quod lex disponit.*
 - 59 *Substitutio vulgaris seruo alieno facta quomodo intelligatur.*
 - 60 *Portio portioni accrescens, sapit illius naturam.*
 - 61 *Pater seruum filij instituendo, non satisfacit legi.*
 - 62 *Instituit seruum tuum, quem liberum credebat, te non potest grauare.*
 - 63 *Ademptio legati solum fit ei, cui expresse datur.*
 - 64 *Dictio magis, sui natura stat comparatiue.*
 - 65 *Lex falcidia etiam olim poterat dici ex voluntate testantis aliquo respectu.*
 - 66 *Heres heredis vel legatarij sub appellatiuo nomine grauari potest, & qua re. num. 66. cum 2. seq.*
 - 67 *Necessario quis non est habiturus heredem.*
 - 68 *Bona testatoris necessario non sunt in heredem heredis peruentura.*
 - 69 *Heres heredis proprio nomine grauatus non tenetur.*
 - 70 *Dictio, autem, & similes aduersantur in his, quæ sunt eiusdem generis & dicuntur repetitiue.*
 - 71 *Lex sed & si sic, §. fin. de leg. 3. noniter declaratur.*
 - 72 *Heres heredis proprio nomine grauatus, an teneatur, quando erat verisimiliter successurus. num. 72. cum seq.*
 - 73 *Valet argumentum de contractu ad vltimam voluntatem.*
 - 74 *Specifica expressio plus solet operari, quam generalis.*
 - 75 *Heres heredis ab intestato, etiam appellatiuo nomine grauari non potest.*
 - 76 *Instituens aliquem dicitur velle etiam eius heredibus relinquere.*
 - 77 *Succedens solo iure prætorio, an dicatur ex voluntate defuncti succedere.*
 - 78 *Et an grauari possit.*

VENIO ad apparatus glo. & expediam eas quatripartite iuxta diuisionem istius legis, prout & Bart. auriga noster, & alij faciunt, hic ergo incipiat prima pars l. In glo. i. ibi, ex sua voluntate. scilicet si manumiserit, ex hoc videtur saluari glo. exponendo ex persona id est ex voluntate, † cum ipsa manumissio vel emancipatio ab eorum voluntate pendeat, vt per Alex. & Iaf. Sed quia ista expositio ita saluata, præcedit tantum viuo testatore, mihi non satisfacit. si enim pater moriatur ante emancipationem, valet fideicommissum & nullo modo dicitur pendere ex voluntate patris, ergo &c. In ea ibi, pater, sed filius est heres &c. † pro hoc facit, quia ille debet dici heres, cui a testatore honor in institutione adhibetur, argum. l. sed & si mortis. §. hæc autem, infra de leg. præstan. Sed de hoc videbimus in tertia parte l. In ea in fin. colligunt Imo. & Alex. ex ista glo. relata ad tex. q. pater grauatus filio suo post mortem suam emancipato tenetur, vt per eos. Duo sunt videnda. Primo vtrum hoc senserit ista glo. Secundo vtrum sit in se verum.

Circa primum dici potest quod non, & quod glof. illa verba,

fed si ante emancipationem &c. non ponat habito respectu ad fin. tex. & sic præsupposito quod pater esset grauatus post mortem, sed referat ad ea, quæ ipsamet dixerat, dum voluit patrem teneri ex voluntate. l. si emancipauerit, dubitari enim poterat & conuenienter vt in glo.

Circa secundum, quia iste articulus est vtilis & disputabilis; placet vt diligentius de eius vera decisione perquiramus.

† Primo ergo videtur quod pater emancipato compellatur restituere, licet esset rogatus post mortem per l. mulier, in princ. infra ad Trebel. Et per l. tertiam. C. de insti. & substat. sub condi. fa. prout Imo. & Alexan. allegant cum concordantibus allegatis in glo. in d. l. 3.

Pro hoc & secundo facit l. si ita esset, infra quædo dies leg. ced. quam Repeten. hic col. 2. allegat hanc opi. pro vera præsupponentes, sed ante eos allegat illum tex. glo. in d. l. mulier.

Tertio facit in arg. l. Gallus. §. & quid si tantum, in fi. supra de liber. & posthum.

Præterea facit ratio, † quia vbi effectus consideratur, nõ refert quid ex æquipollentibus fiat, vt ex omnibus prædictis iuribus colligitur, quod etiam probatur in l. fin. supra mād. & procedat hoc etiam si conditionaliter fuerit dispositum, vt d. l. mulier. & d. l. si ita esset, & concludunt Doc. in d. l. 3. & in d. §. quid si tantum, vbi Soc. meus in 2. no. Sed grauamen istud videtur dilatum in morte patris ad hunc effectum, vt l. filius tunc sui iuris effectus liberè & pro se acquirat, vt videtur probari in d. l. mulier, ergo &c.

Demum & quinto quod per emancipationem venerit dies, videtur probari in l. patrem, secundum primum intellectum glo. iuncta l. ait prætor. §. si cum in diem, infra quæ in frau. cred. Sed in contrarium facit, quia huius fideicom. vt omnes fatentur, fuit conditionale, videlicet si pater moriatur, & eo tempore superuiuat filius. l. hæres meus, in prin. cum simi. infra de cōditio. & demon. licet ergo filius emancipetur, non dicitur conditio impleta, ergo &c. postet enim filius, licet emancipatus, præmori, vt in simili dicitur in l. Staturus. §. Cornelio, infra de iur. fil.

† Præterea est, quod in tali fideicommissio fuerit considerata existentia sui iuris, (quod tamen non admisso) fuit tamen considerata in tempus mortis patris: & per illum actum naturalem, vnde non debet ante tempus habere effectum; licet prius fiat sui iuris, arg. l. in illa stipulatione si Kalendis, infra de verbo. obl. Facit tex. optimus in l. vxori vltimum fructum villæ, infra de vlt. fruct. lega. Nec etiam per actum civilem emancipationis, arg. l. si C. de his qui ven. ata. impetra.

† Sed prædictis responderi potest, vt non procedant, quando in conditione, vel in temporis appositione fuit solum & duntaxat consideratus effectus, tunc enim sufficeret effectum illum impleri per æquipollens, vt ex iuribus prædictis euidenter constat, & talis vñ casus noster, vt filium & duntaxat existentia sui iuris videatur considerata, vt videtur casus in d. l. mulier. Quod videt procedere, etiam in conditione voluntaria, in qua solus effectus fuit consideratur, prout considerat dominus Dec. in rub. extra de p. b. col. antep. ver. 3. attentari potest, & ante eum dixit patris & dominus meus Soc. in d. §. & quid si tantum, in quarto no.

Et ad iura allegata, in contrarium responderetur, quod in eis, licet aliquid fuerit consideratum, fuit tamen difatum in tempus certum & determinatum, scilicet Calendarum in d. l. in illa, & quinquennij in d. l. vxori. Et in d. §. Cornelio, non potest dici tempus mortis appositum propter existentiam sui iuris, cum mater non habeat in potestate, & sic ibi fuit simpliciter consideratum tempus, ideo & merito illud expectatur. Et ex his opi. Imo. & Alex. videtur difensata.

Pro qua vltra prædicta videtur casus in l. fideicommissi. §. si filio, de legat. 3. † Verum prædictis non obstantibus, arbitror contrarium de iure verius, & tota vis consistit in intelligendo quare fuerit in tali fideicommissio appositum tempus mortis patris grauari. Et certe propter effectum existentie sui iuris, prædicta omnia optime procederent; sed tamen recte considerando illud in proposito negatur, quia videtur quod solum ad commodum patris grauari tempus illud fuerit appositum, vt l. donec viuat ipse habeat, ita quidem vt fructus omnes suos faciat, nec restituere teneatur, iuxta l. quod his verbis, in prin. de lega. 3. Facit l. scimus §. cum autem, in fi. C. de inof. testa. Licet ergo pater emancipet filium & ei beneficium conferat, non debet ex eo sibi præiudicare in commodo, quod penes eum testator esse voluit. Facit optime l. filio, infra vt lega. no. cau. Et ex hoc tolluntur fere omnia adducta in contrarium, maxime iura allegata, in primo & secundo fundamento, & illa ratio quarto loco allegata, illa enim procedunt quando extraneus grauatur tibi post mortem patris tui, quo casu non potest dici, q. testator voluerit patrem tuum interim habere, cum ipse non grauatur, videtur ergo solum considerata existentia sui iuris, & ideo merito emancipato, eo casu fit restitutio, in casu vero nostro grauatur ipse pater vt s. dixi, ergo &c.

Et pro ista opi. ponderabam listam in fin. nam vt supra dixi, & omnes fatentur in ea est præsupponendum, quod filius decefferit sui

fui iuris, quo posito dico qd si pater, post mortem grauatus, teneatur emancipato illo filio, sic decedente, non retineret fideicommissum, sed in hæredes filij transiret, tanquam purificatum & cuius dies venerit, iuxta d. l. hæres meus, quod est contra l. istam, & huic inductioni non video bonum responsum, & ex post inueni quòd Paul. de Castr. in fin. istius l. hoc idem vult, & fuit de intentione Bart. in vltima opposit. 4. partis, & ibi expresse declarat Iaf. colum. r. 2. & seq.

AD D I T I O. Et pro ista opinione videtur optimus text. in l. Lucius. §. quæ habebat, §. ad Treb. }

Et hanc opin. tenendo non obstat etiam d. §. & quid si tantum, quia secundum Iaf. ibi in 2. col. non est verum quòd sub dispositione facta de morte comprehendatur emancipatio, aliàs nõ recte reprehenderetur Gallus, vide per eum & ita ille tex. retorqueri potest in contrarium. Vel non disputando nunc de intellectu illius tex. de quo aliquando ibi dicam, posito quòd faciat in contrarium respondetur, quòd ibi fuit solum consideratus effectus, ex morte resultans. sine nepos, subintrans locum sui hæredis, filio sublato rumpat testamentum si inueniat se præteritum, & iò idem erit si filius emancipetur, cum idem resultet effectus.

Ad l. patrem, quæ in frau. cred. respondetur, quòd ille primus intellectus gl. ibi non est verus, sed alius, non enim constat quòd pater esset rogatus post mortem, sed beneita erat rogatus ut mortem expectare posset, puta expresse cuz filius erit sui iuris, vel simpliciter secundum glo. ibi.

Demum non obstat l. fideicommissa. §. si filio, vltimo loco allegata, (licet plurimum obstatre videtur) nam primo respondetur, quòd dum ibi in fi. dicitur in tempus, quo filius sui iuris efficitur debet exponi, s. per mortem patris ut ibi dicit gl. alleg. ad hoc l. si legatarios §. si. eod. tit. Pro quo etiam facit §. hæc verba, in eadem l. fideicommissa, & l. epistolam §. si. infra ad Treb. Facit etiã, quia siue testator exprimat, cum pater moriatur, siue illud tacite sentiat, censetur patrem viuentem in bonis suis prædilexisse secundum rationem §. pro hac parte factam.

¶ Vel secundo responderi potest, qd verba illa, sed intelligi hoc possit, non sunt particulariter referenda ad casum mortis patris, sui generaliter ad existentiam sui iuris filij, ita declarando, nõ ui debeat quòd fideicommissum non valeret, nisi expresse collatum esset in tempus aliquod, quo filius sit futurus sui iuris, ut exempli gratia, cum pater moreretur, & similiter cum filius emanciparetur, licet tex. non dicat. Contrarium tñ ibi deciditur, sufficit n. qd illud intelligi quoquo modo possit, ut ibi, intelligo. l. fideicommissum dilatum fuisse in tempus, quo filius sit sui iuris futurus. Quod ergo ibi subditur, defenditur in id tempus, intellige quòd si testator per verba generalia illud sentit, procedet generaliter siue morte, siue emancipatione, uel alio quouis modo fiat sui iuris. Sed si testator particulariter se retulit ad casum mortis, oportet tunc quòd per mortem fiat sui iuris per prædicta, & maxime per l. nostram inductam ut supra. Fiat igitur ex prædictis duplex conclusio.

Prima, qd pater grauatus filio suo post suam mortem emancipato, non teneatur. Quod procedit etiã si filius fuisset institutus ut videtur casus in l. nostra, in fin.

AD D I T I O. Item procederet hoc etiam qd a matre in testamento filio fideicommissum relinquatur, vel quòd ipsa patrem instituerit, vel filium, & patrem post mortem grauauerit filio restituere. Nam cum utroque casu hæreditas sit penes patrem grauatum, dicam tempus mortis adiectum, ut ipse interim habeat. Et ideo emancipato non tenebitur per prædicta, maxime per l. istam inductam, ut §. ponderado, quòd in sui generalitate potest loqui, etiam quando filius per matrem fuerit institutus. }

Secunda quòd ubi extraneus filio suo post mortem tuam grauatur, emancipato tenebitur.

Sed §. secundam conclusionem ur̄ tex. in terminis in l. fideicommissa. §. si cui, de leg. 3. vbi filius emancipatus admittitur ad fideicommissum, demum cū mors patris contingit, qd ibi gl. Bart. & seq. dixerint, illum tex. destruentes, & tñ extraneus erat grauatus. ¶ Vnde pro resolutione considerabam, qd aut extraneus grauatur ab alio extraneo, & procedat d. §. si cui, aut a matre, auia vel simili filij fideicommissarij, & tunc ex matre vel auia affectione creditur qd solum respexerit, & uoluerit illius fideicommissarij commodum & in mortem patris eius distulerit, non sperat patrem emancipaturum, ut dicitur in d. l. mulier, & ita procedat omnia iura pro ista parte allegata. In d. l. mulier & in d. l. 3. hoc est clarum, & in d. l. si ita esset, probatur in uerbo liberis declarando. f. a matre uel auia uel simili cogitabis circa prædicta.

In gl. 2. ibi, ut vsu fructus immo Alex. & Iaf. licet varie mentem gl. declarant, ut per eos: nec curo, cui eorum adheres, magis tamen placeret qd sine his verbis gl. legeres, quia multum impertinenter ponuntur, qualitercunque declarantur, & in aliquib. uentibus codicibus ea non reperio.

In eadem ibi, & argo l. si a seruo, caute iste tex. allegatur in argm, licet n. in alijs iurib. gl. probetur clare dñum vel patrem, uti

sentientes commodum grauari posse, tamen d. l. si a seruo, solum facit in argumeatum, nam cum ibi dicatur, hæreditatem domino quari, arguitur qd potest grauari, vt l. 1. §. sciendum, de leg. 3. 10

¶ Ceterum pro declaratione huius gl. ibi. qd. potest grauari &c. opponere secundum Bar. & solue vt per eum & alios, & ex dictis Bart. & aliorum in toto progressu super prima parte l. nostre sequendo ordinem patris & dominis mei Soc. aliquibus additis facias octo conclusiones.

11 ¶ Prima sit, qd sentiens ex testamento commodum non pecuniarium, vt libertatis vel iuris patronatus, grauari nõ potest l. plane la 2. §. si. cum l. seq. j. eo. l. assignare, §. de assign. liber. cum sim. alleg. per Iaf. & Repentes, cum Bar. transeunt Doct. Et hinc infert D. meus Soc. quòd qui honoratur in iure patronatus ecclesiæ grauari non poterit, vt per eum.

Hanc conclusionem primo limita, quando dispositiue grauatur, secus si conditionaliter ad commodum relictum, puta Stichus si 10. dederit liber esto, vt l. si. C. de cond. inst. l. quidam testamento §. si. j. eo. l. 3. in prin. & per totum j. de statulib. & l. 3. §. fin. §. de cond. ob causam. Et ratio est, quia non grauatur tunc propter receptum commodum, sed illud onus adimplet, ut necessarium ad consequendam libertatem ex natura dispositionis conditionalis. Intellige tamen secundum quod habetur in d. l. 3. in princ. & in d. l. 3. §. fin.

Et idem etiam est si grauatur per viã modi, puta relinquo Stichus libertatem, vt det 10. Sempronio, vel aliquid faciat l. Mæuia & l. libera. §. hæc scriptura, §. de manu. testam. ¶ solet enim modus adiectus dispositioni, quo ad necessitatem implendi pro conditione reputari l. i. C. de his quæ sub modo. Et licet non suspensat dispositionem, & in hoc differat a conditione, pro eo tamen implendo ab initio præstat cautio, ut traditur in l. quibus diebus. §. Terminus de cond. & demonst. & in d. l. 1.

13 ¶ Secundo limita quando onus esset pecuniarium, In onere autem non pecuniario grauari potest fm glo. in d. l. plane. §. fina. dum respondet ad d. l. Mæuia, & ad d. §. hæc scriptura, quod etiã voluit hic Pet. de Belu. vt repetentes referunt. Et hoc videtur innuere tex. in d. §. si. ibi, is enim demum pecunia &c.

Sed hoc reprobat Cuma. in d. §. si. quia ex eo posset homo liber reduci ad speciem seruitutis, contra l. Titio centur §. 2. de cond. & demonst. Et eum sequuntur hic Repe. in 4. concl. ponderantes pro hoc l. videndum, quæ est post d. §. si. j. eod. in d. l. generali verbo aliquid, nec conuenit qd restringatur ad dationem, vt faciebat ibi gl. nimis enim tunc restringeretur, contra l. primam §. generaliter, de leg. præstan. cum simil.

Nec obstat d. §. si. quia secundum eos cum illud innuatur a contrario sensu tale argumentum sumi non debet contra d. l. videndum, quæ statim sequitur, iuxta tradita per Doct. in l. 1. §. ius rei, §. de offic. eius cui man. est iuris.

Et hoc tenendo ad iura allegata per gl. in d. §. si. responderi posset, (licet Cuma. & Repe. non respondeant) qd in eis onus nõ fuit dispositiue inianctum, sed per viã modi, quo casu fieri potest etiam si esset onus pecuniarium, vt modo dixi. ¶ Eo addito qd accendere candelas seu lucernam, videtur onus vere pecuniarium, licet contrarium dixerit gl. in d. §. si. non enim accendi possunt nisi ad illud necessaria prius emanent, quod pecunia fiet, nisi salues gl. qd loquitur de his quibus & duntaxat accendendi actus seu ministerium iniungitur, rebus. f. aliunde preparatis.

Considerabam tamen prædictis non obstantibus istam limitationem de iure sustineri posse, modo recte intelligatur pone ergo qd Pamphilum testamento manumissum grauo vt quandocti que per certum tempus, puta per annum fratrem meum inueniat, & assurgat & reuerentiam præstet, vel quid simile: videtur enim eiusmodi onus imponi posse per d. §. fin. nam cum a pecuniario onere tales fiant immunes, sequitur qd non ab alio onere non pecuniario. Nec istud argumentum venit contra legem seq. ibi, ut modo constabit ad eam respondendo.

Præterea ille §. si. aliter induci potest, videlicet qd quemadmodum pecunia præstat, qui in pecunia honoratur ratione eiusdem vel similis generis inter commodum & onus considerati, ita etiam erit in casu nostro, semper enim erit commensurabile 15 onus ad commodum. ¶ Et ita tenendo ad argumentum Cuman. rñdetur, qd non valet consequentia, nõ potest quis deduci ad vnam seruitutis, ergo alio modo grauari personaliter nõ potest. potest enim imponi onus separatum ab omni specie seruitutis, ut in exemplo §. posito & in tali casu procedat ista limitatio.

Præterea dictum Cum. nõ procedit in libertis defuncti, qui libertate a testatore sequuntur, vt dñ in d. §. 2. ibi, sed in defuncti libertis &c. & sic ille tex. vñ retorqueri §. Cuma. Verum est, qd ille tex. loquitur in onere iniuncto per viã modi, quo casu facilius 16 toleratur, vt §. dixi. ¶ Ad d. l. videndum, rñdetur, qd illud onus nõ non est implendū quia uice operarū fuit impositum sapere. n. de fiet ipsarum operatum nãm, iuxta l. si eum §. qui iniuriarum, §. si quis cau. ipsæ autem operæ nec imponi possunt, nec impositæ extinguntur, ut ibi dicit text. & probatur in l. Cerdonem, infra de Mar. Soc. lun. Prima Pars. V oper.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Cum filiofam.

oper. lib. Sed si onus aliquod non vice operari imponatur, ibi non negatur quin debeat impleri, immo potius prius inuitur, ex quo tunc cessaret ratio, ibi per tex. allegata. Ponat ergo conclusio, quod honoratus comodo non pecuniario, potest esse simili onere grauari. quam primo limita, nisi onus deducatur ad vmbra feruitutis, secundo nisi vice operarum imponatur, ut ex predictis constat.

17. † Secunda conclusio est, quod nullo modo honoratus, grauari non potest, quae ut inquit hic Soc. noster, sequitur ex prima a fortiori, & probatur ista conclusio proprie & in sensu directo in l. ab eo. C. de fideicom. & in l. sed & si sic. in fi. de leg. 3. nec enim recipiendum est &c. ut ibi dicitur.

Limita hanc conclusionem multifariam ut per Ale. in primo not. & per Repetentes in 12. col. & duabus sequ. qui ponunt vique ad undecim limitationes.

18. † Et quo ad primam limitationem Ale. ad hanc conclusionem de executore dato in testamento, dicit quod non videtur conueniens & propria limitatio conclusionis, quoniam illud onus secundum iuris dispositionem & realiter dicitur iniunctum non ipsi executori, sed heredi, & ita intendit l. alio. de ali. & c. leg. al. per Ale. sicut in simili, de tutore dicitur in l. peto. §. mater. de leg. 2. non ergo remanet grauatus non honoratus.

19. † Et idem dico circa l. denique §. interdum. de pec. le. vt. nec ex illo text. sumatur propria limitatio ad conclusionem & regulam predictam, nam ibi seruus factus liber, dicitur honoratus in toto peculio, merito grauari potuit.

Præterea ibi grauatur per viam conditionis, quo casu toleratur, etiam si peculium non diceretur legatum, ut dixi in prima limitatione præcedentis conclusionis.

20. † Sed circa intellectum d. §. interdum. quia varii varia sentiunt, curiosius aliquantisper attendamus. vnde si proueniat illa spallitas, quod manumisso in testamento peculium, expresse non legatum, debeat. contra l. vnicam. C. de pec. ius qui le. mer.

ADDITIO. Et contra regulam l. cum tale. §. si. de conditio & demon. }.

Et omisso uno intellectu, quem sensit Bart. in d. l. cum tale. §. si. de condi. & demon. qui reprobatur hic per dominum meum Soc. Ale. hic dicit illud esse, quia seruus fuerat grauatus dare de peculio, quod alias ipsum seruum manumissum sequi solet, ut d. l. vni

21. ca. † & fuit consideratio Io. de Imo. in l. centurio, supra de vulg. & pup. quod etiam voluit Ang. Are. in tractatu de testa. in gl. super ver. Et si omnes eius filij. licet Imol. non allegat. Et hoc tantum minus periculosum sequuntur Soc. noster. hic & repetentes. Et potest ratione comprobari, quia tunc, cum de peculio disponendo meminerit, non potest dici quod propter angustias fuerit oblitus peculium auferre. & sic cessat ratio, propter quam regulariter peculium non sequitur seruum in testamento manumissum, de qua per gl. in d. l. vnicam. §. ibi Sal. ut comuniore sequitur. remanens ergo sub illa regula, ut si peculium seruum manumissum sequatur.

Contra istum intellectum ut et dicit Soc. meus non parum facit ille text. in quo pro ratione non allegatur, quod alias peculium soleat sequi seruum, sed tantum quia fuerat iustus de peculio centum inferre. Responderi tamen potest, quod satis illud dicitur, cum dicatur de peculio. non enim simpliciter dicitur, quia iustus erat dare centum, sed quia de peculio iustus erat dare. Quod autem sequi soleat manumissum, dicitur qualitas in verbo ipso comprehensa & ita iste intellectus, qui ut communis potest sustineri, quem idem Alex. ponit etiam in consi. 24. inci. Attentis his 5. col. ver. non obstante iura allegata 3. vol. Arc. tamen in d. l. centurio. col. 29. ver. nec placet similiter &c. predictum intellectum reprobando, intelligit, quod in d. §. interdum, ideo dicitur peculium legatum, quia in necessarium antecedens grauaminis ita creditur testator voluisse. arg. l. illud, supra de acq. hære. & hoc ante eum voluit Bart. in d. l. centurio. col. 12. in l. ex hac scriptura, §. de dona. in l. sed & si sic. de leg. 1. & in l. vel singulis, supra de vulg. & pup. dicitur in locis predictis alle. d. §. interdum. Et hunc intellectum Arc. declara. & reprobatur, ut per dominum meum Soc. & repetentes. Et ultra eos reprobatur ex duobus. Primo, quia si legatum diceretur factum in necessarium antecedens, satis esset quod centum, in quibus grauabatur, sibi dicerentur relicta. Secundo, quia etiam quod non diceretur legatum peculium nec etiam illa centum, potuisset ex permisso legis de peculio soluere, ut l. 3. §. si. §. de condi. ob causam. & l. 3. post prin. §. de statu lib. Ex quibus sequitur, quod non erat antecedens necessarium quod peculium diceretur legatum.

Præterea in eo quod Arc. vult illud generaliter procedere in quo cunque grauamine de re particulari testatoris, ut si res ipsa dicatur legata, ut falsum, & contra l. cum quasi §. si plures, §. de fideicom. liber. & contra generalitatem lab eo. C. de fideicom. ut per predictos. Et ultra eos videtur expresse contra l. cum quidam C. de lega. in fi. ubi a substituto exheredati legatur res particularis testatoris, & tamen non censetur ei relicta, quia tunc valuisse grauamen, contra illum tex.

Illam tamen ratio Soc. nostri dum alle. l. peto §. mater. de lege. 2. parum obstat Arc. quia quod ipse dicit, procederet, quod habens

administrationem, alteri, quod domino rei, grauaretur, arg. l. nostre in 3. parte, & probatur recte intuenti in d. §. mater. in fin. sed in d. §. interdum, seruus grauatur domino peculij, ergo &c. Repetitur quod Bar. ibi sentit decisionem illam fundari, quia testator voluit quod seruus libere, et hærede contradicente, inferat illa centum, vnde 22. vt illud contingat, dicitur peculium legatum. † sed iste intellectus reincidenti in præcedentem licet sit magis restrictus. Contra quem facit, quia nihil in eo text. dicitur ex quo arguatur ista libera concessio.

Præterea ex eo sequeretur, quod Titio grauato in x. hoc addito, ut ea libere soluat, ualeret tale grauamen, quod certe nimis offenderet regulam d. l. ab ea. Demum etiam secundum istum intellectum satis esset quod centum tantum diceretur legatum, ut dixi supra circa intellectum Arc. Alium intellectum ad illum tex. posuit Alex. in d. consi. 24. 1. col. ver. uel ideo. ibi &c. & in consi. 105. inci. Per predictis uerbis, 4. col. ver. nec obstat que allegat. 1. vol. & 2. sibi etiam, ut repetens referunt, & eum sibi ascribit Iason in d. Centurio. col. 3. ut scilicet peculium ideo dicatur legatum, quia seruus de eo centum dare hæredibus damnavatur. si enim ex peculio apud hæredes centum tantum esse voluit, innuitur reliquum debere apud seruum remanere. Iste intellectus plurimum satisfacit.

ADDITIO. Dominus Caro. Rui. aliter intelligit, videlicet id esse, quia iusserat testator rationem reddi & centum inferri. Nam per primam conditionem seruus deberet et reliqua restituere, nec in redditione rationum continetur. l. cum seruus. infra de condi. & demon. & sic totum peculium. Sed ex secunda conditio ne restringitur ad centum tantum, hoc est, quod pro reliquis omnibus centum inferat, & sic reliquum peculium ei dicitur legatum, alias illa secunda conditio nihil operaretur, ut per eum. Pro quo ad de tex. in §. idem rescripserunt peculium. Insti. eo.

Sed considera quod contra istum intellectum facit. Primo, quia si ita testator voluisset, satis ei erat dicere, si centum pro reliquis soluatur absque illa prima conditione reddende rationis. si enim qualiacunque & quantacunque essent reliqua, volebat tantum pro eis inferri, centum non erat opus onerare eum in reddendis rationibus. Secundo facit, quia facile posset reliqua esse pauca, & quo casu non posset dici quod secunda conditio ponat restrictionem ad primam, nisi dixeris quod hoc est impossibile, quia secundum Rui. totum peculium sub nomine reliquorum veniebat, licet tamen non placeat. Et ideo tertio dico contra Rui. quod ille ut dicitur in consideratione reliquorum, non a. vñ importare peculium, sed si quid apud seruum esset ex administratione rerum dominicarum extra peculium. Et talia reliqua veniunt restituenda integraliter vigore primæ conditionis iuxta d. l. cum seruus. Sed testator voluit et vult videlicet quod ex peculio inferantur, & quod reliqua considerentur extra peculium, probatur in d. §. idem rescripserunt. ibi & ex eo reliqua &c. nam si text. dicit quod reliqua ex peculio sunt inferenda, sequitur quod sunt a peculio separata.

Præterea contra Rui. facit, quia si centum pro reliquis soluerentur, realiter esset implementum partis primæ conditionis. Et sic non consideraret illud pro separata additione, & si satis esset illa centum inferre. Quod ut contra illum text. ibi conditionibus præferri. nam illa verba obtinentur conditiones illas separatim considerari, & quod vtraque distincte debet adimpleri.

Considerabis tamen, quia per d. §. idem rescripserunt, videtur satis probari considerandam esse primam conditionem reddendarum rationum, non tamen declarando ut fecit Rui. Sed dicendo quod ex quo per primam conditionem tenebatur reddere reliqua, & vult ea inferri ex peculio, arguitur quod reliquum peculij apud eum remaneat. Cogita. }

Nec obstat, quod in si. dum ibi assignatur ratio, non fiat aliqua mentio de hæredibus, pro quod Repeten. hic non audent eum firmare, quia dico quod omnino subintelligi debet. si hæredibus, alioquin iurisconsultus ibi non bene referret formam grauaminis, prout referre intendit. † Et ex isto intellectu inferunt duo notanda. Primum quod non procederet ille text. in eo, quod vult peculium videri legatum, si illa centum fuissent cuidam tertio inferenda, ut per Alex. in locis predictis. & ponunt hic Repeten. Secundum inferri videtur, licet nemo dicat, quod si dixerit testator Stichus liber est, si ex x. quæ in tali archa sunt, quinque hæredi deberit, tota decem ceniebuntur legata, & quinque apud eum remanebunt, quod est pulchrum & singulare, si est verum. Cui non refragatur l. cum tale. §. si. de condit. & demon. quia si recte aduertatur, ibi est casus longe diuersus. Ex alio tamen super hoc potest dubitari, quia si non videtur eadem ratio in illis x. quæ est in peculio, quia cum peculium iam habeat ille seruus administrationem, conuenientius dici potest ex eo quid hæredi inferre reliquo retento, quam ex x. quæ sunt in archa, cum in eius administratione non essent. Cogitabis tamen. Demum pro indubitata ratione illius §. interdum, considerabam, quod negari non potest eam decisionem omnium fundari in eo, quod de peculio datum erat, cum hoc ibi exprimat, & decemam quæ ex intellectu

24 **Actu Alex. hic, & ex alio in dictis consilijs, & intellectu Are. simul iunctis, vno tñ addito fiet quintus & nouus intellectus, qui sine scrupulo procedet, quem participium appellare poteris, vt. l. dicamus, quia testator ex peculio, quod alias manumissum sequi solet: adde & cuius administrationem seruus habet, iusserat centum heredibus inferri. Ex quo arguitur voluntas eius, vt reliquū seruo remaneat ad obseruationem eius voluntatis, licet testator non dixerit in necessarium antecedens, peculium legatum interpretatur. Et secundum istam declarationem non procederet ille**

25 **Limitat etiam Alex. hanc secundam conclusionem, & regulam prædictam in terminis l. si duobus. §. 1. j. eo. & in terminis l. Titia Scio. §. Scia libertis. de leg. 2. vt per eum. Sed dic, q̄ nec illis casibus proprie limitatur conclusio nostra, quæ est q̄ non grauarur, qui non honoratur. Nam in d. §. 1. ille adiectus in aliquo non teneatur, sed totum onus censetur heredi iniunctum, & in d. §. Scia libertis, vltimo decedens dicitur tunc in totum honoratus, cū ad eum ex voluntate testatoris totū sit peruenturum, & quidem iure fideicommissi, licet taciti, vt hic per patrum & dominū meū Soc. & ibi clare dicitur in ver. Paulus respondet &c. sic ergo in dictis iuribus non dicitur in effectu grauari non honoratus. Posset tamen dici circa d. §. 1. & licet non honoratus non teneatur, tamen onus, quod sibi videbatur iniunctum valet, & ab hærede**

26 **præstari debet. † Et ita dicitur limitari d. l. ab eo. & per hanc viam etiam primā limitatio supra relata saluari posset, & ista forte fuit intentio Alexand. Magis tamen placet quod supra dixi: nam in dicta l. ab eo. consideratur effectus, vt scilicet non grauetur, qui commodum non percipit, vnde exponi debet ab eo nihil relinqui potest, scilicet præstandum: nam quod ab alio præstandum venit, non conuenienter dicitur a merelictum. Et quod dixi de limitationibus Alexand. vt. si non conueniant regula, & conclusio nisi supra postæ dicas, & de alijs limitationibus, quas seriose tradunt hic Repetentes, vt ex te ipso cognoscas. Vna tamē excepta, quam ipsi tertio loco ponunt. nam testator si cui nihil reliquit, onus tamen tutelæ imponere potest, vt supra, & C. de test. tu. per totum, est enim tutela onus. l. tria onera, supra de excu. tu. & §. ite tria onera. Insti. eo. ti.**

27 **† Sed adhuc cōsidera, quia forte nec ista dicitur conueniens limitatio, nā regula nostra fundata in d. l. ab eo, loquitur de onere, quod per fideicommissum vel legatum imponitur, tutela autem non est huiusmodi. Vel etiam dici potest, q̄ non est ipse testator, qui proprie onus illud imponit, sed lex, cum tutela sit munus publicum, vt Insti. de excu. tu. in prin. testator autem solūm eligit, cum iam a lege omnibus eligendis regulariter sit necessitas imposita, vt tutelam, veluti munus publicum, gerant: non secus dicendum videtur de magistratibus, dantibus tutorem, nā nec ipsi proprie onus imponunt, sed tantum eligunt: sic igitur remanet q̄ regula l. ab eo. & ista secunda conclusio proprie loquendo, nullo modo limitatur. Cogitabis tamen super hoc vltimo, quia non videtur posse negari quin testator ipse grauaue videatur. nā & alius qui fideicommissum grauari potest, per legem compellitur adimplere, & tamen eo casu dicitur onus a testatore iniungi, nisi dixeris, q̄ illud est pro executione voluntatis testatoris consecutiue, in tutela verò illud est principaliter inductum, videlicet eam quo cunque modo delatam non posse recitari.**

28 **† Tertia sit conclusio affirmatiua, quod sentiens commodum pecuniarium a nobis ex vltima voluntate grauari potest, & ad iniunctum grauamen tenetur, vt d. l. ab eo, & d. l. sed & si sic. in fi. per sensum contrarium, & est tex. in l. 1. §. sciendum. de l. 3. Quod procedit tam in sentiente commodum per modum dandi, quam per modum non adimendi, vt ibi probatur: & siue directe a nobis sentiat, siue etiam per obliquum, hoc est per mediam personam alterius vt hic.**

29 **† Hanc conclusionem primò limita secundum Alexand. hic in terminis l. 3. §. si rem. item & §. fina. in fi. de leg. 3. Verum si veritatem intuemur, potest dici, quod in dd. casibus, vel nullo modo modum habet legatarius, vel saltem non pecuniarium, & hinc forte est, quod in casu d. §. si rem. alibi dicit, q̄ legatū non valet, vt in §. contrario. Insti. de lega. & ibi glo. declarat. Nisi distinctionis inter rem debitam, cuius dominium per legatum transferat, & tunc valeat legatum, vt d. §. si rem. & aliam rem debitam, in qua talis translatio dominij non cadat, & tunc non valeat, vt d. §. ecò Barto. prout ibi videtur de intentione Io. Fab. & dixit expresse Barto. in l. si creditor. infra tit. nostro. & in d. §. si rem. & sequitur Ang. Aret. in d. §. contrario, quicquid ibi in contrarium dixerit glo. Et quod dictum est circa ista iura Ale. procedat etiam in terminis l. & si equo, infra eo. nam licet ibi valeat legatum, & com-**

modus dicitur afferre, tam en grauari nō poterit legatarius. arg. l. ciuitatibus. §. si. infra eo.

30 **† Secundo limita vt nō procedat in his, qui a testatore honorantur ex præcepto legis: nam isti grauari non possunt, vt si filio legitima relinquatur, vt l. quoniam in prioribus. C. de in offi. test. Vel si quarta ex constitutione diui pij relinquatur arrogato, vt l. si arrogator, vers. ceterum, supra de adop. vide hic per repetentes in quarta limitatione. Sed considera, quia dici potest per hoc regulam, & conclusionem istam proprie loquendo non limitari, quia licet pater filio legitimam relinquat, ex eo tamen non dicitur filium in aliquo commodo honorare, cum faciat coactus ex præcepto legis, nemo enim in necessitatibus liberalis existit. l. re legatum, infra de adi. le. Dicitur ergo filius a lege non a patre honorari, nimirum si grauari ab eo nō potest. Hinc infero, q̄ mater quæ per statutum coacta filijs suis relinquit tres quartas bonorū suorum prout Senis contingit, non poterit eos in aliquo grauare: ita in terminis consuluit Pet. de Anch. in consi. 112. incip. superflite domina Auantina. † Sed tunc vtiliter quæri potest, an hæc procedant etiam si testator ex eius arbitrio vni relinquat, ex numero tamen eorum, quibus ex præcepto legis relinquere tenetur: exemplum in substitutione exēplari facta ei, qui plures habet fratres, si. n. filios non habet, & ita præsupponamus, debet pater substituere fratres eius. Pōt tamen ex eis vnum tantum eligere, quem voluerit, vt l. humanitatis. C. de impu. & ali. substi.**

31 **ADDITIO. Potest etiam poni exemplum in l. pater filii, infra ad l. Falc. Et licet ibi non ex præcepto legis sed testatoris, tñ satis videtur idem arg. §. disponat, in Auth. de nup. nam & ibi poterat vnus ex filijs eligi, vt ibi per gl. & Doct.**

32 **Et videtur q̄ isto casu grauari possit, cum negari non possit, quin vocet, & honoretur a testatore, & ex eius arbitrio, ex quo poterat alios substituere. Cum tamen iste casus his diebus contigerit Florentiæ, fr̄ium consului, intelligendo de grauamine ad vtilitatem extraneorū iungendo. nam licet quo ad fratres videatur vocatis ex arbitrio testōris, & iō alijs fratribus bene posset grauari, tamen quo ad extraneos tanquam vnus de fratribus fuit substituitus ex præcepto legis, igitur non debet posse grauari per prædicta. Et pro hoc inter cetera mouebat per l. foemina. C. de sec. nup. vbi tempore illius legis, q̄ habebat mulier ex primo viro transiens ad secunda uora poterat, cui voluisset ex filijs primi viri relinquere, in eo tñ nullum onus imponere poterat, vt in ea. l. probatur, ibi, id totum ita vt p̄ceperit &c. & ibi, nec quicquā eadem femina &c. & clarius infra in §. illud. ibi, nec super istius modi facultatibus &c. si. n. onus aliquid super illis rebus imponi posset, iam hæret mulier in extraneam personā testandi licentiā, qđ ibi expresse prohibetur. Allegabā et decisionem Pet. de Anc. in d. consi. 112. nam & in casu suo mater vltra legitimam poterat reliquum fr̄ium partium cui voluerit ex filijs relinquere, vt p̄stat ex verbis eius prope fi in ver. restat respondere &c.**

33 **Præterea si onus imponi posset, iam esset aperta via fraudandi fratres illius, cui sit substō exēplaris. facile. n. esset vnum tantū ex pluribus substituere, reliqs exclusis, & eum postea grauare, vt sic in effectu bona in extraneis personis deueniant, cōtra d. l. humanitatis, quæ eo modo redderetur quoddammodo elusoria: qđ dicitur non est. arg. c. si ciuitas, de sen. ex com. lib. 6. cum fi.**

34 **ADDITIO. Facit pro ista opi. l. p̄ filiu. j. ad l. Fal. nam si de trahit, vt res alienū, quod pater reliquit vni, quem elegit ex præcepto testōris alterius, satis ostendit q̄ in eo grauari non possit.**

35 **† Tertio limita nisi iniunctum onus honorato tenderet in vsuram: tunc. n. tale onus non teneret, & implendum non esset. arg. l. 3. §. fina. infra de ann. le. iuncta gñali prohibitione vsuram, vt in c. plerique. 14. q. 3. c. super eo. c. consuluit, & fere per totum ti. extra de vsu. ita voluit Bar. in d. §. fin. tradunt hic repetentes in 7. limitatione ad regulam affirmatiuam cum cōcordatibus per eos adductis. Quibus adde q̄ idē, & egregie voluit patrius & dñs meus Soc. in l. 2. in 4. & 5. col. infra de his q̄ poenē nomi-**

36 **ne. † Et ex eius dictis ibi hic singulariter sublimitari potest, nisi illud onus, tendens in vsuram imponeretur a testōre, qui in eo tantum fauere curauit grauato in sorte: ita vt legatario animus vsurarius imputari non possit, puta legat testōr mille Gaio, habitans hæredem q̄ infra decennij soluere non cōpellatur, interim tamen quousque soluere distulerit, grauat eū q̄ soluat quolibet betanno 10. pro quolibet centenario, vt ibi per eum. Licet contrarium consuluerit Aret. in consi. 142. incip. viso themate, prout ipse Soc. refert, & ad eius fundamenta r̄idet, & ista opi. Soc. sicut est vere notabilis, ita videtur de iure sustentabilis. Licet quidā nouissimi repetentes, in l. nemo potest, infra eo. 2. col. contrarium firmauerint. nam ad fundamenta eorum ex inspectione illorum apparet solutio: loquuntur enim quando in arbitrio creditoris est petere sortem, quo casu cum non petet, iam habet animum vsurarium, ergo, &c. Nec ob. auctoritas Ioan. And. in c. in ciuitate. de vsu. relata per Pau. de Castr. in consi. 19. incip. Præsens dubium, 2. col. ubi, quam prædicti allegant in 2. argu. vbi creditor non poterat sortem intra tempus petere, quoniam Mar. Soc. Jun. Prima pars. V 2 posito**

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

posito quod sit verum, quod ipse dicit in eo casu, animus vsurarius iam ab initio ei potest imputari: emit enim annum redditum in 12. pro decennio pro pretio centum, ita quidem, ut voluerit pro centum erogatis per tempus decenni exigere centum, & viginti, ut declarat Paul. de Cast. in dicto consil. l. 9. in casu autem nostro nihil potest legatario imputari, neque in constitutio ne cum fuerit prouisio solius testatoris, neque in non petenda forte, cum petere non possit, Et licet ipse accipiendo comprobet factum testatoris, ex eo tamen non arguitur vsura, cum testator eam in eo grauamine non commiserit, cum ex parte debitoris non committatur. Et ex hoc tollitur exemplum dictorum Repe-
tendum dum dicunt, quod si credo centum alicui, & stipulor post decennium ea reddi filio meo, hoc addito, ut interim singulis annis ei soluantur 10. filius postea illa 10. debet computare in fortem, velut vsuram, & tamen illud non euenit ex eius prouisione quoniam dico animum meum fuisse vsurarium in conuentione, & similiter animus filij erit in exactione, pactum, & conuentionem meam comprobando, nota ista quia quotidiana, & cogita super eis propter periculum peccati.

33. † Quarto limita ut non procedat in onere inestimabili, puta, si grauetur quis filium suum emancipare, ad illud enim non tenetur l. filiusfam. §. secundum vulgarem, j. eodem. Facit l. vxorem, §. haeres de leg. 3. ita dixit Cuman. in l. plane la 2. §. fin. j. eo. & Reper. hic in 8. fallen. Pro quo facit, quia sicut honoratus in centum, in ducentis grauari non potest l. Imperator. §. si centum

34 de leg. 2. † quia onus debet proportionari ad commodum, ita honoratus in re pecuniaria, quae circa aestimationem fines hēt, non debet ad inestimabile grauari, cum finiti ad infinitum nulla sit proportio, prout inquit Philosophus li. 3. phi. & in lib. 1. de Caelo, & mundo. Ego considerabam contra istos facile teneri posse, maxime in exemplo §. posito per tex. ubi videtur casus in l. si cui, in prin. de cond. & demonst. Nec placet solutio istorum dicentium, quod ibi per viam modi pater grauatus fuerat, ut videtur probari ibi, hac contemplatione relictum ut liberos suos emanciparet, quia dico quod imo dispositiue fuit grauatus, ut probatur in prin. l. ibi, isque rogatus fuerit &c. & infra etiam ibi, deficere eos a petitione fideicommissi &c. item etiam & clare ibi, quemadmodum si sub conditione &c. ubi cum casum, in quo loquitur, aequiparet grauamini iniuncto per viam conditionis, vel per viam modi, aperte ostenditur quod non ita erat in eo. nullum enim simile aut aequiparatum est idem l. actionis verbo, ubi glo. no. j. de act. & obl. cap. capitulum sanctae de rescript. & traditur in l. quod Nerua, supra depo. eum sim.

Præterea ratio ne circumueniatur testatoris voluntas ibi allegata, isto casu procedit, sicut altero, ergo &c. l. a Titio, j. de verb. oblig. & l. si. C. ad l. Fal. cum vulgaribus. Nec obstat illa verba ut liberos tuos &c. quia sunt verba Iuriconsulti, referētis in substantia mentem testatoris. Demum pro hoc videtur tex. in d. l. cui §. si. ubi dispositiue pater rogatus fuit emancipare, nec aliquid verbum ponitur, ex quo arguitur, quod per viam modi, & tamen dicitur, patrem compelli ad emancipandum. Nec obstat d. §. secundum vulgarem, quia primo dici potest, quod ibi non constat, patrem agnouisse aliquid legatum sibi factum contemplatione emancipationis, sed quia huic solutioni repugnat aequaliter ibi assignata, si bene consideretur, ideo secundo, & melius respondetur, prout ibi voluit glo. quod ille tex. procedit de rigore iuris, & secundum vulgarem, & ordinariam formam iuris, ut sunt verba text. Nos uero loquimur extra ordinem, & de æquitate ut dicitur in d. l. si cui ibi. Arbitror tamen extra ordinem &c.

Ita intelligit ibi Pau. de Cast. & declarat Ias. post glo. & alios in l. quamuis. C. de fideic.

35. † Ad d. §. haeres, respondetur primo secundum gl. ibi, & Bar. illud ideo esse, quia tale grauamen videtur aequaliter contra bonos mores, & ideo dispositiue iniunctum, implendum non est arg. l. filius qui, §. de cond. instit. Quod tu potes declarari quia, si post adoptionem cogeret pater testando, eum instituere vel iuste exheredare, & ita libera testamenti factio uideretur quodammodo ei auferri contra tradita per Doct. in l. si quis, in prin. de leg. 3. & in l. stipulatio hoc modo concepta, infra de uerborum oblig. Hoc autem non consideratur in onere emancipandi. Non tamen dico quod sit expresse contra bonos mores, sed aequaliter uidetur, ut supra.

Alias nec per viam conditionis impositum teneret, ut d. l. filius qui, quod esset contra l. si quis in testamento, eo, ut. Eligitur ergo quedam media uia, ut, l. conditionaliter imponi possit, dispositiue non possit, cum & alias illud tolleretur, ut dixi §. in 1. conclus. Facit ad ista l. filio, j. ut leg. no. caue.

Vel secundo respondendo ad d. §. haeres, dici potest, quod imo fideicommissum ualet secundum ordinem testatoris, ut l. nisi adoptet, perdat quod sibi erat relictum, si per eum steterit, iuxta d. l. si quis in testamento, §. de condi. instit. non tamen illud dari debet adoptando, & ita intelligatur ille tex. secundum glo. ibi in primo intellectu, quem Bar. non improbat, non ergo erit rati-

fideicommissum, quod uideatur quod factum in rogando, ut aliquo adoptet, alias legatum perdat ut. l. illud legatum sit adoptando restitutum. Et iste intellectus suadet, quia alias responso non conuenienter preposita quae applicaretur. Cogita tamen.

Non obstat quod onus uideatur disproportionari ad commodum, ut ultimo loco dicebam, quia responderetur, quod ex quo honoratus cum tali onere legatum vel institutionem acceptat, videtur ei consentire tale onus quodammodo aestimando tanti vel minoris, quanti sit id, in quo est honoratus, arg. l. Imperator §. si centum uerbi. enim uero &c. de leg. 2.

36. † Quinto limita pro regula nisi onus sit supra commodum quando utrunque aestimabile est, ut d. §. si centum, & ideo si tibi legetur fundus ualens centum, ut centum alicui des, in alio ex post extrinsecus, & separatim grauari non poteris l. ciuitatibus, §. fina. infra eodem. Facit l. filiusfam. §. apud Marcellum eodem tit. etiam quod ultra centum uidearis commodum reportare, ut l. si cui, de legat. 2.

Sed si principaliter & ab initio supra centum grauaueris, puta, si centum & viginti dederis, ualebit, ita ut non aliter fundus habeas, nisi centum & viginti des, arg. d. §. si centum, uerbi. enim uero &c.

Hoc tamen ita declaratum limita Ioan. de Imol. post Old. in d. §. si nisi legatarius extrinsecus ultra ualorem rei legatae grauatus nouerit aestimationem rei legatae, nam tunc illam acceptando uidetur tanti eam aestimare, quanti erat onus ei iniunctum etiam extrinsecus, arg. d. uerbi. enim uero &c.

Sed tu considera, quod hoc uidetur contra generalitatem d. §. fina. qui abique magna uolentia ita restringi non potest, ut scilicet procedat quando aestimatio rei legatae erat legatario incognita.

Præterea non uidetur verum, quod tanti rem existimet, sed solum quantum pro ea principaliter soluit. Ex quo enim scit, iure sibi succurritur quo ad onus extrinsecum per d. §. si. non est uerbi simile, quod ad illud uoluerit obligari, arg. l. cum de indebito, supra de probat.

Nec obstat uerbi. enim uero, &c. quia loquitur quoniam onus est legatum principaliter, & simul dicebatur iniunctum.

AD D I T I O. Aduerte diligenter, quia dictum Imo, est quia si commune, illud per viam tenet Pau. de Cast. & alij multi. Et certe solu. ad d. uerbi. enim uero. non est tuta, quia nimis illa lex restringitur, uide Cuman. in d. §. fina. qui aliter iura resoluunt, & super eis cogita, quia non parum dubito.

Quaedam alias limitationes ponunt hic Reperentes, quas per te uideas & ex inferius dicendis aliquae etiam apparebunt.

37. † Quarta conclusio Bar. sit quod substitutus, quaez dedi filio meo impuberi exheredato, licet ex ordine & prouisione mea succedat, a me grauari non potest l. ab exheredato. in prin. j. eo. l. si in prin. de leg. 3. facit l. in ratione, la 1. §. si. j. ad leg. Falc. Quod pro-
cedit etiam si exheredato aliquid ego legauerim, ut l. miles, ita §. si miles, §. de mil. test. & l. qui fundum §. qui filio, j. ad leg. Falc. & est comprobatum per Iustinianum in l. cum quidam, C. de lega. quod profecto uidetur mirabile. nam cum ipsum filium exheredatum, uti legatarium grauare possim l. cohaeredi. §. cum filiae, §. de uulg. & pup. uideatur, quod quemlibet eius haeredit & sic substitutum similiter grauare possim, ut l. si fuerit, in fi. de lega. 3. Facit d. §. qui filios, in fin. ibi, est igitur rationi congruens, &c. Item & propter alia, uidetur mirabile, ut hic per Reper. & per Iason. uide per te. Ista conclusio poterat poni pro limitatione praecedentis, prout uere est, placuit tamen pro separata ponere, tum quia Bar. eam expresse ponit, tum & maxime, quia plurima super ea dicitur, quae specialia nota digna uidebantur.

38. † Amplia in primis hanc mirabilem conclusionem, ut procedat etiam in legitimo haerede ipsius exheredati, nam nec ipsum grauare possim, ut probatur in l. plane, la 2. in prin. j. eo. & in d. l. ab exheredato. in prin. Et licet ista iura non loquantur expresse, quando exheredato erat factum legatum, tamen etiam eo casu locum habent, cum illud sit in substituto, & de eo ad legitimum haereditatem in proposito ualet argumentum, ut dicta l. ab exheredato.

39. † Sed huius mirabilis, decisionis & specialitatis pulchrum est rationem inuestigare, & quidem Bar. in d. §. qui filios, post glo. ibi uult, quod ratio sit, quia substitutus exheredati dicitur nominatim grauatus, ut per ipsum, quem ibi sequitur Cuman. dicens quod aliud dici non potest, ut refert Ias. in d. l. cum quidam. Sed hanc rationem reprobatur Imo. in d. l. ab exheredato, & in d. §. cum filiae Alex. in d. §. qui filios & Alex. & Ias. in d. l. cum quidam. Et ultra eos facit §. eam, quia secundum Bar. ualuisse grauamen si substituto fuisset iniunctum nomine appellatio, quod est contra ampliationem §. posita. Alij, ut Ioann. Fab. Inst. de pupill. subst. §. non solu. dicunt quod illud est in odium exheredationis, quod etiam sequitur Imo. tanquam persuasum in d. §. cum filiae, & in dicta l. ab exheredato. Pau. de Cast. in dicta l. in ratione §. si. & Imo. & Alex. in d. §. qui filios, & ista sit secunda ratio in hac difficultate.

Sed

Sed nec ista videtur bona, quia ea attentata minus deberet posse grauari ipse exheredatus, qui ipse exheredationis patitur in iuriam. & ideo Ias. in d. l. cum quidam, dicit quod est ista consideratio præfens articulus magis difficultatur vt per eum.

40 † Aliam & tertiam rationem ponit Salic. in d. l. cum quidam, quia secundum eum substitutio pupillaris exheredato facta, cum tantum in ea de hereditate pupilli agatur, dicitur præfere testamento pupilli & non patris. † quo posito dicit ipse, quod substitutus grauari non potest, ne pater dicatur in alieno testamento legare, vel fideicommittere vt per eum, & hanc rationem sequitur Ang. Are. in d. §. non solum.

Sed eam reprobatur Alex. in d. §. qui filios, & in d. l. cum quidam, vbi etiam Ias. vt per eos, quibus addo ex alio istam rationem non procedere, quia. si non est generalis, & non concluderet in legitimo successore exheredati grauato: tunc enim cum nullum fiat testamentum pupilli, non posset dici legatum vel fideicommissum relictum in testamento alieno, & sic deberet valere, quod est falsum vt d. l. ab exheredati, & supra dixi.

Reperio quod aliam & quartam rationem ponit Aret. in d. §. cum filia, §. & 6. col. vt. hoc procedat quia exheredatus grauatur, vel quia iuste fuit exheredatus, vel si iniuste, quia ei imputandum est, cum acceptauit legatum: que non considerantur in substituto vt per eum.

Sed dicit quod ista ratio nihil valet, quia filius exheredatus non ideo grauari potest, quod iuste fuerit exheredatus, vel quod sibi quid imputari possit, sed tantum ex eo, quod ex iudicio testatoris legatum consequitur: & sic grauatur, vt quilibet legatarius: sic ergo videretur, quod substitutus, vt eius heres grauari posset per d. l. si fuerit, in si. Nec quicquam facit, quod ei nihil possit imputari, quia satis esse videtur, quod sit heres legatarij vt d. l. si fuerit.

42 † Quintam rationem ponunt hic Repe. in 6. col. Nam secundum eos non habet testator plus iuris in grauando substitutum, quam eum, cui sit substitutio, vt d. §. qui filios, in si. sed filium exheredatum (cum testatori non sit heres) non potest autem heredem grauare, ergo nec ipsum substitutum, vt heredem grauare potest: nec dicas quod grauetur vt legatarius, sicut & ipse exheredatus grauari potest, vt d. §. cum filia, quoniam dicunt ipsi, ista esse impassibilia, quod substitutus non vt legatarius vocetur, & postea grauetur vt legatarius, vt per eos. Sed nec ista ratio videtur tuta licet subtilis sit & primo aspectu videatur concludere (nam ei inuitabiliter, (ni fallor,) obstat d. l. si fuerit, in si, quoniam cum ibi statuatur, quod heres legatarij grauari possit, necesse est, vel quod vt heres grauetur, & sic aliter quam potuisset grauari legatarius: vel quod grauetur vt legatarius, licet vt heres ipse vocetur contra prædictam rationem.

Sed Reperen. prædicti quasi hoc perpendentes videntur ita respondere, fatēdo. si quod licet alibi reperitur substitutum aliter grauari posse, quam posset ille, cui substituitur: & sic heres legatarij, vt heres grauabitur, vt d. l. si fuerit, tamen in substituto exheredati hoc reperitur pro regula statutum, vt aliter non grauetur, quam exheredatus potuisset, vt d. §. qui filios. Et hoc dicitur inductum in odium exheredationis, sed quia ista ratio, vt supra defensata, reducit virtualiter ad secundam rationem, supra allegatam, & vnā cum illa remanet reprobata.

Præterea non admitterem quod d. §. qui filios, in fin. in illa ratione procedat tantum in substituto exheredati, sed procedit generaliter, ponitur enim pro ratione, que solet esse generalior dicto, iuxta ea, que habentur in l. cum pater, §. dulcissimi de leg. 2.

Nec etiam dicerem quod ille tex. non loquatur quo ad modum grauandi, sed tantum quo ad potentiam, & circa grauaminis quantitatem.

43 † Hoc etiam adde ad declarationem prædictorum quod heres legatarij in d. l. si fuerit, respectu sui grauatur, vt heres legatarij, sed respectu testatoris grauantis grauatur velut legatarius, id est vt legatarij personam representans: & sic etiam contingeret in substituto, vel in legitimo successore exheredati quando grauari posset.

Aliam & sextam rationem ponit hic solennis doct. Claud. de Seyfello, dicens talem substitutum grauatum ideo non teneri, quia cum ita fuerit grauatus, videtur grauatus, velut succedens exheredato ex iudicio testatoris, quo respectu nihil dicitur a testatore consequi, vt per eum: inferentem quod si graueretur, vt heres pupilli exheredati in genere, fideicommissum valeret. Sed nec ista ratio stare potest, est enim contra d. l. ab exheredati, & dict. l. plane, in princip. quibus clare dicitur legitimum successorem pupilli exheredati grauari non posse: vt etiam dixi supra in ampliatione conclusionis, & tamen in eo non cadit, vt videatur grauatus, vt habens hereditatem pupilli ex iudicio testatoris.

Cum igitur (vt ex prædictis constat) nulla ratio per Scribentes assignata possit sustineri, videtur dicendum secundum Paul. de Cast. in d. l. cum quidam, quod in hac difficultate sufficiat pro ratione voluntas disponentis, & dixit Pet. & Cy. ibi quod ratio nulla concludens assignari potest, quod etiam Alex. & Ias. ibi sequi videt.

tur, & iam de hoc communis vox Iuristarum increbuit: & solet in hoc recurri ad l. non omnium, supra de leg. 1. Ego autem eam derabam vitra omnes, quod immo bona & concludens ratio assignari posset, licet non me fugiat, difficultimum esse bene loqui, vbi tot peritissimi tantique iuris vertices errauerunt, non tam impossibile arbitris, me alioquin cæteris humiliorum, quod plurimi & maiores non viderunt, potuisse videre. Cum enim hoc contingere posse fateatur Iustitia, in l. 1. §. & neque. C. de veter. iur. enuclea. tu quoque non negabis.

44 † Dico ergo in primis, necessarium esse, quod istud ab exheredatione proueniat, & in ea fundetur. nam cum heres legatarij grauari possit, vt d. l. si fuerit, & substitutus, vel legitimus heres exheredati, cui legatum quid erat, dicitur heres legatarij, & in hoc tantum differat a cæteris quod exheredato succedit, sequitur quod sola exheredatio in causa potest allegari.

Sed quomodo hoc stare possit, propter ea, que dicunt doct. maxime Ias. in d. l. cum quidam, & dixi in reprobatione secundæ rationis, vt clarius intelligas præmitte duo.

45 † Primo quod licet qui de bonis nostris aliquid consequitur, dicitur ex nostra dispositione etiam tacita per prius in eum collata, possit secundum regulas iuris omni rigore iuris inspecto grauari, per regulam d. l. ab eod. & d. l. primæ, §. sciendum, tum qui de bonis nostris non directe quid consequitur, nec per prius, sed per successionem & sic per mediā personam alterius, de rigore iuris non grauatur. Posset enim ille dicere testatori, cum mihi nihil dederis, non me graues, per l. fed & si sic. in si. de leg. tertio.

Verum, quia succedit ei, cui bona mea, vel quid ex eis reliquit: & eo modo de bonis meis aliquid ad eum uerisimiliter est peruenturum, ex benignitate legis conceditur mihi, quod cum grauari possim, ut probatur in d. l. si fuerit, in si. ibi, hoc ualere benignum est. Et quamuis plurima iura simpliciter dicant, hoc tales grauari posse, uel quod recte grauantur: omnia tamen declarari debent, scilicet ex benignitate l. per d. l. si fuerit. Conuenit enim leges per leges distinguere & declarari. l. non est nouum, supra de legib.

46 † Vnde dicimus quod una lex loquens qualificate, & cum aliqua determinatione, qualificat, determinat, & ad sui intellectum trahit omnes alias simpliciter loquentes super eodem, ut inquit singulariter Alber. de Rosa. in l. si quis in principio testamenti, in secunda oppo. de leg. 3.

47 † Secundo præmitte, quod pater filium exheredando dicitur facere actum impium, inhumanum, & odiosum. l. cum quidam, supra de liberis & posthumis. uidetur enim sequi in proprium sanguinem, & contra naturale & commune uictum paternum alienam sobolem propriæ antepone, iuxta l. scripto. in fin. infra unde liber. & l. cum acutissimi, C. de fideicom.

Hinc postea sequitur, quod licet non priuatur his, que iuris rigore inspecto conceduntur. † His tamen que ex benignitate legis conceduntur, priuabitur: nec enim conuenit hominem tam impium, (ut ita dixerim,) frui benignitate legis, loquor de illis benignitatibus, in quibus aliquo modo persona exheredata, & inquam pater fuit impius, considerari potest.

Probatur hoc, quia pater exheredato filio, licet pupillariter substituere possit, §. non solum, Instit. de pupillar. substit. tñ non potest substituere exemplariter, ut l. humanitatis, & ibi per omnes. C. de impube. & alijs substit. & ratio est, quia pupillaris conceditur per punctum rationis attentata patria potestate, que per exheredationem non tollitur. exemplaris uero dicitur concessa ex benignitate legis, quia pater propter exheredationem efficitur indignus. ita dixit Gui. de Cuncto, ut refert & sequitur Bar. in l. ex facto, §. col. uer. quæro quæ est ratio & c. de uulg. & pup. l.

A D D R. Et pro ista ratione bene facit l. fin. in princ. infra titu. 2. dum dicit quod ideo substitutus exheredati non tenetur ad legata, quia non directo, sed per successionem hereditas præfens ad filium prouenit, & sic ad substitutum.)

His sic positis clare inferatur ratio nostra. Dico enim quod successus for exheredati, uti heres legatarij, cum a me directe nihil habeat, sed tñ per successionem, potest de bonis meis aliquid consequi, non potest a me grauari nisi ex benignitate legis, ut d. l. si fuerit, quia benignitate ego efficitur indignus propter impium actum exheredationis filij: & ita uerū est illud odio exheredantis prouenire. Ipsum autem filium exheredatum legatariū ideo grauari possum, quia hoc a rigore iuris prouenit, ex quo illud legatum habet expressa mea dispositione, & in ipsum per prius collata. Et licet impietas illa exheredationis non exerceatur in successorem exheredati, de quo grauando agimus, tamen sufficit quod sit in pupillum, cuius persona in tali grauamine aliquo modo consideratur. nam & exemplaris substitutus non ueniret ad damnum filij me te capti exheredati, immo ad eius prouisionem, sed ad damnum uenientium ei ab intestato. Et ex eo solum fieri non potest, quia in ea exheredatus consideratur.

49 † Nec prædictis obstat, quod quando ad filium exheredatum peruenit portio paternæ hereditatis, & per eum postea ad substitutum, substitutus grauari potest, ut d. §. qui filios in princ. & tamen in Mar. Soc. Iun. Prima pars. V 3 erat

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

erat testator vsus impietate exheredando.

Quoniam respondetur, eo casu inhumanitatem & impietatem illam exheredationis esse totaliter sublatam, cum ex iudicio patris portio hereditatis paternae ad filium perueniret. cessat enim ratio impietatis, quae erat in eo, quod pater filium a iure hereditario excluderet, secus est, quando solum legatum peruenit, & hoc est quod proprie voluit text. in d. §. qui filios. ibi, cum iudicio patris facultates paternae per causam hereditariam &c. iuncto quod paulo post sequitur, ibi, quia eo casu non hereditatis paternae portio, sed legatum ad eum peruenit.

Non tamen sufficeret portio paternae hereditatis ad filium peruenire, nisi ex expresso iudicio patris perueniret, vt d. §. qui filios, ver. diceret aliquis &c.

ADDITIO. Et est tex. in l. si. in prin. supra tit. secundo.

Alias enim ex quo ipse pater non daret, non diceretur cessare impietas in animo eius.

Nec etiam praedictis obstat, quod impubes alterum heredem facere non potest, ex quo videtur quod bona patris ad substitutum vel legitimum successorem sint omnino peruenitura. Et propterea vsus, quod non de benignitate, sed de rigore grauari possit, pro vt hoc de clarat dominus meus Soc. in quarta conclusio. ita intelligens l. si Titio. §. fin. vers. recte dabuntur, infra eodem. Quoniam respondetur, quod immo & tunc de benignitate tantum grauari possit per rationem supra allegatam, & per d. l. si fuerit. negari enim non potest quin grauatur vt heres heredis, vel legatarij, ergo &c.

Nec obstat, quod pupillus alterum heredem facere non possit, quia ex hoc non sequitur, quod particulariter ea bona, quae sibi pater reliquit, alienare non possit, ita vt ad eius heredem non perueniant. Et ad d. §. fin. respondetur, quod fideicommissum recte dicitur datum quod ex benignitate valeat. satis enim est vt recte datum dicatur, quod aliquo iure peti possit. Tu super istis cogitabis.

† Et ex ista ratione, quae subtilis est, & plurimum applaudere videtur, infero notabiliter quod conclusio supra posita non procederet, si filius bona mente exheredaretur, iuxta l. multi non notae, supra de liber. & posth. & l. si patronus, la secunda §. si quis, infra de bon. libe. Tunc enim cum pater exheredando non sit impius, non priuabitur benignitate d. l. si fuerit.

Hoc etiam licet non per hanc viam, tenet Ang. Aret. in d. §. non solum. & verissimum arbitror, quicquid dixerit Ias. in d. l. cum quidam. in fin. Et hoc sit pro vna limitatione conclusionis supra posita, quam etiam alijs duobus modis limitabis, vt per Ias. in d. l. cum quidam.

ADDITIO. Considera quod potest alia & noua ratio allegari. Nam quoniam quis grauatur, vt successor pupilli, lex fingit onus non imponi per ipsum pupillum, ne alias pater dicatur disponere de bonis non suis, contra l. consueuntur, §. i. supra titu. i. Et hoc videtur probari in §. igitur. Institui. de pupilla substitui. ibi tanquam si ipse filius &c. Et ista fictio ea equitate nititur, quia equum est, versus filius habeat, qui pro se testetur, de quo lex confidat. Et ideo id datur patri, quia de eo lex confidat. Sed vbi pater exheredat filium, & sic in ipsum dicitur vt impietate, lex amplius non confidit de eo. Et ita cessat aequitas, in qua fictio praedicta fundabatur, ideo non procedit iuxta l. denique, supra ex quib. cau. sic igitur lex non vult amplius patrem disponere pro filio, nisi in his, quae certo iure sunt ipsi filio fauorabilia. Quod est vt habeat heredem ex testamento, & propterea remanet patri facultas substitui tuendi pupillariter, quia illa est dispositio fauorabilis ipsi pupillo. Non sic est in legatis. Cogita quia dubito.)

† Quinta sit conclusio, quod pater vel dominus instituti in l. nostra ideo grauatur, quia propter legis dispositionem eis acquiruntur ex quodam iudicio, & voluntate testatoris, considerato praesenti statu.

Et nota in primis circa istam conclusio. quod in ratione dicitur considerato praesenti statu, quod procedit etiam extra casum l. nostrae, puta in herede heredis, vel legatarij, vel in legitimo successore pupilli. Nam inspecto praesenti statu, in quo est pupillus haeres, vel legatarij, si decedat, haeres eius de bonis testatoris ex quodam eius iudicio accipiet. nam cum velim ego tibi relinquere, videor velle etiam, vt de te transeat in tuos successores, quod fiet, si in praesenti statu. (circa bona loquor) decedas. Non tamen dixit Barto. inspecto praesenti tempore. Hoc enim non conueniret generaliter cum ad heredem heredis, vel legatarij, & similes possint bona mea peruenire longo post tempore, videlicet cum ille morietur.

Et ex his tollitur, quod dicit hic domi. Claud. contra Barto. qui mentem eius non recte introscepit.

Secundo aduertendum est in eo, quod Barto. dicit patrem, vel dominum hic habere ex iudicio testatoris: nam licet cum eo transeat communiter doct. tamen Aret. in secundo no. & ante cum domi. Crisostomo. de Castel. contrarium dicunt, asserentes, quod immo nec ex tacito iudicio testatoris patri, vel domino queritur. Et mouetur Aret. per l. qui liberis. §. haec verba, supra de vulg. & pupilla. ibi, quia non ex iudicio veniunt, nec potest exponi. f. expresso, quia si quod ex tacito veniant, quia haberet locum clausula illa. Quis quis mihi haeres erit, &c. vt l. si in testamento, eodem ti. quod est

contra d. §. haec verba. Facit vltra Aret. princ. l. prima §. i. infra, vt leg. no. caue. ibi, quamuis non ex iudicio, &c. Et licet ibi loquatur tex. de haerede heredis, seu legatarij, tamen id esse debet in domino, & patre, vt d. §. haec verba, iuncta d. l. si fuerit, in fi.

Secundo etiam facit l. qui fundum. §. qui filios, ad leg. Falc. ibi, cum iudicio patris, &c. iuncto ver. infra, sed aut lege, aut per interpositam personam, &c. q. d. non ex iudicio, sed pater, vel dominus habent ex l. & per interpositam personam, ergo &c.

† Comprobatur hoc tertio per l. §. hoc autem, infra de leg. praestant. nam si iudicium testatoris diceretur collatum in dominum, legatum factum seruo vnius ex liberis, conseruaretur per iudicium edictum, quod est contra illum tex. per quem ibi determinat Bar. quod statutum puniens contrahentem cum bannito non procederet in contrahente cum seruo banniti, vt per eum.

† Quarto facit, quia si pater, vel dominus ex iudicio testatoris haberet, eis adimi posset, quod est falsum. vtrumque probatur in l. legatum nulli. infra de adm. leg.

Accedat quinto l. filiofam. de cond. & demon. capiendo illud verbum, magis, electiue secundum Azo. innuit enim quod si simpliciter filiofam. relictum esset, ei & non patri diceretur relictum.

† Denum facit ratio, quia non dicitur quid fieri ex iudicio, & voluntate mea, quod etiam me inuito, & pingit. vt patet in l. Falc. quae cum etiam inuito testatore, olim haberet locum l. quod de bonis §. i. infra ad l. Falc. dicebatur induci contra voluntatem testatoris, vt l. Titia. in fi. eodem ti. sed relictum filio, vel seruo, patri vel domino querebatur etiam contra voluntatem relinquens, ergo &c. Ex his videtur, quod opi. Aret. satis comprobetur.

Nec vsus obstat, quod grauari pater, vel dominus potest, vt hic, quod videtur d. l. sed & si sic. in fin. quia responderi potest, vt per Aret. qui vno modo responderi in secundo no. & alio modo, & melius secundum eum, in fin. huius l. vide per eum. Sed aduertit, quia prima sol. non videtur vera, vt hic per patruum, & dominum meum Soc. & vltra eum reprobat etiam, quia secundum considerationem Aret. pater, vel dominus filio, vel seruo grauati, essent heredes, & non essent, & si in statu contrario reperirentur, essent heredes, vt valeat legatum, non essent in detractioe quarta §. l. qui ades, infra de vsuc. & l. vbi repugnantia. de reg. iur.

† Secunda vero solutio, quam ponit in fi. l. similiter non est bona, immo dico, quod facit in oppositum, quia ex eo, quod inspecto praesenti statu, certum est patri, vel domino acquiri, dicimus quod eis acquiritur ex iudicio testatoris, conformi dispositio l. arg. l. si duo in fi. & quae ibi habentur, supra de acquir. haered. & eorum, quae tradunt doct. maxime Moder. in l. haeredes mei §. cum ita, infra ad Trebel. Igitur tertio responderi potest secundum Crisostomo. de Cal. quod licet alius pater, vel dominus instituti non dicantur habere ex iudicio testatoris, etiam tacito, vt d. §. haec verba, tamen quando grauatur, secus est, & ita procedat l. nostra. nam cum testator eos grauando, velit eos teneri, dicitur etiam uelle eis relinquere, arguunt l. denique §. interduo, infra de pecul. leg. secundum intellectum Aret. de quo dixi supra in secunda conclusione, & ita, cum dispositione legis dicitur concurrere uoluntas testatoris, ut per eum, quem refert Ias. in sexta colum. in noua lectu. cuius opinio. secundum Ias. videtur multum colorata, & eam tenet, & sibi attribuit Do. Claud. de Seyfel. hic.

ADDITIO. Carol. Ruin. aliter respondet ad l. istam, quia non valet consequentia, grauatur pater, vel dominus, ergo habent ex iudicio testatoris, quia satis est, quod habeant propter testamentum. sicut uidentur in eo, cui datur causa conditionis implende, nam grauatur l. quidam testamento. §. fin. infra eo. & tamen dicitur habere tantum propter testamentum: & sic non ex iudicio, ut per eum hic.

Sed salua pace dico, quod hoc nihil profuit est. Et miror deti to uiro. Nam omnia fatebor, sed non sequitur, ergo non habent ex iudicio. dico enim quod immo iudicium est, quia cum ego filio tuo relinquam, sciens per eum tibi acquiri, uideor ita uelle, & sic iudicium meum habes. Non ualet consequentia, quis consequitur propter testamentum, ergo non ex iudicio testatoris, sed potius contrarium sequitur. Et cui datur causa conditionis implende habet ex iudicio testatoris, & quidem expresso, licet non habeat ex aliquo particulari titulo legati, uel fideicommissi. Et licet id pendeat ab eo, qui dare debet, quia posse nolle implere conditionem, tamen ex hoc non tollitur, quando dat, quin dicatur dare ex iudicio, & dispositione testatoris.

Ego tamen his non obstantibus teneo secundum Barto. & alios magis communiter patri, uel domino quari ex aliquo iudicio testatoris, pro quo exat immobile fundamentum in l. nostra, iuncta d. l. sed si sic, in fi. Et ad solutionem domi. Christo. respondeo, ut per Ias.

Praeterea non conuenit, quod ex iniuncto grauamine arguatur tur honor, seu relictum iuxta l. cum tale §. si. de cond. & dem. & ad d. §. interdictu. dicas, quod aliter debet intelligi, quam intelligit Aret. ut dixi in dicta secunda conclusione.

Secundo probatur, & in hoc stat uis, quia cum patri, uel domino

mino veniat querendum ex dispositione legis, & hoc testator scias, vel scire presumatur, iuxta l. leges sacratissimas, C. de legi. re linquens ipse filio, vel seruo, censetur etiam patri, vel domino, prout lex disponit, voluisse acquiri, iuxta d. l. si duo, cum similibus, de acquir. hered. † & ideo dicimus, quod vulgaris substitutio seruo alieno heredi instituto facta, intelligit, si ipse alium heredem non fecerit, sed dominum, vel ipse heres non fuerit, mutata conditione, vt in §. fin. Inst. de vulgari. substi. & l. paterfa. † Titium, §. de heredib. inst. & illud potest dici de voluntate testatoris, ex quo ita de iure est per predicta. Quicquid ergo in proposito, seruo alieno, vel filiofam. relinquatur, inspecta l. dispositione, dicitur relinqui ea mente, vt per eum patri, vel domino queri possit. sequitur igitur, vt ex aliquo iudicio testatoris dicantur acquirere, ad quod plurima vide hic per Repeten. in quarta col.

Quod, magis declarandum, amplia primo, etiam quod pater, vel dominus in aliquo non grauentur, quicquid in contrarium dixerint de Christo, & sequaces, vt ex predictis constat.

Secundo etiam, quod filio, vel seruo propria contemplatione relinquantur: nam licet primus motus relinquendis fuerit, eis dare, ex quo tamen sciebat per eos patri, vel domino queri, dicitur illud etiam voluisse, vt sic eius voluntatem dicatur dispositioni iuris conformasse per predicta.

Hanc conclusionem primo limita, & declara de iudicio, & voluntate testatoris tacita, & secundum iuris dispositionem interpretatam, non quidem, vt per prius expressis, & immediate testator ita velit, sed mediate, & in consequentiam suae dispositionis ita velle creditur inspecta iuris dispositione. Et per hoc respondetur ad d. §. haec verba, quia fateor, quod non veniunt ex iudicio, scilicet directo per prius, & immediate, non enim sunt scripti heredes, vt requiritur ad illam substitutionem, quibus mihi heredes erit, &c. vt l. 3. eod. tit. † Nec ob. d. l. si in testamento, quia ibi ille erat scriptus, & immediate habebat a testatore, & portio superueniens, portio accrescens, sapit eandem naturam. argu. l. si ex toto, secundo respon. supra eo. & dicunt hic Repeten. ex mente patris mei Soci. Sic etiam respondetur ad d. l. 1. §. 1. vt leg. no. caue. & ad d. §. qui filios. ad l. Falcid. quia, & illa iura loquuntur de iudicio directo, & immediato.

Secundo declara hanc conclusionem de iudicio testatoris non honorifico, non enim dicitur testator habuisse honorem patri, vel domino ex quo eos non vocauit. Et per hoc respondetur ad d. l. 3. §. hoc autem de leg. praesent. nam loquitur ille titulus de his liberis, & parentibus, quibus honor in relicto dicitur habitus, vt ibi. † Ex quo secundum Repeten. hic notabiliter inferitur, quod hodie non sufficeret instituire seruum filij heredem, quia licet per seruum filio veniat querendum, non tamen filius dicitur habere titulo honorabili institutionis, ut requiritur, iuxta §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de app. cogn. colum. 8. cui ibi traditis per doc. vide per eos hic, & super hoc, quia non est materia nostra, cogitabis.

Tertio declara, & limita hanc conclusionem quando testator sciebat eum, cui reliquit, esse seruum, vel filiumfam. Sed si ignorasset, & tanquam existentis sui iuris reliquisset, non video quomodo iudicium, & voluntas testatoris considerari possit, vt patri, vel domino quaeratur. † Ex quo inferri potest, quod eo casu pater, vel dominus grauari non possent, & si casu grauaurentur, non valeret, tanquam onus iniunctam extraneo per testatorem nullo modo honorato, iuxta d. l. ab eo. C. de fideicommissis. & d. l. sed & si sic. in fi. de leg. 3. quod nota per limitatione l. nostrae, & super eo cogita. Conclusioni autem predictae, vt supra declarate, & limitate non ob. alleg. in contrarium, & iam ad tria prima argumenta, supra responsum est.

Nec quarto ob. d. l. legatum nulli, quia prout ibi declarat Bar. ideo patri, vel domino non fit ademptio, quia eis adhuc nullum est ius quaesitum, nondum enim dies legati cessaret. & ita etiam declarat Imo. in l. legatum, supra eodem.

Sed aduerte, quia secundum hoc nec seruo vel filio adimi potest, ne cuius legatario: ex quo nodum dies legati cessit viuo ad huc testatorem, quod esset contra totum illum titulum.

ADDITIO. Nisi tuendo dicas quod licet seruo vel cuilibet legatario legatum non sit quaesitum, tamen satis est quod ei nominatum dicitur relicto, & testator non mutato ei mediate dicitur potest legatum deferri mortuo testatore. Quod non est in domino, quia oportet quod prius per seruum acquiratur, vt ei acquiratur, vt in §. Item vobis. Institutum, per quas per se. nob. acqui. Cogita tamen, & vt verum fatear, mihi istud non satisfacit.

† Vnde videtur quod melius responderi possit, quod illud ideo est, quia ademptio tantum ei expressis fieri potest, cui expressis datus est, domino autem vel patri expressis nihil datur, ergo &c. Et ita intelligatur d. l. legatum nulli. & hoc est de intentione domini mei Soci. in d. l. legatum, supra eod.

Quinto non ob. d. l. filiofam. de conditio. & demonstr. quia dico quod immo dictio magis, ponitur comparatiue prout est propria eius natura, vt l. i. ubi caute, & ibi no. §. de iurisdictione omnium

iudicium. maxime cum ponatur inter participantes, iuxta doctrinam Alberic. de Rosat. in l. consilio. §. fina. §. de cura. furio.

Demum ad rationem ultimo loco allegatam responderi potest, quod immo testator relinquendo filio vel seruo tuo poterat aliquo modo saltem per indirectum providere tibi acquiri, differendo relicto in tempus, quo sui iuris erunt: quod olim in falcidia nullo modo dabatur, vt d. l. quod de bonis, §. 1.

Sed videtur quod immo etiam falcidia per indirectum prohiberi potuisset, scilicet non legando tot, que transcedant dodrantem. Et si dicatur quod tunc potest dici prohibita falcidia, quae nullo modo potuit considerari, respondetur quod etiam quod legatur cum sui iuris erunt non dicitur prohibita acquisitio patri vel domino, quod secundum testatoris dispositionem considerari non potest. Nisi dixeris quod differre in tempus sui iuris, non videtur tendere & ordinari ad aliud, quam ne patri vel domino quaeratur. Sed non legare supra dodrantem non ad illud dirigitur, nec falcidia locum habeat, sed solum quia ultra testator legare noluit. Immo nec re ipsa dicitur prohibita falcidia, cum apud heredem tantum remaneat, quantum pro ea sufficeret.

Vel secundo responderi potest, quod immo & in eo adest voluntas, attento quod ex voluntate filio vel seruo tuo reliquit, videor enim velle, quicquid ex eo sequitur, necessario, & sic quod etiam tibi quaeratur. † Et hoc idem potest dici circa legem falcidiam: nam ex quo lego supra dodrantem, & scio de iure falcidiae locum fore, videor illud etiam velle tanquam consequens necessarium. & ad d. l. Titia in fin. ad l. Falcid. respondetur respectu sententiae, quae immediate ex verbis percipitur, nam cum centum legauerim, intentio mea videtur quod omnia absque diminutione habeat legatarius, sed cum sciam me non posse eam prohibere, legando supra dodrantem, vt dixi, videtur quod aliquo modo legi falcidiae consentiam, saltem de eo consensu loquendo, qui in quolibet praesumitur secundum quod ius disponet per d. l. si duo, cum ibi no. de acquir. hered.

† Sexta conclusio est, quod valet fideicommissum heredi heredis, vel legatarii iniunctum sub generali, & appellatiuo nomine, vt est text. in dict. l. si fuerit, in fin. de leg. 3. & in hoc concordant omnes.

Sed cum ei nihil sit datum, vnde est quod grauari possit, & relictis duabus rationibus Bald. de quibus hic per Soc. nostrum, dicat secundum eum hoc ideo esse, quia talis heres dicitur consequi bona mea ex quodam iudicio meo, nam cum tibi aliquid relinquo, etiam tuis heredibus generaliter loquendo post videor relinquere. Quale autem sit istud iudicium, dic vt per dominum meum Socinum, qui post multa concludit, quod dicitur iudicium non ademptio, quia scilicet poteram heredi vel legatario substituendo ab eius herede adimere, & non feci. Potest etiam dici iudicium dationis: nam cum intentio mea dandi dirigitur in te, dirigitur etiam post te in tuos successores. Hanc conclusionem intellige, vt fideicommissum valeat scilicet de benignitate legis & non de rigore iuris, vt d. l. si fuerit, in fin. & ita etiam dicit dominus meus, & dixi supra in quarta conclusione prope finem.

Vnum omnino notabis, quod licet doct. pro ratione huius conclusionis dicere soleant, iudicium meum, de quo supra, fundari in eo, quod heres meus vel legatarius necessario sit habiturus heredem, in quem bona mea transibunt, vt voluit glo. communiter approbata in d. l. sed & si sic. Et propterea dicunt secus esse, si quempiam nominatim grauares, quia illum talem esse heredem, procedet ex fortuna. † Tamen mihi hoc non videtur tutum, quia immo possibile est, quod nullus fiet heres, etiam fideus, puta si bona non sint soluendo, vt l. 1. §. an bona. & l. non possunt, infra de iure fil. facit l. sine herede, supra de administratione tutorum.

† Praterea esto quod heredem habeat, non est necessarium quod ad eum bona mea perueniant, cum per primum heredem meum, vel legatarium possint consumi. Fateor tamen quod neutrum esse verisimile, quia vt plurimum contingit, quem cum herede decedere, vt magistra rerum experientia docet, iuxta capi. quam sit, de election. libro sexto. Et etiam nemo praesumitur iactare suum lucrum de indebitis, supra de probati. sed potius dicitur quisquis ad lucrum anhelare. l. cura. §. 1. §. de munerib. & hono. & ibi glo. in ver. ex voto &c. Ex quibus remanet quod heredem heredis vel legatarii grauari posse, solum in verisimili fundatur: quod est, vt bona primi defuncti ad eum perueniant, secundum predicta.

Demum circa ista aduerte, quia secundum Repeten. non videtur quod grauari possit heres heredis vel legatarii, eo quod nihil ex iudicio testatoris habere videatur ex duobus.

Primo, quia non videtur quod qui postea fit heres, habeat ex iudicio aliquo modo, cum de eo testator non cogitauerit.

Secundo, quia dispositio, in heredem heredis collata, dicitur gratuita, igitur ex ea non debet argui honor, allegant ipsi l. cum quasi. §. si plures, §. de fideicommissis. liber. Facit l. cum tale. §. si de quod dicitio. & demon. Sed tu defendendo predicta respondeas.

Ad primum dicas, fatendo quod vt talis, puta Titius non dicitur

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Cum filiofam

tur ex iudicio testatoris venire, quia de eo particulariter non cogitavit, sed ut hæres hæredis bene venit ex iudicio testatoris, ut iam dixi: & licet de eo testatore, nec etiam de alio in specie cogitauerit, tñ de hærede heredis vel legatarij in genere dñ cogitasse.

Ad secundum dicas, qđ isti Repeten. decipiuntur, quia non dicimus, qđ habeat hæres heredis vel legatarij ex iudicio testatoris, quia fuerit grauat: tunc enim procederet eorum argumentum, sed dicimus quod grauari potest, quia ex iudicio testatoris habere dicitur, declarando, ut supra.

69 † Septima sit conclusio, qđ hæres heredis vel legatarij proprio nomine grauatur, non tenetur, puta si iam factò hærede Cornelio, dixerò, si Septitius Cornelio sit hæres x. dato. nam licet contingat Septitium Cornelio succedere, non tenebitur ad x. Et ita intelligas istam conclusionem, alias nulla esset dubitatio, si non succederet, cum in eum bona non transirent.

Pro hac conclusione est casus secundum omnes in l. sed & si sic. de leg. 3. in §. si. quod secundum Pau. de Cast. ibi videtur mirabile, ratio allegatur, quia qđ Septitius succedat Cornelio, & ita de bonis meis habeat, ex aliquo meo iudicio non prouenit, sed ex fortuna, ut d. §. si.

Circa quem tex. cum in eo conclusio ista fundetur, aduertendum est, quia ex duabus declarationibus, quas ibi ponit gl. nulla videtur bona. Nam contra primam facit, quia in ea præsupponitur quod Stichus, a Seio domino suo institutus, iussu eius adeat illius hæreditatem, quod ridiculum est, quia hæreditas ante mortem domini non dicitur, quo modo mortuus iubeat eius hæreditatem adiri, nisi dixeris qđ gl. intelligit, quod dominus in testamento iubeat seruo a se instituto, ut omnino hæreditatem eo potest mortuo adeat, sed nec tunc conuenit litera, quæ velle videtur qđ iussus in ipsa aditione interponatur.

Præterea illud videretur superfluum cū seruus domino fiat. hæres necessarius §. primo. Institut. de heredum qualita. & differ.

Contra secundam declarationem obft. primo ille text. in quo communiter ita in antiquis & fide dignis, quam in nouis codicibus reperitur illa dictio, hæres.

Secundo quia litera non patitur ut sit grauatus Seius: sed sonat grauamem fuisse iniunctum Stichò.

Præterea secundum glo. ibi non disputaretur vtrum onus debeat ab hærede heredis, sed a primo herede contra mentem Iuriconsulti ibi, ut ex præcedentibus constare potest, quia ille §. v. non nit continuatiue, & per aduersariam autem. † De cuius natura est aduersari in his, quæ sunt eiusdem generis secundum Bart. in l. mariti. §. si. infra ad l. Iuli. de adulter. tradit Ias. in l. 3. §. ex contrario, 3. colum. j. de acquirenda possessio, & alias inquit Cy. in authentica, Sacramenta puberum. in prin. C. si aduer. vendi. qđ aduersario semper debet esse in eisdem, de quibus est præmissum. & ideo ista dictio autem, & similes, vltra qđ aduersantur, dicuntur repetitiuæ, ut declarat Bal. in l. omnes populi. nona colum. in fi. §. de iust. & iure. in ver. item vnum caput statuti, tradit Alex. in l. filius a patre. in princ. sexta colum. supra de liberis & posthumis, vers. secundo, quia videtur repugnare, cum similibus adductis per Corneum in consilio centesimo octuagesimo sexto, incipit. Quamquam præsens consultatio, tertia colum. vers. natura eniz aduersariuæ, tertio volumine.

71 † Igitur nouiter ego satis de plano, & litera non mutata, aliter intelligendo ita declaro, si Stichus Seij. f. seruus hæres factus. l. heredis mei puta Meuij, quem institueram, & ita per mediam personam eius ad bona mea peruenerit: & iussu eius. f. Seij. domini sui hæreditatem adierit & c. rogo det. f. Stichus: isto casu fideicommissum non valebit, etiam qđ casus ille euenerit per rationem ibi in tex. assignatam. Iste videtur mihi verus sensus illius §. secundum quem ibi est casus huius conclusionis, quia Stichus non ex alio non tenetur, nisi quia fuit proprio nomine grauatus, cum alias hæres heredis generaliter, & sub appellatio nomine grauari possit, ut in præced. conclusione dictum est. licet enim te instituo do voluerim, & ita iudicium meum fuerit, qđ & tu, & post te generaliter tui successores habeant, quicumque fuerint, propter quod ita generaliter tuos hæredes grauare possem, non tamē est tunc iudicij mei ut in specie Stichus bona mea habeat: & si ad eum deuenient, hoc a fortuna prouenire dicitur, & ideo ipse ad iniunctum onus proprio nomine non tenebitur.

72 † Limitat hanc conclusionem subtilis Pet. de Besu. nisi sub nomine heredis proprio nomine grauetur ille, qui sit verosimiliter heredi successurus, puta, si te hærede instituto dixerò. si Celus filius tuus sit tibi hæres, dato x. hoc enim casu valeret fideicommissum, secundum eum. Præceptor meus Soci. hanc limitationē ex pluribus reprobat, ad omnia argumenta Pet. respondens ut per ipsum, quem sequuntur repeten. in 10. col. Et vltra adducta per Soc. mouentur, quia grauatus proprio nomine, quicumque sit, non videtur grauari inuitu honoris, & commodi ab ipso testatore in eum descendenti: sed a primo herede conferendi: ideo iniunctum a testatore onus valere non debet. nec ista ratio secundum intellectum illorum (licet non expriment) dicitur tol-

li ex verosimilitudine considerata per Pet. quia fundatur in verbis in grauamine expressis, videlicet si heredi meo sit hæres, nō autem in eo, qđ sit extraneus vel alias non verosimiliter successurus, igitur & c. Contra Pet. tenet etiam Ias. hic, & est communis opinio. Quæ confirmari potest, nam licet seruus hæreditarius fit, turo heredi sub nomine appellatio recte stipuletur, ut l. si ex te §. si. infra de stipu. seruo. tamen nominatim non recte stipulatur. l. seruus hæreditarius. la prima. & l. si seruus communis meus. §. seruus capto. eo. ti. & tamen cum iam ei sit delata hæreditas, verosimile est eum futurum hæredem.

Adde ad idem l. si tibi. §. si pactus. in fi. supra de pact. j. 73 † Idem igitur dicendum videtur in casu nostro, arguendo de stipulatione ad legatum, & sic de contractu ad ultimam voluntatem, iuxta l. pactum, supra de pact. l. ei. si dotis, C. de iure dot. & l. secunda. de ser. leg. cum similit. tradit Bar. per illum tex. in l. seruum filij. §. eum qui chirographum, infra ti. nostro.

Tu considera quia opi. Pet. videtur de iure probabilior, & semper mihi visa est vera per fundamenta sua reiectis responsionibus domini mei Soci.

Primo enim facit l. nostra in qua grauatur pater vel dominus, & tamen ad eos tantum ex verosimilitudine est peruentum, ut per eum, nec est verum, quod dicebat Socin. videlicet qđ in casu huius l. concurrat iudicium testatoris attento præfenti statuto: scilicet in casu nostro, quoniam dico qđ etiam in casu nostro concurrat in verosimilitudine fundatum.

ADDITIO. Rui. hic aliter respondet ad l. istam, quia. hic filius vel seruus non possunt impedire acquisitionem patri vel non, secus in hærede, vel legatario, qui instituendo extraneum, impediret ne veniens ab intestato & sic verosimiliter successurus habeat, ut per eum.

Sed tu dic quod immo & hic potest acquisitio impediri, quia possunt quamuis iubente patre vel domino nolle adire, ut l. cum proponas, C. de hare. insti.

74 † Secundo etiam facit, quia plus debet operari specifica expressio, quam generalis l. in toto, j. de regul. iuris. Si ergo generaliter & appellatio nomine grauamen iniunctum valet, debet & fortius valere proprio & specifico nomine expresso. nec dicitur secundum Socinum uostrum, quod isto casu deesset iudicium testatoris in honorando, quia hoc negatur, ut iam dixi. si enim iudicium meum est, ut post te habeant tui successores, & verosimile est tibi filium successurum, ergo hoc attento dicitur. etiam iudicium meum esse, ut ipse habeat.

Facit tertio secundum Petrum, quia cum a filio heredis adimere potuissim alium substituendo, debeo eum grauare posse. l. 1. §. sciendū. de legatis tertio. Nec est necessarium illum esse talē, qđ omnino adēptione non facta sit habiturus, quia satis est qđ verosimiliter sit habiturus, ut ex prædictis constat, & modo dicā. Ex quo patet, solutionem Soc. ad hanc rationem non esse bonam.

Demum vltra Pet. comprobatur ista opinio viginti ratione, nam hæres heredis sub appellatio nomine grauari potest: & tamen ad eum bona testatoris solum ex verosimilitudine sunt peruentura, ut dixi in præced. conclusione.

Idem ergo dicitur in casu nostro, ex quo eadez ratio videtur, quia. in vtroque casu tantum verosimilitudo adest. Nec refert si vno casu videatur maior, quam altero, quia satis est qđ verosimilitudo sit probabilis, argumento l. fin. infra de fundo instrudi. nam & alias qđ hæres heredis mei bona mea habeat, aliquando verosimiliter erit, aliquando non ita, ut ex diuersitate casuum considerari potest, & per te cognosces.

Et hanc opinionem tenendo, quæ in disputatione pulchra esset, non obstant in trinum adducta & per Soc. & per nos supra.

Nam primo ad l. qui fundum, §. qui filios, j. ad legem Fal. & l. quod fideicommissum, j. eodem, quæ iura allegat Soc. noster, quibus adiungi potest. l. si. in prin. de legat. 3. respondetur multipliciter, & primo dici potest, qđ loquuntur in fratre vel alijs legitimis successoribus post eum, nos vero loquimur in filio heredis, in quo propter commune votum parentum, de quo in l. nihil. §. 1. j. de bo. lib. dicitur verosimilitudo potentior & magis attendenda, & sic limitatio Petr. secundum istam solutionem restringitur ad verosimilitudinem ratione paterni voti.

Vel secundò tenendo eam, generalius responderi potest, qđ in dictis iuribus grauamen non iniungitur sub commemoratione heredis, prout loquitur limitatio Petr. & ratio est, quia tunc non videtur testatorem respexisse verosimilitudinem, de qua loquitur, prout videtur quando talem verosimiliter heredi successurum, ut hæredem heredis grauat.

Vel tertio dici potest ad dict. §. qui filios, & ad d. l. si. in prin. qđ frater exhæredatus non potest ut hæres heredis grauari in odium exhæredantis, qui benignitate legis fit indignus, qua sola inspecta hæres heredis grauari potest, ut l. si fuerit, in fi. de legatis tertio, secundum ea quæ dixi supra in fi. quartæ conclusionis in nota illa declaratione, cur a substituto exhæredati legari non possit? & ad d. l. quod fideicommissum, potest vltra prædicta dici, quod

quod ibi illi dicuntur grauari vt successores ab intestato, & sic in particulari casu, cui non verosimiliter conuenit.

75 † Nam & si nomine appellatio grauaretur hæres hæredis ab intestato non valeret secundum Clau. & Repet. hic.

Vel etiam dici potest qd si sumus præter expressum iudicium testatoris, cui grauauit si pupillo fiant hæredes, merito ergo post pubertatem non debent vt ibi. Secundo non obstat. d. l. sed & si sic in si. considerando duplicem rationem, quæ ibi poni videtur secundum Socinum nostrum hic, quoniam primo respondetur, quod immo ibi non ponitur duplex ratio separata, sed vniuz dictum ponitur ad declarationem alterius. nihil enim dedisse dicor ei, qui non ex iudicio meo venit. Sic econtra ei dedisse dicor qui ex iudicio meo venit, cum ergo in casu nostro propter verosimilitudinem dicatur venire ex iudicio meo, dicor ei dedisse, & propterea grauari potest.

Vel secundo si vis quod sint duæ rationes separatae, dicas, qd propter verosimilitudinem de qua loquimur, vtraque ratio cessat, vt ex prædictis constat.

76 † Non obstat. tertio ratio Repetentium, quia illam nego, immo dico quod dicitur grauari respectu honoris in eum a testatore descendente propter verosimilitudinem, nam cum te instituo nedum te dicor velle honorare, sed & eum, qui tibi succedet, vnde cum filius sit tibi verosimiliter successurus, dicor hoc attentio etiam ipsum vt tuum successorem honorare, merito ergo grauari potest.

Vltimo non obstat argumentum, quod de stipulatione feci, quia illa argumentatio non admittitur, quando est diuersa ratio vt traditur in d. §. eum qui chirographum, & in §. si. Inf. qui & ex quibus causis manumit. non poss.

Diuersa aut ratio in proposito ex eo in primis apparet, quia in stipulationib. quæ stricti iuris sunt, stricta fit interpretatio, & verba contra stipulatorem capiuntur. l. stipulatio ista §. in stipulationibus, de verborum obligationibus, in testamentis vero pleniore. l. in testamentis, de regulis iuris, cum instar habeant bonæ fidei. l. in minorum, C. in quibus causis rei in integrum non est necessari.

Secundo particulariter diuersa ratio ostenditur, & in hoc stat vis, quia hæres antequam adeat, reputatur extraneus, igitur ei stipulando nominatim seruus nihil agit, ac si cuilibet extraneo stipuletur, iuxta §. alteri. Inf. de iur. stipulationibus, sed quando futuro heredi nomine appellatio stipulatur, videtur iacenti hæreditati stipulari cuius ipse seruus est, merito valet, vt dicta l. stipulatio ista, §. alteri.

Nec illa verosimilitudo quicquam operatur, quando nominatim stipulatur, quia stricte procedimus, & presentia tantum inspicimus, ideo ergo in stipulatione differt an simpliciter futuro hæredi, an nominatim seruus stipuletur, quia ratio est diuersa, in casu autem nostro hæres fert grauenam, quia attenda verosimilitudine, eadem est ratio per prædicta.

ADDITIO. Et eodem modo respondetur ad d. l. tibi in alle. §. uel ad vtrunque responderi potest, qd in dd. iuris non fit stipulatio sub nomine vel commemoratione hæredis.

Et quibus limitatio Petr. de Bel. contra communem opinionem videtur optime defensata, super istis tamē cogitabis, quod disputando pro ea poteris allegare quod uidetur casus in l. Titia, infra de cond. & demonst. intelligendo quod ibi fideicom. iniungitur filio hæredis instituti ut. restitueret filijs testatrix. Fateor tamen, qd ille tex. per gl. ibi & Doctor. alio modo declaratur, ut per te uidere poteris, & forte melius, tamen ista allegatio impræuifa plurimum disputanti opitulatur.

Ostaua & vltima conclusio sequitur generalis ex omnibus prædictis, quod quicumque de bonis meis me mortuo qualicumque iudicio meo est quid habiturus, grauari potest, vel de rigore iuris, vel saltem ex benignitate legis secundum dicta supra, maxime in quarta concl. siue iudicium meum fuerit in conferendo sine in non adimendo. Hinc est, quod etiam ab intestato successores grauari possunt l. i. §. sciendum, de leg. 3. & l. si Titio §. si. tit. nostro, videtur enim eis tacite hæreditatem relinquere ut l. cōficiuntur, post prin. supra tit. i.

Hoc indubitatum est in his, qui iure ciuili succedunt vel succedere possunt, sed si tatum iure prætorio quis ab intestato vocetur, an grauari possit, potest dubitari. Nam gl. in l. i. §. 2. vers. uel maxime, j. de cql. bo. sentit qd non, eo qd non videantur vocati ex voluntate defuncti, quod etiam voluit Bal. in rub. C. qui admitt. in vlt. q. vbi gl. prædictam vocat solitariam.

Pro hoc declarando duo sunt videnda. Primo utrum solo iure prætorio vocatus veniat ex voluntate defuncti. Secundo, an grauari possit.

77 † Circa primum gloss. & Bald. vbi supra dicunt quod non, quod etiam videtur velle Alexand. in apo. ad Bartol. in d. versic. uel maxime, & sequitur hic Ang. de Perig. in 3. colum. & videtur pro eis tex. in dicta l. conficiuntur, ibi legitimum hæreditatem q. d. secus in alia successione.

Sed contrarium dixit Bart. in d. ver. uel maxime per l. scripto, in si. infra vnde liber. quæ lex parum facit, quia loquitur de liberis iure ciuili succedentibus, & sic in suis, vel posito qd loquitur etiam in emancipatis, illud procedit specialiter in liberis speciali ratione, de qua ibi, de cæteris uero solo iure prætorio vocatis, ibi nihil probatur, ut per Angel. de Perigl. hic. Cum Bart. tamen tenet Imo. in l. si Titio, & Mauio §. Julian. in si. de leg. 2. allegans l. post emancipationem, de leg. 3. in princ. Sed ibi nihil dicitur an patruus & auunculus, qui eo casu tantum iure prætorio vocantur veniant ex voluntate defuncti, immo videtur quod ibi uocentur præter voluntatem testatrix, quæ solum credidit bona sua ad patruum vt legitimum hæredem peruenire, nisi dixeris quod ex quo ibi patruus ille grauatur, licet solo iure prætorio vocetur factis sequitur, ergo dicitur ex voluntate succedere, per l. i. §. sciendum, & l. sed & si sic, in si. de leg. 3.

Quicquid sit, ego teneo cum Bar. & Imo. licet op. glo. & Bald. videatur communior. Nam qui ab intestato decedit, si tantum ei superest successurus, solo iure prætorio dicitur ei tacite eius hereditatem relinquere, eadem ratione qua procedit d. l. conficiuntur. videlicet, quia quilibet intestatus decedens, videtur de suis bonis disponere prout disponit lex. vnd. & c. & licet ille text. loquatur solum de legitima hæreditate quo ad verba sua, ex eo tamen nõ debet argui quod secus sit in bonorum possessione, & alias de vtraque simul & pari ratione loquitur Iurisconsultus in l. si quis cum testamento, in prin. eo. tit. hanc op. sequitur Ias. in l. si Titio, §. sicuti, & in 2. no. j. eod. per quem videas.

78 † Circa secundum quicquid dixerit hic Angel. de Perigl. & quicquid fenerint gloss. & Bald. ubi supra, dicas clare & aperte quod grauari potest, nam si ex voluntate defuncti vocatur, grauari potest per prædicta, & de hoc est text. in dicta l. i. §. sciendum, & in dicta l. si quis cum testamento, & in d. §. sicuti, vbi hoc dicit Ias. in 2. no. & ex his sit expedita prima pars legis nrae.

S Y M M A R I V M .

- 1 Acquisita per filium, vel seruum patri vel domino, momento quaruntur, ita vt non resideant penes filium vel seruum.
- 2 Emancipatio, vel manumissio videtur pendere de voluntate patris vel domini.
- 3 Qui potest hæreditatem non restituere, an restituendo possit quartam retinere.
- 4 Regula Catoniana quando procedat, & ad conditionalia non pertineat.
- 5 Verba illa in tex. ex persona patris, & c. quomodo exponantur.
- 6 Dies incertus pro conditione habetur.
- 7 Legati in certam diem facti cedunt a morte testantis.
- 8 Lex loquens de fideicommissio præsupponit illud valere.
- 9 Termini habiles ad disputationem, quæ sit semper præsupponuntur num. 9. & 21.
- 10 Fideicommissum filio instituto à patre eius pure relictum & absque aliquo verbo dilatio, an valeat, nu. 18. cum 18. seq.
- 11 L. epistolam §. si. ad Treb. declaratur.
- 12 Ex diuersis non arguitur.
- 13 Verba, facias perueniri, dilationem sapiunt.
- 14 Verbum, seruandi idem sapit, puta bona tali seruentur.
- 15 Quando constat de vehementi voluntate disponentis, actus conseruatur eo modo, quo potest.
- 16 Si quod ago vt ago non valeat, an valeat vt potest, via est brocardica.
- 17 Geminatio quid faciat & quando operetur.
- 18 Exempla, licet regulam non restringant, eam tamen declarant.
- 19 Argumentum ex l. vnica in prin. C. de rei vxo. act. quod sumitur a fortiori, quomodo procedat.
- 20 Pater rogatus si i. restituere, adire recusando, videtur dilapidare.
- 22 Argumentum a contrario sensu non sumitur vbi resultat absurdum.
- 23 Argumentum a ratione cessante optimum est.
- 23 Repudians hæreditatem habetur perinde ac si institutus non esset.
- 25 Omnis sermo debet sic interpretari vt actus valeat.
- 26 Dispositio intelligitur secundam qualitatem personæ, ad quam refertur & quando.
- 37 Expressio eius quod inest, nihil operatur, quando eo modo, & c.
- 28 Actus morientium pure dispositi non suspenduntur 28. & 34.
- 29 Si pater qui filio instituto restituere pure rogatur, iussit filium adire, posito quod fideicommissum valeat, an cogatur emancipare, numero 29. cum 11. seq.
- 30 Pater iubendo filium adire, approbat voluntatem testatoris & numero 36.
- 31 Postum in conditione non est in dispositione, & debet expectari.
- 32 Emancipatio dicitur iurisdictionis voluntarie.
- 33 Libertatis fauore multa contra regulas iuris inducuntur.
- 35 Quis creditur velle necessarium antecedens suæ dispositionis.
- 37 Lucrari dicitur, qui implet voluntatem suam.
- 37 Lex habens varias literas, nil concludenter probat, & allegari non debet.
- 39 Hæres rogatus proprios seruos manumittere, an restituendo hæreditatem pretium

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam

pretium seruorum retineat, & quando.

- 40 Patria potestas dicitur inestimabilis.
- 41 Patre instituto & rogato, filio pure restituere, non valet legatum.
- 42 Existencia sui iuris in seruo non ita est verosimilis, sicut in filio.
- 43 Patrem teneri ex persona filij idem est, quod eum teneri ex obligatione causata in persona filij, & quomodo.
- 44 Non heres grauatus si Falcidiam detrabit dicitur teneri ex persona heredis.
- 45 Legata relicta ab instituto prius praestantur, quam fideicommissa a patre, vel domino eius relicta.

IAM ergo ad gl. 2. partis deueniamus. In gl. super ver. ex persona ipsorum, coniungas istam gl. & sequentem cum gloss. magna, quae sequitur, & ita in aliquibus codicibus pro vna tantum gl. leguntur, & diuide eam secundum Iason. in duas partes vt per eum.

Circa primam partem vtriusque verba illa, ex persona, recte exponantur, id est ex voluntate, dixi hoc negans supra in prima gl. & plenius dicitur statim.

Ex secunda parte gl. vna cum prima, vt declarat Iaso. & ex dictis per Bart. super ea habes ad text. nostrum quatuor varios intellectus, prout timore contrarij in gl. formati ponuntur in effectu quatuor solutiones diuersae, vt ordinate ponit Bar.

- 1 Et pro clara intelligentia dicendorum oppono contra text. secundum gl. & alios, nam videtur quod pater filio, vel dominus seruo inutiliter grauentur & frustratorie, ¶ quia cum regula sit, quod omnia per filium vel seruum quaesita patri vel domino quantur, vt dixi supra in primo praemisso, & ita quidem vt nec momento resideant penes eos, & l. placet, supra de acquir. hered. si pater vel dominus eis secundum testatoris ordinem restitueret, quod vna manu darent, alia, vt ita dixerim, reacquirerent, igitur videtur quod non valeat fideicommissum a patre, vel domino, filio vel seruo relictum, arg. l. qui sic. infra de solut. viderentur. n. in effectu pater vel dominus sibiipsis grauati contra l. & quidem i. eod. cum simil. propter istam opp. plurimum difficultatur l. nostra, & gl. in effectu vt modo dixi, quatuor modis videtur respondere vt per Bar. & omnes.

Circa primam solutionem & sic primum intellectus l. nostrae dum glo. intelligit valere ita demum si pater vel dominus voluerint, exponendo illa verba, ex persona & c. i. ex voluntate Bar. reprobatur gl. vt per eum, & procedit dictum Bart. licet ipse non dicat, etiam si in fideicommissio fuerit expressa, vel tacite subintellecta conditio emancipationis, vel alias existentiae sui iuris, quia eo casu adueniente inuitus pater vel dominus tenebuntur, vt per patruum meum Socinum. ¶ Et si dicatur immo tunc ex voluntate tenebuntur, saltem vt celerius debeant, cum ab eorum voluntate pendeat emancipatio, vel manumissio vt videntur velle Alexand. & Ias. super glo. 1. Respondet Socinus meus quod tunc non diceretur sumere vires ex persona patris, vt dicit iste text. sed sola executio, & restitutio ipsa celerior a persona patris penderet. Tu in primis aduerte, quia l. nostra proprie loquitur de illis iuribus, quae restitutionem ipsam & executionem respiciunt, quae secundariae appellantur, vt dixi super tex. Secundo aduerte, quia ex alio solu. Alex. & Ias. non conuenit tex. nostro, quia exponendo, vt in gl. & declarando vt per eos, si pater vel dominus praecederent, non diceretur tunc fideicommissum sumere vires ex persona id est ex voluntate patris vel domini, quod esset contra generalitatem istius l. & hoc etiam tetigit supra in glo. prima.

- 2 ¶ Ex alio etiam ista expositio gl. maxime simpliciter posita reprobatur secundum Alex. quia si in voluntate, & arbitrio patris esset, quod valeret, & sic totum restituere, fortius posset restituere do quartam retinere, contra l. nostram. Posset tamen ad hoc responderi, vt quidam dicebant, quod hoc non sequitur, quia cum posset non restituere fideicommissum, & decreuerit restituere, debet secundum regulas iuris restituere, & sic absq; detractioe quarta per l. istam, & sibi imputet, qui viam restitutionis elegit. vna enim quam elegit cum sui natura sibi pateat, ut l. si mulier in fin. supra quod me. causa. Nisi replicando dixeris, quod pater vel dominus non dicent simpliciter se velle restituere, sed tres partes tantum quarta retenta & non aliter.

Praeterea contra expositionem gl. facit secundum Doct. quia ex ea sequitur, quod fideicommissum a principio inutile reddi potest vile ex post propter patris vel domini voluntatem, quod videtur contra regulam Catonianam, vt in §. an seruo. Inst. de legat. & infra de reg. Caton. l. 1. Sed ad hoc responderi posset, primo, quod immo ab initio non fuit inutile, sed validum sub illa conditione. si fiant sui iuris, quod a patris vel domini voluntate penderet, & alia regula Catoniana non pertinet ad dispositiones conditionales, vt l. pen. illo tit.

- 4 ¶ Praeterea regula Catoniana loquitur quando validitas superueniret viro adhuc testatore, vt in locis praedictis, hic autem superueniret ex post. Sed ad hoc dici potest, quod de regula Catoniana argui potest a fortiori, & quod validitas ista impedi-

tur per l. quae ab initio, de regul. iur. & per capit. non firmatur, eodem titulo libro 6.

Demum contra istam expositionem, & primam lectionem facit secundum Bartol. & omnes, quia alius est sensus legis nostrae in istis verbis ex persona & c. vt per eos. Quod aperte probat secundum Repeten. quia in fil. nullo modo conueniret expositio ista, quia immo tunc tenebatur pater inuitus. Et vltra eos dicas, quod cum differatur post mortem patris, impossibile esset, quod tunc ex eius voluntate valeret fideicommissum, cum non reperitur, sicut ergo ibi talis expositio non conuenit, ita etiam & in tota lege dari non debet, quia non videtur probabile vt idem verbum diuersimode exponatur.

¶ Praeterea eundem sensum debet habere illud verbum, ex persona filij, quem ex persona patris, sed dum dicitur ex persona filij, impossibile est, quod exponatur. i. ex voluntate ergo & c. Est ergo verus sensus legis nostrae in istis verbis, vt dicamus fideicommissum valere ex persona filij, quando ipse filius censetur grauatius, licet expresse fuerit grauatus pater, quod est quando extraneo relinquit, vt in tex. Ex persona vero patris quoniam filius non potest dici grauatus, quod est quando ipsi filio relinquitur per rationem positam in tex. ibi quia ex persona sua sibi filius & c. remanet ergo tunc grauamen in persona patris, vt commodum sententis. Istam primam lectionem exponendo tex. vt supra defendebat Angel. de Perig. multum subtiliter ponens in l. nostra nouum intellectum, verum quia vt ex praedictis constat talis expositio text. nostro nullo modo conuenit, cum aliter non referam, sed illum vide hic relatum, & reprobatur per patruum meum Socinum. Posuit gl. secundam solut. & sic secundam lectionem ad istum tex. vt dicamus quod pater vel dominus filio vel seruo grauati fuerint in diem, vel sub conditione, valet enim tunc, quia interim posset fieri sui iuris, & sic effectualiter eis restitui posset facit in simili. cetera §. primo, infra eodem.

- 6 ¶ Et per hanc intelligentiam ad text. nostrum secundum Alex. & alios tollitur contrarium de regula Catoniana, quae in talibus relictis locum non habet, vt d. l. penult. de reg. Caton. ¶ quod tu intellige quatenus dicimus in diem factum fideicommissum de die incerto, qui pro conditione solet haberi l. dies incertus, de p. & demonst. Alioquin si de die certo loqueremur, cum tunc ce-dat dies a morte testatoris, vt l. Sempronius Atralus de v. i. leg. non tolleretur impedimentum regulae Catonianae, iuxta l. tertiam de reg. Cato. Hanc lectionem reprobatur Bar. tanquam diuinitiam, vt per eum. cum quo magis communiter transeunt Doct. vt per Alexand. & per Soc. Cuman. tamen defendendo eam dicit quod nullam continet diuinationem, quia hic non tendit iureconsultus ponere modum grauaminis, sed tantum disputat ex ceteris persona sumat vires, praesupponendo quod sit factum eo modo, quo valere possit. Cum ergo pure factum non teneret, ¶ arg. supra factum, dicamus quod fuit in diem vel sub conditione, vel aliter, ita valeat, & hoc sequitur Socin. noster vt per eum. Intellige tamen quod ipse hic loquatur praesupposito quod alius pure factum non valeat, licet infra in eodem arti. in quarta lectu. ea ipse teneat contrarium, sequendo Bart. & communem intellectum, & ita defenditur a contrarietate, quam in his locis implicare videbatur. Cum Cuman. transeunt etiam Repet. ponderantes pro hoc l. istam in fin. nam cum in specie loquatur in fideicommissio facto post mortem, & sic in diem incertum, vel sub conditione, praesupponere videtur quod etiam in praecedentibus lex ista ita intelligi debeat, & hoc de more sibi ascribit Ias. in noua lect. col. 2. Parum tamen aut nihil facit, quia cum in fi. l. istud dicatur per viam illationis, quae vt plurimum fieri solet ad nouos casus, non video quomodo sequatur quod in praecedentibus sit idem praesupponendum.

- 8 ¶ Idem etiam sequendo Cuman. tenet Claud. de Sey. nam cum hic de fideicommissio fiat mentio, debet intelligi de eo, quod recte factum sit, & ita vt valeat argum. l. non putauit §. non quatuor, infra de bonorum poss. contra tab. & l. 4. §. condemnatum, §. de re iudic. Et hoc mihi plurimum satisfacit, secundum tamen ea quae dicentur in ultima lect.

¶ Et comprobo, quia quando super aliquo fit disputatio, semper in ceteris praesupponuntur termini habiles. argum. l. qui testamento, in prin. supra de testam. ibi, si alius eos nihil impedit facit c. 1. in fi. de a. & quali. igitur & c. vt ex praedictis patet. Sed contra praedicta facit secundum Pet. de Besi. quia cum hic loquatur tam de extraneo, quam de filio, & in extraneo non praesupponatur dies vel conditio, cum pure factum fideicommissum valeat, prout clarum est idem debet dici etiam in filio per regulam hanc hoc iure, supra de vulg. & pupill. Respondet tamen ad hoc Soc. noster vt per eum. Et tu clarius declarando dicas, quod hoc nihil facit, quia in filio dicimus vt supra tanquam quod illud sit necessarium, ex quo pure factum non valeret, in extraneo vero non, quia non est necessarium, & satis aequaliter tex. noster dicitur in utroque loqui in quolibet, praesupponendo fideicommissum validitatem, & sic eo modo factum esse ut valeat.

Dedit glo. tertiam solutionem ibi, vel dic si pater sibi &c. ex qua sequitur tertia le. ad tex. nostrum vt per ea m. sed illaz reprobatur Bart. vt per eum. & quicquid dixerit hic Imo. communiter doc. sequuntur Bar. vt per Alex. qui ad alle. per Imo. responder, & ex eo potissime iste tertius intellectus reprobatur secundum Soci. nostrum, & Repe. & sibi adscribit Ias. quia cum in seruo locum habere non possit, vt glo. metafertur, non potest huic legi conuenire quæ pariter de seruo, & eadez ratione loquitur sicut de filio. Demum glo. in fi. dedit quartam solutionem concludens, grauumen iniunctum patri vel domino vtile esse, quia intelligitur ex iuris interpretatione dilatatum in tempus, quo filius vel seruus fideicommissarii sui iuris erunt: & ita cessabit cõtrarium supra formatum, hanc solutionem & istam quartam lecturam ad text. nostrum sequitur Bar. declarando, vt per ipsum & post eum sequitur magis communiter doc. Sed vt videamus an bene tenent Barto. & sequ. ex sua doctr. (alijs reiectis) ponas duas conclusiones. Prima sit, qd si pater vel dominus instituti, ipsi instituto grauentur pure, & simpliciter, valet fideicom. etiam absque aliquo verbo suspensiuo, & inest tacita conditio, cum sui iuris erunt, & ita intelligatur l. nostra. Secunda sit qd si pater vel dominus hæredes instituti filio vel seruo grauentur, non valet fideicommissum, nisi saltem per aliqua verba suspensiuo vel tacite inducantur. Nunc de harum veritate discipiamus.

10 ¶ Circa primam conclusionem cum Bar. transeunt Ang. Imo. Alex. dominus meus Soc. & Ias. & vt ipsi dicunt, ista est communis opi. Contrarium tamen qd immo non valeat, nisi ex verbis aliqua suspensio vel dilatio inducatur, tenuit Oldr. vt refert Bart. & sequuntur Paul. de Cast. Cuma. Are. & Repe. latissime super hoc disputantes. Articulus iste pulcherrimus est, & hinc inde disputabilis, & est de principalioribus nostræ Lidee plene discutiendus. Videamus ergo qui eorum iustis arma induerint Pro opin. Bar. & communi primo facit l. epistolam §. fin. j. ad Treb. inducendo vt per Bart. Ibi enim fideicommissum iniunctum nurui, vt det filio suo, & testatoris nepoti primo instituto, differtur in tempus mortis, sic etiam videtur dicendum in casu nostro. ¶ Sed tuendo aliam partem omittis solu. Pau. de Cast. & Aret. quas per eos videas. Alias ergo respondebam, qd ibi non probatur qd filius grauatæ nurus fuerit institutus, præsupponitur ergo ibi institutus alius, quo stante cessat inductio Bar. Et iste intellectus ad illum tex. sua detur ex illis verbis, nurui quondam suæ &c. iuncto eo, quod sequitur ad filium tuum &c. nam si fuisset ille filius institutus, in grauamine ei iniuncto, fuisset dictum, qd restituitur matri eius, demonstrando eam per nomen coniunctionis, quam cum illo habebat sicut facit infra, quando ipsa mater ei grauatur, & inuenio nunc qd ita illum tex. intelligunt Repe. licet non ita probent.

Secundo facit idem §. fin. aliter inductus vt per præceptorem meum Soc. Nam sicut ibi differtur fideicommissum ne alias apud nurum fuisset inutile primum fideicommissum: ita hic ne alias ipse filio vel seruo fiat inutile fideicommissum eis relictum. debet fieri dilatio, quæ consequentia secundum eum duplici ratione probatur vt per ipsum.

12 ¶ Sed responderi potest primo, qd argumentum sumitur ex diuersis, igitur &c. l. inter stipulantem §. sacram, versicu. sed hæc dissimilia, de verborum obli. cum simi.

13 ¶ Et ad primam rationem Soc. dici potest, qd coniunctio sanguinis non arguit prædilectionez circa bona nostra, quia illa persona dicitur nobis magis circa bona dilecta, quæ magis per nos honoratur.

Præterea illa sua ratio peccat, quia sumus in terminis longe distans, nam ibi dilatio nocet persone, de cuius dilectione agimus, & cui restitui debebat: hic vero prodesse, & sic ibi minus dilectus plus haberet. Vnde videtur qd argumentum possit retorqueri, vt. quemadmodum ibi non inducitur illud, quod prodesse nepoti dilectissimo, svt statim fideic. debeatur, ita hoc non debet induci, & fortius, quod prodesse possit huic filio vel seruo minus dilecto quo ad testatorem scilicet vt differatur.

Secunda vero ratio eius non concludit, nec in casu nostro attenditur, nam si pater ipse instituat, & filio grauetur, omnes fere fatentur fideicommissum non valere, & tamen attenda ratione Socin. nostri deberet differri, vt dispositio diceretur ad possibilita adaptata.

Præterea dici potest quod immo ad possibilita adaptando dispositionem, dicuntur pater vel dominus inuitati ad pietatem quandam & pudorem, vt. s. patiantur filium ver seruum habere, arg. l. pen. §. illo C. de necess. seru. hæred. inst. & plene tradunt luc Repe. & infra aliquid dicam.

Secundo principaliter ad d. l. epistolam §. fi. responderi potest sm Petr. de Betu. qd verba illa, facias perueniri &c. illud inducitur, quia videntur ex sui natura importare dilationem. vsque ad mortem grauari arg. l. pure, in prin. j. ad Treb. Et hoc vñ verum, etiã si ab initio restitutio vtiliter fieri potuisset, prout sunt termini d. §. fin. vt vñ tex. in l. Pamphilo, in prin. de le. 3. ubi adeo fit dilatio in mortem grauari, quia dictum fuerat, scio omnia peruentura &c.

secus autem esset si diceretur, quicquid ad te peruenerit, restituas & tunc enim incontinenti fieret restitutio vt l. vxorem §. fin. de leg. 3. ex quibus tollitur reprobatio Domini mei Soc. ad ratione Pet. Et hoc mihi verius videtur circa d. l. epistolam §. fina. quam secundum Pau. de Castr. & alios dicere, quod ibi fit dilatio fideicommissum apud nurum inutile sit, quoniam in d. l. vxorem, §. fi. fit restitutio incontinenti & tamen fideicommissum apud vxorem remanet inutile. Et ista responsio conuenit etiaz ad inductionem Bar. posito qd in d. §. fin. nepos ille fuerit institutus prout per gl. ibi & alios communiter intelligitur. Dico .n. qd non ex eo fit dilatio, sed propter verbum illud facias perueniri, quod dilationem quandam importat per prædicta.

14 Tertio pro opin. Bar. & communi facit l. filiam, infra de aur. & arg. leg. alleg. hic per Bar. sed respondetur, quod immo facit in rium, quia cum decisio illa fundetur in verbo seruandi. ¶ Quod videtur quandam dilationem importare, innuens secus esse, vbi verbum illud vel simile defuisset per doct. & Repe. hic, & aliquid super isto tex. infra dicam.

15 ¶ Quarto arguitur sic, quando constat de vehementi voluntate testatoris, dispositio conferuatur eo modo, quo potest l. cum pater §. filius matrem de le. 2. & l. codicillis §. fi. eo. tit. Sed in proposito cum testator prius filium tuum instituerit, & deinde te grauent, vt ei restituas, & sic geminauerit dispositionem in filium, aperte videtur constare de vehementi eius voluntate, ut filius habeat, ergo valere debet, vt potest, & per consequens fideicommissum debet dici dilatatum in tempus existentie sui iuris, cū alias esset inutile, & hæc allégat hic Alex. pro ratione diuersitatis inter primam & secundam conclusionem §. positas, & magis de clarando prosequere vt per Soc. nostrum. Comprobatur secundum Alex. per l. fideic. §. si filio de leg. 3. ibi, sed intelligi hoc potest, non .n. videtur negandum, quin testator ita velle videatur per prædicta, ergo &c. Cumulat ad hoc plurima Rep. ut per eos. Sed licet ista plurimum videantur vrgere tuendo aliam partem rûde 16 ri potest. ¶ Et primo aduertendum est, quod an si quod ago ut ego non valeat, valeat vt valere potest, uia est brocardica cuz & sepe deciditur quod non, vt l. an inutilis, j. de accep. & l. i. §. si uider quis §. de const. pecu. tradunt Bar. & alij in l. j. §. si quis ita, de uer. obl. & in proposito pater, qd pater institutus simpliciter filio suo grauatur, tunc enim non valet pure, vt fit, nec etiam dicitur dilatatum, prout fieri poterat, ut concludit Bar. & sequuntur Docto. & infra dicemus.

Non obstat modò quod videatur apparere de vehementi voluntate testatoris, quia negatur in proposito vt sufficiat ad inducendam suspensionem. Nam cuz dispositio testatoris fuerit pure facta, non potest suspendi, vt infra dicam, & tamen de eius voluntate constat, vt scilicet tunc valeat, quod cum esse non possit, potius debet dici nulla, quam quod suspendatur. ¶ Nec quicquam facit allegata geminatio, quia primo dici potest, quod hic non sit geminatio super eodem actu, nam prima fuit institutio hæredis, quæ postea non fuit iterum facta, sed fuit grauatus pater de restituito per fideicommissum, quod est diuersum ab hæredis institutione, vt de se constat. Et ultra etiam dici potest, prout & Rep. dicunt diuersitate cõsiderari, quia institutio fuit præfisa, fideicommissum vero tantum iniunctum pudori patris, vel domini, vt sic ad pietatem videantur inuitati, iuxta d. §. illo, illud autè quod dicit Bar. in l. cum scimus C. de agri. & cens. li. i. (si Bart. est doct.) procedit quando idem actus in indiuiduo reiteratur.

Præterea, & nota hoc, dico quod virtus geminationis aliquid actus facit, qd ille actus prout fit, veritatem arguat, & ei contradici non possit, & ita procedit doct. Bart. in d. l. cum scimus, dum loquitur de confessione. Sed esto quod hoc fiat in casu nostro, vt inducatur veritas grauaminis, quam nemo negat, non tamen istud grauumen quicquam operabitur ultra regulas iuris, & sic cum pure fuerit factum, non poterit recipere suspensionem, ut dixi & etiam infra dicam.

Præterea quod talis geminatio dilationem istam non operetur ostenditur, quia alias, & quidez fortius si dominus institutus pure seruo suo ad idem grauetur bis vel ter, deberet valere, cum esset geminatio super eodem, quod nemo diceret, & esset contra regulam §. an seruo, Inst. de leg.

Et quod in proposito allegata geminatio non sufficiat, aperte probatur per d. l. filiam, de aur. & argen. leg. vbi in filiam fuit collata geminata voluntas matris, & tamen non fieret ibi dilatio, nisi fuisset appositum verbum, seruandi, vt clare vult ille tex. Conantur Repe. & alijs. modis tollere istud argumentum de geminatione, sed per te videas, & prædicta satis sint.

18 Non obstat d. §. si filio, quia illud intelligi debet per aliqua verba tale quid importantia, vt ibi ponitur exempluz, ¶ quod licet non restringat regulam vt l. damni infecti, la secunda in fi. j. de damn. infecti. l. i. §. quod vulgo, j. de vi & vi arm. cap. i. ne cler. vel mona. & l. regula §. cum sim. supra de iu. & fact. ign. tamen declaratur vt procedat in exemplis similibus & habentibus eandem rationem, iuxta not. in cap. sedes. de rescript. & traditur i.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Cum filiofam

lunt responsum, C. de tranfact.

Et no. quod in d. §. si filio, erat institutus pater, quo casu secundum omnes absque aliquo verbo dilatio non valeret vt in secunda conclusione supra posita, & infra dicam. Vel etiam dici potest tollendo inductionem Alex. quod in casu nostro illud intelligi non potest vt ex prædictis constat.

Quinto pro communi op. allegat Dominus meus Soc. l. si cui §. si. de condit. & demonst. & l. quamuis, C. de fideicommiss. inducendo, vt per eum.

Sed tamen responderi potest, primo quod argumentum ex illis iuribus, si recte consideretur, tendit quod pater in casu nostro cogatur filium emancipare, quod tamen communiter per doct. improbatur, vt infra dicemus, ergo &c. & hoc videntur velle Re pen. in prima solutione.

Nec obst. illa iura, quia in eis rogatus emancipare, tenetur restituere consecutiuè pro implenda voluntate testatoris, qui non ad aliud rogauit filios illos emancipari, nisi vt sui iuris facti, eis restitueret hereditas, sed in casu nostro non potest dici quod pater fuerit rogatus restituere, vt filium emanciparet, ergo &c.

Secundo etiam responderi potest, quod ibi onus emancipandi fuit validum & pure iniunctum, vt si statim expleri debeat, vt magis communiter tenent Doct. in d. l. quamuis, non sic est in casu nostro, in onere restituendi, vt ex prædictis patet. cum ergo in illis iuribus dispositio pure valeat, non potest ex eis argui, quod in casu nostro fideicommissum differatur, cum nullum verbum sit appositum, quod talem dilationem importet, alias illud videretur d. l. filiam, de aur. & argen. lega. vt hic per Repetentes.

Sed aduertendum est, quia ista iura videntur aliter posse induci, videlicet, si in eis ex præsumpta mente defuncti inducatur, fideicommissum validum, vbi testator de fideicommissum nullum verbum fecit, fortius in casu nostro debet induci, in quo testator de eo expressè disposuit, licet quo ad verba inutiliter, arg. l. vnica, post prin. C. de rei vxo. act.

¶ Sed & ad hoc respondetur, & dico quod regula d. l. vnica, pcedit, quando lex inducit aliquid indistincte per se, non confidendo quod fiat per contrahentes, quod non est in casu nostro, nã in l. quamuis, cum sôcia, fideicommissum non inducitur a lege simpliciter, sed ex præsumpta voluntate testatoris, vt iam dixi, quæ voluntas in casu nostro negatur, quia dicimus quod voluit pure valere eo modo, quo potest, & sic vt videatur iniunctum tantum pudori & pietati paternæ secundum prædicta per d. §. illo.

A D D I T O. Et argumentum procederet, quando testator qui rogauit filium illum emancipari, fecisset aliquid verbum de fideicommissum, licet quo ad verba imperfectè, nam tunc lex fortius vellet restituere, sed in casu nostro non ita est, quia non rogatur pater emancipare filium. Et sic dico quod argumentum valet ad data paritate terminorum.

Sexto vltra Doct. pro communi op. facit l. si legatarius §. si. de leg. 3. vbi relictam filiam a patre differtur in tempus mortis. Sed respondere potest, quod illud fit, quia verba de quibus ibi, illa scilicet, eo amplius &c. talem dilationem important. Præterea ibi pater erat institutus, quo casu etiam secundum communem opin. fideicommissum factum filio non valeret absque aliquo verbo dilatio vt est dictum.

Septimo facit l. cogi §. si pater, ad Treb. inducendo a fortiori. Nam si valeret pure relictum fideicommissum filio a patre instituto, vt est ibi casus, cum dicatur quod pater cogi potest adire ergo fortius valere debet si filius fuisset institutus, vt est casus nostrus. Sed pro solutione aduerte, quia cur valeret ibi fideicommissum, dic vt dicam in responsione sequentis argumenti.

Cur autem statim etiam durante patria potestate secundum vnam opinionem, que mihi videtur verior, cogatur pater adire & etiam restituere, quicquid ibi dixerat glo. dicas secundum Bar. ibi, & in l. Imperator, in princ. eo. tit.

¶ Illud est, quia recusando pater adire, videtur quodammodo dilapidare & fraudem fideicommissum facere, igitur filio eo modo succurritur, arg. d. l. Imperator.

Demum pro op. Bar. facit l. i. §. si filio, eo. tit. ad Treb. in versic. idem est & si ipsi filio &c. vbi præsupponitur validitas fideicommissi, quo pater filio instituto grauatur, nec ibi præsupponuntur aliqua verba dilatio, & quod loquatur ille tex. quando fideicommissum fuerat pure relictum, videtur probari, quia in præcedenti casu quando extraneo pater grauabatur, sine dubio præsupponitur potest quod pure grauaretur, sic ergo videtur dicendum in dicto versic. idem est &c. in ter quem & præcedentem sola est diuersitas in persona fideicommissarij.

¶ Sed tenendo aliam partem respondetur, quod ibi debet præsupponi fideicommissum, eo modo factum, vt valeat, & hoc pro firmo præsupponit Iuriconsultus, super eo enim non fit disputatio, sed tantum disputatur, vtrum quando sit restitutio, habeat locum remedium Treb. Senatusc. de quo ibi? vnde in ceteris terminis præsupponuntur habiles, arg. l. qui testamento, in princ. §. de test. & dixi §. in 2. lect. ergo sequitur, quod pater ibi euz verbis di-

latiui, fuerat grauatus, cum alias non valisset fideicommissum per se perius deducta. Nec ob. quod extraneo pater potuerit pure grauari quia dico, quod non sunt in eo præsupponendi termini similes cum vno casu valeret, alio non. Nec ibi exprimitur quod pater extraneo pure grauaretur, in quolibet ergo casu præsupponitur fideicommissum sic factum, vt valeat, cum tantum disputetur ibi de translatione actionum, quomodo autem fuerit factum, neutro casu exprimitur, sed alias secundum iuris regulas declarari debet.

Et hæc eadem declaratio fiat, cur in d. l. cogi. §. si pater, valeret fideicommissum, quia, si præsupponitur ibi factum eo modo vt valeat, cum super eo non fiat disputatio, sed tantum an pater cogi possit adire. Et hoc circa illum textum sentit Claud. dicens ita voluisse Imol. Cuman. Roman. Paul. de Castr. & Alexand. vt per eum.

Et ex his patet non obstare legem nostram, quia, licet Alex. dixerit quod aliter intelligi non potest, quam secundum op. Bartol. & communem tamen dico aliud esse, quia cum hic solum disputetur ex cuius persona sumat vires fideicommissum, præsupponitur in ceteris termini habiles, & sic quod in fideicommissum erit aliqua verba suspensiuè per prædicta, & dixi etiam in 2. lect. & per consequens patet legem istam aliter intelligi posse, quam dixerit Alexand.

Et ex his constat op. Old. & seq. contra communem ab omnibus pro communi opinione adductis optime defendi posse. Quia in seruo tenuit etiam Claud. licet in filio dubitare videatur, nec quicquam firmet. Immo in seruo plus dicit, vt. non valeat fideicommissum etiam quod fuerint verbo dilatio, de quibus in d. l. fideicommissa §. si filio, de leg. 3. Ex quo in eo non speratur libertas per mortem Domini vt per eum, quod est pulchrum & nouum dictum, & an sit verum, infra patebit.

Sed nunc vela vertamus, & primo pro opinione contra Bar. & communem allegat Pau. de Castr. in l. quidam ita §. si seruo, ad Trebellian.

Sed tenendo Bart. & communem opin. respondetur, quod ille 22 tex. facit a contrario sensu, quod argumentum non sumitur, vbi ex eo resultat absurdum aliquod l. conuenticulum, vbi Bald. C. de epi. & cler. tradunt Doct. in l. i. §. huius rei §. de officio eius cui mand. est iur. ergo &c. resultaret. nisi absurditas, quod dispositio testatoris nulla esset, quamuis vehemens eius voluntas in ea cognoscatur, contra iura & rationes supra pro communi opinione allegatas.

Vel secundo dici potest, secundum Repet. & ille tex. retorquetur, si legendo punctaueris ibi, hæreditate, & ita ipsi asserunt in libro eorum punctari illum tex. Et subdunt quod ista solutio est tior præcedenti. Mihi tamen videtur falsa, primo quia communiter reperitur punctus post verbum, cum liber esset. Secundo, quia si verba illa cum liber esset, ad decisionem referantur, vt ipsi volunt, non conuenienter diceretur, vile est, sed vile erit, legi deberet, vltra quod etiam congruentius debuisset tunc legi, cum liber erit. Tertio quia tunc illa decisio videretur contra dictum §. an seruo, Inst. de leg. 1. ergo solutio tior est.

Potest tamen vltra prædicta tertio responderi, quod ibi loquitur in seruo, in quo non ita de facili speratur existentia sui iuris, nos vero loquimur in filio, qui saltem morte patris fiet sui iuris. prout dicebat Imo. circa secundam conclusionem Bar. sed de hoc §. dicam, quia dictum Imo. communiter reprobatur.

Secundo §. Bar. facit l. vbi pure, in prin. ad Treb. in sui generalitate, dum vult, quod tunc fideicommissum differatur, quod fuit adiectum aliquod verbum illud importans, ergo &c. Sed respondere potest, quod ibi loquitur, quando pater erat institutus, sicut loquitur, fideicommissa §. in filio de leg. 3. Quod ex frequenti vsu suadet, quia scilicet fideicommissa ab hærede relinquuntur solent.

Vel secundo dici potest, quod ille tex. facit a contrario sensu, quod admitti non debet propter absurdum, quod sequeretur, vt modo dicebam circa primum argumentum.

Tertio allegatur regula §. an seruo, præalle. & licet ibi loquitur quod dñs erat institutus, tñ secundum Cuman. & Are. idem dici debet si seruus fuisset institutus, cum nulla bona ratio diuersitatis allegari possit, nam conditio propter eundem effectum vno que casu videretur subaudiendo, videlicet quia parum diceretur fideicommissum inutile esset propter acquisitionem, que patri vel dño fieret. Sed tamen rñderi potest quod immo ratio dñe est vehementer testatoris voluntas, vt valeat fideicommissum, quod filius erat institutus quaz alias per prædicta. Quarto §. Bar. alleg. optimus tex. in d. l. filia, de aur. & arg. leg. in rōne sui. Et dicitur §. D. meum Soc. quod licet ibi ponatur illa ratio, tñ non negatur quod & alia rōne fundetur illa decisio, videlicet quia pater filiam instituta erat grauatus, non satisfacit, imo ex eo vt destrui ille tex. qd nihil aliud esset, quod dicitur, quod illa non sit bona ratio, & argum. qd inde sumitur, est a ratione cessante, quod in iure optimum est iura vulgaria, & vt verum fateor iste tex. plurimum facit §. Bar. Si tamen vis ueri op. Bar. respondeas, quod ille tex. loquitur ex

tra terminos nostros, ibi enim pater non acquirit hæreditatē, vt per mediam personam filii, cum illa non fuerit hæres, sed acquirit suo iure ex expressa prouisione testatoris vt substitutus, hic vt 24 ro secus, † vnde argumentum velut ex diuersis sumptum, non probat per iura vulgaria. Adde quod ex quo illa filia repudiavit, & sic re ipsa non fuit hæres, perinde est ac si non fuisset instituta, & sic re ipsa geminatio non interuenit, arg. l. quartæ, supra de auth. tut. & sic in effectu videtur relictum fieri a patre instituto, nimirum ergo si requiritur verbum dilatum.

Possit etiam dici q̄ in d.l. filium, non apparet de vehemēti voluntate per geminationem super eodem, quia institutio fuit super vniuerso, fideicommissum vero super rebus particularibus, hic vero etiam fideicom. fuit super vniuerso, & ita quidam disputando dicebant. Sed quia ex hoc restringitur communis conclusio, de qua disputamus ad fideicommissum vniuersale, cum per doct. generaliter ponatur, & l. nostra etiam loquitur in particularibus fideicommissis. ista responsio non placet.

Contra quam etiam facit, quia vere etiam in d.l. filiam, consideratur geminatio in rebus relictis per fideicommissum, quoniam cum illi filii per prius fuerit relicta hæreditas, etiam illæ res particulares, in ea contentæ fuerunt relicte. tene ergo solutionem præcedentem.

Quinto secundum Repeten. facit contra Bar. quia cum iste sermo, grauo vt filio restitutus, secundum eius sonum & figuram verborum, item & secundum proprietatem, importet actum purum, non debet posse dici conditionalis, ergo &c. vt per eos.

Sed considera, quia tuendo Bar. dici potest, illud procedere, q̄n 25 alias aliquis sermo, pure acceptus, validum actum operatur, † sed vbi aliter valere non potest, omnis interpretatio admittenda est pro conseruatione & validitate actus, per l. quoties, supra de reb. dub. & l. quoties, de verborum obligatio. cum similibus.

Facit & sexto secundum eodē, † quia dispositio debet semper intelligi secundum qualitatem personæ, ad quam refertur l. lex militari, & ibi dicit Bal. s. de milit. testa. facit l. plenum. §. equi. §. de vsu & habit. cum sim. igitur fideicommissum filio, vel seruo relictum, inspecta ipsorum qualitate, dicitur relictum, vt statim patri vel domino reacquiratur, & per consequens non valebit per l. qui sic, infra de sol. Vel saltem dicamus, q̄ solum operetur, vt pater, vel dominus restituat solum pietatis intuitu, & sicut patiantur realiter rem ipsam esse apud filium, vel seruum, iuxta dicit. l. pen. §. illo. C. de necess. her. institutum.

Sed ad hoc responderi potest, q̄ regula illa procedit in dubio, sed in casu nostro constat de alia voluntate testatoris, qui dicitur omnino voluisse, q̄ filius, vel seruus realiter, & vere habeant, si enim solum voluisset testator per eos patri, vel domino quæri, satis erat filium illum, vel seruum primo instituisse absque eo, q̄ iterum ei per fideicommissum relinqueret. Nec videtur conuenire, tam vehemēti voluntate testatoris, q̄ filius, vel seruus de facto habeant, si patris, vel domini pietati videbitur. Nec præterea est alienum a qualitate filij, vel serui, q̄ eis fideicommissum debeatur, cum sicut sui iuris, vt d.l. vbi pure, ad Trebel. & d.l. fideicommissa. §. si filio, de legat. 2.

Septimo secundum Clau. de Seyfel. inuitabiliter contra Bar. 27 facit l. nostra, in fin. iuncta regula l. 3. §. eod. † nam si conditio illa semper inesset in fideicommissio relicto filio, vel seruo, vt scilicet debeatur, cum fuerit sui iuris, vt dicit Barto. & communis opinio, certe eius expressio nihil deberet operari per d.l. 3. quod est contra finem l. nostræ, vbi si exprimitur post mortem patris operatur, vt dicatur conditionale, & impedit translationem, cum dicat text. quod filio præmoriēte pater omnimodo retinebit, vt latius per eum.

Sed tuendo communem responderi potest vltra responsionem, quam ipse ponit, quæ videtur multum extranea, nec conuenit verbis text. nostri, & dico, q̄ Bar. met. perpendit in vltima oppositione, quam format in fi. quartæ partis, vnde ex mente Bart. ibi respondetur, q̄ non est verum exprimi quod tacite inerat eo modo prout inerat, nam inerat quocunq̄ modo fiat sui iuris, & exprimitur tantum vnus casus, scilicet per mortem patris. Et vltra etiam dico, q̄ mors patris non dicitur tunc expressa principaliter, vt filius per eam fiat sui iuris, sed vt pater interim habeat, & fruatur. Nec est verum, quod Claud. dicit sub illa expressione mortis contineri omnes casus, quibus filius fiat sui iuris, vt patet ex his, quæ dixi super prima glo. reprobando ibi Imol. & Alex. Et ex his patet etiam opin. Bart. ab allegatis in contrarium de fendi posse, & sic articulum esset hinc inde disputabilem, prout supra dicebam.

Et licet ista opinio Bar. & communis, videatur multum æqua, mihi tamen in puncto iuris magis placet opinio contraria.

† Pro qua vltra prædicta moueor, quia actus, & dispositiones morientium pure ordinatæ, vel valent statim, vel si non possunt valere, potius dicuntur nullæ, quam suspensionem aliquam recipiant, vt probatur in l. si. supra com. prædio. & est bonus text. in l. cum filius. §. seruus, de lega. 2. Cum autem pater pure grauetur in

casu nostro filio restituere, & statim valere non possit, debet potius dici tale fideicommissum nullum, quam suspendi. Præterea cum pluribus argumentis supra pro ista parte factis fuerit responsum pro ea, quæ ponuntur in quarto arg. pro opinio. Bart. & illa fuerit suo loco conuenienter resoluta, & iuridice sublata, sequitur, vt eis non obstantibus pleraque argumenta contra Bar. remaneant in suo robore, maxime tertium, quintum, & sextum.

Plurimum etiam facit d.l. filiam, quarto loco allegata, in quali ceter pater non acquirit per mediam personam filij, negari tamen non potest ibi interuenisse geminationem, vt etiam supra dicebam, & sic apparere de vehemēti voluntate testatoris, quæ tamen per se non operabatur, nisi esset appositum verbum illud seruandi, vt in tex. dicitur. Nec ex repudiatione filii tolli potest illa geminatio, & vehemens voluntas testatoris, cum illa sit facta, licet quo ad ipsam filiam sit perinde ac si non fuisset hæres instituta. Concludatur igitur fideicommissum de quo agimus non valere, vt aliquo modo, vel casu pater ad eius restitutionem compelli possit, sed solum dicitur commissum pietati paternæ per prædicta.

† Sed nunc oritur pulchra quæstio, posito q̄ cuiusmodi fideicommissum pure relictum, valeat: vtrum scilicet pater qui filium adire iussit compellatur eum emancipare? In qua quæstione Cyn. post Iac. de Rauē. tenuit, q̄ possit cogi, quia secundum eos talis videtur fuisse intentio testatoris. si enim voluit filio restituere intelligendo cum effectu, iuxta l. pen. §. docere, in fin. s. ne quis eum qui in ius vocan. est vi exi. in necessariū antecedens dicit voluisse, q̄ prius emancipetur, ex quo alias restitutio fieri non posset, arg. l. 2. s. de iurisd. omn. iud. & l. ad legatum, supra de procura. cum sim.

† Et ista voluntas testatoris dicitur approbata per patrem dux iussit filium adire, sequitur ergo, vt eam implere teneatur, arg. l. si cui, in princ. infra de condi. & demonstra.

Pro hoc etiam allegatur l. quamuis. C. de fideicom. vbi rogatus filium institutum emancipare, tenetur etiam ei restituere, sic ergo contra dicendum videtur in casu nostro, & fortius, nam ibi emancipatio absque restitutione valuisset, & restitutio fit tanquā quoddam consequens voluntatis testatoris, quia scilicet non ad aliud videtur rogasse filium illum emancipati, in casu vero nostro restitutio de iure fieri non posset non emancipato, in necessarium ergo antecedens voluntatis testatoris dicendum videtur emancipationem fieri debere.

Sed Imo. hic & post eum Alex. contrarium tenent, quod etiam voluisse videtur Pau. de Cast. in l. cogi. §. si pater, j. ad Trebell. & sequuntur hic Repeten. & est communis opin. quæ fundatur in regula l. filiusfam. §. secundum vulgarem, infra eo. Et fuit hoc de intentione glo. primæ hic, in prin. vt per Alex. Cumulat Repeten. plur. pro ista opinio, quæ in effectu reducuntur ad hoc. † Testator grauando patrem de restituendo, dicitur sub quadam tacita conditione grauasse, scilicet cum filius fuerit sui iuris, vt dicitur communis opinio in præcedenti artic. Quo posito, sequitur, q̄ illud debeat expectari, non autem q̄ pater rogatur emancipare, vt l. si ita esset, infra quando dies leg. ced. l. filiam, de auro & arg. leg. l. filijs matrem. C. de inofficioso testam. l. vbi pure, in princ. infra ad Trebel. & l. fideicommissa. §. si filio, de leg. 3.

Et ratio est, quia cum existentia sui iuris ponatur in conditione, non potest dici super ea aliquid dispositum, iuxta l. si quis sub conditione, supra si quis omitt. caus. testam.

Pro ista opi. vltra eos primo facit, quia si pater emancipare teneretur, quicquid ex ea causa acciperet, turpiter acciperet. l. pe. ch. glo. 1. supra de cond. ob. turpem causam. hoc est falsum, quia non turpiter capit. l. vtrum turpem, de verborum oblig. ergo &c.

† Secundo facit quia emancipatio dicitur actus iurisdictionis voluntaria. l. 2. supra de offi. proconf. & leg. ergo ad eam quis compelli non potest.

Tertio, quia non valet grauamen iniunctum non honorato. l. ab eo. C. de fideicom. & plene diximus, supra in 1. parte l. nostræ, sed pater in nullo dicitur honoratus, ergo &c. Et licet pater per mediam personam filij videatur honoratus, iuxta dicta supra in quinta conclusioe primæ partis, tamen ex quo est grauatus restituere, & restituendo filio nihil detraheret, vt hic in vers. ipsi vero filio, &c. non dicitur inspecto effectu in aliquo honoratus, quod ei remaneat, & hoc voluit glo. in d.l. cogi. §. si pater, in glo. 2. prop. finem, & videtur hoc probari in d.l. si cui, quam ibi glo. allegat. nam cum ideo ibi cogatur pater emancipare, quia agnouit, quod ei erat relictum, innuitur a contrario, eum non esse cogendum, si mihi realiter consequi posset.

Comprobatur hoc per l. ita tamen. §. si. infra ad Trebel. alle. hic 33 per Repeten. aliter tamen inducendo, quam ipsi faciunt, nam si ibi Dominus expresse rogatus seruum manumittere, ad id non cogitur, nisi resilio ei percipio serui licet agatur de libertate, cuius fauore multa contra regulas communes inducuntur, vt §. si. Inst. de donat. minus debet hic pater cogi filium emancipare cum nihil commodi sit inde percepturus, tum quia de eo non fuit expresse rogatus, tum etiam, quia non agitur de re tam fauorabili prout est libertas.

† Et

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

Et istam opinionem tuendo, nō obſt. adducta per Iaco. & Cy. quia ſecundum Imo. & Alex. ad primum reſpondetur, negando talem fuiſſe teſtatoris intentionem, & licet voluerit filio inſtituto reſtitui haredem, dicitur hoc fieri voluiſſe demum, cum fuerit ſui iuris, per d. l. vbi pure, cum ſimi. ſupra alleg.

Secundo non obſt. d. l. quamuis, quia ſecundum Alex. ibi conſtabat teſtatoreſ voluiſſe filium inſtitutum emancipari, cum illud expreſſe patri iniunxerit, ſecus in caſu noſtro.

Sed caue, quia Iac. & Cy. hoc faterentur, nec enim inducunt illum text. per ſenſum directum, quo caſu valida eſſet reſponſio Alex. ſed inducunt per ſimile, vt ſupra deduxi.

Igitur ad illam inductionem reſponderi poteſt, q̄ ex diuerſitate rationis tollitur argumentum, nam ibi rogatus emancipare, cogitur etiam reſtituere, quia reſtitutio fuit ſinis, & cauſa, propter quam ſolum pater fuit rogatus emancipare, & aliter non ſatiſficeret voluntati teſtatoris, in caſu vero noſtro expreſſa reſtitutio per teſtatoreſ ex eius mente fieri poteſt, abſque eo q̄ cogatur pater emancipare, & fiet, cum filius ſui iuris erit, vt concluditur in præcedenti articulo ſecundum communem opinionem.

Licet ex prædictis iſta communis opinio contra Iaco. & Cy. videatur optime fundari, arbitror tamen diſputando trium tene ri poſſe, loquendo ſcilicet in terminis, de quibus ſupra, videlicet poſito, q̄ fideicommiſſum patri pure iniunctū valeat. Dico enim, q̄ eo dato pater, qui adire iuſſit, compellatur emancipare.

Et aduertendum eſt, quia non diſputo hoc, tenendo in præcedenti articulo q̄ valeat ſecundum communem opinionem, hoc eſt q̄ dicatur dilatū in tempus exiſtentia ſui iuris, ſed ſimpliciter præ ſupponendo, q̄ valeat, nam ſi communem opin. præſupponeret in præcedenti articulo abſque dubio faterer, patrem nō poſſe ad emancipandum compelli. Ponatur ergo conſuſio, q̄ poſito ſimpliciter, q̄ valeat, melius eſt q̄ pater emancipare compellatur, q̄ q̄ in tempus exiſtentia ſui iuris differatur. Et ex hoc patet reſponſio ad omnia adducta hic per Repetent. & ad alia quedam ſupra pro communi opin. alleg. vt infra dicam.

34 † Et moueor principaliter, quia vt iam dixi, actus morientium, pure diſpoſiti, vel nulli ſunt, vel valent ab initio, ita vt ſuſpenſionem non recipiant. d. l. ſi ſupra communia prædio & d. l. cū filius. §. ſeruus, de leg. 2. Si ergo iſtud fideicommiſſum valet, debet in continenti & ab initio valere, & effectum ſortiri; hoc autem eſſe non poteſt, niſi filius emancipetur, igitur in neceſſarium antecedens fatendum videtur, q̄ debeat emancipari ex voluntate teſtatoris. † Ad quod in ſimili facit §. idemque iuris, Inſtit. qui & ex quibus cau. man. non poſſ. vbi ſeruo haredi ſcripto in neceſſariū antecedens, cenſetur relicta etiam libertas, licet de ea nihil fuerit dictum. Hanc autem voluntatem teſtatoris in caſu noſtro pater ſciens iubendo filium adire, dicitur eam approbare, prout eſt & ſic quodammodo ſibi ipſi onus emancipandi iniungere, ergo &c. Facit d. l. ſi cui, in prin. de condi. & demon. in ratione ſui ibi; ne circumueniatur &c. Satis enim circumueniretur voluntas teſtatoris, ſi pater illam implere recuſaret, poſtquam eam approbauit iubendo filium adire.

Non obſt. modo alleg. in contrarium, nam primo ad d. §. ſecundum vulgarem, reſpondetur, vel q̄ ibi non præſupponitur pater feciſſe aliquid, per quod dicatur agnouitſſe & approbaſſe voluntatem teſtatoris, prout in caſu noſtro. Vel q̄ ibi loquitur ſecundum vulgarem & ſtricteſ rationem iuris, & iure actionis. nos autem loquimur ex æquitate & per officium iudicis extraordinarium, vt d. l. ſi cui, & dixi in ſimili ſupra in prima parte in quarta limitatione tertiæ conſuſionis.

Non obſt. ſecundo loco adducta ex intentione repetentium, quia vt ex prædictis conſtat, illa procederent ſi præſupponeretur in totum communis opinio in præcedenti articulo, quod non fa- cimus, vt iā dixi. Dico, ergo, q̄ teſtator in caſu noſtro, nec expreſſe, nec tacite poſuit exiſtentiam ſui iuris in conditione; ſed dicitur tacite ſuper ea diſpoſuiſſe, vt. ſtatim filius emancipetur ſecundum prædicta; ſequitur ergo q̄ non debeat talis exiſtentia expectari, ſed q̄ pater, qui iam iubendo filium adire, voluntatem teſtatoris approbauit, emancipare teneatur. Et ex his patet reſponſio ad illud quod primo vltra doct. adducebam, ideo enim in d. l. vtrum turpem, non turpiter accipit pater, quia non tenebatur emancipare, eo q̄ exiſtentia ſui iuris fuerat poſita in conditione.

36 † Nec obſt. ſecundum, quia reſpondetur, q̄ licet emancipatio ſit voluntaria iuriſdictionis, tamen in caſu noſtro pater dicitur ſatis voluiſſe approbando teſtatoris voluntatem, ſibi enim ipſi hanc neceſſitatem impoſuit, ſicut etiam dicitur in dicta leg. ſi cui.

Ad tertium reſpondetur, q̄ regula d. l. ab eo, non procedit q̄ quis ſibi ipſi onus iniunxit, prout fecit pater in caſu iſto ſecundum prædicta, facit l. quod quis ex culpa, infra de regulis iuris.

Præterea ſatis poteſt dici pater honoratus ex quo per filium ſibi quaeritur, & licet nihil ſit apud eum remanſurum, ex hoc tamē non liberatur a neceſſitate emancipandi, quam ſibi iniunxit approbando voluntatem teſtatoris. † & poteſt dici plurimum com- modi, & lucri percipere in eo, quod propriae voluntati ſatiſfecit

iuxta not. in l. pen. ſupra de condiſtio. ob cauſam. Item & in eo q̄ filius eius habebit commodum hereditatis, argu. l. ſcripto, j. vnde lib. & l. nihil. §. 1. de bon. liber. Et q̄ pater non releuetur ab onere emancipandi ex eo, q̄ nihil ſit retenturus, probatur apertiffime in d. l. quamuis. C. de fideicommiſ. vbi nihil pater retinet, & tamē compellitur emancipare. Quod vltra alios inuicibiliter oſtenditur ex fine illius l. ibi obſtricteſ eſſe, & licet referatur ad hareditatis reſtitutionem, importat tamen neceſſario etiam emancipationem. ſi enim non cogetur pater emancipare, non poſſet dici obſtricteſ ad reſtitutionem, cum non emancipatis reſtitutio fieri non poſſet. Nec illi text. conueniret dicere, quod loquitur poſtquam pater ſponte emancipauerat, cum de hoc ibi verbum nullum, immo ſolum videtur illud fundari in voluntate teſtatoris rogantis illos filios emancipari, vt probatur ibi, quia vos ſui iuris &c.

Nec etiam conuenit dicere, q̄ ibi patri fuerat aliquid particulariter relicteſ, vt dicebant ibi Cyn Fulgo. & Paul. de Caſt. & videtur ſequi Iaſ. quoniam magna eſt diuiniatio.

Fundatur ergo decifio illa declarata, vt ſupra, quia pater iubendo filios adire, dicitur approbare voluntateſ teſtatoris, prout erat; & ſic dicitur reſutare patriam poteſtatem, pro eo quod filij eius ſint commodum hareditatis habituri ſecundum prædicta, ſic ergo dicendum eſt in caſu noſtro.

Nec ob. d. l. ſi cui. ver. arbitror tñ &c. in eo quod vñ innuere a contrario ſenſu, quia illud negatur, ſed tantum innuit, q̄ qui non fecit actum, per quem videatur approbare teſtatoris voluntatem, non teneatur, quod ego fateor, ſed dico q̄ in caſu noſtro iubendo filium adire, agnouit diſpoſitionem teſtatoris, in qua continetur, quod filius emanciparetur, igitur &c.

Demum non obſt. d. l. lita tamen. §. ſi. quia primo dici poteſt, q̄ alibi non legitur illud pronomen ſuos, vt ibi per gloſ. quam licet ram videtur ſaluare ibi Imol. † Et ſic cum varijs modis legatur, ex eo non videtur poſſe argui, argumento eorum, quæ dicit Bar. in l. in ambiguo, infra de reb. dub.

Vel ſecundo, tenendo præciſe literam cum pronomine, ſuos, vt facit ibi Bar. reſpondetur ſecundum eum, q̄ ibi fuerat a teſtatore expreſſum, q̄ precium ſeruatorum retineretur, & ſic legendo illum tex. punctabis poſt verba illa, detracto precio ſeruatorum.

Vel tertio reſpondetur, poſito, q̄ illa non fuerint verba teſtatoris, quod ibi dominus erat inſtitutus, & manumifſo erat ad onus hareditatis, merito dominus ante reſtitutionem detrahit ibi precium ſeruatorum.

39 † Et aduertendum eſt, q̄ ibi non eſt quaſtio de libertate impoſtenda, nam illi ſerui ſunt omnino manumittendi, ex quo dominus adiuu hareditatem, ſed tantum eſt quaſtio, an dominus ex hareditate poſſit precium ſeruatorum retinere, & determinatur q̄ poſſit, cum hareditas ſoluendo eſſet, & quod plus eſt, et quarta Trebellianica retinebitur, vt per gloſ. & omnes ibi. Sed ſi hareditas non fuiſſet ſoluendo, nihil poſſet dominus retinere, non tamen ideo minus teneretur manumittere, cum iam ſponte aduenit, arg. l. Imperator. §. ſi ceterum, de leg. 2. & ita intelligunt ibi Bar. & alij circa oppoſitionem, quæ ibi ſit de d. §. ſi centum.

Et nota, q̄ pretium ſeruatorum ibi detrahitur, quia certum, & certum eſt, cum ſeruitus æſtimabilis ſit. Et ideo infero ſecus eſſe, ſi in eo caſu hares rogaretur filios emancipare, & illis reſtituere, 40 † nam ſponte aduendo teneretur emancipare, & reſtituere nihil retento propter patriam poteſtateſ, quia illa inæſtimabilis eſt, vt. d. §. ſecundum vulgarem, & ita declarando, patet illum §. ſi. nihil obſtare prædictis. Ex quibus omnibus diſputando remanet deſenſata opi. Cy. & Iac. de Raue. ſuper quib. cogitabis, quia pulla ſunt & ſubtilia.

Hæc ſufficiunt quo ad primam conſuſionem Bar. Eo addito, q̄ quicquid ſupra dictum eſt de filio reſpectu patris, procedat, & de ſeruo reſpectu domini ex identitate rationis, licet plerique alij quo caſu non ita ſenſerint.

41 † Circa ſecundam conſuſionem Bar. quam ſ. ego collegi, videlicet quando pater, vel dominus inſtituuntur &c. eam ſequuntur magis communiter doct.

Sed contra eam plurimum videtur vrgere d. l. cogi. §. ſi pater ad Treb. per quem text. Imo. hic in 4. col. recedens ab opi. Bar. dicit idem dicendum patre inſtituto, quod ſupra fuit dictum filio inſtituto ſecundum com. opi. videlicet, q̄ pater pure grauatus filio, ſub tacita conditione teneatur, cum filius fuerit ſui iuris, vt per eum. Qui tñ conſtitetur communem opin. in ſeruo per l. quidam ita. §. ſi ſeruo, ad Trebell. & per §. an ſeruo. Inſtit. de leg. eo quod in eo non eſt veriſimilis exiſtentia ſui iuris, ſicut eſt in filio, qui ſaltem morte patris fiet ſui iuris, vt per eum.

42 † Sed eius opinio quatenus loquitur de filio communiter reprobatur vt per Alexand. & alios. Et ad d. §. ſi pater, reſpondetur, q̄ ibi præſupponitur fideicommiſſum eo modo factū, vt valeat, ſicut circa illum text. dixi ſupra circa primam conſuſionem Bar. in reſponſione ſeptimi argumenti facti pro communi opinione. Et declarat hic Iaſo. in noua leſtura, Et licet non tam facile ſperetur

spereur sui iuris existentia in seruo, sicut in filio, sperari tamen potest etiam præter voluntatem domini, vt l. si quis in grau. §. v. trum. in fi. §. de senatuf. conf. Syl. & C. quibus ex cau. seruo. pro præ mi. lib. acqui. per totum.

Et ista communis conclusio procedit absque difficultate tenendo contra communem, quando filius vel seruus essent instituti, vt §. circa primam conclusionem Bart. defensauimus. Demum Bartol. antequam veniat ad tertiam partem l. nostræ, format hinc tres oppositiones.

Prima est de l. si idem seruus §. seruo, de lega. 2. ubi innuitur quod si seruo a domino libertas pure relinquatur, statim præstari debet, quod videtur contra l. istam communiter intellectam in eo, quod dicitur fideicommissum differri in tempus existentie sui iuris. Item vltra Bartol. videtur contra id, quod supra conclusimus fideicommissum purum filio a patre relicto, non valere.

Ista oppositio videtur formari infra in quarta parte in glossa super versiculo, patris in fin. licet gloss. aliter intendat inducere vt per eum.

Sed secundum quemlibet modum opponendi, responsio datur per glo. & per Bartol. quod ibi sit speciale in libertate, ut per eos. Secundo opponit Bar. contra istam secundam partem, quantum in ea a contrario innuitur quod si extraneo relinquatur, fideicommissum non sumit vires ex persona patris, vel domini, sed ex persona filij, uel serui, quia immo videtur, quod etiam tunc non debeat ex persona filij uel serui, & per consequens, quod debeat extraneo ex persona patris uel domini, ut videtur probari in l. si alienus, de leg. 2. ibi, nec seruus &c. Istam oppositionem format gl. in tertia parte super ver. quoniam ex persona, in fi. & pro solutione se remittit.

Sed aduerte, quia in d. l. si alienus, videtur ita probari, quod non debeat ex persona domini, sicut nec ex persona serui, ad hoc tamen dicas, quod illud procedit in casu illo, ex eo, quia dominus per seruum non sit hæres, ut in tex. dicitur. Sed ubi fieret hæres per seruum (ut est casus noster) innuitur dominum teneri, & est clarum. Remanet igitur solum oppositio secundam quod eam format Bar. & iam dixi.

Ad quam responderet Bar. ut per eum, & eius solutione declarata & defendit ut per Repet. col. 27. versic. collige sexto &c.

¶ Et nota declarationem ad tex. nostrum, quam ipsi ponunt post dominum meum Soc. quod tantum sit dicere patrem extraneis teneri ex persona filij, quantum dicere ex obligatione causata in persona filij. Quod intelligit per iuris interpretationem, nam quantum ad uerba filius non dicitur grauatus, sed cum fuerit ipse institutus, omne onus, quod patri eius iniungitur, censetur per prius ipsi filio iniunctum, & ita causatur obligatio in persona ipsius filij. Si modo ratio naturalis & regulæ iuris non refragentur. Puta, si pater ipsi filio fuerit grauatus, nam illud onus non causatur prius in persona filij, quam tunc sibi ipsi uideretur obligatus, non enim rationem & iuris regulas, ut l. & quidem, §. eo. cum sim. & ideo tunc pater tenebitur ex persona sua, ut hic in tex.

Non omitto quod ad d. l. si alienus potest plenius responderi, quia licet ibi dicatur seruus non teneri, non sequitur ergo dominus non potest ex persona serui teneri, prout dicit l. nostra, maxime cum ibi allegetur ratio, quod ideo seruus non tenetur, quia rogatus non fuit, inspecta veritate & verborum sono.

Hic vero dicimus dominum teneri ex persona serui, non quia vere fuerit seruus grauatus, sed quia per interpretationem dicitur grauatus, cum ipse fuerit hæres institutus, & non dominus, arg. l. peto §. mater de leg. 2.

Vltimo opponit Bart. contra istam solutionem ad d. l. si alienus, de l. Nelenius §. seruo, ad legem Falc. & respondet vt per eum. Ex cuius doctrina facias ditas conclusiones.

¶ Prima sit, quod omnis grauatus, qui non sit institutus hæres, si Falcidiam potest detrhere, dicitur teneri ex persona hæredis instituti, pro quo facit, quia alias non posset Falcidiam detrhere per l. mulier §. fina. infra ad Trebellian. & ideo dominus in terminis dicti §. seruo, tenetur ex persona serui etiam in fideicommissis a se relicto.

¶ Secunda conclusio sit, quod si filio vel seruo institutus ab eis aliquid extraneis legatur, & etiam patris uel domini aliquid fidei committatur, legata & ab instituto relicta, prius præstanda sunt, vt in aliquo per fideicommissa iniuncta patri uel domino non diminuatur, sed successiue præstitis legatis fideicommissa præstari debent. Et ideo ex intentione Bart. inferitur, si in hereditate sint

40. & 30. a seruo instituto legentur, & dominus per fideicommissum grauatur in 10. quod ex istis 10. nihil erit præstandum, quia cum 10. pro Falcidia sint retinenda, & 30. legata a seruo, non debeant diminui per fideicommissa domino iniuncta, sequitur quod illis 30. præstitis & 10. pro Falcidia retentis, nihil amplius remaneat, ex quo fideicommissa a domino relicta præstari possunt, solum erit ergo talia fideicommissa præstari debent, si quid ex dodrante præstitis legatis super fuerit, ut in simili dicitur in l. quia autem, supra si quis omni causa test. secundum quem test. & secundum prædi-

cta intelligi debet doct. Bar. hic. Hæc sufficiant quo ad secundam partem l. nostræ.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater grauatus filio instituto restituere, potest compelli iubere adiri.
- 2 Filius adiens iussu patris an remaneat hæres directus plene discutitur nu. 2. cum 3 2. seq.
- 3 Filius acquirens patri, an & quando acquirat directas actiones.
- 4 Directum ius vniuersalis hereditatis potest distingui a directis actionibus particularibus.
- 5 Substitutus potest admitti licet institutus sit directus hæres.
- 6 Diffio, perinde, solet impropietatem importare, & quando.
- 7 Repetitio dicitur fieri in eo, quod venit interpretandum.
- 8 L. acquiritur, in prin. & §. 1. de acq. ver. dom. declaratur.
- 9 Sinitas vtiliter non transibat de persona in personam, & an sit verum, nu. 9. & 11.
- 10 L. qui in aliena. §. interdum, de acq. heredit. declaratur, num. 10. cum duob. sequent.
- 11 Directum ius hereditatis, & suitatis differunt.
- 13 L. 1. §. si filio, ad Trebell. declaratur varijs modis, num. 13. cum tribus sequentibus.
- 14 Diuinitio toleratur gratia concordandi iura.
- 15 Restituens transfert vtilis actiones, vel eis priuatur, licet restituat habenti directas.
- 16 L. si hæres institutus, ad Treb. nouiter declaratur.
- 17 Argumentum valet de contractu ad quasi contractum.
- 18 Hæres adeundo, quasi contrahit cum legatarijs & similibus, non cum credituribus hereditarijs.
- 19 Ex quasi contractu aditione oriente datur actio ex testamento.
- 20 Vna determinatio plura debet equaliter determinare, & quomodo intelligatur.
- 21 Testari quis non potest de directo iure sua hereditatis.
- 22 Hæres directus potest per fideicommissum recipere.
- 23 Acquisitio, quæ fit patri per filium eius nomine prius in persona filij radigatur.
- 24 Momentanea acquisitio quando consideretur.
- 25 Hæres semel, perpetuo erit hæres.
- 26 Iura directa a nobis nisi per mortem non eradicantur, & quomodo.
- 27 Vtiliter acquiritur, quod acquiritur per habentem ius directum, et quædo.
- 28 Hæres hæredis an & quomodo sit directus hæres.
- 29 Testator volens filium tuum heredem, vult etiam te heredem fieri.
- 30 Quarta solum per heredem directum, vel eius nomine detrahatur.
- 31 Filij aditione iussu patris facta, filij obligatio confunditur, licet statim patri acquirat, & quare.
- 32 Lex quando faciat quem desinere esse heredem.
- 33 Filius hæres cui per patrem restituatur hereditas, non utitur vtilibus actionibus.
- 34 Filius iussu patris adies, iura sepulchrorum pro se habet.
- 35 Seruus iussu Domini adiens, facit illum etiam directum heredem.
- 36 Dominus non dicitur hæres in his, quæ sunt facti.
- 37 Dandum hæredi causa conditionis implendæ, cui sit dandum.
- 38 Propter quod vnumquodq; tale & illud magis, & alias quicquid est causa aliorum, vt tale illud est maxime tale.
- 39 Seruus alienus an & quando legari possit.
- 40 Interpretatio vt actus valeat, non fit vbi præcisa uerba sunt eius nullitate importantiæ.
- 41 L. legatum §. alienus de leg. 1. declaratur secundum varias literas.
- 42 Legatum seruo iunc valet, quando ipse liber factus capere possit.
- 43 Si seruus institutus a domino suo expresse legatur, an valeat.
- 44 Beneficio, quod quis habet a me non vult contra me, & quomodo debeat intelligi, nouiter declaratur nu. 44. cum seq.
- 45 Appellatio aduersarij prebet tibi ius appellationem prosequendi.
- 46 Nudum nomen hæredis attenditur in his, quæ sunt facti.
- 47 Dandum hæredi gratia conditionis implendæ, scripto hæredi dandum est.
- 48 Statuliber iussu hæredi dare, potest domino serui instituti dare, & quare.
- 49 L. si paterfa. §. Titium de her. inst. loquens de seruo etiam in filio procedit, & ratio ponitur.
- 50 Existentia verba hæredis, si est effecta, substitutum non excludit.
- 51 L. si pater. prædicta, an hodie in filio procedat in hereditate aduentitia saltem respectu vsusfructus nu. 51. cum quatuor seq.
- 52 Verba, si hæres non erit, sonant in dominium.
- 53 Vulgaris substitutio admittit quem directus.
- 54 Argumentum de toto ad partem procedit si sit eadem ratio.
- 55 Vsusfructus non pars hereditatis, sed res hereditaria dicitur.
- 56 Hereditas manumisso instituto acquiritur, si cedit dies post libertatem.
- 57 Pax habenda cum hærede occisi, an sit habenda cum instituto vel patre, aut domino eius, cuius iussu adiuit, & quæ sit ratio statuti sita dictantur, nu. 57. cum quatuor seq.
- 58 Pax hæredis occisi danda, an instituto vel patri eius, aut domino cuius iussu adiuit, dari debeat.
- 59 Ius vindicandi necem defuncti, vel pacem inuendi, non datur hereditarijs per se.
- 60 Pax non sufficit quod habeatur a maiori parte hæredum.
- 61 Mens statuentium semper attendi debet.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

- 62 *Pax si sit habenda cum filio vel seruo instituitis, an etiam cum patre vel domino, qui cum effectu sunt heredes.*
63 *Pater detrahens quartam ex persona filij heredi scripti quid importet.*
64 *Fideicommissarius grauatus an quartam detrahat, & quando si haeres ei non detrahit.*
65 *Honorum possessor ius detrahendae quartae an habeat a pretore, & quo respectu id dici possit.*
66 *Et quare illam detrahat, cum non sit heres.*

DEVENIO nunc ad tertiam partem. In gloss. super ver. ex Trebel. dicas, q̄ p̄ueniētiō erit litera extero, vel extraneo, vt dixi super tex. glo. super ver. ex persona filij, diuiditur in tres partes. In prima infert ex ratione tex. ad id, quod hic deciditur vsque ibi, hoc autem, &c. Ibi secunda, in qua ratio tex. declaratur, & mens istius literae aperitur clarius quam in text. fiat, vsque ibi, item ad id, &c. vbi incipit tertia, in qua glo. opponit & pro solutione se remittit, circa quod dicas, vt modo dixi circa illaz oppositionē Bar. quā fecit de d. l. si alienus.

In gloss. super verbo non admisa, &c. in fin. quae autem sint remedia Trebelliani habes per gloss. in l. testamento. C. ad leg. Falcid. & dixi supra in tertio praemisso. Et circa remedium translationis actionum multa hic dicit Alexand. sed quia Bartol. tangit infra in quarta quaestione ibi referuo dicendum. Caue tamen vt intelligas gloss. loqui de remedijs, quae conuenire possunt. Et ideo remedium illud quod quis cogatur adire, in casu isto non habet locum, quia non conuenit, nō enim pater fuit institutus. † Potest tamen dici, quod loco illius pater compellatur iubere, quod filius adeat, ne fideicommissum pereat, vt dicam infra in prima quaestione Bartol. & hoc secundum tempora antiqua, sed hodie patre recusante filius possit per se adire, vt l. fina. post princip. de bon. quae liber.

In glo. super verbo non possit, ibi quod non facit, &c. concludit glo. q̄ filius institutus, cui per patrem restituitur haereditas, non sit haeres utilis, & sic in eum non transeunt viles actiones contra naturam restitutionis, quae sit ex Trebelliano, vt in §. restituta. Insti. de fideicommiss. haered. & videtur hoc contra intentionem praecedentis glo. quod an sit verū, videbimus infra in quarta quaestione Barto.

In eadem ibi, quia filius est directo haeres an glo. bene loquatur, dicitur in sequenti glo. gloss. in verbo, sed vt pater, diuiditur in quatuor partes, secunda est ibi, sed videtur cōtra, &c. tertia est ibi, sed quæro &c. secundum Ias. sed quarta aliter quam ponat Ias. est ibi, qualiter autem &c. In qua quaerit quomodo fiat restitutio per patrem filio, remittens se ad dicta in praecedentibus gl. Rursus tertia pars subdividitur in quatuor partes. In prima quaerit, & vno modo respondet.

In secunda quae est ibi, sed obstat, &c. contra suam responsionem opponit & soluit, illam suam responsionē comprobando.

In tertia ibi, vel dicas, &c. aliter propositae quaestioni respondet, qua responsione retenta, ponit novam quandam declarationem ad textum nostrum. In quarta ibi, prima placet &c. approbat primam responsionem, ab ea tacitum contrarium text. nostro removendo, concludens in effectu seruam a filio differre, quia licet filius dicatur directo haeres, seruus tamen non ita. Bar. hic ita declarat glo. in sua magistrali doctrina illam reprobat, vt per eum, ex cuius dictis collige duas conclusiones.

† Prima sit, q̄ filius adiens iussu patris tempore l. nostrae facit patrem haeredem, etiam ad ius directum, & ipse non remanet haeres directus, sed dicitur tantum haeres scriptus, & nudo nomine cum Bar. transeunt Imo. Pau. de Cast. Angel. de Perigl. Alex. Aretin. preceptor meus Soc. in quinta conclusio. Repeten. & Ias. & est communis opin. quicquid in contrarium dixerit hic glo. Contrarium tamen sequendo gloss. tenuit Dyn. Iacob. de Are. & Cy. prout Moder. referunt, & idem videtur voluisse Ange. dicens, q̄ nunquam discessit ab opinio. glo. vt per eum, quia iste articulus est valde subtilis, & de principalioribus l. nostrae, & quia in eo, et text. nostri & aliorum plurimum intellectus declarabitur, aliquantulum super eo instabo, arguendo ad partes, magis tamen quam fieri poterit dicta doctorum refutando.

Igitur primo pro opinio. Bar. & communi extant iura Bart. & plura similia, quibus probatur, quod pater per filium simpliciter sit haeres, vt d. l. qui liberis. §. haec verba. §. de vulgari, & pupillari, & alia etiā quibus sub regula d̄r, q̄ quicquid acquirit filius, acquirit patri, vt l. i. post prin. infra si a paren. quis sue. manu. & §. i. Insti. per quas personas nob. acquirit. ibi, quicquid ad eos peruenerat, &c. cum sim. si enim omne quaeritur patri, ergo etiam ius directi haereditis, argu. l. Iulianus, in prin. de leg. tertio.

Sed ad hoc argumentum tuendo aliam partem responderi potest, q̄ iura praedicta, & illa regula intelliguntur, quo ad effectum, seu quo ad emolumentum, vt proprie dicitur in d. l. i. post prin. si quis a paren. &c. ius autem directi haereditis remanet penes filium per ea, quae infra dicentur pro illa opinione.

† Secundo facit ratio alleg. per Bart. quia ille debet dici haeres

directus, apud quem sunt directae actiones, iuxta §. restituta. Insti. de fideicommiss. haered. sed cum per filium patri quaeritur, quaeritur etiam directae actiones, vt est gloss. singul. in §. alteri. in glo. de cunda, in princip. Insti. de inutil. stipu. cum alijs per Barto. addu. tis, ergo &c.

Sed huic rationi responderi potest negando, quod per filium adeuntem quaerantur patri actiones directae: immo dici potest quod remaneant in persona filij, qui semel adeundo sit haeres per ea, quae infra dicentur.

Nec obstat iura Bar. primo, quia non probant, sed solum dicunt per filium quaeri patri, quod intelligi potest quo ad emolumentum, non quo ad ius directum, & licet illius glo. auctoritas non sit modica, negari tamen potest, cum eius dictum nullibi probetur.

Vel secundo dici potest, q̄ iura Bart. & gloss. illa loquuntur in stipulatione vel simili causa, vbi causa acquisitionis immediate erat communicabilis cum patre, secus est in acquisitione hereditatis, quae in voluntate, & facto filij consistit, prout considerat hic Aret. col. octaua, versicu. ad istas rationes, licet ad aliud propositum. Et ex hoc colligitur solutio ad illud, quod Repeten. in octavo argumen. posuerunt vltra docto. dum dicit, quod filius acquirat, vt eius minister: quia hoc non est verum in aditione hereditatis, in qua causa immediata non est communicabilis cum patre, vt dixi modo.

† Secundo principaliter ad rationem Aret. responderi potest, posito, q̄ patri quaerantur directae actiones, quia non valet contentio, ergo filius non dicitur haeres directus. dico enim q̄ apud filium erit ius directum vniuersalis hereditatis, quod a particularibus rebus, & sic directis actionibus distinguitur, arg. l. prima, cū gl. C. de euictio. & ita in proposito nostro considerabat: Cyn. prout Imol. & Aretinus referunt.

Tertio pro opinione Barto. Inducit Aret. l. si quis filiumfamilia pra. de acquirend. haereditate per locum ab indubitabili, vt per eum. Sed parum facit, quia etiam q̄ filius remaneat directo haeres, poterat ibi dubitari, ex quo cum effectu non est haeres prout videbatur testator voluisse in illis verbis, si Titius iste filiusfamilia haeres non erit, &c.

† Praeterea non sequitur, quis est haeres directus, ergo substitutus non potest admitti, vt probatur in l. & si sine. §. sed quod Papinianus, supra de mino. & in l. ex contractu, infra de re iudica.

Quarto facit l. acquiritur, §. primo, j. de acquir. rer. domi. ibi, & si iuberitis vobis, &c. † si enim pater esset institutus, nulli dubium est, q̄ esset haeres directus: ergo idem esse debet filio instituto, & iussu eius adeunte per illum tex.

Nec ob. q̄ alias dictio, perinde, importare solet improprietas per l. sed et si lege. §. perinde, vbi per Angel. §. de peti. haered. quia secundum Aret. illud non procedi t̄, q̄n̄ ponitur circa ea, quae sunt iuris: nam tunc veritatem importat, secundum Bar. in l. si maritus. §. legis Iuliae, j. ad legem Iuliam de adulter. Ponderatur etiam ille tex. in d. §. i. per Repeten. in versicu. ibi praed. dum dicitur, nihil suum habere potest, &c. vt per eos in septimo argu.

Nec obstat v̄, q̄ ille §. loquitur in seruo, quia secundum Aret. procedit etiam in filio, ex quo in princ. illius l. promiscue de vtro quod loquitur, ad cuius principij interpretationem venit d. §. primus † ergo in eo censentur omnia repetita argu. §. si. in Authen. de filiis ante dota. insti. na. col. 3. & l. nihil, & quod ibi ponit Barto. j. de coniungen. cum emancip. liber. facit l. i. C. de diuer. rescrip. Et quod per illum tex. dicit hic Bartol. de tex. nostro.

Sed defendendo aliam partem praedictis responderi potest, q̄ immo ille §. primus, loquitur & procedit tantum in seruo, vt verba eius demonstrant. Et ad id, quod dicit Aretin. respondetur, primo, quod nec in principio lex illa loquitur in filio, sed solum in seruo. † Et ista videtur mihi meus Iuriconsulti ibi, & sic debet exponi in potestate, si iure domini, quicquid ibi dixerit gl. quod probatur ibi, ex frequentibus, dicit enim nobis acquiri per eos, quos in potestate habemus. Item per eos in quibus habemus vniuersum. Item & per eos, qui nobis bona fide seruiunt, de quibus singulis pollicetur se dicturum diligentius. Cum ergo de his omnibus particulariter dicat, & de filio nunquam faciat mentionem, sequitur, q̄ nec in princ. de eo sensit loqui, aliis iuriconsultis ibi fuisse mendax, quod non est dicendum. facit l. vnica. §. si nautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & cap. ad audientiam, in fin. extra de deci.

Vel secundo, posito q̄ illa in princ. loquatur etiā de filio (quod ego nunquam admitterem) dici potest, q̄ illa repetitio sit, quando est eadem ratio, vnde posito, q̄ ille tex. probet, dominum per seruum fieri directo haeredem, istud tamen non procedit in patre respectu filij, per ea, quae infra dicentur pro ea opinione, & pro diuersitate rationis sufficiat, quia filius illius iuris directi est capax, vt est clarum, seruus vero non, cum ipse pro mortuo quo ad acquirendum sibi quodammodo reputetur. l. seruitutem, infra de re iudic. Er quod ille tex. non loquatur in filio, probatur in illo versiculo nihil suum habere potest, &c. quia illud in filio non admittitur, vt patet in castrensibus, vel quasi & etiam in alijs, vt l. filiusfamilia.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

17 ¶ Septimò pro Bart. & communi facit secundū Repetē, quia valet in iure argumentū de contractu ad quasi contractum, vt voluit glo. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. cū sim. alle. per eos, sed filius dñendo querit patri directas actiones secundū gl. in d. §. alteri, Insti. de inutili. stip. & dixi supra in secundo arg. ergo & ad eundem, cum per aditionem hereditatis dicitur quasi contrahere. l. apud Iulianum. §. fin. 7. quibus ex causis in poss. eatur, & §. hères, Insti. de obliga. quæ ex quasi contractu.

Sed ad hoc responderi potest, primo negando qd filius cōtrahendo proprio nomine (sicut in casu nostro adit) querat patri directas actiones, & glo. in d. §. alteri, potest negari, vt dicebam supra in secundo argu. Vel melius dici potest, qd procedit quando filius in personam patris dirigit stipulationem, quia patri stipuletur, secus si sibi ipsi stipuletur.

Vel secundo responderi potest, qd illud argumentum procedit si sit eadem ratio, quod in casu nostro negatur, vt constat ex dictis supra in responsione secundi argumenti.

Tertio etiam responderi potest, qd isti Repeten. in hoc argumento non parum decipiuntur, esto enim, qd valeat argumentū de contractu ad quasi contractum, dico tamen illud procedere quatenus quasi contrahitur, sed in eo, qd filius ad eundem querit patri, non dicitur quasi contrahere. ¶ Nam aditio hereditatis p se non dicitur quasi contractus, vt sic hereditas ipsa & actiones cōtra debitores hereditarios heredi, & in casu nostro patri querantur ex quasi contractu filij, sed tantum per aditionem inducitur quasi contractus inter aduentem & legatarios & alios in testamento honoratos, vt sic hères eis ex quasi contractu teneat, vt proprie loquitur d. §. hères, & est similis tex. in Lex maleficijs. §. hères, 7. de actio. & obligat. & ita debet intelligi d. l. apud Iulianum. §. fina. Et licet ibi paulo ante fiat mentio de creditoribus, tamen cum dicitur, videtur contrahere &c. debet intelligi, scilicet cum legatarijs & fideicommissarijs.

A D D I. Vel dic clarior, quod ibi verba illa, hereditariorz creditorum, debent exponi, id est, legatariorum de quibus loquitur ille text. vt patet in prin. illius §. ibi, ex eaque causa legata, debeat &c. 3

Et ratio est, quia vt dicitur in d. §. hères, ipsi neque cum herede, neque cum defuncto aliquid gesserunt negocium, ista autē ratio cessat in creditoribus & debitoribus hereditarijs, quia cum defuncto contraxerunt, & ideo hères ex persona defuncti habet actiones contra debitores in eum translatas, & creditoribus similiter tenetur eis de actionibus, quibus tenebatur defunctus pro rata tamen hereditaria, vt l. 1. C. si cert. peta. & erunt actiones ex contractu, quem gesserat defunctus, vt empti, venditi, lo-

19 cari, & similes. ¶ actio autem, quæ ex sola aditione, & sic ex isto quasi contractu datur, dicitur actio ex testamento, vt l. 1. & 2. C. commu. de lega. iuncta glo. 2. in d. l. 1. & ita appellat eam Iuriscō. in l. si seruus legatus. §. 1. ibi ex testamento actio, &c. & in l. si pluribus, in princip. ibi, ex testamento agit, infra eod. & ista notabis, tanquam verissima contra id, quod vulgo dici solet, heredem aduentem quasi contrahere cum creditoribus hereditarijs, & legatarijs vt dicit Alexan. in d. l. apud Iulianum, §. fin. & Ias. in l. nemo potest, in vlt. not. infra eod. quia solum cum legatarijs, & similibus, & non cum creditoribus quasi contrahitur per predicta. Quibus sic stantibus, sequitur quod aduente filio, hereditas, & actiones hereditariae patri non queruntur ex aliquo quasi contractu, & ita pater argumentum istorum Repeten. nihil face re ad propositum & eorundem deceptionem continere.

Octauo vltra scribentes pro opinione communi facit l. si ego & seruus, supra de acq. hær. dupliciter inducendo.

Primo in eo, qd pari modo dicit hereditatem queri per filium patri, & per seruum domino, nam cum dominus per seruum fiat directus hères, idem videtur dicendum de patre.

20 ¶ Vna enim determinatio debet plura pariformiter determinare, vulgata l. iam hoc iure, in prin. s. de vulg. & pup. cum simi. bene facit l. fin. C. de sent. & interlo. omn. iudi.

Secundò in eo similiter, quod pari modo dicit patrem fieri heredem ex parte, in qua ipse erat institutus, & ex parte in qua institutus erat filius, nemo enim dubitat patrem fieri directo heredem de pro ea parte, in qua ipse erat institutus, ergo &c. per predicta.

Sed ad vtranque inductionem responderi, quod regula d. l. iam hoc iure, procedit quando in quolibet determinabili est eadem ratio, sed in d. l. si ego, inter seruum, & filium, quo ad primam inductionem, item inter partem in qua instituitur pater, et eam in qua instituitur filius, quo ad secundam inductionem emcōsideratur ratio diuersitatis: nimirum ergo si diuersimode possunt dici determinata, & sic posito, quod dominus per seruum fiat directus hères, non tamen ita fiet per filium, id enim est in domino, quia seruus illius iuris est incapax, filius vero dicitur capax. Item licet pater in parte sua fiat hères directus, eo quod ad eam directo vocatus fuit, non tamen ita erit in parte, in qua erat institutus filius, cum cesset illa ratio.

Potest secundo ad vtranque inductionem responderi, quod

immo par sit ibi determinatio in eo, quod queritur, scilicet an eo ipso, qd iussit filium, vel seruum adire ex sua parte fiam hères etiam ex mea? & determinatur, qd sic tam in patre, quam in domino, & respectu vtriusque portionis, ita vt non sit necessariū aditio ex mea parte: & consequenter in eo text. verificatur regula d. l. iam hoc iure, in eo, quod ibi deciditur, quomodo autem fiat hères pater directus, vel quo ad effectum tantum, erit determinandum per alia iura: & sic dici poterit, qd dominus in vtraque parte erit directus hères, pater vero directus pro sua parte: pro parte autem filij quo ad effectum tantum, & per consequens illud verbum heredem esse ad diuersos casus relatum, diuersimode accipiet, prout in simili fit in l. secunda, vbi gloss. ponit supra de offic. Proconsul. & leg. & not. in l. 1. C. de vlt. & hab. Facit pater Seuerinam. §. conditionum verba, infra de conditionib. & demonstrationib. & ista secunda solutio videtur ruior, quia primam reddit dubiam d. l. iam hoc iure, vbi ratio videtur diuersa inter impuberem, & maiorem: & tamen fit ibi æqualis determinatio, super quo tu cogita, & ego fortasse aliquando alibi dicaz, nunc dimitto gratia breuitatis, & quia non est materia nostra.

Nono pro Bar. adduco l. per procuratorem, alias incipit Paulus. §. 1. supra de acqui. hær. ibi, ea, de quibus pater testari potest, &c. potuit autem pater ibi, & alias quilibet testator de directo iure sue hereditatis testari, ergo, &c. sed responderi primo, qd verbum illud, ea, debet exponi. f. castrensia bona, vt patet ex sequentibus ibi, quia castrensia, &c.

21 ¶ Vel secundo negari potest, qd quis testator de iure directo sue hereditatis, quia tale ius apud nos non reperitur, cum vultis nulla sit hereditas, seu ius istud & nomen directi heredis eo petit aduentibus ex legis dispositione.

Tertio etiam responderi potest, qd fit acquisitio auo scilicet quo ad effectum, non quo ad eius directum, sicut etiam dictum fuit supra ad primum argumentum.

Demum pro opinio. Bar. inducitur ista dupliciter. Primo in eo, qd simul de filio, & seruo loquens, videtur eos equiparare.

Secundo in eo, quod dicit filio fideicommissum relictum, & restituendum, & per consequens vult ipsum filium dici fideicommissarium, nam fideicommissarius non dicitur hères directus, sed utilis, vt infra ad Treb. per totum.

Sed responderi ad primum, prout s. respondit ad primam inductionem l. si ego, & seruus, de acqui. hær. nam & hic in eo quod indistincte pariter in vtroque loquitur, videlicet, vt quolibet eorum instituto, pater, vel dominus grauari possit, & qd fideicommissum illis relictum, sumat vires ex persona patris, vel domini.

Non tamen ex hoc debet inferri, ergo in omnibus sunt pares in multis enim propter rationis diuersitatem differunt, vt tradunt Repe. in si repetitionis, in hoc ergo differunt, quia seruus non erit directus hères ratione incapacitatis, filius erit, quia vt capax est, vt ex predictis constat.

Nec videtur absolum dicere secundum glo. qd l. ista, in tertia parte, caute tacet de seruo, & ad regulam l. 1. C. de diuers. rescrip. quam in contrarium allegat Bar. dici potest, qd procedit quando est eadem ratio repetendi.

Præterea illa regula procedit quando illud, quod sequitur omnino referendum est ad precedentem actum, prout ibi rescriptum ad libellum referendum est: sed hic in versu. denique, & cetera ra, non est necessaria relatio ad precedentia, ergo, &c.

22 ¶ Ad secundum dicas, qd non sequitur, quis est directus hères, ergo non potest fideicommissum recipere, & sic dici fideicommissarius, vt est text. in l. si a me, infra ad leg. Falcidiam, & dicitur iste fideicommissarius eo, quod recipit illud, quod fidei patris erat commissum.

Et ex his constat opinionem gloss. Dyn. & sequent contra Bartol. & communem ab omnibus pro communi adductis defendi posse.

Sed nunc palidoniam canamus, & pro ista opi. contra Bartol. 23 plura allegari possunt, pro quorum ingressu, ¶ præmitto primo quod quicquid dixerit hic Cuman. quando acquisitio fit patri per filium nomine tamen filij, ita fit, vt prius ipsi filio fiat, & in eius persona radiceatur, tamen si statim & subito, transeat in partem per d. l. placet. de acqui. hær.

Hoc probatur primo in l. prima, post princip. infra si a pa. quis fuer. ma. ibi sibi acquireret, &c. & ita per illum text. determinat Bartol. in l. frater a fratre. in septima col. ver. secundo quero, supra de cond. inde. Secundo in §. primo, Insti. per quas perso. nobis acqui. ibi, ad eos peruenerit &c. Tertio in l. qui homines. §. quidam filium, infra de solut. Nam si prius filio non acquireretur, non confunderetur obligatio, & actio de qua ibi, contra illum tex. Quarto hoc probatur in l. nostra, dum dicitur, quod pater extraneis tenetur ex persona filij, quod exponitur, id est, ex obligatione causata in persona filij, vt dixi supra prope finem secundæ partis. circa illam opposi. Bar. de l. si alienus, de lega. 2. non enim in persona filij posset contractari obligatio, nisi per prius sibi diceretur hereditas acquisita.

Ad fundamenta Cuman. responderet hic Aret. & Repet. vt per
24 eos. Et circa tertiam rationem Cuman. f. q. acquisitio momen
tanea non debet considerari, arg. l. qui sic, de sol. respondet Aret.
q. illud procedit quando res rediret ad eum a quo profuit, se-
cus si a te quid proueniens nisi acquiratur, & in alijs statim tñ
feat, vt est casus noster vt per eum.

Nec obstat, q. iura Aret. loquatur in acquisitione facto homi-
nis inducta, nos vero loquimur in acquisitione, quæ fit per lege
(propter quod Repet. videtur reprobare solutionem Aretin. vt
per eos) quia dici potest idem esse etiam in acquisitione, quæ fit
per legem, videmus enim rem incontinenti ex dispositione l. trã
sire de primo legatario in secundum, vt inquit gloss. in l. 2. super
ver. in rem, circa medium. C. communia de leg. Potest autem ad
argumentum aliter responderi secundum Petr. de Besit. vt refe-
runt Repet. videlicet illud esse verum quando momentanea ac-
quisitio nihil operaretur in casu vero nostro plurimuz operatur
vt infra videbimus, ergo &c.

26 Hoc ita præmissis, primo pro opinione glo. & seq. facit, quia
qui semel est hæres, perpetuo hæres erit, saltem quo ad iura dire-
cta. l. qui ei soluendo, s. de hæred. inf. & l. si sine. s. sed quod, supra
de minoribus, sed filius adeundo semel fit hæres, vt est dictum,
ergo &c.

Potest tamen tuendo communem huic arg. responderi secun-
dum Aret. q. immo potest quis definire esse hæres ex potestate
legis, vt probatur in l. ex facto. S. Iulianus, s. de vulgari, & pup. cuz
similibus adductis per Repetent. & vltra eos probatur in auth.
hoc amplius, C. de fideicommiss. vnde cum lex dicat per filium
fieri hæredem patrem videtur inducere, vt ipse definat esse
hæres.

26 Secundo facit quod dicitur iura directa a nobis non eradica-
ri nisi per mortem, velut characteres ossibus nostris infixos vt l.
quis ergo casus, in fi. cum glo. s. de pecul. & l. 3. in princ. cum glo.
s. pro socio, & vtrobique ponit Alber. de Rosa. & Bal. in dicta
l. quis ergo casus.

Sed pro communi responderi potest, illud procedere in eo
quod nobis acquiritur apud nos permanens, scilicet si ad alteri-
us commodum acquiritur, vt est casus noster, quasi tunc nõ ita
efficaciter insignitur, cum non fit momento penes nos perman-
sum, vt dicta l. placet, ista solutio est ex mente Repet. qui etiam
dicunt q. satis ius istud directum eradicatur, si definit esse hæres
ita disponente lege, vt diximus in præc. arg.

Tertio facit, quia iura dicunt patri per filium quæri commodum
vel emolumentum hæreditatis, quasi dicat non ius directum, ut
d. l. i. si a patre quis fuc. manu. ibi, eius emolumentum &c. & l. si
statu libera, s. si filius, j. de statu liber. ibi, hæreditatis emolumentum,
& l. pater quoties s. fi. s. de acq. hæ. ibi, eius commodum, &
l. i. C. qui admitt. ibi, emolumentum quoque patri &c. & l. quam
uis, C. de fideicommiss. ibi, eius hæreditatis commodum, cum mul-
tis similibus. Sed tuendo communem dici potest, q. non sequitur, er-
go non quæritur ius directum, immo vt commodum, & emolu-
mentum patri plene quærat, videtur q. etiam ius directum, quia
alias non haberet omne commodum vniuersaliter cõtra illa iu-
ra, in quibus indefinita locutio debet vniuersali æqui pollere. l. si
pluribus de leg. 2. & l. si plures. de leg. 3.

A D D I T I O. Et q. emolumentum capiatur pro omni iure
hæreditario etiam directo probatur in l. si alienus, in fi. j. tit. 1. &
in l. a patre, infra tit. 2.

27 Quarto arguitur sic, ius hæreditatis primo quæritur filio ut
iam dixi, ergo lex inducens, vt per eum quærat, patri, debet in-
telligi vtiliter non iure directo, iuxta doct. Bart. in l. 1. s. sublata,
in fi. j. ad Treb. Sed potest responderi primo, q. doct. Bart. loqui-
tur quando per liberam personam quid alicui quærat ex pro-
uisione statuti, sed filius in hoc nõ dicitur libera persona pro-
pter patriam potestatem, qua mediante patri acquirit, & non ex
prouisione alicuius statuti.

Secundo etiam responderi potest, vt dixi s. ad secundum argu-
mentum, nam cum incontinenti per filium quærat, patri, & sic
penes filium non sit permissura hæreditas, videtur q. ab ipso ini-
tio patri quærat, & sic erimus in secundo membro illius doct.
Bar. quando vult directas actiones quæri.

28 Quinto pater qui p. filii fit hæres, filio mortuo dicitur testa-
tori quasi hæres hæredis, vt d. l. si statu libera, s. si filius, sed hæres
hæredis non dicitur directo succedere, sed per obliquum l. qui li-
beris s. hæc verba. de vulg. & pup. ergo &c. Sed potest dici tuen-
do communem, q. immo hæres hæredis dicitur hæres directus
quo ad ius de quo loquimur, licet non quo ad scripturam testa-
menti, & ordinationem testatoris, & ita intelligitur d. s. hæc ver-
ba, vt recte intuenti probatur in l. 3. eodem titulo de vulgari
& pupill. & dixi aliquid supra in prima parte l. nostræ in quin-
ta conclusione.

A D D I T I O. Facit l. si. C. de hered. inst. ver. nemo negabit
hæredem hæredis dici hæredem directum.

Sexto facit, quia hæres directo ille videtur, quem testator hæ-

redem esse voluit, & eum voluit, in quem directa est institutio, il-
le n. sola additione, & statim fit hæres, sic videmus directam sub-
stitutionem eius esse, qui directo a testatore vocatus per se fit hæ-
res, & obliquam eius, qui facto alterius capit, vt traditur in rubr.
s. de vulg. & pup. Sed in proposito filius per se capit, & in euz di-
recta est institutio, & voluntas testatoris, ergo &c.

29 Sed tamen responderi potest, fatendo q. filius ab initio fit
hæres directo, sed dico q. statim omne ius, etiam directum quæri-
tur patri mediante dispositione l. per allegata supra pro commu-
ni opin. & licet voluntas testatoris fuerit in filium collata, debet
tñ illud intelligi secundum iuris dispositionem iuxta not. in l. si
duo, s. de acq. hæ. vnde cum voluerit testator filium tuum esse
hæredem, dicitur et velle q. tu per eum fias hæres, vt lex disponit.

Septimo q. communem fortiter vrget l. nostra in ver. denique
30 &c. vbi pater extraneo restituens detrahit quartam ex perso-
na filij, ergo sequitur q. filius dñ hæres directus, probatur ista cõse-
quentia, quia quarta ab eo tñ vel eius nomine detrahi pot. q. est
directo hæres l. mulier s. fi. in saepe alle. tit. ad Treb. Potest tamen
& ad hoc rñderi, q. verum est, filium fuisse hæredem directum ab
ipso initio, & propterea in persona eius fundatur ius detrahendæ
quartæ per d. s. fi. sed tñ cum hæreditas patri per eum quærat, dñ
quæri etiam quo ad ius directum per ea, quæ pro cõi allegata
sunt. Et cum filius remaneat hæres nomine, & et hæres scriptus
ius detrahendæ quartæ semel in persona eius fundatum non al-
teratur. Præterea secundum istud argm. idem esset in seruo, cum
similiter ex eius persona quarta detraheretur per l. nostram in vtro-
que loquentem secundum Bar. quod tamen videtur aperte falsum
cum seruus talis iuris sit incapax, & nemo vnquam istud dixit.

Octauo & vltimo non parum facit pro ista opi. d. l. qui homi-
31 nem s. quidam filium. de sol. quam alleg. hic glo. f. nam si ulius
non remaneret hæres directus, sed totum ius patri quæreretur,
cum illud fiat incontinenti, ita vt nec momento penes filium re-
sideret, vt d. l. placet, non deberet veri confusio oblationis q. illuz
tex. Sed potest forte respondendo dici, q. illa confusio fundatur
in illa quantumvis momentanea acquisitione, & iste erit vnus
eius effectus. Vel pot. dici, q. in ipsa additione extinguitur ius illud
q. filium & ipso iure, vt l. Stichum. s. aditio. eo. tit. ita quidem vt si
lius q. se ipsum nihil acquirat, merito illud patri nõ acquirat. Co-
gita tamen, quia argm. satis vrget. Vel dicas q. illud est, q. pater
fit per filium hæres eo modo, quo esset ipse filius, si sui iuris esset,
vt dicit Bar. paulo j. in primo effectu, & Rep. in 3. li. Vel q. alias
tertio præiudicaretur, vt voluit ibi Barthol. Soc. noster hic in 4.
conclusionem & Repetent in quinta limitatione.

A D D I T I O. Contra communem facit, quia omnia iura, q.
bus probatur patrem filij instituti grauari posse, vñr velle, q. gra-
uetur per viam fideicommiss. non autem dicunt per viam legati. Ex
quo vñr posse inferri q. a iure non consideratur, vt hæres, cum al-
ias legata tantum ab hæredem relinquuntur. Et per contrariuz ab
ipso filio vel seruo institutus iura dicitur legari.

Possent & alia plura q. communem allegari, quæ breuitari cõ-
sules omitto, eo præsertim, quia facilis esset responsio.

Ex prædictis apparet etiam communem opinionem defen-
di posse & ita articulum esse hinc, & inde disputabilem, tu tene
q. partem velis, & in dubio inhæreas opi. Bart. & communi. Si tñ
disputando vis q. communem sustinere, prout ego alias in pu-
blica mea disputatione sustinui, facile tollere poteris responsio-
nes ac argumenta s. facta, maxime ad primum, secundum, quar-
tum, sextum, & septimum. Nam quo ad primum dici potest,
q. licet lex possit facere, quem definire esse hæredem, non tñ in
dubio hoc præsumit, nisi rescindat testm. vel alias expresse id di-
cat, ita vñr velle Imo. & post eum Alex. in l. si. s. de vul. & pup.
Ad iura contraria potest dici, primo ad d. s. Iulianus, q. illud est ne-
cessarium, ex quo ibi hæres fit seruus, & sic incapax, secundo ad
d. authen. hoc amplius, quod ibi fit speciale propter dictuz hæ-
redis vel ad vtrumque dici potest illud esse, quia vtrobique tex.
declarat.

Quantum vero ad secundum potest dici vltra prædicta, q. illa
responsio nimis restringit regulam postam in argumento & vñr
q. doct. Bar. in d. s. sublata ad Treb. & per hoc patet non obst. so-
lutionem vltimo loco datam ad quartuz argm. satis n. est, q. prius
hæreditas filio quærat, licet statim transeat in patre, secundum
autem membrum Bar. in d. s. sublata, procedit, quando acquirit
per vnum alteri abiq. eo, q. prius sibi acquirat. Nec etiam prima
responsio videtur tuta, quia immo filius est libera persona.

Præterea hoc non videtur attendendum, sed satis est, q. ille, qui
primo sibi acquirit, alteri acquirit.

Quo ad sextum argumentum responsio tollitur, quia est q.
primum argumentum, & quæ circa illud diximus, & fateor q. te-
stator voluit per filium patri acquirit, prout lex disponit, non ta-
men patrem fieri directo hæredem, quia hoc nullibi reperitur a
lege dispositum, & refragaretur iuris regulis, vt ex prædictis con-
stat. Et per ista etiam tollitur solutio data ad septimum argumẽ-
tum, nã cum illa fateatur, q. filius ab initio fuerit hæres directus,
Mar. Soc. Iun. Prima Pars. X 2 ope

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Cum filiofam.

oportet etiā fateri, q̄ semper erit hæres directus per præallegata. Præterea d. l. mulier. §. si. requirit quem esse heredem directum tempore detrahendæ quartæ vt per eum, vel ex persona sua detrahi possit.

ADDITIO. Facit quia qualitas, adiecta verbo, debet determinari secundum tempus verbi. l. in delatis. §. si extraneus, supra de noxal. } Et sic non videtur illi legi satisfactum dicendo satis esse q̄ filius fuerit a principiō hæres directus.

Nec obstat q̄ l. nostra videatur loqui tam in seruo, quàm in filio, & tamen seruus non potest dici directus hæres, qui dici potest vt dixi supra respondendo ad vltimum argumentum pro communi opin. factum.

Et tenendo istam opinionem, per prædicta inferuntur duo notabiles effectus. } Primus est, q̄ filius, facta sibi restitutione, non vtetur aliqua actione vtili, sed eius directæ sibi sufficient, redditæ efficaces pro restitutionem, iuxta l. si hæres institutus, infra ad Trebell. Sed quia hoc pendet ab his, quæ dixi supra respondendo ad sextum argumentum pro communi opin. die circa istud vt ex ibi dictis colligi potest. } secundus est, quod adita hæreditate per filiumfam. iussu patris, iure sepulchrorum, quæ fuerunt testatoris, remanebunt penes filium directum heredem, & in partem non transibunt, argumento l. quia perinde, in fin. infra ad Trebellia. ideo enim ibi illa iura sepulchrorum non transunt in fideicommissarium, licet loco hæredis habeantur, l. si filius. §. 1. supra quod cum eo &c. quia semper remanet apud heredem directum. si igitur filius in proposito dicitur hæres directus, clarè sequitur iura illa eius esse, & non patris, & hoc procedit, tenendo cum Alexand. hic in nona col. dum contra Roman. cōcludit, q̄ stante communi opinione q̄ pater fiat directus hæres iura talia ideo apud filium non remanent, quia non est hæres directus, sed tantum nudo nomine, & allegat d. l. quia perinde, vt per eū. & licet Iaso. hic tuendo Roman. reprobat Alexand. per l. familiaria, cum principio l. sequent. supra de relig. & iump. fune. ponderando verba illa, qualescunque fuerint &c. vt per eum, pro quo facit cap. solita. prope finem. de maioritat. & obedient. & Clement. ne Romani, cum glo. in vers. quouis modo. de election. tamen tuendo Alexand. dici posset, quod illud verbum, qualescunque, non ita late capitur, vt quemlibet successorem, etiam non directum, comprehendat, vt patet in fideicommissario vniuersali per d. l. quia perinde, in fin. ad quem text. non respondet Iaso. importat ergo illud verbum omnes successores veros, & similes hæredibus, vt sunt bonorum possessores, qui iure prætorio ex varijs capitibus vocantur, & in quamcunque partem etiam minimam vocentur, vt ibi dicitur. Semper tamen debet intelligi, q̄ iure directo succedant per dictam l. quia perinde, in fin. Et ad generalitatem verbi, & ad allegata supra contra Alexand. responderi potest, quod illa procedunt, nisi per alia iura generalitas talis reperitur restricta, argumen. l. non est nouum, supra de legibus. super istis tamen cogitabis, & ego vltius non in isto.

ADDITIO. Facit quia quando in vna materia reperitur l. aliqua qualificate loquens qualificat omnes alias l. quantumcunque simpliciter & generaliter loquentes, vt dixi supra in prima parte in quarta conclusi. prope fin. vnde cum lex quia perinde, loquatur de hære directo, sequitur &c. }

35 } Secunda colligitur conclusio ex theōrica Bart. q̄ seruus, iussu domini adiens, facit dominum heredem etiam directum, ipse vero dicitur tantum nudo nomine scriptus hæres: cum Bar. in hoc omnes communiter transeunt. & ratio est, quia verbum, hæres, quatenus ad ius aliquod refertur, dicitur de iure ciuili secundum gl. communiter approbatam in l. i. §. de acqui. rer. dom. Huius autem iuris dicitur incapax, vt l. quod attinet, & l. seruitutē, infra de reg. iur. ergo &c.

ADDITIO. Carol. Rui. tenens contra Bart. communem, videlicet q̄ etiam seruus, nedom filius, dicitur hæres directus, huic rationi respondet, q̄ licet seruus per se sit incapax, dicitur tamen capax ex persona domini, iuxta l. si mihi & tibi. §. regula, infra eo. vt per eum, licet nō videtur tutum, quia illa regula procedit, quo ad hoc, vt sciamus an seruis relinqui posset, sed de hoc non dubitatur. Sed quærimus an apud eum remaneat ius directum, & domino non acquiratur. Et certe per rationem hic positam videtur quod non.

Si igitur dominus & non seruus sit hæres directus, sequitur primo, q̄ vbi facta libero restituitur hæreditas iuxta calum l. nostra, vtilis tantum actiones exercentur per eum.

Secundo q̄ iura sepulchrorū non eius, sed domini erunt, per ea, quæ modo dixi circa filium. & hoc vltimuz procedet et q̄ ei, aliquando liberato, restituitur hæreditas, cum tantum vtiliter illud fiat iure directo apud dominum remanente, ergo, &c. vt probatur in d. l. quia perinde, §. si. cum his quæ s. dixi circa filium.

Sed contra istam communem conclusionem, volentem, dominum fieri heredem per seruum omni respectu & totaliter, perinde ac si ipse fuisset institutus, vt videtur casus in §. item vobis, Insti. per quas perso. no. acq. & in l. acquiritur, §. 1. infra de acq.

rer. do. duo videntur obstare. Primo quia secundum eam, si dominus dicitur simpliciter, & quo ad omnem iuris effectum factus hæres, deberet ei posse dari quod conditionis implendæ gratia hæredi dandum erat, cuius contrarium deciditur in l. qui hæredi. in prin. infra de cond. & dem. Secundo, quia ex quo dominus dicitur hæres, seruus ille, qui fuerat institutus, deberet posse legari, tanquam res hæredis, iuxta §. non solum. Insti. de leg. & tamen contrarium videtur determinari in l. legatum. §. alienus, infra eo. & hoc vltimum posuit Are. in d. placet in fin. & refert hic Ias. } sed tuendo communem opi. ad primum respondetur secundum Bar. paulo infra, q̄ licet quo ad iuris effectum dominus fiat hæres, non tamen de facto dicitur scriptus hæres, & ideo in his, quæ sunt facti, seruus, & non dominus dicitur hæres, arg. §. sed cum factum, Inst. de stip. seruo. implementum autem conditionis in terminis d. l. qui hæredi, dicitur facti, ergo &c. & hoc videtur sentire Iuriscon. ibi in ver. quia, quæ facti sunt &c. & cū Bar. in hoc transeūt magis cōiter Doct. hic, & in d. l. q. her. } Sed q̄ eum vñ l. si his legatum in princ. §. de condi. & dem. l. ergo. §. si sub conditione, §. de fideicommiss. liber. in quibus probatur, q̄ decem hæredi danda gratia conditionis implendæ alteri dari possunt quàm hæredi scripto, vel in totum, vt d. §. si sub conditione, vel in partem, vt d. l. si his legatum, secundum quod ex dispositione iuris alteri quæritur hæreditas, nam cum ipsa hæreditate de persona in personam tranfit etiam potestas recipiendi x. quæ gratia conditionis implendæ hæredi danda erant, vt d. l. sic ergo videtur in casu nostro dicendum, vt scilicet sicut ex dispositione l. domino quæritur hæreditas, ita etiam quæritur potestas recipiendi implementum conditionis.

Defendendo Bartol. dici potest, quod in casu nostro institutio de seruo facta tametsi hæreditas quæritur domino, remanet firma & valida prout a testatore facta fuit, nimirum si illud quod erat hæredi dandum; debeat seruo instituto dari: iura autem contraria loquuntur, quando institutio a testatore facta vel in totum vel in partem non habet locum, & alius sit hæres præter ordinem testatoris, ita quidem vt institutus hæres non fiat, merito ibi alteri dari possunt x. quia non sufficit quem esse institutum, sed oportet, quod additione fiat hæres & irruocabiliter, vt d. iuribus probatur, cum quibus concol. l. is qui in potestate. §. fin. infra de leg. præstant.

ADDITIO. Et circa illum §. si. quatenus in fi. dicitur idem si Titio dari debebat &c. aduerte quia forte debet intelligi, q̄ ille Titius erat hæres institutus, licet glo. ibi aliter velit. Alias ille tex. videtur contra l. ergo. §. vñ sub conditione, in fi. de fideicommiss. liber. Et ita intelligendo in d. §. si. dubium erat propter expressiōnem proprii nominis. }

Non omitto q̄ quidam acutissimus scholasticus dicebat ad dictam l. qui hæredi, aliter posse responderi, vt dicamus ideo ibi seruo x. danda esse & non domino, quia ille potest dici hæres re presentans per dominum, qui vere est hæres, ex quo fit medianate seruo, & hæc representatio non caderet in iuribus supra allegat. contra Bartol. quia in eis ille, cui quæritur hæreditas, non dicitur aliquo modo representare institutum, nec per eum dicitur acquirere vt est clarum, sed licet hoc subtile sit, & coloratum vt de iuribus, tamen dicas, q̄ stare non potest, quia si ideo decem seruo dari possent, quia per dominum verum heredem representans potest dici hæres, fortius possent illa decem dari ipsi domino iuxta ta illud, } propter q̄ vnumquodq; tale & illud magis, vt inquit Bal. in authen. res. quæ. in fin. primæ colum. C. communia delegat. & Philosoph. in secundo Metaph. dicebat quicquid est causæ aliorum vt tale, illud est maxime tale, quod tamen est contra d. l. qui hered. tene ergo solutionem Bar. & communem.

39 } Ad secundū de d. §. alienus, responderi potest, dicendo q̄ si seruo herede instituto simpliciter ipse seruus legetur, legatum valebit tanquam de re hæredis, cū dominus fiat hæres, & in seruo illo dicatur grauat, & ita procedat argumentū. Si vero ipse seruus expresse & præcise a se ipso legetur, & tunc legatum non valebit, vt d. §. alienus, & ista responsio, vñ ex intentione Aret. in d. l. placet in fi. Sed contra eam facit, quia rejecto ordine & verbis testatoris vt actus valeat, debet attendi illud, quod ius disponit per l. cum quæstio, C. de legat. vnde licet verbaliter seruus ipse grauetur, debet grauari dominus vt legatum valeat, & per hoc reprobat hic Iaso. solutionem Aretin. licet aliam non ponat.

40 } Verum possent ista solu. defendi, quia illud quod dicit Ias. procederet in dubio, & vbi verba præcise non repugnarent, quoniam vbi verba præcise repugnant, creditur non adesse voluntatem testatoris, quæ semper est perquirenda per iura vulgaria, vt in simili probatur Insti. qui test. tu. dar. pos. in prin. iuncta glo. in vers. & sine libertate cum ergo dicatur, le. o. ipsum seruum, a se ipso iam constat verba ista repugnare, quod dicatur legatus a domino, igitur &c.

Ad d. l. cū quæstio, respondetur, q̄ ibi verba testatoris, ne dum non dicuntur repugnare, immo ex eis talis voluntas arguitur. nā cum vni leget partē eius, quod alteri legauerat: videtur voluisse, quod

quod simul per partes admittantur, prout ibi deciditur.

41 † Considerabam etiam quod ad d.l. alienus, potest aliter & forte melius responderi, & ante omnia aduerte, quia aliqui volunt, quod ibi ille seruus sibi ipsi a se ipso fuerit legatus prout Bart. Imo, Cuman. & Ang. de Perig. ibi, & videtur velle Bal. in princ. illius l. d. u. allegat S. alienus eo forte moti, quia in eorum libris legebatur, ipsi a se &c. & illa litera suaderi potest. Primo quia plurimum conueniret precedentibus. Secundo quia alias illud verbum, ipsi, videretur superfluum, & ita ego legerem.

Aliqui vero intelligere videntur quod alteri legabatur, prout Aret. in d.l. placet, & Iaschic, & videtur de intentione Pau. de Cast. ibi in primis verbis, & tunc legi debet, ipse a se &c. vt communiter litera habetur licet etiam ipse Pau. de Cast. paulo post videatur intelligere, quod seruus sibi ipsi legabatur.

42 † Modo dico, quod si dicimus, quod sibi ipsi legabatur, prout magis communiter intelligitur, ideo ibi legatum non valet, quia quod seruo alicui legatur, ita sumit vires ex persona serui, vt. s. tunc valet, cuius tale sit, quod ipse liber factus capere possit, vt l. debitor, §. seruo de leg. 2. & l. & si maximè, de ser. leg. sed seruus iste liber factus se ipsum capere non potest, ergo &c. facit l. 2. §. de stip. ser. & ita declarat Cuma. in d. §. alienus. Si vero velis cum Aretin. & Ias. quod seruus ille cuidam tertio legatur, ideo legatum non tenet, quia possit seruus institutus interiri fieri liber, & ita sui iuris factus adire hereditatem, iuxta §. alienus, in §. Inst. de her. instit. quo casu diceretur debere semetipsum, quod esset absonum dicere, cum non idem esse possit debitor & res debita, arg. c. fin. ex tra. de inst. vnde lex ab initio disponit tale legatum non valere vt ibi. Et hoc sine dubio procedit, quando expresse a se ipso legatur. Sed videtur idem quando simpliciter legatur, cum legata facta extraneis sumant vires ex persona ipsius seruus heredis instituti, vt est casus in l. nostra, & ita intelligit Pau. de Cast. in d. §. alienus, ex quo ostenditur solutionem Aret. in d.l. placet, de qua s. non procedere.

43 † Subdit tamen Pau. de Cast. in d. §. alienus quod si seruus institutus legaretur a domino expresse, legatum valeret, & ita etiam tenet ibi Ang. de Perig. Sed posset contrarium tentari, nam etiam quando expresse grauatur dominus extraneis, legatum sumit vires ex persona serui, vt hic.

Præterea si liber factus seruus adeat, dominus teneri non potest, cum nihil conseqatur, vt l. si alienus, de leg. 2. nec ipse hæres, ne seipsum debeat, igitur videtur quod ex ratione præalleg. nec isto casu valeat.

Nec illud tenendo obstat d. §. alienus in eo, quod innuit a contrario sensu in verbo, a se, quia primo dici potest, tale argumentum sumi non posse, cum repugnaret rationi præallegat. & sic ex eo resultaret absonus intellectus, iuxta l. 2. C. de condit. infer. & traditur per Doct. in l. 1. §. huius rei, supra de offi. eius cui mand. est iurisdic.

Vel secundo dici potest, quod ille text. non intendit loqui tantum quando expresse seruus ille grauatur, sed simpliciter, & dicit, a se quia semper dicitur a se legari, cum ille fuerit heres institutus, & alias pro regula, legata facta extraneis semper sumant vires ex persona serui, vt hic, & vbi dominus factus hæres ea præstaret ex persona serui præstaret, id est ex obligatione causata in persona serui, vt dixi supra prope finem secundæ partis, cogita super istis.

Et si vis tenere cum Pau. de Cast. & Ang. de Perig. poteris dicere, quod quando expresse dominus grauatur, dicitur quodammodo do grauari sub conditione, si fiat hæres per seruum, ut videtur probari in d.l. si alienus, & ideo impleta conditione debebat valere legatum, non si deficiat, & licet semper legata facta extraneis sumant vires ex persona serui, vt hic, illud est solum, quia ille fuit institutus hæres, tamen quando expresse dominus grauatur, negari non potest quod testator habuerit in intentione ipsius dominum & non seruum grauare.

Ex hoc tamen si bene aduertas non tollitur omnis scrupulus, & ideo iterum cogitabis. Retenta tunc communi opinione tam in filio quam in seruo, vt. s. solum nudo nomine fiant hæres, ponit Bartol. duos effectus ab illo nudo nomine prouenientes, vt per eum.

44 † Ex cuius dictis circa primum effectum facias conclusionem, quod beneficio, quod quis habet a me, contra me vt non potest, vt l. amicissimos, §. de excus. tut. & l. si iudex circumuento, §. de min. ex quo sequitur secundum Bar. quod cruz pater a filio habeat, ut per eum acquirat, & ita hæres fiat, contra eum non poterit allegare se esse hæredem, ita vt quarta contra filium detrahat, insignis Doct. d. Lanc. Decius vt referunt Reper. licet ego non viderim, hoc impugnabat, quia videtur, quod pater acquirat & hæres fiat iure suo, non quod habeat a filio, videlicet propter patriam potestatem, vt videtur probari in l. quamuis, C. de fideicom. ibi, potestatis ratione, &c. Respondent tamen ipsi Reper. quod immo sine facto filij pater non fiet hæres, oportet enim quod filius adeat, qui possit nolle adire, arg. l. cum proponas, C. de hæredibus instituend.

45 † Ex alio tñ ipsi reprobant dictum Bar. in proposito, quoniam licet iure communi conceditur, nam tunc licet a te proueniat seu ex facto tuo quod te vti possum, vt videmus in appellatione, nam licet pp appellatentem, & eius factio quia. appellauit, pars altera hæat ius appellationem prosequendi, vt l. ampliozem, C. de appell. tamen ex quo hoc iure communi conceditur, l. & in maioribus, eod. tit. poterit hoc fieri inuito appellante & euz, vt per eos, sed quod pater per filium acquiratur, dicitur iure communi inducitur, ergo &c. Tu considera, quod Bar. optime defendi potest in eo, quod dicit de quarta quod filium non detrahenda, & in primis fateor, quod pater vt per filium acquirat, non hæt ab ipso filio, sed iure communi si bi datur pp patriam potestatem, vt d.l. quamuis & in §. j. Inst. per quas perion. nob. acq. & istud proculdubio pater quod filium allegare potest, alioquin filius posset acquisitionem patri impedire, quod nemo diceret, postquam ipse filius acquisiuit. Sed quod pater restituendo quartam detrahare possit, dicitur proprie a filio hære & ex persona eius, cum illud tñ nomine hæredis fieri possit, & illud fundatur in filio vt est tex. hic nimirum ergo si quod ipsum filium postea non detrahit, licet hoc ipsum etiam ex alia ratione satis clara procedat, vt colligitur hic in vers. ipsi vero filio &c.

Nec obstat quod hoc videatur iure communi concessum, pro vt dicunt Reper. quia & in d.l. amicissimos, alleg. per Bar. illud priuilegium dicitur concessum iure communi, & tamen contra eos, ex quorum persona habetur, allegari non potest.

Vnde pro resolutione difficultatis considera, quod quoniam in vfu alius cuius iuris consideratur vel allegatur persona, a qua vel qua me diate illud ius prouenit, & sine ea haberi non posset, tunc quod eam non exercebitur, vt d. l. amicissimos, & hic in iure detrahenda quartæ. Si vero illa talis persona non consideratur in iure illo exercendo, vel alia sine ea haberi potest, & tunc quod eam potest exerceri vt in m. appellationis, & in simplici iure acquirendi patri per filium vt iam dixi. Cogita tamen, quia est noua declaratio.

46 † Circa secundum effectum concludit Bar. quod seruum vel filium esse hæredem nudo nomine, operatur vt in his quæ sunt facti, alij reputentur hæres, & non pater vel dominus & ponit duo exempla, vt per eum, quem sequuntur Doct. & dixi aliquid §. cir ca secundam conclusionem.

Nota tñ & tene menti ex doct. Bar. quod licet emolumentum & effectus impletæ conditionis in persona serui sequatur dominum & ei quaeratur, propter quod conueniens videbatur in personam Domini, eam impleri posse, vt circuitus inutilis euitaretur, iuxta l. Dñs restō, §. de cond. indeb. & l. videamus, & ibi gl. j. si cui plus quam per leg. Falc. tñ præcise impleri debet in persona serui prout declarat Pau. de Cast. in d.l. qui hæredi. Et ratio est fm patrii meum Soc. ibi, quia cum seruus possit nolle adire, vel implemētum conditionis recipere l. cum proponas, C. de her. instit. poterit ipse seruus, sperans libertatem, ea differre, vt postea factus liber ad suam vtilitatem adeat, vel conditionis implementum recipiat. † Sed contra istam rationem facit, quod in eadem l. qui hæredi dicitur de statulibero, qui domino dare potest.

ADDITIO. Immo forte debet dare domino per rationem j. positam. Et ita videtur probari in d.l. qui hæredi, ibi, quin domino dare debeat &c. cogita.

Dicunt quidam illud esse fauore libertatis ne. l. in longu protraatur, si seruus nolit accipere dum sperat libertatem. Sed hoc non videtur securum, quia posset statuliber offerendo consequi libertatem cum per eum non staret, arg. l. iure ciuili, §. de cond. & demonst. Igitur resoluendo dicendum est, quod in statulibero illud admittitur, quia cum ipse iubetur hæredi dare, non dicitur simpliciter considerata persona hæredis, sed dicitur ita iussus ratione dominij, quod de testatore in hæredem transit, vt videtur text. in l. si seruus si hæredi, §. de statulib. dominium autem ipsius statuliberi transit non in seruum adeuntem, sed in eius dominium, ergo &c. & hoc si recte considerabis est de mente Bar. in d.l. qui hæredi in §. prin. Inferet modo ex prædictis Bart. ad duas quaestiones vt per eum.

49 Ex dictis in r. q. conclusio Bart. est quod l. si paterfa. Titium, §. de her. inst. loquens in seruo procedit & in filio. cum Bar. transeat omnes hic & in d.l. si paterfam.

50 † Confirmat Soc. noster & multum commendat Reper. quia etiam vera existentia hæredis, tamen sine effectu, non operatur exclusionem substituti. l. ex contractu, §. de re iud. & l. & si sine §. sed quod Papinianus, §. de min. minus ergo istud nudum nomen hæredis, quod est in filio secundum Bar. & communem opin.

Sed mihi hoc parum aut nihil facit. Primo quia illa existentia hæredis nihil penitus operatur, hoc autem nudum nomen hæredis operatur, vt per Bar. & §. dixi, cum igitur sit minoris potentia non est de ea ita negatiue arguendum.

Secundo, quia per eum in quo illa existentia hæredis consideratur, nulli quaeritur hereditas, nimirum ergo si substitutus non excluditur, hic vero per filium quaeritur hereditas patri, ex diuersis igitur non debet argui per iura vulgaria.

D. Maria. Soc. Jun. in l. Cum filiofam.

Præterea secundum istam rationem deberet substitutus in totum admitti, quod est contra d.l. si paterfam. & contra illud quod ponit hic Bartol.

Sit ergo ratio decisionis Bar. & communis, quia præter opinionem testatoris filius iste non remanet re ipsa hæres, & licet patrem faciat hæredem, hoc contingit non mutata conditione, quod non fuit in intentione testatoris vulgariter substituentis, ex quo creditur illum esse patremfam. prout in simili de seruo dicitur in d.l. si paterfam. cum qua concordat §. si. Institur. de vulg. subst. quia tamen contra substitutum extat veritas facti, quæ si testator nouisset, substitutus in totum excluderetur, ideo propter concursum rationum contra regulam l. 3. §. de acq. hære. admittitur concursus instituti & substituti, & inter eos fit diuisio hæreditatis, vt in d. iuribus, dicitur.

51 † Sed nunc vtiliter quæro, an quod dicit hic Bar. de filiofamil. instituto pro paterfam. dato sibi vulgari substituto, procedat hodie in hæreditate aduentitia, cuius solus vsusfructus quæritur patri ipsi filio proprietate reseruata, vt l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. Bald. & Imol. in l. si quis filium, supra de acq. hæred. dicunt quod dispositio d. l. si paterfam. hodie procedit tantum quo ad vsusfructum, qui patri quæritur. Quantum vero ad proprietatem, cum illa cum effectu apud filium remaneat & in ea sit hæres, & sic iam dicitur voluntati & opinioni testatoris satisfactum, non potest habere locum d. l. si paterfam. & ita refert, & sequitur Alexand. & hic dominus meus Socin. dicit indistincte quod in aduentitia hæreditate l. illa hodie non procedit in filio etiam respectu vsusfructus, & sic quod patri quaeritur totus vsusfructus & filio tota proprietate, substitutus penitus exclusus. Mouetur, quia verba illa, si hæres non erit quibus cõficitur substitutio vulgaris, debent capi proprie & vere, vnde satis est ad simplicem & exclusivem substituti filiumfam. verè & proprie posse dici hæredem, prout vere est, licet patri quaeratur vsusfructus vt per eum. Repetitur communem opinionem nam secundum eos ratio, quæ olim considerabatur in tota hæreditate, videlicet quia filius cum effectu & ad eius commodum non remanebat hæres, vtget hodie respectu vsusfructus, cum in eo filius nullum ius habeat quod videtur contra voluntatem testatoris, qui eum vt patremfam. instituit, cogitauit etiam vsusfructum ei quaeri vt per eos.

Qui etiam addunt in argum. l. quæ de tota, supra de rei vend. Comprobatur, quia in dicta l. si paterfamil. videtur considerari simpliciter quod erat in opinione testatoris, propter quam solam substitutus vocatur ad illam partem: vnde quatenus eius opinioni non satisficit prout contingit in vsusfructu, debet lex illa procedere.

Ego sequor opin. domini mei Socin. per adducta per eum quam etiam comprobo duplici ratione.

52 Primo, † quia illa verba, si hæres non erit, sonant in dominium nam pro hærede gerere est pro domino gerere. §. si. Instit. de hæred. qual. & diff. Cum igitur filius sit dominus hæreditatis dicitur vere hæres & non pater, qui solum habet vsusfructum, ergo deficiente conditione vulgaris substitutionis substitutus debet totaliter excludi.

53 † Secundo, quia per vulgarem substitutionem quis admittitur directè vt est notum, & tradunt Doctores in l. 1. & in rubr. supra de vulg. & pupill. sed si admitteretur ad partem vsusfructus vt volunt Doctores non posset dici pro aliqua parte directus hæres, sed illum vsusfructum ab hærede acciperet iuxta l. 3. in princip. cum §. primo, supra de vsusfruct. ergo &c. Et ista (ni fallor) est mera veritas.

Nec ob. alleg. in contrarium, quia ad primum respondetur, & dico non esse verum quod vigeat in casu nostro ratio d. l. si paterfam. nam quando patri tota hæreditas quærebat, substitutus ideo ad partem vocabatur, quia testatori non dicitur satisfactum in eo, quod voluisse creditur, institutum, scilicet fieri hæredem, quo non existente, vocauerat substitutum, quia cum per filium fiat hæres pater eius, & ipse non remaneat hæres, dicitur impleta cõditio substitutionis quo ad opinionem testatoris, ista ratio non vigeat in casu nostro, cum verè filius institutus fiat & remaneat hæres, & cum verba testantis simpliciter sonent in ius hæreditarium, cum dixerit si hæres non erit, non est vltimus quaerendus de satisfactione voluntatis ipsius.

Et per hoc respondetur ad illud, quod ego vltimo loco allegabam, quoniam dico quod in opinione testatoris solus fuit prout verba sonant, videlicet quod instituto quaeratur hæreditas ita vt ipse & non alius hæres dicatur.

54 † Nec ob. regula d. l. quæ de tota &c. quia primo respondetur, quod procedit quando est eadem ratio ut ibi per scribentes quod in casu nostro non est, vt ex prædictis constat.

55 † Vel secundo & melius respondetur, quod nihil facit ad propositum, quia nego quod vsusfructus dicatur pars hæreditatis. Pars enim hæreditatis est per quotas, vt dimidia, tertia, & quarta vel alia portio quotitativa iuxta §. hæreditas, Instit. de hæred. inst. sed vsusfructus non est talis, sed dicitur res hæreditaria sicut fundus, domus,

vel alia res particularis in hæreditate contenta, & alia pars hæreditatis, & res hæreditaria valde differunt, vt l. qui fundum §. qui filios, j. ad leg. Falc. ibi nec huic contrarium &c. Nec huic solutioni obstat l. 4. §. de vsufr. quoniam solutio patet ex notatis in l. rectè dicimus, infra de verb. obl. & per tradita per Bart. & D. meuz Soc. & alios in l. qui vsusfructum, infra de verb. obl. vbi in specie videas Ias. in 2. notabili.

Circa secundam quaestionem, ad quam infert Bart. dicit vt per eum cum quo transeunt omnes maxime Aret. Soc. nos. & Re peten. & quilibet eorum comprobatur vt per eos. Dum tamè Bar. alleg. l. si solus §. si. de acq. hæred. dicit Aret. col. fi. & sequuntur Re petentes, quod parum seu nihil facit, ut per eos.

56 † Sed potest defendi Bart. in allegatione illius l. nam sicut ibi pars hæreditatis, cuius dies cedit tempore, quo seruus reperitur factus sui iuris ei quaeritur, cum sit habilis ad acquirendum, sic erit in casu Bart. cum illius pupillaris substitutionis cedat dies, i. moriatur pupillus tempore, quo seruus iste reperitur sui iuris, & hoc modo voluit inducere Bar. ni fallor.

Ex quo tex. & inductione prædicta tollitur si quis contra Bartol. diceret quod immo deberet admitti dominus inspecto tempore factæ substitutionis, vel saltem mortis testatoris, quibus temporibus ille erat seruus. Et licet ibi portio conditionalis non datur relicta sub conditione si ex pura fuerit hæres, vt per Aret. in quo fateor terminos illius §. si. a terminis Bartol. differre, ex hoc tamen non debet reprehendi inductio prædicta. Et circa illud voluntati testatoris & conditioni inclusæ in illis verbis, quibus quis mihi hæres erit, dicitur satisfactum, si ille, qui erat scriptus, adierit hæreditatem, licet alteri quaesierit, cum illa verba tñ scripti heredem respiciant l. 3. iuncta l. q. liberis §. hæc verba, de vul. & pup.

Infert tertio ultra Bar. Ias. ad solennem quaestionem, quam dicit nullibi per alios tangi, an. l. pax cum herede occisi habenda ex forma statuti ad aliquem effectum, puta ne occisor occidi possit. Vel vt ei pena diminuatur, vel in totum remittatur sit habenda i filiofam. vel seruo institutus, an vero a patre, vel domino, quoniam iussu adita fuit hæreditas occisi & ita eis effectualiter acquisita.

57 † Et licet in l. lectu. dubitando cogitandum reliquerit, tamen in 2. lect. dicit se procliuorem, vt pax sit habenda non cum filio vel seruo, sed cum patre vel domino vt per eum.

58 † Subdens similiter dicendum esse, quod pena, quæ ex forma statuti heredibus occisi erat applicanda, debetur absque dubitatione dari patri vel domino, cum ad eos commodum & emolumentum hæreditatis pertineat, vt Inst. per quas perso. nob. acquiritur, & supra satis dictum fuit.

Considera, quia forte Iaso. in vtroque dicto male loquitur & maxime in secundo, nam si statutum dicitur, quod pena vel pars eius datur hæredi occisi, certè dari debet ei, qui scriptus reperitur iuxta d. l. qui heredi, in prin. de cond. & demonstr. & licet quod ei dabitur patri vel domino eius ratione potestatis veniat quaerendus sicut etiam fuit quaesita hæreditas, ei tamen datio fieri debet propter demonstrationem personæ a statuto factam, sicut cõtingit in d. l. qui heredi. Et sequetur ex hoc non parua vtilitas, quia si interim scriptus hæres fiat sui iuris, pena, quæ ei dabitur, apud eum remanebit, prout in simili contingit in secunda illatione Bar.

Quantum vere pertinet ad primum dictum Ias. de pace habenda cum herede occisi, licet dubius videatur articulus, ego procliuor sum quod cum filio, vel seruo institutus pax haberi omnino debeat, per ea, quæ pro ista parte allegat Iaso. quibus ipse vel nullo modo vel non commode respondet vt infra patebit. Comprobatur ultra eum, & in hoc stat tota vis, quia tale statutum videtur requirere pacem ab herede occisi, non ex eo simpliciter, quod sit hæres, sed tanquam a persona, quæ magis homicidio illo videatur grauati, & ad cuius onus vindictæ magis pertinere videatur quia si velit statutum mitius cum homicida agendum esse, quoniam ille, cuius verisimiliter maior deberet esse indignatio, ei faciendæ pacis pepercit. Et dixit eum heredem quia verisimiliter illud ad heredem pertinet, non autem hoc dixit, ut requireret ab eo pacem ex eo tantum quod sit hæres ideo bona hæreditaria habeat.

59 † Et hinc est, quod istud non dicitur in se quid hereditarium, vt per Bar. quod magis communiter approbatur in l. si filius qui patri, in §. de vulg. & pup. inferentem quod pax facta cum filio occisi abstinere sufficit, & allegat in arg. l. pen. j. de sepul. vio. & l. pro herede §. si. de acq. her. quicquid ibi videatur velle Ias. in contrarium & male. Nec si bene considerabis trium vult Bar. in l. 4. §. Cato, in 8. q. de verb. obl. quia ego fateor quod si sint plures heredes, oēs considerandi sunt ex eo, quia ad oēs verisimiliter & indignatio & ius vindicandi videtur pertinere, nam cum omnes à testatore videatur dilecti, omnes dicuntur homicidio eius grauati. Et hoc respectu dicuntur omnes simul representare defunctum cum omnes fuerint dilecti ab eo & eius morte grauati. † Et ideo quicquid ibi dixerit Bar. non sufficit fieri pacem a maiori parte heredum, vt ibi per Roma. & Mod. & per Ang. in d. l. pro herede §. si. & tradit Fel. in c. cum omnes. 10. col. de const. ver. 7. fallit &c. dicens op. Bart. communiter reprobari & ego aliquando dixi in d. §. Cato & Deco

Deo fauente anno futuro plenè dicam, nouiter enim illum §. (si Deus uolet) intendo repetere.

Modò in proposito dico, q̄ cum testator instituit filium vel seruum suum, in eos & eorum personam ostenderit affectionem, dicam eum, qui ita reperitur institutus, econtra dilexisset testatorem saltem præsumptiue, arg. l. nec adiecit, supra pro socio. Et huiusmodi dilectionis intuitu dicendum uidetur istum institutum magis grauatum ex nece testatoris & esse talem, quem lex præsumat indignationem suscepisse, & sic ad eum ius vindicandi pertinere: nunquam ergo uidebitur statuto satisfactum nisi cum isto instituto fiat pax. Et licet per eum hæredes patri vel domino quaeratur, ex hoc tamen non tollitur, quin testator, eum instituen- do, ipsum dicatur prædilexisse, & consequenter mentem statuti loquentis de hærede in eo verificari. † Quæ mens semper atten- di debet, etiam si uerborum rigori uidetur aduersari ut l. scire o- portet. §. aliud supra de excusatio. tut. cum simi. Et ex his diligen- ter consideranti apparebit responsio ad ea, quæ in contrarium al- legat hic Ias.

† Sed hoc retento dubitari nunc potest, utrum sufficiat habuisse a filio vel seruo institutus? Et uidetur quòd non, nam licet pater vel dominus non sint directè & per prius a testatore dilecti, sunt tamen in consequentiam, & sic etiam illi tali homicidio uidentur grauari & indignationem suscepisse. Vnde ut omnis rancor (ut ita dicam) & inimicitia tollatur, prout uidetur uoluisse statutum ut hic per Ias. in ultima sua ratione, uidetur dicendum q̄ etiam cum patre vel domino sit habenda pax. Præsertim cum istud statutum sit contra ius commune, ut idem Ias. considerat, nam ut minus a iure communi recedatur, uidetur intelligendum de quocunque hærede, & sic non solum de hærede scripto, & in quem uoluntas testatoris per prius confertur, sed etiam de hærede cum effectu, in quem uoluntas testatoris secundario & media te dicitur conferri, secundum quòd supra declarauimus in quinta cõ- clusione primæ partis.

Pro quo facit illa communis opinio doc. in d. §. Cato. uidelicet quòd si plures sint hæredes, ab omnibus sit habenda pax, etiã quòd unus sit ex minima parte, sic ergo & hic, cum & institutus & pater vel dominus eius aliquo modo dicatur hæres, super his tamen cogitabis, quia cum uideantur remota a materia nostræ l. diligentius non instabo.

Demum antequam veniam ad quartam partem, ut nihil omit- tatur, Bar. format tres oppositiones.

† Circa primam de l. r. §. inde Neratius, infra ad Treb. solutio Bar. est uerissima, & de ea uidetur tex. quem ipse allegat in l. si patroni. §. fideicommissariam. eodem tit.

ADDITIO. Carol. Ruin. limitat conclud. Barto. quando pater suo nomine esset grauatus, quia tunc detrahere non potest quartam ut per eum.

Sed ego hoc non probo, quia etiam q̄ pater nominatim grauetur ab extraneo, detrahit quartam ex persona filij, & ita uidetur probari in prin. l. nostræ. & tunc licet sit pater grauatus, censetur grauatus filius per l. peto. §. mater. de lega. 2.

Et si dicatur q̄ etiam fideicommissarius dicatur repræsentare hæredem, sicut pater filium, cum loco hæredis habeatur. l. si filius, §. l. supra q̄ cum eo, ergo sicut pater ex persona filij detrahit, ita & ipse ex persona primi hæredis. & ita mihi circulariter per acutissimum quendam discipulum fuit obiectum contra Barto. qui etiam subdebat aliter posse solui, uidelicet quòd ideo in §. inde Neratius, fideicommissarius non detrahit, quia iam per hæredem dicitur facta detractio.

Ego dicam tuendo Bar. prout tunc dicebam quòd Bar. dicens patrem detrahere ex persona filij hæredis scripti non respicit simpliciter repræsentationem, sed illud quia l. legata & fideicommissaria dicuntur ipsi filio iniuncta, & in persona eius sumunt vires, ut hic dicitur & supra fuit pluries dictum & declaratum. in §. autem inde Neratius, legata uel fideicommissa non dicuntur aliquo modo hæredi iniuncta, sed ipsi fideicommissario, & hoc est quod dixit Bar. quòd ibi erat legatum ex persona sua. Quando autem fideicommissarius præstaret legata, quæ fuerant hæredi iniuncta, tunc bene ex persona hæredis detraheret quartam, ut d. §. qui fideicommissarium (secundum tamen ea quæ ponunt Bart. & alij

in d. §. inde Neratius.) † Quantum uero pertinet ad illam nouam solutionem, dico quòd non concludit, quia etiam quòd hæres nõ detraheret, fideicommissarius non retinebit, nisi hæres uoluerit non detrahendo in eum liberalitatem conferre, ut uidetur casus in d. §. inde Neratius. Quod secundum opin. Bar. ibi & communem procedit, saltem quando uult hæres gratificari secundum fideicommissario, uel quando errando non detrahit, uel secundum Cuma. Pau. de Cast. dominum meum Socin. & Ias. ibi, & forte melius, procedit quocumque non detrahit illo casu tantum excepto, quando scilicet constat, quòd uoluerit liberalitatem ad priorem fideicommissarium pertinere ut uerba illius text. uidentur importare.

ADDITIO. Circa quem text. ex alio solutio illa non con-

uenit, quia scilicet ibi nunquam præsupponitur, quòd hæres detraheret quartam.

† Circa secundam oppo. quam facit Bart. de l. r. §. bonorum, ad Trebell. Aduertendum est dum Bart. uult, q̄ bonorum possessor habet ius detrahendæ quartæ a prætore. Nam licet omnes transeat, hoc non uidetur uerum simpliciter, quia prætor solum dedit ei, ut succedere possit, detractio autem quartæ prouenit ex Trebelliano senatusconsulto, quod licet de hærede instituto loquatur, habet tamen locum in quolibet uniuersali successore, ut l. reculare. §. r. infra ad Trebel. & d. §. bonorum, cum §. præceden. Et hoc procedit per interpretationem passiuam, sicut in simili dicitur in l. r. §. lex falcidia, infra ad l. falc.

Potest ergo dici, q̄ illud proueniat a prætore, uelut a causa mediata. Nisi enim a prætore vocaretur ad successionem, non haberet ius detrahendæ quartæ, & hoc modo dictum Bart. posset defendi. Sed tu cogitabis an ipse ita senserit.

Præterea eo modo, quo Bart. uult patrem habere beneficium detractiois a filio, dico q̄ bonorum possessor habet a seipso, cuj ille dicatur (uti uerus successor uniuersalis) grauatus † Et ideo reiecta solutione Bartol. (quæ insipida uidetur) ex prædictis ita ad contrarium responderi potest, ut scilicet ideo bonorum possessor detrahat, quia ipse est uerus uniuersalis successor, ita ut nihil apud alium remaneat, quia in omnibus uice hæredis fungitur, ut l. secunda, infra de bonorum possessio. & alias iura omnia loquentia de hærede procedunt & in bonorum possessore, ut d. l. 2. & dixit Bartol. in d. §. bonorum. & sic sequitur quòd quando ille grauat, dicitur proprio suo nomine grauari & ut hæres, & ex persona eius legata, uel fideicommissa sumunt vires, quæ non considerantur in patre uel domino in l. nostra. nam filius uel seruus aliquo modo sunt hæredes, ut ex prædictis constat. Item ipsi pater, uel dominus non ut hæredes grauantur, sed ut pater uel dominus commodum suscipientes, unde clare sequitur, quòd quartam nõ detrahan, ut l. mulier. §. fin. infra ad Trebellia. & hoc proprie uoluit lista in uersiculo ipsi uero filio &c. ibi, non ut hæres, sed ut pater, &c.

Circa tertiam oppo. de l. iubemus. C. ad Trebe. dic ut per gl. hic in secunda parte, & per Barto. hic & alios maxime Ias. Ex his sit expedita tertia pars l. nostræ.

S V M M A R I V M.

- 1 Fructus percepti per grauatam post mortem restituere quicquid ex hereditate ad eum peruenit, an sint restituendi, plenè discutitur, distinguendo quatuor casus, nu. i. cum 12. seq.
- 2 Fructus prædicti qui non restituntur, in quarta imputantur.
- 3 Si tempus adijcitur fauore fideicommissarij, fructus restituntur.
- 4 Tempus in dubio in fideicommissio dicitur adiectum fauore grauati, & nu. mero 13.
- 5 Fructus per hæredem percepti, dicuntur ex bonis superesse, non ex hereditate.
- 6 Dicitio geminata cum substantiuo uniuersali facit fructus deberi.
- 7 L. 3. §. si. de dote præalleg. declaratur.
- 8 Commune uotum parentum est filijs querere & quomodo intelligatur. nu. 8. & 12.
- 9 Grauatam post mortem debet interim ad sui commodum uti & frui loquendo in dubio.
- 10 Geminata dispositio in filium, idest institutio hæredis & grauamen iniunctum patri, nihil facit ad fructus.
- 11 L. in fideicommissi. §. cum Polidius, declaratur.
- 12 Intellectus Bar. & communis ad fi. huius l. reprobat.
- 13 Fideicommissum extraneo uelictum in casu huius l. si deficiat filio sui iuris existente, an per ipsum retineatur, longe examinatur, & concluditur q̄ sic. nu. 15. cum seq.
- 14 Nudus minister non dicitur, qui sentit commodum.
- 15 Fideicommissum extinctum retinetur per eum, qui illud ualidum præstaret, & quomodo hoc procedat.
- 16 Qui ex ualido fideicommissio quartam detrahit, fortius illud extinctum retinet.
- 17 Quarta per filium institutum retinetur, si est capax, alias per patrem filij nomine.
- 18 Fideicommissum deficiens remanet apud grauatam, & quando.
- 19 L. si solus §. si. de acq. hæ. declaratur.
- 20 Expressio eius, quod tacite inest aliter quam inest, operatur.
- 21 Fideicommissum non esse factum, & eius conditionem deficere, non semper sunt paria.
- 22 Argumentum ab absurdo ualet.
- 23 Nouus intellectus ponitur ad fi. l. nostræ.
- 24 Ratio dubitandi non debet esse concludens, sed sufficit eam esse coloratam.
- 25 Dicitio in filio instituto emancipato uidentur procedere in seruo manumisso.
- 26 Pater grauatus post mortem filio instituto, non tenetur emancipato.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

AGGREDIAMVR modò quartam partem. In glo. in ver. relictiis, dic vt per Iaf. & licet aliqui hinc inducant eam ad quaestionem, vt per Alex. Ego tamen sequendo ordinem Barto. referuo dicendum in fin. l. vbi Barto. tangit. gloss. in ver. rcenturum, diuiditur in quinque partes, vt per Iaf. qui plenius declarat in noua lectu.

Prima pars est clara, & ei potes addere l. si eum hæres, infra quando dies lega. ced. & l. si pecunia. §. quod ita. de leg. 2.

Circa secundam partem glo. ibi, sed in vniuersali &c. & quaestio nem in eo formatam, dicam infra post Bar. in §. q.

Et in septima quaestione tangemus tertiam partem glo. sequen do ordinem Bar.

Circa quartam partem glo. ibi, sed secundum hoc &c. oppo no. & declara eam vt per Bart. qui vtraque solutione glo. reproba ta ac etiam intellectu Iaco. de Are. ponit nouam solutionem, & nouum intellectum ad legem nostrā, vt per eum. Ex cuius dictis, perique omitendo, collige primò vnam conclusionem quate nus ipse vult, q̄ intellectus Iac. de Arena sit in se verus, videlicet q̄ pater grauatus filio post mortem restituere quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, tenetur ad fructus interim perceptos, & hoc secundum Iaco. de Are. fundatur in communi voto parē tum, de quo in l. scripto. in fin. infra vnde libe. & in l. nihil. §. i. de bon. lib. vt declarat Bart.

Sed ÷ istā cōclusionēz v̄ ob stare generalitas l. quod his verbis. in prin. de leg. 3. l. hæredes mei. in princ. §. ad Trebel. l. in fideicom missariam. & l. mulier. §. si hæres. eodem tit. cum similib.

† Vnde pro istorum iurium resolutione, & quia articulus pulcherrimus & vtilis est, placet vt alius materiam tractando pro eius vera declaratione aliquantisper insistamus. Igitur quando quis grauatus post mortem suam restituere quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, an. fructus veniant, distinguendo consi dera quatuor casus distinctos vt infra.

Primus sit quando hæres, institutus eo modo, grauatur ali cui extraneo tam respectu sui, quā respectu grauantis, & tunc ponas apertam & generalem conclusionēz, videlicet quòd fructus interim percepti non sunt restituendi, per iura præalle gata. † Notabis tamen quòd fructus tales, & sic restituendi nō sint, in quartam tñ imputari debent, cum iudicio testatoris perce pti videantur, ut d. l. in fideicommissariam, & d. §. si hæres.

† Hanc generalem conclusionē, limita primo nisi tēpus illud ad restituendum esset appositum gratia ipsius fideicommissarij, nam tunc, ne tempus, quod in eius fauore dicitur adiectum, re torqueatur in eius damnum, contra l. quòd fauore C. de leg. cuz similibus fructus interim percepti vna cum hæreditate erunt resti tuendi, iuxta l. si ita legatus. §. Pegasus de leg. 2. facit l. in fidei commisi. §. cum Pollidius, §. de vsur. Caue tamen quia hoc probandum esset, quia alias in dubio tempus dicitur adiectum fauo re grauati, ut l. cum tēpus, §. de reg. iur. & not. in l. eum qui. in gl. si. infra de annu. legatis.

† Secundo limita nisi fuerit dictum, quicquid ex bonis supe reri &c. tunc enim quia etiam fructus dicuntur ex bonis supe esse restituendi erunt, quia tamē reperientur, de hoc videtur casus in d. l. in fideicommissi. §. nonnunquam, & ita voluit Bart. in d. l. hæredes mei, in prin. & in l. Titius, infra ad Trebel. non enim suffecisset dicere, quicquid ex hæreditate supererit, vt est tex. in l. deducta §. si. cod. tit.

† Et ratio est, quia fructus non ex hæreditate sed ex bonis su pererit, vt d. l. in fideicommissariam, in prin. ista declaratio ad d. §. nonnunquam, alijs iuribus bene consideratis, conuenientior est, quā sit aliqua alia posita ibi per gl.

† Tertio limita nisi in grauamine fuerit posita dictio gemina ta cum substantiuo vniuersali, puta quantacūq; pecunia &c. uel res &c. nam & tūc fructus interim percepti debentur propter amplissimam illorum verborum importantiam, de hoc est text. in l. balista, ad Trebel. ibi, respondi ex his verbis, quæ proponis, i. pecuniam existimo etiam fructus &c. & ita dicit ibi Bar. de quo an sit verum nunc non insistam, sed videndum est per doct. post Bar. ibi, & in d. l. in fideicommissariam, & sit pro nunc satis intel ligere quòd Bar. magis communitè approbatur.

Quarto limita, nisi illud, quod grauato erat relictum, fuisset re lictum pro eo, quod ei a relinquente deberetur, quia isto casu si grauatur, quicquid ad eum peruenerit restituere, tenetur etiam ad fructus, intellige respectu eius rei, in qua valet grauamē id est quæ sit, supra id quod sibi debebatur, hoc videtur probari in l. 3. §. si. §. de dote prælega. vbi ita intelligit Bar. & alij magis cō munitè sequuntur.

† Ratio esse potest, quia testator, qui pro eo, quod dēt, reliquit dum postea grauatur quicquid ad eum peruenerit, videtur velle quòd nihil apud eum vltra debitum permaneat, ut etiāz dicebat ibi glo. Fateor tamē quòd iste intellectus ad illum tex. apud me est valde dubius. Nam si testator nolebat quicquam vltra dotē debitam apud vxorem esse, quare distulit grauamen & fideicom missi restitutionem post mortem vxoris non video. Nisi

dixeris id euenisse, quia cum variæ sint hominum opiniones, et sic placuit disponere, Et forte ille Scius fideicommissarius erat filius illius mulieris, & sic testator considerauit per matrem viuē tem res illius melius gubernari, super quo tamen cogita, quia cum non paruum diuinationem continet, & etiam restrictionē non audeo firmare, sed plurimum dubito. Et vbi hoc dici posset sequeretur q̄ iō ibi fructus deberēt restitui, quia tempus gratia fideicommissarij diceretur adiectum, & sic essemus in l. limita. §. posita, & ista quarta limitatio remaneret sine fundamento.

Non omitto quòd elegantissimus quidam & acutissimus di scipulus disputando, aliter & nouiter illum text. intelligebat, videlicet, quòd ibi illa mulier fuit simpliciter & pure grauata, & non cum moreretur, quod satis est verisimile cum tantum pro dote fuisset ei relictum, prout s. dicebant. Et verba illa, cum mo reretur, in eo tex. debent referri ad sequentia, & narrare factum contingens, & sic legendo literam illam fiat punctus ibi, id resti tueret Scio. Quo stante nimirum si fructus debentur, ex quo fi deicommissum erat purum, & non fuerunt percepti ex volunta te testatoris, si enim statim fideicommissum fuisset restitutum, ut testator voluit, fructus eius fuissent fideicommissarij, ergo &c.

Iste est satis coloratus intellectus, per quem tollitur ista quar ta limitatio. Et tamen plurimum repugnat, quia secundum eam oportet intelligere, quòd illa mulier grauata fuisset in mora resti tuendi, de quo ibi uerbum nullū, & esset magna diuiniatio, alias autem vbi illa nō fuisset in mora, sed fructus fuissent collecti ex negligentia non potentes, non essent restituēdi, ut est casus in d. l. mulier §. si hæres, ad Treb.

Præterea si ibi verba illa, cum moreretur, demonstrarent fa ctum, quod postea sequitur, videlicet muliere defuncta, cum ad idem tenderet, videtur superfluum. Igitur super istis, & super il lo §. si cogitabis. Et in dubio inhæres communi opin. secundum quam ponitur ista quarta limitatio, quam pro sing. ponit Ludo. de Ro. in sing. 37. incip. quòd licet legatarius &c. licet Reperent hic allegent, num. 39.

Secundus casus fit, quando hæres institutus grauatur eo mo do proprio filio restituere, & tunc videtur Iaco. de Aren. simul & Bart. voluisse, cum ipsi generaliter loquantur, q̄ fructus debeantur. Et per hoc dicebat Ang. ampliari l. in fideicommissi. §. cum Pollidius, §. de vsur. vt. s. d. u. loquitur in filio testatoris, procedat etiam in filio grauati, & istud in terminis sequitur Imo. in d. l. in fideicommissariam col. si. in §. fallent.

† Et ratio est secundum Bart. post Iaco. de Are. quia naturale & commune votum parentum est, querere filijs, quam rationē etiam Imo. ubi s. sequitur. Sed Imo. hic sibi prius Alex. & quasi omnes Moderni contrarium tenēt, concludentes isto casu fructus non esse restituendos per iura s. allegata. Et hoc puto verum. Nō ob. illud commune votum paternum, quia respondetur, quòd nihil est ad propositum, quia illud procedit in his, quæ per ipsū patrem disponuntur, & quando agimus de interpretanda dispo sitione patris, quod non est in casu nostro, cum agatur de dispo sitione testatoris, quem extraneum præsupponimus, unde attendi mus vim verborum, quæ est q̄ grauatus possit fructus retinere, vt d. l. quod his verbis, cum sim.

Præterea si uelis pertinaciter uotum patris grauati considera re, dico quòd in eius arbitrio erat, filio relinquere, si uoluisset, si ergo nō fecit, sed aliter disposuit, cessat illa præsumptio commu nis uoti, quia in rebus certis cessant coniecturæ l. cōtinuus. §. cuz ita de verb. obl. Et si dixeris, hoc procedere quando intestatus de cesserit pater. Respondetur, & aduertet, quia aut iste filius erat vnicus, & tunc quia vniuersaliter succedit, omnis quaestio dicitur sublata, habebit enim hæreditatē illam cum fructibus & omnia bona paterna, aut erant & alij filij, & tunc dico q̄ patris uotum erat commune omnibus filijs propter aequalem affectiōem, & iura quæ de tali voto loquantur, gñaliter procedūt respectu om nium filiorum, nimirum ergo si tunc omnes admittentur ad fru ctus, de quib. agimus, & sic cessaret ratio Iac. de Are. & Bar. respe ctu illius filij fideicommissarij. Tertius casus fit, qñ pater eo mo do grauatur filio instituto, vt in terminis l. nostre. Et tunc fere oēs concludunt fructus dñe restitui, vt Cuma. Imo. & alij, vt per Alex. & Iaf. & in his terminis tñ volunt procedere op. Iacob. de Are. & Bar. & sic in fil. nostre, secundum istam op. quæ est com munitè, fructus cum hæreditate restituēdi essent, vbi locus restituti oni daret. Et pro ista op. primo allegatur d. §. cuz Pollidius. Se cundo commune votum paternum, sñ q̄ etiam s. dictum est. Tertio, quia ita videtur uoluisse testator propter geminatam uoluntatem collatam in istum filium, vt per Alex. & Iaf. a qua uoluntate testatoris, etiam habita per coniecturas argui potest, cuz illa regat, & gubernet omnia & totum faciat, ut l. in conditionibus primum locum, de cond. & demonst. & l. ex facto, la grāde circa medium, §. de hæ. in st. Quarto facit, quia testator conferen do restitutionē post mortē patris, v̄ appouisse tēpus illud fauo re fideicommissarij, & prius instituti, cuz alias pure filio in pāte grauari pater non possit, quo dato sequitur, q̄ fructus sint om nino

nino restituendi. vt d. l. si ita §. Pegasus. de lega. 2. & dixi supra in prima limitatione primi casus.

† Sed tamen his non obstantibus, contrarium de iure verius arbitror per generalitatē iurium supra allegatorum, & per rationem eorum, quæ est, quod ideo testator grauauerit post mortem vt scilicet grauius donec viuat, libere, & ad sui commodum vtaur & fruatur, vt etiam dixi in prima gl. huius. l. quod non esset in effectu, si cum hæreditate etiam fructus, medio tēpore percepti restituendi essent. Nec obstat adducta in contrarium, quia ad primum respondetur primo quod ille §. cum Pollidius, loquitur in filio testatoris, quo casu sine dubio maior est affectio ipsius testatoris, vnde ex diuersitate casuum, & rationum non debet inferri de vno ad alium per iura vulgaria. Secundo etiam responderi potest, quod ibi ideo fructus restituendi sunt, quia tempus fuit adiectum gratia fideicommissarij. Et ex alijs etiam constabat ita testatorem voluisse, vt ex tex. illo apparet, & dicam in quarto casu.

Ad secundum dum allegatur commune votum paternum respondetur, vt dixi in secundo casu. † Ad tertium responderi potest. Primo quod regula geminationis nihil in proposito nostro facit, quia illa dispositio testatoris duplex non est super eodem, vt plene dixi supra in secunda parte huius l. in illa q. an pure relictum fideicommissum valeat. in quarto arg. pro opin. Bart. & communi. & ex ibi dictis habebis etiam alias respōsiones. Secundo etiam responderi potest, quod ex illa dispositione testatoris (etiam quod dici possit geminata) solum constabat quod testator voluit filium institutum habere hæreditatem, sed circa fructus medio tempore a patre percipiendos, eius dispositio iuxta eius verba non potest adaptari, igitur circa eos standum est regulis aliorum iurium. alioquin sequeretur quod si in d. l. quod his verbis, hæres fuisset bis eo modo grauatus, fructus deberentur, quod non est aliquo modo admittendum, & esset contra generalitatem illius l. Ad quartum & vltimum respondetur, negando qd tempus dicatur appositum fauore fideicommissarij, saltem simpliciter, quia dico, ut modo dicebam, quod fuit adiectum fauore grauati, vt fruatur & fruatur donec viuat. Nec obstat, dum consideratur quod tempus mortis videtur adiectum, quia alias pure filio restitui non potest, quoniam responderetur, qd hoc solum considerasset testator, satis erat dicere, cum sui iuris erit, & non ita in specie differre in tempus mortis grauati, & quod in casu nostro tempus mortis grauati patris non sit adiectum simpliciter fauore filij, videlicet propter eius existentiam sui iuris, probatur apertissime in l. nostra: quia si illud esset, certe filio interim emancipato pater teneretur, quod est contra istum tex. ponderatum, ut supra dictum fuit super prima gl. Et ibi ex pluribus firmavi contra vtrumque Imolensem, & præcipue per l. nostram, quod pater grauatus filio, etiam instituto post mortem suam, non tenebitur emancipato. & ibi respondi ad l. 3. C. de instit. & substit. & ad l. mulier. in prin. infra ad Treb. cum similibus, ad quæ dicta me remitto. firmetur igitur ex prædictis conclusio contra comunem opinionem, scilicet quod nec in isto tertio casu fructus sint restituendi, quam conclusionem tenuit Aret. hic, & Petr. de Besut. ut refert Ias. licet non ita ad omnia respondeant.

Quartus & vltimus casus est, quando hæres institutus eo modo grauatur filio testatoris restituere, & tunc magis videtur dubitandum: videtur etenim, prout quasi omnes tenent, quod rursus isto casu veniant omnino restituendi.

Primo per d. §. cum Pollidius. vbi de hoc videtur casus.

Secundo facit commune votum paternum, de quo supra, qd in casu nostro proprie venit considerandum, cum agatur de interpretanda voluntate patris illius fideicommissarij disponentis, vt supra: vnde videtur quod propter paternam affectionem in filium in eius fauorem disposuerit. Facit etiam & tertio, quia, vt dicitur in d. §. cum Pollidius, tempus dicitur adiectum fauore filij, ergo &c. per d. §. Pegasus.

Aret. tamen hic contrarium tenet, cuius opinio semper mihi placuit per generalitatem d. l. quod his verbis, cum simi. Et huic opinioni sentiunt inharere Repeten. Et vltra Aret. pro hoc optime facit, scimus. §. cum autem. in fi. C. de inoff. testa. ibi, & scriptus hæres commodum &c. Et licet in casu illius §. non fuisset dictum quicquid ex hæreditate peruenerit, prout proponitur questio nostra, tamen satis ibi probatur quod tempus mortis grauati non dicitur appositum gratia fideicommissarij, licet fuerit filius testatoris, nam tunc fructus deberentur etiam, quod non fuerit dictum, quicquid ex hæreditate &c. per generalitatem d. §. Pegasus. quod esset contra d. §. cum autem.

† Nec huic opinioni obstat alleg. in contrarium, nam primo ad d. §. cum Pollidius. responderetur, quod illud ibi est, ut in tex. dicitur, quia testatrix voluit Pollidium vnum tantum prædium retinere. & etiam quia tempus illud certæ ætatis, puta annorum viginti quinque, fuerat adiectum fauore illius puellæ, & istud est quod voluit ille tex. in fi. ibi, siue quod: lubrico, tutela, &c. Et illud idem ipsa testatrix in testamento declarauit, ut patet ibi. idq; sibi mater ideo placuisse, &c. & ita illum tex. declarando, ut etiam

voluit Aret. si bene ponderetur, quando prædictæ rationes ibi al legatæ cessarent per locum a cessante ratione, probat contrarium, & tamen loquitur in filia testatoris, & ita ille tex. retorquetur, & in eo est optimū fundamentū contra communem opinionem.

12 Ad secundum respondetur primo, quod ratio communis voti paterni procedit in his bonis, quæ ab ipso patre parantur, & ita loquitur d. l. scripto. vnde liber. & l. nihil. §. 1. de bon. liber. sed in casu nostro fructus medio tempore per hæredem percepti ab ipso hærede parantur, & bonis, non hæreditati accepto feruntur, vt d. l. in fideicommissariam.

Secundo responderi potest, quod illud procedit in dubio, in casu vero nostro iam constat de alia voluntate testatoris circa istos fructus, ex quo grauando post mortem dicitur voluisse grauatum interim vti & frui posse ad sui commodum per prædicta, alias hæredi instituto inutilis fuisset institutio de eo facta, quod non est dicendum, arg. l. epistolam. §. fin. infra ad Treb. secundum intellectum Paul. de Cast. & domini mei Soc. ut per eos §. in secunda parte legis, licet circa illū tex. ego aliter scietim, vt ibi dixi.

† Ad tertium respondetur, quod immo tempus dicitur appositum fauore hæredis grauati, ut supra dixi, & ita semper in dubio lex præsumit, ut l. cum tempus. inf. de reg. iur. Nec quicquam facit fideicommissarium fuisse filium testatoris, ut constat ex d. l. scimus. §. cum autem. Ad quod etiam facit l. liberto. §. filium. in fin. inf. de annu. lega. ponderando quod decisio de qua ibi fundatur in eo, quod pater voluerit infirmitati filij consulere, innuitur enim quod aliis secus esset.

Nec obstat d. §. cum Pollidius, quia ibi tempus fuit vsq; ad certam ætatem fideicommissarij, non autem vsq; ad mortem grauati, quo casu fateor tempus apponi gratia fideicommissarij, etiā quod non esset filius testatoris, ut probatur in d. §. Pegasus.

Ex his omnibus potest firmari generalis conclusio contra doctores, quam alijs adhuc scholaris disputando publice sustinui, qd grauatus post mortem suam restituere quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, fructus ab eo perceptos retinebit cuiusque fuerit grauatus: nisi extrinsecus de contraria voluntate disponentis doceatur. Et ex his etiam sequitur, intellectum Iac. de Arenas, nec in se uerum esse, quicquid in contrarium dixerint Bart. & sequaces. Et hæc notabis, quia per alios non inuenies ita vberum & distincte declarata, & sunt valde vtilia.

Secundo collige ex doctrina Bart. quod reprobat duabus lecturis gl. & tertia Iaco. de Arena, alius, & quartus est sententia nostra, ut per eum. Et secundum intellectum Barto. concluditur qd etiam quo ad retentionem in terminis nostra non est differentia in filio vel extraneo fuerit relictum fideicommissum, nam vtroque casu pater grauatus retineret. sed secundum eum est differentia datis eisdem terminis in extraneo, qui sunt in filio, videlicet quod quis extraneo dare grauatur, quod iam eidem relictum fuerat, sicut hic dicitur de filio. nam si in filio loquimur, eo decedente pater retinebit, vt hic, secus si in extraneo loquamur, nam eo decedente ille, qui erat grauatus illi extraneo dare, non retinebit, quia dicitur nudus minister, vt l. si quis Titio, de leg. 2.

14 vt hic per Bar. & cum eo transeunt Ang. Imo. & Alex. † Sed iste intellectus Bart. non videtur verus, nec aliquo modo tenendus, quia ommissis alijs nullo modo conuenit textui nostro, nam ista decisio fundatur in ratione illa, quæ hic exprimitur, videlicet quia fideicommissum sumit vires ex persona patris, ita quidem quod vbi in terminis l. nostra fideicommissum sumeret vires ex persona filij, prout quando extraneo fuisset relictum, pater non omnino retineret. Et hoc est quod necessario vult iste text. nisi cauilletur, quod est contra mentem Bart. cum ille velit quod illud quod hic a contrario innuitur, procedat extra terminos istius l. vt modo dixi: & ita per hoc & per alia plura reprobat intellectum Bart. Paul. de Cast. Aret. & patrius & dominus meus Soc. vt per eos. Et nota quod per prædicta tollitur quedam saluatio ad intellectum Bar. quam ponunt hic Repe. Igitur Paul. de Cast. ponit hic quintum intellectum, ut scilicet vere hic fiat differentia in retentione inter fideicommissum relictum filio, & relictum extraneo in terminis l. nostra, prout proprie intendit Iurecōsul.

15 vsq; vt per ipsum. † Et ex isto intellectu & lect. Paul. de Cast. si bene consideretur, ponitur necessario ista conclusio, videlicet qd fideicommissum extraneo relictum post mortem patris in casu huius l. ipso extraneo præmoriante extinctum, dicitur extinguere ad commodum filij instituti tunc sui iuris existentis, cum ex eius persona sumpserit vires, non ergo omnino retinebit pater grauatus, quia non ex eius persona sumpserat vires, & hoc est, quod proprie vult Ista secundum Paul. de Cast. vt per eum. Cum ista lect. transeunt hic Aret. & Iac. & mihi plurimum satisfacit, reprobat tamen per Alex. Soc. nostrum & quosdam alios. Sed quoniam ego intendo iuxta posse, hunc intellectum & conclusionem, prædictam sequi, pro ut etiam & illam inter alias disputando sustinui videamus singulatim quæ in contrarium allegentur.

16 † Primo igitur contra Pau. mouetur Alex. quia Paul. videtur præsupponere, patrem grauari, vt nudum ministrū ex quo filius est

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Cum filiofam.

est hæres, quod est falsum, quia cum sentiat commodum non potest dici grauatus eo modo, iux. doct. Barto in d. l. si quis Titio.

Sed tuendo Paul. de Cast. respondetur, quod Pau. illud non dicit, nec etiam præsupponit, & miror quod Alex. ita Paulum intellexerit, solum ergo dicit Pau. de Cast. quod pater grauatur, vt hæres ex persona filij, cum filius ipse vere dicatur hæres.

17 † Secundo contra Pau. & conclusionem prædictam facit secū dum Alex. quia ille debet retinere extinctum fideicommissum ad quem spectaret onus soluendi illud, si valeret per regulam secundam naturam, infra de reg. iur. & videtur l. 1. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. sed onus soluendi spectaret ad patrem, si filius tempore aditionis erat in potestate eius, ut l. si alienus. de lega. 2. ergo &c. Ad hoc respondet Ias. & fuit ex intentione Aret. quod d. regula procedit, nisi aliæ iuris regulæ repugnent, prout contingit in casu nostro, quia pro regula filius, sui iuris factus omnia habiturus est, quæ ex post hæredi cōtingunt. Et ideo dicimus eum admitti ad pupillarem substitutionem factam per illa verba, quisquis mihi hæres erit &c. si eius dies cedat, postquā ille est factus sui iuris, vt per Bart. supra in tertia parte in secunda illatione, & ibi dixi.

Facit quod in simili dicitur de seruo in l. si solus, supra de acquirenda hæreditate.

Vel aliter vltra eos, & dupliciter respondeas, primo quia cum pater teneatur ex persona filij vt hic dicitur, ex dispositione iuris onus re ipsa dicitur filio iniunctum, & sicut pater, vbi teneretur, diceretur teneri ex persona filij, sic etiam vbi retinere vult, retinebit ex persona filij, qui secundum leges dicitur grauatus. modo dico qd cum filius sit sui iuris & velit ipse pro se retinere, non poterit pater illo beneficio retentionis, sibi ex persona filij competente, vt contra ipsum filium, arg. l. amicissimos, §. de exc. tut. & eorum quæ dixi supra in tertia parte circa primum effectum Barto.

Secundo etiam dici potest & fortè melius, qd immo posito qd filius sit sui iuris, onus soluendi validum fideicommissum spectaret in effectu ad eum, & non ad patrem, quo posito argumentuz Ale. retorquetur. Et qd ita sit, probatur, quia fideicommissum istud per hæredem præstandum esset, & vbi filius esset in potestate patris, pater ipse præstaret nomine & ex persona filij, vt hæredis, igitur si filius sit sui iuris (attento hoc qd si defecisset fideicommissum, cederet commodum eius) ipse sentiret onus præstandi validum, vel re ipsa & actualiter, si ipse velit vel nomine eius præstaret pater, ita quidem qd in effectu validitas fideicommissi est ad onus ipsius filij, si sui iuris sit. sequitur ergo qd simpliciter fideicommissum extinctum eius commodum cedat, cogita tamen super istis, quia noua sunt, & ea non pono pro constanti.

AD D I T I O. Sed aduerte quia tu præsupponis hic pro claro illud de quo disputatur, videlicet qd deficiens fideicommissum cedat quomodo filij. Et ideo ista responsio videtur dubia.

Vel quarto modo responderi potest, quod licet verè pater fuerit grauatus, tamen fingitur grauatus filius ex cuius persona pater teneretur. Ex quo dico quod inducitur alia fictio, scilicet quod pater fingitur non grauatus: vnde quelibet fictio operatur etiam factum suum, igitur filius retinet, quia fingitur grauatus, pater non, quia fingitur non grauatus.)

18 † Tertio secundum dominum meum Soc. contra Paul. de Cast. circa prædicta facit, quia pater restituens extraneo, indistinctè detrahit quartam, ergo fortius retinebit deficiens fideicommissum, probatur ista consequentia, quia in retinenda quarta pater vitur beneficio filij vt hic, & supra dictum est. Quod non fit in retinendo fideicommissum deficiente, cum illud simpliciter remaneat apud quemcunque grauatum vt d. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione.

Sed ad hoc respondet Ias. negando istud argumentum propter diuersitatem casus & rationis, ideo enim quarta secundum simpliciter per patrem retinetur, quia purè & simpliciter ei debetur, & non habet dependentiam, fideicommissum vero deficiens non purè erat retinendum, sed habebat dependentiam, ut scilicet quasi sub conditione ex post quæretur ut per eum, qui dicit quod ista est veritas.

Tu considera quod ista sol. Ias. non videtur tuta, quoniam etiā ipsa quarta retinenda, vt scilicet tanquam quarta retineatur, videtur habere dependentiam, videlicet a validitate fideicommissi, sicut retentio fideicommissi deficiente pendet ab eius defectu.

19 Quare ad argumentum sic responderi potest, negando s. assumptum, nam dici potest qd immo si tempore restitutionis filius sit sui iuris, ipse, non pater quartam habebit, loquendo de fideicommissum, cuius dies cessit, postquam filius sui iuris fuit, cum enim ipse hæres sit & sit capax acquisitionis & retentionis, non video cur ei ius detrahendæ quartæ non competat per d. l. mulier. §. si. ad Treb. vbi autem non esset capax per alium nomine suo fieret retentio, & ita hoc fieret per patrem quando filius esset in præte.

20 † Præterea dici posset qd regula illa qd deficiens fideicommissum remaneat apud quemcunque grauatum vt d. §. si autem, procedit quando proprio nomine quis fuerit grauatus, & grauamen

ex persona eius vires susceperat, secus quando nomine alterius, seu qn ex psona alterius grauamen sumit vires, vt cōtingit hic in patre, qui dicit grauatus nomine filij, & ex persona filij valet grauamen.

Quarto allegatur per Soc. l. si solus. §. si. de acqu. hære. ponendo quod ideo ibi illa portio manumisso acquiritur, quia requiritur noua aditio, & sic a contrario innuit iste text. secus esse vbi noua aditione & nouo facto opus non esset, sed in retinendo fideicom. de quo agimus nec noua aditio nec aliud factum requiritur, ergo &c. ut per eum.

21 † Sed tu respondeas, negando decisionem illius §. si. fundari in eo, quod noua aditio requiritur, sed solum fundatur in eo, qd res & termini non sunt pares, vt clare ibi probatur in versic. omnia enim paria permanere debent &c. vnde cum in casu nostro ratio illa imparitatis terminorum vergeat, cum filius sit effectus sui iuris, ille tex. retorquetur contra Soc. nostrum. Et qd illud non proueniat ex noua aditione requisita, sed soluz ex imparitate terminorum, videtur probari in l. si quis hæres institutus, secundo respon. eo. tit. secundum intellectum gl. communiter approbatam, nam ibi vt patri portio illa acquiratur, non erat opus noua aditione, vt ex principio illius l. probatur, & tamen propter imparitatem terminorum filio volenti acquiritur.

AD D I T I O. Imò potest dici qd esset opus noua aditione, vt videtur probari in d. l. si solus, in fin. Et prin. d. l. si quis hæres, loquitur de eadem persona, in qua vna aditio sufficit vt d. l. si solus in fin. verum est, quod gl. in d. l. si quis hæres, sentit contrarium. Et potest fortè dici quod sit opus noua aditione, quando ex substitutione pater vult habere, non quando ex iure accrescendi, quod portionem comitatur, & inuito eo procedit. Denique & quinto alleg. dominus meus Soc. contra prædicta, si post diem. §. si. inf. quando dies leg. ced. & l. si filiusfam. inf. de verborum oblig. inducendo vt per eum, & videtur prima fronte vrgens argumentum.

Sed tamen tuendo prædicta respondeas, & de facili, & primo ad d. §. si. quod immo ibi, domino legatum purè seruo relicto dicitur acquiritur irreuocabiliter, eo soluz excepto quod poterat repudiare. & ideo nimirum si seruo postea manumisso non acquiritur, cum dies eius cessisset tempore seruitutis, sed quando cessisset dies post manumissionem, aliud esset, vt vbi in fin. probatur. Sic ergo dicemus in casu nostro, cum dies retentionis fideicommissi deficiente cessisset filio iam emancipato, & sic ille §. si. retorquetur in contrarium.

Nec secundo obft. d. l. si filiusfam. quia loquitur in contractibus, in quibus implementum conditionis retrotrahitur, vt ibi habetur, quod non est in fideicommissum. Ex his patet intellectum Paul. de Cast. & conclusionem supra positam defendi posse ab his, quæ per doct. in contrarium adducuntur.

22 Et ad illud quod dicit Clau. de Seyse: † quod fideicommissum in fi. l. nostræ non fuit conditionale per regulam l. 3. §. eod. quali mors patris tacite inesset, apparet responsio ex his, quæ dixi in prima conclusione in fin. tertij casus, & plenius super prima gl. huius l. Esto tamen quod in fideicommissum purè relicto, filio inesse existentia sui iuris scdm cōem opi. vt fuit dictum in secunda parte, nō tñ simpliciter inerat casus mortis patris, igitur eius expressio reddit fideicommissum conditionale, cum aliter fiat quam tacite inesset, per ea quæ tradit Bar. & sequuntur alij in d. l. 3.

Sed vltra alios contra Paul. & conclusionem prædictam facit, quia quando fideicommissum deficit ex defectu conditionis, perinde videtur esse, ac si nunquam factum fuisset, & ita permanet apud grauatum, vt videtur probari in d. §. si autem aliquid. Facit, quia conditio nihil ponit inesse. l. si quis sub conditione. supra si quis omni causa testamenti, sed si non fuisset factum, absq; dubio apud patrem esset cum hæreditate, ergo &c.

23 † Potest tamen & ad hoc responderi, negando istam equiparationem, imò plus est fideicommissum esse factum, licet extinguatur, quam si nullo modo factum fuisset, probatur, quia quando deficit seu extinguatur, remanet aliquando apud grauatum cum onere suo, vt d. l. vnica §. ne autem, de cad. toll. quod non potest considerari si nunquam factum fuisset.

Præterea in proposito nostro iam constat, quod testator voluit illud amouere ab hæreditate, licet senserit in defectum conditionis eius tale fideicom. fore hæredis, intellige. s. eius qui fuit institutus, & qui proprie est hæres, & consequenter ipsius filij & quando filius reperiretur tempore deficiente conditionis in potestate per mediam personam eius acquireretur patri, sicut etiam ab initio fuit acquisita hæreditas. Sed cum in casu nostro tunc temporis reperiretur sui iuris, deficiens fideicommissum acquireretur ei, & apud eum remanebit tanquam verum hæredem. Sed vlt. terius contra prædicta facit, nam pater nō debet plus grauari ex fideicommissum, per defectum conditionis deficiente, quam ex vltimo grauaret. Sed si valeret, pater donec viveret, & vsq; ad eius mortem retineret, quia non prius fuerat grauatus, ergo saltem eo vsque deberet retinere qn deficit pramortiente fideicommissario, quod vñ contra intellectum Paul. de Cast. & conclusionem prædictam,

dicitur, & vt verum fatear hoc primum videtur vrgere.

Sed forte tuendo prædicta dici potest, q̄ præfata consideratio isto casu non procedit ex eo, quia cum pater in hoc fideicommissio, si valeret, omnia ratione patriæ potestatis nomine filij faceret, statim, q̄ eum emancipat, facit ipsum capicem vt per se & proprio nomine omnia faciat: & adeo, q̄ ipse filium emancipatum posset soluere fideicommissum, si eo tēpore valeret, i. dies eius cederet, & etiam fortasse detrahere posset quartam, vt supra dixi ad tertium argumentum. Nimirum ergo si apud filium sui iuris existentem debeat deficiens fideicommissum remanere.

24 † Sed vltius & diligenter considera, qm̄ non v̄ posse negari quin hoc videatur in se continere absurdum, à quo remouēdo, in iure licet arguere. l. in pecudum, §. de v̄su. cum vulgaribus.

Præterea secundum prædicta videtur sequi aliud absurdum, nam filio emancipato plus proderit fideicommissum relictu extraneo, & extinctum per defectum conditionis, quam factum si bimet & validum, quia illud extinctum statim cum sui iuris sit haberet secundum prædicta, illud vero quod sibi esset relictu, haberet tunc demum cum pater moreretur.

25 † Qua propter p̄ resolutione difficultatis considerabā (sequendo in ceteris intellectum Pau. de Cast.) q̄ ei vnum addidebat vel saltem ita debeat declarari, vt. si filius iste sui iuris factus retineat fideicommissum extraneo relictu, & per eius mortem extinctu, tunc demum cum pater morietur, ex quo in illud tempus fideicommissum dilatum erat. & sic filius ex defectu fideicommissi tū tum habeat, & eo tempore quantum & quo tempore ille fideicommissarius habiturus fuisset, si vixisset. illud enim tempus quo pater viueret, ipsius patris gratia videtur assignatum. igitur &c. & ita intelligendo videtur poni noua, & sexta lectura ad istum text. ex qua prædictæ absurditates tolluntur, vt de se constat.

Et si dicatur fin hoc non poni differentiam vtrum fideicommissum fuerit relictu ipsi filio, vel extraneo: vnum semper v̄ q̄ habeat locum iste text. dum dicit patrem omnimodo retenturuz, quia vtroque casu pater viuens retinebit responderet q̄ immo magna est differentia: & hoc bene notabis, quia quādo filio erat relictu, quo casu pater retinet, quia ex persona sua sumit vires, habebit liberam dispositionem, etiā post eius mortem: secus quādo extraneo, nam tunc solum viuens retinebit propter tempus fideicommissio adiectum, sed moriens de eo non disponet, quia omnino transibit in filium, quia iam erat sui iuris tempore, quo fideicommissum defecit, cum ex ipsius filij persona tale fideicommissum vires assumpserit. & cum prædictis transeo quo ad intellectum text. nostri: super quibus cogita.

Verum est, q̄ alio modo intelligebat Pet. de Besu. vt per dominum meum Soc. hic. Alio modo intelligebant Repe. & alio modo Clau. de Sey. vt per eos.

Et facile dici potest, q̄ quot fuerint capita, tot fere reperiuntur sententiæ circa intellectum istius. l. nullus tñ mihi v̄ securior prædicto intellectu Pau. de Cast. vt supra declarato. nam oēs fere alij intellectus non faciunt differentiam in retentione, an fideicommissum sumat vires ex persona patris, vel ex persona filij, & sic an sit relictu filio vel extraneo, quod videre meo est de directo cōtra text. nostrum, qui cum p̄ propria ratione cur pater retineat, alieget q̄ ex persona eius sumit vires, necessario per locum a cessante ratione vult, q̄ vbi non numeret vires ex persona sua, non retinebit omnimodo, sed solum prout supra declarauit.

Si quis tamen prædicta non probet tamen mihi iuridica videantur, teneat intellectum Pet. de Besu. & domini mei Soci. hic. tamen minus periculosum, vt scilicet hic de fideicommissio, filio relicto, ponatur decisio, tanquam de re magis dubitabili, dubitatio autem oriri poterat ex rationibus per eum adductis, licet per Soc. nostrum reprobentur.

26 † Nam ex eo defendi p̄nt, quia sufficit rōnem dubitandi habere colorem, licet non sit vera, immo si esset vera decisio ð eam stare non posset. facit gl. in l. Eunuchis. C. qui testa. fac. pos. & ita volunt per eam glo. Repe. hic circa rationem Bar. vt per eos.

Illā aut ratio dubitandi dñi mei Soc. mihi non v̄ bona, quia, vt sit bona destruit istum intellectum Pet. nā si ideo videatur patrem non retenturum, quia poterat dubitari, an numeret vires ex persona filij, sequitur q̄ vbi clarum sit q̄ fideicommissum sumat vires ex persona filij, prout est quando relinquē extraneo vt hic, pater non debet retinere, sed filius. quod est contra istum intellectum Pet. ab eo approbatum. Potest tamen pro intellectu Pet. vlt. tra doct. duplex ratio dubitationis considerari.

Prima, quia videbatur q̄ fideicommissum transmittitur tantū purum, quasi tempus, ei adiectum, diceretur adiectum fauore filij, non autem ad faciendum fideicommissum conditionale.

Secunda ratio est, quia videbatur q̄ pater non retineret, eo q̄ videretur electus, vt nudus minister per rationes allegatas p̄ Bar. quæ dubitationes non caderent in fideicommissio relicto extraneo, vt recte consideranti patebit.

Verum his rōnibus non obstantibus ðrum hic deciditur, nec est verum, q̄ sit electus vt nudus minister: quia immo fideicommissum

ex eius persona sumit vires vt in tex. cogita super istis, & maxime super secunda ratione, quia forte laborat eo morbo, quo il la ratio domini mei Soc. per hæ tamen (si veritatem diligis) nō recedas ab intellectu Pau. de Cast. vt supra per me nouiter declarato, quem quanto magis perscrutaberis, tanto magis probabis.

27 † Et quæcunque dicta sunt in filio instituto procedere, videtur etiam in seruo, qui postea manumittatur. nam & tunc verum est fideicommissum extraneo relictu sumere vires ex persona serui instituti vt hic, super quo tñ cogitabis, quia nullus tangit. Demum in fin. huius quartæ part. opp. Bar. contra ea, quæ dicta fuerunt in secunda parte secundum communem opin. & op. de l. ista in fi. & soluit vt per eum. Si tenemus, prout in secunda parte defendi, q̄ fideicommissum filio pure relictu non valeat, oppositio Bar. nihil facit, sed obstat tenendo q̄ valeat, & dilatur dicatur in existentiam sui iuris, prout tenet communis opinio, 28 sed tunc solue, vt per Bartolum. † Et ex eius solutione nota, q̄ pater grauatus filio instituto post mortem suam, non tenebitur emancipato, prout latius prosequitur hic Ias. & de hoc ego dixi supra super prima gl. huius legis ibi videas. Et ex istis sit expedita quarta, & vltima pars legis nostræ. Nam vltima pars istius gl. Et duæ alie gl. quæ super sunt, aut sunt cum præcedentibus declarata, aut infra in quæstionibus Bart. tanguntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater institutus, & filio restituere rogatus recusans adire, an per filium cogi possit. num. 1. cum duobus sequen.
- 2 Non cogitur heres adire, nisi causa fideicommissi validi.
- 3 Heres etiam sub conditione institutus, statim cogi potest adire.
- 4 Pater rogatus restituere filio instituto recusans iubere adiri, an prauidet filio. & quomodo ei consulatur.
- 5 Patre grauato filio in profectitia instituto an hodie statim valeat fideicommissum non obstante patria potestate. num. 5. cum sex sequen.
- 6 Origo inspicit debet, & quando. & nu. 51. & 57.
- 7 Pater non habet expressum iudicium testatoris etiam in profectitia.
- 8 Pater retinens vsusfructum, non dicitur habere inutilem hereditatem.
- 9 Dispositio simplex de re comprehendit proprietatem, & vsusfructum.
- 10 Arguitur ab enitacione absurdi.
- 11 Fideicommissum de profectitia hereditate restituenda filio dicitur aduentitium.
- 12 Lex ista an procedat in profectitia, in secunda parte, & sic an pater in ea detrahat quartam filio. num. 12. cum 10 sequen.
- 13 Lex per legem distinguitur, & declaratur.
- 14 Quarta non detrahatur nisi per eum, qui vt heres grauatur.
- 15 Filius institutus in profectitia, non dicitur nudus minister.
- 16 Patri non quaritur hereditas per filium, nisi filius adeat, qui potest nolle adire.
- 17 Relictum filium emancipato contemplacione patris, patri non quaritur.
- 18 Heres heredis, testatoris dicitur heres.
- 19 In §. cum Polidius. l. in fideicommissi. de vsu. an quarta retineatur.
- 20 In quartam imputatur, quod iure hereditario habetur.
- 21 Profectitia dicitur hereditas si filius sub commemoracione patris instituitur.
- 22 Pater instituti extraneo grauatus, semper tenetur ex persona filij, licet hereditas sit profectitia.
- 23 Vsusfructus aduentitiorum quomodo transeat in filium factum sui iuris.
- 24 Filio recusanti adire aduentitiam, pater grauatus adeundo proprietatem debet.
- 25 Et isto casu quando talis proprietas debeatur.
- 26 Repudians hereditatem non impugnat iudicium defuncti, secus qui dicit inofficiosum.
- 27 Pater grauatus filio in aduentitia instituto, ad rem quæ non sit hereditas eius, rei statim debet proprietatem.
- 28 Dispositio testatoris interpretatur, vt iuri sit conformis.
- 29 Pater soluens filio rem cuius vsusfructum sit habiturus, non soluit, quod statim sit accepturus.
- 30 Quomodo grauamen patri iniunctum cui vsusfructus aduentitiorum quaritur, subrogetur in locum vsusfructus, aliter declaratur, quam per Imo. & Alexan.
- 31 Pater grauatus filio in aduentitia, an statim teneatur ad vsusfructum. nu. 31. cum 5 sequen.
- 32 Legatum debet ad illud referri, si potest in quo valeat.
- 33 Legatum pure factum dilationem non recipit.
- 34 Momentaneus vsusfructus non admittitur.
- 35 Fructuarius facit fructus suos a solo separatos.
- 36 Seruitus seruitutis non inducitur.
- 37 Pater instituti in aduentitia grauatus extraneo, quomodo teneatur, an scilicet vt debitor, vel legitimus administrator filij. num. 37. cum duobus sequen.

Vsusfructus

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

- 38 *Usufructuarius vniuersalis an teneatur ad legata.*
- 39 *Pater aduentiuum vsumfructum an & quomodo habeat a testatore filio relincente.*
- 40 *Pater filio instituto restituens an transferat viles actiones. num. 40. cum 2 tribus sequentibus.*
- 41 *Actiones transire possunt, & postea non considerari.*
- 42 *Pater filio non grauatur vt heres, quomodo intelligatur.*
- 43 *L. mulier. §. fin. ad Trebell. quo respectu loquatur.*
- 44 *Fideicommissum vniuersale etiam ante restitutionem transmittitur ad 3 heredes.*
- 45 *Cursecus in hereditate, & bonorum possessione. & vide nouam rationem. & num. 58.*
- 46 *Fideicommissum vniuersale ex clausula codicillari debitum, an transeat in heredes ante acceptationem. nu. 46. cum duodecim seq.*
- 47 *Subrogatum sapit naturam eius cui subrogatur.*
- 48 *Clausula codicillaris, si non potest valere iure testamenti & c. exponitur, id est quatenus non potest & c.*
- 49 *Dispositio testatoris potest valere, vt testamentum aliquo respectu, licet non respectu institutionis.*
- 50 *Vna res non debet diuerso iure censi, & quare.*
- 52 *Utilis actio ex testamento sui natura transmitti potest.*
- 53 *Coactio ex trebelliano competit etiam aduersus venientes ab intestato, qui ad fideicommissum vniuersale tenentur.*
- 54 *Natura eius in quod sit transfusio, & non transfusi attendi solet.*
- 55 *Fideicommissum ante acceptationem non transmitti, natura fideicommissorum repugnat.*
- 56 *Transmittere vel non, non dicitur de viribus testamenti.*
- 59 *Fideicommissarius vniuersalis decedens antequam heres adeat, an transmittatur, & quid. num. 59. cum septem sequen.*
- 60 *Officium iudicis nobile non impeditur transmitti eo quod personae cohæreat, vt in restitutione in integrum.*
- 61 *Heres personam defuncti non representat, & quomodo.*
- 62 *Argumentum valet, non transmittitur, ergo non ceditur, non econtra, scilicet non ceditur, ergo non transmittitur.*
- 63 *Officium iudicis bonorum possessori competens nõ transmittitur, & quare.*
- 64 *Dictio, vt pote, ponitur similitudinariè pro tanquam.*
- 65 *L. 3. §. 1. de adimen. lega. declaratur.*
- 66 *Mora heredis in fideicommissio vniuersali etiam ante aditionem potest considerari.*
- 67 *Fideicommissarius vniuersalis habet ius deliberandi, & illud vt heres transmittit, & an procedat ante aditam hereditatem.*
- 68 *Recusatio fideicommissi ante aditam an noceat post aditam.*
- 69 *Transmissio iuris deliberandi potest vtilis considerari in fideicommissio vniuersali, etiam qd illud ante aditam vel ante restitutionem transmittatur.*
- 70 *Fideicommissum vniuersale post petitionem de eo factam transmittitur & irrecusabiliter.*
- 71 *Heres heredis cui iussum erat, vt adiret, adire cogitur, secus si non fuerat sic iussum.*
- 72 *Heres heredis ante iussum decedentis cogi potest adire, si quoquomodo volens posset.*
- 73 *Dispositio de fundo trahit secum etiam fructus pendentés, licet fundus esset locatus.*
- 74 *Locator vendens fundum tenetur colono pro interesse fructuum.*
- 75 *Emptor an teneatur de fructibus stare colono partiaro, si locatum ita fundum sciret.*
- 76 *Concedens vineam, & fundum fructibus plenum, de quibus fructibus intelligatur, & an fructus vineæ veniant sicut fundi. num. 76. cum seq.*
- 77 *Sermo rectus & grammaticalis seruari debet.*
- 78 *Totum non fit plenum suis partibus congruo sermone, & de quibus partibus intelligatur.*
- 79 *Qualitas vni adiecta, censetur alteri denegata.*
- 80 *Fructus pendentes, vt pars rei veniunt in concessione rei, nisi contraria voluntas arguatur.*
- 81 *Verba sunt intelligenda vt aliquid operentur.*
- 82 *Inducta ad vnum finem, non debent operari illi contrarium.*

VENIAMVS igitur ad quaestiones, & sequendo pro solito morte ordinem Bartoli ex dictis per eum in prima quaestione, multis dimissis, facias duas conclusiones.

† Prima est, qd pater institutus, & rogatus filio suo restituere, si recusat adire, cogi non potest, vt adeat, nisi demum cum filius sit factus sui iuris: prius enim impediende patria potestate non habebit locum Trebellia. senatusconsulti. in remedio coactionis, pro quo facit l. Imperator. versi. nam quia cautiones & c. infra ad Trebellianum. cum Bart. simpliciter & multi transeunt fere omnes, vt etiam expresse dicunt Reppen. & Iasin noua lectu. Licet referat qd Ang. de Perigl. in oibus tenet contra Bartolum.

Tu considera quod Angel. de Perigl. tenens contra Bartolum fundat intentionem suam in eius nouo intellectu ad istum textum, de quo aliquid dixi supra in 2. parte, vbi illum reprobat patruus, & dominus meus Soc.

Verum ego dico qd opinio Bart. hic videtur falsa, etiam reprobo illo intellectu. Ange. de Peri. & praesuppono qd Bartolus in

quaestione sua praesupponat validitatem fideicommissi, alias frustra disputaretur, an haeres compelli possit adire ex remedio Trebelliani: quod tantum habet locum in fideicommissis validis, vt est clarum. † quo posito, dico, qd si pater recusat adire, cogi poterit per filium eius fideicommissarium, etiam durante patria potestate, ne alias fideicommissum pereat, & pro hoc mihi videtur casus in l. cogi. §. si pater. j. ad Trebellia. quicquid ibi dixerit glo. destruens illum tex. & ita ibi videtur tenere Bart. post Iaco. de Arc. † Pro hoc etiam facit, quia regulariter haeres potest statim cogi adire, licet sub conditione fuerit rogatus restituere, vt l. ille a quo, in princ. & tradit Bart. in l. apud Iulianum. §. vtrum. eod. tit. ad Trebell. Immo vterius dicam qd iste pater nedum adire, sed etiam restituere aliquando compelli potest, prout declarat Bar. in d. §. si pater, & idem voluit etiam in dicta l. Imperator. ad quem me remitto. Caue tamen quod licet Bart. hic dixerit, vt supra, non tamen videtur in eo totaliter firmasse pedes. cum se remittat ad dicta in dict. §. si pater.

Nec praedicta conclusioni obli. nulla, supra de iud. quia regula illa, sicut, & in alijs casibus fallit in casu isto, vt colligitur ex dictis per Bart. in d. l. Imperator. & in d. §. si pater.

† Secunda conclusio sit, qd si pater qui filio instituto rogatur restituere, prout in l. nostra. nolit iubere hereditatem adiri, filio non praedudicatur. nam secundum Bart. hodie inspecto nouo iure potest filius statim adire, vt l. si. post princ. C. de bon. quaer. lib. & hoc transit sine dubitatione. Olim vero ante d. l. si. & sic tempore legis nostrae sic a Papiniano edite filius adire poterat, tunc demum, cum sui iuris factus erat, ita dicit Bar. & sic sentit, qd prius propter patriam potestatem filio non poterat aliquo modo succurri contra patrem nolentem iubere, vt supra, quia ad illud compelli non poterat, cum Bar. transeunt fere omnes. Solus Angel. de Perigl. contrarium tenet, praesupposito tamen suo nouo intellectu vt per eum.

Ego simpliciter in hoc teneo contra Bart. & concludo, qd ante nouas ll. pater rogatus in terminis istius legis compelli poterat iubere hereditatem adiri: & hoc ne alijs filio, praedudicetur in fideicommissio hereditate non adita: nam si pater quando est ipse institutus, cogitur per filium fideicommissarium adire, vt modo dixi, similiter quando filius, fuit institutus, debet posse compelli iubere: ex quo aliter hereditas adiri non potest. l. si quis mihi bona. §. iussum. de acquir. haere. Sic & alijs pater cogitur filio consentire, vt in iudicio sit, vt suo ordine procedatur, cum sine patris consensu filius in iudicio esse non possit, vt d. l. fin. §. necessitate. C. de bon. quaer. libe.

Haec sufficiant quo ad primam q. in caeteris circa eam dic vt per Bartol.

Circa secundam q. Bar. videlicet nuquid hodie l. ista in aliqua parte sit correcta: ex dictis per eum collige sex conclusiones.

Prima sit, qd filio instituto in profectiuua hereditate quo ad primam partem l. nostrae nihil est hodie immutatum, hoc dictu duo continet. Primo quod pater grauari possit, vt dicitur in prin. huius legis. & hoc est clarissimum.

† Secundo qd si grauatur ipsi filio instituto, fideicommissum differatur in tempus existentiae sui iuris secundum communem opi. de qua supra in secunda parte: vel sit nullum secundum qd ibi tenui post Oldr. & sequaces: cum Barto. in hoc transit communis opinio, vt per Alex. & dominum meum hic. Ange. tenet qd immo sit immutatum, & qd hodie fideicommissum statim valeat. nam licet hereditas filio relicta fuerit profectiuua, quia l. contemplatione patris dicatur institutus, tamen fideicommissum, patri iniunctum dicitur aduentitium, & per consequens filius in eo dicitur capax proprietatis per l. cum oportet. C. de bon. quaer. libe. ergo & c. vt per eum Imo. tamen Ale. & Soc. nofter sequuntur opin. Bart. & communem mouentur.

Primo, quia qua ratione hereditas dicitur profectiuua, quoniam scilicet patris intuitu filio relicta fuit, eadem & fideicommissum debet dici profectiuum: semper enim origo inspicit debet l. i. C. de imponen. lucr. descrip. & per hoc videtur tolli fundamentum Ange. negatur enim qd sit aduentitium istud fideicommissum.

† Sed tamen si opin. Ang. vis ueri, dices qd immo non est eadem ratio, vt vtrunque dicatur profectiuum, quia fideicommissum nõ dicitur relictum filio patris contemplatione, sed ipsiusmet filii, alioquin frustra fuisset factum, cum iam ipsi patri iure hereditario omnia essent quaesita. fuit ergo in voluntate testantis hoc tantum vt filio. squeretur, & ita potest dici fideicommissum aduentitium vt dicebat Ange. & quod isti dicunt de origine, videtur posse retorqueri, quia origo fideicommissi, nõn hereditas, sed animus relinquentis fuit.

Vel secundo secundum Repe. dici potest, quod esto quod ad causam relinquenti possit dici profectiuum, tamen respectu acquisitionis dicitur in effectu aduentitium, quia videtur necessario fatendum, quod testator voluerit illud filio acquiri, & non patri: vide per eos.

Secundo contra Angel. alleg. l. epistolam. §. si. j. ad Trebellia. vbi

ubi licet fideicommissum statim valere potuisset, tamen differitur in tempus mortis grauari, ut ei sit vile, sic ergo videtur dicendum in casu nostro, licet tanquam aduentitium statim filio queri posset quod ad proprietatem, sed ipsemet Ange. respondebat, quod ibi illud est, quia illa nuda grauata habet expressam prouisionem testatoris, unde non continetur apud eam fideicommissum esse inutile, at in casu nostro ex prouisione legis habet pater, unde si grauatur filio, a quo habuit, dicitur teneri quam primus filius sit capax secundum communem opinionem, de qua supra in secunda parte dictum est. unde cum hodie sit capax proprietatis, etiam durante patria potestate sequitur &c. Verum Alex. contra solutionem Ange. instat dicens, quod etiam in casu nostro pater habet ex expressa prouisione testatoris, ex quo filius patris contemplatione fuerat institutus, & hoc presupponitur, ex eo enim dicitur ipse pater institutus, argumento l. quidam cum filium, supra de heredi. instituen. ut per eum.

7 Sed pro Ang. posset replicari, quod licet quodam largo modo loquendi dici possit, quod pater habeat ex expressa testatoris prouisione, tamen re ipsa & quo ad verborum expressionem aliud est, cum filius expresse sit institutus, & non pater: immo dictum Alex. in totum negari potest. nam non valet ista consequentia, quod filio relinquatur contemplatione patris, patri acquiratur, (& hoc tantum iura dicunt.) ergo testator dicitur patri expresse reliquisse, licet enim tui contemplatione, & propter te mouear ad relinquendum filio tuo, tamen non tibi, sed ipsi relinquere volui. & de hoc aliquid infra dicam. Repeten. hic ultra Ange. aliter respondet ad dictum §. fin. quod ibi ideo differitur in tempus mortis grauari, quia fuit dictum, quod ad te peruenerit, nam verbum illud debet intelligi, scilicet cum effectu, argumento l. penul. §. docere, supra ne quis est qui in ius voca. &c. sed parcat isti Repe. dico enim quod loquuntur contra text. expressum in l. uxorem, §. fin. de legatis tertio, ubi sunt talia uerba. & tamen debetur statim. Tu vero ultra alios ad dictum §. si. d. l. epistolam. potes dupliciter respondere, primo quod propter diuersitatem terminorum, & rationis ex eo text. non licet arguere per iura uulgaria, ibi enim tempus mortis secundum aliquos subauditur ad saluandum fideicommissum factum grauatæ nuntius, quod alias apud eum foret inutile. hic vero non ita est, quia esto quod filio statim quaeratur proprietatis, tamen patri hæreditas non dicitur inutilis, cum apud eum remanet ususfructus.

Præterea ibi, ut fideicommissum grauatæ sit vile, ut est dictum, hic vero pro regula grauamen iniunctum patri differitur, ut sit vile fideicommissario, qui durante patria potestate non est capax, & ita dicitur communis opinio, de qua supra in secunda parte. hoc autem in casu nostro hodie non requiritur, cum ille sit capax proprietatis, ergo &c.

Vel secundo responderi potest (omnibus alijs dimissis) quod ibi ideo fit dilatio in tempus mortis grauari propter illa uerba, facias perueneri, quæ uidentur habere tractum quendam, & dilationem in illud tempus, prout dixi supra in secunda parte in illo principali articulo, utrum pure iniunctum fideicommissum patri, ut det filio in terminis legis nostræ valeat, dum in secundo argumento pro communi responditur ad dictum §. fin.

3 Tertio contra Ang. pro communi opinione arguit Imo. sic, quando hæreditas simpliciter relinquatur, dicitur pleno iure relinquere. argumento l. si alij, supra de usufr. leg. & sic eadem debet fieri determinatio tam respectu ususfructus, quam respectu proprietatis, argumento l. iam hoc iure, in princip. supra de uulga. & pupilla. sed ususfructus statim filio deberi non potest, ergo nec proprietatis debetur ut per Cuman. sed ad hoc respondere potest, ut per Alex. Aret. & Repet. qui varijs modis respondent, ut per eos, & ultra eos de plano potest responderi, quod pater restituens filio statim plene restituet etiam quoad ususfructum, & ita fati fit d. l. si alij, & argumento Imo. sed postea hæreditatis ita filio restituta, patri quaeritur ususfructus ex dispositione legis sicut in cæteris aduentitijs. d. l. cum oportet.

Quarto contra Ang. argui potest per locum ab inconuenientijs, & absurdo euitando, iuxta l. cum hæres. §. seruire, infra de status liber. & l. sed & si unus, §. fin. inf. de iniurijs. cum uulgarijs nam secundum Ang. patri non magis prodesset filium institui in profectitia hereditate, quam in aduentitia, quando eam filio restituere grauatur, cum utroque casu solum ususfructum haberet, quod uidetur absurdum, quia semper pater plus iuris habet in bonis profectitijs, quam in aduentitijs, ut in §. i. Instit. per. quas personas nobis acquir.

Sed tuendo Angel. respondetur, quod immo non ita est, quia in aduentitia hereditate si pater grauatur, tenebitur statim, etiam ad fructus, ut infra dicam, licet aliud senserit communis opinio.

Vel secundo, esto quod etiam tunc patri remaneat ususfructus, nego quod in casu nostro sit aliquod absurdum, quia licet hæreditas ab initio fuerit profectitia, tam & postea relinquatur filio per fideicommissum, dicitur aduentitium, ut iam dixi. nimirum ergo si patri tantum quaeritur ususfructus, & argumentum proce-

deret quando semper duraret nomen profectitijs relicti.

A D D I T I O. Sed §. Ang. tenet Ruin. quia secundum eum repugnat in se quod hæreditas sit profectitia, & quod pater eam teneatur restituere. Et præterea uidetur contra uoluntatem testatoris, qui uidetur uoluisse quod patri cum effectu quaeratur. Verum respondeas his de facili, & dicas quod immo nulla repugnantia, nec quicquam sit contra uotum testantis, immo secundum eius uoluntatem procedit opin. Ang. Nam licet ab initio contemplatione patris instituerit filium, & sic hæreditas fuerit profectitia, tamen fideicommissum dicitur aduentitium, & in eo testator mouetur contemplatione filij, & non patris, alias frustra grauaretur pater.)

Ex his remanet defensata opinio Ang. quam sequuntur Aret. Repeten. & Claud. & mihi semper placuit, & illam etiam uis approbare Cuman. in 3. col. si recte aduertatur, & pro ea stat fundamentum illud, quia negari non potest, quod fideicommissum istud, saltem quo ad effectum acquisitionis, dicatur aduentitium, alias. n. cum iam patri omnia sint quaesita per aditionem hæreditatis, quod testator fieri considerauit, frustra grauaret patrem de dādo filio, nisi ipsi filio uellet acquiri: quod non est dicendum, iuxta l. i. quando, infra eo. ca. si Papa. de priu. lib. 6. cum similibus.

12 Tertio secunda sit conclusio, quod secunda pars legis nostræ in eo, quod inuit a contrario, nec olim nec hodie procedit in profectitia hereditate, & sic secundum Bartol. fideicommissum semper capit vires ex persona patris, licet extraneo fuerit relictum, & quidem tanquam ex persona heredis. & ratio est, quia tunc ipse pater uidetur institutus per iura alleg. per Bart. & cum eo trāsunt Ang. Paul. de Cast. & Alex. Et ex hoc singulariter inferitur secundum eos quod pater grauatus filio in profectitia instituto, quartam detrahet, cum ipse pater uideatur institutus ut per eos, quod ualde nota ad declarationem l. nostræ, in uersic. ipso uero filio &c. ut sci

13 licet procedat tantum in aduentitia hereditate. Imol. tamen in hoc tenet contrarium, motus primo per generalitatem huius l. dura enim uidetur restrictio supra dicta, & contra l. de precio, supra de public. cum similibus.

14 Sed tuendo aliam opin. que est communis, respondetur quod non inconuenit legem per leges distingui, & declarari. non est nouum, supra de legib. Mouebatur secundo Imo. ex alio, sed ad illud respondet. Alexan. uide per eum.

14 Cum Imo. tenet hic dominus meus Socinus, & mouetur, quia ut quarram quis retinere possit, non sufficit, quod sit hæres, sed oportet quod sit grauatus ut hæres. l. mulier. in fin. infra ad Trebell. Sed licet hæreditatem esse profectitiam inducere possit, eam quaeri patri plene, & propter se, non tamen operatur quod pater dicatur ut hæres grauatus, quia non valet ista consequentia, mihi pleno iure quaeritur hæreditas, ergo ego grauatus dicor, ut hæres, ut constat in aduentitia olim: nam pleno iure quaerebatur patri, & tamen non grauabatur ut hæres, ut hic hoc etiam probatur in domino respectu serui, cui pleno iure quaeritur, & tamen non grauatur ut hæres. Comprobat ipse, quia ut hæres grauari dicitur, qui directo dicitur institutus, ut d. l. mulier. §. fin. ut per eum. Sed Repeten. & Iaf. ad hoc respondent quod immo pater dicitur uere grauari ut hæres, ex quo testator ab initio considerauit patri quaeri hæreditatem. Non enim inspicitur cum quo testator loquatur, sed in quem eius intentio dirigatur. l. cum pater. §. donationis. de legatis secundo.

Præterea, quod pater sit grauatus ut heres, probant Repe. quia ipse detrahit quartam extraneis, ut est casus hic, ergo oportet fieri cum dici hæredem, arg. d. §. si. sed tu dic quod hoc nihil facit, quia tunc detrahit nomine filij ut hic, & sic ista consideratio potest retorqueri. Nec est uerum quod filius dicatur factus, ut nudus minister, ut ipsi dicebant, quia immo est uerus hæres, ut infra patebit. nec gl. in l. in fideicommissariam. §. fin. quam ipsi allegant potest trahi ad istum casum, cum termini sint ualde diuersi ut recte intuenti patebit.

Pro hoc tamen quod pater, qui mediante filio acquirit, dicatur hæres & directo, facit in argumentum l. paterfam. primis tabulis, in fine, iuncta gloss. supra de uulgari, & pupillari. substituit. Cum Imol. etiam tenet Claud. & mouetur per l. nostram, quæ secundum eum loquitur precise in profectitia. nam cum testator instituendo filium tuum, te grauauerit, cogitauit bona sua ad te peruentura: igitur uidetur eum tui contemplatione instituisse, ut per eum. qui pp hoc solum sequitur Imol. & dominum meum Soc. dicens quod ad hoc non uidet responsum: sed tuendo communem dic, quod immo responsio est apertissima. nam illa consequentia ante nouas leges, & sic tempore Papiniae. huius l. auctoris non est necessaria: quia etiam quod filium tuum propria ipsius contemplatione quis instituisset, poterat considerare, quod tibi pleno iure ueniebat hæreditas quaerenda per illam antiquam regulam, de qua supra in primo præmissis, ergo &c. Et ex his opinio communis uidetur satis posse defendi, quam etiam sequuntur Repeten. & Iaf.

Et pro ea primo extat fundamentum Bartol. seu iurium, per eum allegatorum, quibus probari uidetur quod quid dicitur capi per

D. Maria. Soc. Iun. in l. Cum filiofam.

per eum cuius contemplatione fit, igitur &c.

Sed si disputando vis tenere opinionem Imol. ita poteris respondere (& vt verum fatear) parum hoc stringit. Dico enim quod in iuribus allegatis per Bart. tantum probari potest, quod relictum filio contemplatione patris, ipsi patri quari debet, sed quod si pater grauetur, dicatur, vt haeres grauari, nusquam probatur, cum verè ipse filius sit haeres: nam licet ego, filio tuo relinquendo, mouear propter te, quod facis haereditatem dici profectitiam, tamen non tibi, sed filio relinquere volui & re ipsa reliqui. & sic ius directum haereditatis fundatur in persona filij, prout dixi supra in tertia parte. † Nec tu vnquam acquireris quicquam, nisi filius adire vellet, posset enim, quauis tu iubeas, nolle adire, sicut de seruo dicitur respectu domini in l. cum proponas. C. de haeredibus institu. & sic oportet fateri, quod pater habeat haereditatem a filio & non ipse dicatur institutus.

Nec illud, quod patri illa haereditas quaeratur sufficit, vt ipse dicatur proprie haeres, & vt haeres grauari. nam olim etiam aduentitia quaerebantur patri, & tamen nemo dubitat tunc patrem grauari ex persona filij, vt hic. Et pro vera declaratione aduerte, quia quod patri per filium quaeratur, solum fundatur in patria potestate, cui hodie in aduentitijs respectu proprietatis est derogatum ea ratione, quae ponitur in §. primo, Instit. per quas personas nobis acquiruntur, & in l. cum oportet, C. de bonis, quae liberis. in profectitijs verò referatur antiqua regula. Non ex eo, quod ista sit praecise voluntas relinquens directa & immediata, sed vt minus derogetur patrie potestati, attento quod tunc voluntas relinquens ab eo non dicitur ita remota, sicut dicitur in aduentitijs.

17 Alioquin oporteret fateri, quod si amicus tuus filio tuo emancipatus, ductus amore tuo, aliquid reliquerit, tibi quaereretur. quod ego nunquam admitterem, ex quo cessat patria potestas, & tamen respectu reliquentis posset dici profectitium.

Cuncludo ergo, quod licet haereditas dicatur profectitia, tamen ad eam directo dicitur vocatus filius, & non pater. nec illud ius directum transit de filio in patrem, vt supra diximus in tertia parte.

Nec istis obstat, paterfam. primis tabulis, cum gl. supra de vulgari, & pupillari. quam supra in argumentum pro communi opinione allegauimus, quia ibi loquitur de haerede haereditis, qui in totum in ius primi haereditis succedit. & ideo dici solet, quod haeres haereditis, primi testatoris dicitur haeres, vt l. fin. C. de haeredibus institu. sed non ita est in patre, cum filius, qui directum ius haereditis habet, viuat, nec acquisitio, quae fit patri per filium mediante, patria potestate, potest dici successio, vt est clarissimum, ergo &c.

18 Praeterea quod pater non dicatur institutus, quoniam filius contemplatione instituitur, probatur argumento l. quidam cum filium, supra de haered. institu. allegata per Bartol. in contrarium, nam ibi illa institutio remanet in persona instituti, tamen si alterius contemplatione facta fuerit, & nisi illi filio sit prouisum contra institutum actione mandati, remedium aliud non haberet, vt ibi dicitur, sic ergo dicamus in proposito, quod institutio verè dicatur facta de filio, & in eius persona remaneat, licet patris contemplatione fuerit institutus, patri autem sit acquisitio solum ratione patrie potestatis, vt modo dixi, cui hodie reperitur derogatum in proprietate aduentitiorum.

Si igitur pater non potest dici haeres directus, neque vt talis grauatus, sequitur quod quartam detrahere non poterit, vt dicta l. mulier. §. fin.

Et ex praedictis patet responsio ad vniam rationem, quam faciunt Reppen. in versic. quod confirmatur, quia negatur quod testator habuerit primum propositum relinquere patri, & istud facere ministerio & opera filij. imò, vt dixi, voluit filio relinquere, licet ad illud propter eius patrem fuerit inductus.

19 † Secundo pro communi opinione allegatur gl. fin. communiter approbata in dicta l. fideicommissaria. §. fin. ad Trebellianum. dum vult, quod in l. 3. §. cum Pollidius, supra de usufructu, non retineatur quarta, quod in eo fundari videtur, quia cum ille Pollidius fuerit contemplatione filie testatrix institutus, tota haereditas ita peruenit ad filiam, vt illa dicatur haeres: sic ergo in casu nostro patri debet ita queri haereditas, vt haeres dicatur, merito igitur debet simpliciter detrahere quartam. Ad hoc ipsemet Imol. respondet vt per eum.

Sed post habita eius responsione, quia eam reprobat Alex. aliter ego respondeo, & primo dici potest quod imò in d. §. cum Pollidius, quarta retinetur, & hoc per regulam iuris in toto illo titulo ad Trebel. positam, & in §. sed quia, Instit. de fideicommiss. heredita.

Nec obstat quod ibi fructus restituantur, quia ex eo non debet inferri, quod quarta non detrahatur, ut rectè intuenti probatur in l. balista, infra ad Trebe. Et ex hoc inferitur, quod male loquitur gl. in d. l. in fideicommissariam. §. fin. licet communiter approbetur.

20 † Fateret tamen tenendo hoc, quod fundus ille, per illum Pollidium retinendus, imputabitur in quartam, quia cum solus esset haeres institutus, totum iure haereditario dicitur habere, ergo &c. vt habetur in l. in quartam, infra ad legem falcidiam.

Secundo etiam responderi potest, posito quod quarta ibi non

detrahatur. & dico quod illud esset specialiter ex eo, quod principalis intentio testatoris non fuit facere illum Pollidium heredem, sed potius administratorem, ut probatur ibi in vertic. id est, sibi mater ideo placuisse &c. & in compensationem illius oneris administrandi videtur testatrix illi reliquisse illum fundum, quem retineri iusserat. super his tamen cogitabis. Et mihi magis placet prima responsio.

Et ex istis etiam ista opinio Imol. contra communem defenditur ab obiectis: & ita articulus remanet dubius & vtrinque disputabilis. Ego tamen procliuor sum in opinionem Imol. & sic vt pater contra filium institutum non detrahat quartam, etiam si haereditas sit profectitia. Ex eo praesertim, quia negari non potest filium dici haeredem, cum ipse & non pater fuerit expressè vocatus: & licet patri quaeratur haereditas, non tamen dicitur grauari vt haeres, vt ex praedictis constat. Plurimum etiam ad hoc facit generalitas l. nostra. Esset enim magna restrictio, si tantum procederet in aduentitia, attento maxime quod secundum illa tempora antiqua non erat aliqua differentia inter bona aduentitia & profectitia, ut dixi in primo praemisso. † Attento etiam quod hic simpliciter dicitur, quod filio vel seruo alieno relicta fuit haereditas, quae verba videntur inferre, quod institutio de filio vel seruo fuit facta sub commemoratione patris, uel domini, puta, instituo Gaium filium, vel seruum Cornelij, quo posito haereditas in dubio debet censeri profectitia, argumento l. cum aliquis, C. de iure delibere.

AD D I T I O. Et voluit gl. in verbo, propter me in l. aditio, supra de acquiren. heredita. †

22 † Et tenendo istam opinionem (quae mihi videtur verior, & quam etiam tenet Lanc. Doct. ut referunt Reppen.) inferitur clarè contra expressam conclusionem Bartol. videlicet quod pater, grauatus extraneo, tenebitur semper ex persona filij, licet haereditas fuerit profectitia, & per consequens videtur de plano cõcludendum, quod lex ista etiam in tertia parte simpliciter procedat, etiam in hereditate profectitia. Cogita tamen.

23 † Tertia conclusio est, quod vfusfructus transit ipso iure in filium, factum sui iuris. Doct. simpliciter transeunt. Iu dic (licet nullus aduerat) quod si sit sui iuris per mortem patris, conclusio Bartol. est necessaria, sed tunc non transit de patre in filium ex eo, quod sit factus sui iuris, sed quia mortuo patre vfusfructus vfusfructus extinguitur §. finitur. Instit. de vfusfruct. & ita ad proprietatem reuertitur, vt §. fin. eod. tit. Sed non videtur, quod Bartol. voluerit se referre tantum ad istum casum, cum consideret existentiam sui iuris simpliciter. Si vero filius fiat sui iuris aliter, puta per emancipationem, die quod conclusio Bartol. non est simpliciter vera, sed procedit tunc quoad dimidiam partem vfusfructus apud patrem viuentem, vt §. hoc quoque, Instit. per quas personas nobis acquiruntur.

Quarta conclusio est, quod fideicommissum in iunctum patri de restituenda hereditate aduentitia ipsi filio instituto, hodie non valet respectu proprietatis. Illa enim patri per aditionem filij non queritur, sed ipsi filio remanet, vt lege, cum oportet. C. de bonis quae liberis, merito in ea non potest valere fideicommissum lege, proprias. C. de legatis.

24 † Limitatur ista conclusio. Primo, nisi filius repudiaret hereditatem, nam tunc ad eunte patre iuxta legem si palem. C. de bonis quae liberis, filio debetur proprietatis, ex quo pater tunc tenetur, ac si ipse esset institutus, ita concludunt communiter doctores hic, quicquid in contrarium dixerit Arctius. Cuius rationibus respondet patruus, & dominus meus Soc. & sequuntur Reppen. vt per eos.

Et si dicatur quod pater in tali proprietate non videtur potuisse grauari, eo quod in ea non fuerit a testatore honoratus, sed eam potius a fortuna habuerit, videlicet quia filius repudiatur. l. sed & si sic. in fine. de lega. 3. & ea quae dixi, supra in prima parte legis, maxime in secunda conclusione.

Respondetur quod immo pater potest dici in ea honoratus eo in dicio testatoris, de quo dixi in prima parte in quinta conclusione, nam cum de iure sit, quod filio recusante pater adire possit, vtd. l. fin. videtur testator se conformare cum dispositione iuris, iuxta notata in l. si duo, infra de acqu. hered. cum similibus. & sic voluit se in casu, quo filius recusat, quod ad patrem perueniat, cum contrarium non disposuerit, prout poterat. cogita tamen.

25 † Sed aduerte, quia praesupposita hac limitatione potest vltra Doct. dubitari, quando talis proprietatis debeatur filio. & tenendo opinio Angel. in prima conclusione supra posita, prout ibi eam defenauimus, dicendum est, quod debeatur statim per ibi dicta: & fortius cum isto casu haereditas ab initio non fuerit profectitia.

Sed tenendo ibi opinionem communem aliud videretur, videlicet quod differatur in tempus existentiae sui iuris, iuxta illam communem opinionem, de qua supra in secunda parte, vel quod fideicommissum sit nullum secundum aliam opinionem, quae fuit Old. quam ego sum secutus. Si enim pater iam est effectus dominus

minus per aditionem, & quidem perinde ac si ipse fuisset institutus, plus videtur in fauorem patris considerari posse, quam quādo filius institutus iussu patris adiuisset, nam tunc pater acquirat ex aditione filij, nunc vero ex propria, facit quod habetur in l. si filius §. erit, infra de fideic. lib.

Potest tamen defendi quod etiam isto casu debeat statim, quia vere ex intentione testatoris ista hæreditas fuit aduentitia, vnde non potest argui sicut in d. r. conclusi. arguebant Imo. Ale. & alij quidam, si quod qua ratione hæreditas ab initio fuit profecticia, eadem ratione debet fideicommissum dici profectitium vt ibi dixi. illud enim argumentum in casu nostro potius faceret in contrarium, & licet tota hæreditas quaratur patri aduenti, istud est ex prouisione d. l. si. propter recusatationem filij, non autem ex præordinata voluntate testatoris. Cogita tamen quia nullus tangit.

Sed ad limitationem redeundo, contra eaz facit, quia filius repudiando videtur impugnare iudicium testatoris, igitur ex testamento commodum consequi non debet, argumento l. Papinianus. §. meminisse §. de inoff. testa. & videtur casus in l. ita tamen, §. suspectam, infra ad Treb.

26 † Sed responderi potest quod repudiare hæreditatem non est impugnare iudicium defuncti. sicut est dicere testamentum inofficiosum, vt est clarum & probatur in lege filio pater, infra eodem, quam allegat Socinus noster hic ad aliud tamen propositum: vnde dictus §. meminisse, nihil facit ad casum nostrum.

Ad d. §. qui suspectam, respondetur quod ille text. loquitur in commodo illo, quod institutus habere aliter non poterat, quāz si adiuisset, nam illud non habebit, si dicit suspectam, etiaz q̄ postea adeat, ex quo adit compulsus, & quātum ad se iam adire recusauit, illa enim aditio in nullo ei prodesse potest vt ibi. Sed in nostro istud fideicommissum filio deberi potest, etiam eo non aduente, si pater adeat, vt supra eger per illam repudiationem sibi non debet auferri, immo dico, quod fideicommissum proprie de quo agimus, vt scilicet proprietat debeatur, non poterat ei aduenti deberi, vt in conclusione est dictum: ergo repudiatio nihil ei nocere debet.

ADDITIO. Carolus Ruinus tenet quod repudians priuatur, & ad iura contraria respond. quod loquuntur, quando repudians habet cohæredem vel substitutum, qui vocatur ex expresso iudicio testatoris. Quod hic non est in patre, qui non a testatore, sed per l. vocatur. Ego propter hoc non discedo ab his quæ hic dico.

Non obstat, quod de substituto vel cohærede dicitur, quia tamē fateor, quod vbi neuter eorum sit, regulariter qui repudiat, non habebit legatum, ex eo quia non adita hæreditate ex testamento omnia ruunt. l. si nemo, supra de testam. tute. non autem prouenit illud ex eo, quod repudiās efficiatur indignus legatis, quia si illud esset, procederet etiam quod haberem substitutum vel cohæredem.

Sed isto casu aditur hæreditas per patrem, vt l. fin. C. de bonis quæ liberis merito legata conseruantur.

Nec obstat, quod pater non sit expresse vocatus a testatore, quia satis est, quod fiat hæres ex l. cum qua dicitur concordare etiam testator vt hic dixi, supra in versiculo. Et si dicatur quod pater &c. †

Secundo limita istam conclusionem secundum Ang. & Cuman. in eo quod dicitur patrem grauatum nō teneri ad proprietatē, vt. s. procedat in terminis suis, secus si isto casu pater grauaretur in aliqua re propria, vel alia, quæ tamen non sit illius hæreditatis, nam tunc valeret fideicommissum, & illius rei proprietat statim filio quareretur, & in ea iniunctum onus patris teneret, eo quod ipse sentit a testatore. commodum in vñfructu hæreditatis, & ita non obstat. l. ab eo. C. de fideic. cum sim.

Istam limitationem reprobant Imo. & Alex. concludentes nō prius aliquid acquiri filio, quāz fiat sui iuris, ex duobus. Primo, quia cum pater ad eam rem simpliciter grauatur intelligitur grauari etiam respectu vñfructus l. si alij de vñfruc. leg. sed in vñfructu statim non potest pater teneri, ergo nec in proprietate, argum. l. iam hoc iure. in prin. §. de vulg. & pup. & l. 2. cum sim. l. C. de impub. & alijs subft.

Secundo, quia cum tale grauamen patri iniunctum subrogetur loco vñfructus, qui in hæreditate quaritur patri, debet sapere eius naturam l. si eum §. qui iniuriatum, supra si quis cau. & §. fuerat Inst. de act. sed vñfructus non prius debetur ergo &c. vt per eos, sed tuendo Ang. & Cuman. prout etiam tuerentur Rep. ad primum respondeas, quod immo ex quo proprietat statim filio quaritur potest, statim solui debet, nam cum testator pure disposuerit, non conuenit quod differatur l. omnia. de leg. 2. & l. fin. s. communia prædio. cum similibus.

28 † Et prout dicunt Rep. potest negari quod testator voluerit et de vñfructu disponere, ex quo sciebat de iure apud patres debere permanere semper enim dispositio testatoris debet interpreta-

ri vt sit conformis iuri, vt traditur in d. l. si duo de acq. hæ. cum similibus, & d. l. si alij, procedit quando in vitroque potest valere dispositio.

Vel secundo responderi potest, quod pater soluens rem illam filio soluit & transfert pleno iure, etiam respectu vñfructus, & ita saluatur regula d. l. iam hoc iure, sed cum res illa apud filium dicatur aduentitia, statim patri acquiritur vñfructus.

Et si opponatur de l. qui sic, infra de solut. dicam, quod procedit, nisi aliquid veniat in consequentiam alterius, quod iure recte soluitur, & in soluentem non est reuersurum, vt in casu nostro, tradit enim pater filio simpliciter rem illam, & sic etiam vñfructum. † res autem sic tradita remanet apud filium & patri quaritur vñfructus, nec prius potest dici vñfructus separatus a proprietate, quāz res fuerit apud filium, & tunc fit separatio ex dispositione l. & sic potest dici quod pater nō soluit, quod sibi sit statim quarendum, quia res soluta fuit cuz vñfructu cau sali, patri vero acquiritur vñfructus formalis.

Ad secundum vero respondetur, & nota quia plurimus in eo decipiuntur Imo. & Alex. nam ego fateor, quod pater ideo grauatur, quia ei remanet vñfructus hæreditatis, sed tñ grauamen illud non dñ in locum talis vñfructus subrogati, prout ipsi dicunt, immo debetur statim, alioquin sequeretur, quod si alicui relinquo vñfructum fundi, & cum grauo, quod hæredi det decem illa decem ab illo vñfructu regulata, non deberentur hæredi, nisi illo legatario mortuo, quod esset ridiculum, prout etiam dicunt Repent.

30 † Præterea dico, quod regula de qua in d. §. qui iniuriaruz, facit in contrarium nam videtur, quod res illa sit relicta filio in locum vñfructus hæreditarij, qui ei per patrem aufertur, vnde sicut ille statim est apud patrem, ita & res talis debet statim filio dari eo modo quo potest, & sic respectu proprietatis, sic ergo remanet firma opinio Ang. quam etiam Clau. sequitur, vt per eum.

31 † Quinta conclusio sit, quod in eisdem terminis fideicommissum dñ inuile etiam respectu vñfructus, nam statim filio deberi nō potest, quia patri reacquireretur, quod repugnaret regulæ l. qui sic, infra de solu. in tempus vero, quo filius erit sui iuris tale fidei commissum non potest dici dñatum, quia tunc vñfructus, vt si nitus, conuolat ad proprietatem, vt per Bar. vult tñ ipse tale fidei commissum valere, & operari quo ad fructus interim perceptos, nam licet pater viuens eis vti possit, & inde perceptam commoditatē lucretur, tamen eos omnes tenebitur filio restituere, cum sui iuris erit, vt per eum, cum quo Bar. transeunt Ang. Imo. & Alex.

Circa prædicta ad duo aduertendum est. Primo in eo quod Bar. vult in vñfructu non valere in tempus sui iuris, quia tñ dicitur finiri. nam simpliciter loquendo Bar. videtur errare, vt dixi §. in 3. concl. dic vt ibi quo posito sequitur quod vbi alias op. Bar. in ceteris esset vera, posset dici, quod fideicommissum valeret in vñfructu pro illa dimidia, quæ solet apud patrem emancipantem remanere, & diceretur dilatam in tempus existentiæ sui iuris, quod nota pro his, qui circa alia volunt in hære re op. Bar.

Secundo aduertendum est circa ipsam conclusionem Bar. dñ vult tale fideicommissum in vñfructu statim valere non posse. nam quidam antiqui, de quibus per Cuman. & ipse Cuman. tenent, quod immo valeat, & statim pater teneatur respectu vñfructus, ita quidē vt apud eū non remaneat, idē sentit Pau. de Cast. & expresse sequitur Arē. idem et volunt D. meus Soc. Rep. Iaf. & Clau. vt per eos, & sic hodie potest dici communis opinio, licet

32 Repet. trinum asserant, sed loquuntur suo tempore. † Quæ opinio in eo potissime fundatur, quod ex quo tale fideicommissum respectu proprietatis nihil prorsus operari potest, necesse est, quod referatur ad illud, in quo pater grauari potest, & in quo, valeat, per regulā l. si quando. j. eo. & c. si Papa, de priu. li. 6. cum sim. & per regulam l. quotiens j. de reb. dub. cum sim. sequitur igitur, vt ad vñfructum tantum debeat referri, & perinde sit, ac si pater expresse in ipso vñfructu grauaretur seu ei fuisset prohibitus acquiri, iuxta auth. excipitur, C. de bon. quæ lib. Ad quod optime facit doct. Bar. in l. si vñfructus, §. si j. quando dies lega. ced. que communiter per Doct. approbatur. Nec dicas quod grauamen istud in vñfructu debeat intelligi dilatam, quando filius erit sui iuris, quonia cum fuerit pure factum, statim valere & deberi debet l. omnia, de leg. 2. & l. in oibus obligationib. j. de reg. iur. facit regula l. si s. communia prædio. cum his, quæ per illam regulam dixi §. in 2. parte. ista opinio vt §. declarata mihi placet. Et licet Alex. in effectu ex duobus videatur ad prædicta respondendo, contrarium firmare, tamen eius rationibus optime respondent D. meus Socin. Repet. & alij, vide per eos.

33 † Caue tamen quia non dico patri acquiri vñfructus, & statim debere reuerri ad filium, quia talis momentaneus vñfructus in iure non admittitur vt l. si §. si. C. de bon. quæ lib. sed dico, prout etiam §. dixi, quod illud fideicommissum patri iniunctum, habet vim cuiusdam prohibitionis acquisitionis vñfructus, ad quam sufficit constare de voluntate testatoris ex verbis, quæ aliter iuridice non valeant interpretari, vt patet ex præallegata doct. Bar. in

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Cum filiofam.

Bart. in d. l. si usufructus. §. si. & optime probatur ex his, quae voluit Paul. de Cast. in consi. 190. in antiquis inc. In causa quae vertitur inter Petrum, quod in nouis reperitur in secundo volum. num. 28. cum alijs hic per praedictos allegatis.

Sed vnum videtur praedictis obf. quoniam istud fideicommissum videtur aliquid vtiliter importare posse absque eo quod operetur istam prohibitionem acquisitionis usufructus patri. Ponendo scilicet secundum Bart. & supra dixi in conclusione igitur &c. Et eo stante non derogatur regulae d. l. cum oportet, sed tuendo praedicta dici potest. Et aduerte, nam ut volumus in casu Bart. quod usufructus sit filij, retentus per patrem, attento quod omnes fructus sunt restituendi ipsi filio, & tunc habeo intetum, quia verum est, quod ab ipso initio usufructus sit filij, & patri prohibitus acquiri. Aut vult Bar. quod sit patris, & hoc videtur stare non posse ex duob.

35 † Primò quia si ita esset, faceret fructus suos pleno iure postquam a solo separauerit, ut in §. is verò ad quem, Instit. de reru. diuisione. facit diffinitio usufructus de qua in l. prima, supra de usufruct. & Instit. eodem in principio, quod esset in terminis contra Bart. qui vult fructus omnes filio esse restituendos.

36 † Secundò quia tunc illius usufructus haberet commoditatem, & sic quodammodo seruitutem seruitutis, contra l. primam in prin. §. de usufr. lega. & l. cum essent, in si. supra de seruitu. rusti. praed. Facit l. secunda. §. recte. supra si ser. vendice.

Adde etiam quòd tunc haberet seruitutem rei suae contra ea quae habentur in l. vi. frui. in princ. supra si usufr. pet. & in l. in re coi. supra de serui. vrbano. praed. R. c. ista igitur opin. Bart. & vtilitate fideicommissi in casu nostro, quae ex ea sumebatur, sequitur, conclusionem praedictam de plano procedere per praedicta.

37 † Sexta & vltima conclusio est, quòd pater instituit in aduentitia extraneo grauatus, hodie partim tenetur ut debitor, partim ut legitimus administrator filij, ut per Bart. cum quo simpliciter transeunt doct. Solut. Claud. hic in fine l. dicit sibi verius videri, quòd pater simpliciter teneatur, ut debitor, & ex propria persona tanquam honoratus in commodo usufructus ex dispositione testatoris, pro quo allegat. tex. in l. fin. §. si autem legata. C. de bon. quae libe. ut per eum.

38 † Tu considera in primis, quòd hoc videtur pendere ab illa quaestione, vtrum scilicet usufructuarius vniuersalis teneatur ad onera legatorum? in qua quaestione reperio, quod Bart. in l. si de usufr. lega. tenet quod non, quo posito male loqueretur Claud. & etiam Bart. hic quatenus Claudius in totum, Bar. partim vult patrem teneri, ut debitorem, nam cum ad se onus non spectaret, teneri eo modo non posset, sed solum teneretur, ut legitimus administrator filij. Verum contra Bart. in d. l. fin. est tex. in d. §. si autem legata, vbi dicitur patrem & sic usufructuarium vniuersalem teneri ad legata. ideo in ea. q. dici solet secundum Alex. in d. l. si. in apost. ad Bart. quod in usufructuario vniuersali ex provisione testatoris procedit opin. Barto. ibi, sed in eo, qui ex legis dispositione fit talis, procedit d. §. si autem legata.

39 † Et ex his constat quod erat Claud. dum dicit patrem istum teneri, eo quod habeat usufructum ex dispositione testatoris, imò etiam male dicitur, quod habeat a testatore, quia solum habet a lege & propter patriam potestatem. Nisi tamen intellexeris quod habet a testatore scilicet mediate, & per posterius, tanquam quod testator videatur velle, quòd lex ex sua dispositione inducit per d. l. si duo, de acquir. heredita.

Secundo considera pro resolutione articuli nostri, an ita dici possit, distinguendo, quod aut fideicommissum, extraneo relictum est vniuersale, & sit vera opin. Bart. hic, quia cum tunc & proprietas, & usufructus debentur, pater vtroque modo tenebitur ut per eum. Aut particulare, & tunc aut in specie, aut in genere, primo casu, aut de speciali re in hereditate consistente: & potest adhuc dici quod procedat opi. Bar. cum legatum videat respicere onus vtri usque, nam in ea re filius dñm, pater usufructum erat habiturus.

Vel forte dici potest, quod solum praestabit pater ut legitimus administrator filij, eo quod lex in illa re legata non inducat patri usufructum acquiri, arg. l. fin. §. fin. de bon. quae lib. Imò dico quòd nec haereditas dicitur aliquo tempore fuisse res illa legata, ut l. legatus ita, de lega. 2. cum simili. soluet ergo pater nomine filij, ut haereditas, cum per haereditatem legata regulariter praestanda sint. Instit. de leg. post princ. & sup. quorum legatorum per totum. Aut de speciali re aliena (posito tamen quod legatum valeat, iuxta §. non solum, Instit. de lega. & l. cum alienam. C. eodem.) & tunc si est tale quid, quòd de rebus redimi & solui possit absque eo, quod de rebus hereditarijs quid accipiatur, & procedit opinio. Claud. nam cum tale legatum respiciat solum onus patris usufructuarij, ut d. §. si autem legata, soluet ipse ut debitor, & proprio nomine non tamen dico quòd teneatur, ut haeres, cum non sit, ut est apertissimum, sed tenebitur, ut sentiens commodum ex testamento. Aut ex rebus tale quid non potest redimi, ita quòd opus sit aliquòd hereditarium corpus diminuere, & procedat opin. Bar. cum tunc onus vtri usque consideretur.

Secundo casu quando legatum fuisse in genere, distingue

ut modo dixi, quando legatur res aliena.

ADDITIO. Nec in usufructuario omnium bonorum ex dispositione legis, si autem esset ex ordine testatoris, prout sepe cõtingit, quando vxor relinquatur usufructuaria omnium bonorum, vide Paul. Picum in l. Titia. §. Titia. de lega. 2. in quaestio. 60. vbi plene disputat, an teneatur ad legata. Et vide eundem in quaest. 22. vbi disputat an illa in re legata habeat usufructum. Et vide etiam consilium meum §. 4. Petrus Ponnolus. in vltima quaestione.

Sed quatenus dixi patrem proprio nomine teneri, & ut debitorem, videtur repugnare huic legi, in qua simpliciter dicitur legatum factum extraneo sumere vires ex persona filij instituti, & tñ clarum est quod tempore huius legis omnia quae reabantur patri.

Sed tuendo dicas, quod lex ista loquitur de viribus, quas sumit legatum, ut valeat, id est cui censetur ab initio iniunctum, nos vero loquimur respectu effectualis solutionis, videlicet ad cuius onus dicatur spectare effectualiter, ut ex praedictis constat.

Circa tertiam quaestione Bart. dic ut per eum, & sic omnia & singula dicta sup. circa filiumfamil. procedunt etiam si fuerit legitimus tantum, puta arrogatus. eadem etiam procedunt & in legitimo ut plenè per Ias. quem videas.

40 † Capiò quartam quaestione, in qua Bart. concludit quod quando pater in terminis nostris filio restitueret, ita transferretur in filium vtilis actiones ex Trebelliano, sicut & in qualibet alia ratione fideicommissaria per l. i. §. filio, vers. idem & si, §. ad Trebellian. & respondet ad l. si haeres institutus. eod. titu. ut per eum, cum Bar. transeunt communitatem. Ista quest. & eius decisio plurimum pendet ab illo principali articulo de quo in tertia parte, vtrum scilicet filius remanserit haeres directus? Nam si teneres in eo articulo partem negatiuam & communem, ex ea inferretur veritas huius conclusionis Bar. nam cum apud filium nullum ius hereditarium reperitur, nec actiones habeat aliquas secundum illam opin. conuenit quod per restitutionem, quam ei pater facit, transferantur vtilis, ut §. ad Trebel. per totum, & in d. l. si haeres institutus, a contrario sensu. Directae autem remanebunt penes patrem, & haec de plano procedunt, quicquid contra hoc vltimò dixerit Paul. de Cast. cuius opin. reprobatum hic per Alex. Repeten. & alios Moder. per quos videas.

Si vero teneas, quod immo filius remanet haeres directus, prout §. in tertia parte sustinui, & sic quod directae actiones sint apud filium, videtur quod ista opinio Bartol. & communis non sit vera per d. l. si haeres institutus, & Bartol. met hoc fateri videtur, dum illi l. respõdet. & tunc non obf. d. §. si filio, vers. idem & si ipsi filio &c. quia posset dici, vel quod ibi mutetur casus, vel quod loquitur tantum respectu effectus, prout dixi in illo prin. articulo tertiae partis in §. arg. pro communi opin. seu in eius responsione.

41 † Si tamen vis defendere opi. Bart. hic etiam tenendo quod filius sit directus haeres, dici potest quòd vtilis transibunt ex natura restitutionis, non tamen apud filium considerabuntur, prout dixi in tertia responsione ad dictum sextum argum. vbi videas. Et hoc si tenes, quòd filius dicatur haeres directus, etiam quoad directas actiones: vbi autem velles quòd tantum sit haeres directus quoad ius vniuersale, concedendo quòd particularis directae actiones transeant in patrem; prout dixi in quarta responsione ad dictum sextum argumentum, opinio Bart. hic de plano procederet, ut est clarum & per te intelliges.

Vnum non omittas, nam contra comm. opin. Bartol. hic, dicitur ex Trebelliano transire actiones vtilis in filium, plurimum videtur vrgere l. nostra, iuncta l. mulier. §. fin. inf. ad Trebel. nam ut Trebelliano sit locus, opus est, quem esse haereditem, & ut haere deim rogari ut d. §. fin. sed pater filio non grauatur ut haeres, sed ut pater, ut hic, ergo &c.

Hoc arg. ita perterruit Cuma, ut dixerit transitum actionum non fieri ex Trebelliano, ut per eum. † Repet. & Ias. tuerentur communem dicentes, quod pater non dicitur grauari ut haeres, solum ut impediatur detractio quartae, ne scilicet filio in eo praedudicaretur, sed quo ad ea, in quibus filio non fit praedudicium, ut in casu nostro bene dicitur grauari ut haeres: quod videtur magna restrictio ad istum textum, cum simpliciter loquatur. praeterea quod uno respectu sit grauatus ut haeres, alio non, non videtur tolerabile per regulam l. eum qui edes, infra de usucapion. Igitur tuendo

43 † communem opin. aliter ad arg. respondeas & de plano, videlicet quòd regula d. §. fin. procedit tantum respectu detractiois quartae, prout ibi loquitur, sed ut ex Trebelliano transeant actiones, non requiritur necessario, quòd quis sit haeres & grauetur ut haeres, ut est casus in l. prima, §. de illo quaeritur eodem titu.

44 articulo. † In quinta quaestione concludit Bar. quod fideicommissum etiam

etiam uniuersale pure relictum transmittitur ad hæredes, etiam ante restitutionem aliquo modo factam, quicquid in contrarium dixerit hic gloss. cum Bart. transeunt omnes hic, & alibi, & videtur casus in iuribus allegatis per Bart. cum concordantibus adductis per Alex. Repeten. & alios Moder.

AD D I T I O. Et maxime hoc probatur in l. quidam ita; in princ. infra ad Trebell. ubi præsupponitur clarè, quod ante restitutionem fideicommissarius transmittat.

Quare autem secus sit in hereditate, vel bonorum poss. ante aditionem uel agnitionem, quia non transmittuntur, ut de hæreditate, est tex. in l. unica. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. & de bono. poss. in l. tertia. §. acquirere, §. de bonor. posses. & probatur in l. 2. eodem tit. iuncto d. §. nouissimo. Cum alias fideicommissarius uniuersalis loco hæredis habeatur, ut l. si filius. §. 1. §. quod cum eo. vide Bar. hic, & in l. a testatore. §. de cond. & demon.

45 † Et ex dictis per eum iuncta declaratione domini mei Socin. hic, & Iaf. dicas illud esse, quia actio ex testamento, uel officium iudicis (quod fideicommissario competit, & per quod ad aliquid compellitur aduersarius, & per consequens datur ad similitudinem actionis dicuntur transmissibilia; secus in facultate adeundi, uel in officio iudicis, quo agnoscitur bonor. poss. uide hic per prædictos ad quos me refero.

46 † Limita conclusionem istam, nisi fideicommissum uniuersale debeatur ex clausula codicillari, puta instituto hæredem in testamento imperfecto habente clausulam codicillarem, per quam uenientes ab intestato dicuntur per fideicommissum grauati illi hæredi instituto restituere hereditatem, ut per Bart. in l. 1. supra tit. 1. Nam tunc deeedens ille hæres tale fideicommissum non transmittit, nisi illud acceptauerit; ita in terminis concludit Bart. in d. l. 1. in prima questione, dicens quod ita de facto respondit, & reperitur hoc in eius consi. 12. incipiens. Si quis instituat &c. mouetur Bar. per l. quærebatur, ibi, uim testamenti in causam fideicommissi, & codicillorum conuertisse &c. §. de milit. testam. inducendo, ut per ipsum. cum quo transit Angel. in suo repertorio decisiuo. in uers. fideicommissum, & alii plerique relati hic per patruum meum Socinum, & Ang. Are. in tractat. de testam. prout etiam illum allegat hic Iaf. in glo. in uersic. iure codicillorum. dicens se ita cõsuluisse. & idem disputando sequitur hic dominus meus Socin.

47 † Et pro ista limitatione secundo facit, quia subrogatum debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogat. §. fuerat. Instit. de actio. & l. si eum. §. qui iniuriarum, supra si quis cautio. sed isto casu codicilli subrogati uidentur in locum testamenti, ut d. l. quærebatur, ergo &c.

48 † Tertio etiam facit, quia clausula illa codicillaris, si non potest ualere iure testamenti &c. exponitur. i. quatenus non potest &c. iuxta ea, quæ habentur in l. Stichum qui meus erit, §. tit. nostro, & ita declarat Bar. in d. l. 1. in §. q. Sed in hoc, quod hæreditas ante acceptationem non transmittatur, conseruari potest testamentum, cum naturæ fideicommissorum non repugnet, ut l. si ita legatum. §. illi si uolet, infra eod. igitur censetur testatorem in eo uoluisse a uiribus testamenti recedere, & ista sunt ex mente Soc. nostri hic, licet non ita ordinet.

Contrarium tamen tenent hic Alex. & Areti. quod immo etiam tunc fideicommissum secundum sui naturam transmittitur, & fuit opi. Cuma. in d. l. 1. qui dixit, quod opin. Bar. erat derisoria. Idem uoluit Roma. Corn. & alii plerique in locis, de quibus hic per Socin. nostrum & Repeten.

Sed tuèdo Bar. ad iura & rationes illorum singulatim respondent Soc. meus & Repetentes quos per te uideas. Demum contra Bar. tenent ipsi Repeten. Iaf. & Claud. hic.

Mouentur Repeten. primo, quia cum testamentum in nulla sui parte ualeat, oportet fateri quod omnia regulentur a natura codicillorum, & fideicommissi.

Secundo, quia sicut attenditur natura codicillorum & fideicommissi in illo essentiali, ut iure obliquo petatur, sic etiam debet attendi, circa illud naturale, ut scilicet transmittatur.

Tertio, quia res una diuerso iure censerri non debet, quod esset secundum Bart. quia respectu præstationis natura codicillorum, respectu uero transmissionis natura testamenti attendere, ut per eos.

49 Si uis tueri Bar. ita poteris prædictis respondere. † Ad primū, quod licet testamentum non ualeat simpliciter, nec ualere possit, quo ad institutionem hæredis, quia repugnet naturæ codicillorum, in quorum causam uis testamenti dicitur transfundi, tamen in eo, quod hæreditas non transmittatur ante acceptationem, prout est natura testamenti, cum non repugnet naturæ fideicommissi, bene potest ualere, igitur &c.

Et per hoc non obstat, quod dicebat Clau. de Seyfel. quod ex quo testamentum est nullum, nihil ex eo fieri debet, quia factus est, quod in aliquo possit uis testamenti conseruari, non essentia eius, sed potentia inspecta per prædicta.

Ad secundum dico, quod argumentum non tenet, quia ideo non

conseruatur testamentum, ut iure directo hæreditatis competat, quia repugnat naturæ codicillorum, ut in §. Instit. de codicill. l. 2. C. cod. & l. Scuola. §. ad Trebel. quod non est, quo ad transmissionem per prædicta, & dic ut per Soci. nostrum hic, dum respon det ad l. 2. §. fin. §. titu. 1.

Ad tertium dici potest, quod immo non censetur diuerso iure, sed semper iure fideicommissi, uerum est, quod fideicommissio tali ex uiribus testamenti tribuitur, quod ante acceptationem non transmittatur, & hoc toleratur, quia natura fideicommissi non repugnat, sed simul compatiuntur, regula autem posita in argumento, quæ fundatur in l. eum qui edes; infra de usucap. procedit propter incompatibilitatem & repugnantiam quandam, quæ ibi consideratur. † Ex his uidetur, quod opinio Bart. possit defendi. † Quæ con firmatur, quia semper origo cuiusque rei, si potest, attendi debet, iuxta l. 1. C. de impon. lucr. descript. lib. 10. Sed mens testatoris in origine huius dispositionis, quando eum instituit in testamento hæredem, fuit quod non transmitteret ante exceptionem, ergo &c. Et licet postea transfulerit in causam fideicommissi, non censetur ab eo recedere, ex quo cum fideicommissio illud est compatibile per prædicta.

Præterea pro opin. Bar. facit, quia alias magis in hoc hæredis interesset testam. non ualere, quam iure factum fuisse. nam eo ualido ante acceptationem non transmitteret, secus eo inualido, quod tamen uidetur absurdum, & præsumptæ uoluntati testatoris repugnare, cum in aliis magis semper profit testamentum ualere, ut in eo, quod totam habeat hereditatem, & iure directo, ego &c.

Licet ista colorata uideantur, per quæ alias (uestigia patrum mei Soc. sequutus) opi. Bart. disputatio defenfaui, tamen cis non obstantibus nunc melius cogitando, arbitror aliam partem esse ueriores. quæ etiam communis hodie dici potest per ea, quæ adducebant Roma. Cuma. Ale. & alii tenentes contra Bart. quibus parum obstant responsiones Soc. & Repeten. Et cæteris dimissis duo præcipue me ad hoc inducunt.

52 † Primo, quia ut dicebat Ale. isti fideicommissario, qui in testamento erat institutus, competitius illud, quod sui natura transmitti potest, ut est actio utilis ex testamento, iuxta glo. communiter approbatam in l. secunda, in uersic. ex omnibus. C. commu. de leg. ergo &c.

Nec conuenit huic argumento sol. Socin. nostri declarata per Repet. uidelicet, quod illa actio simpliciter in casu isto non competit, sed quodammodo sub conditione, si acceptauerit, cum istud fideicommissum sumatur ex testamento, seu ex eius uiribus causam fideicommissi translati, ut per eos.

Quoniam hoc negabo, quin immo cum iam sit factum fideicommissum, fideicommissi natura inspecta, actio illa dicitur competere. Fateor tamen, quod pendet ab aditione uenientium ab intestato, († secundo tamen ea, quæ dicuntur in seq. q.) qui etiam compelli possent ex Trebelliano adire, ut l. 1. §. hoc autem. §. ad Trebel. sed si ipsi sponte adierint, dico quod ista actio ipso iure competit, & in hæredes transmittetur, tamen non exerceatur ante acceptationem.

54 † Secundo urget ratio, quam ponit patruus meus hic in fi. post Areti. uidelicet, ut in ista conuersione & transfusione, de qua loquitur d. l. quærebatur, potius debeat attendi natura codicillorum, & fideicommissi, tanquam eius, in quod fit transfusio, argum. l. diuortio. §. de nego. gest. & l. cum in fundo. §. si filius. §. de iure dot.

Et dicere secundum patruum meum, quod illud procedit in conuersione simplici, hic uero sit ex causa, merito debet a causa limitari, argum. l. in agris, de acqui. rerum domin. ut per eum, non tollit argumentum.

Et aduertendum est, quia illa clausula codicillaris, si non ualeat, uel ualere non potest iure testamenti &c. respicit ueram ualiditatem & eam, quæ per se effectum sortiri possit, & circa eam admittam expositionem illam, si, id est quatenus. sed dico, quod testamentum in nulla parte ualeat, nec aliquem per se producere possit effectum in proposito nostro, igitur in totum debeat natura fideicommissi, & codicillorum attendi, cum in totum testamentum sit nullum.

55 † Et licet hoc, quod ante acceptationem non transmittatur, non repugnet naturæ fideicommissi per d. §. illi si uolet, illud intelligitur solum in eo casu, uidelicet quando sub tali conditione expressè testator reliquit, ut ibi, quod in casu nostro non consideratur. Alias autem præter illum casum loquendo de simplici fideicommissio, uerum est illud tale naturæ fideicommissi repugnare, ex quo pro regula simplex fideicommissum, etiam uniuersale, transmittitur, etiam ante restitutionem, ut in conclusionem dictū est.

Et pro ista opinione ultra alios pondera d. l. quærebatur, in uersic. utrum autem, nam dicitur ibi, quod pari modo, & eadem consideratione & institutio hæredis, & legata, & fideicommissa in causam codicillorum, & fideicommissi conuertuntur, ergo sequitur quod pari iure. per regulam l. iam hoc iure. supra de vulg. & pupilla. sed fideicommissa & legata ante acceptationem transmittuntur, ergo &c.

D. Maria Socin. Juni. in l. Cum filiofam.

Nisi tuendo Bar. huic inductioni respondeas, quod ibi legata, & fideicommissa particularia, etiam ex testamento debita, erant illius naturæ, vt transmitterentur: secus in institutione hæredis, super quo tamen cogitabis.

Et tenendo istam opin. contra Bart. non obstat allegata pro eo, nam primo ad l. querebatur, potest responderi, quod ibi testamentum valuit, & sic vires eius considerantur, quæ in codicillis transfundantur. in casu autem nostro secus est, ut de non potest considerari aliquod ualidum, quod in causam codicillorum transeat, & istam solutionem sequitur Claud. inferens opinionem Bartol. posse procedere, vbi præsupponeretur validitas testamenti ab initio, vt per eum.

Vel secundo dici potest secundum Repeten. q̄ immo, etiam valido testamento factò si transferatur in causam fideicommissi, non impediri transmissionem, de qua agimus, eo q̄ semper debeat attendi natura eius, in quod fit transmissio, vt supra dixi. Et sic nec in d.l. querebatur, impeditur transmissio, ut per eos, quod mihi non displicet.

56 Vel tertio, † hoc eodem tenente dici potest secundum Iaf. q̄ transmitti vel non, non dicitur de uiribus testamenti, sed extrinsecus prout in secundo Bar. in l. filius qui patri. 3. colu. ver. contra hoc op. s. de vulg. & pup. esto ergo, q̄ vires testamenti sint attendendæ, non tamen impediatur transmissio, quia ex testamento non prouenit, vt per Iaf.

Non obstat secundo regula d. §. qui iniuriarum, quia respondetur secundum Repeten. q̄ ista subrogatio sit transfusiuè, & non simpliciter, ut per eos. Tu clarius dicas, q̄ immo nulla sit subrogatio, sed tantum testamentum, & in eo disposita conuertuntur in causam codicillorum, & ideo eorum, & fideicommissi natura attendi debet, vt dixi in secundo argumento contra Bartol. quod non sit subrogatio, & sic non habeat locum regula d. §. qui iniuriarum, patet, quia tunc sicut testamentum erat nullum, ita & codicilli deberent dici nulli & inualidi. quod esset absurdissimum.

Ad tertium respondetur, prout ex supradictis constat, q̄ licet exponatur, si id est quatenus, tamen attendimus veram validitatem, quæ in nullo est, nec esse potest, tanquam ex testamento.

Præterea, vt etiam dixi, q̄ simplex fideicommissum, & pure factum non transmittatur, repugnat naturæ fideicommissi, igitur dicendum est, q̄ sicut ista hæreditas non datur directò, quia repugnat, vt per Socin. sic etiam non impeditur transmissio. Et ad d. §. illi si uolet, respondetur ut modo dicebam. Vel aliter & planius, q̄ ibi impeditur transmissio, quia fuit conditionale, & conditio non fuit impleta: unde succedit regula l. unica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. nos uero loquimur in fideicommissi, puro. Vel ad hoc argumentum dici potest, ut modo dicebam in tertia solutione primi argumenti.

Denum non obstat, quæ rationes, quas ultra alios adduxi, nam prima tollitur, quia secundum eam, et directò iure deberet dari 57 hæreditas, inspecta origine, † quod est falsum. Nec est uerum compatibile esse cum simplici fideicommissum, quod non transmittatur secundum sui naturam, ut supra dixi. & quod de origine dicitur, procedit quando origo talis habuit perfectam ualiditatem, quod non est in casu nostro, cum testamentum nunquam ualuerit, immo & si ualuisse, quia adhuc non esset per mortem confirmatum, idem dicerem, cum in materia nostra non originalis, & prima uoluntas, sed postrema attendatur, ut l. si quis in princ. de leg. 3. & l. 4. de adim. lega. cum similibus.

Ad secundam rationem, licet uideatur urgere. Responderi potest primo, q̄ illud non inconuenit, quia cum per inualiditatem testamenti grauetur in aliquibus, non est impertinens, q̄ in aliquo releuetur, argumento l. cum qui, in princ. supra de iureiur.

Vel secundo & melius, q̄ immo istud censetur concessisse testator apponendo clausulam codicillarem, nam cum ista sit natura fideicommissi pure relicti, ut transmittatur, creditur testatorem ira uoluisse, argu. notatorum in l. si duo, supra de acquiren. hæredit. Et ut hoc clare intelligas, pone quod Cornelium in testamento valido hæredem institui uniuersalem, certè plus ei dicor dedisse, quam si alterum institutum ei grauassent restituere. Et tamen primo casu, non aditam hæreditatem non transmitteret, secundo uero casu, bene transmitteret fideicommissum, & hoc totum prouenit, quia talis est natura fideicommissi, pure relicti, vt supra dictum fuit.

Et si queratur quæ sit ratio differentie, licet quo ad presentem speculationem non sit necessarium hoc perquirere, dic vt dixi supra in conclusione. † Vel nouiter ultra Doctores considerabam 58 pro ratione dici posse, q̄ pro regula, ius, quod quis habet, in hæredem transfertur, ut l. hæreditas, de regulis iur. & in hoc fundatur transitio fideicommissi, sed fallit in iure adeundi, & hoc, quia lex uoluit inuitare hæredes ad citius adeundum, vt sic citius & secure constet defuncto aliquem esse hæredem, quod iura magni fecerunt argumen. §. primi. Instit. quibus ex caus. ma. non licet. quæ ratio non uiget in fideicommissis uniuersali, cum ex eius acceptatione non pendeat, quem defuncto hæredem ex-

tare, sed ex additione hæredis.

Cogita tamen, nec propter hoc discedas a ratione communi, & hoc tantum collationis gratia dictum intelligas. Et ex his ad rem nostram redeundo, constat istam opin. contra Bartol. iure optime defendi posse, licet articulus sit ualde dubius, & utriusque disputabilis, & hæc sufficiant circa quintam questionem, in qua præsupponitur, quod iam erat adita hæreditas, cætera uide per Repeten.

59 Sexto † querit Bar. quid si nondum adita hæreditate decedat fideicommissarius uniuersalis, an scilicet transmittat ad hæredes & breuiter quicquid dixerit Dyn. post glof. concludit Bart. quod sic, vt per eum, ex quo inferitur, quod quo ad transmissionem a morte testatoris cedit dies, ita in fideicommissis uniuersali, sicut in particulari, & licet fundamenta Bartol. non multum uirgeant, vt per Aret. qui dicit opin. Dyn. de iure ueriores, vt per eum, tamen ex alijs opinio Bartol. communiter approbatur, vt per Alexand. Socin. nostrum, Iaf. Repetentes, & alios Modernior. cum concordantibus per eos adductis. Et dimissis alijs duo præcipue uirge per Bart.

Primo l. unica. §. in nouissimo, C. de caduc. tollen. variis modis inducendo, vt per patrum meum Soci. & Repetentes, per quos uideas.

ADDITIO. Et maxime dum dicit Socin. quod in d. §. in nouissimo, sub uersu fideicommissi, uenit etiam fideicommissum uniuersale. Pro qua uita cum considero l. unica. C. de his qui ante apert. tabu. Nam ibi quod de hæreditate directâ dicebantur in princ. in fin. extenditur ad legata, & fideicommissa. Dico enim quod debet intelligi, etiam de fideicommissis uniuersalibus, ne alias in eis conditio liberorum sit deterior, quam in cæteris eis relictis.

Secundo, quia etiam ante aditam hæreditatem competit fideicommissario ius, quod potest transmitti, uidelicet officium iudicis ad cogendum hæredem adire, illud ergo transmittet, iura, non solum s. de integ. restit.

Sed contra istam rationem tria allegantur, primo quod ex quo istud officium iudicis coheret fideicommissario, debet eum extinguere per l. 4. C. de po. ita dicebat hic Aret.

60 † Sed ad hoc respondetur secundum Soci. & Repet. & bene q̄ d. l. 4. loquitur in officio iudicis mercenario. istud uero est nobilitate. Nec obstat q̄ coheret personæ fideicommissarii, quia & restitutio in integrum coheret personæ læsi, & tamen transmittitur,

61 vt d. l. non solum. † & ratio est, quia hæres personam defuncti representat (quatenus tamen & in ea parte, in qua est hæres) vt in Auth. de iureiurand. mor. præstit. in princ. colla. 5. tradit Barto. in l. 2. §. item si in factis, in uiti. oppo. & Iaf. in l. 4. §. Cato. 3. notab. de uerborum obligat.

Secundo obstat secundum Ang. de Perigl. qui etiam tenuit opin. Dyn. quia non uidetur posse argui de d. l. non solum, nam officium iudicis de quo ibi, ideo transmittitur, quia est cessibile, ut si minoris, supra de administrat. tut. secus est in isto officio, de quo agimus ut l. si mulier. §. ex ass. supra de iure dot. ergo & c. argu. l. ex pluribus, de administrat. tutor.

62 † Sed respondetur secundum prædictos, quod licet procedat argumentum, non est quid transmissibile, ergo non potest cedi. d. l. ex pluribus, non tamen procedit econtra, non est cessibile, ergo non transmittitur, per l. si stipulatus fuerim, ubi Bart. de uerborum oblig. & declarat Iaf. in l. 1. §. usufructuarij, infra de nou. oper. nunc. colum. 3.

ADDITIO. Et Dec. in l. si maritus. C. de collat. †

Tertio obstat, quia bonorum possessori competit officium iudicis. ut l. 1. §. de iurisd. omn. iud. cum similibus, & tamen non transmittit ante agnitionem l. tertia. §. acquirere. j. de bonor. poss. & l. emancipati. C. qui admitt.

63 † Sed respondetur, q̄ illud est, quia bonorum possess. competit loco iuris adeundi, ideo sicut & ipsum ius adeundi non transmittitur. Sed fideicommissario competens officium iudicis dicitur sapere naturam actionis, vt hic per Repetentes, & per Socin. nostrum, in fil. ergo sicut & ipsa actio transmittitur, vt per eos.

ADDITIO. Quarto obstat secundum Ruin. quia uidemus q̄ fideicommissarius conditionalis pendente conditione habet officium iudicis, vt compellat hæredem ad adeundum, vt per eum. Et ultra cum uidetur probari in l. ille a quo, in princ. infra ad Trebellian. Et tamen si pendente conditione decedat, illud in hæredes non transfert per reg. l. 1. §. si autem sub conditione. C. de cad. toll.

Sed responderi potest, q̄ ratio Imol. debet intelligi de officio, quod competit ex ordine iuris regulariter, sed illud in casu Ruin. datur extra ordinem ex benignitate l. ne scilicet pereat fideicommissum. Et tunc est, quod nisi conditio impleatur, nil dicitur quæsitum fideicommissario vt per Barto. in l. sed si alio, ad Trebellianum. Sed de illo casu ad alios casus, in quibus regulariter datur & ordinarie competit, non est arguendum.

Nec obstat huic communi opinio l. tertia. §. primo. de adim. legat.

legat. subtiliter inducta, vt per Aret. quia ibi loquitur de alia cessione dici, quam loquitur d. §. in nouissimo. & de qua loquitur in questione nostra, vt hic per Reperentes, qui longe prosequuntur, & satis mihi placet, sed breuitatis gratia aliter non refero. Vel etiam potest dici aliter secundum Claud. qui si bene consideretur, videtur coniungere solutionem Soci. nostri, & quandam aliam solutionem Reperen. vide per te.

Vel vltra alios potest responderi, quod non loquitur de mora, proprie commissa, sed dici, transmitti illud fideicommissum, vt pote mora subsecuta, id est ac si mora fuisset subsecuta, non quidem quod interuenerit, sed quo ad transmissionem illam perinde sit, ac si interuenerit, vt sic dictio, vt pote, stet similitudinaria, pro tãquam, prout legitur apud Sueton. in vita Aug. dum

64 dicit, † aedes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas refecit, eaq; opulentissimis donis adornauit, vt pote qui in cella capitolini Iouis. xvj. milia podo auri vna donatione contulerit.

65 † Vel etiam dici potest, quod licet alias fideicommissi etiam vniuersalis pure relicti cedat dies a morte testatoris, vt d. §. in nouissimo, tamen in casu d. l. tertia. §. primo, in vers. idem dicendum, non potest cedere ante aditam hereditatem, quia si bene aduertatur non potest dici purum fideicommissum, sed conditionale est, videlicet si illi puero ante mortem eius restitutum fuerit. Cum. n. si ante restitutionem decesserit fuerit ei adeptum & datum matri; illi puero remanet sub contraria conditione relictum, vt l. si legatum pure, eod. tit.

ADDITIO. Et l. aliquando, in fi. infra. de cond. & demonst. Quae conditio regulariter non potest adimpleri ante aditam hereditatem, cum non adita hereditas restitui non possit, vt est clarum, nimirum si ante dies non dicitur cessisse, & impeditur translatio. Non tamen dico, quod statim necessario cedat ab adita hereditate, vt etiam dicebant Reperen. & Claud. sed cedet quam primum restitui poterit, & tunc si non restituarur, vt pote mora commissa, si puer decedat, in haeredes transfinitur.

66 tet. † Aliquando tamen posset considerari mora et ante aditionem, puta si in mora adeundi fuerit ad damnum fideicommissarii, arg. l. si vfructus legatus, §. de vfruct. prout dicebat hic Soc. n. & ista notabis, quia sunt pulchrae declarationes ad illi. tex.

ADDITIONO. Vel etiam aliter responderi potest ad d. §. quod ibi non cedit per mortem testantis, quo ad transmissionem, quia repugnat voluntas testatoris, quae in testamentis totum facit. l. ex facto. la grande, supra de haer. inst. Nam testator voluit, quod si ante restitutionem decedat puer, debetur matri eius, & propterea impeditur transmissio. Et vt transmitti possit ad haeredes, requiritur, quod vel fuerit restitutum, vel pro tãto habeatur propter moram, vt ibi probatur. Et ista videtur vera declaratio ad illum. tex. Et videtur ex mente Bar. hic, dum in fi. dicit, quod illud procedit quo ad impediendam transmissionem factam a testatore. Et iõ ego dicere quod si fideicommissarius fuisset maior, nec post aditam transmitteret ad haeredes, nisi mora interuenisset. Et hoc bene inuenti probatur in l. quidã ita. in prin. infra ad Treb.

Cætera pro tuenda ista comm. opi. dic vt per Socin. nostrum, & Repe. Et adde quod cum ista opi. dicens eam communiter teneri, transit idẽ Patruus meus Soc. in cons. l. 32. & vlt. 4. vol. quod incipit, Dubia discussa &c. 2. col. Vnum circa prædicta nõ omitam, quia omnia ista procedit circa transmissionem iuris ad fideicommissarium. i. vt ita haeres fideicommissarii petere & obtinere possit fideicommissum, sicut & ipse fideicommissarius poterat, prout proprie dicimus in particulari fideicommissio, & hoc in iure aliquando appellatur fideicommissi transmissio, vt l. 4. & l. haeredit. in fi. prin. infra quãdo di. leg. ced. & l. vnic. in fi. iuncto prin. C. de his, qui ante aper. tab. cum sim. Non tamẽ procedit respectu verẽ & effectualis transmissionis, vt f. haeres fideicommissarii vt fideicommissarius teneatur vtiliter creditori bus respondere, nec possit fideicommiss. recusare, sicut dicimus de ceteris iuribus hereditariis, quæ eo modo per defunctum in heredem transferuntur, iuxta l. j. C. si cer. pet. ista. n. transmissio nõ fit, nisi postquam fideicommissarius acceptauerit fideicommissum, quod nota, quia nemo ita declarat. Circa septimam quæst. quam format Bart. de iure deli. facias ex dictis per eum duas conclusiones. Prima sit, quod fideicommissarius vtilis habet ius deliberandi, illudque in haeredes transmittit, sicut haeres cum Bar. in hoc transeunt Doct. vt hic per Repe. & Ias. Ista conclusio procedit de plano post † aditam hereditatem; quo casu dicitur delatum fideicommissum & peti potest, nam tunc cum possit accipi & recusari, conuenit quod habeat ius deliberandi, quid agere velit. Sed antequam adeatur, in quo casu proprie loquitur Bar. videtur quod non detur, quia cum nõdum cesserit dies quo ad petitionem (vt voluit ipsemet Bar. in precedenti questione, & sequuntur alij, & hic tradit Ias. pro quo videtur tex. in l. heredis, in prin. infra quando dies leg. ced.) nõ videtur delatum fideicommissum, vtiliter potest deliberare fideicommissarius, an velit petere, vel recusare, ex quo tempus petendi nõdum venit, arg. l. is potest, supra de acqu. haeredita. & l. delata, infra de verb. sig.

68 † immo dici potest, quod recusatio ante aditam hereditatem non noceat post aditam, tanquam factam ante fideicommissi declarationem, & de repudiatione hereditatis dicitur in d. l. is potest, & in l. prima, supra de acqu. haer. Facit regula l. qui potest facere. §. j. infra de reg. iur. & ita in specie voluit gl. in vers. legatum. in l. qui autem, in prin. infra quæ in fraud. cred. Videtur ergo quod male loquatur Bart. licet nullus aduertat, quando vult quod decedens fideicommissarius ante aditam hereditatem transmittat ius deliberandi, nam si illud non habet, transmittere non potest. l. nemo plus iuris. de reg. iur. & cap. nuper. de donatio. inter virum & uxorem. Nisi tuendo Bar. dixeris quod licet proprie non sit delatum fideicommissum ante aditam hereditatem per prædicta, tamen est bene delatum ius compellendi, vt haeres adeat ex Trebelliano, si adire sponte nolit. & sic potest dici quod circa hoc habeat ius deliberandi, an scilicet velit haeredem cogere nec ne, & istud decedens poterit ad haeredes transmittere. Cogita tamen, an ita senserit Bar. Et cum verum sit, transferri fideicommissum etiam ante aditam, secundum tamen quod supra declarauit, non curo super hoc vltius insistere, tanquam super inutili disputatione.

69 † Ad vnum tamen aduerte, quia potest considerari vtilis transmissio iuris deliberandi, etiam quod fideicommissum transmittatur ante aditam, vel ante restitutionem, prout de vtroque est cõmunis opin. vt supra diximus, tamen si Bart. & alij hoc videantur negare, non tamen loquor de illo iure deliberandi ad compellendum haeredem, de quo modo dixi saluãdo Bar. sed de alio ad ipsum fideicom. postquam vere fuit delatum. Pone quod haeres, qui adiuit sponte, petit a fideicommiss. vt recipiat fideicommissum, vel repudiet, & ipse dicat volo tempus ad deliberandum, certe si interim decedat, non simpliciter fideicommiss. transmittet, sed tantum ius deliberandi, sicut de herede dicimus in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. Effectus erit, quia lapsõ tempore constituto haeres fideicommissarii dicitur exclusus, quod non esset, si simpliciter fideicommiss. diceretur translatum, cogita super istis, quia nemo tangit.

70 † Secunda conclusio est, quod absque aliqua dubitatione quicquid dicitur in duabus præcedentibus q. decedens fideicommissarius post petitionem ab eo factam transmittit fideic. in haeredes, licet nõdum sit facta restitutio, nec etiam adita hereditas.

Procedit ista conclusio de plano si solum loquamur ante restitutionem, posita tamen aditione hereditatis. Sed si loquimur antequam adeatur hereditas, prout vult loqui Bart. non videtur considerabile, quod fideicommissarius decesserit post petitionem, cum quo ad eam nondum cesserit dies, vt modo dicebam. Igitur vt Bart. bene loquatur, oportet intelligere de petitione, quæ fieret coram iudice, quod haeres compellatur adire, quæ vere dicitur fieri ante restitutionem, & ante aditam hereditatem, & hoc plene prosequuntur hic Rep. & Ias. dic vt per eos. Super quo non curo multum instare, cum iam exploratum sit, etiam ante talem petitionem fideicommissum transmitti, per supra dicta. Hoc tamen notabis, quod vbi talis petitio ferret, vel etiam aliter peteretur restitutio ab haerede, sponte adeunte; decedens fideicommissarius, proprie & verẽ in haeredem fideic. transmittet, ita quod haeres repudiare non posset, ex quo iam a fideicom. per petitionem fuerat fideic. acceptatus: pro quo videtur tex. in l. postulante, in princ. ver. ceterũ &c. j. ad Treb. & sic ista translatio esset similis translationi actionum, & aliorum iurium, prout dicebam supra in fin. præcedentis q. & differret a translatione, de qua loquuntur Doct. in duabus præcedentibus quæstio. cum per illam haeres fideicommissarii non impediatur fideicommissum recusare. Circa q. 8. Bart. cum ille post gl. hic se remittat, & alij non tãgat, absq; alia disputatione ponas duas cõs. p̄ones.

71 † Prima sit, quod si haeres iustus fuit a iudice adire & ante aditionem decesserit, haeres cogi poterit, casus est apertus & ibi not. Bar. in l. non iustam. C. ad Trebel.

Secunda conclusio sit, quod si decesserit antequam fuisset ei iussum adire, regulariter eius haeres compelli non poterit, sicut nec volens adire, posset, de quo est tex. in l. ille a quo, §. si de testamento. in fi. & ibi not. gl. j. ad Trebellian.

72 † Fallit autem ista conclusio, quando haeres heredis, quoquo modo volens, adire posset. nam tunc poterit etiã compelli nolens, prout est, quando ex persona defuncti a non aditione posset in integ. restitui, vel si in eum fuerit transmissum ius deliberandi, vel etiam in casibus, in quibus hereditas non adita transmittitur, de quibus per Bar. & alios in l. ventre, §. de acq. haere. ista omnia prosequere & declara, vt per Doct. maxime Ias. in l. cam quam. C. de fideicom.

Vltimo Bar. format q. ad quam Dy. inducebat l. istam, iuncta gl. sup. uers. relicti, ut p̄ eũ, ex cuius dictis collige duas p̄ones, Prima est, quod dispositio facta de fundo, vel vinea simpliciter intelligitur facta etiam de fructibus eius pendentes, eo qd pars fundi dicuntur. l. fructus pendentes, §. de rei venditione, & l. si. §. penul. j. quæ in fraud. credito. cum simil.

D. Maria. Socin. Iuni. in l. Cum filiofam.

73 † Quod nota pro his, qui fundum emunt fructibus iam maturis, qui etiam fructus emisse dicuntur, vt l. Iulianus. §. si fructibus, supra de actio. emp. † Et adeo verum est hoc, vt procedat, etiam si fundus fuisset prius locatus, ita quidem, vt etiam colono partiario per venditionem in fructibus pendentes prejudicetur. Tenebitur tamen venditor ipsi colono pro suo intere esse, ita singulariter determinat Roma. in consi. 309. incip. Videtur prima fronte dicendum &c. versi. ego dico quod si fundus &c. Et referunt hic Repeten. & Iaf. per quos videas.

75 † Hoc tamen singulariter limitat Iaf. in noua lect. in vltimis verbis, nisi emptor sciuisset fundum, ita per partiarium colonum teneri, quia tunc creditur solum emisse fructus pro parte domini vendentis, allegat l. qui tabernas, supra de contrah. emp. vbi qui tabernas argentarias in publico solo postas vendidit, non dicitur vendidisse solum, in quo sunt, sed tantum ius quod in eis habet (quod debet intelligi si emptor de eo certificatus erat, prout in terminis declarat Bald. in rubric. C. de contrahenda emptio. in sexta quaest.) sic ergo dicendum est in casu nostro secundum Iaf. vt per eum. quod nota, quia vere est singulare dictum, si esset verum, & sepius contingere potest.

Sed mihi non videtur verum, nam esto quod dicatur vendi totum solum ius suum vendidisse, vt probat argumentum Iaf. tamen dico, quod tempore venditionis, fructus dicebantur ipsius Domini vendentis, & de iure suo, tanquam pars fundi, per regulam l. in toto, de regul. iur. & per iura §. alleg. Nec fructus efficiuntur coloni antequam decrepantur ex solo, vt l. si apes, in fin. §. de fut. Facit §. is vero, Insti. de reru. diuis. & l. cum in plures. §. messem, in cuncta gl. §. loc. Teneas igitur omnes fructus pendentes dici venditos, etiam quod emptor sciuerit fundum colono partiario locatum, quicquid in contrarium dixerit Iaf.

ADDITIO. Sit ergo cautus venditor, vt dicat saluo iure coloni, vel similia verba, prout sepius vidi obseruari.

Aduerte, qui alias vidi defendi Iaf. & pro eo allegari notata per Bart. in l. serui elect. §. si. in fi. dum loquitur de eo, qui legat rem, cuius partem tradere tenebatur ex contractu venditionis. & ibi Iaf. col. si. sequitur Bar. Nam & hic iste venditor tenebatur pari, quod colonus fructus perciperet.

76 † Secunda conclusio sit, quod concedens vineam & fundum fructibus plenum dicitur etiam fructus vineae concessisse per rationes, quas ipse Bart. alle. cum quo simpliciter transiit Cuma. Petr. de Besut. & alii relati per Iaf. aliter non insistentes, idem voluit Imo. post Pet. de Anc. in ca. per tuas, de donat. in fi. & sic secundum Bar. & sequaces videtur quod sicut omnes fructus fundi veniunt, etiam a solo separati, ita etiam veniant omnes fructus vineae, ut Alex. Iaf. & Mod. referunt Imo. tamen Pau. de Cast. Ang. de Perigl. Alex. & Are. hic dicunt quod opi. Bar. alia est, & aliter debet intelligi, videlicet quod respectu vineae veniant tantum fructus pendentes, licet quo ad fundum veniant omnes, etiam a solo separati, & ita post praedictos sequuntur Repet.

77 † Mouentur omnes, quia illud adiectiuum plenum, non potest ad vineam referri ratione diuersi generis, alias rectus & grammaticalis sermo non seruaretur, contra l. Plautius, de aur. & arg. leg. & dicit Alex. quod recte considerando istud fuit de intentione Bar. dum alleg. d. l. fructus pendentes. Concluditur ergo secundum praedictos, quod in casu proposito omnes fructus fundi dicuntur concessi, sed in vinea illi tantum qui tunc in ea pendebant, & hoc non ex importantia illius verbi plenum, sed ex natura rei, & ita communiter tenetur. Sed considera, prout etiam Iaf. aduertit, quod Bart. non videtur loqui, nisi de fructibus, etiam respectu fundi, & eos tantum intelligit venire ex importantia illius adiectiuum, plenum. Nam solum pendentes datur, vt faciant fundum fructibus plenum, non autem his qui iam sunt a solo separati: cum eis fundus non plenus, sed potius uacuus dicatur, vt de se constat.

78 † Nisi respondendo dixeris, quod cum pendentes dicantur pars rei. d. l. fructus pendentes, non conuenit, vt totum sua parte dicatur plenum, sicut homo non potest dici plenus anima, vel corpore, cum sint partes hominis, vel domus plena solo, vel tecto: igitur videtur quod illi fructus faciant fundum plenum, qui iam sunt abscissi a terra, & amplius non pendentes, sed tamen sunt adhuc in fundo, prout saepe contingit.

Potest tamen ad hoc replicari, quod argumentum procedit respectu partis substantialis, vt in d. exemplis, sicut in partibus accidentalibus, sicut si dixerio, iste homo est plenus caesarie, barba, seu scabie, non erit impertinens sermo, & tamen tunc ista dicuntur pars illius hominis. sic etiam si dicam, ista domus est plena picturis, vel columnis, sermo non erit incongruus, & tamen nemo negaret, has res posse dici partes illius domus: sic ergo erit in proposito, quia fructus pendentes sunt pars fundi accidentaliter, vt de se constat.

Præterea quod talis fuerit intentio Barto. ostenditur, quia loquens de fructibus vineae, & sic de pendentes tantum secundum praedictos Docto. cumulat ad idem argumentum de l. fru-

ctus pendentes, & de importantia verbi plenum, quod non recte fieret si intelligeret quod verbum plenum importaret alios fructus, quam pendentes.

Modo hoc ita posito, quod verum est, scilicet vt respectu fundi veniant tantum fructus pendentes, alias disputando dicebam contra omnes, quod in concessione non veniant fructus vineae, etiam pendentes. † Mouebat, quia quando concedens voluit venire fructus pendentes, illud expressit, quando habens respectum ad fundum, dixit, fructibus plenum &c. Et quo argui potest, quod cum respectu vineae de fructibus nihil dixerit, non creditur voluisse eos concedere, qualitas enim vni adiecta censetur alteri denegata, arg. l. cum praetor, supra de iud. & cap. nonne, de praetium pt. facit c. inter corporalia, post medium, de transf. praela. ibi, si circa translationem &c. facit etiam elegans decis. Ioann. de Anan. consi. 21. inci. Ad approbandam, vbi vult, quod expressio filiorum masculorum in vna parte, arguit quod in alia simpliciter mentio filiorum non sit ad masculos restringenda. Quod etiam voluit Petr. de Anch. in consi. 120. incip. Pro clariori, & patruus meus Soci. in consi. 119. incip. Viso testamento, septima col. 3. volu. & Curt. in consi. 63. incip. Antiquissima, & nobilissima, decimalex. ta colum. Et si dicatur quod veniunt isti fructus pendentes tanquam pars vineae per d. l. Iulianus. §. si fructibus. † Responderi potest, quod illa regula procedit, nisi de contraria voluntate concedentis constiterit, vt ibi statim subditur, & hic dicitur satis constare, dum de fructibus fundi tantum locutus fuerit, per quod videtur eos respectu vineae denegasse.

81 † Sed dicit aliquis tuendo opin. communem totaliter, prout est, quod illa verba fructibus plenum, respectu fundi debent importare etiam fructus a solo abscissos adhuc in fundo existentes, saltem ea ratione, vt aliquid operentur per l. si quando. §. eod. alias enim nihil profusus operari videntur, cum pendentes veniant, etiam sine illis verbis, per d. §. si fructibus.

Sed responderi potest, quod immo operantur, ut scilicet per eorum expressionem denegentur fructus vineae venire, qui alias ex natura rei veniant. Et si tunc iterum & subtiliter dicatur, ergo fin hoc sequitur, quod illa adiectio, fructibus plenum, inducta ad unum finem, scilicet ad augendam concessionem, operabitur aliud, scilicet diminutionem, contra l. quod fauore. C. de legib. & l. legata inutiliter. §. eo. cum sim. Responderi potest negando, quod si facta talis adiectio ad augmentum, quia immo sunt dicta verba illa ad illam diminutionem, quam operantur fin praedicta. Et quod ita sit, probatur. Nam esto, quod etiam fructus vineae pendentes dicerentur concessi, nihil tamen operaretur illa adiectio, vel auergeret, cum ipsi pendentes ad quos tantum refertur, etiam sine ea venisset ex natura rei. Ne igitur frustra facta dicatur talis adiectio, dicendum videtur, quod fuerit dictum ad illam diminutionem, quam talia verba operatur, vt §. declarauimus. Super hoc tamen cogitabis, quia est noua opinio & contra omnes.

Et ex his cum laude aeterni Dei, matrisque eius piissimae, ac beati Leonis Papae, cuius memoria hodie in militanti Ecclesia celebratur, sit impositus finis huic difficillimae legi. die xx. Aprilis currentibus annis Dominicae incarnationis M D XXI. In honoratissima Pisana. Academia. Facio modo transitum ad notabilem. §. Diui. in l. filiusfamil. §. eod.

S U M M A R I U M.

- 1 Alienationis prohibitio aliquando a lege fit, aliquando a iudice, aliquando a partibus; aliquando a testatore, & num. 162.
- 2 Alienatio rei quatuor modis capi potest, & unusquisque modus declaratur.
- 3 Alienatio facta contra prohibitionem virum operatur dominij translationem.
- 4 Alienationis prohibitio quandoque sine causa, quandoque cum causa fieri solet, & tacite, & expresse.
- 5 Casus figuratio.
- 6 Malitiosus & fraudibus obuiandum est.
- 7 Prohibitio alienationis nuda facta a testatore, non est necessario seruanda, sed vide num. 62. & 69. & 100.
- 8 Verba ista, nullius momenti, important, quod actus sit nullus ipso iure, & sic absque ope exceptionis.
- 9 Item idem dicendum est de dictione, nullatenus.
- 10 Verba ipso iure, quid importent.
- 11 Consilium sequi nemo tenetur.
- 12 Praeceptum nudum testatoris de non alienando, non est necessario seruandum, sic etiam & nudum iudicis praecceptum.
- 13 Stipulatio nuda est inefficax.
- 14 Legitimitas spurij a comite Palatino facta sine causa non valet. Limitatur tamen.
- 15 Prohibitio de non alienando dicitur odiosa.
- 16 Prohibitio facta cum causa tenet, etiam tacita, & iurata, ne turris alienetur.
- 17 Prohibitum quod est regulariter, & solum in certis casibus permissum, non sufficit

non sufficit adesse vni de dictis casibus, sed debet talis casus exprimi.

- 18 Taciti & expressi, quando non sit idem ius.
- 19 Si de agnatione solum reperitur persona prohibita, poterit rem alienare.
- 20 Declaratio ad textum in l. pater filium. §. Iulius Agrippa. infra de legatis tertio.
- 21 Prohibitio facta favore alicuius persone, valet.
- 22 Limitatio ad §. disponat, in Auth. de nup. & ad similia iura, quibus probatur, testatoris dispositionem pro lege seruari.
- 23 Differunt liberi, & posterii, vel ne.
- 24 Differentia an sit inter parentes, & maiores.
- 25 Statutum faciens mentionem de liberis, non extenderetur ultra trinepotem, quod auctori non placet.
- 26 Emphyteusis recepta pro se & liberis, ultra trinepotem dicerentur exclusi, verum hoc auctori non satisfacit.
- 27 Palla reprehenditur, & ab eius calumnia Iuriconsultus Paulus descenditur.
- 28 Declaratio ad textum in l. quique litigandi. §. parentes. ff. de in ius vocando.
- 29 Prohibitio alienationis facta in testamento, si valet, impedit dominij traslationem.
- 30 Amplia hoc tanto fortius procedere in prohibitione facta a lege, nam quicquid sequitur in contrarium est nullum.
- 31 Fallit in prohibitione facta per pactum, nam illa licet sit seruanda ratione interesse, non tamen impedit translationem dominij, si contra fiat.
- 32 Prohibitio alienationis facta, non nocet creditoribus, limitatur tamen.
- 33 Prohibitus alienare, non prohibetur alienare, usque ad quantitatem legitime sibi debita, limitatur tamen ut nu. 35.
- 34 Filius an proprie dicatur creditor in legitima.
- 36 Filius, qui renunciat paterne hereditati, non potest habere legitimam in bonis.
- 37 Cautela Ias. reprobat. quam ponit hic, ut filius alienare prohibitus, possit alienare.
- 38 Licet aliquid in genere sit dictum, non tamen inconuenit, ut particulariter exprimat.
- 39 Res prohibita alienari, non potest publicari, nec venit in generali publicatione bonorum, etiam durante vita prohibiti alienare, & hæc est communis opinio, quicquid in contrarium multi dixerunt.
- 40 Prohibitio alienationis a testatore facta, non trahitur ad alienationem necessariam.
- 41 Mulier prohibita per statutum alienare sine certa solemnitate, poterit absque ea alienare in casu necessitatis.
- 42 Fideicommissarius dicitur hi, quorum contemplatione fit prohibitio alienationis.
- 43 Prohibitus alienare extra familiam, si requisierit illos de familia, & illis emere recusantibus, vendiderit extraneo, an ius aliquod competat illis emere recusantibus.
- 44 Declaratio ad text. in l. qui Romæ. §. cohæredes. infra de verborum obligationibus.
- 45 Prohibitus alienare extra familiam, an dicatur per fideicommissum grauatius simpliciter post mortem suam, vel ne.
- 46 Fideicommissarius simplex consentiens alienationi an habeat actionem ad pretium.
- 47 Litera, quæ nam sit verior in tex. eos. an eorum.
- 48 Prohibitio alienationis non solum dispositiue, vel per viam conditionis, sed etiam per viam modi fieri potest.
- 49 Res si pluribus relinquatur, & ipsi simpliciter prohibentur alienare, nisi alia causa prohibitionis appareat, talis prohibitio non valet, veluti nudam præceptum.
- 50 Gl. dictum, an alterius doctoris debet intelligi secundum legem quam allegant.
- 51 Litera, quæ sit probabilior, cum diuerso modo legatur, in tex. l. pater filium. §. Iulius Agrippa, infra titulo secundo. & nu. 53.
- 52 Declaratio ad §. mater, d. l. pater filium: infra tit. 2. & vide etiam nu. 53.
- 53 Conditio quacunque sit, impleri debet regulariter antequam dispositio sortiatur effectum.
- 54 Prohibitio alienationis simpliciter facta, solum favore prohibiti intelligitur facta.
- 55 Prohibitio alienationis cum expressa causa solum interesse prohibiti continente, non est seruanda, fallit ut nu. 61.
- 57 Ex diuersis non sit illatio.
- 58 Declaratio ad l. 2. C. de vsucap. pro emptore. & ad l. generaliter. §. si petiti, infra de fideicom. liber. & ad l. 2. infra si quis a par. suc. manu. & vide etiam in nu. 66.
- 59 Rei ius quilibet est moderatur & arbiter, etiam abutendo.
- 60 Necessitate urgente receditur a reg. iur.
- 61 Prohibitio alienandi solum fauorem prohibiti continens, valet, quando ille fauori suo renunciare non potest, puta, quia pupillus sit, aut mente captus, vel ecclesia.
- 62 Prohibitio alienandi si fit, ei qui alias de iure reperitur prohibitus, talis prohibitio etiam nuda valet.
- 63 Res ecclesiæ pro redemptione captiuorum alienari possunt, fallit tamen in casu, de quo ibi.
- 64 Diuisionis prohibitio facta a testatore pupillis suis, ex quo concurrat cum prohibitione legis, operatur, & diuisio fieri non possit, etiam in casibus, in quibus alias de iure permetteretur.
- 65 Ex actu nullo, nullus potest insurgere effectus.
- 66 Qualitas in dispositione non considerabilis, si adiecta dispositione fuerit, non auget effectum.
- 67 Tutoris officium est, non deteriore, sed meliorem conditionem pupillorum facere.
- 68 In prohibitione alienationis apponere verba generalia, puta quod nullo modo alienatio fiat, multum operatur.
- 69 Alienationis prohibitio etiam nuda, debet obseruari, quando si contra fuerit, tertius laderetur.
- 70 Limitatio ut sit bona, debet esse in terminis regule.
- 71 Intellectus ad l. tertiam. §. si quis ita. infra de adim. leg. nume. etiam præceden.
- 72 Alienationis prohibitio etiam nuda, valet, si fit de re rationabiliter animata, ut est seruus.
- 73 Declaratio ad text. in l. Generaliter §. si petiti, infra de fideicommissarijs libertat. & ad l. Rogo, & ad l. quidam in testamento, eodem titulo.
- 74 Seruus alienari prohibitus ut supra, si ab hærede vendatur, an dominij transferatur.
- 75 Seruus prohibitus manumitti in eius penam, non potest fieri liber, etiam post mortem hæredis.
- 76 Vasallorum prohibita alienatio a testatore valet, quantumcumque sine expressa causa.
- 77 Dominus non potest de iure communi alienare vasallos eis inuitis, fallit tamen, ut ibi.
- 78 Vasalli si alienentur contra uoluntatem testatoris, nunquid liberentur ab onere vasallagij.
- 79 Prohibitio alienationis, de qua l. Titio centum, infra de cond. & demonstra. cur non valeat.
- 80 Argumentum de iudice ad testatorem validum est.
- 81 Prohibitio alienationis nuda an valeat, quando fit legatario illi in quem recta via non transit res, sed &c.
- 82 Declaratio ad text. in l. Titia centum, infra de condit. & demon.
- 83 Alumnum testatoris alimentis indigens, ab hæredibus alimenta præstanda sunt.
- 84 Quem in pudore versari non decet.
- 85 Ecclesiæ si relinquatur centum, ut fundum emat, an poterit postea fundus emptus alienari.
- 86 Prohibitio alienationis facta per verbum subiunctiuum, non impedit translationem dominij.
- 87 Emphyteuta vendens irrequisito domino, non cadit a iure suo, nisi rem ipsam actualiter tradiderit.
- 88 Declaratio ad text. in l. codicillis. §. instituto, infra de leg. 2. & l. pater filium. §. quindecim, de leg. 3.
- 89 Prohibitio facta per futurum indicatiui, si alienabis, impedit translationem dominij.
- 90 Prohibitio expressa testatoris de non alienando potentior est, quam sit tacita, quæ per legem inducitur.
- 91 Prohibitioni alienationis expresse factæ a testatore, si contra fiat incontinenti potest reuocari, nec expectatur mors prohibiti, secus si contra fiat prohibitioni legis, licet auctor in hoc aliter sentiat.
- 92 Prohibitio alienationis ubi aliquo modo facta valet, non tamen impedit translationem dominij, venit præstanda saltem estimatio rei.
- 93 Declaratio ad l. Stichus, infra de manum. testam.
- 94 Estimatio rei, de qua supra, per quem fit præstanda, ab hærede, vel a prohibito alienari.
- 95 Pena auctores delicti tenere debet.
- 96 Alienationis prohibitio valet in certis personas carum odio facta, & est maioris commun. opin.
- 97 Intell. ad l. codicillis. §. matre, infra tit. 1.
- 98 Litera d. l. codicillis §. matre, infra tit. 1. quæ nam sit melior, cum dupliciter legatur.
- 99 Hæres admittitur ad reuocandum, quando prohibitio de non alienando valet, ut ibi.
- 100 Prohibitio nuda & simplex de non alienando, nihil operatur, & hæc est reg. quæ pluribus modis limitatur.
- 101 Prohibitio de non alienando licet nuda, si tamē fieret sub conditione, esse efficac. & nu. 108.
- 102 Stipulatio sine causa, est inualida, fallit tamen si fieret sub conditione.
- 103 Tacitum non debet plus operari, quam expressum.
- 104 Intell. Croti, & Ias. ad l. 4. §. fin. supra de cond. inst. reprobat, & alius accommodatur.
- 105 Conditio voluntaria debet specificè impleri.
- 106 Conditio potentior est, quam modus.
- 107 Institutus sub conditione, si seruum non alienauerit, an fiet hæres absque aliqua cautione.
- 109 Promissiones, quæ sæpius fiunt, sub certis euentibus, puta, si Imperator uenerit in Italiam, si talis fuerit Pontifex, & huiusmodi valent, & seruandæ sunt.

D. Maria. Socin. Iuni in l. j.

- 110 *Conditio, sua natura nihil aliud facit, nisi quod suspendit dispositionem, qua deinde impleta, dicitur conditio purificata.*
- 111 *Termini habiles semper sunt praesumendi.*
- 112 *Prohibitio de non alienando etiam si esset nuda, si tamen adijciatur pena, esset efficax.*
- 113 *Intelligas hoc procedere, quando pena est circa ipsam rem alienari prohibitam.*
- 114 *Testator, si post prohibitionem de non alienando, priuet prohibitum contrahentem, non valet prohibitio talis, etiam cum priuatione, quando testator nulli rem ipsam applicauit.*
- 115 *Pena ex delicto applicatur sisto, pena vero conventionalis ipsi parti stipulanti.*
- 116 *Heres iure antiquo tenebatur omnibus creditoribus hereditariis satisfacere.*
- 117 *Testator non potest prohibere rem heredis alienari.*
- 118 *Testator potest ita rem heredis legare, sicuti propriam.*
- 119 *Quisque rei suae, quam in alium transfert, potest quamcumque voluerit legem imponere.*
- 120 *Testator an possit facere, quod res heredis sint obligatae, sicuti obligantur res suae.*
- 121 *Libertas semel data, dicitur irrevocabilis.*
- 122 *Intellectus ad l. si quis ita sit legatus. §. quod constitutum, infra de manum. testam.*
- 123 *Intellectus ad l. heres seruum proprium. infra qui & a quib. & concordanda cum l. si inquilinos, hic alleg. quae iura videntur pugnare.*
- 124 *Concordanda sunt leges eo modo, quo possunt, quinimmo licita est diuina pro tollenda contrarietate.*
- 125 *Heres ad eundem hereditatem, videtur quasi contrahere cum creditoribus testatoris, & eius voluntatem approbare.*
- 126 *Legatarius an possit prohiberi, ne rem legatam alienet, vel ne rem propriam alienet.*
- 127 *Principium & causa originaria attendi debet.*
- 128 *Alienatio rei prohibita facta pro aere alieno testatoris, perpetuo conservatur.*
- 129 *Alienatio rei prohibita, si fiat propter aere alienum heredis durabit tantum eo vivente, deinde vero ad fideicommissarios pertinebit.*
- 130 *Resolutio iure dantis, resoluitur & ius acceptoris.*
- 131 *Cautela an reperitur, ut possit alienari res, quae valide prohibetur alienari, & nu. 143. & 145.*
- 132 *Citari an debeant in iudicio, nedum qui principaliter laeduntur & de praesenti, sed etiam qui in consequentiam & post aliquod tempus lesionem aliquam habere, aut pati possint. & vide nu. 137.*
- 133 *Legatarij, aut fideicommissarij licet non sint citandi in iudicio agitato contra heredem, tamen si ipsi de collusionis aliqua suspecti sint, comparentes audiri debent.*
- 134 *Substitutus non citatur in iudicio agitato contra institutum, licet in eo substitutus legi possit.*
- 135 *Declaratio ad l. ex contractu, infra de re iudi.*
- 136 *Declarantur multifariam lex in diem, infra de acq. plu. arce. & alia et hic alleg.*
- 138 *Appellare potest quis pro sua interesse, quam primum sciuerit sententiam latam, intra tempora tamen statuta.*
- 139 *Tempus ad appellandum licet currit a die scientiae, tamen aduersus illud currit longissimi temporis praescriptio 30. vel 40. an.*
- 140 *Praescriptio triginta, vel quadraginta annorum currit etiam contra ignorantes.*
- 141 *Tempus quadriennij ad petendum restitutionem in integrum licet non currat nisi scienti, tamen tollitur cursu 40. annorum.*
- 142 *Restitutio in integrum non datur aduersus cursum 40. annorum ex capite ignorantiae, & est magis com. opin.*
- 144 *Prohibitio de non alienando si est personalis, non transit in singularem successorem, sed in vniuersalem sic, licet auctor de hoc dubitet.*
- 145 *Obligatio qualibet personalis in heredem transit.*
- 147 *Prohibitio alienationis licet valide facta, non impedit rem prohibitam alienari ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, & vide num. 151.*
- 148 *Regula, quod taciti, & expressi idem est iudicium, maxime procedit in vltimis voluntatibus.*
- 149 *Dispositio generalis etiam quod disponens possit praediuicare filiam in dote in dubio non censetur facta, ut dotem comprehendat, immo semper intelligitur excepta.*
- 150 *Prohibitio expressa potentior est tacita, cum impediatur translationem domini, quod non facit tacita.*
- 151 *Prohibitio facta per contractum est adeo efficax, ut res prohibita nec est pro dote alienari possit.*
- 152 *Prohibitio testatoris quando concurrat cum prohibitione legis, debet operari etiam in casibus a lege permissis.*
- 153 *Ratio vbi est eadem, non fit extensio, sed immo casus quilibet dicitur comprehensus propter vim rationis.*
- 154 *Filia prohibita alienare, an possit ab eo dotari de bonis alienare prohibita?*
- 155 *Dotare nedum filias, sed nepotes etiam tenemur, & est communis opinio.*
- 156 *Res prohibita alienari, quod possit dari in causam dotis, ut supra, an procedat in extraneis institutis, & prohibitiis.*
- 157 *Ratio solet dispositionem regulare, licet quandoque non habeat locum, ut nu. sequ.*
- 159 *Res prohibita alienari, veluti ut supra in causam dotis pro matrimonio carnali dari potest, ita & pro matrimonio spirituali, scilicet si mulier velit dare dotem monasterio.*
- 160 *Res prohibita alienari, an possit dari pro restitutione dotis facienda?*
- 161 *Prohibitio alienationis potest fieri per statutum, puta, quod non valet alienatio rei immobilis in non subditum? & est com. opi.*
- 163 *Intelligas hanc com. opi. quando prohibitio esset in rem directa, uel in personam alienantis, quae tamen subdita sit, alias minime.*
- 164 *Limitatur praedicta com. opin. pluribus modis, maxime respectu alienationis, quae fieret in forensem ex causa dotis, & si hoc auctori non placeat.*
- 165 *Statutum, siue lex municipalis potius equiparatur vltima voluntati, quam contractibus.*
- 166 *Statutum prohibens alienationem in non subditos, non includit Ecclesias, aut ecclesiasticas personas, & est com. opi.*
- 167 *Quae veniunt in consequentiam, non solent attendi, sed quae principaliter aguntur.*
- 168 *Statutum Senense, quod uendens non subdito immobilia puniatur, nisi habuerit licentiam a quodam magistratu, non comprehendit uendendam rem illam ecclesiae, & nu. 172.*
- 169 *Factum fieri potest ab eo, qui rem in aliquem transfert, ne res illa transeat in ecclesiam.*
- 170 *Factum ne locus fiat religiosus, vel alio modo iure humano eximatur, seruandum est.*
- 171 *Statutum excludens feminas propter masculos, etiam moniales censetur exclusa.*
- 172 *Statutum non valet, ne res immobilis per ecclesiam praescribatur, & hoc contra Bal.*
- 173 *Prohibitio alienationis facta per contrahentes, non impedit regulariter translationem domini, fallit tamen pluribus modis, & nume. 178. cum sequen.*
- 174 *Domini in materia, minoris potentiae est contractus, quam sit vltima voluntas.*
- 175 *Alienationis prohibitio facta per pactum, equiparatur prohibitioni per legem, vel testatorem.*
- 176 *Declaratio ad tex. in l. si. C. de pact. int. empt. & vend.*
- 177 *Declaratio ad tex. in l. ea lege. C. de condi. ob. cau.*
- 178 *Libertatis favore, quia alienatio esset irrevocabilis, prohibitio alienationis etiam per contractum impedit translationem domini, licet auctor contra.*
- 179 *Domini translatio impeditur rei prohibita alienari, licet prohibitio sit facta per contrahentes, quando fieret ab eo, qui haberet ius aliquod reale in re ipsa, alias secus regulariter.*
- 180 *Quaestio Bar. & Bal. super litera tex. in l. si creditor. S. ff. de distrac. pig. & qua litera sit prohibitor.*
- 181 *Pactum nudum duplex de eadem re factum producit actionem.*
- 182 *Conductor non potest expelli a nouo successore, quando ei fuerit promissum de non alienando durante conductione, sub obligatione distrahi, & est pulchra cautela.*
- 183 *Amplia ut procedat, nedum si res illa locata non fuerit particulariter obligata, sed si facta sit generalis obligatio omnium bonorum.*
- 184 *Domini translatio impeditur, etiam quando cum pacto de non alienando apponitur clausula resoluita contractus, puta & c.*
- 185 *Clausula constituit operatur factam traditionem.*
- 186 *Domini translatio in omnibus casibus in quibus per pactum de non alienando impeditur, si res transeat in alienas manus, licebit ei, qui prohibuit, propria auctoritate rem capere.*
- 187 *Per sententiam arbitri prohibentis aliquid alienari, utrum impediatur translatio domini.*
- 188 *Lite pendente coram arbitro, si res alienetur, transfertur dominium, limitatur tamen, ut nu. 90.*
- 189 *Vltimum litigiosum non contrahitur coram arbitro, intelligas tamen, ut nu. sequenti.*
- 191 *Arbitri electi vigore statuti dicuntur iudices delegati, & habent in iudicium.*
- 192 *Statutum distans, & quodcumque petatur exequutio laudi si ei de iniquitate opponatur, iudex compellat partes ad iterum compromittendum, non habet locum in laudo arbitri electi ex necessitate.*
- 193 *Iudex in sententia si prohibet re alienari, an impediatur translationem domini.*
- 194 *Causas approbatas a iure, ut iudex possit prohibere alienationem honorum, vide remissum.*
- 195 *Paria enim sunt quid in iure exprimi, & iuridica ratione probari.*
- 196 *Sententia licet plurimum possit, non tamen potest operari translationem domini absque traditione.*
- 197 *Iudex si declarat quem prodigum absque alia expressione, dicitur facta interdictio bonis.*
- 198 *Prohibita alienatione, utrum videatur prohibita heredis institutio? distinguatur.*

- 199 Declaratio ad l. Imperator, infra de fideicom. libert.
- 200 Alienatione prohibita, censetur etiam prohibita successio ab intestato in illa re.
- 201 Prohibitio alienationis si est facta favore certarum personarum, puta extra familiam, successio ab intestato extra familiam licet toleretur, non tamen hæredis institutio eius, qui non sit de familia.
- 202 Limita tamen quod dictum est, ut ibi.
- 203 Venditione prohibita, dicitur prohibitus omnis actus per quem transferatur dominium.
- 204 Limitatur hæc concl. nisi eadem ratio prohibitionis non reperitur, & nonnullis etiam alijs modis.
- 205 Vfus communis loquendi semper attendendus.
- 206 Prohibitus vendere habita mentione pretij, non prohibetur donare, alias secus. & nu. seq.
- 207 Donatione prohibita, an dicantur prohibiti alij contractus.
- 208 Prohibitio alienandi facta filiis, non extenditur ad nepotes, & est com. opinio.
- 209 Limitatur hoc, nisi prohibitio non etiam personalis, sed in rem, puta. Prohibeo fundum extra familiam non alienari & alio etiam modo, nisi &c.
- 210 Prohibitio alienationis facta hæredi, an intelligatur facta etiam hæredi hæredis? quod sic.
- 211 Limitatur tamen & sublimitatur pluribus modis.
- 212 Res prohibita alienari, si contingat alienari, vtrum possit talis res vsu capi, aut præscribi? nu. 215
- 213 Præscribi potest, quod alienari potest, licet cum quadam solemnitate.
- 214 Declaratio ad tex. in l. si §. penul. C. communia de legatis.
- 216 Argumentum de nuda prohibitione testatoris ad nudum præceptum iudicis non valet.
- 217 Pena in præcepto iudicis apposta debetur fisco.
- 218 Præceptum iudicis nudum in causis, in quibus requiritur causa cognitio non valet, alias secus, ut nu. seq.
- 220 Prohibitus alienare rem aliquam, & si alienet ipso iure res veniat in Titium, vtrum vendendo partem rei, priuatur tota?
- 221 Vasallus vendens partem feudi, non perdit totum feudum, sed partem alienatam, ita & in emphyteuta.
- 222 Oratio negatiua si sit falsa in parte, dicitur falsa in totum.

Interpretatio in l. Filiusfamilias. §. Diui. de legatis primo.

DIVI. Pro ingressu huius singularis §. totiusque materiae prohibita alienationis, quæ in eo pertractatur, plura præmittenda essent, quæ inferius in discussione materiae per Barto. & alios tanguntur. Et ideo ad suo loco dicenda me remitto.

- 1 Hoc tamen perfunctorie sciendum est. Prohibitionem alienationis aliquando fieri per legem communem vel municipalem, aliquando per iudicem vel arbitrum? aliquando ex partium conuentione in contractibus; & aliquando in testamento. De quibus omnibus, j. erit disputandum, licet tex. noster & materia eius principalis loquatur, & sit de prohibitione testamentaria.
- 2 Secundo sciendum est quod alienatio rei quatuor modis capi potest. Primo quando plenum & directum dominium transferatur, iuxta l. i. C. de fund. dot. Exemplum sit in simplici venditione, in donatione, & sim. & tunc dicitur alienatio propriissima. Secundo dicitur propria, vt quando vile dominium transit, vt in feudo, & in emphyteusi perpetua, vt in §. alienationis, in Authent. de non alien. aut permu. re. colla. secunda. Tertio dicitur alienatio impropria, quando non aliquod dominium, sed solum vsufructus transfertur, vt habetur in l. iubemus. §. sane, il secundum. C. de sacrosan. eccle. Et idem forte dici posset de possessione, iuxta l. magis puto, in prin. §. de reb. eorum.

Quarto dicitur alienatio impropriissima, quando solum ius pignoris transfertur, tamen taliter, vt non sit verosimiliter dominium luiturum. Ista distinctio est de intentione Bald. in auth. hoc ius porrectum. l. col. C. de sacrosan. eccle. & eam explicite posuit in cap. i. §. aut si libellatio, quib. mod. feud. amittat. ij. col. Refert & sequitur Andr. Barb. in Rub. extra de reb. eccle. non alien. §. colum.

Quæ omnia an vera sint, maxime quo ad propositum nostrum, vt. s. prohibita alienatione, qualibet ex his quatuor comprehendatur vel ne, infra in progressu materiae apparebit. Demum pulchra est dubitatio in materia, quod vtrum. s. alienatio facta contra prohibitionem, seu actus alienationis operetur translationem domini? Et quidem quando prohibitio fit per legem, vel per testamentum, communis conclusio est quod impediatur translatio domini. Quando vero fit per contractum dubitari potest. Verum est quod Cyn. post Ioan. & Azo. in l. ea lege, num. 8. C. de cond. ob. cau. tenet quod non. Sed quia de his particulariter j. dicemus circa Bart. maxime in quarta, quinta, & sexta questione, aliter pro nunc non inuito: sed satis sit tetigisse, vt vos interim possitis cogitare.

4 Ultimo præmitte, quod prohibitionem alienationis fieri aliquando sine causa, vt in tex. isto, aliquando cum causa. Et causa aliquando consideratur respectu ipsius rei, & tunc quandoque expressè, vt puta, Res talis non alienetur, quia fuit mihi ab Imperatore donata, vel quia fuit maiorum meorum, vel quid simile. Quandoque tacite, puta, si tuis alienari phibeatur, iuxta gl. & Cy. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. De quo tamen an sit verum, dicam in secundo notab.

Aliquando vero causa dicitur considerari separata ab ipsa re, vt si fiat respectu alicuius personæ, & tunc vel tacite, vt si extra familiam prohibeatur alienatio, & in hoc potest verificari text. noster in versu. Nisi inueniatur persona &c.

Vel etiam expressè, vt si dicat, prohibeo te alienare, quia post te volo ad talem peruenire, vel quid simile. Et in hoc & etiam in casu precedenti quando tacite, potest exemplificari tex. noster in versu. Quod si liberis &c. His paucis sic obiter declaratis, diuide tex. in tres partes vt per Bar.

Prima autem pars subdiuiditur in alias tres. In prima ponitur thema, & ex eo resultantis quæstionis decisio. In secunda per interpositionem ponitur exceptio a dicta decisione, ibi, nisi inueniatur persona &c. In tertia ibi, quasi nudum &c. ponitur ratio primæ decisionis. Rursus tertia pars principalis subdiuiditur in duas. In prima ponitur quod valida prohibitio alienationis creditore non obest. In secunda ibi, nam si hæredis &c. declaratur effectus precedentis dicti. Alii aliter diuidunt, vide per te.

Summa vt per Bar. vel plenius secundum Ias. vt per cum verum est, quod videtur aliquo modo egredi verba tex. Vnde tu summa sic ex vera intentione tex. & iuxta eius verba.

Prohibitio alienationis sine causa, facta a testatore, non respiciens alterius, quam prohibiti utilitatem; non est seruanda, sed cum si vt certis personis consulatur, facta sit: nam tunc seruari debet nisi vertatur in damnum creditorum. h. d.

Pone quod casum per partes. Et in prima parte faciebat dubium quia voluntas testatoris solet pro lege seruari. §. disponat in authent. de nup. collat. 4. Et rebus suis debet testator posse imponere legem, quam voluerit. Si enim istud conceditur contrahentibus. l. legem. C. de pactis. & l. quoties. C. de dona. quæ sub mod. fortius testatori concedendum videtur, iuxta l. in testamentis, j. de regulis iuris, cum ibi nota.

Facit l. prima. C. de sacrosan. eccle. Verum ad hæc intendit respondere Iurisconsultus hic in versu. quasi nudum &c. & dicam in primo notabili. In secunda parte principali dubium fortasse faciebat, quia iniustum est alicui auferri liberam rei suæ dispositionem l. in rem mandata. C. mand. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & est tex. in l. 2. j. si a paren. quis fuc. manu. Sed tamen respondetur, quod immo hoc toleratur in casu nostro per regulam d. l. legem. C. de pactis, cum similibus. Et ad regulam d. l. 2. cum sociis, respondetur, quod procedit postquam res aliqua libere nostra facta est.

At dum nostra fit potest per transferentem lex aliqua imponi, & per consequens potest ipsius alienatio prohiberi, si causa appareat. In tertia parte poterat forte dubitari, quia si contra prohibitionem testatoris res alienetur, licet pro ære alieno soluendo, videtur quod fideicommissarii, id est hi quorum respectu facta fuit prohibitio, rem petere possint, & quod alienatio non valeat. Et sic quod in effectu possit creditoribus præiudicari. Valuit enim prohibitio propter causam, ergo debet seruari: & creditoribus satis videtur quod eis remanet obligatus hæres personaliter, prout erat obligatus defunctus. Cum enim ipsi nullum ius in re habeant, & prohibitio rem ipsam afficere videatur, præferenda videtur prohibitio, licet post contractus obligationes facta fuerit, sicut ex creditoribus et vitimis præferatur in re aliqua, si in ea ius habeat, puta quod sit ei hypothecata. Sed tamen respondet, istum tex. & eius decisionem fundari, ut fraus euitetur.

Posset etenim quilibet ex alieno grauatus prohibere alienationem, & ita fraudare creditores, quod tolerandum non est, quia semper fraudibus & malitiis obuiari debet. l. i. §. 1. supra nau. cau. p. stab. vbi gloss. dicit, & l. 2. in fin. vbi etiam gloss. C. de indi. vid. tol. Nec obstat quod de creditore habente hypothecam dictum est, cum etiam per illam viam videatur posse fraudem committi. Quoniam respondetur fraudem eo casu non præsumi, & vbi probaretur aliud forte esset, iuxta titulum infra. quæ in fraud. cred. Et ipsi creditori dicitur quæsitum ius in re ex causa onerosa, quia debitori credidit, & quantitas credita versa fuit in patrimonium debitoris, ita quod realiter per illam hypothecationem non minuitur substantia debitoris. Sed in casu nostro fraus manifesta appareret. Et licet prohibitio rem ipsam videatur afficere, non tamen alicui dicitur ius in re quæsitum, saltem ex causa onerosa. Quare autem hic de fisco fiat specialis mentio, dic propter maiorem dubitationem, vt hic per Iaso. Vel potest dici, quod id fiat, quia de eo magis loqui voluit propter multa privilegia fisci, ut sic procedat tex. ad instar illius, Dicite discipulis eius, & Petro. Nota primo, quod Mar. Soc. Jun. Prima Pars. Y 4 nuda

D. Maria. Socin. Iuni. in l. Filius §. Diui.

7. † nuda prohibitio alienationis a testatore facta non est seruanda necessario. Et aduertendum est, quia hic dicitur, quod est nullius momenti, quod importat secundum Ias. ut sit nulla ipso iure, iuxta notata per Bar. per illum tex. in auth. sacramenta puerum, C. si aduersus ven. concordat l. 2. in princ. infra de dote pre leg. Et ex verbis Bar. in d. auth. in fine, videtur quod Ias. intelligit ipso iure, id est non ope exceptionis, hoc est, quod non erit opus recurrere ad exceptionem, prout dicit ibi Bart. Adde quod idem dicitur de dictione, nullatenus, ut est tex. iuncta glo. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. Sed considera, quia ista expositio non videtur tex. nostro multum conuenire, quia non videtur quod in eo cadat disputatio, an sit inualida prohibitio ipso iure, vel ope exceptionis, sed solum, an aliquid operetur circa impediendam alienationem, & in eo hic dicitur quod non. Vnde videtur quod debeat exponi nullius momenti, id est nihil oneris inducit, nec aliquid operatur effectum necessarium.
- Sed tantum videtur consilium, ut infra dicam. Nisi tuendo quod dicit Ias. dixeris, quod immo uidetur posse considerari ipso iure, vel ope exceptionis, ponendo quod ipsemet prohibitus, qui alienauit repetat, certe non erit opus exceptione, sed ipso iure ei non competit actio, eo quod ipso iure prohibitio testatoris non valuit. Cogita tamen, quia non in totum hoc satisfacit. Quoniam quando ille propter quem fit prohibitio alienationis non repetit, etiam quod prohibitio ualuerit. Nam alienando dicitur prohibitioni renunciare, & alienationi consentire. Vnde de cetero non auditur. I. quoties ab omnibus. C. de fideic. Vterius et
10. considera quod an dici possit ipso iure & c. i. non expectata aliqua declaratione iudicis, & sic non dicatur hoc respectu inualiditatis ope exceptionis, sed respectu declarationis iudicis, quae non requiritur. Sed ista uerba important canonem latae sententiae, non autem ferendae, prout est gl. in c. 2. in fi. de fil. presb. lib. 6. tra dit Ang. in d. auth. sacramenta puerum. in fi. & Aret. in l. 1. 6. col. 5. de te st. pro quo videtur tex. in l. si libertus, in prin. §. de iur. patr. Et ex eo quod dictum est, prohibitionem istam esse solum quoddam consilium secundum Ias. sumitur ratio tex. quia scilicet cum talis prohibitio ita nuda solum uideatur consilium quoddam
11. ne alienet, sequitur quod non astringit, quia consilium sequi nemo tenetur. l. 2. §. fina. supra mand. l. cum pater. §. mando. §. titu. proximo.
- Item cum sit consilium & per se sequens tantum fauore prohibiti illud sit dictum, potest sine dubio tali fauori renunciare alienando, per regulam l. si quis in conscribendo. C. de pact.
- Concordat in hoc l. Titio centum, in prin. §. de cond. & dem. ubi illud quis facere & adimplere non tenetur (licet a testatore fluxerit) quod obseruatum solum ad eius commodum pertinet: nam suo commodum potest renunciare. Ita ergo dicendum est in casu isto. Nec obstat quod hic dicitur praecipitur, quia tex. loquitur quantum ad uerba testatoris, quia uetando alienari, uidetur de eo facere praecipitur, sed tamen dicitur habere vim & effectum consilii, cum solius prohibiti utilitatem respiciat, a qua poterit ipse ex arbitrio recedere alienando. Nec hoc ei auferri potest. Et ideo hic dicitur pro ratione istius notabilis, quia talem legem in testamento non potest dicere, ut dicam §. in quarto notab. Et placet quod uerbum illud dispensatiuum, vel ante dicta uerba, non habens, prout in nouis codicibus non ponitur.
12. Sit itaque conclusio quod nudum praecipitur testatoris de non alienando non est necessario seruandum. Intellige nudum, scilicet a causa expressa, uel tacita. Sic etiam nudum praecipitur iudicis & sine causa nihil operatur, ut per Ias. & alios. De quo quia Bar. ponit in ultima q. ibi dicemus, ut Barto. ordo non peruertatur in aliquo.
13. Similiter quod nuda stipulatio & sine causa non est efficax. l. 2. §. circa, §. de excep. dol. & ita Ias. hic nu. 7. Sed non uidetur in proposito bonum simile, quia talis stipulatio non dicitur nullius momenti, immo ualet, sed ope exceptionis eius executio impeditur, ut d. §. circa. Sic etiam de tertio legitimatione spurij a Comite Palatino facta sine causa non ualet, ut in c. per venerabile, ibi diuersis causis inspectis, & ibi post Ant. de But. tradit Abb. in tertio notab. qui filii sint legit. Quod prosequere & limita, ut per Ias. Et ultra eum etiam limita nisi Comiti a Principe concessum fuerit, ut et sine causa legitime possit, prout declarat Insignis doctor D. Lud. de Sardis in tract. legitimationum. §. Sexto uidentum est, quae specialiter & c. versi. nono numero. Quod nota, & quia est materia aliena ad praesens non discutio.
- Adde & quarto simile de nuda appellatione & sine causa interposita ab interlocutoria, quae non ualet, ut c. ut debitus, de appell. & clem. appellanti, eo. tit. Et si dicatur ad text. istum redeundo, quod in simplici prohibitione, ut illa ualet, debeat praesentari causa saltem fauore uenientium ab intestato, uel ut bona remaneant in familia, cum pro regula dispositio sic soleat interpretari, ut ualida conferretur. I. quoties. §. de rebus dub. & I. quoties. §. de verb. oblig. Respondetur secundum Docto. (& in ipse
15. cie Ias. declarat) hoc non fieri in proposito, quia prohibitio de

non alienando dicitur odiosa, merito debet restringi. c. odia, de reg. iur. l. 6. l. cum quidam, §. de libe. & post. cum si. Illud autem probatur in §. nos igitur, in Auth. de rest. fideic. col. 9. iuncta l. si. l. ii. §. de verb. sig. ut per Ias. Tu clarius proba odiositatem prohibitionis, quia. l. per eam auferitur libera rerum suarum dispositio a iure regulariter cuiuslibet concessa. l. in re mandata. C. manda. §. sed & maior, Instit. de his qui sunt sui uel alien. iur. l. dudum, C. de contrahen. empr. & l. 2. §. si a parent. quis sine manu. ubi dicit esse iniquum talem libertatem auferri.

Limitatur regula istius tex. & hoc primum notabile multis modis, ut per docto. hic. Et licet aliqui ponant in primo, tamen quia limitationes & ut plurimum sumuntur ex oppositionibus Bar. ego dicam post octauam oppositionem Bar. Vbi etiam discutiam de limitatione Ias. hic ultra Bar.

Pro nunc tamen caue, quia in l. 4. §. si §. de condi. instit. in qua ipse fundatur, non sit prohibitio sub conditione, sed in conditione ponitur, quae, ut de se pater, diuersa sunt. Sed dicam §. in octaua limitatione, & tu interim cogita.

16. Secundo nota ibi, nec causam & c. a contrario, quod prohibitio facta cum causa tenet, & seruari debet.

Causa autem potest esse expressa & etiam tacita, ut dixi §. in ultimo praemisso. Et inter alia exempla tacitae causae unum est, si testator prohibeat alienari turrim; omnes enim firmare uidentur quod eo casu ualet prohibitio, quia adest causa tacita, ut scilicet turris illa conferretur ad tutelam & protectionem agnationis testatoris esse prout solebat, & in tali casu intelligatur hoc exemplum.

Sed insignis Moder. D. Ioan. Crotus in sua pulcherrima repetitione numero octauo huius §. in contrarium arguit, & pro solutione cogitandum.

17. Nam quod quando aliquid regulariter dicitur prohibitum, & solum in certis casibus permittitur, non sufficit adesse unum de dictis casibus, sed debet talis casus exprimi, iuxta docto. Bart. in l. secunda, post princip. supra, si quis in ius uoc. non ier. & tradit Abba. in c. ad nostram. de appellatio. cum concordantibus ut per eum hic.

Sed ista prohibitio regulariter prohibetur ut hic, ibi, qui talem legem & c. & est nullius momenti, nisi fiat expressa causa, uel contemplatione certae personae, ut hic dicitur, ergo non uideatur sufficere causam adeste, nisi exprimat. Sed ab hoc dissonando communem opin. dicas quod in tali exemplo consideratur vnus de casibus exceptis eo modo prout a lege excipitur: Lex enim dicit prohibitionem regulariter non ualere, nisi sit expressa causa, uel nisi inueniatur persona cuius respectu facta sit prohibitio, ut hic, & debet necessario intelligi, sufficere personam inueniri, ubi causa non sit expressa. Est enim tunc talis persona causa prohibitionis tacite per testatorem considerata ut hic in uersic. nisi inueniatur persona & c. Qui tex. praesupponit, nihil per causam esse expressum. Sic igitur sequitur, quod tex. excipiendo istum casum manifeste uult tacita causam sufficere, si modo ea respiciat personam aliquam separatam a persona prohibita.

18. Sed ultra Crotum contra eam opin. facit primo, quia quando aliquid permittitur dispensatiue contra regulam iuris communis, taciti & expressi non est idem ius, prout declarat Ias. in l. cum quid. nu. 9. prima col. §. si cer. petat. ponens hoc pro ratione, quare tacita pupillaris non excludat matrem, sicut expressa, ut per eum. Sed ista prohibitio uidetur permittitur dispensatiue, quia uenit contra d. l. ij. §. si a par. quis fuer. man. cum sim. supra alleg. ergo in ea taciti & expressi non debet esse idem ius. Secundo contra communem facit, quia ea posita, uidetur, quod idem dici deberet, si prohibeo alienari domum, in qua fui educatus, uel quae fuit maiorum meorum, uel quae fuit mihi ab Imperatore donata. Sufficere. n. debet quod aliqua ex his causis adfit, licet non exprimat: cuius tamen contrarium omnes docto. uolunt. Videntur. n. omnes fateri, quod causae praedictae debeant exprimi.

Tertio uidetur contra communem tex. in l. pater filium. §. Iulius Agrippa, infra de leg. 3. ubi prohibitio fit de domo maiore, & tamen non ualet, si alia causa non appareat. Verum tuendo communem responderi potest. Et ad primum, posset primo dici, quod hic non sumus in dispensatione, sed potius in regula iuris per l. in re mandata. C. manda. iuncta l. legem. C. de pac. & l. quo ius. C. de don. quae sub mo. Sic. n. uidetur quod licuerit testatori rei suae, dum in alterum transfert, imponere legem hanc prohibitionis alienationis. Et regula contraria procedit quod quis rei alicuius est factus plene & libere dominus. Potest etiam assumpti argumenti, seu eius probatio negari, quia in substitutione pupillari tacita, non illa est ratio, quod non excludat matrem, posita quod non excludat, ut communis est opin. de quo alias plene scripsi in l. Centurio, & in l. 2. supra de uulga. & pupil. sed est praesumpta uoluntas testatoris. Alioquin si ratio laeta. esset uera, non deberet admitti etiam contra alios, quod tamen esse ridiculum.

Preterea, dato quod in casu isto fit dispensatio, & quod dicta in arg. sint uera, dico quod argumentum non procedit, quando in iure reperitur

reperitur expressum, q̄ tacita causa sufficiat, & expressē equipol-
leat, prout proprie est casus noster. Nam est hic tex. in vers. nisi
inueniatur persona &c. qui in proposito admittit causam tacitā
q̄ si inueniri potest persona cuius respectu facta sit prohibitio,
loquor de persona separata a persona prohibita, prout in casu
istō reperitur. Sunt. n. illi de agnatione ad quorum tutelā & pro-
tectionē stabat illa turris. Et ex ista declaratione notabiliter in-
fero, q̄ si de agnatione, quæ in turri solebat defendi, reperiret-
ur solū persona prohibita, forte poterit alienare, arg. l. quoties.
C. de fideicom. & l. cum pater §. libertis, in fi. de lega. 2. Quod est
pulchra declaratio ad communem opin. Et reperio q̄ ita in
terminis firmat Dec. in cons. 657. Vt si prohibitione. col. fi. vers.
& cum post mortem. Quod not. Item & secundum inferri potest,
q̄ si relinquatur turris exarcano, & prohibeatur alienari, nō va-
lebit prohibitio, si alia causa non appareat, maxime, si solus le-
gatus in sua agnatione notus erat & amatus a testatore. Non
enim tunc videtur, q̄ vltra personam prohibitam inueniatur per-
sona, cuius contemplatione testator verosimiliter fecerit prohi-
bitionem, cogitabis tamen super hoc.

Non obstat modo s̄m argumentum, quia (posito q̄ in dd. casib.
requiratur expressio, nec sufficiat causam subesse, de quo tñ forte
potest dubitari, sed nolo nunc discutere) r̄ndetur, illud esse,
quia causa talis consistit in sola affectione testatoris ad rem pro-
hibitam, non aut inuenitur persona separata. S̄a persona prohi-
biti, cuius respectu prohibitio possit dici facta. Vnde cū alterius
utilitas nō consideretur, & testator potest motus esse, non pp affe-
ctionem prædictam, sed pro modo prohibiti, ideo lex requirit
q̄ causa prædicta exprimat, alias in dubio nō vult prohibitionem
valere, per dictā s̄. in 1. not. At in exemplo de turri inuenit̄

20 persona cuius respectu &c. ergo &c. Non obstat demum † d. §. Iu-
lius Agrippa, quia nihil facit. Primo, quia non loquitur de turri.
Secundo et quia nec de domo maiorum, in quo casu procedunt
que modo dixi, sed loquitur tex. de domo maiore. Plures. n. habe-
bat, & maiorem prohibuit alienari. Sed dicit aliquis, q̄ in pro-
posito causa ista vt. l. turris conseruetur pro tutela, & protectio-
ne agnationis, non debeat præsumi vel subaudiri propter odio-
sitate, & restringibilitatem prohibitionis. per ea quæ s̄. dixi in
fi. primi not. in vers. & si dicatur. Et sic dicatur prohibitio remane-
re nuda a causa, & ita etiā sub regula §. nostri, in prin. Quo fa-
cto fundamento cōclusio communis vt̄ corrue. Et hoc modo
disputando facile posset teneri d̄ cōem, & tunc in simili bene
cederet s̄m arg. quod s̄. feci cōtra eam, super quo cogitabis. Sed
si vis tueri cōem r̄ndes, q̄ in isto casu lex noluit præsumere cau-
sam propter qualitatem in ipsa re existentem, & omnibus notā,
ex qua resultat commodum agnationis. Attento q̄ semper ista
turris stetit ad tutelam, & protectionem agnationis. Creditur
enim & omnino præsumitur testatorē voluisse illam turrim cō-
seruari in protectione suæ agnationis, sicut semper fuit. Et sic ista
duo simul iuncta, videlicet antiquus vsus, & interesse agnationis
inducunt legem ad præsumendum & disponendum, vt̄ s̄. nō ob-
stāte odiositate prohibitionis. Et eo maxime, quia cum testator
ex multis bonis solum prohibuerit alienationem turris, vt̄ motus
particulari ratione in ea considerabili, que non sit in alijs bo-
nis. Et ideo vt̄ inferendum, q̄ non procederet cōclusio commu-
nis, si testator prohibuisset alienari immobilia bona. Nam licet
inter alia esset vna turris, tamen nec in ea valeret prohibitio ma-
gis quam in alijs. Similiter etiam videtur ex prædictis inferri, q̄
non procederet conclusio si turris non erat solita stare ad tutelā
& protectionem domus, seu agnationis, vt̄ etiam supra tetigi.
Et propterea si turris noua facta esset a testatore, ita vt̄ nūquam
fuerit ad protectionem agnationis, forte non procederet cōmuni
conclusio, super quo tamen cogitabis, quia possent esse ali-
quæ coniecturæ in contrarium.

21 Tertio nota ibi, nisi inueniatur persona &c. q̄ † quando constat,
prohibitionem factam fuisse fauore alicuius personæ (intellige
separatæ a persona prohibita) valet prohibitio & seruari debet.
Sufficit autem de tali persona constare et tacite, & de hoc ponit̄
tur per Doct. varia exempla vt̄ per eos. & vt̄ declarari j̄. in vers.
quod si liberis &c. Hoc tamen omnino ad veram intelligētiam
tex. nostri intelligas, videlicet q̄ licet in vers. quod si liberis, pos-
sit intelligi tex. q̄ constat vel expresse vel tacite, tamen in hoc
vers. Nisi inueniatur, necessario intelligi debet solum, quando
tacite colligitur, q̄ testator fauore certe personę prohibitionem
fecit. Si enim illud expressisset testator, diceretur expressa causa
prohibitionis, quod esset contra istum tex.

22 Quarto nota ibi, quia talem legem &c. † pulchram limitatio-
nē ad §. disponat, in Auth. de nup. col. 4. cum sim. quibus proba-
tur, testatoris dispositionem pro lege seruandam. Nam illud p-
cedit respectu dispositionis in iure admittæ, sed prohibitio alie-
nationis nuda in iure non admittitur, vt̄ hic, ergo &c. Ratio aut̄
cur non admittatur, est, quia cum per eam derogetur communi
regulæ, de qua in l. 2. infra si a patre, quis sue. manu. dicitur dispo-
sicio odiosa, vt̄ dixi in primo not. ab. Et lex absurdum reputat ta-

le quid fieri seu factū admitti, vbi de causa saltem tacite non con-
stat. Et propterea talem prohibitionem restringēdo, vel ut̄ odio-
sam, induxit lex, vt̄ non aliter facta valeat, quam si de causa ali-
quo modo constat, intelligendo semper de causa, alterius com-
modum respiciente, quam prohiberi. Ex commōdo enim solius
prohibiti, quod ex prohibitione posset resultare, illa prohibi-
tio non esset necessario seruanda, vt̄ supra fuit dictum. Ad quod
facit in arg. l. Titio centum, in prin. infra de conditio. & dem. Et
hoc notabile seu ista limitatio ad d. §. disponat, probatur etiam
in eo §. ibi, vt̄ dignum est &c.

23 Nota quinto ibi, quod si liberis, aut posteris &c. q̄ † differētia
videtur inter liberos & posteros. Primo quia illa dictio, aut, sui
natura ponitur inter diuersa, sicut dicimus de copula, iuxta nota
in rub. §. de iur. & fact. igno. Secundo quia si idē importarent,
iam satis fuisset vnum ponere, & aliud postea esset superfluum,
quod non videtur admittendum. Et cum isto tex. in hoc concor-
dat l. vacatio, ibi, quæ liberis & posteris &c. j̄. de mun. & hon.
Differētia autem s̄m omnes Modernos hic est illa, quæ sumitur
ex l. Iuriconsultus §. parentes. j̄. de grad. vt̄. l. liberi dicantur so-
lum vsq; ad trinepotem, reliqui vero dicantur posteri seu poste-
riores. & ita videtur probari in d. §. parentes. Sicut † et de paren-
tibus & maioribus ibidem probari vt̄, vt̄. l. parentes solum vsq;
ad tritauium dicantur, alij vero maiores. Et ita passim docent no-
stri Doct. hanc differētiā sequendo, vbi de materia loqui prin-
cipit. Et inter ceteros ita tradit Bar. in l. liberorum. col. fi. j̄. de ver.
sign. & Ange. Aret. in §. quinto gradu, In fi. de grad. Et hinc sin-

25 gulariter & vtiliter inferri potest, q̄ † statutum faciens mentionem
de liberis alicuius, non protenderetur vltra trinepotem. Itē q̄
si quis caperet emphyteusim pro se & liberis suis omnibus vltra
trinepotem dicerentur exclusi, cū liberi non dicantur. Quæ nota,
quia pluries cōtingere possunt. Sed quicquid dicant Doc. ista
eorum differētia nunquam mihi placuit, & credidi semper
adhuc credo, q̄ liberi dicantur etiam vltra trinepotem, & simili-
ter parentes etiam vltra tritauium. Pro quo primo videtur tex. in
d. l. liberorum, in sui generalitate. dicit enim ceteriq; qui ex his
descendant &c. Non enim est dubium sub his verbis præchendi
etiam qui vltra trinepotem ex his descendant. & j̄. etiam in ea. l.
dicitur, q̄ omnibus, qui ex eodem genere orti sunt, liberorū
appellatio conuenit, sic ergo etiam vltra trinepotem, iuxta regulā
l. Iulianus, in prin. de leg. 3. Et restringere d. l. liberorum. l. vsque
ad trinepotem tantum, vt̄ faciunt doc. satis absurdum videtur, &
contra d. l. Iulianus. Secundo pro hoc videtur casus in l. quiq; §.
parentes, §. de in ius voc. iuncta l. sed si hac, §. liberos. eo. tit. Qui-
bus explicitē dicitur, parentum & liberorum appellationem cō-
prehendere omnes in infinitum, reiecta opinione eorum, qui re-
stringebant ad tritauium vsque, vel vsque ad trinepotem. Tertio
adduco tex. in euāgelium in l. r. §. generaliter, infra de leg. præst.
ibi, in infinitum, igitur &c.

ADDITIO. Circa tertium nota, quia per illa verba & gra-
dus enumerauit, demonstrauit quod verbum in infinitum, intel-
ligitur quatenus considerantur gradus & non vltra. j̄

Quarto facit §. si igitur defun. ius. in Auth. de hære. ab intest.
ven. & ibi glo. not. Nisi. n. ille text. vellet omnes comprehendere, ef-
fer defectiuus, quia non daret successione §. tritauium. Quinto
pro hac opin. videtur tex. apertis in l. app. llatione parentis, j̄.
de verb. sign. cum ibi ponatur significatio verbi.

Et ita tenendo non obstat d. l. Iuriconsultus §. parentes, quia ibi
solum dicitur, q̄ post tritauium parentes, & post trinepotē liberi
non vocantur proprio & speciali vocabulo, sicut j̄. quia propria
& specialia vocabula non sunt inuenta vltra tritauium, & trinepo-
tem. Non tñ ibi negatur, quin parentes & liberi dicantur, im-
mo potius videtur innuere prius, videlicet vt̄ dicatur parentes
maiores, & liberi posteriores. Parentum enim & liberorum vo-
cabulum commune est omnibus, & vsq; ad tritauium & trinepo-
tem habent etiam proprium, & speciale vocabulum.

Postea vero remanent cum solo communi nomine alio etiā
communi addito, quia. l. dicantur maiores, & posteriores, vt̄ su-
pra. Et q̄ differētia Doctorum, de qua s̄. non sit vera, patet, quia
posteri dicuntur etiam j̄. trinepotem, vt̄ probatur in l. cum acui-
ssimi. C. de fideicom. vbi post pronepotem d̄, vel aliam deinceps
posteritatem, sub quo vocabulo etiam abnepos, atnepos,
& trinepos continentur. Et melior tex. in l. si. §. r. C. de curat. fu-
ri. vbi etiam filius nomine posteritatis cōtinetur. Et quod de pos-
teris dico, vt̄. l. dicantur etiam qui sunt j̄. trinepotem, puto etiā
esse de maioribus, vt̄. l. etiam supra tritauium veniant sub nomi-
ne maiorum, & ita etiam attestatur Valla in c. 472. alias est. c. 55.
lib. 6. allegando Ciceronē, vt̄ per eum. Hoc tñ ego sic in iure no-
stro declarandum puto, vt̄ si simpliciter de maioribus vel de pos-
teris mentio fiat, procedat quod dixi, & ita loquitur d. §. r. Sed si
cum adiuncto diceretur, parentes maiores, vel liberi posteriores,
forte tunc venirent tantum vltra tritauium, & vltra trinepotem
vt̄ d. §. parentes, de grad. super quo tamen cogitabis. Et tenendo
vt̄ supra, contra differētiā doctorum, ad istum tex. & similes
respon-

D. Maria Socin. Iuni. in l. Filius fa. §. Diui.

responderi potest, primo quod loquatur ex exuberantia sermonis, sicut in simili fit in l. i. §. de pact. ibi, Placitum & consensum &c. & in §. fi. Inst. de usu & hab. ibi legitimo & civili &c. Vel secundo dici potest quod nomen posterius, latius est, ut si nendum descendentes comprehendat, sed etiam alios, modo post nos veniat ex nostro genere. & hoc modo convenienter capi potest in isto tex. & si. Immo aliquando generalius capitur pro omnibus post nos venientibus ex quocumque genere, ut illud Seneca. Posteriorum negocium dicit, & illud Cice. in Laelio, Sperare videor Scipionis & Lelij amicitiam notam fore posteritati. Vide etiam Vallam in d. 27 c. 472. Et notabis quod in eo in quo ille reprehendit Iureconsultum, non bene loquitur, nec bene percepit mentem Iurisconsulti, ut ex praedictis colligere poteris. Non enim voluit Paul. in d. l. parentes, quod maiores dicantur solum illi, qui sunt post tritaum, ut Valla credit, & ideo reprehendit ut per eum. Sed quod post tritaum solo illo communi nomine maiores dicantur &c. simul tamen etiam cum nomine parentum, absque eo quod habeant speciale nomen. Et adde quod ex post reperij quod istam opinio. videtur tenere Fulgos. in d. l. quique, §. parentes, de in ius voc. prout ibi refert Alex. legens illum §. cum l. 2. quod ego reperiens plurimum sum letatus talem habere contestem.

Et ad d. §. parentes, de grad. rident, quod ibi verbum proprio, debet exponi. i. speciali, ut pater, avus &c. & infra filius, nepos &c. §. tritaum vero vel ultra trinepotem, non demonstrantur propriis & specialibus nominibus, ut etiam dicit tex. in c. fi. §. 7. gradu. 3. 4. quae. 5. prout ego supra respondi. Sed adverte: nam d. §. parentes, de in ius vocan. allegatus supra pro hac opinio. videtur plurimum vrgere pro communi, & ita videtur posse retorqueri. Nam quod ibi dicitur, procedit specialiter in illo proposito de quadam honestate, propter honorem maioribus exhibendum, ut probatur ibi honestius est, &c. & etiam in prin. tex. dum dicitur, parentes hic &c. q. d. in hac materia, sic ergo videtur innui in contrarium esse regulam, ut Pomponius referebat, ut sic dicamus, licet alias pro regula, parentum appellatione non veniant ultra tritaum. Hic tamen id est in materia illa de in ius vocando toleratur venire in infinitum ratione cuiusdam honestatis, ut dixi. Et certe si alia iura non vrgerent contra communem, per illum tex. posset teneri communis opinio.

Verum quia contra eam inevitabiliter stat tex. in d. l. §. gene liter, de leg. praest. ideo concluderem, ut §. Et ad d. §. parentes, ut §. inductum pro communi, ruderem, quod immo ille tex. licet loquitur in illa materia eo quia sub illa Rub. ponitur, tamen intendit loqui generaliter respectu significationis vocabuli, & sic illa honestas capitur non tantum respectu illius edicti, sed generaliter respectu significationis verbi. Nam §. dicitur quod quidam usque ad tritaum parentes dicebant, & ultra maiores, & ita, ut refert Pomponius, veteres existimabant. Sed Gaius Cas. dixit parentes omnes dici in infinitum, ut refertur in l. sed si hac lege. §. liberos. co. titu. & subditur in d. §. parentes. quod & honestius est, & merito obtinuit. Quae verba ad dictum maiorum sunt referenda, & sic generaliter respectu significationis vocabuli, prout ipsi veteres, & Gaius Cas. loquebantur, & non respectu illius edicti tantum. Et honestas videtur in hoc esse, quia parentes dicuntur a patiendo, quod ita convenit his, qui sunt §. tritaum, sicut alijs ut de se est notissimum. Cogita tamen super illo tex. Et tenendo istam opinionem, inferitur ad statuta loquentia de liberis, & et ad emphiteusim accepta pro se, & liberis omnibus, ut si comprehendantur etiam ultra trinepotem. Quod valde nota & super praedictis cogita.

29 Sexto not. ibi, servandam eam esse &c. quod prohibito alienationis facta in testamento, si valet, impedit dominij translationem in casu trauentionis. Nam si aliter diceremus, voluntas testatoris non servaretur (qui hoc voluit ut res non alienetur, & sic in alterum non transferatur) quod esset contra istum tex. dicentem prohibitionem, seu voluntatem prohibentis servandam esse. Et hoc omnes approbant ut §. plenius videbimus. Et quod hic probatur de

30 prohibitione testatoris, fortius procedit in prohibitione legis. Siquidem quando aliquid lex fieri prohibet, quicquid in contrarium sequitur, est nullum, & sufficit legi aliquid prohibere, ut l. non dubium. C. de leg. Facit l. quos prohibet. §. de postu. Et propterea in prohibitione testatoris hoc est, quia eius voluntas pro lege servari debet. §. disponat, in auth. de nup. col. 4. ergo fortius id esse debet in prohibitione legis. Etenim propter vnum quodque tale, & illud magis, ut inquit Bal. in auth. res qua. in fin. l. col. C. communia de leg. & Rom. in confi. 464. Pro decisione &c.

31 Aliud tamen est in prohibitione facta per pactum inter presentes, nam illa licet sit servanda respectu interesse, tamen non impedit translationem dominij, si contra fiat secundum Cyn. in l. ea lege. C. de condi. ob causam, & Bar. infra in 4. q. vbi de hoc dicemus.

32 Septimo nota ibi, sed hoc, neque creditoribus &c. quod testator prohibendo rem alienari, et quod adit causa prohibitionis, non potest creditoribus suis praedictare, & ideo non obstante tali prohibitione, poterit res prohibita alienari, ut satisfaciat creditoribus, alioquin esset aperta via fraudare creditores, quod non est dicen-

dum iuxta tit. §. quae in fraud. cred. Et quia pro regula dicitur, quod ex facto debitoris, non debet ius creditoris fieri deterius. l. debitorum, & l. seq. C. de pact. cum sim. ut hic per Ias. Allegat etiam Crot. l. peto. §. praedium. §. tit. 1. Sed ibi loquitur tex. de creditoribus prohibiti. Tu allega bo. tex. in l. pater filium, in prin. & meliorem in §. 1. qui inci. Idem quae sit, §. tit. 2. Hoc tamen intellige, nisi extarent aliae res non prohibita alienari, ex quibus posset creditoribus satisfieri. tunc enim res prohibita propter creditores alienari non debet, ut probatur in d. §. idem quae sit, & ibi tradit Bar. Et not. quod licet tex. noster hic videatur loqui quando venditio fit ad instantiam creditorum, puta per curiam aliquam iudicis auctoritate, iuxta tit. §. de bo. auc. iud. pos. seu venund. tamen idem esset si ipse prohibitus venderet pro exolucendo ere alieno testatoris, ut probatur in d. §. idem quae sit. Et hoc notab. inferitur, secundum Ias. quod si filius prohibitus alienare, etiam quod prohibito per se valeat, non impeditur alienare usque ad quantitatem legitimam sibi iure naturae seu naturali ratione debite, eo quod filius in ea dicitur creditor. Allegat Ias. Bart. in l. si quis legatum. §. fin. §. ad l. Cor. de ias. Caue tamen, quia Bart. ibi loquitur simpliciter de hereditate, quae non dicitur proprie debita, cum possit pater eam alteri relinquere, & sic dicitur quasi debita, ut voluit glo. in l. 3. C. de iur. & fact. igno. unde in legitima quod dicitur debita, & ut res alienum, dixit Cyn. in auth. res qua. C. communia de leg. & Bald. in l. scimus. 2. col. C. de inof. test. dicit ergo filius creditor in sua legitima, cum omnino illa habere debeat, nisi ex iusta causa exhaeredit. Et propterea sequitur, quod ei, sicut nec alijs creditoribus, non debet obesse prohibitio alienationis. Et posito quod si aliquo respectu non posset dici proprie creditor, sed quasi creditor dicitur, adhuc idem est dicendum, attento quod, ut dixi, omnino legitima filius relinquere debet, sicut etiam de fisco hic dicitur, qui etiam dicitur quasi creditor, attento quod ipse vere non contraxit.

Comprobatur ista illatio fin Ias. & Crotum, quia (cum talis prohibitio importet fideicommissum ut hic) dicitur onus. l. co. haeredi. §. cum filia, §. de vulg. & pupil. sed onus de legitima reicitur. l. quoniam in prioribus, & l. scimus. C. de inof. test. ergo &c. Hanc illationem & conclusionem eius ita veram intelligas, ut si filius prohibitus reperitur aliquid alienasse, illud tale sic alienatum non retractabitur, sed in eius legitimam debet imputari, prout volunt Ange. & alij in l. in quartam. §. ad l. Falc. Bald. in l. filium quem habentem. C. famil. ercif. Et tradit Arc. in confi. 18. & ego alias ita consului apud Ferrariam.

35 Limita tamen hanc conclusionem, primo nisi alienaretur res maioris pretij, quam sit legitima. Nam tunc alienatio posset infringi, nam solum rem aequivalentem alienare posset secundum Arc. in d. confi. 18. & Crotum hic. Quod tamen ego sublimitarem, nisi illud commode fieri non posset, puta duo tantum sunt praedia urbana in haereditate, & quodlibet valebat supra legitimam, & alienatio partis neutrius poterat commode fieri. Crederem enim, quod eo casu valeret alienatio etiam rei maioris pretij, saluo tamen iure fideicommissarii in pretio supra legitimam. Pro quo in ar. allego §. si familia, Inst. de offi. iud. Secundo limita nisi legitimam satisfieri possit de rebus non prohibitis alienari, quia tunc res prohibita, nec pro legitima alienari posset, ut voluit Paul. de Cast. in confi. 18. In causa quae vertitur Parma, 7. colum. Tradit hic Ias. in fin. textualium, & sequuntur Moderni. Pro quo dicas esse tex. in d. l. filium. §. idem quae sit, de leg. 3. arguendo de alijs creditoribus ad filium pro legitima.

Limita tertio, nisi prohibitio sit temporalis, puta usque ad 30. annum suae aetatis. Nam isto casu, §. illud tempus nec pro legitima poterit alienare. Ita dicunt hic Ias. & Crotus. Ratio est secundum eos, quia talis prohibitio non dicitur continere onus, sed provisionem, & favorem filii, cuius imbecillitatem pater voluit providere sic prohibendo: allegant l. filius matrem. C. de inof. testa. & nota per Bar. in l. cum ex filio, §. de vulg. & pup. ut per eos. Qui dicunt quod ita in terminis consuluit Pau. de Cast. in confi. 23. 4. Visis & consideratis omnibus 2. col. Quod tu valde nota, quia frequenter contingit. Et adde quod ita etiam tenet Thomas Ferrar. in sua cautela 35. Patres in suis testamentis, & Picus in l. in quartam. col. 38. in versi. Octavo posset forte limitari, §. ad l. Falc. & Fabian. de Monte in auth. nouissima. l. 3. q. col. 53. versi. sed quando est certum. C. de inof. testam.

Subdit Ias. quod filius eo casu habet remedium & cautelam, ut possit pro legitima alienare renunciando, si haereditate patris cum iuramento. Nam tunc habebit legitimam suam, & pro ea poterit alienare, ut per eum. Qui pro hoc allegat Ange. in l. quoties. C. de fideic. & Bartholo. Veronensem alias Cepolam in cautela 59. Si pater, qui habet fortassis. Sed mihi est nu. 210.

Tu circa praedicta adverte ad duo. Primo circa limitationem. Secundo circa cautelam. Circa primum dico quod ista limitatio apud me est & semper fuit valde dubia. videtur enim quod quo ad legitimam fieri possit alienatio etiam intra tempus taxatum, pro ea quae §. dicta sunt in conclusione. Et licet intentio patris fuerit providere filio, tamen vbi disposuit, quod eo alienante, alius admittatur

tatur ad suam hereditatem vel ad bona alienata, dicitur in effectu induxisse onus, quod de legitima reijci debet, vt dictum est. Vnde ego fatebor, qd filio contrafaciente & sic alienante, ille talis, vt fideicommissarius, veniet ad reliqua bona, non tñ ad legitimam per prædicta. Sic ergo conferuabitur alienatio, quatenus legitima patiatur. Et ita videtur mihi qd teneat Pau. de Cas. in d. consi. 23. 4. Ipse. n. solum dicit, qd propter præfactionem voluntatis testatoris, vocati admittuntur, tñ alienatio facta pro legitima, cōseruabitur. Nec obstat qd prohibitio videatur facta in fauorem filij, quia in eo qd eius fauorem respicit, filius potest tali fauori renunciare, vltra qd vere loquendo, cum testator alium vocat, imponit onus. Et si vellemus illum fauorem attendere, & propterea alienationem rescindere, talis fauor conuerteretur in damnum, cum propter alienationem veniet priuatus hereditate. Cogita tamen propter auctoritatem tenentium contrarium, ego certè istud puto verum, & esset pulchra conclusio ad disputandum: pro qua ego etiam consulere, & indicare.

ADDITIO. Circa secundam, & sic circa cautelam, vt qd Ias. errauerit in iure & in facto. Nam primo falsum est qd filius, qd renunciat paternam hereditatem, possit habere legitimam sicut qd voluit Cyn. in l. 3. C. de impub. & aliis sub. vbi eum sequuntur Bal. Pau. de Cast. & alii. Tradit Bar. in l. quia porerat, in princ. ff. ad Treb. & in l. gerit, vbi etiam Alex. in 6. col. s. de acqui. hered. Idem etiam firmat Patruus & D. meus Soc. in consi. 23. 4. Omisso ordine. 4. col. & in consi. 150. Et nos intrudere. 4. col.

37 Er hoc posito, sequitur qd est falsa cautela Ias. nam si renunciet filius hereditatem, perdet legitimam, cuius contrarium præsupponit Ias. Nec obstat quod Ias. dicit de cohæredibus. Quoniam id negatur, loquitur enim ex capite suo & iure non probatur: conclusio enim doctorum in d. l. 3. simpliciter & generaliter ponitur, etiam qd haberet cohæredes, & Bal. & Moder. quos allegat in l. 3. C. de repu. hæc. nihil dicunt de hoc: sic ergo videtur qd Ias. in iure errauerit.

Errauit etiam in facto, Quia Ang. in d. l. quoties. & Cæpo. vbi s. ponunt aliam cautelam, ad quam Ias. non videtur bene aduertisse. Nam dicit qd si filius prohibetur alienare j. 30. annos, & vbi contrafecerit res applicentur alicui ecclesie, poterit filius impu ne alienare, si fecerit qd præpositus illius ecclesie prius renunciet iuri suo ex causa transactionis cum illis verbis, visis & inspectis &c. iuxta l. de his, supra de transactio. tunc enim libere vendet et intra illud tempus, vt per eos. Nec istud procedit tantum respectu legitimæ, de qua ipsi non faciunt verbum, sed in tota hereditate. Ista est cautela Ange. & Cæpo. quæ vere est notabilis, quæ quantum differat ab illa Ias. de se patet.

Octauo nota ibi neque fisco, intelligendo qd loquitur de fisco cui a testatore debeatur sicut qd dicunt Doc. & prout, declarauit, atque qd in eo videbatur maior dubitatio vt per Ias. in 6. nota.

38 No. qd inquam qd licet aliquid in genere sit iam dictum, non inconuenit, vt particulariter exprimat, si in eo maior sit dubitatio, licet in iuris effectu non fuerit talis expressio necessaria, arg. l. 1. §. quod aut, s. de alea. luf. & alea. sufficit. n. quid generaliter exprimi, licet in vno casu sit maior dubitatio, siue minor ratio, quam in alio, vt ibi. similiter et non inconueniret particulariter exprimi, qd ex alio esset maior ratio exprimendi vt illo euangelico, Dicite discipulis eius & Petro, vt legitur Marci 16. & in Rubri. C. de ferui. & aqua. Facit litem apud Labeonem. §. ait prout, il secon do j. de iniur. Et ita et potest intelligi iste text. Et maior ratio exprimiendi sit pp multa priuilegia fisci, vt et s. dictum fuit. Fuit ergo de fisco expressum sicut vt utruq; intellectum gratia euidetiori, intellectus & exuberantia loquentis. Quod et ex alio potest dici factum, quia sicut etymologiam, fisco non dicitur creditor, intelligendo in eo, quod ei ex causa tributorum debeatur, quia tunc nihil cre didit fide sequendo, iuxta l. 1. in fi. si cer. pet. Præterea dici posset de fisco fuisse expressum ad tollendam dubitationem, ne quis diceret in eo secus esse, cum in dubio videatur qd eum iudicandū per l. non puto, j. de iur. fisc. sicut vnum intellectum, de quo dic vt dixi in l. 1. s. sol. mar. Posset præterea iste text. intelligi respectu fisci cui ex delicto defuncti prohibentis debet, vt sic eius prohibitio non sit fraudi fisco, qui eo respectu non videtur proprie creditor, quia nec contraxit, nec fidem habuit, licet alio respectu creditor sit.

39 Non aut debet intelligi respectu delicti eius, qui prohibetur alienare, quia sequitur tale delictum res prohibita alienari non potest publicari, nec venit in generali publicatione bonorum, vt per Alex. in consi. 23. lib. 1. & per Doc. hic, & ita puto tenendū, quicquid dixerit hic Pau. de Cast. prope fi. & Rui. col. 19. nu. 2. & seq. & sic firmo hanc conclusionem qd publicatis bonis heredis prohibiti alienare, res prohibita alienari non transit in fisco et durat te vita prohibiti. Et ita per illum tex. dixit Bar. in l. Imperator, j. de fideic. liber. Et ita etiam voluit Benedic. de Plumb. & alii sequuntur. Ita et Roma. & alii in l. si finita, §. si de vctigalibus s. de dam. infect. Patruus & do. meus Soc. in consi. 121. Præmittenda est. 4. col. ver. sed regula est. 4. vol. cum aliis allegatis per Dec. in consi. 442. In causa in qua. 5. col. Et Cur. Iuniorum in consi. 120.

Præsupponitur in facto. 4. colum. qui dicit, qd ita est communis opin. Pro qua facit, quia qui non potest alienare, non potest etiam delinquendo facere, vt sequatur alienatio, prout ita firmando arguit Barth. Vero. alias il Cepolla in consi. 58. casus qui oritur, in 2. dubio inter ciuilia. Sunt & alie multe rationes, prout profertur Alex. in consi. 23. Et bene facit d. l. Imperator, de fideicō. libe. nam sicut ibi, vt voluntas testatoris seruetur, reiecta publica vtilitate fisco statim manumittit illos seruos, ne aliena seruitutem experiantur, sicut qd testator voluit, ita et in casu isto in fisco non transibit res prohibita alienari, reiecta vtilitate fisci, vt voluntas testatoris seruetur, qui noluit rem in alium posse transferri. Et ex hoc tollitur inductio, quam de illo tex. pro sua opinione facit hic Ruin. Nec obstat l. Statius Florus, §. Cornelio, j. de iure fisci, per quem mouebatur Pau. de Cast. quia ibi non erat facta prohibitio alienationis, sed tantum ille heres erat grauatus post mortem, & ideo voluntati testatoris satisfecit, si fideicommissarius habet post mortem grauati, nimirum si interim habeat fisco, quia etsi ille grauatus alienasset, non fieret restitutio, nisi post eius mortem l. fin. §. penul. C. communia de lega.

At in casu isto etiam in vita prohibiti fisco non habebit, quia, si etiam alienaretur, quod testator fieri prohibuit, & adeo seruanda est eius prohibitio, qd nec prohibitus viuens alienaret, quin statim diceretur inualida alienatio.

Nec obstat. iste text. in quo se fundat Ruin. considerando, qd alias verba, neq; fisco, essent superflua. Quia responsio patet ex prædictis. & certe iste text. non potest in casu isto intelligi, nec aliter esset respectu debiti causati ab herede prohibito, vt patet ibi propter creditores testatoris, & etiam ibi, fraudi esse. Quia in testatore non potest cadere fraus respectu debiti heredis, cum pro eo nullo modo bona testatoris sint onerata, neq; teneantur, nisi postquam libere peruenissent ad heredem, quod isto casu non contingat propter prohibitionem alienationis, & sic patet, qd in ea non potest considerari fraus, vt dixi.

Quæ tamen hic fuit considerata, & sic necessario sequitur, qd solum loquitur de debito testatoris.

40 Nono not. ex prædictis verbis, qd prohibitio alienationis a testatore, etiam valide facta, non trahitur ad alienationem necessariam, sed solum intelligitur de alienatione voluntaria. Et ideo res prohibita alienari, poterit alienari pro exoluendo are alieno ipsius testatoris prohibentis, vt hic. Allegat pro hoc Ias. hic plura similia, quæ per te videas, & bene notabis. Præsertim quod quarto loco alleg. de vxore, pro sua dote alienante, seu alienari adhibente res prohibitas alienari, iuxta doct. Bald. in l. 2. C. si aduer. vend. pig. Et illud ea ratione procedit, vt etiam paulo post dicit Ias. quia vxor habet omnia bona mariti hypothecata pro dote iuxta l. vim. §. vt plenius. C. de rei vxor. act.

41 Et ex isto notabili inferitur, qd licet alias mulier per statutum prohibeatur sine certa solennitate alienare, tamen non procedit quando alienatio fieret ex necessitate, prout voluit D. Fabia. de monte in tract. de empr. & vend. Quod tamen intellige quando in tali alienatione necessaria mulier lædi non potest.

42 Decimo & ultimo nota, ibi, fideicommissarii, qd hi, quorum contemplatione fit prohibitio alienationis, quia seis res dari siue restitui debet, dicuntur fideicommissarii. Etenim eis dicitur res per fideicommissum relicta, vel simpliciter vel saltem in casu contrauentionis secundum qd j. apparebit cōcordat l. peto. §. fratre, ibi, omnes fideicommissum petent, & l. cum pater. §. libertis, ibi ad fideicommissum videtur inuitasse. j. tit. 1. cum multis sim.

Sed dubitatur, si simpliciter testator prohibeat alienari extra familiam nihilo addito, nunquid illi de familia possint dici fideicommissarii? Ias. hic se remittit ad npta. per Doct. in l. qui Rome. §. cohæredes. j. de verb. obl. de quo statim dicam. Sed pulchra q. est quam format hic Cro. num. 23. nunquid si prohibitus alienare requisierit illos de familia, & illis emere recusantibus, viderit extraneo, ius aliquid cōpetat illis, qui ita recusauerint. Et hic aduertendi sunt duo casus. Primus est si fuerit prohibitus alienare extra familiam, eo addito, vt in familia remaneret. Secundus, si simpliciter fuit prohibitus extra familiam alienare. In primo casu communis fere est omnium conclusio, & satis clara qd alienatio non valebit, quia prohibitus non dicitur excusari per illam requisitionem. Nam cum illis de familia sit quæsitum ius ex causa fideicommissi post mortem prohibiti, non potest in eo illis præiudicari per talem requisitionem. Dico enim qd tunc fideicommissum dicitur inductum simpliciter post mortem prohibiti, & non in casu contrauentionis tantum, vt si dicamus illum rogatum videri post eius mortem illis de familia restituere, vt egregie firmat do. meus Soc. in d. §. cohæredes, 5. col. sic declarans mentem Bart. ibi. Et si contra hoc opponas de §. statim sequenti in l. nostra, dum ibi dicit, qd si duo de familia fuerint exclusi, si res reperitur apud vnum de familia, nihil peteret poterit. Ex eo enim videtur, qd non possit dici factum simpliciter fideicommissum illis de familia, quia tunc omnes pares in gradu pariter essent vocandi. l. cum ita. §. fin. & l. peto. §. fratre, j. tit. 1.

Respon-

D. Maria. Socin. Iuni. in l. Filius §. Diui.

Respondebo quod immo fideicommissum dicitur factum pro illis de familia simpliciter. i. non magis pro vno, quam pro alio, sed satis est rem esse in familia, ut dicitur §. Proxi. Sed quando res esset apud extraneum, verum est quod omnes pares in gradu pariter vocantur, cum non possit considerari quare magis vnus, quam alter: & ita procedit d. §. fratre. & idem etiam si prohibitus nihil disposito decederet, nam etiam tunc omnes pariter vocantur per eandem rationem, & ita procedit d. l. cum ita. §. fi.

Sed si in familia res reperiretur ex dispositione prohibiti post eius mortem, iam de facto factum voluntati testantis, & legi illam approbanti, cum aliud non requiratur, nisi quod extra familiam res non transeat: merito ergo in primum nihil dici potest. Ad quod bene facit in argumentum l. fecerunt. C. de secun. nup. Stet itaque conclusio in primo casu, quod recusatio de emendo, per illos de familia facta, eis non nocet, nec impedit eos fideicommissum petere. In secundo casu punctus vbi valde dubius. Nam Dyn. & Bart. in d. §. cohæredes, volunt quod recusatio prædicta nocet per illum tex. ut per eos, quos ibi sequitur Imo. Pau. de Cast. hic col. fi. ver. item aduerte. Contrarium tamen tenet idem Pau. sibi contrarius in d. §. cohæredes. & etiam Cuma. ibi. volentes, recusationem prædictam minime nocere. Et hoc sequuntur ibi Alex. & Iaf. & ita §. Bar. pro ista opin. consuluit Io. de Ana. in consi. 47. illud præsupponitur, per plurima fundamenta, ut per eum. Et præcipuum fundamentum istorum est, quia illa prohibitio de facto contemplatione illorum de familia, ut sic videatur eis per fideicommissum res relicta, & ita ius eius dicatur acquisitum, in quo non debet postea illis præiudicari per acquisitionem prohibiti, per regulam l. id nostrum. §. de reg. iur. Ad quod etiam facit l. cum pater. §. libertis, de lega. 2. nam cum ibi dicatur præiudicari per alienationem, aut consensum alienationi præstitum, videtur inferri quod non aliter, & sic non per hanc recusationem de emendo.

Verum tuendo Bar. responderi posset ad primum, quod satis eorum factio eis præiudicatur, & ab illo iure fideicommissis excluduntur, cum ipsi emere recusauerint.

Ad secundum dico, quod in d. §. libertis, testator ultra processit, quia dixerat, ut in familia reinerentur. Et propterea ibi non costat, quod esset facta requisitio, de qua nos loquimur. Et dum ipsi dicunt quod illis de familia dicebatur res per fideicommissum relicta, quomodo intelligi debeat, infra apparebit.

Hanc tamen opi. contra Bart. audacter tenet hic Crotus asserens, quod pro ea semper consulere & iudicaret. Et mouetur primo per tex. nostrum, dum dicitur, quod fideicommissarius dicitur ille, cuius contemplatione fit prohibitio. Quo posito sequitur, quod ei alienatio non præiudicat, nisi illi consenserit. d. §. libertis, & l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. Sed isto casu prohibitio fit contemplatione illorum de familia, ergo &c.

Secundo allegat l. peto. §. fratre, de leg. 2. inducendo, ut per eum. Et tenendo istam opin. §. Bart. §. ad d. §. cohæredes, responderetur sibi Alex. ibi, post Cuman. quod loquitur in prohibitione, quæ fit in contractu, in quo non inducitur fideicommissum, nec talis prohibitio est parus effectus cum prohibitione testamentaria, ergo &c. Possit etiam dici sibi Pau. de Cast. & Iaf. ibi quod in casu nostro illi de familia requisiti dicere possent, volumus emere, quia omnino nobis res est restituenda, ne videamus iactare pecuniam nostram. Quod non potest considerari in d. §. cohæredes. ut per te intelliges. Sed vltimus & tertio dici potest, quod ibi non fuerit in conuentione expressum, ne extra illos alienatio fieret, sed solum, quod volens vendere, cohæredi vendat certo pretio addita poena, si contraferet. At in casu nostro testator expressit ne extra familiam res alienaretur, cuius voluntati de contrahendo, & si familia requisita emere recusauerit. Quod non est ibi, quia si cohæres recusat, iuris interpretatione non vult factum contra voluntatem præsentium, si alteri vendatur. Ratio est, quia pactum illud, quod cohæredi, volens vendere, vendat, intelligitur si volenti, cum emere nemo cogatur, nec emere. C. de iur. delib. vnde si recusat, videtur concessum, ut alteri impune vendi possit.

Et licet ista satis probabilia videantur, tamen si vis tueri opi. Bart. facile poteris, prout illam defendunt Aret. & do. meus Soc. in d. §. cohæredes. Et ibi Soc. responderet ad omnia fundamenta Ioan. de Ana. in d. consi. 47. & aduertendum est, quia questio ista videtur pendere ab illa questione. §. Vtrum. facta prohibitione alienationis extra familiam, prohibitus dicatur per fideicommissum grauatus simpliciter, post mortem suam, vel ne? Nam si ita sit, vera videtur opi. Cuma. Alex. & sequacium contra Bar. per deducta per eos. secus e contra. In ea itaque difficultate videtur concludendum, quod non inducatur fideicommissum simpliciter post mortem prohibiti, sed solum in casu contrauentionis prout tenent Aret. & dom. meus Soc. in d. §. cohæredes, vbi plurima pro hoc deducunt, præcipue ista duo.

Primo quia si esset inductum fideicommissum post mortem, ille ab intestato non succederet, quia non esset de familia, sed proximior de familia vocaretur, iuxta l. cum i. a. §. in fideicommissis, de leg. 2. Hoc est falsum, quia succedit l. cum pater, §. cum inter.

secundum intellectum Bart. eod. titu. ergo &c.

46 Secundo, quia simplex fideicommissarius consentiens alienationi, habet actionem ad pretium l. si fundum per fideicommissum. §. eo. Sed in casu isto non ita est, sed sibi plene præiudicat ut d. l. cum pater. §. libertis, & d. l. quoties. C. de fideicom. in casu generalitate, ergo &c. Caue tamen quia ista secunda ratio non vult, quia facta prohibitione alienationis, & quod induceretur verum, & simplex fideicommissum (ut dixi §. in primo casu cōtingere) fideicommissarius consentiens alienationi sibi præiudicaret, ut nec precium petere posset, ut d. §. libertis, & d. l. quoties. Quæ iura, maxime d. §. libertis, loquuntur in primo casu, bene. l. testator expressit, quod volebat in familia remanere, & sic in casu, i quo de fideicommissum simpliciter factum. Ad d. l. si fundum per fideicommissum, videtur quod loquitur, quod fideicommissum alicuius rei simpliciter sit, non sub prætextu prohibite alienationis, & ille consensus fideicommissarii potest dici quasi venditio ab illo facta. nam & ibi, inquit glo. non consentit, ut sibi præiudicaret, sed in gratiam hæredum, ut f. commodius æs alienum solueret.

Sed quicquid sit de ista secunda ratione & de alijs allegatis per Soc. in d. §. cohæredes, tenendo opinionem eius (quæ et fuit Bar. ibi) per primam rationem. Non obstat quod testator in casu isto videatur velle quod res remaneat apud illos de familia. Quia (dato pro vero) non sequitur, ergo per fideicommissum dicuntur vocati simpliciter. arg. l. Lucius, la. 2. iuncta gl. ibi cōiter approbata, §. de h. red. instit. Ita respondebat Aret. vbi §. Præerea potest dici, quod non simpliciter & absolute testator voluerit in familia remanere, sed tamen consequutiue ad suam prohibitionem, & sic quæ fuerit contra factum, cum de eo quod in familia remaneat, nihil dixerit, & ideo si non præiudicat, illi de familia non reperiturur vocati, & ita extraneus successor ab intestato admitteretur, ut d. §. cum inter. Et si dicatur quod non videtur ratio differentie inter primum casum & istum, cum semper mens testatoris videatur eadem. s. ut res non exeat de familia, & sic quod nec in isto secundo casu debet admitti successor extraneus? Respondetur, rationem sumi ex eo quia in secundo casu, quod solum prohibuit alienari extra familiam, lex interpretatur de alienatione testatorem censuisse, quæ fit ab homine, vel inter viuos, vel per testamentum, non si per legem legitimus successor vocetur ab intestato, nam cum tunc non sit proprie alienatio, & a prohibito nihil fiat, toleratur talis successio, quia verum est extra familiam non alienari. Sed in primo casu, quando subditur ut in familia remaneat, apertius & indubitanter constat, quod testator voluit in familia remanere, quod intelligitur simpliciter, & sic etiam post mortem prohibiti, merito tunc dicitur prohibita successio extra familiam etiam ab intestato.

Sic itaque concludendum vbi in hac difficultate, fideicommissum non simpliciter factum fuisse, sed solum in casu contrauentionis. Et eo posito, dico quod tale fideicommissum (ut minus lædat grauatum) vbi interpretandum hoc modo, ut si non sit simpliciter prohibitus alienare, sed extra familiam, ut verba sonant, quasi dicat quod volens vendere illis de familia emere volentibus, priusquam alijs vendere teneatur, & sic ut illi cæteris præferantur. Et tunc lex interpretatur satis esse eos requirere, & congruo tempore expectare, ut d. §. cohæredes, qui ab hoc optime inducitur ut ibi per dominum memi Soc. Et vbi prohibitus illud fecerit, videtur postea sibi permissum etiam alijs alienare. Et ex hoc habes de decisionem questionis propositæ per Crotum contra eum, ut sic concludamus quod recusatio illorum de familia eis nocet.

Nec obstat duo fundamenta Croti, de quibus §. Quia ad primum videtur, quod illi de familia dicuntur fideicommissarii tamen in casu conuentionis, ut dictum est, qui casus non deuenisse per prædicta. Ex quo videtur etiam ad sibi, dum allegat d. §. fratre, ibi. n. fuit conuentum, & ideo illi de familia vocantur. Sed ultra et ille tex. cuius tamen, quia loquitur quod fuerat expressum, ut in familia domus relinqueretur, & sic sumus ibi in primo casu, de quo §. Ex his patet istam opinionem posse sustineri. fateor tamen articulum esse valde dubium, & hodie non habeo pro certo, quare sit cõis opin. Et ita esset questio pro amico. Et si volueris tenere §. Bar. Soc. nostrum & sequaces in difficultate, de qua §. sequitur vera conclusio Curma. & sequacium. Et illud tenendo ad primam illam rationem Soc. (in qua sola videtur fundari sua opinio) poteris respondere, quod id quod dicitur in d. l. cum ita. §. in fideicommissis, procedit quod locus est fideicommissis, videlicet si non succedat prohibito aliqua persona, quæ de iure admittatur, prout videtur in casu d. §. cum inter, lex enim ibi tolerat prohibitæ mulieri extra familiam alienare proprium filium succedere, licet non sit de familia a testatore considerata, ut Bart. ibi velle videtur. Et hoc si vis tenere intellectum Bart. ad illum tex. vel eius intellectu reiecto dici potest, quod ille filius dicitur venire, non simpliciter, ut hæres matris, sed vti de familia libertorum, licet esset ingenuus, ut ibi per glo. prout etiam voluit Fulg. in consi. 1. 17. Ioannes quondam de Rapondis &c. mihi 4. col. vers. 3. videtur hoc expressum. & ita et firmat Dec. in consi. 23. Pro tenui facultate, §. col. vers. non obstat. text. in d. l. cum pater &c. vbi respondet ad rationes Barto. ut per eum

eum videri potest. Possent etiam dici, quod quoniam testator dixit, ut de nomine familiae non exiret, non habuit respectum ad agnationem libertorum, sed potius ad generationem; & de hoc forte fuit sibi dubitatum, nam si agnationem respexisset, ille filius non fuisset admittendus, cum non matris, sed patris agnationem sequeretur. l. familiae in fin. j. de verbor. signi. & in §. i. Instit. de legitim. agna. tutel. cum similibus. Sed tamen admittitur, quia non agnatio, sed generatio videtur considerata, & ideo consulto Iuriscultus ibi de filio, & non de aliis cognatis loquitur, cum illi non essent de generatione libertorum, &c.

Et pro utroque intellectu facit, quia ibi Iuriscultus ponit rationem a qua incipit, videlicet quia inter libertos fuit admissa et liberta. unde cum ipsa non habeat aliam familiam considerabilem, quam filium, qui velut ab ea genitum, potest convenienter dici de eius familia ex intentione testatoris. Cogitabis, quia, ut vides, utraque pars videtur sustentabilis.

Glo. prima habet duas partes, in prima intendit tollere oppositionem, quam facit Bart. hic primo loco. In secunda ibi, & pono casum, declarat text. tribus modis, ut inquit, Barto. in secunda oppositione. Circa primam partem dic, ut in ea, prout etiam cum ea transit hic Bartol.

47 Caue tamen quia in quibusdam codicibus satis fide dignis non legitur eos, sed eorum, & satis mihi placet, quia secundum hanc litteram cessat omnis difficultas. Et licet aliquando tolleretur poni casum pro casu, ut hic per glo. & per glo. in l. ea quam. C. de fideicom. Tamen illud videtur procedere, dum simul ponuntur duo accusarij, videlicet antecedens, & relatiuum ut in exemplis glo. in d. l. eam quam, quibus adde illud Terentianum in Andria. Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae. Item l. filium quem habentem, C. famil. circ. & l. aedem quam. C. loca. Hoc autem non reperies in hoc text. tene igitur litteram eorum.

ADDITIO. Sed in pandectarum exemplis legitur, eos. Igitur dic, ut per glo. & Bar. In eadem glo. in secunda parte ibi, ut non alienet, t collige quod prohibitio alienationis non solum dispositiue, vel per viam conditionis fieri potest, sed et per viam modi, & valeret, si causa appareret, propter quam fieret, & esset idonea, & probatur hoc, quia tantum videtur dicere ea lege, ut non alienes, ut loquitur glo. quantum hac lege, ne alienes. De quo habes text. in l. pater filium. §. quindecim. de legat. 3.

Ex eadem parte glo. ibi, vel haeredibus &c. colligitur notabilis conclusio, videlicet quod si pluribus res aliqua relinquatur, & ipsi simpliciter prohibeantur alienare, nisi alia causa prohibitionis appareat, talis prohibitio, ut nudum praecipuum, non valet. cum glo. in hoc transit hic Alex. in fine commenti, & in d. §. cohaeredes, ubi etiam idem tenet Patruus, & dñs meus Soci. & fuit opi. Salic. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. & sequuntur hic Ias. & Crotus, qui hoc ponit in prima limitatione primi notabilis. Et ubi recte consideratur, ita voluit hic Bar. in secunda oppositione, dum loquitur de prohibitione facta haeredi, qui habebat cohaerem, ut ibi dicam. Hoc tamen limita, nisi post simplicem prohibitionem, ponatur aliqua verba, ex qua appareat causa prohibitionis, & sic dicatur inductum fideicommissum, puta quia volo domum illam penes vos & vestros liberos permanere, vel quid simile. Pro quo videtur text. in l. codicillis. §. instituto. j. tit. 1. & ibi glo. notab. & licet ipsa loquatur simpliciter, & sic videatur velle fideicommissum illud vicissim induci ex sola prohibitione, prout ibi illam glof. notando firmat Imol. Tamen glo. illa debet referri ad terminos illius text. cum ex eo mo-
50 ueatur, nam t pro rã dici solet, dictum gli. aut alterius Doct. debere intelligi s'm legem, q alleg. Bar. in l. non solũ. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. lo. And. in c. cum nuncius, de test. c. concordatib. ut per Ias. in l. 1. col. 1. z. §. eo. & per Dec. in c. 1. in 2. lect. de consti. Et ubi simplr glo. illa loqui voluisset, ut verba eius vñr importare, vñr dicendũ quod illa, & Imol. post eam male loquantur, prout voluit Patruus & dñs meus Soci. d. l. q Romæ. §. cohñdes.

Et ista opinio cõis contra Imo. vñr probari in l. pater filium. §. Iulius Agrippa, s'm litteram pluralis numeri. f. haeredes eius pignorarent, &c. & in §. mater. ibi, nihil de fideicommissis proponi. j. tit. 2. Et Ias. vult probare ratione, quia ad hoc, ut prohibitio alienationis operetur reciprocum fideicommissum, requiritur primo, quod fiat vltimo morienti: secundo quod in tota hereditate, ut per eum. Sed tu dic, quod nihil facit, & Ias. in hoc impertinenter loquitur, de quo non parum sum admiratus. Nam prohibitio alienationis potest operari reciprocum fideicommissum absque illis duobus saltem in casu contrauentionis, puta si dicatur, prohibeo alienari extra familiam, ut ex §. dictis constat. Id aut quod Ias. dicit non procedit in prohibitione alienationis, sed in fideicommissis pluribus honoratis post eorũ mortem iniuncto, ut. f. tunc dicantur inuicem substituti, qñ illa duo interueniunt, per l. Titia Seio. §. Seia libertus, j. tit. 1. & ita loquuntur Docto. in l. pe. C. de impu. & ali. sub. & Bar. in l. vel singulis, §. de vulg. & pupil. quos Ias. hic allegat. quibus adde Dñm meum Soc. in l. haeredes mei, §. c. i. j. ad Trebel. & in consi. 249. Materia praesentis con-

sultationis, per totum, maxime in 5. col. cum 4. sequentib. 2. vol. De quo, quia non est materia nostra, videndum est in locis praedictis, & ego tractabo in d. §. cum ita. Sed ad conclusionem gl. redeundo, licet sit communiter approbata, videtur tamen quod de iure nõ procedat, sed vera sit opinio Imo. post gl. in d. §. instituto. Nã videtur quod facta tali prohibitione pluribus haeredibus etiam simpliciter, & reperitur persona cuius respectu sit facta, videlicet persona cohaeredis vnus vel plurius: quia quãdo testator eos instituit, dicit eos supra oēs alios diligere. unde quoniam postea prohibet eos alienare, videtur fecisse cohaeredum cõtẽplatione, ut sic illi quos praedilexit, aliis omnibus praeferrantur. Quo posito, sequitur prohibitionem voluisse & seruandam esse per istum text. in versic. nisi inueniatur persona &c. Sic ergo videtur tale praecipuum non esse nudum, & quod saltem in casu contrauentionis sit inductum fideicommissum. Nec videtur obf. d. l. pater filium, in dd. §. 4. t quia ad §. Iulius Agrippa, potest dici, quod litera debet esse singularis numeri, ut multi libri habent, & satis hoc suadetur ex sequentibus illis verbis, filia eius haeres scripta &c. & ad d. §. mater, responderi potest primo, quia licet ibi fideicommissum non inducatur ex verbis, inducitur tamen ex mente testantis, ut ibi per glo. & Dyn. quos videtur sequi Bart. ibi in primo summario, licet postea aliter dicat.

52 t Vel secundo, quod ibi negatur fideicommissum, scilicet simpliciter post mortem institutorũ factum, sed illud quod habeat locum in casu contrauentionis, videtur omnino factũ, alioquin frustra dixisset testator, quod inuicem de non alienando cauerent, & ita illũ text. videtur declarare Dominus meus Soc. in d. §. cohaeredes, in quinta colu. in prin. Et sic intelligendo ille text. fortiter retorquetur contra cõmunem pro opi. Imo. Pro qua etiam videtur vegere l. 4. §. fi. supra de condi. inst. nam sicut ibi caueri debet cohaeredi, ita & in proposito videtur cohaeredis fauore facta prohibitio, attento maxime quod conditio de qua implendo ibi cauetur, prohibitionem alienationis continebat, ut sic prohibitio illa fauore cohaeredis facta videatur, & ideo illi cauetur. Et ita per praedicta possent teneri disputatiue ista opinio contra cõmunem.

Ego tamen non puto a cõmuni recedendum, per ea quae supra pro ea allegata fuerunt, & pro ea etiam est text. in d. §. Iulius Agrippa, tenendo litteram pluralis numeri. Nec tunc obfarent illa verba, filia haeres scripta &c. quia possent dici, scilicet pro parte vna cum Iulia, Domina de qua loquitur ille text.

53 Fateor tamen quod magis applaudet littera singularis numeri, attento maxime quod nullibi constat, quod Iulia illa esset scripta haeres, immo ille text. si bene ponderetur videtur praesupponere filiam solum vniuersalem haerem institutam. Dicam itaque quod pro ista cõmuni opinione facit optime text. noster in sui generalitate, prout per gl. vno modo exemplificatur. Et comprobatur (& ita ad argumentum supra factum respondetur) quia negatur quod reperitur persona separata a persona perhibita, cuius respectu dicatur facta talis prohibitio. Et licet plures fuerint prohibiti, non tamen sequitur quod vnus respectu alterius, sed perinde est, ac si simpliciter quilibet eorum separatim fuisset prohibitus partem suam alienare, illa enim generalitas resoluitur in suas singularitates, iuxta l. falsa. §. fi. infra de condition. & demonstratio. Nec obf. quod illi essent omnibus aliis praedilecti, quia est verum respectu partium sibi aduenientium, sed quilibet in sua parte est praedilectus, ita ut in ea testator voluerit illi fauere, ut scilicet pro se & haeredibus retineat, cui fauori poterit quilibet renunciare, ut supra dictum fuit. Nec praedictis obf. d. §. mater, consideratus ut supra, quia fatendo inductionem, dici potest quod ille text. procedit quãdo vltra prohibitionem alienationis erat additum, quod conferret successioni suae, & de ea re inuicem caueant, & sic loquitur ille text. in terminis limitationis, quam supra posui ad conclusionem istam.

Vel secundo respondeas quod inmo ibi nullũ fideicommissum in casu contrauentionis dñr inductũ, quin per prohibitum tolli possit, declarãdo ut ibi declarat Bar. in versic. ego puto quod &c. Demũ nõ obf. d. l. 4. §. fi. quia respondetur, quod ex illo text. ad casum nrm non debet argui, cũ sint casus diuersi diuersamq; habeãt rõnẽ. Ibi. n. sumus in implemento conditionis, sub qua ille erat institutus, quod implemẽtũ erat necessariũ ad validandum institutionem, & quia consistebat cõditio in facto negatiuo impletur per cautionem mutuanam l. mutuanã, infra de cond. & demõstra. & praestatur illa cautio ei, ad quam pertineret haereditas, vel legatum conditione non impleta. l. is cui, eodem tit. Et in d. §. fi. praestatur cohaeredi, quia ad eum pertinuisse illa portio iure accrescendi conditione deficiente. l. r. §. si autem aliquid. C. de cad. tol. Sed in casu nostro institutio haereditũ iam validata erat, quia pura, cui per testatorem adiungitur prohibitio alienationis per viam dispositionis, quae nõ respicit vtilitatẽ cohaeredis, ut dixi, ideo vti nudũ praecipuum, non est necessarium seruanda per istũ text. Nec quicquid facit, quod conditio de qua in d. §. fi. cõtineret prohibitionem
54 alienationis virtualiter, quia id ibi non attenditur, quia t omnis conditio

D. Maria Soc. Iun. in l. Filiusfa. §. Diui.

conditio qualiscunque sit, loquor regulariter, debet impleri antequam dispositio sortiatur effectum, si tamen non sit impossibilis, quia illa in ultimis voluntatibus reijcitur. §. impossibilis, Insti. de her. insti. & notatur in §. si impossibilis, Insti. de inuti. scipu. debuit ergo illa conditio, quicquid in se contineret, impleri saltem mutiana cautione ut ibi. Et si tunc dicas, quod idem videretur dicendum, etiam si solus vnus fuisset factus hæres sub illa conditione, & cautio tunc videret præstanda venientibus ab intestato per regulam d.l. is cui. Potest responderi secundum Bart. in d.l. is cui, quem videas. Vel ultra eum & alios dici potest, quod aliquando imple mentum conditionis de aliquo non faciendum cedit solū ad commodum implere debentis, & tunc si vnus est solus hæres, conditio quasi impossibilis reijcitur, & de ea nulla præstatur cautio, ita procedit d.l. mutianæ. in si. cum qua concordat l. mulier, supra de cond. insti. Et ita etiam procedat d.l. 4. §. si quia implemētum conditionis, id est non alienare seruum, si solus vnus est hæres, cedit ad eius commodum, & illud videtur considerasse testator, & propterea reiecta illa conditione, tãquam impossibili, hæres erit, nulla præstata cautione. Aliquando vero conditio consistit in aliquo facto, vel non facto extrinseco, in quo non sit consideratum commodum implere debentis, & tunc debet omnino impleri per cautionem, quæ ab vnico hærede præstatur venientibus ab intestato per d.l. is cui, cogita super istis.

Glo. in vers. causam, habet duas partes, quæ per se patent, cui nihil est addendum.

In glossella super ver. respectus, caue, quia secundum Cuma. Pau. de Cast. & Clau. non bene exemplificat text. Nam ille, ad quem volo rem peruenire, si alienetur simpliciter & absolute, non dicitur persona, cuius respectu facta fuerit prohibitio, nec dicitur dedisse causam prohibitioni, sed potius dicitur habere propter alienationem, quasi in poenam alienationis sit vocatus, ut loquitur text. in l. j. C. debitorem vendi. pign. impe. non poss. & ita ibi no. Bal. debet ergo iste text. exemplificari in persona ad quam testator voluit peruenire post prohibitum non facta alienatione, vel expresse, quia sic dixit, vel tacite, ut si prohibuerit alienari extra familiam. Et hæc vera esse ostenditur hoc exemplo. Si dicam, prohibeo alienari extra familiam, & si contra fiat, volo quod veniat ad hospitale. nam hospitale non dicitur causa prohibitionis, sed dicitur vocari in poenam contrauentionis, illi vero de familia dicuntur causa prohibitionis. Fateor tamen quod vtrinq; potest concurrere in eadem persona, puta, si dicam, & si contra fiat, perueniat ad illos de familia. De eo autem quod in glo. dicitur quod scilicet, aliquis vocat, si fiat, aliquid inferius opportune dicitur.

Gloss. in vers. non possunt, diuiditur in duas partes principales. in prima formatur, de quo per Bart. in secunda opponit & soluit vsque fere ad finem sui, ibi. Item contra &c. ubi format aliud contrarium, de quo per Bart. in sexta oppositio ubi dicitur.

Capio primam partem, & simul etiam secundum oppositionem Bar. de l. peto, secundo responso, infra titu. primo. in qua Bar. tangit etiam dicta in secunda parte primæ gl. Et ex dictis eius collige duas conclusiones. Prima est quod prohibitio alienationis simpliciter facta solum favore prohibiti dicitur facta, dato quod sit legatarius, vel hæres pro parte. Nam nec favore hæredis, uel coheredis dicitur facta, singula singulis referendo, nec etiam favore venientium ab intestato, si solus erat hæres, unde sequitur quod ipse vendendo, dicitur suo favori renunciare, & sic valebit alienatio, ut etiam supra in primo notab. dictum fuit. Cum ista conclusione Bar. transeunt Doct. In qua inter cetera nota, quod Bar. sequitur conclusionem illam, quam supra collegi ex prima gl. prout etiam ibi dixi. Et quecumq; ibi dicta sunt, que aliquo modo respiciant hanc conclusionem intelligantur hic repetita. Secunda sit conclusio, quod quando prohibitio alienationis (etiam quod in verbis videatur simplex) respiciat favorem alterius persone, quam sit persona prohibita, seruari debet. De quo tamen quomodo intelligatur, & quem habeat effectum, infra plene tractabitur. Sequuntur due vltimæ glo. quas declarabo infra, ubi Bar. eas tangit, cuius ordinem (ut prædixi) omnino sequar. Capio itaque tertiam oppositionem Bar. quæ ipse extra glo. facit de l. 2. C. de vscap. pro empto. & ex dictis eius facio duas conclusiones.

56 Prima est, quod prohibitio alienationis cum expressa causa, solum interesse prohibiti continente, non est seruanda, & equi pollet prohibitioni factæ sine causa, eo quia prohibitus suum interesse respuere, & suo favori renunciare potest, etiam a testatore expresso. l. Titio centum, in prin. infra de conditio. & demõstrat. Hinc sequitur secundum Bar. quod si in d. l. 2. prohibitio fuisset facta maiori, non valisset ratione prædicta, ut per eum, cum quo Doct. videntur transire. Sed contra hanc conclusionem facit, quia si sit prohibitio, quia res fuit maiorum, vel quia donata ab Imperatore, valeat, ut supra dictum fuit, quia causa fuit expressa, pari ratione debet etiam ex isto casu valere, cum a testatore causa sit expressa. Et per hanc rationem dicit Crot. num. 29. quod potest teneri contra Bart. & communem. Pro quo facit text. ibi, nec causam exprimat &c. nam videtur velle, quod sufficiat causam ex-

57 primi. Et ita tenendo ad d.l. Titio. potest responderi, quod non loquitur in prohibitione alienationis, sed de modo implendo, seu de cautione implendi modi, quam quis non prestat, si modi imple mentum solum eius commodum respiciat, sicut etiam supra dictum fuit de cautione mutiana, est ergo ibi casus diuersus, de quo ad casu nostrum non est arguendum. l. Papinianus exuli. supra de minor. cum vulgaribus. Et quo ad d.l. Titio, aliquid etiam dicitur in sexta oppositio. Sed considera. l. Titio opinio Bar. & communis potest defendi, distinguendo pro resolutione contrarij hoc modo. Nam aut expressa causa per testatorem æquipolet tacite. id est illi, quam tacitam consideramus in simplici prohibitione, puta, quia solum respiciat favorem prohibiti, & tunc procedat opinio Bar. Nam hoc proprie contingit in casu suo, nam id, quod expressit testator, ut serui referuntur hæredibus propter eorum peritiam, solum respicit commodum hæredis, merito ergo ei potest renunciare. Et illa expressio respectu comodi hæredis, cum tacite inesse, nihil debet operari. l. 3. cum sua materia, supra eod. Aut expressa causa aliquid ultra commodum prohibiti respicit, puta, quia denotat quædam affectionem testatoris, ut in casibus in contrarium allegatis, & tunc sufficiat talis expressio. Et ex hoc patet responsio ad istum text. quia debet intelligi de causa expressa, quæ alterius utilitatem, quam prohibiti contineat, vel affectionem testatoris, ut ex prædictis patet. Et nota, quia si considerares, aut constare posset aliquo modo, quod in d.l. 2. testator fecisset propter affectionem in dd. seruos ratio ne eorum peritiæ, forte aliud esset per prædicta. super quo tamen cogita. Et ex ista conclusione Bar. sic defensata inferitur, quod si maior in casu d.l. 2. prohibitus venderet, transferret dominium vel vscapiendi conditionem. nec ille text. obstat. dum negat vscapionem, quia loquitur quando venditio fuit facta a tutoribus, pupillorum nomine, contra prohibitionem testatoris, quæ illo casu seruanda erat, sicut ea quæ dicuntur in sequenti conclusione. Et cum venditio illa habuerit malum initium, vscapio non procedat, et si minores illi fiant maiores, nisi aliquid appareat, ex quo illi videantur suo favori renunciassent post maiorem ætatem.

Sed contra conclusionem Bart. & communem facit l. 2. C. qui non poss. ad liber. perue. ubi valet prohibitio cum expressione causæ respicientis utilitatem, seu favorem prohibiti. Quod etiam videtur probari insti. generaliter. §. si petitur. infra de fideicom. libet. in versic. ceterum. Verum responderi potest secundum Salic. in dicta l. 2. quod dum ibi dicitur, illum seruum manumitti non posse, intellet nisi ille cuius favore prohibitus fuit manumitti, voluerit manumittere, quia tunc ille suo favori renunciando poterit. Mouetur Sal. argumento l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. vt per eum. Quod tamen ubi placeat, debet intelligi, dummodo sit talis, qui suo favori possit renunciare, secundum ea, quæ dicuntur in sequenti conclusione.

Sed aduertet, quia ista responsio Salice. videtur destruere d.l. secundam, nam cum ibi dicatur simpliciter & absolute, quod vendi vel manumitti non potest, debet simpliciter & generaliter intelligi l. de precio, supra de publ. cum simi.

Præterea cum filij & hæredes testatoris sint domini serui, cui dubium erat, quod absq; ipsorum voluntate non poterat. Videtur ergo text. velle, quod nec filiis volentibus vendi vel manumitti possit, cum in eorum favorem sit facta prohibitio. Et idem etiam videtur dicendum de d. §. si petitur, cum ibi dicatur quod si testator prohibens, consulere voluit hæredi, cessat libertatis præstatio. Unde de resolutione alias considerabam. (& postea inueni quod Ruin. dicit hic in primo notabili, quod quando fit simplex prohibitio alienandi, non valet, eo quia licet testator ea forte fecerit favore prohibiti, tamen re ipsa videtur onus importare & quidem irrationabile, cum auferat liberam disponendi facultatem. l. 2. infra si quis a paren. fue. ma. & l. dudum. C. de contrahen. emptio. cum similibus. Et ideo conuenit, ut prohibitus ex arbitrio possit alienare. Sed quando in prohibitione exprimitur causa, ex qua constat in prohibitione nedum secundum opinionem testatoris, sed et re ipsa consistere commodum prohibiti, debet tunc seruari prohibitio, & ita procedant d.l. 2. & d. §. si petitur. Et ita etiam potest procedere l. 2. C. pro empto. ut per Ruin. Et hoc alias vltimum fuit satis probabile, etiam per istum text. in quo videtur probari, ut et supra dixi, satis esse quod causa per testatorem exprimat, & sic videtur quod conclusio Bar. preposita non sit vera. Sed nunc de ea plurimum dubito, quia mirum videtur in iure, & valde etiam durum, quod homo maior & prudens habilis ad sua bona gubernanda non possit proprio priuilegio, & his que eius commodum respiciunt renunciare, cum quisque rei sue sit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandat. etiam abutendo l. sed & si lege. §. consuluit. supra de petito. hæredita. Et sic videtur quod conclusio Bartol. de iure procedat. Et ad iura contraria responderi potest, ut infra. Nam ad dictam l. secundam. C. qui non poss. ad liber. peruen. dici potest, quod loquitur de eo, qui omnino indigebat ministerio serui, & vltus eius erat ei necessarius, ut patet ex verbis text. Et ideo dum viuunt, & durat ne-

rat necessitas obsequii nō pōt manumitti, sed ea finita per mortē filij testatoris bene possēt ille seruus manumitti, vt ibi dī. Sic igitur inducitur illud ibi ex necessitate obsequii, quod alias non induceretur, cum t̄ propter necessitatem recedat a regulis iuris. l. i. §. fin. cum l. leg. supra de serijs. Et est glo. in versū. expedit, in l. prima, supra de offi. consul. cap. remissionem. §. si ergo. prima, quæstione prima. & ca. quod nō est licitum, de regul. iur. in antiquis, cū similibus. Et hoc considerato pōt dici q̄ filius ille in casu dictę leg. 2. fit talis, quem suo fauori renunciare non conueniat.

Et ad d. §. si petium, respondetur, quod recte intelligendo nihil facit, nam ibi solum dicitur cessare libertatis præstationem vigore testamenti, hoc est dicere, q̄ illa verba, ne seruus alienetur, aut vendatur, a testatore prolata non animo dandę libertatis, puta, quia sic consuluit hæredi, non important fideicommissariam libertatem, sed quod hæres manumittere non possit, ibi non dicitur, nec etiam quod non possit alienare, quia immo poterit, si talis sit, qui suo commo dō renūtiare possit. Et quod prohibitio manumissionis ob commodum prohibiti non fit seruandā, videtur tex. in l. si. in fi. iuncta gl. sua in fi. infra de manumiss. rest. Et licet sc̄pe scriptum sit, testamento prohibitum manumitti, non posse ad libertatem peruenire. l. seruus hac lege, infra de manum. & l. ille seruus. §. si. j. qui & a quibus, cum similibus. Tamen id non procedit, q̄n̄ solum prohibitio ferret in commodum & fauorem prohibiti, per prædicta, sed q̄n̄ alia causa fit talis prohibitio. Cogita super istis, quæ procedant saluis his, quæ dicuntur infra in quinta oppositione Bar. quam facit de d. §. si petium.

61 Secunda conclusio Bar. sit t̄ q̄ valet & seruanda est prohibitio alienandi, solum fauorem prohibiti continens, si & quatenus ille suo commo dō & fauori renunciare non potest, puta quia fit pupillus. Et ita procedit d. l. 2. C. de vsu. pro empto. cum Bar. videtur transire doct. Et ex hoc potest inferri idem esse dicendum in mentecaptis & similibus personis, & etiam in ecclesia, cum nec ipsa suo fauori renunciare nō possit, loquor de eius prælato. Sed stante cōclusionē Bar. dubitari pōt, an sit exprimens causa commodum prohibiti respiciens? In quo Pau. de Cast. in d. l. secunda, v̄ sentire, causam esse exprimensā. Sed in trium facere v̄. l. 2. iuncta glo. quam ibi sequitur Salic. C. qui non poss. ad liber. penue. sed de hoc infra dicetur.

Ex ista autem conclusione & ex mente Bar. hic Cuma. Ino. & Alex. notabiliter inferunt pro regula, t̄ q̄ quando prohibitio alienandi fit ei, qui alias de iure reperitur prohibitus, talis prohibitio, etiam nuda, valet, & operatur, vt non possit fieri alienatio, etiam in casibus, quibus alias de iure permetteretur, & ita videtur probari in d. l. 2. C. pro empto. secundum intellectum Bar. hic, vt per eos. Duo sunt videnda. Primum an d. l. 2. hoc aliquo modo prober. Secundum an hoc dictum sit in se verum? Circa primum, videtur, q̄ lilla nihil faciat, nam ibi non fit prohibitio de re alias per legem prohibita. Et enim tēpore Alexandri Imp. a quo emanauit lilla, serui pupillorum, præter rusticos nō erant prohibiti alienari, sed fuit postea illud inductum a Constantino in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. Et ita in terminis dixit Are. in consi. 22. Diligenter & mature. 2. col. Et istud probatur secundum Ias. hic, quia si in d. l. 2. a lege fuisset prohibita seruorū alienatio, absq; dubio vsucap. non procederet, l. vbi lex, infra de vsu cap. Et sic illa lex vane de eo dubitasset. Ad hoc tamen facilis est responsio, quia dicam, q̄ dubitatio erat, eo q̄ alienatio facta erat in casu, alias permisso, & decisio fundatur solum in prohibitione testatoris, & hoc fit dictum q̄n̄ aliud non obstat. Subdit t̄ Ias. q̄ dictum Cuma. Imo. & Alex. ab argumento Are. defendi p̄t circa d. l. 2. & ita ipse v̄ velle, q̄ d. l. 2. bene per prædictos allegetur. Quoniam secundum eum etiam ante d. l. lex quæ tutores non poterat solus tutor seruos etiā vrbanos alienare sine decreto, exceptis certis casibus, sed hodie per d. l. lex quæ tutores, inducitur quod nec etiam in illis casibus solus tutor possit sine decreto. Et dicit Ias. q̄ ita voluit glo. r. ibi. Sed dic q̄ Ias. errat, & loquitur expresse contra illum tex. in prin. vbi dicitur q̄ tutor seruos illos cum multis aliis rebus, de quibus ibi, ne dum poterat, sed cogebatur alienare. Nec video q̄ glo. r. ibi contrariam dicat aut sentiat, nam gl. illa in suo dicto se refert ad alienationē, quæ olim in certis casibus permittebatur de prædiis & mancipiis rusticis, & prout ibi remanet hodie permisso in aliis rebus, de quibus ibi prohibitio fit. Sic itaq; v̄ tenendum cum Are. in loco prædicto, q̄ d. l. 2. non v̄ facere ad propositum. Nisi quis dixerit, legem illam positam a compilatoribus ex intentione noui iuris, & sic prædictę l. lex quæ tutores. Cogitabis.

Circa secundum videtur dictum Cuma. Imo. & Alex. quod etiam sequitur Ias. verum in se, quicquid sit dictū de d. l. 2. nam vltra eam pro eo videtur tex. qui per omnes allegatur in §. sanctissimas, in Auth. de alien. & emphyt. vbi t̄ res acquisita ecclesie cum ea cōditione & lege, vt nullo modo alienetur, non pōt, nec pro redemptione captiuorū alienari, licet alias res ecclesie alienari ex lege prohibita, possint in tali casu alienari. Et ita per illum tex. ante prædictos doct. voluit gl. in cap. verum, extra de

condit. apposit. Et pro hoc alias vltra doct. allegabam l. primam. §. nunciatio, j. de noui ope. nunciat. Et ex hoc dicto, si est verum, potest inferri, q̄ t̄ prohibitio diuisionis quæ a testatore fit pupillis, ex quo cōcurrit cum prohibitione legis, iuxta l. si pupillorū, in prin. de reb. eorum. & l. pen. C. de prædi. minor. operatur, q̄ diuisio fieri non possit etiam in casibus, in quibus alias de iure permetteretur. Et ita memini me dixisse consulendo, dum Pisis lege rem, præsupponendo tamen istud dictum Doctorum pro vero, prout magis cōmuniter approbatur. Sed reperio q̄ Crotus hic, istud dictū reprobatur in tertia limitatione motus ex duobus. Primo, quia cum ista prohibitio alienationis sit facta sine causa, & sic sit nuda, dī nullius momenti, vt hic dicitur, & q̄n̄ dī nulla ipso iure, & nihil operatur, vt in primo notabili dictum fuit: ergo sequitur q̄ nec in proposito attendi debet, quia t̄ ex eo, quod nullum est, nullus potest insurgere effectus. l. non dubium. C. de legib. cum similibus. Et not. hanc rationem, quia ex ea tollitur, si pro communi dicto diceretur, illam prohibitionē testatoris debere aliquid operari, ne frustra dicatur facta, per l. si quando, in pri. supra eodem. cum similibus. Nam dico q̄ argumentum. procederet, nisi actus in iure declaratur nullius momenti, prout de nuda prohibitione hic declaratur. Tunc enim nostra interpretatio non debet esse potentior legati dispositione. Secundo motu uetur Crot. quia t̄ qualitas in aliqua dispositione non considerabilis, tali dispositioni adiecta, non auget aliquo modo effectū. l. j. & ibi per doct. C. de legit. hæred. quod etiam voluit Bald. in cap. primo. §. hic verō, de success. frat. in vsibus feud. sed qualitas nuda prohibitionis in hac materia non est considerabilis per istum tex. ergo non debeat aliquo modo augeri effectum prohibitionis legalis, cui adicitur. Et ista opinio in puncto iuris videtur in disputatiōe sustentabilis, in quam recte inueni videtur inclinare Claud. hic.

Et eam tenēdo non obstant contraria, & primo ad d. §. sanctissimas, responderet Crotus q̄ loquitur in prohibitione facta inter viuos, & sic ex pacto, & ideo indistincte seruari debet. l. fina. C. de rebus alien. non alien. Et istud videtur probari ibi in versū. cu. dederint Hoc tamen non videtur urgere, quia illud verbum conuenit etiam vltimæ voluntati vt l. cum filio familias, in prin. C. & ibi ego declarauit in notabilibus supra eo. Præterea, si restringeretur ille tex. ad pactum inter viuos, certe nō impediretur trāslatio domini, si quis cōtraueniat iuxta doctrinam Cy. & sequacium in l. ea lege. C. de condi. ob causam. quod forte esset contra intentionē Imperatoris in illo tex. supra q̄ cogita, q̄ nō firmo.

Quare quicquid de hac solutione Cro. tenere velis, vltra eum responderi potest (posito quod loquatur in prohibitione facta in testamento) Dicam enim quod ibi non fuit talis prohibitio nuda & sine causa, & licet etiam non dicatur, quod fuerit causa, tamen in dubio videtur dicendum & interpretandum q̄ fuerit cum causa & valida, argumento l. qui testamento, in princip. supra de testamen.

Secundo non obstat d. §. nunciatio, quia respondetur, quod verba illa sunt satis clara, inquit. n. tex. q̄ omnibus diebus fieri pōt, & qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus, infra tit. ij. cum similibus. Præterea, non sumus ibi in dispositione de se inualida, immo lex sua ampla potentia illam fecit. Volens. n. declarare, quādo nunciatio fieri possit, expressit q̄ omnibus, & merito ratione generalis sermonis interpretamur etiam ferialis, eo maxime quia sumus in materia fauorabili, vt scilicet impediatur opus nouū, quod mihi nocere possit.

Tertio nō obstat d. l. 2. pro empto. quia vt iam dixi non videtur quod faciat ad propositum.

Vel secundo secundum Crotum responderi potest, q̄ ibi non dicitur nudum præceptum, sed dicitur facta prohibitio fauore ipsorum seruorum, ne forte dominum pestilentiorē patiātur, iuxta dicta Bar. infra in oppositione, quam facit de supra allegato. §. si petium. Vel forte in odium ne meliorem sentiant, iuxta d. §. si petium. Sed hoc vltimum nullo modo placet, quia alienatio prohibetur propter perfectę artis peritiā, & sic nō in odium, similiter & primum non videtur securum quod in fauorem seruorum, quia videtur potius, q̄ in fauorem hæredum, ponderando illa verba, hæredibus suis, seruari præcepit, quæ recte intelligenti arguit non seruorum, sed hæredum fauorem defunctum considerasse, vt statim dicam.

Quare tertio responderi potest ex intentione Pau. de Cast. & Salic. ibi quod non fuit nuda prohibitio, sed cum causa, scilicet vt hæredibus seruentur ad eorum commodum propter perfectę artis peritiā. Et quamquam illa causa fauorem prohibitorum respiciat, est tamen attendenda, & operatur, quia illi propter eorum atatem eorum fauori renunciare non possunt, vt hic per Bar. & minus possunt commo dō pupillorū renunciare tutores. Quoniam t̄ tutoris officij, est non deteriore, sed meliorem conditionem pupilli facere, vnde in susceptione tutelæ semper promittit vtilia facere, & inutilia prætermittere. l. de creationibus, & ibi per Doct. C. de episcopa. audien. & tradit

D. Maria Soc. Jun. in l. Filiusfa. §. Diui.

Corne. in consil. 164. Videtur in hac, in litera D. 4. volumi. Et si dicatur quod tutores non intendunt præiudicare, quia arbitrantur facere pro vilitate pupillorum. Dicā in dubio hoc dici non posse, cum veniat contra patris prouisionem, qui optimum cum filium creditur pro filiis suscepisse in prædicta prohibitione, argum. nec ea. in fin. infra ad l. lul. de adulter. Sed si euidenter constaret, alienationem fore vilem pupillis ex causa forsitā superuenientis, & testatori incognita, forte dici posset, quod valeret alienatio, non obstante prohibitione paterna, sed tunc putarem necessariam solennitatem, de qua in d. l. lex quæ tutores, & ex his ista opinio contra communem disputatiue remanet defensata. Sed considera, quod pro communi opinione facit, quoniam licet prohibitio testatoris per se videtur simplex & nuda, vt præsupponunt Doct. tamē ex eo, quod cōcurrit cum prohibitione legis, dicitur habere causam illam, quæ consideratur in prohibitione legalis, cum testator semper præsumatur se cōformare legibus, & secundum iura disponere. l. si duo, & ibi per glo. & Doct. in pra de acquir. hæred. & tradunt Bart. Parruus & Dñs meus Socin. & alii in l. hæredes mei. §. cum ita, infra ad Trebellia. Et ex ista consideratione tolluntur fundamenta contraria: negatur enim quod prohibitio sit nuda, & sic etiam sequitur, quod per eam non dicitur addi qualitas nudæ prohibitionis, sed dicitur prohibitio cū causa. Et stante hoc fundamento, dicam, quod vt ista prohibitio, quæ causam habet, aliquid operetur, & ne frustra facta dicatur, debet operari in illis casibus, in quibus lex, non obstante sua dispositione, alienationem permittebat, prout dicitur cōmunis opinio. Et tunc bene faceret in argumentum d. §. nunciatio. Nam cum actus cōtētiōsus sit permīssus diebus vtilibus, & dicat lex quod nunciatio noui operis, quæ & ipsa dicitur actus contentiosus, possit fieri omnibus diebus, & absque dubio valeat talis lex, & cām iustam habeat, debeat omnino operari, ut etiā feriatis diebus possit, ne illa verba, omnibus diebus, in uanum posita sint. Cogita super hoc, quia ex eo satis probabiliter defendi potest communis opinio. Nisi in contrarium dixeris, quod si testator dicitur secundum ius commune disposuisse, & sic causam eandem considerasse cum ipsa lege, videtur quod sua dispositio debeat interpretari secundum ipsam legem, & sicut in certis casibus remaneat permissa alienatio, prout a lege permittitur per eandem rationem. Et tunc ad d. §. nunciatio, respondebitur quod illud est propter generalia verba, omnibus diebus, vt etiam supra dixi.

68 Et tunc forte dici poterit, quod si in prohibitione testatoris essent verba generalia, puta quod nullo modo, vel nullo casu, alienatio fiat, communis opinio facile procederet, ne alias verba illa vana essent, & in his terminis loquitur d. §. sanctissimas. Et hæc notabis, quia vt plurimum testatores solent uti talibus vel similibus verbis generalibus & amplissimis, & omnes casus comprehendentibus, vt ego pluries in facto vidi. Tunc n. commu. opi. videretur sine multa difficultate procedere. Et si velis eam tenere, etiam quando talia verba generalia non adessent, poteris dicere quod verba testatoris sunt interpretanda secundum ius cōmuni, modo aliquid operentur. Hoc enim semper curandum est, & ante omnia ne frustra verba prolata sint, tam in testamētis, quam in qualibet materia per doct. Bal. in rubri. C. de cōtrah. emp. in ix. q. Et ita egregie declarat egregius Doct. do. Mansuetus inter consilia domini mei Soci. in consil. ij. quoniam plenissime. col. fi. 4. vol. cogita super istis, quia articulus est valde dubius. Ex dictis Bar. in quarta oppositione, quam facit de l. 3. §. si quis ita. infra de adimen. legat. collige hanc conclusionem, quod tunc prohibitio alienationis etiam simplex & nuda, debet obseruari, quando, si contraferet, altera persona prohibita læderetur, & ita secundū Bart. procedit d. §. si quis ita. Quod procedit, etiam quod per testatorem de tali præiudicio tertii nihil exprimitur, modo tamen colligite possit ex prohibitione per eā facta, vt ibi. Et sit etiā exemplum secundum Bar. quod si prohibeatur alienatio extra familiam, nam tunc, si alienatio fieret, familia læderetur, merito ergo valet prohibitio & seruanda est, vt per eum.

Et hinc secundum Doctores, qui cum Bar. videntur pertransire, oritur vna limitatio ad regulam istius text. in princ. vt. f. non procedat quando ex alienatione simpliciter prohibita, alter læderetur contra voluntatem testantis: tunc n. prohibitio valet & seruanda est. Sed considera, quia tunc non videtur quod possit dici prohibitio nuda, & simplex, cum reperitur persona, cuius respectu dicitur facta. I. illa quæ ex alienatione læderetur, & sic videtur quod tunc non possit dici bona limitatio, cum illa debeat esse in terminis regulæ. I. nam quod liquide. §. si. infra de penu le ga. cum similibus. Sed ulterius considera, quod opin. Barto. relata ad d. §. si quis ita, non videtur procedere, nec videtur Bart. bene illum text. intelligere.

70 Primo, quia ibi non fuit facta aliqua prohibitio quantum ad verba testatoris. Secundo, quia si facta esset, & vt inquit Bart. valeret, vtiq; alienatio fieri nullo modo posset, & si de facto fieret, esset ipsa iure nul-

la, nec transferret dñum, cum prohibitio esset facta in testamento, vt dixi in sexto notabili. Hoc tamen videtur falsum, quia ibi consultitur hæredi per cautionem sibi præstandam, alias legatarius doli exceptione repellitur, vt ibi dicitur. ex quo manifeste præsupponitur, prohibitionem alienationis non factam, vel si facta esset, quod non valeret, alioquin frustra peteretur illa cautio.

Tertio, quia text. dicit quod hæres secūdo illo legato dicitur oneratus, quod certe non esset verum, si prohibitio præsupponeretur facta, & valeret. Quare Cuma. vt refert & sequitur Crot. aliter responderet ad d. §. si quis ita, videlicet quod ideo ibi valet simplex, quia facta fuit sub conditione, sicut probatur in simili in l. quarta. §. si. supra de conditio. instit. Et illud probatur, quia licet Titio fundus fuisset pure legatus, quia tamen Seio fuit legatus, sub conditione, & sic quodammodo Titio adeptus, dicitur ipsi Seio sub contraria conditione legatus. I. aliquando, in fin. infra de cond. & demonstrat. l. quod pure. infra quando dies leg. ced. & l. si legatum. in prin. infra de adm. leg. & sic sequitur, quod Titio dicitur legatus fundus, si ipsum non alienauerit, merito ergo valet prohibitio sic conditionaliter facta, per d. l. quartam. §. si.

Tu considera, quia secundum hanc declarationem, non sequitur quod prohibitio facta fuerit sub conditione, immo nullo modo dicitur facta quo ad verba, sed bene ponitur in conditione: & sic videtur alienatio per viam cōditionis virtualiter prohiberi, prout etiam loquitur d. l. 4. §. si. & ista sunt inter se diuersa, vt notum est, & dixi in primo notabili in fin. Nec etiam verum est, quod legatum Titio factum, sit ei aliquo modo ademptum, vt etiam dixit Ruin. Præterea mihi non videtur quod Cuma. cum illud dixerit, in eo se firmet, sed videtur potius velle quod Titio dicitur legatus fundus, & illum non alienet, & sic sub modo, & propterea ibi cauet hæredi, prout in modali legato fieri solet, iuxta l. quibus diebus. §. Terminus. infra de cond. & demonstrat. Et ideo videtur secundum Cum. quod valeat prohibitio de qua ibi. Sed tamen nec istud satisfacit, quia simplex prohibitio etiam per viam modi non tenet, si in ea non sit causa, vt dixi supra in prima glo. Igitur tunc ad veram d. §. si quis ita, intelligentiam dicas, quod ibi fuit factum duplex legatum eiusdem fundi, vnum Titio pure, alterum Seio sub conditione, si Titius fundum alienauerit, vt ibi dicitur, & vtriusque legatum dicitur factum ab hærede, & ideo dicitur ibi, quod hæres oneratus est. Nec in eo text. dicitur aut præsupponitur facta aliqua prohibitio alienationis, & ita hæres vtrique esset obligatus quo ad strictam rationem secundum verba testatoris, verum ex æquitate, inspecta mente testatoris, qui non creditur voluisse hæredem duplici legato grauare, sed solum ad vnum, vt scilicet careat fundo illo, ipsi hæredi succurratur per viam cautionis, de qua ibi, quæ si non præstat, opponitur exceptio doli, vt ibi dicitur. Et ista est verissima declaratio ad illum text. ex qua constat, quod non debuit in contrarium allegari. Vnum tamen notabis, quod si in casu illo etiam præstata cautio fundus per Titium venderetur, transfret dominium, nec posset reuocari alienatio per hæredem (regulariter loquendo) sed Titius teneretur hæredem ad interesse per præstam cautionem, quicquid plerique in cōtrarium voluerint. Ratio est, quia tunc alienatio non diceretur prohibita per testatorem, sed ex pacto, quo casu non impeditur translatio domini, si contrafret secundum opi. Azo. Ioan. & Cyn. in l. ea lege. C. de cond. di. ob causam, de quo tamen infra dicetur.

Opponit quinto loco Bar. de l. generaliter. §. si petitur, infra de fidei comm. libert. & soluit, & infert, vt per eum. Ex cuius dictis collige duas conclusiones.

72 Prima sit, quod tunc prohibitio alienationis etiam nuda, si sit de re rationabiliter animata, vt est seruus, valet & seruanda est. Et ratio est secundum Barto. quia ita operatur affectio testatoris in dictum seruum, vt scilicet non patiarer Dominum pestilentiorum, vt per eum. Sed aduertendum est, quia tunc illa prohibitio non videtur simplex, & nuda, sed dicitur habere causam, vt scilicet iste consequatur libertatem, quam testator in casu contrauentio nis dicitur ei reliquisse, prout vltra illum text. aperte probatur in l. rogo, & in l. quidam in testamēto, eodem tit. prout etiam videtur considerasse Crotus. Et tunc pro declaratione iurium prædictorum & huius materiae considera tres casus. Nam aut constat, quod testator prohibuit seruum alienari, vt consequatur libertatem, aut constat quod alia mente talem prohibitionem fecit, aut dubitatur.

73 Primo casu valet prohibitio, & operatur, vt si cōtraueniatur, seruus debeat consequi libertatem, vt probatur in prædictis iuribus, & quidem immediate quod hæres tentauerit eum alienare, vt dicitur in d. l. quidam in testamento. Et idem patet in tertio casu quando dubitatur. Nam lex fauore libertatis talem interpretatur fuisse mentem testantis, nisi per hæredem contrarium probetur d. §. si petitur, in fin.

74 Sed tunc posset dubitari, an tunc si realiter hīs vendat, transferat dominium? Carol. Ruy. dicit, quod transfert, vt per eum. Pro quo facit, quia in d. l. rogo, & in d. l. quidam, dicitur quod hæres qui vendidit,

vendidit, redimit, quod non conuenirent, si non transfuisset do-
minium l. neque pignus, infra de reg. iur. & l. cum res. C. de cōtra
hen. empt. Sed in contrarium, quia si dominium transfret, posset
emptor nolle reuendere, & sic impediretur effectus libertatis cō-
tra voluntatem testantis, quod non videtur tolerandum, & istud
puto verius. Nam cum prohibitio sit facta per testatorem, tan-
quam lex debet seruari, & impedit translationem dominij, vt
dixi in sexto notabili & infra etiam dicitur.

Ad quod etiam facit d. l. quidam in testamento, dum vult li-
bertatem debere, si hæres quoquomodo vendere tentat. Ex eo
enim satis constat non transire dominium in emptorem.

Non obstant iura contraria. Nam dum dicunt, eum redimi
intelligunt respectu facti, sicut de facto fuerat venditus. Nam
cum vendendo se ipsa & de facto tradiderit, eum postea recupe-
rando, videtur quodammodo redimere.

Secundo vero casu distingue, quia, aut & primo alia mēs fuit
quia voluit consilium hæredi prohibito, & tunc prohibitio nec-
essario seruanda non erit, quia poterit seruus alienari, nec ex
eo consequetur libertatem, sed valebit alienatio per illum tex-
tum nisi tamen sit talis, qui non possit commodum & fauori suo
renunciare. Aut etiam non conueniat, quod renunciaret, secun-
dum ea, quæ dixi supra in 3. oppositione tam in prima, quam in
secunda conclusione.

Aut & secundo testator voluit consilium seruo, non dico in
libertate, sed ne dominum deteriorem, seu, vt inquit Bar. pestilē-
torem patiatur propter affectionem, quam ad illum habebat in
quo casu videtur loqui Bar. Et tunc ex intentione Bartol. dicen-
dum est, quod fiet liber in casu contrauentionis.

Et ita expresse dicit hic Ruin. Ego de hoc dubito, & videtur
mihi quod immo libertatem non consequatur, & tamen alienatio
erit nullius momenti, eo quod prohibitio non potest dici nuda,
cum reperiatur persona cuius respectu facta fuerit scilicet perso-
na d. serui, vt scilicet dominum deteriorem non patiatur.

Et pro hoc pondero d. §. si petitur, in verl. Vel alia mente nō
tribuendæ libertatis animo &c.

Quod in isto casu potest exemplificari, vel in quolibet simili
nam de præcedenti casu, & etiam de sequenti ibi prædixerat.

Et cum ibi negetur esse locum libertati, videtur quod Bart. &
Ruin. loquantur contra illum text. cui in eorum generalitate cō-
cordant l. seruus hac lege infra de manu. & l. ille seruus §. fin. in-
fra qui & a quibus. cogita super hoc.

Aut & tertio voluit testator cruciare seruum, ne meliores do-
minum experiatur, & tunc similiter libertatem consequi nō po-
test, vt d. §. si petitur, ibi, vel quia coercere voluit &c. Credo tam-
en talem prohibitionem valere, & seruandam esse, ita vt ven-
di alteri non possit in odium ipsius pro obseruantia voluntatis
testatoris, arg. l. codicillis. §. matre infra. tit. i. & dicitur infra in
3. opp. licet Crotus hic contrarium dicat, coniungendo istud casum
cum primo, vt per eum. Et pro ista op. contra Cronum facit
a fortiori l. 2. in §. posteriore autem casu. C. qui non poss. ad libe.

75 perue. Nam si ibi prohibitus manumitti in eius poenam, nō po-
test fieri liber, etiam post mortem hæredis, vt voluntas testatoris
seruetur, & tamen concurrat in contrarium fauor libertatis. Mi-
nus ergo in casu isto vendi poterit per hæredem prohibitum, vt
voluntas testatoris seruetur in poenam serui, cum non agatur de
fauore libertatis. Fateor tamen quod si isto casu hæres vendat,
& sit solus hæres, nolitq; postea reuocare, aut non possit per l. vē-
dicantem, supra de cuict. alienatio de facto cōseruabitur, potius
ex defectu personæ reuocantis, quam ex defectu iuris, sicut alias
deficit probatio, licet ius ad sit. l. duo sunt Titij, supra de testam.
tut. Nisi dixeris, quod pro obseruantia voluntatis testatoris, offi-
cio iudicis rescindatur venditio, seu nulla declaretur. argume. l.
quintus in fi. infra de annu. lega. & l. hæreditas. in fi. §. de petit. hæ-
red. Quod tamen non firmo, sed super eo & alijs dictis in hoc
tertio casu cogitabis.

76 Secunda conclusio Bar. est in sua illatione, quod si testator pro-
hibeat vasallos suos alienari, cum sint ipsi res animata, rationabi-
liter valebit prohibitio, etiam nulla causa expressa, veluti facta in
vasallorum fauorem. Hæc conclusio secundum Iaf. & Croti ex

77 eo potest sustineri, quia alias de iure communi si dominus non
potest alienare vasallos eis inuitis. c. i. §. præterea ducatus, in fin.
de prohib. alien. feud. per Fed. Et est doct. Abb. & aliorum in c.
dilecti. de maioritate & obed. & est gl. i. in l. inuitis, §. de fideic. li-
bert. Vnde succedit regula communis, quod prohibitio testatoris,
etiam non expressa causa, valet, quod concurrat cum prohibitione
legis, de qua dictum fuit supra in 3. oppo. vt per eos. Et licet Rui.
hic dicat, quod immo de iure communi non prohibetur dominus
vasallos modo in parem, vel superiorem alienet per c. i. §. ex ea-
dem lege, de lege Corrad. vt per eum. Tamen mihi videtur, quod lo-
quatur contra illum text. in princ. vbi firmatur regula cōtra Rui.
Quod etiam probatur in d. §. præterea ducatus. Et id quod Rui.
in illo tex. ponderabat, procedit tantum respectu Mediolani, ut
ibi dicitur, sed in alijs locis prærium seruatur, vt in princ. dicitur.

78 Sed stante opinione Bart. si queritur nunc, vtrum si vasallus
alienetur contra prohibitionem testatoris, liberetur ab illo iure
vasalli siue vasallagio, quo tenebatur? Et certe ex intentione
Bart. videtur quod liberetur, prout etiam dicit Iaf. notando in hoc
decisionem Bart. vt per eum. Et fundamentum est, quod in simi-
li dicitur de prohibita alienatione serui, vt scilicet operetur in
dubio liberationem serui, si contra fiat, vt d. §. si petitur, & dixi
in præcedenti conclusione. Et licet Crotus dicat hoc non fuisse
de intentione Bart. tamen videtur quod Bart. ita voluerit, cum
prohibitionem alienationis vasalli valere per d. §. si petitur. Et
istud infert ex eo, quod dixerat de prohibitionem alienationis serui,
de qua ibi, & alias dicimus, quod dictum doctoris debet intelligi se-
cundum legem, quam allegat, secundum Bart. communiter ap-
probatur in l. non solum. §. si liberationis verba. infra de libera-
ti. legata. Super hoc tamen quid senserit Bart. non insistendo,
videndum est, vtrum hoc sit in se verum? Et profecto si vasallus
alienationi consentiat, res clara videtur, vt non liberetur, & sibi
debet imputari, quod consenserit, argum. l. quod quis ex sua culpa,
infra de reg. iur. cum si. Attento maxime quod legalis prohibitio so-
lum procedit inuito vasallo, vt d. §. ex eadem lege. Et prohibitio
testatoris videtur tolli per contrarium consensum eius, cuius in-
terest. l. quoties ab omnibus. C. de fideicommissis. Aut non cōsen-
sit, & tunc videtur quod procedat liberatio saltem de iure commu-
ni, vt d. §. ex eadem lege. & ibi dicunt doctores. Et ita in effectu
voluit hic Crotus vt per eum. Verum est, quod Ruin. voluit hic cō-
trarium, negans argumentum de libertate, quam seruus, aliena-
ri prohibitus, consequi potest, ad casum nostrum, in quo non est
tantus fauor, vt per eum. Sed cum ille se fundet in eo, quod su-
pra tenuit, scilicet vasallum nō posse prohiberi alienari, & istud
sit falsum, vt supra dictum fuit, sequitur quod in hoc etiam Ruin.
non videatur bene loqui. cogitabis tamen. Sequitur tertia op-
positio Bart. de l. Titio centum, secundo responso, infra de condi-
ditio. & demon. Et ex dictis Bar. colligo duas conclusiones.

79 Prima est, quod si prohibitio alienationis de qua ibi, non ex eo
valet, quod fuerit relictum minus industrio alumnino, sed ex alio, vt
in secunda conclusione dicitur. Et sic sequitur quod illa expressio
minus industrio, nō facit, quin prohibitio remaneat nulla & in-
ualida, ea ratione quia si contraferet, reuocatio ipsi alumnino da-
retur, & non hæredi, quod videtur contra illam textum dū vult
cautionem hæredi præstandam esse. Et sic reprobatur solutio pri-
ma relata hic per Bartolum. Sed Imo. & Paul. de Cast. videntur
illam tueri, arg. eius quod dicitur de prohibitionem facta per iudicem
prodigo, iuxta l. is cui bonis, cum sua materia, infra de verbo-
rum oblig. cum si valet argumentum de iudice ad testatorem,
l. non est mirum, §. de pignor. actio. vt per eos. Quæ saluatio se-
cundum Iaf. non videtur tuta, eo quia si propter alumnus minus
industriosum valeret prohibitio, non deberet hæredi compete-
re ius ad reuocandum quod est contra illum textum vt per eum.
Et hoc est quod dixit hic Bartol. Idem sequitur Crotus contra
Imo. & Pau. de Cast. ea ratione, quia attento argumento illorum
sequeretur, quod alienatio, quæ fieret contra prohibitionem, ef-
fet ipso iure nulla, sicut contingeret in prodigo post prohibitio-
nem sibi factam a iudice, vt haberetur in dicta l. is cui bonis.

Quod certe esset contra dicta l. Titio centum, quia si aliena-
tio esset futura, nulla frustra peteretur cautio, de qua ibi.

Hoc tamen euitari posset, attento quod ibi prohibitio nō fit
expresse, sed tantum tacite, quo casu non videtur impediri alie-
natio secundum Bart. infra in sequenti oppositione, de quo ibi
dicimus. De veritate prædictæ conclusionis reprobata per
Bart. & saluata per Imol. & Paul. de Cast. videbimus in sequen-
ti conclusione.

81 Secunda igitur conclusio Bar. sit, quod si prohibitio alienationis
nuda & simplex per se, valet, quando sit illi legatario, in quem
recta via non transit res, sed de manu hæredis est præstanda, ut
per eum.

Qui hoc modo, & per hanc rationem dicit procedere d. l. Ti-
tio centum, secundo responso. Et id ex eo est secundum Bartol.
quia tunc cum hæres tradit, interponitur pactum de non aliena-
do, quod indistincte seruandum est l. ea lege. C. de cond. ob cau-
sam, & l. fi. C. de reb. alie. non alie.

Hanc conclusionem & solutionem Bar. ad d. l. Titio, sequitur
Ale. & Iaf. & Opizo, vt per eos. Imo. tamen reprobatur, & illud idē
fieri posset etiam quod res transeat recta via, nam licet transeat
quo ad dominium, prout tamen loquitur l. a Titio §. de fur. & l.
legatum ita §. tit. prox. cum similit. tamen non transit possessio, &
sic venit omnino tradenda per hæredem, ita quod tunc poterit pactum
illud interponi, vt per eum. Quod non placet Alexandro,
quia licet possessio non transeat, ex quo tamen transeat dñitas,
non debet hæres legem aliquam aut pactum interponere ad di-
minutionem iuris legatarii, arg. l. perfecta, C. de don. q. sub mō.

Multa super hoc dici possent, & præsertim, quod dictum Alexan-
dri posset negari, quando pactum aut lex imponenda proueni-
ret ex voluntate testatoris, seu pro eius obseruatione.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Filius fa. §. Diui.

Et hoc vltra dicta hic per Ruin. qui alio modo defendit argumentum Imol. contra Bart. Sed quicquid sit de tali argumento circa rationem & conclusionem Bart. dicit Paul. de Cast. in d.l. Titio centum, q̄ est truffa. Nam etiam in principio illius legis res legata erat danda de manu haredis, & tamen illi non cauetur. Et ita etiam contra Barto. considerat hic Crotus suppresso nomine Paul. de Cast. Sed ad hoc respondet Ruin. q̄ illud ibi est, quia in prin. prohibitio alienationis etiam tacite non dicitur facta, vt per eum. Possent etiam dici, quod ibi a manu haredis capitur tantum pecunia, non autem res, cum Bart. videatur loqui, quod res non alienanda ab herede traditur. Fateor t̄, quod hoc non videtur conuenire illi tex. in secundo responso, cū ibi non dicatur per haredem emi, & tradi, sed quod ei cauetur de emendo & non alienando, ex quo, ni fallor, apparet quā sit alienus intellectus Barto. a mente Iuriconsulti ibi, & ideo mihi nullo modo placet. Et quod dictum eius cum sua ratione non procedat, ostenditur euidenter. Nam ex ratione Barto. sequeretur, quod si Titio lego fundum Sei, & prohibeo illum alienare, valeret prohibitio, & seruanda esset, attempto quod tunc nō tranfiret recta via in legatarium, sed per manum haredis esset fundus redimendus & tradendus, quod tamen falsum esset per istū text. in prin. Alioquin plus posset prohibitio alienationis de re tunc aliena, quā de re propria, quod certe dicendum non videtur, per ea quae dicit Bar. infra in secunda parte istius §. quem alij sequuntur, ibi videbimus. Quare pro resolutione difficultatis

82 † & declaratione d.l. Titio centum, reiectis pluribus, quae dici possent, alterum duorum dicendum est.

Primo dici potest, q̄ alumnus minus industrius esset ille Titius, cui centum legata erant, vt fundum emeret, voluit enīz tūc testator per emptionem fundi ipsi alumno minus industria prospicere esse, vt ibi dicitur, & ideo merito pro eius utilitate caue re debet, vt ibi legitur, & interesse haredis considerari potest in eo, vt voluntas testatoris seruetur directa ad consulendum ipsi Titio, ne sibi propter paruam industriam suam prauidet non emendo fundum, aut emptum alienando: quod esset contra votum testatoris, qui ei omnino voluit prospicere. Sed contra hoc facit, quia text. ille si recte ponderetur, videtur praesupponere alumnū illum esse diuersam personam ab illo Titio. Praterea non videtur verosimile, quod testator ei, quem minus industrius cognoscebat, commisisset emptionem fundi, cum in ea facile laedi posset. Nisi ad hoc respondeas, q̄ erat minus industrius non in emendo, aut gubernando fundum, sed solum in negotiatione pecuniae, quia nesciebat ea sua industria merces exercere, & lucrum facere. & quod dicebatur de diuersitate personarum, potest negari. cogita tamen.

Vel secundo & melius dici potest ex intentione Croti (aliquibus tamen additis, & in aliquo dictis eius alteratis) q̄ ibi prohibitio talis qualis fuit, non dicitur fuisse nuda, sed dicitur continere interesse haredis, vt sonant verba text. ibi, interesse haredis credendum est, atque ideo cautionem interponendam &c. Naz tamen ex hoc nego, testatorem respexisse utilitatem alumni, imo dico, q̄ eam principaliter considerauit, vt verba text. ostendunt, ibi, minus industrius prospicere esse voluit, sed dico q̄ ex eo principaliter non praestatur cautio de qua ibi, sed solum praestatur, quia consideratur interesse haredis. Et ponatur casus q̄ testator legauit centum Titio, vt fundum emeret, in hoc prospiciens alumno minus industrius, puta, vt Titius ex reditu fundi eū aliat, aut certum quid annuum det, vel quid simile faciat, in quo non me restringo ad hoc vel illud, sed tantum dico, q̄ ipsi alumno in eo sit aliquo modo prospicendum. Et sic dico retineri idem thema, vt l. centum sunt relicta Titio, vt fundum emat, & interesse haredis (propter quod ei praestatur illa cautio) considerari potest vltra considerationem voluntatis testatoris consulentis tali

83 alumno vt supra, quia † posset ipse alumnus testatoris filius indigere alimentis, & ita a patris herede esset alendus. l. si quis a liberis. §. item rescriptam, s. de liber. agnos. transit. n. onus alēdi ad haredem in subsidium, vt ibi Bar. summat & alij sequuntur. Et si vis q̄ non esset filius testatoris, sed alumnus, seu fratris filius heres pudore quoddam & verecundia suadentibus, videretur similiter obligatus alere, quia honestati non conueniret quod pateretur, alumnū illum a suo testatore tam dilectum, & vt filium educatum, egere & mendicare.

84 † Non enim decet quem in pudore versari, & semper excusatur q̄s de eo quod facit pudori suo parcendo. l. Quintus, in si prin. §. anadati, cū similibus, vt per Crotum. Affectio igitur testatoris in illum alumnū facit, vt haredis consideretur interesse. Et hoc forte voluit gl. dum dicit ratione affectionis defuncti &c. Et dicam hoc etiam sensisse gl. hic, q̄ dixit q̄ ibi apparet solutio.

Vnum tamen praedictis adde, quia in d.l. Titio, fm verba testatoris, nulla fuit facta prohibitio alienationis, neq; etiā adest prohibitio, de qua in l. §. sed quia nostra. C. cōmunia de lega. Sed solum per interpretationem dicitur, q̄ cum testator voluerit emi fundum, prospiciens eo modo alumno minus industrius, vide-

tur, quod pariter voluerit talem fundum non alienari. Ex quo videtur inferendum, † quod si ecclesie relinquatur centum, vt fundum emat, non poterit postea fundus emptus alienari, prout signanter dicit Bal. in l. §. C. de pac. inter emp. & vend. prout refert & sequitur Alex. hic. Ego tamen de hoc dubito, si voluit quod prohibitio oriatur ex testamento, quia cum illam testator non fecerit, non debemus eam subaudire. Non obstat d.l. Titio, quia ibi totum illud fundatur in interesse haredis secundum q̄ supra dictum est, quod non cadit in legato ecclesie facto vt c. quia sequatur quicquid velit, hares damnnum pati non poterit, cui satis fuit, centum soluere, cogita tamen.

Capio septimam oppositionem Bar. de l. Stichus seruus, infra de manu. testa. & ex dictis eius collige quatuor conclusiones. 86 Prima est, † quod prohibitio alienationis, quae dicitur facta per futurum subiunctiuū, non impedit translationem dominij. Et ideo si testator fundum Titio legatum transferat, si Titius alienauerit, non erit impedita translatio dominij, si Titius vendat. Pro quo secundum Bar. est tex. in d. l. Stichus. Et secundum Pau. de Cast. & Crotum ratio est, quia illa translatio videtur facta in poenam Titij alienantis, quae poena non debet habere locum, nisi fundus ille perfecte, quantum ad Titium pertinebat, seu quantum in eo erat, fuerit alienatus secundum Bal. in simili in cap. primo. §. aut si libellario, quibus mod. feud. amitta. cum alijs de quibus hic per Ias. & alios, & ita hoc est verum, vt requiratur traditio. Hinc dicunt Sali. & alij communiter maxime

87 Ias. in l. §. C. de iur. emphy. quod si emphyteuta vendens irrequirit Dominio, non cadit a iure suo, & sic non incidit in poenam priuationis, nisi rem ipsam actualiter tradiderit, quod nota ad declarationem d.l. §. Quibus sic stantibus, in proposito prohibitio illa testatoris facta per istam translationem, non potest auferre ius & dominium emptori, iam acquisitum. l. id quod nostrum, infra de reg. iur. Et hoc est, quod dicitur in d.l. Stichum, ibi, cum in id tempus conferatur, quo futurus est alienus. Cum haec conclusione Bar. sic declaratur, videtur transire doct. Nec est obstat. l. §. si quis ita. in vers. alienauerit, infra de adimen. lega. quia id non impeditur translatio dominij, sed solum haredi caneretur pro suo interesse, prout Alex. Ias. & alij declarant. Immo dico, quod ibi probatur praedicta conclusio, quia si impediretur translatio dominij, frustra interponeretur d. cautio.

Limitatur ista conclusio secundum Bar. nisi fuerit inceptus a praedicti dispositione prohibitiua. Puta, prohibeo talem rem alienari, & si alienauerit &c. Nam tunc translatio dominij impeditur. Et ratio est secundum Bar. quia in tali casu prohibitio dicitur expressa vt per eum.

Et secundum istam limitationem (prout tibi dixi declarando 88 Barto.) † debet intelligi l. codicillis. §. instituto, de leg. 2. & l. pater filium. §. quindecim, de leg. 3. de quibus hic in fin. Bart. opponit, & dicit quod non obstant si bene inspiciantur. Cum ista limitatione transiunt doct. vt per Ias. octaua col. & per Crotum col. 1. in quinta conclusione. qui praedicta duo iura ex mente Bart. pro dicta limitatione videtur considerare. Sed considera quod aut illa praecedens prohibitio non est nuda, sed est causa, & res clara est, & limitatio praedicta de plano procedit. Aut non habet causam, sed est nuda & simplex, & mihi videtur res multum dubia. Nam contra eum tunc facit, quia si per se prohibitio illa non valeret, & alienationem nullo modo impedit vt hic, non debet ex eo quod sequitur, & si alienauerit &c. plus roboris accipere, quā illud in se habeat. l. nemo plus iuris, infra de reg. iur. Facit in argumentum l. stipulatio ista. §. alteri, infra de verbotum obligatio. in eo quod poena adiecta non confert stipulationis alteri factae validitatem, sed tantum quod in se habet, vt scilicet poena debeatur, sed verba illa, si non alienaueris &c. per se non impediunt translationem dominij, vt in conclusione dicitur, ergo &c.

Et ita tenendo non obstat d. §. instituto, & d. §. quindecim, quia in eis prohibitio non fuit nuda, sed cum causa. Nam in primo testator voluit, res prohibitas alienari, remanere filijs & nepotibus. in secundo voluit esse poenas liberos. & si dicatur quod tunc prohibitio prima non dicitur amplius nuda, cum per verba sequentia appareat persona, cuius respectu facta fuerit, respōderi potest, hoc negando, vt patet ex his quae dixi in glo. super verbo respectu, videtur itaque posse teneri, quod nuda prohibitio non ideo impedit translationem dominij, quod ei fuerit additum, & si alienari, deueniat ad Gaium. Quod esset pulcherrimum in dispositione, & videtur contra omnes, eo excepto, quod ex post inueni quod Ruin. hic ita sentit. Hoc tamen videtur limitandum, nisi persona, quam testator vocat, si ille alienauerit, esset talis, cuius contemplatione verosimiliter testator prohibitionem fecisset, puta, filius, vel frater prohibiti, qui erat ei necessarius ab intestato. Nam tunc potest forte dici, quod in prohibitione causa tacite consideretur, seu persona, cuius respectu facta fuerit, scilicet illa, ad quam testator venire voluit, si contra prohibitionem fiat. super quo tamen cogitabis, quia non

non parum dubito, attento quod omnino res non erat ad talem personam peruentura, cum prohibitus posset, testando, alium facere heredem. Dic vt ex infra dicendis apparebit.

89 Secunda conclusio Bart. est, q̄ prohibito facta per futurum indicatiui, puta, si alienabis & cetera, impedit translationem dominiij, cum qua transeunt ferè omnes Doctores. Ratio est secundum Paulum de Castr. & Crotum, quia ex quo illa verba non significant actum perfectum, cum primum veniat prohibitus ad actum alienandi, dicitur contrafecisse voluntati testatoris, arg. l. interdum, §. quibus modis vsufr. amitta. Facit etiam l. quidam in testamento, in prin. j. de fideicom. libert. ibi, si quoquo modo vendere tentauerit &c.

Ias. in 2. lectura videtur firmare contrarium, & sic q̄ etiam isto casu, sicut etiam in precedenti, non impeditur translatio dominiij. Et mouetur in effectu ex duobus.

Primo, quia translatio in alium facta per illa verba, si alienabis, videtur fieri in poenam alienationis, sed poena nunquã committitur, nisi perfecte alienetur, & realiter tradatur, vt supra dictum fuit, ergo &c.

Non ergo videtur verum q̄ dominium transeat in emptorez cum primum ille venerit ad actum alienandi, sed requiritur traditio rei. l. quoties. C. de rei vendicat. & l. traditionibus. C. de pactis. Ideo non prius incidit in poenam, & sic sequitur q̄ non impeditur translatio dominiij. Secundo, quia per illa verba nõ inducitur expressa prohibito alienationis, sed tantum tacita, vt est videtur velle Bart. circa dictam l. Stichus, merito ergo nõ debet impediri translatio dominiij, prout Bartol. hic dicit per glossam primam in l. cum pater §. libertis, infra titulo primo. Ista opinio videtur sustentabilis. Nec allegata per Bartolum videtur ob stare. Nam in primis dico (licet Ias. non dicat) quod ille non dicitur fecisse contra voluntatem defuncti, nisi cum in alterum trãfulerit rem, attento quod prius poena non committitur, vt dictum est.

Hoc ita posito, non obstat d. l. interdum, & d. l. quidam in testamento, quia primo potest dici secundum Ias. q̄ illa iura specialiter procedunt fauore libertatis, arg. l. generaliter, §. si quis seruo pignorado, infra de fideicom. liberta.

Vel secundo responderi potest, q̄ intelliguntur, quãdo actus perficitur quantum attinet ad eum, qui alienabat, aut manumittebat, secus esset si ipse non perficiat, sed poenitentia ductus re integra retrocedit. etenim tunc non conuenit illa iura procedere, maxime illam l. interdum, alioquin quã facillime posset fundari fructuarius, vt per te intelliges. Et quod in ea. l. dicitur, incipiente proprietario manumittere &c. ad id tendit ne videatur manumittere in damnum fructuarij, vel eum seruo cuius vsufructus alienus esset. Immo etiam in d. l. quidam, cadit idem intellectus, vt scilicet intelligatur quoquo modo vendere tentauerit &c. faciendo tamen quantum in eo erat ad perficiendam venditionem.

Ad quem tex. etiam aliter responderi potest videlicet, quod ibi fuerat facta expressa prohibito, cum dixerit testator, nolo q̄ alteri seruiat &c. Et sic ista conclusio contra Bart. & communem remanet defenata. Sed si communem tueri velis disputando, ad argumenta Ias. poteris respondere.

Nam ad primum dici potest, q̄ procederet, quando poena esset separata ab ipsa re alienari prohibita, puta, si alienabis, dato decem Gaio, secus si poena consistat circa rem illam, puta, volo q̄ ad talem perueniat. Alioquin videretur testator disponere de re, iam effecta alterius, immo dici potest q̄ tunc proprie non erit, sed videtur illi sub conditione adempta & in alium translata vt dicebat Crot. supra in 2. col.

Ad secundum responderi posset, negando argumentum in terminis nostris. Nam gl. in d. §. libertis, loquitur in tacita prohibitione, proueniente a lege, quã dicitur fieri sub conditione aliqua separata ab ipsa alienatione, puta, si præcedat sine filijs, vel quid simile, & ideo interim non impeditur translatio dominiij, sed valeat alienatio, quã postea annullatur existente conditione l. si. §. pen. C. communia de leg. Non sic videtur cadere in casu nostro, in quo cum ipsa alienatione extitit conditio.

Cogita super istis, quã apud me sunt valde dubia. Nam tuendo opin. contra Bart. vno verbo ad omnia responderi posset, q̄ idem esset dicendum, quando fuisset dictum, si alienaueris.

Nam etiam tunc poena (si poena est) consistit circa rem ipsã & cum alienatione dicitur extitisse conditio, & tamen Bartol. & alij tenent, q̄ tunc non impeditur translatio dominiij, vt in præcedenti conclusione dictum fuit.

Sic ergo videtur idem dicendum in casu, quo dictum sit, alienabis, & istam partem vti tutiorem tenendam puto.

Et certe nimis subtilis fuit differentia Bartol. & iure aliquo probari non potest. Et potest etiam dici q̄ neutro casu testator prohibuerit alienationem, sed idõli videtur colligi desiderius eius, & q̄ ille primus non alienet, item cum sub conditione alienationis priuauerit, tamen cum conditio se habere debeat ad esse, &

ad non esse l. ex factio, §. si cum sua materia, infra ad Trebellian. videtur testator quodammodo consentire, quod possit alienare, & in hoc fundatur, quod non impeditur translatio dominiij.

90 Tertia sit conclusio, q̄ expressa prohibito alienationis, per testatorem facta, potentior est, quã sit tacita, quã per legem inducitur de re subiecta restitutioni.

91 Nam si si contra fiat expressa prohibito testatoris, incontinenti potest reuocari, nec expectatur mors prohibiti, quia dominium non transfertur. Secus si contra fiat prohibito legis, vt est gl. in d. §. libertis, quã omnes sequuntur.

Et ita etiam cum hac conclusione Bart. transeunt Doct.

Ex qua inferitur, q̄ publicatis bonis prohibiti alienare, si prohibito erat expressa per testatorem, res prohibita alienari non transit in fiscum, etiam in vita prohibiti, secus si erat prohibito tacita inducitur per legem, vt §. tunc enim transit in fiscum durante vita prohibiti. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici, j. de iure ficti. De qua illatione plene dixi §. in 3. notabili, reprobando Paul. de Castr. & R. in. vt ibi videri potest.

Circa istam conclusionem aduerte, quia licet Doct. cũ ea per transeant (vt dixi) tamen mihi videtur aliter dicendum, & quod Doctores non bene intellexerint haec materia aut declarauerint. Dico ergo, q̄ idem est dicendum in prohibitione alienationis, inducitur per legem (quam possumus dicere tacite peruenire ex mente testantis) quod est in expressa prohibitione testatoris, hoc est, quod semper impediatur dominiij translatio, & alienatio statim non valeat, quando per legem dicitur facta prohibito. Quod est quando legata, vel fideicommissa sunt pura, vel sub die certa, ut est text. in l. fin. §. sed quia nostra. C. communia de leg.

Nec obstat quod ibi in §. seq. dicitur alienationem reuocari demum impleta conditione fideicommissi, per quez tex. videtur mota gl. in d. §. libertis, allegata hic per Bart. Quoniam respõdetur, q̄ loquitur in legato, vel fideicommissio conditionali, vel sub incerta die: quõ casu non impeditur translatio dominiij, quia re vera, lex non prohibet alienationem, nec expresse nec etiam tacite, sed solum conuulsi, ne fiat interim alienatio, ne alienans grauiori onere extinctionis nomine se supponat in euentum impletæ conditionis: tunc enim cum lex inhibeat alienationem, alienatio per prius facta, annullatur, vt ibi dicitur in §. si autem auariar. Et si velle alienare, impediretur translatio dominiij non minus, quã si expresse testator alienationem inhiuisset propter auctoritatem legis, alienationem prohibentis, iuxta dicta supra in sexto notabili. Et secundum prædicta bene procedit decisio d. §. Cornelio Felici, vt scilicet bona transeant in fiscum, & nec condemnatus viuat, quia antea, & sic pendente conditione fideicommissi, non reperitur prohibita alienatio, sed tantuz datur consilium, ne alienetur, vt dixi. Facile enim conuigere potest fideicommissio non fore locum, vt ibi Iurisconsultus videtur confiderare. Cogita super ista declaratione, quam reputo nouam & veram.

92 Quarta & vltima sit conclusio (reiectis alijs) quod si vbi prohibito alienationis aliquo modo facta valet, non tamen impedit translationem dominiij, venit præstanda salteq̄ æstimatio rei prohibita, cum Bart. transeunt Doctores. ratio conclusionis est, quia videtur tunc testator illis, quarum respectu alienationem prohibuit, reliquisse rem alienam, & scilicet, & ideo si res præstari non potest, debetur æstimatio §. non solum, cum §. seq. In hoc dem & l. non dubium, §. fina. de leg. 3. cum similibus. Nec te moueat d. l. Stichus seruus, in fin. dum dicit, q̄ nullum casum vilem habet, & sic est dispositio totaliter inutilis, quia tex. ille loquitur de datione libertatis directæ, quã seruo alieno dari nullo modo potest, vt ibi, & l. seruo tuo. C. de manumissis test.

Sed res aliena bene legari, aut per fideicommissum relinquipotest dicto §. non solum, & l. cum alienam, C. eodem. cum similibus.

93 Et si quod in d. l. Stichus, dicitur de legato in vers. At quid in legato, debet intelligi quando legatum sit illi seruo, quem testator iusserat esse liberum, si ab hærede alienatus fuerit.

Nam sicut datio libertatis inutilis fuit, ita etiam erit inutile legatum, quod censetur factum pretextu libertatis, prout est de intentione Benedicti de Plumb. ibi. non autem procederet, si legarem fundum Gaio, si hæres eum alienauerit, tunc enim deberetur saltem æstimatio per prædicta, quod esset contra illum textum. Hæc notabis pro intelligentia illius legis. Sed stante cõclusionem prædictã, si dubitatur per quem sit præstanda æstimatio?

94 Et si quidem ex verbis testatoris, vel aliunde constet, quid ipse voluerit, illud absque dubio seruandum est, quod testatori placuit. Si autem de eius voluntate dubitatur, variant Doctores. Nam Imo. & post eum Ale. hic volunt hæredem videri grauatam per l. si seruus legatus, §. qui margaritam, §. eod. vt per eos.

Sed Crotus tenet contrarium, dicens q̄ immo, qui fuit prohibitus, præstabit æstimationem, cum ipse sit, qui contra

D. Maria. Soc. Iun. in l. Filius. §. Diui.

95 fecit voluntati testatoris, & sic deliquerit. † Pena enim auctores delicti tenere debet. l. sancimus. C. de poen. Non ergo conuenit hæredem tenere, qui testatori non contrauenit: qui etiam pro hoc allegat l. 3. §. si quis ita, infra de adimend. lega. & l. fundus de tracto, supra si ususfructus peta. inducendo ut per eum. Et ultra eum confirmatur, quia alias in potestate prohibiti esset grauare hæredem in tali estimatione, quod in dubio non est dicendum, ne via fraudibus aperitur, l. 1. §. primo, supra nau. caupo. stab. cum similibus. Et etiam quia factum vnius alteri nocere nõ debet, l. si vnus. §. ante omnia, supra de pactis.

Et ita tenendo, ad d. §. margaritam, responderet Crot. q. ibi ex verbis testatoris constabat onus alteri, quàm hæredi impositum, non præsumi.

Sed aduerte, quia pro opin. Imo. & Alexan. videtur tex. in l. cum sub hac, infra de conditio. & demonstrat. vbi si legatarius seruum suum manumiserit, fuit legatum fundi sibi factum in alium transfatum, & ibi dicitur hæredem tenere illo secundo legatario, si primus seruum manumiserit, & sic ex contrauentione legatarii tenetur hæres.

Nec tunc obstat regula dictæ l. sancimus, quia hæredi consulti tur per cautionem, ei per legatarium præstandam, prout dicitur in dicta l. cum sub hac.

Ad quod etiam facit dictus §. si quis ita, qui hoc modo retorquetur contra Crotum. Alia sua dicta parum faciunt.

Nec obstat etiam quod ego in cõfirmatione opinionis. Crot. dicebam, quia responderetur, quod tunc hæredi esset quid impurandum, si sibi cautione non prospexerit. Videtur enim quod semper, quando legatum transfertur in alium sub conditione alienationis, hæres in soluendo legato possit sibi consulere per cautionem per iura prædicta. Quod si non fecerit, sibi debet imputare. l. quod quis ex culpa, infra de regulis iuris, & cap. damnū quod quis. eodem titulo, libro sexto.

Sed vterius cõsidera, quia forte melius dici potest, distinguendo, quod aut relinquatur alicui sub conditione, si rem ipsam aut aliam non alienauerit, vel si seruum suum non manumiserit, & si contrafecerit, legatum transfertur in alium. Et tunc onus dicitur iniunctum hæredi, eo q. omnino cautio mutiana debet præstari, & alias ille legatum consequi non posset. l. mutiana, per totam, infra de conditio. & demonstratio. Et in his terminis loquitur dicta l. cum sub hac. Facit. is cui, eodem titulo. Aut legatur alicui res aliqua simpliciter, & postea dicitur, & si alienauerit, deueniat in alterum. Et tunc nisi expresse hæres grauetur, in dubio dicitur grauatus legatarius, vti contraueniens voluntati testatoris. Nam eo casu non videtur, quod hæres possit petere aliquam cautionem, cum non reperitur in aliquo grauatus. Nec tunc obstat dictus §. si quis ita, quoniam respondeatur, quod in casu illo hæres erat expresse grauatus secundo legatario, vnde conuenit ne damnū patiat ex alienatione per legatarium faciendam, quod ei consulatur cautione de qua ibi cogita super istis.

Opponit demum Bar. octauo loco de l. codicillis. §. matre, infra titulo primo, & soluit duobus modis ut per eum. Ex cuius dictis collige duas conclusiones.

96 Prima est, q. † valet prohibitio alienationis in certas personas, earum odio facta. Et ita procedit dictus §. matre, secundum Bar. cum quo doctores transeunt magis communiter. Crotus 97 † tñ dicit q. Bar. & alij sic dicentes, nõ intelligunt dictum §. matre.

Primo, quia ibi causa, ob quam ibi prohibitio valet, non est principaliter odium in illos fratres vxoris, sed dicitur fauor illorum filiorum sororum, de quibus ibi, qui dicuntur per testatorem vocati, ut sonant illa verba, habes filios sororum tuarū &c. & ita illum tex. declarat ibi Cuma.

Secundo, q. odium non sit causa &c. patet, quia ibi testator vnū tantum ex illis fratribus vxoris odio habebat, eum scilicet, qui filium occiderat, & tamē noluit q. alicui ex d. fratribus relinquere bona sua. Sic igitur iste doctor tenendo q. causa, propter quam conseruatur ibi prohibitio, sit fauor prædictorum filiorū, sequitur in effectu primam solutionem Bar. volēs q. per illa verba, habes filios sororum tuarum, quibus relinques, inducitur fideicommissum in eorum fauorem, allegans in argumentum l. fideicommissa. §. hæc verba, infra titulo secundo, ibi, curam eorū agas, ut possint ad filios tuos peruenire &c.

Sed mihi videtur verum, quod Bartol. & alij dicunt. Et dicta Crot. parum faciunt. Si enim recte intueamur mentem illius testatoris, aperte cognoscemus, eum principaliter fuisse motū ad sic prohibendum odio illorum fratrum tuæ vxoris, cum in eos tantum alienationem prohibuerit, seu q. eis nihil relinquatur, disposuerit. Et illi filij sororum dicuntur vocati, quādo illa vxor alij non relinqueret, quàm suis fratribus: & sic quasi in casum conuentionis, prout illum tex. declarat ibi Paul. de Castr. quicquid Cuma dixerit in contrarium.

Et quod odium testatoris in dictos fratres vxoris mouerit eū, & non fauor filiorum sororis eiusdem vxoris, ostenditur, quia si

eis fauere voluisset, eos simpliciter vocasset, & non prohibuisset relinqui tantum illis fratribus, sed omnibus alijs præter illos filios. Vnde cum solum prohibuerit dictis fratribus relinqui, constat quod odio eorum principaliter motus fuit.

Poterat itaque vxor illa alium facere hæredem, quo casu filij sororum non venirent, qui solum dicuntur vocati, ne personę testatori odio, habeant, secundum Paulum de Castro ibi.

Nec obstat, q. vnus tantum frater fecerit homicidium, & ita testator videatur asserere. Quia responderi potest, quod id satis erat, ut omnes odio haberet.

Nam, ut experientia docet, ex homicidio, ab vno facto, omnes sui vocantur inimici, & odio habentur. Et hoc satis constat, cū testator id exprimat, q. propter homicidium, ab vno factū nemini 98 illorū relinqui velit. Et † hoc si habeas cõmunem literam ibi, sed & alia mihi deteriora fecit. Sed si legeres, sed & alius mihi &c. ex alio cessat argumentum, quia scilicet exprimitur causa odij vtriusque, & non vnius tantum. Et ista litera fatis placet.

A. D. D. I. T. O. Et adde q. ita legitur in Pandectis.

99 Secunda conclusio sit, quod † qñ prohibitio valet, quia odio certę personę dicitur facta, & propterea si contra fiat, reuocatur alienatio, admittitur ad reuocandum hæres, & ita videtur velle Bartol. probari in dict. §. matre, ad quem videtur se referre.

Tu tamen aduerte (licet nullus dicat) quia hoc videtur contra illum text. Nam ibi mater testatoris erat cum vxore instituta, & tamen illa non reuocat, sed reuocant illi filij sororum, qui eo casu per fideicommissum dicuntur vocati. Quare mentem Bar. declarando dicas, quod eius conclusio procedit, quando non appareat per testatorem prouisum de certa persona, quæ admittatur ad reuocandum. Tunc enim admittitur hæres veluti representans personam defuncti, seu qui vna persona dicitur cum eo, ut in Auth. de iureiuran. a morien. prætit. in princip. Si igitur lego tibi fundum, prohibens ne in Titium quoquo modo transferas, si contrafeceris, hæres reuocabit.

Et in his & similibus terminis procedat dictum Barto. Ad quod facit in argumentum dict. l. cum sub hac, prope finem de conditio. & demonstratio.

Modo ex omnibus iam dictis in prædictis octo oppositionibus Bar. ponenda est regula cum pluribus limitationibus. Regula 100. l. † ergo est, q. simplex & nuda prohibitio alienationis nihil operatur, ut est casus hic in princip. in l. pater filium. §. Iulius, & in l. Lucius, in princ. infra tit. secundo. De qua regula dicit supra in primo notabili.

Hæc regula fallit primum, secundum Bar. si fiat ei, qui suo fauori renunciare non potest, de quo fuit dictum supra in tertia oppositione.

Secundo fallit, qñ talis nuda prohibitio concurret cū prohibitione legali, de quo an sit verū, & quomodo procedat, dictū fuit similitur in dict. tertia oppositione in secunda conclusione.

Tertio fallit, quando ex alienatione, & sic ex contrauentione prohibiti, alius quis laderetur, secundum Barto. quarta oppositione, ita declarantem leg. tertiam. §. si quis ita, infra de adimend. lega. De quo plene diximus in dict. quarta oppositione.

Quarto fallit secundum Bar. quando res prohibita alienari, est animata, & ipsius interest non alienari. de quo vide dicta supra in quinta oppositione.

Quinto secundum Bar. fallit, si res prohibita alienari, de manu hæredis danda sit, per l. Titio centum, secundo responso, infra de condition. & demonstratio.

Sed de hoc dictum fuit supra in sexta oppositione.

Sexto fallit ex intentione Bartol. quando talis prohibitio sit in odium certarum personarum vnius vel plurium, de quo diximus modo in octaua oppositione.

Et potest tunc dici q. reperitur persona, cuius respectu sit facta prohibitio, quamuis in eius odium. Et sic eo casu prohibitio non dicitur sine causa.

Septimo fallit etiam ex intentione Bartol. quando in prohibitione, causa tacite contineretur, prout ipse sentit in quarta oppositione dum allegat Cyn. in exemplo de turri. Potest tamen dici, quod si de causa quoquo modo constat, etiam tacite, non poterit dici nuda prohibitio per ea quæ dixi in secundo notabili, vbi de tali exemplo fuit plene disputatum.

Nisi dixeris, q. erit nuda quantum ad verba. Sed vltra Bar. addenda sunt duæ fallentię: fallit ergo octauo loco regula prædicta, 101 cta, qñ prohibitio, per se nuda, fieret sub conditione, ita dicitur Ale. lat. & alij pleriq. allegantes pro hoc l. 4. §. si supra de cod. inst.

102 Comprobatur secundum Iasonem, quia † licet alias stipulatio simplex & sine causa non sit efficax, cum ei possit opponi exceptio doli. l. 2. §. circa, de exceptio. doli. Tamen si fiat sub conditione valet, & est efficax, eo q. conditio pro causa haberi videtur, prout Bar. & alij dicunt per illum textum in l. Titio, infra de verborum oblig. tradunt etiam Doctores in l. cum ad presens, si certum petatur.

Sed considera primo, quod Doctores allegantes dictam legem

gem quartam. §. fin. Videntur velle, quòd ibi fuerit facta prohibitio sub conditione, vel quòd conditionalis prohibitio equiparetur prohibitioni, de qua ibi: sed tamen vtrumque falsum est.

Nam ibi necdum sub conditione, sed nec aliquo modo, quantum ad verba testatoris, dicitur facta prohibitio, sed solum in conditione dicitur positum, seruum illum non alienari, & sumitur quaedam voluntas testatoris, quòd non alienetur, & hoc modo per quandam interpretationem potest dici prohibita alienatio. Hoc autem a prohibitione conditionalis multum differt, vt dixi in fine primi notabilis, & statim declarabitur. Secundo igitur pro declaratione materiae considera duos casus distinctos. Vnus sit, quando per viam conditionis per interpretationem dicitur facta prohibitio, prout loquitur d.l. 4. §. fina. Alter quando prohibitio fit sub aliqua conditione, puta, prohibeo, si Titius fiat Consul.

Primo casu, omiſſa disputatione, videtur sic dicendum Aut rem illam non alienari, alicuius separati a persona prohibita interest, in quem possit cadere testatoris affectio: & tunc talis prohibitio tacita, seu per interpretationem sumpta, valet & seruanda est. l. 3. §. si quis ita, infra de adimendis lega. non tamen intelligas quo ad impediendam translationem dominij secundum ea, quae diximus supra in quarta oppositione in fine. Aut nullius interest vltra prohibitum, & tunc dicerem, quòd talis prohibitio talis, qualis facta dicatur, non habebit effectum aliquem, prout etiam voluit Crot. Et sic non erit praestanda aliqua cautio de non alienando.

Ad quòd in argumentum facit l. Titio centum. in principio, infra de conditio. & demonstr.

103 † Facit etiam optima ratio, quia non debet plus operari tacitum, quam expressum, l. qui ad certum, supra loca. Sed isto casu vt iam dixi, non fit expressa prohibitio, sed tacite per regulam supra positam, ergo &c.

Nec ita tenendò obstat d.l. 4. §. si. quia secundum Crotum ille tex. specialiter procedit, quia erat prohibitio alienari seruum, cuius interest non pati dominum pestilentiorem secundum Bartolum supra in quinta oppositione. Ex † quo dicit Cro. datur nouus intellectus ad illum textum. Quae dicta etiam Ias. in secunda lectura sibi ascribit, nescio quis eorum fuerit primus auctor.

Et necesse est aut alterum in ea re furem esse, aut eundem spiritum fuisse in duobus corporibus, prout alias de Bartolo & Nicolao de Mattarel. dixit Bald. in l. precibus, col. duodecima. C. de impuber. & ali. subſſi.

Sed sit cuius velis, dico quòd stare non potest, & est contra illum textum. Nam si ratio eius esset interesse serui, vt isti dicunt, certe, etiam vbi vnus esset solus haeres, deberet idem dici, cum eadè ratio adesset, secundum ea quae dixi supra in quinta oppositione. Quòd tamen ille tex. in fin. negat, dicens tunc non esse cauedum, & conditionem esse impossibilem.

Vnde alias ad illum textum aliter respondebam, & postea in ueni Ruinum ita sentire in secundo notabili. Dicebam enim quòd illud sit ibi ratione interesse cohaeredis, quia cum seruus ille foret communis vtrique haeredum, non videtur conueniens quòd cohaeres patiatur alium condominum contra suam voluntatem simul & testatoris, qui nolens illum alienari, dicitur suis haeredibus consulere: nimirum ergo si cohaeredi cauetur.

Et ideo si cohaeres pſentiret, posset alius suam partem alienare sine cautione, si cohaeres illam sibi praestari recusaret. Hec autem consideratio interesse cohaeredis cessat, si solus erat haeres institutus.

Et ex his videtur inferendum, quòd si lego tibi fundum, si eum non alienaueris, vbi nulla sit cautio prohibitionis in tali conditione considerata, nec alterius interest illum non alienari, prohibitio illa nihil operabitur, & non tenetur legatarius cauere haeredi de conditione implenda, cum eius non interest, & ita concludit hic Crotus in primo notabili ad finem. Quòd nota, quia est pulchrum, & notabile si est verum. Sed in contrarium, & quòd 105 imò praestari debeat cautio Mutiana, facit, † quia in conditionibus voluntarijs, qualis est illa, si eum non alienaueris, inspicitur merum factum, & debet specificè impleri: l. qui haeredi, & l. Meuius, j. de conditio. & demonstra. & tradit doctores in l. Galus, §. & quid si tantum, §. de liberis, & posthūmis.

Et hinc est, quòd quando conditio est in facto negatiuo, quòd vt re impleri non potest ab initio, prouisum fuit, quòd praestetur cautio de implendo, quae dicitur Mutiana, vt eo modo conditio habeatur pro impleta quo ad consequuentionem commodi. Et hoc verum videtur, & quòd alterius non interest talem conditionem impleri, vt videtur probari in l. Mutiana, in principio, de condition. & demonstra. dum loquitur de conditione, si in Capitolio non ascenderit. Si igitur talis cautio praestanda est, dicitur prohibitio alienationis induci per pactum, merito debet valere l. ca lege, cum sua materia, C. de condit. ob causam.

Et si dicatur, quòd hoc modo plus poterit tacita prohibitio, quam expressa, contra rationem quam supra faciebam, respondetur, quòd non valet, neque operatur, ex eo, quòd testator taci-

tè videatur prohibuisse alienationem, sed ex eo, quia agimus de conditionalis dispositione, quae non impleta aliquo modo conditione, non potest sortiri effectum.

Videtur igitur concludendum, quòd imò legatarius de quo supra debeat haeredi cauere de non alienando. Et pro hoc benefacit l. is cui. infra de condi. & demonſt.

Nec tunc obstat l. Titio centum, in principio de conditionib. & demonstrationib. quia loquitur in modo, nos autem in conditione, † quae potentior est ad suspendendam dispositionem, quia conditionis implementum saltem legali dispositione debet praecedere per praedicta. Modus vero impletur post Barto. & alij in l. quibus diebus. §. Terminus, eodem titulo.

Sed contra istam conclusionem urget d.l. Mutiana, in fin. & l. mulier, in principio §. de conditio. institui. & l. 4. §. fina. eodem titulo. dum ista iura volunt in conditione negatiua non praestari cautionem Mutianam, si solus sit haeres, quasi tunc nullius interest sit conditionem impleri, & ideo non sit cui cauetur.

Hoc certè est difficile contrarium, pro quo remouendo, varij varia dicunt, vide Patruum, & dominum meum Socinum in d. l. is cui, qui post Imol. videtur firmare, quòd dicta l. is cui, non debet intelligi respectu venientium ab intestato, scilicet, quòd eis caueatur, sed tantum respectu institutorum, aut aliter venientium ex testamento, si adſunt, alias cautio de qua ibi non praestatur. Sed hoc videtur contra generalitatem illius l. vt ibi per Bartolum, qui contrarium tenet, vt per eum.

Ego alias pro resolutione considerabam, quòd aut implementum conditionis nullius commodum respicit, sed in aliquo facto extrinseco consistit, aut respicit commodum implere debetis & solius, prout dixi supra in prima gl. in secunda eius parte in fine, & ratio differentiae colligitur ex ibi dictis, ideo non refero.

Et si dicitur, quòd in dicta l. 4. §. fin. de conditionib. insit. (in qua dixi secundum membrum, modo positum exemplificari) conditionis implementum respicere videtur commodum illius serui non alienandi, vel vt dominum peiorem non patiat, iuxta dicta per Bart. supra in quinta oppositione, vel vt liber fiat in casum contrarentionis, quòd in dubio videtur l. generaliter §. si petitum, in fin. infra de fideicommissar. liberta.

Responderi potest, quòd ista procederent, quando testator expressè prohibuisset alienationem serui, in quo casu posset etiam considerari illius serui incommodum, vt dicto §. si petitum. Sed in dicto §. fina. testator non prohibuit alienationem serui, sed seruum non alienari, posuit in conditione institutionis, licet in de per quandam interpretationem capiatur quaedam voluntas testatoris, seu potius desiderium, ne ille alienetur.

Et praeterea in eo rex. nulla habetur consideratio commodi, aut incommodi ipsius serui, vt paulo ante dixi reprobandò intellectum Ias. & Crot.

107 Et sic ex dictis in d. gl. ad quae nunc me retuli, stat † conclusio, quòd vnus solus institutus sub conditione, si seruum non alienauerit, sic t haeres absque aliqua cautione, eo quòd implementum conditionis solum eius commodum respiciebat.

Et si hoc placeret tibi, etiam in legatario esset defensata conclusio, de qua §. videlicet quòd in exemplo §. posito illo conſequere tur legatum, nulla praestita cautione, cum implementum conditionis ipsius tantum commodum respiciat.

Ex pro tali conclusionè optimè faceret d.l. Titio centum, in principio. Attento quòd in vtroque casu agitur de praestanda cautione de implenda voluntate testatoris. Et ista conclusio esset pulchra, & facile disputando sustineretur. Verum si in legatario non probares, quòd in solo haerede dictum est, quasi quòd propter haeredem sit praestanda cautio per legatarium ex natura conditionis, tenenda est communis opinio, vt scilicet caueri teneatur. Et ratio sit, quia in dubio verba testatoris ad haeredem videtur relata, vt probatur in l. cum itrb hac. infra de condit. & demonstra. & Bart. dixit in simili supra in octaua oppositione. Nec ita tenendò obstat d.l. Titio centum, in principio, quia vt etiam supra dixi, loquitur in modo, & nos in conditione. Et licet in vtroque casu agatur de praestanda cautione &c. vt modo dicebam, tamen ibi agitur de cautione de implendo modo, in quo videtur magis considerari commodum, quòd inde oritur, & ideo si solum legatarium respiciat, non praestatur cautio, attento quòd ex eo non impeditur ab initio petitio legatarij, vt habetur in d. §. Terminus, & in l. i. C. de donati. quae sub modo. Non sic est in conditione, quae impedit petitionem legatarij, & in qua consideratur merum factum. Cogita super istis, quia pulchra sunt.

108 Nunc capio secundum casum, † quando scilicet prohibitio fit conditionaliter, puta, si Titius fiat Consul. Et tunc Alex. & Ias. qui proprie loquuntur in isto casu, concludunt valere prohibitionem, licet de alia causa non constet, quasi conditio expressa habeatur pro iusta causa per d.l. Titio, infra de verborum obligationib. Et tunc bene facit simile de stipulatione, adductum per Ias. sed d.l. 4. §. final. (vt etiam supra dixi) impertinenter allegatur, Mar. Soc. lun. Prima Pars.

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Filius fa. §. Diui.

& similiter Bal. ibi male allegatur per Ias. hic in r. notabili, quia Bald. solum dicit, quod valet prohibitio, quae emanat in forma conditionis, & sic loquitur respectu primi casus, de quo §. Sed quicquid sit de illo text. & de dicto Bal. ibi concludunt praedicti valere prohibitionem sub conditione factam, eo quod conditio habetur pro iusta causa.

Et hoc dictum considerans generaliter in qualibet dispositione dixit Pau. de Cast. singulariter in d. l. a. Titio, quod vidit Florētiam pluries iudicari, quod valet & seruanda sunt promissiones, quae saepissime sub certis euentibus fiunt, puta, si imperator venerit in Italiam, si in bello vinet, si talis fuerit Pontifex, vel quid simile. Quod tu nota & tenementi per le scomeffe, quae sepe fiunt.

Et pro conclusione Alex. Ias. & sequacium adde l. si quis cum debitore, in fi. s. de iureiur. quam allegat Ias. in d. l. a. Titio, dicens quod est melior text. de iure ad hoc probandum, ibi, est enim iusta conventio, si quaelibet causa in conditione iurifurandi deducta fuerit.

Sed considera, quia licet non reperiam in istis terminis contradictionem, tamen ista conclusio mihi non videtur vera, quia apud me nuda prohibitio, non magis valere debet sub conditio ne facta, quam si pure fieret, quod conditio enim sui natura nihil aliud facit, nisi quod suspendit dispositionem, cui adijcitur in sui futurum euentum, secundum quod ipsa diffinitur per glo. & Doct. j. de condit. & demonstr. in Rubr. Et quando postea impletur dispositio, dicitur purificata, perindeque habetur, ac si ab initio pure facta fuisset l. si. §. i. s. de vulg. & pup. & l. si a reo. §. sub diuersis, infra de fideiuss. cum concordantibus vt per Dec. in consil. 361. Plene & subtiliter, numero 7. Si igitur prohibitio pure facta simplex, & sine causa non valeret, non video quare deat validari per appositionem conditionis. Et licet conditio videatur causa prohibitionis, tamen hoc non sufficit, cum id solum pendeat ex voluntate prohibentis, qui conditionem apposuit, & sic dicitur causa in sola eius voluntate consistens. Sicut etiam pro causa consideratur voluntas eius, si pure prohibeat, & tamen illa non sufficit ad vali dandam prohibitionem, vt hic. Prater ea, magis declarando dico, quod prohibitio ante implementum conditionis nil operatur. I. cedere diem, infra de verborum signifi. & quia sic voluit prohibens apponere conditionem. Ea autem impletur idem dicendum est, quia prohibitio tunc habetur pro pure facta. Vnde si causa nulla subest, non video quomodo valere, & operari possit.

Et licet hanc conclusionem videatur tenere Crotus in primo notabili in vltima limitatione, tamen re vera non loquitur in his terminis, sed quando relinquitur sub conditione, si non alienauerit, vt patet ex fundamentis suis, & ex responsione, quam dat ad l. 4. §. si. & sic loquitur in casu praecedenti, & ibi ego tetigui & intellectum suum ad d. §. si. qui etiam fuit Ias. reprobaui. Sed sen ferit ipse quicquid velit, ego hac noua via ita tenendum puto.

Nec ita tenendo obstat d. l. a. Titio, quia responderi potest primo, quod ibi non dicitur, quod stipulatio est sine causa. Vnde debet praesupponi taliter facta, quod valeat, & sic cum causa, cuius semper sunt praesupponendi termini habiles. I. qui in testamento, in prin. supra de testam. & capit. primo, de aetate, & qua lit. libro sexto.

Vel secundo responderi potest, quod licet ibi videatur praesupponi, quod producat obligatio, tamen si postea agatur, si nulla subest causa, non negatur ibi posse opponi exceptionem doli.

Dicam ergo quod poterit opponi per d. l. §. circa, de except. doli. Est enim inspicendum tempus petitionis, vt d. §. circa, verif. & siue cum proponeretur &c.

Vel tertio dici potest (posito quod non obstat exceptio) quod illud ibi est, quia conditio fuit appolita per contrahentes, & sic vterque simul illam probauit pro causa. Nimirum ergo si postea debet eorum voluntas seruari l. sicur, C. de action. & oblig. Et vt inquit Aret. in d. l. a. Titio, videtur satis iusta causa, & interesse stipulatoris respiciens, quia dicitur satis lucrari, qui videt voluntatem suam impleri, iuxta gl. fi. in l. penult. §. de cond. ob. cautaz. At in casu nostro solus testator conditionem apposuit, & fatebor, quod dicitur causa prohibitionis, tamen quia talis causa non respicit iustam aliquam affectionem testatoris, nec in interesse alterius, quaz prohibiti, sed solum voluntatem prohibentis non debet valere.

Nam quilibet simplex prohibitio dicitur habere causam, si voluntatem testatoris, & inter esse prohibiti, & tamen seruari non debet, vt hic & §. saepius dictum fuit.

Non obstat d. l. si quis cum debitore, quia primo responderi potest, quod ibi agitur de pacto liberatorio, quod etiam nudum, & sine alia causa ex sola voluntate creditoris parit exceptionem pacti de non petendo, lege iurifurantium, §. igitur nuda, supra de pactis.

Vel secundo & melius responderetur, quod ille text. non intendit, quod quaelibet conditio sit iusta causa conventionis, sed dicit quod iusta est conventio, si causa quaelibet, scilicet de qua disputetur, deducatur in conditionem iurifurandi.

Nam propter sacramenti religionem sola veritas spectatur. Cogita super istis, ex quibus remanet conclusio §. Doct. quod prohibitio alienationis per se nuda, non ex eo seruari debet, quod sub conditione facta fuerit. Fateor tamen, quod si ex implemento conditionis, causa aliqua prohibitionis appareat, vel ostendatur persona, cuius contemplatione facta dicatur, valeret talis prohibitio. Puta, si tibi nascetur filius & viuat, prohibeo, & vel quid simile.

Nono & vltimo fallit regula §. posita fm Cumanum, & Ias. in l. 2. nu. 67. hic, quando simplici prohibitioni adderetur poena. Puta, & si alienauerit, incidet in talem poenam tunc. n. secundum praedictos valeret quo ad poenam, prout est doct. Bal. in l. quoties ab omnibus, C. de fideicomm. Quae opinio secundum Crotum hic procedit, quod poena erat circa ipsam rem alienari prohibitam. Puta, si in casum contrauentionis in alterum transferatur.

Sed si poena sit extra rem, puta, prohibeo alienari sub poena decem aureorum, dicit Crot. quod non valet.

Mouetur primo, quia cum simplex prohibitio tanquam nuda sit ipso iure nulla, non debet propter eius inobseruantiam posse peti poena, argumento l. stipulatio hoc modo concepta, infra de verborum obligat.

Secundo, quia cum sit nullius momenti, vt hic dicitur, non debet fomentum sumere a poena vt accessoria. In nuda, C. de contrah. & comam. stipul. vt per eum.

Pro quo facit lex pupillari, §. de vulg. & pupill.

Et hoc videtur velle etiam Ias. hic in septima & octaua limitatione, si recte aduertatur, eo quia non reperitur persona, cui talis poena sit soluenda, tamen si Crot. hoc teneat, etiam si certae personae applicetur, vt per eum.

Subdit etiam Ias. in octaua fallētia, quod si testator post prohibitionem priuēt prohibitionem contrauentientem, non valet talis prohibitio, etiam cum tali priuatione, ex quo testator nulli se illam applicauit. Et ita consulti Ang. in consil. 154. Andreas Petri &c. Quod nota, quia frequenter contingere potest. Dicit tamen, vt ex §. dicendis patebit. Mihi breuiter videtur, quod in mobili simplici, & nude prohibitioni poena apponatur etiam extra rem, quod valeat, & seruanda sit respectu poenae, hoc est, quod contrafaciens debet incidere in poenam, prout de hoc videtur tex. quem Ias. legat in §. poenae nomine, In fine, contra quem videtur loqui Crot. Facit etiam quod in simili dicitur in §. alteri, In fine, de in iur. stip. & in l. stipulatio ista §. alteri, infra de verborum oblig.

Non obstat allegata in contrarium. Nam ad primam respon detur quod argumentum procedit, quando lex resistit actui, puta, quia sit contra bonos mores, & in his terminis loquitur d. l. stipulatio hoc modo concepta, vt ibi clare dicitur.

In casu autem isto lex non resistit, licet non assistat, & ex non assistentia legis non impeditur validitas penalis promissionis, quia tunc actus non dicitur contra, sed praeter legem, vt d. §. alteri, & ibi gl. Bar. & alij tradunt.

Nec obstat, quod hic dicitur, quod prohibitio sit nullius momenti, quia ex hoc non sequitur, quod sit contra legem, vel quod ei lex resistat.

Nam in d. §. alteri, dicitur nemo potest, quae verba negant omnium potentiam, vt traditur in c. 1. de regulis iuris, lib. 6. & in l. 1. in prin. vbi dixi in r. notabili §. de verborum oblig. & tamen adiectio poenae in casu illo valet, vt ibi dicitur.

Ad secundum responderetur, quod nihil facit, quia non dicimus quod prohibitio sumat robur ab accessorio, & sic a promissione poenae, quia fateor, quod prohibitio per se considerata non valet licet sit appolita poena, sed quod poena debetur, si contra fiat, & ita eueniat quod metu poenae prohibitus fortasse non conuenerit. Ad quod in simili facit l. 1. C. de arb.

Ad id autem quod sentit Ias. responderetur in primis, quod Crotus §. quem ego loquor tenet suam opinionem, etiam quod poenae contra personam applicetur (vt supra dixi) & sic in hoc est contra Iasonem. Quando autem non designatur persona, cui poena applicetur, in quo casu loquitur Ias. considerabam posse distinguere. Nam aut prohibetur legatarius, aut haeres. Primo casu dicam, poenas applicari dari heredi, licet testator non dixerit, argumento eorum, quae dixit Bar. supra in §. opp. Pro quo facit d. l. cum sub hac, infra de cond. & demonstr. Et hoc rationi congruum videtur, cum haeres repraesentet ipsum testatorem, & eadem persona eum ipso videtur. Authen. de iurifuram. a. morti §. praest. in prin. Sic igitur eo casu valebit adiectio poenae, licet per testatorem nulli fuerit expresse applicata.

Secundo casu, aut haeres prohibitus habet coheredem, & simili ter valebit, quia dicemus, poenam coheredi applicandam, arg. d. l. §. si. supra de condit. in h. & l. Mutiane, ad finem, infra de cond. & demonstr.

Aut est solus haeres, & tunc potest teneri op. Ias. vt sic nec adiectio poenae eo casu valeat, cum non sit considerabile, cui sit applicanda. Nec fit dicitur quod applicetur fisco, quia illud esset uerum in poena ex delicto & per legem imposita, sed poena conuentionalis venit applicanda parti, vt per Bar. & Pau. de Cast. in l. non im-

possibi-

possibile, supra de pactis. Vnde cum isto casu non sit aliqua pars cui applicetur, non valebit. Hoc tamen limitare nisi poena sit in priuatione totius hereditatis, quia tunc dici potest, quod vocabuntur ab intestato, quasi eis voluerit testator relinquere priuando instituti, nec alteri applicando, uti decedere volens intestatus, iuxta l. conficiuntur, in prin. s. tit. proximo. Cogita super istis.

Sequitur nunc gl. in verb. Nam si hæredis, quæ licet communiter in tres partes diuidatur prout secundum doctores tripliciter declarat. secunda ibi, vel e contra, tertia ibi, Tu dic. Mihi tamen videtur, quod habeat quatuor partes & quarta sit ibi, vel sub audi & c. vbi ponitur quarta declaratio separata a tertia, ut per te intelliges. & ista quarta declaratio ita potest defendi, sicut tertia, quam Bar. & alij communiter sequuntur. Hanc glo. reasumit Bar. in versu. venio ad vltimam partem. Ex cuius dictis vñ que ad versiculum. Sed oppono, quod etiam alienatio & c. collige (alij dimissis) duas conclusiones.

116 † Prima est, quod hæres iure antiquo tenebatur omnibus creditoribus hæreditariis satisfacere, et quod vires hæreditatis nõ sufficerent, p. tex. clarum in l. quæ dotis, s. soluto matrimonio. Ad quod est et tex. vltra Bar. in l. more, secundo responsio, s. de acqui. here. Et ratio est, quia hæres sibi debebat imputare, qui adire voluit, cum posset repudiare. Hoc tñ intellige tantum respectu creditorum testatoris, non autem respectu honoratorum ab eo in testamento, ut sunt legatarij, vel fideicommissarij, etenim illis nõ tenebatur hæres vltra vires hæreditarias. In ratione, s. quod vulgo, ad l. falc. & l. i. s. si his qui, ad Trebel. cum similibus.

Secunda est conclusio, quam ponit Bart. reprobandam secundum lecturam glo. quod testator non potest prohibere alienare rem hæredis, per leg. si inquilinos, s. primo, supra eodem, per l. hæres seruum proprium, infra qui & a quibus, & per l. si hæredis seruus, supra eodem, ut per eum.

Sed aduerte, quia d. l. hæres seruum, videtur de directo probare contrarium, dum dicit, quod hæres manumittendõ nihil egit, quæ verba ostendunt nullitatem actus. Et sic videtur quod immo prohibitio alienationis, virtualiter comprehensa in legato, valuerit & seruari debeat. Et in hoc ille tex. videtur de directo contrarius. d. l. si inquilinos. s. 1.

Quare glo. ibi. communiter approbata, pro resolutione contrarietatis intelligit, nihil agi, quod ad annullandam totaliter dispositionem testatoris, quia vere non annullatur.

Nam licet valeat manumissio, & sic seruum liber fiat, tamen legatario tenebitur hæres ad æstimationem serui, vt d. s. 1. Cum hac conclusione Bar. transeunt Doctores. Et ratio est secundum

118 Cumanum, & alios, quod licet testator possit legare, ita rem hæredis, sicut propriam, s. non solum. Insti. eodem titulo. & l. vnum ex familia. s. si rem, infra titulo primo. non tamen rei heredis legatæ transit dominium recta via in legatarium, vt d. l. si hæredis seruus, cum sua glo. & diximus supra eod. in l. 1. Vnde cum hæres remaneat dominus, non potest per testatorem impediri alienatio: cogitur tamen hæres, qui alienauit, redimere, vel iustæ æstimationem prestare. Hanc rationem reprobat Cro. quia si fit prohibitio alienationis extra familiam, si prohibitus vult alienare, reperitur tunc dominus, & tamen alienare non poterit, & alienatio esset inualida, vt per eum.

Sed parcat mihi, istud nihil est, quia castus sunt valde diuersi. Nam ibi testator erat dominus, quando legem illam prohibitio nis imposuit, & ideo valet talis prohibitio: quia quilibet rei suæ, quam in alium transfert, potest quamcumque legem voluerit imponere, l. legem. C. de pact. & semper fuit hæredis, & ideo testator tali rei legem non imponit, licet hæredem iure legati gravare possit.

Sed contra conclusionem Bar. & communem vñ bonus tex. in l. si quis ita sic legatus, s. quod constitutum, j. de manumissis testam. ibi, qui fuerunt testatoris, vel hæredis, quæ tex. secundum Ias. & Clau. allegabat Cuman. licet Cro. videat sibi ascribere. Ias. alias tuendo conclusionem Bar. respondebat duobus modis.

Primo, quod ille tex. debet intelligi respectu æstimationis scdm d. l. si inquilinos. s. primo. Sed hoc ipsemet postea reprobat, & bene, quia in eo tex. nõ cadit consideratio æstimationis, vt per eum.

Secundo respondebat, quod ibi sumus in expressa prohibitione, arg. l. si inquilinos. s. 1. loquitur in tacita, vt per eum. Sed licet hæc sint in se vera, ex hoc tamen (ni fallor) non saluatur Bar. qui intendit loqui etiam in expressa prohibitione.

Vnde Ias. in secunda lectura mutauit opinionem, & tenuit contra Bar. per d. s. quod constitutum, concludendo quod immo testator prohibendo rem hæredis alienari, ita impediatur translatio nem dominij, sicut in re propria, quod etiam firmat Cro. per eundem tex.

Pro qua opin. secundo loco allegat Ias. doctrinam Bar. in l. nemo potest, prima columna, supra eodem, dum Bar. concludit, quod ita possit testator de re hæredis disponere, sicut de re sua, per d. l. si vnum ex familia. s. si rem.

120 Item & tertio mouetur Ias. quia testator potest facere, quod res

hæredis sint tacite obligata, sicut obligantur res suæ, secundum Cyn. Bald. & Ang. in l. assiduis. C. qui pot. ita ergo & in casu nostro dicendum est vt per eum.

Sed ad ista duo facile responderi potest. Nam ad primum dico quod procedit respectu effectus & validitatis legati, non autem quo ad transferendum dominium, vt constat ex supra dictis. Et sic etiam nec quo ad impediendam translationem dominij.

Ad secundum potest primo pro responsione negari opinio in contrarium allegata, quia contra eam transeunt Imo. & Paul. de Cast. in d. l. si heredis seruus. Et satis videtur probabilis eorũ opinio: cum res mea per alium obligari regulariter non possit. l. 2. C. si res alien. pignor. data sit, cum similibus. Et traditur in l. secunda. & in l. rem alienam, supra de pigno. actio. Vel secundo posito quod opinio Cyn. sit vera, respondetur, quod tunc consideratur solum effectus, vt. s. pro legatis satisfiat. Et respectu effectus etiã nos in casu nostro fatemur valere prohibitionem, quia debetur æstimatio eis, quorum contemplatione facta erat talis prohibitio, vt supra dictum est.

Sic igitur contra Bar. remanet tantum d. s. quod constitutum, qui multum vrgere videtur. Et dicit hic Claud. se non videre quomodo possit bene responderi.

Et pro ista opinione contra Bar. mihi videtur vrgere etiã dict. l. hæres seruum proprium, infra qui & a quibus. ibi nihil egit, quæ verba sui natura, vt etiam supra dicebam, important actus, qui geritur, nullitatem. l. prima. s. 1. de stip. seruo. & dict. l. 2. supra de pignor. acti. Si tamen vis tueri conclusionem Barto. declaratam vt supra, responderi potest primo ad d. s. quod constitutum, prout dicebat Clau. ibi esse speciale, quia si libertas semel data, dicitur irreuocabilis. l. si ex causa. s. fin. supra de minor. facit s. semel; Insti. qui & ex quib. cau. manumit. non pos. quasi dicat, cum tunc certum sit voluntate testantis, seruata manumissione, locum habere non posse, lex voluit ab initio resistere: secus est in alia alienatione, in qua non cadit illa irreuocabilitas. Et ita videtur de intentione glo. in versu. causam, prope fin. in l. ea quidem. C. si m. ci. ita fuer. aliena.

122 Ego testator considerabam aliter posse responderi, seu declarari specialitatem d. s. quod constitutum, videlicet, quia cum serui solent prohiberi manumitti in eorum odium & penam, nec beneficio libertatis fruuntur ob eorum male merita. l. secunda. C. qui non poss. ad liber. perue. & l. seruus hac lege, j. de manumit. Et hoc per indirectum sortiri effectum non possit, quia non cadit tunc consideratio æstimationis vt per Ias. lex statuit ab initio manumissionem non valere, vt impleatur voluntas testatoris. At quando simpliciter res hæredis prohibetur alienari contemplatione alicuius, saltem per indirectum, voluntas testantis potest seruari, s. per solutionem æstimationis, ideo lex tunc non impedit translationem dominij. Suadetur iste intellectus ad d. s. quod constitutum, ex eo quod ibi in fine dicitur, quod illud seruo alie no irrogari non potest, cum irrogatio dici solet, quod in poenã s. sed & quod principi. versu. plane, Insti. de iure natur. Et licet nõ diffitear, hoc euitari posse, tamen non parum adiuuat prædictum intellectum. Et si dicatur quod immo etiam in tali casu potest seruus ille, etiam factus liber, per indirectum puniri, dicendo quod ipse prestare debeat sui æstimationem. Respondetur, quod hoc iure cautum non reperitur, nec videtur considerabile, quoniam non inuenio cui solueret. Nam sibi ipsi nequaquam, cum sibi ipsi debeat aut soluat. Hæredi autem non, cum ipse contrafecerit voluntati testantis sponte manumittendo.

Præterea cum sic manumissum teneri ad æstimationem sui ipsius, non esset aliquo modo implere voluntatem testantis, qui voluit illum remanere in seruitute ad onus & poenam eius, non in fauorem hæredis.

123 Secundo testator non obstat d. l. hæres seruum proprium, ponderata vt s. Quoniam inuitis dentibus oportet fateri, vt debeat intelligi solum respectu æstimationis, alias ex diametro vt aiunt, pugnat.

124 ret cum d. l. si inquilinos. s. 1. testator est enim faciendi iurium concordia eo meliori modo, quo potest, l. 1. C. de inoffi. dor. & c. cum expediat, de elect. lib. 6. Et adeo vt dixit Bar. in l. ita stipulatus; la grande, j. de verborum obligat. mihi col. 16. quod licita est diuinitio pro tollenda contrarietate. Sic itaque verba illa nihil egit, in ea non importabunt omnimodam nullitatem, sic etiam in simili capiuntur in l. pen. in fi. C. de his quib. ut indig. & dixi aliquid in rubr. s. eod. in 6. col. loquendo de intellectu l. penul. in fi. ibi, nihil esse actum creditur & c.

Vel potest secundo responderi, quod verba illa respiciunt intentionem hæredis, qui per talem manumissionem allegabat se liberatum a legato illius serui, saltem quando ignorans manumississet. Dico enim quod quo ad hoc nihil egit, cum remaneat obligatus ad æstimationem, ut d. l. si inquilinos. s. 1. & sic illa iura ad concordiam reducuntur. Cogitabis super prædictis, quæ dicta sint pro tutela communis opinionis, a qua iudicando non est in dubio recedendum.

Considerabam tamen vterius quod disputando, multum Mar. Soc. Iun. Prima Pars. Z 4 proba-

D. Maria. Soc. Iun. in l. Filius fa. §. Diui.

probabiliter potest defendi contraria opinio. Et sic quod possit firmari ista conclusio, quod testator prohibens rem heredis alienari ex probabili causa, ita impedit translationem dominij, si contra fiat, sicut fecisset in re propria, per d. §. quod constitutum. Et ultra etiam mouebatur, quia heres, cuius res prohibita est alienari, adeundo hereditatem, videtur approbare testatoris voluntatem, & sic illam prohibitionem, l. sicuti, infra de conditio. & demost. Et ita approbando, dicitur volutarie sibi illud onus imposuisse, & ad illius obseruantiam tenetur, ne alias circumueniatur testatoris dispositio, vt d. l. si cui.

Ad quod etiam facit l. Imperator. §. si ceterum, infra titu. primo, 125 Immo et adeundo dicitur quasi contrahere cum illis quorum contemplatione facta erat prohibitio, veluti fideicommissarijs in testamento vocatis iuxta verba istius text. per regulam leg. ex maleficijs. §. heres, §. de act. & obligation. §. heres, Institui. de oblig. quae ex quasi contr. & l. apud Iulianum, §. fina. §. quib. ex caus. in pos. eat.

Et ita tenendo non obstat d. l. si inquilinos. §. i. cum quo concordat d. §. si res legata, Insti. eodem. Quia primo responderi potest, quod ibi non erat facta per testatorem aliqua prohibitio, nimirum ergo si non impeditur translatio dominij iuxta glo. in l. cum patre, §. libertis, infra tit. primo, & dixit Bar. supra in se prima oppositio. & ista responsio alias placuit, & videtur multum quadrare tenendo communiter dicta per Bart. & alios in d. septima oppositio. Sed quia ibi in tertia conclusione ego aliter sum loquutus, de hac solutione dubito per ea, quae ibi dixi. Et contra eam videtur l. fin. §. sed quia nostra. C. communia de lega. dum ibi dicitur, quod in puris legatis, vel fideicommissis lex expresse prohibet alienationem, quo dato deberet impediri translatio dominij, sicut impeditur per prohibitionem testatoris, vel etiam partium, vt dictum fuit supra in sexto notabili. Quare pro resolutione difficultatis secundo dici potest distinguendo, quod aut testator prohibuit manumitti, & tunc non obstante favore libertatis, dicendum est, quod nullo modo poterit haeres manumittere, et sic impediatur datio libertatis, per d. §. quod constitutum, vbi de hoc est casus. Et ratio est, quia tales prohibitiones solent fieri in poenam seruorum ob aliqua eorum demerita, vt dixi supra, dum tenendo communem opinionem respondebam ad illum text. Et hinc infero quod si constaret, prohibitionem talem esse factam gratia ipsius heredis, poterit ipse manumittere, si fitalis, qui suo favori renunciare possit, per ea, quae diximus supra in tertia oppositio. Bar.

Aut testator non manumittit, sed alienari prohibuit saltem tacite cum legando. Et tunc, aut haeres, sic prohibitus, manumittit, vel donat, & donatarius manumittit, & tunc potest dici quod favore libertatis debet conseruari manumissio, & sic ille liber permanebit, sed haeres tenebitur ad estimationem, per d. l. si inquilinos. §. i. vbi de hoc videtur casus. Nam si recte intuearis, consideratur, & optima ratio ibi praesupponitur, quod donatarius manumittit, quasi in eo fundatur illa decisio, alioquin frustra fieret illa narratio facti, quod non est de more Iurisperitorum, cum enim tunc concurrat libertas a vero domino praestita cum legatario, attento quod legatario vel fideicommissario potest cum estimatione serui satisfieri, favore libertatis statuatur, vt illa praevalet, arg. l. generaliter. §. si quis seruo pignorado, supra de fideicommissi liber. Aut haeres prohibitus simpliciter, alienat nec recipiens manumittit, vel non est seruus, sed alia res, puta fundus, & tunc teneri potest, quod non fiat translatio dominij, sed retractabitur alienatio, vt de facto facta, per eum cuius respectu facta fuit prohibitio, per allegata supra pro ista parte. Quibus bene consideratis & instantibus veris, sequitur quod validitas prohibitionis non fundatur praecise in eo quod prohibens habeat dominium rei, sed in eo, quia voluntas testatoris, si fieri potest, debet pro lege seruari. §. disponat, in Auth. de nupti. Eo addito quod per haeridem, qui est dominus, dicitur talis voluntas acceptata, dum adit, per d. l. si cui, la secunda, de cond. & demon. & alia supra allegata.

126 ta. Ex quibus infero quod idem dici poterit in re legatarij. Puta, lego tibi centum, & prohibeo ne talem domum alienes extra familiam tuam, si enim legatarius agnoscat legatum, tale onus sibi iniungit, & ita seruabitur talis prohibitio, etiam ad impediendam translationem dominij sicuti de re heredis dictum est. Plus etiam dicerem, si lego tibi centum, vt emas fundum, quem alienari prohibeo, vt supra valebit & seruanda erit prohibitio, et tu debes cauere de emendo. Et ad hoc recte influenti bene facit l. Titio centum, in prin. de cond. & demonst. Haec notabis quia pulchra sunt, & multum probabilia. Et si dicitur, quod tunc prohibitio videtur habere fundamentum a quasi contractu, & propter quoddam pactum saltem tacitum factum mediante acceptatione hereditatis vel legari, & ideo non debet impediri translatio dominij, per ea quae dicuntur §. in quarta quaestione, per quam viam vbi posse defendi communis opinio maxime in vltimo casu per me considerato, per ea quae dixi §. in quarta oppositio. Videtur posse replicari, quod cum prohibitio expresse facta fuerit in testamento, debet dici prohibitio testamentaria, &

127 ideo debet impedire translationem dominij, cum et semper forte principium, & causa originaria attendi, & considerari, l. i. C. de impon. lucrat. descript. lib. x. & l. qui id quod, §. de donat. cum similibus. Et circa illum vltimum casum potest dici, quod dicta in quarta oppositio procedunt, quando testator vere non prohibuerat alienari, sed praestatur illa cautio pro interesse heredis, vt loquitur l. §. si quis ita, de adm. leg. sed in casu illo vltimo praesuppono expressam prohibitionem testatoris. Et ideo forte tunc non erit cauendum de non alienando, sed solum de emendo, cum ad impediendam alienationem satis videatur expressa prohibitio testatoris. Cogita super istis.

Glo. si. habet quatuor partes. In prima declarat text. in ver. fideicommissarij, cui adde vel illi, qui post mortem prohibiti ex voluntate testantis sunt admittendi, & quorum contemplatione prohibitio facta fuit, de quo dixi supra i. gl. super verb. respectu.

In secunda ibi, & dic communem & c. declarat text. in illis verbis vt per eam. Tu aduerte, quia licet dictum glo. in se sit verum, & etiam cum ea transeant Doct. mihi tamen non videtur ex merito Iurisperiti. Nam intentio eius est loqui de communi fortuna cum eo, de quo iam loquutus est, & de legatariis nihil supra est dictum. Ideo dicerem cum haerede, vt quemadmodum haeres si a testatore honoratus, si vrgeat res alienum, nihil retinebit, & in specie res prohibita alienari, cogitur dimittere, quas tamen donec viuebat, erat retenturus, sic etiam cum eo commune fortunam sequentes isti fideicommissarij priuabuntur, eo quod per testatorem dicebantur honorari. Et quidem in totum, vel in parte secundum quod res alienum testatoris exposcit, hoc semper praesintellecto, quod ei aliunde satisfieri non possit. l. pater filium. §. idem quae sit, §. ti. 2. In tertia parte ibi, sed videtur quod mortuo, gl. opponit, et soluit duobus modis. Quam oppositionem reasumit Bar. & ex dictis eius & gl. ceteris dimissis, facias duas conclusiones.

128 Prima est, quod alienatio rei prohibita facta per alieno testatoris perpetuo conseruatur, & ita procedit iste text. cum similibus.

129 Secunda conclusio est, quod si fiat propter res alienum heredis, durabit tantum eo viuente, eo autem mortuo pertinebit ad fideicommissarios, de quibus hic. Et ista procedit l. peto, §. praedium §. tit. i. de quo gl. & Bar. opponunt. Et ista solutio sicut est vera, ita etiam ab omnibus approbatur. Et ratio secundae conclusionis est, quia cum per mortem heredis resoluitur ius eius, & sic datoris, dicitur resolui etiam ius acceptoriarum, l. lex veltigali, §. de pignor. & l. si quis domum §. huic, §. locati. Quae ratio procedit etiam quod prohibitio fuisset pura, nam & tunc resoluitur ius alienantis, nisi per mortem, quando alienatio fuit necessaria, quia per talem necessitatem excusatur haeres, argu. cap. quod non est licitum, de reg. iur. in antiquis, vbi alias voluntarie alienando, statim ius eius esset resolutum, & alienatio per fideicommissarios istos posset retractari, vt d. §. praedium, a contrario sensu. Et ibi recte intuenti probatur ista declaratio.

Haec secunda conclusio in eo, quod habet, vt emptor tenere possit in vita prohibiti, ampliatur, vel heredis eius, si talis sit ad quem bona illa post mortem prohibiti erant ex ordine testatoris peruentura seu peruenire poterant, prout egregie declarat Pau. de Cast. in d. §. praedium, per quem videbis exempla, super quo cogitabis, quia pro nunc aliter non discutiam. In quarta, & vltima parte, ibi, & facit ad §. istum gloss. allegat iura concordantia ad totum text. Nam ad primam, & secundam partem, & sic ad materiam prohibita alienationis faciunt omnia iura allegata in glo. praeter l. debitorem, C. de pigno. & l. i. & secunda, C. de bit. vend. pigno. impedi. non poss. quae faciunt ad vltimam partem, scilicet quod creditoribus per testatorem praedudicari non potest.

Expeditis glossibus & oppositionibus Bar. venio ad eius quaestiones, in quibus vertabit maxima utilitas. Et capiēdo primam quaestione, §. vtrum sicut dare remedium, vt possit alienari res, quae valde prohibetur alienari? Ex dictis Bar. collige tres conclusiones.

130 Prima est, quod prohibitio alienationis etiam valide facta, non impedit vendicationem rei alienari prohibita, quinimmo per vendicationem prohibitioni praedudicatur. Et hoc est clarissimum. Ratio est, quia vendicatio arguit vendicantem esse dominum, vt l. in rem, in prin. supra de rei vedit. vnde ei in suo dominio praedudicari non potuit per prohibitionem alienationis. Hoc tamen secundum Bart. procedit, nisi vendicatio probetur fraudulenta, & per collusionem facta prout in simili dicit glo. fin. in l. si suspetus, in prin. §. de inoff. testa. Et ex his colligitur primum remedium, vt res prohibita possit alienari, vt per Barto. Et licet Iacobi dicit, quod Barto. effectualiter impugnat istud remedium, tamen mihi hoc non videtur verum, sed solum dicit Barto. quod si constaret de collusionem, non noceret illi cuius respectu facta fuerat prohibitio. Sed vbi talis collusio vel fraus non detegatur, remanet firimum remedium Barto. Et ita tenendum est, loquor in foro ciuili, Fateor enim quod non parum peccabit, qui sic colludet.

Secunda est conclusio Bart. per quam ipse limitat hoc primum remedium, quod vendicatio non praedudicabit his quorum contemplatione facta erat prohibitio, nisi fuerint citati, qui ergo per remedium

remedium Bart. volunt rem prohibitam alienari in alium transferre, faciunt citari eos, quorum contemplatione facta fuit prohibitio, alioquin eis non præiudicabitur secundum Bar. licet dubitatur per verbum forsitan loquatur. Sic ergo secundum eum, 132 aliquoties tamen latius loquendo, stat conclusio, quod in iudicio nedum citari debet, qui principaliter læditur, & interesse præ tendit de præsentibus, sed etiam, qui in consequentiam, & post ali quod tempus, aliis ei non noceret.

Ista opinio secundum Alexā. maximam habet æquitatem, & propterea bene facit ultra allegata per Bart. in l. in diem, in prin. & in fin. de aqua plu. arcen. Facit etiam optime l. nam ita diuus & quod ibi not. Bart. supra de adopt.

Sed contrarium in hoc tenent hic Ang. Cuma. Imo. Alex. & magis communiter alij, vt per Moder. Concludunt enim illos quorum respectu facta fuit prohibitio, non esse necessario citandos, quod etiam videtur velle Barto. sibi contrarius in d. l. in diem, lo quens de substituto. Et fundatur ista opinio.

Primo, quia in iudicio solum videtur citandus is, in quæ principaliter dirigitur, & qui principaliter ex eo lædi potest, iuxta sin gularem illam glo. & communiter approbatam in l. de vnoquo que, supra de re iudica. Vnde cum isti, quorum respectu, &c. non sint tales, videtur quod non sint citandi.

133 Secundo facit, quod quia in iudicio agitato contra hæredem, le gatarij, vel fideicommissarij non sunt citandi, licet per se compa rentes de collusionione suspicantes, sint audiendi, vt l. si suspecta, in prin. supra de inoff. testa. Sed isti quorum respectu facta est pro hibitio dicuntur fideicommissarij, vt hic, ergo &c. Stringe fortius, quia illa text. loquitur in legatarij etiam puris, & quib. ius de præsentibus competebat, nos vero tantum in his, qui de futuro sperant, vnde si illi non sunt citandi, minus isti.

134 Tertio facit l. si patroni. §. fin. infra ad Trebellian. quod vbi secū dum vnum intellectum, in iudicio agitato contra institutum, nõ citatur substitutus per fideicommissum, licet in eo lædi possit, & de quolibet substituto probatur in l. i. §. pen. supra de ventre in spicien. non videtur ergo bona consequentia, lædi quis aliquo modo potest, ergo debet citari. Sicut in simili procurator non ca uet, creditores domini habitos ratum licet lædi possint, vt l. non solum. §. queritur, supra de procur. quam allegat hic Claud. De mum pro ista opinione facit l. ex contractu. inf. de re iudica. quæ secundum Ias. est melior de iure ad hoc probandum. Nam ibi sententia lata contra institutum mandatur executioni cõtra sub stitutum. Ias. hic in secunda lectione foederis distinctionis in effe ctu concordat opinionem. Nam aut queritur vtrum sit facienda talis citatio pro validitate actus, & moti iudicij, & dicendum est, quod non. Et ita procedant, quæ proxime allegata sunt contra Bart. valebit enim iudicium, & sententia, quia agitatum fuit cum legitimis personis. Et ita procedat quod dixit Bar. in d. l. in diem.

Aut queritur vtrum sententia in eo iudicio lata noceat substi tutis vel fideicommissarijs, de quibus hic agitur, & similibus, & dicendum est, quod non nocebit per allegata supra per prima opinionem. Est enim regula, quod res inter alios acta alijs non oblit. l. sepe, in prin. infra de re iudica. quam allegat Barto. Dixit enim quod talis sententia forsitan non præiudicaret. Et hanc distinctionem posuit Alex. in l. de vnoquoque, in vltima fallentia, infra de re iudica. & alibi etiam, & alij plures in diuersis locis, se cundum quod allegat Ias.

135 Nec tunc huic secundo membro obstat d. l. ex contractu, vltimo loco allegata (alia enim procedunt secundum primum membrum) quoniam (omissa responsione Alex. tanquam diuina) respondet Ias. quod ille text. loquitur in substituto, qui teneatur approbare gesta per hæredem, cum ab eodem testato re sint vocati, nisi culpa hæredis adfuerit, non sic in casu nostro, ut per eum.

Considera tu, quia non videtur hoc securum. Nam idem videtur dicendum in casu isto, vt scilicet isti fideicommissarij debeant approbare gesta per hæredem, non per fraudem, cum & ipsi ab eodem testatore vocentur.

Et contra istam solutionem Ias. videtur d. l. si patroni. §. fin. ad Trebel. ubi fideicommissario præiudicatur per sententiam latam contra hæredem: & nota rationem, quia scilicet per talem sententiam fideicommissum indebitum constituitur. Dico enim quod illa ratio etiam in casu nostro consideratur. Nam si hæres condemnatur in iudicio reali restituere rem prohibitam alienari, vel alienam, constituitur indebitum fideicommissum, contentus in prohibitione alienationis, cum de re aliena facta fuisset prohibitio. Carol. Ruin. respondebat aliter, dicendo illud ibi esse, quia ius substitutionis erat extinctum per aditionem instituti. l. post aditam. C. de impube. & alij. substitui merito ergo non fuit citandus substitutus, vt per eum. Ista solutio satis applaudet. De ea tamen dubito, quia potest dici, quod immo adhuc substitutus habebat ius aliquod in spe, eo quia hæres minor poterat in inte. restitui prout proprie euenit. Et licet Ruin. dicat hoc non esse in consideratione per l. 4. §. i. infra de fideicommiss. liber. tamen ne-

gari non potest, quin ius aliquod haberet substitutus, saltem in spe, & tamen ei præiudicatur, licet non fuerit citatus. Et ad d. §. i. postet responderi, quod procedit specialiter fauore liberatis. Sed quicquid sit circa d. l. ex contractu, videtur posse teneri, quod in casu nostro præiudicetur, etiam quod non fuerint citati, prout videtur magis communis opinio. Pro qua pondero tex. nostrum ibi, fideicommissarij quoque fortunam communem sequuntur. Nam in casu istius tex. ponitur, quod eis præiudicaretur, & tamen, quod citentur, nihil hic legitur. Et bene facit etiam d. l. si patroni. §. fin. ut supra inducebam.

136 Et ita teneo, non obstat d. l. in diem, & minus l. in conce dendo, ibi præcedens allegata hic per Bar. Quoniam potest primo dici, quod illa iura procedunt, nisi quis succederet in ius alte rius, ad quod de præsentibus spem habebat. Nā tunc videtur quod ita succedens, teneatur stare his, quæ iuridice per illum, cui suc cessit gesta fuerunt, per ea, quæ supra deducta fuerunt, procedunt ergo illa iura respectu iuris, quod quis habet de præsentibus, vel quod est habiturus, aliter quā in ius alterius succedendo. Vel secundo & melius dici potest secundum Bar. in d. l. in diem, quod illa iura lo quuntur in contractibus, in quibus ignorant præiudicium infer ri non potest, vt ibi. Non enim ius nostrum sine facto nostro per dere debemus, l. id quod nostrum est, infra de reg. iur. Secus videtur in actu iudiciali, qui redditur in inuitum, l. inter stipulan tem. §. si Stichum, infra de verb. obli. & ita voluit ibi Bar. qui pro hoc allegat hunc §. Diuis, in fin. Præterea dico, & hoc nota, quia (ni fallor) tollit ois difficultas, quod in dictis iuribus nõ requiritur cita tio, sed voluntas seu consensus, & contraditio personarum, de quib. ibi, impediret. Nos aut agimus nõ de voluntate, sed de citatione. Et vbi teneremus illā requiri, nõ propterea attenderetur citato rum voluntas, aut contraditio, nisi esset in iure bene fundata.

Non obstat etiam d. l. nam ita diuus, quia potest primo dici, quod id est, quia cum in adoptione requiratur causæ cognitio, ut l. si paterfam. §. in arrogationibus, cum sequenti. §. §. & l. in cod. titu. etiam in confirmatione eius, quæ erat inualida, debet interuenire, ne cui fiat præiudicium: merito illi sunt vocandi, qui quoquo modo læderentur ex confirmatione adoptionis, sicut etiam deberent in ipsa adoptione vocari. Et lex eo casu specialiter voluit habere respectum ad omnes, qui lædi possent, ne in potestate cu inique esset, ita per talem adoptionem alijs obesse, cum illa per se sit iurisdictionis voluntaria.

Vel secundo potest dici, quod loquitur de his, quorum cõsen sus requiritur, puta, cum adoptatur quis in locum nepotis ex tali filio, ut l. cum nepos, eodem titulo, & ita videtur declarare glo. in d. l. nam & ita diuus, quæ etiam ponit exemplum in tuto re & curatore, vt per eum.

Ad regulam, res inter alios, &c. responderi potest primo, vt primo loco respondi ad d. l. in diem.

Vel secundo dici potest, quod præiudicatur, et non citatis, non tñ ita, vt remedium nullum habeant. Nam eis datur remedium ap pellandi, secundum quod infra dicam in secunda limitatione. Et per eisdem modis responderi potest, ad illud, quod de feudo dixit hic Ale. & etiam ad multa similia, quæ in contrarij deduci possent.

Hæc autem conclusio, vt scilicet fideicommissarius, de quibus 137 in tex. nostro præiudicium inferatur, etiam non citatis, tñ limitatur primo, respectu citationis particulariter de eis faciende: de bent tamen generaliter citari per publicum proclama, quod fieri solet, si quis purauerit sua interesse &c. per ea, quæ tradit Bart. in l. si eo tempore. C. de remis. pignor. cum sim. allegatis hic per Crotum, qui hanc limitationem ponit. Verum ego de ea dubito. Nam tex. noster, & alia iura, supra pro conclusione allegata, non faciunt mentionem de aliqua citatione. Et ad doctrinam Bar. præalleg. respondetur, quod procedit, quando aliquis habet ius de præsentibus, tamen ignoratur, & propterea non potest parti culariter citari, puta in creditoribus anterioribus, prout ibi Bar. exemplificat. Et ubi esset certus, qui ius prætenderet, deberet parti culariter citari, vt ibi declarat Alex. in apost. ad Bart. In casu autem nostro non competit ius de præsentibus, ergo &c.

138 Secundo tñ limitatur conclusio, ut scilicet non procedat re spectu totalis præiudicij, quoniam illis remanet remedium ap pellandi a snia lata contra prohibitum, hoc enim illis concedi tur pro eorum interesse, cum primum scient latam sententiam, infra tempora ordinarie statuta ad appellandum. Et hoc eis per mittitur, etiam quod ille condemnatus amplius appellare non possit, puta, quia lapsi sunt decem dies, vel quia iam bis appella uerit, iuxta tit. C. ne lice. ter. prouoc. Ita voluit hic Alexā. & alij. Pro quo videtur bonus tex. in l. si suspecta, in fin. princ. supra de inoffic. testamen. Sed si post eorum scientiam dictæ sententiæ passi fuerint labi x. dies ad appellandum, etiam ipsi sunt exclusi a tali remedio, quia videntur tali sententiæ acquiescisse. Ad quod est tex. in l. si ab eo. C. quomodo, & quando iud. Sint ergo cauti, qui appellare volunt (prout etiā dicit hic Crotus) vt dicant, & si sit opus iurent, se nouiter habuisse notitiam talis sententiæ, nõdum lapsis x. diebus. Notabis tñ, quod bonum erit, tales fideico missarios

D. Maria. Soc. Iun. in l. Filiusfa. §. Diui.

missarios citare a principio si sua putauerint interesse, quia tunc illis fiet maius prauidicium, iuxta notata per Bart. in l. cum filiusfam. & ibi, ponit D. meus Socin. in 5. col. ff. de verbor. obl. & refert hic Crotus, per quem videas.

Circa hanc secundam limitationem aduerte ultra Doct. Quoniam si licet, secundum omnes, tempus istud ad appellandum non currat, nisi a tempore scientiae, vt s. est dictum, tamen puto, qd aduersus eos currat longissimi temporis praescriptio triginta, vel quadraginta annorum per generalitatem l. sicut l. omnes, & l. fi. C. de praescri. triginta anno. & l. secunda, C. de constitut. pecu. 140 Currit tamen dicta praescriptio etiam contra ignorantes, vt plene tradit Soc. meus in d. l. cum filiusfam. §. j. in 5. & 6. col. quicquid in contrarium dixerit Pet. de Vbal. quae ibi Soc. reprobatur. Idem etiam tradit Fel. in c. vigilanti, 2. col. de praescri. Sed dicit aliquis, qd cum tempus praedictum ad appellandum solum scienti currat, vt est dictum, videtur, qd etiam post quadraginta annos, & etiam longius tempus facultas appellandi detur ei, qui prius nquam sciuit, sicut habemus de tempore petendae bonorum possessionis ignorantium non currit, vt l. secunda, & l. quandiu, cum materia, C. qui admitti.

Quare considera an dici possit, quod imo iste submouebitur ab appellando per cursum 40. annorum, non sic per 30. Ratio sit, quia 40. annis tollitur omne ius, plenaque securitas datur, vt d. l. omnes, & omnis molestia a praescribente remouetur, vt l. fin. C. de fund. patrimo. lib. 11.

141 Hinc videmus tamen qd licet tempus quadriennium ad petendam restitutionem in integrum non currat nisi scienti, quia dicitur tempus utile in sui initio, licet continuum in cursu, iuxta l. fi. C. de tē po. in integr. restit. & tradit Bald. in l. 3. C. si ex fals. instrum. cum concordantibus, vt per Alex. in consil. 71. Videtur prima facie, col. fi. 1. vol. & per Dec. consil. 303. in casti 3. col. Tamen tollitur cursu 40. anno. cum tam longo tempore omne ius tollatur, & etiam contra ecclesiarum praescribatur, nisi sit Romana, vt in auth.

142 quas actiones. C. de sacrosan. eccl. Et tamen si aduersus quadraginta ann. praescriptionem non datur in integ. rest. etiam ex capite probabilis ignorantiae, prout est magis communis opinio, licet aliud sit in praescriptione triginta annorum, vt per Patrum, & dominum meum Socinum in d. §. in hanc. circa 15. & in consilio 164. Subtiliter, & eleganter. 4. col. vers. Quarto ista opin. 2. volumine per Ang. in consil. 104. Breuitas in consulendo. Barb. in consil. 41. istud afferam, col. 13. primo volum. per Curt. scilicet in consil. 82. Catio primum, 2. col. & Dec. consil. 29. & pro tenui per totum, & in consil. 534. Quod supra in princ. cum multis concordantibus, quae allegari possent. Et secundum istam opinionem tanquam communem saepius consului in diuersis facti contingentijs. Et inter caetera, qd pactum de reuendendo sublatum per praescriptionem quadraginta annorum, non possit resurgere etiam mediante restitutione in integrum.

Et alias dum Pisis legerem, consului per praedicta in pulchro casu, stabat enim statutum, quod certa bona non alienentur irrequisitis agnatis, & si fecus fiat, qd agnati proximiores habeant ius recuperandi intra annum a die scientiae.

In occurrenti casu post annum lapsa erant anni supra 40. Consului enim agnatos fuisse exclusos ab omni iure, quia contra eos licet ignorantes, currit praescriptio quadraginta annorum contra quam non datur in integ. restituit. Quod nota, quia saepe contingit, & reperio qd super eodem statuto consuluit Dec. in consilio 222. Vltimo puncto, col. fi. concludens simpliciter contra agnatos currere praescriptionem triginta, vel quadraginta annorum.

Licet (vt verum fatear) de restitutione in integrum nihil dicat, sed dicendum est, vt s.

143 Tertia conclusio Bar. circa secundum remedium, tamen quod prohibitus alienare, potest alienando vni ex his, quibus permittitur facere rem alienabilem postea etiam inter extraneos, ita qd alij retractare non possint.

Quod intellige quando plures erant, quorum contemplatione facta fuerat prohibitio, & quibus alienari poterat, prout proprie sunt termini l. pater filium §. quindecim, de leg. 3. quem alle. Bartol. Nam si is cui venditur, extraneo vendat, alij non retractabunt. Sed si vnus tantum sit, & ei sit venditum, res clara videtur, quia non est postea alius, qui retractare pretendat, quod ab eo fieret.

Limita hanc conclusionem primo, nisi illa prima venditio facta arguatur, quia perinde est ac si facta non esset l. nuda, §. de co. trah. empt. vt per Bar. hic. Facit totus titulus. C. plus valere, quod agi. quam quod simul. concip.

Secundo limita, vt conclusio procedat, quando prohibitio erat personalis, & respectu portionis cuiusque prohibiti, puta, ne quis velstrum alienet partem suam extra familiam.

Et in his terminis loquitur d. §. quindecim, ita declarat Bar. in l. peto. §. fratre, §. tit. 1. & tradunt hic Iaf. & Crot. secus si prohibitio fuisset realis, seu in rem directa, puta prohibeo illum fundum alienari extra familiam.

Tunc enim licet vni de familia quis partem suam alienet, sent per tamen transit eum eadem qualitate & prohibitione, ex qua illa erat in rem secundum Bart. in d. §. fratre, ita etiam inquit hic Pau. de Castr.

144 Qui singulariter subdit, tamen quod licet quando prohibitio est personalis prout conc. usio intelligitur, illa non transeat in singularem successorem, vt d. §. quindecim, tamen bene transit in vniuersalem pro quo alleg. at l. Lucius in prin. de leg. 3. cum quae cordat l. pater filium §. Iulius Agrippa, eo. tit. Nam cum ibi decisio illa fundetur, quia praecipitum erat nudum, innuitur qd si fuisset validum, illa filia haeres vniuersalis prohiberet matris, non potuisset in extraneos transferre.

Et pro hoc facit, quia haeres representat personam eius, cui sic cedit, vt sic omnia iura actiua, & passiua in ipsum transeant, & per consequens etiam prohibitio licet personalis.

145 tamen Sicut & alias quaelibet obligatio personalis in heredem transit l. 1. & l. fi. C. de haered. act. & l. 1. §. si heres, ad Treb. cum similibus. Quod valde notabis, quia pulchrum est, si est verum.

Ego tamen de hoc dicto valde dubito, quoniam videtur qd si prohibitio erat personalis, non debeat egredi personam, argum. §. plane, Inst. de iure natur. & l. quia tale, §. soluto matrum. cum similibus. Et in specie in materia prohibitionis videtur text. in §. nos igitur in Auth. de rest. fideicom. vbi filio prohibito, non est setur prohibitus nepos, licet esset haeres.

Nec ita tenendo obstat d. l. Lucius, cum socia, quia ibi prohibitio non erat personalis, sed fuit talis, vt etiam haeres haereditis, & sequentes prohiberentur l. in annalibus. C. de legat. & l. haereditis appellatio, infra de verborum signifi. cum similibus. Hinc dicitur, qd haeres haereditis, primi defuncti dicitur haeres, vt l. fi. C. de haereditibus instituen. Non obstat etiam qd haeres representat defunctum, quoniam responderetur, qd illud non procedit in dispositione personalis, hoc est directa in certam personam, maxime in odiosis, prout est prohibitio alienationis, vt dictum fuit §. in primo notabili in fi. Et satis hoc probatur d. §. nos igitur.

Nec exemplum de obligatione siue actione personali videtur ob stare, quia illa dicitur personalis alia ratione, quam ista prohibitio. Est enim personalis, quia persona cum suis haereditibus obligat ad differentiam actionis realis, quae neminem praesupponit obligatum. Sed prohibitio dicitur personalis, quia certae personae dicitur facta, & illam non transgreditur. Cogitabis propter auctoritatem Pau. de Castr.

Tertio limita, nisi in personali prohibitionem sit adiecta causa ex qua appareat de contraria voluntate prohibentis, puta, quia volebat in familia semper remanere, tunc enim non procederet d. §. quindecim. Nam ille de familia, qui partem alterius emis, non poterit illam extra familiam alienare.

Et istud operatur ratio per testatorem expressa, quae semper solet regulare dispositionem, & eius verba ad sensum suum trahere, siue restringendo, vt l. cum pater §. dulcissimis, de lega. 2. & l. credendum, in prin. §. qui pet. tut. vel curato. & tradit Patrus, & D. meus Soc. in l. §. si stipulant, §. de verbor. obl. Et Bar. in l. is cui cui bonis, col. 2. §. eo. tit. Siue etiam extendendo, vt l. nomen, §. de leg. 3. & declarat Bar. in l. pater filium §. fundum, eo. tit. & dixit hic Crot. vt per eum. Et idem dixit in materia nostra Dec. in consil. 78. circa primum, 2. col. vers. 3. bene facit. His omnibus, & 246 duobus remedijs Bart. adde aliud tamen vt scilicet adhibeatur consensus eorum ad quos res peruentura erat, vt per Angel. in l. quoties. C. de fideicom. & Cae. pol. in caut. 210. De quo dixi etiam §. in 7. notab. in fine.

Aliud remedium erit, si prohibitus requirat illos de familia, qd emanant, & illi recuserit, secundum Bartol. & sequaces in l. qui Romanus §. coheredes, de verborum obligat. de quo dic. vt dixi in vltimo notabili.

Catio secundam quaestionem Bart. in qua secundum eum sit conclusio, tamen prohibitio alienationis licet valide facta non impedit rem prohibitam dari in causam dotis, vel donationis propter nuptias, vt per eum, cum quo transeunt magis communiter Doct. vt per Iaf. & Modern.

Et pro ista conclusione primo sunt iura Bar. videlicet l. mulier, §. cum proponetur, infra ad Trebellia. & auth. res quae, & in corpore unde sumitur, C. communia de leg. Nec dicatur, quod ista

148 iura loquuntur in tacita prohibitionem, quia responderetur tamen quod taciti, & expressi idem est iudicium l. cum quid, supra si certum petatur, quae regula, vt inquit ibi Bart. praecipue procedit in vltimis voluntatibus.

Et fortius stringendo argumentum, dico quod illud procedit propter identitatem rationis in dictis iuribus allegatis. Nam videtur mulieris pudicitiae, & patris voto conuenire (vt dicitur in d. §. cum proponeretur) & publice esse utile (vt dicitur in d. Athen. res quae) & ita consideratur in casu nostro in expressa prohibitionem sicut in tacita, de qua in dd. iuribus.

Preterea quod illa iura etiam in expressa prohibitionem procedant, probatur fm Alexan. quia eorum dispositio dicitur fauere

bilis reipublice, vnde conuenit, vt habeat locum in omnibus casibus, in quibus eadem ratio reperitur, per ea, quae tradunt Bart. & alij in l. si constante, in prin. in 9. quaestione primae partis, supra solu. mat. & post glo. tradunt Docto. in l. illud. C. de sacrosan. ecc. de. Lex enim publico fauore lata debet interpretatione adiutari. hoc modo, §. de condit. & demonstra. Secundo, pro opinione Bar. allegatur vrgens rō. Nam prohibitio alienationis non impedit alienationem, quae fieret ex causa necessaria considerata in persona prohibentis, puta pro aere alieno exoluendo, vt est casus hic, alioquin in potestate debitoris esset creditores suos fraudare, prohibendo rerum alienationem, quod non est ferendum. Sed sic est, q̄ pater, qui prohibuit, tenebatur dotare filiam, & pro filio facere donationem propter nuptias, l. qui liberos, supra de ritu. nupt. & l. si. C. de dot. promiss. ergo &c. Hanc rationem posuit Pau. de Cast. in consi. 13. Quia per supra scriptum, & refert hic Crotus, & in effectu eam ponit hic Iaf. col. 13.

Tertio arguitur a verosimili mente prohibentis simul & causa dotis inspecta. Dico enim, q̄ cum dos dicatur causa p̄. cum is §. si mulier, supra de condi. indeb. quae pietas isto casu dicitur consistere in fauorem filiorum prohibentis, in quo maxima est affectio. l. isti quidem. in fin. supra quod metus causa. & l. quidam cum filium, supra de haered. insti. verosimile est, testatorem in sua generali prohibitione non intellexisse includere causam dotis, vel donationis propter nuptias, ne alias impius videretur erga filios, pro quibus semper creditur optimum cōsiliū capere. l. nec ea, in fine. infra ad l. Iuliam. de adulterijs. Ad quod bene facit §. quamobrem, vnde sumitur dicta auth. res quae, in fin. ibi, si enim ante nos ex generali, &c.

149 Quarto probatur. q̄ nam dispositio generalis, etiam q̄ disponens possit praedudicare filiae in dote, in dubio non censetur facta, vt dotem comprehendat, immo semper censetur excepta ipsius dotis fauore, prout declarat Bart. in l. Lucius. §. maritus. infra ad Treb. quae allegat hic Crotus, merito ergo in hac prohibitione alienationis censetur excepta causa dotis.

Possent & alia plura pro ista opinione allegari, vt hic per Iaf. & Crotum. Sed si recte considerentur, omnia reduci possunt ad praedicta quatuor fundamenta, vel aliquod eorum, igitur praedicta sufficiant. Et hanc opinionem firmat Pau. de Cast. in d. consi. 13. Quia per supra scriptum, in princ. Et vltra allegatos hic per Moder. sentit Comen. in consi. 88. Placet mihi, primo volum. post Bal. loquitur tamen ipse in fortioribus terminis, si in dote re situenta, de quo aliquid infra dicitur.

Contrarium tamen tenuit Bal. in c. 1. §. donare, prima colum. qualiter feud. alien. pos. & cum eo videntur transire Iaf. & Crotus nu. 59. hic dum articulum disputant. Pro quo primo facit secundum Bal. quia cum dispositio d. auth. res quae, sit exorbitans a regula in eius principio posita, non debet extendi extra terminos in quibus loquitur per iura vulgaria, sed illa loquitur tacita prohibitione, merito ergo non debet extendi ad expressam. Eo maxime, quia videtur diuersa ratio. Nam q̄ expressa prohibitio potentior est, cum impedit translationem dominij, q̄ non facit tacita, per notata in l. cum pater §. libertis. de leg. 2. Et q̄ sit potentior, probatur etiam per l. fin. §. si. eod. titu. iuncta doct. Paul. de Cast. ibi in fin. vt hic per Iaf. & p̄ Alex. in l. Marcellus. §. res quae, in 4. limit. nu. 5. ad Treb. Et per hoc videtur tolli, quod dixit hic Alex. nu. 10. hanc scilicet extensionem tolerari, quia dispositio d. auth. res quae, fundatur in publico fauore, vt dictum est, quia illud procederet, vbi esset eadem ratio, quod hic negatur. Sed tuendo communem opinionem responderi potest, q̄ immo eadem est ratio, si recte consideretur, declarando, vt dixi in primo argu. pro ista parte. Nec obstat, q̄ in aliquo expressa sit potentior, quia (eo dato pro vero) per illud non tollitur identitas rationis in proposito nostro, simul enim stare potest, q̄ ex duobus vnum sit altero potentius aliquo respectu, in alio tamen procedat a pari propter identitatem rationis, vt videmus in expressa pupillari. Nam licet sit potentior tacita, quia per tacitam mater non excluditur secundum communem opinionem per l. precibus. C. de impub. & alijs substitui. & per alia, vt ibi per doctores, de quo dic, vt alias dixi in l. Centurio, supra de vulga. & pupilla. Tamen in alijs procedunt a pari propter identitatem rationis, puta q̄ si testamentum pupilli finiatur pubertate, & comprehendat omnia bona pupilli, & in alijs pluribus, vt est notum.

Præterea, quod i tacita prohibitione, de qua in d. auth. res quae, non impediatur translatio dominij, prouenit ex incertitudine an sit futurus locus fideicommissi, propter quod interim non videtur, quod sit propria prohibitio, sed potius consiliū, vt l. fin. §. pen. ibi, melius quidē facit, & c. C. communia de leg. & supra dictum fuit in septima oppo. in tertia conclusione. Sed postquam certum fuit fideicommissum, alienatio (vnde ab initio in irritum deducitur, vt d. §. pen. Et ita, vt non dicatur translatum dominij, vt sic dicamus, quod etiam tacita quando est habitura effectum, impedit translationem dominij. Et ad id, quod dicitur per l. fin. §. fina. de leg. 2. vltra praedicta potest forte dici, quod procederet

etiam in expressa prohibitione propter eandem rationem, quicquid in prius dixerit Pau. de Cast. Non enim video bonam rationem differentiae, super quo tñ cogitabis. Præterea ille text. secundum Imo. ibi, & Alex. in dicto §. res quae, ad Treb. non procederet, quando fideicommissum fuisset facti de re particulari, & sic in eo non esset differentia inter expressam prohibitionem, & tacitam. Et Bar. hic videtur loqui in prohibitionem particulari.

Secundo pro opinione Bal. allegat Iaf. fortissimum fundamentum secundum eum. Nam prohibitio in testamento facta, potentior est illa, quae fit inter contrahentes, vt per eum, qui hoc dupliciter probat. Sed q̄ facta prohibitionem per contractum in casibus, quibus impeditur dominij translatio, de quibus dicitur infra in quarta quaestione, res prohibita nec pro dote alienari potest, vt est glo. in l. nulla, prope fin. C. de iur. dot. quae communiter ibi approbatur. Et secundum Alex. hic non reperitur alibi, ergo minus debet posse alienari pro dote, si prohibitio sit facta in testamento, ex quo illa est potentior, & plus operatur. Et ita etiam ante Iaf. arguitur Barbatia in Rubrica de rebus eccie. non aliena. in vltima quaestione, & sentit Cur. senior in consi. 27. Magnificus dominus, in secunda dubitatione.

Sed huic argumento respondet Crotus nu. 56. duobus modis, primo negando minorem, quia glo. in d. l. nulla, ad tex. illum relata illud non dicit, vt per eum. Quae solutio mihi nō videtur bona, quia videtur q̄ immo glo. etiam ad tex. suum relata illud velit. Nam ibi non disputatur, quae dicantur data, si omnia in dote dentur, sed an possit mulier omnia in dotem dare, & glo. dicit q̄ non poterit dare in dote rem prohibitam alienari per contractum. Et vbi glo. non ita velle, istud tamen aperte dicunt ibi docto. communiter.

Secundo igitur respondet, id esse, quia cessat tunc ratio dictae auth. res quae. Est enim ratio eius secundum eum, quia lex interpretatur fauorabiliter testatorem non ita sensisse, vt videtur probari in corpore vnde sumitur, ibi, si enim ante nos, & c. Quae interpretatio non admittitur in dispositione contrahentium, secundum quod declarat Pau. de Cast. in d. auth. res quae. Sed nec ista solutio videtur tuta, quia immo in eo tex. probatur, praesumptio nem, & interpretationem fieri in generali hypotheca, & sic in actu viuentium, prout est tex. in l. obligatione generali, §. de pign. a qua ibi Imperator arguit ad casum sumi. Et forte non est verum, q̄ illa decisio fundetur in praesumptione, vt §. dicitur.

Quare tertio loco aliter respondeas aduertendo primo, q̄ argumentum in eo, q̄ sit a fortiori peccat. Nam pro differentia allegatur, quod prohibitio in contractu non impedit translationem dominij, & postea in argumento praesupponitur, quod glo. in d. l. nulla, loquatur in casibus, in quibus impeditur translatio dominij. Ex ista ergo differentia non potest fieri argumentum a fortiori, vt arguebat Iaf. cum illa in argumento non praesupponatur.

Est igitur solum argumentum a simili. Et tunc pro solutione potest dici primo, quod immo, nec prohibitio alienationis in contractu impedit dationem in dotem, quando aliunde dotari non possit, de quo tamen infra dicitur. Et ad d. glo. responderi possit quod loquitur, quando poterat aliunde dotari, sed volebat etiam rem prohibitam dare, & sic omnia sua, vt sic loquatur secundum terminos illius l. nulla.

Vel secundo, posito quod impediatur, & vbi aliter dotari non possit, responderi potest, illud esse, quia in contractibus strictior sit interpretatio, & debet sibi imputare, qui tali prohibitioni consensit, & eam contrahendo firmavit, secus videtur in testamento, cum tunc prohibito nihil possit imputari. Sicut dicimus in simili de disposito sub conditione impossibili, vt in §. si impossibilis, Insti. de iur. stip. iuncto §. impossibilis, & ego plene dixi in l. secunda col. 2. §. tit. nostro. Eo etiam addito, quod talis praesumitur voluntas patris propter affectionem in filios, & obligationem, quae eis tenebatur, iuxta l. qui liberos, supra de ritu nupt. & l. si. C. de dotis promiss. quae non cadunt in extraneo qui ea lege dedit, ne alienaretur, prout loquitur glo. in d. l. nulla. Præterea contra Iaf. & quod sua argumentatio non procedat, patet ex his, quae ipsemet dixit, dum secundo loco probat suum argumentum a fortiori. Nam secundum eum etiam tacita prohibitio in testamento potentior est ea, quae fit per contractum, licet sit expressa, quia illa tacita impedit effectuale acquisitionem dominij, quod non facit illa, quae fit in contractu, vt per eam. Et tamen licet ita potentior sit, non impedit alienari ex causa dotis, sicut facit ex contractu.

Tertio contra Bar. & communem opinionem arguit Crot. & sibi etiam ascribit Ruip. quis autem fuerit primus auctor ignoro. Dicunt enim quod cum illi, quorum contemplatione facta fuit prohibitio, dicantur fideicommissarii, vt hic, & ita res de qua agitur dicatur subiecta fideicommissi, iam subest prohibitio legis, vnde sequitur q̄ quod prohibitio testatoris dicitur concurrere cum prohibitione legis, & ideo debet operari etiam in casibus a lege permissis, per §. sanctissima, in Authen. de aliena. & emphyt. & dictum fuit supra in tertia oppo. & ideo debet operari, vt nec pro dote dari possit.

Sed

post Bart. in d. authen. res quæ, & alij sequuntur, & tradit Crot. hic, licet de prædictis Doctoribus mentionem non faciat. Ratio est secundum eos, quia non minus est fauorabile matrimonij spirituale, & sic ingredi religionem, quam sit matrimonij carnale, iuxta c. in præsentia, cum materia, de prob. & §. sed hæc de præsentia, in Authen. de sanctiss. episcop. colum. 9.

Et licet ita communiter teneatur, tamen disputando posset tēri contrarium, quia istud esset extendere dictam authen. res quæ, non per idenitatem rationis, sed per similitudinem, quod nō solet admitti, vt per Doctores in l. si vero, §. de viro, supra solut. matrimonio, & in l. si constante, 9. quæ. primæ partis, eodem titulo vbi alias dixi. super quo tamen cogita, quia ego nolo vterius in sistere, & in dubio a communi non recedas. Cætera circa hanc
160 secundam quæstionem, dic vt per Modern. & ¶ si quærat vtrum pro dote restituenda possit dari res prohibita alienari? uide per Doctores in authen. res quæ. C. communia de lega. & per Crotum infra in octaua quæstione, ex his quæ facit vltra Bar. nu. me. 165. vbi licet dubius sit punctus, tenet quod possit. Idem tenet Paul. de Cast. in consil. 130. Circa ea quæ, quod in nouis est consil. 15. in prima parte.

161 Quærit Bar. tertio loco ¶ vtrum per statutum possit fieri prohibitio alienationis? Puta, quod nō valeat alienatio rei immobilis in non subditum? Et post Old. reducit hanc quæstionem ad duo dubia, vt per eum.

Et ex dictis eius circa primum dubium, habes hanc cōclusionem, quod valet huiusmodi statutum quo ad non subditos laicos prout sunt forenses.

Nam si in tales fiat alienatio, non valebit, arg. l. non dubium, C. de legi. Et probatur primo ista conclusio, quam Doctores cōmuniter sequuntur, per iura Bart. etiam per l. dudum. C. de contrah. emp. in si. dum dicitur, nisi lex specialiter quædam personas, &c. licet Crot. hic dicat in ea l. probari potius contrarium vt per eum, qui ad finem illius l. non aduertit. Secūdo etiam probatur
162 vltra Bart. Nam ¶ nequid in certos homines alienetur, potest fieri per testatorem, l. codicillis §. matre infra tit. 1.

Item & per pactum. l. sed & si pupillus §. item si plures, §. de in fito. & l. fin. C. de pactis inter empt. & vend. ergo fortiori ratione, vel saltem pari potest fieri per statutum, iuxta l. si. C. de fidei. & quod tradit Bartol. in l. nemo potest, i. colum. supra eodem, vt hic per Crotum.

Facit etiam tertio, quia ita fieri, publice interest, cum forensis postea non possit pro reipublicæ necessitatibus collectari. l. rescripto §. si. infra de muner. & honor. cum similibus, merito ergo propter publicam vtilitatem valere debet tale statutum, & ita se habet communis opinio. In qua & in potentia statutum in ea præsupposita, fundantur statuta, quæ in multis ciuitatibus reperiuntur, videlicet, quod res immobiles, vel patrimoniales non alienentur irrequisitis agnatis. Et si secus fiat, agnati habeant intra certum tempus ius recomparandi, prout est tale aut simile statu-
163 tum hic Paduæ, Luca, & in alijs multis locis. Hæc ¶ tamē communis conclusio videtur intelligenda, quando prohibitio esset in rem directa, vel in personam alienantis, quæ subdita est. Secus si dirigatur in personas non subditas, puta, quod forensis nō possit acquirere immobilia, cum in eos stantes potestatem non habeant l. si. §. de iurisd. omn. iud. c. vt animarum in si. de const. libro 6. & ita voluit hic Ruin. super quo tamen cogita, quoniam licet tunc verba quo ad sonum sint directa in forenses, tamē viritualiter etiam in subditos videntur directa, arg. l. primæ, C. de cu press. libro 11.

164 Hæc ¶ communis conclusio limitatur per Crotum hic pluribus modis, vt per eum. Et pluribus modis etiam limitat Andr. Barb. in Rubr. de reb. eccle. alienan. vel non, in 1. q. vt per eum. Et ex pluribus limitationibus (alijs omnibus dimissis) vna est, vt conclusio prædicta non procedat respectu alienationis, quæ fieret pro dote, vel ex causa dotis, puta si mulier forensis, & sic non subdito nubat, cui pro dote det fundum, qui in forenses alienari prohibebatur. Ita voluit hic Crotus in 1. limit. nu. 77.

Mouetur, quia si facta prohibitione per testatorem non impeditur datio in dotem (vt supra dictum fuit) similiter non debet
165 impediri facta prohibitive per legem municipale, ¶ cuz ipse equiparatur potius vltimæ voluntati, quam contractibus, vt sentit gl. quam ad hoc ibi notat Bar. in l. 1. C. de his quib. vt ind. Secundo vltra Crotum facit argumentum a verosimili mēte statutum, quæ non creditur voluisse loqui in datione in dotem, ne alias videretur factum statutum contra publicam vtilitatem, ex nuptijs resultantem, iuxta tradita per Doctorem in l. supra soluto matrimonio.

Facit & tertio, quia datio in dotem, quam pro se facit mulier, non videtur proprie alienatio ab ea, cum ipsa in eius dominio naturaliter permaneat, vt in l. rebus C. de iure dot. & dixi in præcedenti q. Nec maritus illam rem possit libere alienare, l. j. & per totum, supra de fun. dota.

Sed considera, quia his non obstantibus, videtur quod per tale statutum, etiam datio in dotem prohibeatur, nam cum ut factum publica vtilitate (vt modo dicebam in tertio argumento p. conclusionem Bart.) & sic ne ius publicum ledatur, sequitur q. cessare videtur ratio d. auth. res, quæ, vnde videtur standum generali prohibitioni statuti.

Præterea dico (& hoc bene nota) quod ex alio cessat i casu isto ratio d. auth. res quæ, ibi enim mulier nubere non poterat, nisi res prohibita alienari daret in dotem, vel eam videret, vt pecunia in dotem daretur, & vtrunque erat prohibitum, & illa aliunde nubere non poterat, merito fuit equum non impedire matrimonij publica cōsideratione, vt ibi dicitur. Sed in casu nostro aliud est, primo, quia ista mulier potest nubere alteri, qui sit subditus.

Vel secundo, quia potest rem vendere subdito, & pecuniam in dotem dare. Et ita matrimonium contrahetur, & publice vtilitati, de qua in d. auth. res quæ, satisfiet, nec fiet contra statutum, alia publica vtilitate factum.

Nec ita tenendo obstant allegata in contrarium. Nam ad primum, quo mouebatur Crotus, respondetur, q. procedere possit, quando esset eadem ratio, quod non est in casu nostro, ut dixi. Vel dicas, q. argumentum procederet data paritate terminorum, quæ hic negatur, vt ex prædictis constat.

Ad secundum respondetur, q. immo mens statutum verofimilis est in contrarium, cum statutum publica vtilitate sit factum, & illi publice vtilitati, in matrimonio contrahendo considerate, potest aliter prouideri, vt dictum est.

Ad tertium respondetur, q. immo fit tunc propria, & vera alienatio, vt probatur in l. doce ancillam, C. de rei vendica. in l. dotis fructus. §. si res, supra de iure doti. & in l. dotale. §. i. §. de fun. dota. cum similibus. Non obstat, d. l. in rebus, quia illa loquitur respectu cuiusdam promiscui vsus, vt ibi glossa declarat, & sequuntur Doctores. Nec obstat quod non possit alienare, quia ex eo non est, q. non sit dominus. §. i. Instit. quibus alie. licet vel non. Et vt ibi dicitur, non potest alienare, etiam consentiente vxore, ne in dote mulieri fiat præiudicium.

Vel secundo si vis, q. non sit propria alienatio, dici potest, q. est saltem impropria, & largo modo, & alias arguitur de propria & stricta significatione ad latam, quando est eadem ratio, etiam in exorbitantibus. l. filium habeo, supra ad Macedo. cum similibus. & est glo. super versiculo, ad curationem. in Auth. vt hi qui oblig. se habe. per hi. in prin. collatio. sexta, & glo. in verbo eligatur, in de men. prima. de electio. & tradunt Doctores, vbi aliquando dixi, in l. si constante, in nona quæstione primæ partis, supra soluto matrimonio. Et ex his videtur q. ista limitatio ad conclusionem Bartol. non sit vera.

Possit forte vno tantum casu defendi, quando subditum aliquem in maritum non inuenit, nec similiter emptorē inter subditos, loquor semper honeste, tam respectu personæ, quam respectu precij, singula singulis referendo. Nam tūc forte tolerabitur datio in dotem non subdito, ne alias videatur prohibita illa mulier matrimonium contrahere. Ad quod bene facit in argumentum l. hoc modo, infra de condi. & demon.

Nec tunc obstat q. statutum sit factum publica vtilitate, vt supra dictum fuit, quia vtilitas matrimonij videtur preferenda, cum ex eo ciuitas liberis repleatur, vt l. i. §. solu. matrimo. quod præferendum est pecuniarum copia, vt l. cum ratio, §. si plures, ibi, cum ampliar. &c. infra de bon. damnatorum. Vnum tamen me facit super hoc dubitare. Nam si mulier nubat forensi, vtilitas publica, ex illo matrimonio resultans, non respiciet ciuitatem illam, quæ alienationem prohibebat, cum non illa liberis repleatur, sed ciuitas mariti. Quare cogita an dici possit, aut iste maritus, licet forensis, habitabat in ciuitate vxoris, & in ea sibi domicilium constituit, & tunc argumentum cessat, quia, qui nascitur, erunt ciues illius origine. l. prima, in principio. infra ad municip. & l. municipes, infra de verborum significatio.

Sed considera, q. si habitat, & habet domicilium, potest dici subditus, & sic videtur, q. tunc etiam extra casum prædictum regulariter possit ei dari pro dote res immobilis. Aut habitabat in propria sua ciuitate, & in eam ducit vxorem: Et tunc, aut ciuitas illa, quæ statuit, proprio iure ita disposuit, quia libera est, & tunc forte procedet argumentum, & non poterit res, alienari prohibita, dari in dotem, quia proles ex dicto matrimonio ciuitati statuti non prodest. Si vero non statuit proprio iure, quia subdita sit, sed statuit iure superioris, a quo omnia pendunt, exemplum sit in hac ciuitate Paduæ, quæ vna cum alijs pluribus subest illustri sumo Venetorum Dominio, & potest tunc dici contrarium, quia matrimonium prodest ciuitati dominantanti, a qua oritur statuti auctoritas, modo tamen illa mulier nubat subdito ciuitatis dominantantis, licet forensi respectu suæ ciuitatis, cogitabis super istis, quia non pono pro constanti, & quia est noua consideratio.

166 Circa ¶ secundum dubium ex dictis Bart. fiat ista conclusio, statutum prohibens alienationem in non subditos, nō includit ecclesias, monasteria, vel ecclesiasticas personas, licet iurisdictioni statutantis non subiaceant, eis ergo facta alienatio valebit, nō obstante

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Filius fa. §. Diui.

obstante statuto. Cum Bar. transeunt Doct. magis communiter, ut per Alex. Iaf. & Crotum.

Pro ista conclusione primo extat fundamenti Bar. dum dicit, qd statutum predictum dicitur contra priuilegium ecclesie, de quo in l. fi. C. de sacros. eccl. ut per eum. Sed videtur, qd hoc parum faciat, quoniam statutum non venit contra priuilegium illud, nec tendit ad eius ablationem, sed solum prohibet subditis ne alienent in non subditos, vnde ecclesiis siue clericis videtur auferri, ne emanent, sicut etiam & aliis non subditis. Priuilegium enim illud non datur, nisi perfecto contractu, qui prohibetur fieri, igitur prohibitio non potest dici contra priuilegium, ergo nec contra libertatem ecclesie per argumentum Bart. Iaf. respondet, qd saltem in consequentiam venit contra priuilegium, ut per eum.

676 Quod non videtur securum, quia quae veniunt in consequentiam non solent attendi, sed quae principaliter aguntur. I. si quis nec causam, & ibi per Doct. s. si cert. pet. Et multa in consequentiam tolerantur, quae principaliter non fierent. l. prima, in fin. supra de fund. dota. eum simi. Facit pulchra doctrina Bald. in l. qd fauore. in septima oppositione. C. de legi. Quare reiecto fundamento Bar. pro ista communi opinione facit secundum Alex. & Iaf. quia si est contra libertatem ecclesie, qd ei auferatur priuilegium, fortius debet ita dici, quando ei auferatur, quod iure communi conceditur, argumento l. eius militis. §. i. supra de mil. testa. & §. quia vero verosimile, in Auth. de non alie. sed iure communi ecclesia potest emere, ergo &c.

Secundo allegatur tex. ubi videtur casus in c. si. de immun. eccl. lib. 6. ibi, ne quicquam vendant &c.

Tertio secundum Crotum facit c. ecclesia Sanctae Mariae, de constit. iuncta regula l. Lucius. §. pen. infra ad municipa. ut per eum, & est argumentum a verosimili mente statuentium.

Contrariam opinionem videtur firmare Bal. in l. cunctos populos, eolum. 10. C. de summa Trini. in cap. clerici, de iudic. & in cap. quae in ecclesiarum, de constitu. ubi dicit, qd ita consuluit Signorol. de Homode. Et reperies in consi. 21. Statuto ciuitatis, in secundo dubio, ubi adducit pro ista opinione quindecim fundamenta. Et ista fuit opinio Iac. Butri. in l. assiduis. C. qui potior. in pigno. habe. prout hic refert Iaf. qui eam sequitur, ut per eum.

Et licet plurima pro ista opinione contra Bar. & communem adducantur, potiora tamen, & quae magis stringunt, sunt tria infra scripta. Et primo, quia videtur eiusmodi statutum tolerandum etiam contra ecclesias, &c. quia non dirigitur aduersus eas, sed solum disponit aduersus subditos suos prohibendo ne alienent, merito ergo debet ualere simpliciter & generaliter, cum non egrediatur suam iurisdictionem: ita in effectu arguebat Iac. Butrig.

Sed utendo communem, respondet Iaf. qd immo seruari non debet contra ecclesias, &c. tanquam ita factum in fraudem, cui lex semper obuiare curat. Et ita respondebat hic Ang. & Flor. ut Iaf. refert per quem uideas. Et istud notabis contra multa sta-

68 tuta, & inter cetera contra quoddam statutum Senense, quo cauetur (si recte recole) qd tendens non subdito immobilia, puniatur certa poena, nisi habuerit licentiam a certo magistratu illius ciuitatis. Nam si hanc solutionem, non deberet ualere respectu ecclesiarum, quasi factum in fraudem. Est bene uerum, qd si fieret alienatio sine predicta licentia, ualere & diuim transferret. Et in eo statuto hoc satis clarum arbitror propter poenae adiectionem, quae statutum uidetur contentari, argumento l. obligationum ferè. §. fi. j. de actio. & obl. Sed idem etiam videtur dicendum in casu nostro, & ita ius ecclesie conseruabitur, & procedet communis opinio, super quo tamen cogita, quia multa in contrarium allegari possent, & infra aliquid dicam.

Secundo facit secundum aliquos, quia cum fiat tale statutum publico fauore, prout etiam supra dixi (quia non subditi non possunt collectari maxime ecclesia, ut in auth. item nulla. C. de Episc. & cler.) non videtur, qd possit dici contra libertatem ecclesie, nec aliquo modo factum in fraudem, cum statuentes habuerint bonam mentem. Verum huic argumento respondetur, qd consequentia uidetur satis inepta. Quoniam, utrum quid sit contra libertatem ecclesie, non uidetur considerandus animus disponentis, sed dispositionis effectus: alioquin pauca statuta uenirent cassa, per illam auth. cassa. C. de sacrosan. ecclesieum semper statuentium animus soleat moueri propter aliquod bonum publicum, non autem ut ecclesie damnum, aut prauidicium inferant, quod recte intuenti esset contra illum textum.

Dicendum ergo est, quod tale statutum aduersus ecclesias non ualeat ex defectu potestatis, ut iam dictum fuit, non autem ex malo animo statuentium.

169 Tertio arguitur satis uigenter. Nam pacto fieri potest ab eo, qui rem in aliquem transfert, ne res illa transeat in ecclesiam, ut communiter traditur in l. si ita quis. §. ea lege. de uerborum obligat. ergo fortius debet posse fieri per statutum, argumento l. si in. in c. de fideiuss.

Sed responderi potest secundum Crotum hic, & ante eum dixit Dec. in c. Ecclesia Sanctae Mariae, col. pen. de constitu. qd non

procedit argumentum, quia in dispositione rei propria plus potuit contrahentes ratione domini, quod habebant, quam statuentes, nimirum ergo si tale pactum seruatur, & non statutum.

Et clarius loquendo dicas quod argumentum ex d. l. si. procedit, data paritate terminorum & identitate rationis. vnde cum pacifens sit dominus, non statuetes, termini sunt dispares, ergo &c. Sed ista solutio non videtur tuta, quia licet statuentes non sint domini particulariter alicuius rei, habent tamen quoddam ius in uniuersum territorium, ita ut super rebus in eo existentibus disponere possint ad bonum publicum. Facit in argumentum l. pillus. §. territorium, infra de uerb. significat. Et ista potestas disponendi videtur sufficere, alioquin statutum non deberet ualere et respectu laicorum, quod tamen est falsum, ut ex praedictis constat. Et ita istam solutionem reprobat etiam hic Ruin. habens eandem mentem licet diuersis utatur terminis. Quare cogita, an dici possit, qd immo talis prohibitio, nec per pactum facta, ualeat in prauidicium ecclesiarum, si enim contra eas non potest Princeps statuendo, minus videtur qd possit quis pacifendo. Et hoc positum argumentum dicitur aperte remotum. Verum contra hoc uidetur tex. in l. fina. C. de pactis inter empt. & vendit. ubi dicitur, pactum ne locus fiat religiosus, vel alio modo monumentum extruatur, seruandum esse.

Potest tamen dici qd seruatur pactum, ut contrafaciens teneatur ad interesse, non tamen impediret locum fieri religiosum, vel in ecclesiam dominium transferri, prout ibi post gl. videtur uel le Bal. & alij, & tradit hic Iaf. Vel secundo dici forte posset, quod hodie illud non procedat in eo, quod ibi statueretur contra ecclesias & ipsorum libertatem, quasi dicitur correctum per d. athen. cassa. C. de sacrosan. eccl. cogitabis super istis, & dices, ut infra patebit. Et ex praedictis videtur defensata communis opinio. Fateor tamen articulum ualde dubium.

Et si disputado uelis aliam partem tueri cum Bal. Iaf. & alij, ad contraria poteris respondere. Nam dum primo dicebatur uideri qd libertatem ecclesiasticam, dum auferatur ius commune &c. Responderi potest quod illud procederet, quando ad illud referretur seu expresse dirigeretur statutum, quod non est in proposito. Et ad c. fin. de immunita. eccl. secundo loco allegatum, responderi potest, primo quod ibi prohibitio simpliciter in clericis dirigitur, quia expresse clericis vendere prohibebatur, secus in casu nostro, ut supra dictum fuit. Secundo etiam responderi potest, qd ibi ratio & mens prohibitis erat turpis, quia scilicet interdicitur, de quibus ibi, non ob aliud fiebat, nisi ut prohiberetur commercium clericorum & laicorum, & recte considerandum videtur quodammodo tendere ad clericorum destructionem. In casu uero nostro ratio & mens statuentis est laudabilis, cum propter publicam utilitatem fiat prohibitio, & contra ecclesias non habeatur particularis consideratio.

Ad tertium & sic ad d. c. Ecclesia Sanctae Mariae, respondetur, qd intelligitur quando per laicos disponeretur expresse de clericis, qd non est hic. Vel etiam dici potest, qd loquitur respectu iuris, iam ecclesie quaeritis nos uerbo loquimur in iure querendo. Et ista sunt ex intentione Decij ibi col. antep. Et ex his videtur etiam opinionem contra communem defendi posse.

Pro qua, ultra alios, facit, quia si testator generaliter prohibeat alienari extra familiam, nec etiam ecclesiae poterit alienari, ut credo indubitatum, & probatur in tex. nostro, & in l. peto. §. statos. de lega. secundo, in eorum generalitate cum multis similibus.

171 Similiter & secundo (& istud ponit hic Ruin.) res dotales per legem prohibita alienari, nec in ecclesiam transeant, ut clarum arbitror, & tradit Abb. in cap. quod clericis. l. extra col. de for. com. peten. Ita ergo videtur in proposito, cum statutum simpliciter extra subditos prohibeat alienari. Nam in eius generalitate videtur, qd nec ecclesiae possit alienari.

Facit & tertio, quia si statutum excludit foeminas a successione propter masculos, etiam moniales censentur exclusae, quae tamen post statutu fierent moniales, ut per Abb. in dict. cap. quod clericis, octaua col. & in d. cap. ecclesia Sanctae Mariae, col. penult. vel fina. & plene tradit Patruus & Dominus meus Socii. in consi. 241. Circa primam difficultatem. 2. uoluit.

Sed tamen si communem opinionem tueri uelis, ad ista omnia poteris respondere, qd in his tribus casibus prohibitio, quae respectu ecclesiae consideratur, non est uniuersalis, quia si ecclesia rem illam, sic a testatore prohibita extra familiam alienari, uel rem dotalem, habere non poterit, nec etiam succederet statibus masculis, poterit tamen alia bona emere, & in alijs casibus succedere: at in casu nostro uniuersaliter ecclesia videtur prohibita immobilia acquirere, ergo &c. Et ideo si forte statutum non uniuersaliter prohiberet bona immobilia, sed certe speciei, puta, illa quae sunt prope muros ciuitatis, uel quae sunt in confinio ciuitatis vicina, uel quid simile, forte ualere statutum, etiam respectu ecclesiae. Et istud in alijs exemplis videtur firmare Dec. in d. cap. Ecclesia sanctae Mariae, col. penult. post Cardinalem, quem allegat in cap. perpeditimus, de senten. excommunicat. & etia Ruin. hic.

hic. Et dicunt id esse, quia non agitur tunc de magno præiudicio ecclesiæ, sed modice læditur ut per eos. super quo cogitabis.

Et per istam viam potest alias citari argumentum tertium supra factum contra communem, dum de pacto ad statutum arguatur. Nam potest dici in pacto id tolerari, quia de certa re agit, & ecclesiæ parum præiudicium inferre, ut Ruin. hic. Et ita voluit etiam posse intelligi illam l. fin. C. de pactis int. emp. & vend. si quis vellet ibi pactum omnino & re ipsa seruandum esse.

Et pro ista opinione bene facit in sua generalitate l. 1. C. non licet. metr. com. habi. lib. 10. Tenendo quod nec in ecclesiis transierunt illa bona: dicimus enim id esse, quia de certis rebus loquitur ille textus. Iam ex prædictis habes in isto difficillimo articulo alteram opinionem defendi posse. Quid tandem dicendum. Cogitabam distinctione has opiniones posse concordari. Nam aut queris utrum per id statutum præiudicetur ecclesiæ, ut scilicet emens non acquirat, & sic impediatur translatio dominij, & dicam quod non. Et ita procedat communis opinio per iam dicta pro ea, quæ ad hoc tendere videtur. Ex quo infero, non videri verum, quod 172 dixit Bal. in rubrica de consti. secunda col. dum vult valere statutum, ne res immobilis per ecclesiæ præscribatur, quia videtur quod immo ecclesiæ præscribetur, ut sic ei per statutum non videatur præiudicatum. Cogita tamen.

Aut queris an valeat tale statutum respectu laicorum subditorum, ut l. contrafacientes ad aliquid obligentur, & videtur posse dici quod valebit, cum illi sint subditi. Nam per eos queri tantum debet quid dicat statutum, & illud obseruare debent, non autem de eius viribus disputare, seu de eius validitate, capit. erit autem, in fin. quarta distinctio. cum similibus. tradit Ioan. de Anan. in cap. secundo, 3. col. de delictis pue. Facit l. secunda. C. de crimi. facul. Et hoc respectu procedat opinio contra communem. Et isto modo defenditur statutum Senense de quo supra. Nam qui contra fecerit, tenebitur ad poenam in statuto expressam, & idem dicas de similibus statutis. Et ubi non esset apposita poena, putarem contrafacientem teneri ad interesse Reipublice. Et si dicatur quod in effectu hoc erit contra ecclesiæ, eo quia timore pene, vel obligationis ad interesse, nullus in eam alienabit. Responderi potest hoc non esse attendendum, quia cum ipsi subditi sint, debent obedire, nec de ecclesiis curandum videtur, cum ipsi principaliter non offendantur, argum. l. si quis nec causam, supra si cer. pet. possunt enim ecclesiæ emere. Et maxime hoc dicendum est, attenta publica utilitate ciuitatis, in qua tale statutum sit factum. Cogita tu per ista distinctionem, quæ si recte consideretur, est ex mente aliquorum Doctorum, & bene sumitur ex argumentis & solutionibus hinc & inde propositis. Eius tamen primum membrum poteris limitare, ut colligitur ex his, quæ ultimo dixi, communem opinionem defendendo. Item etiam alijs duobus modis ut per Crotum, & etiam aliter ut per te colliges ex his, quæ dicit Deci. in d. c. ecclesiæ sancte Mariæ, col. pen. & fin.

Circa quartam questionem Bartol. ex dictis eius collige quatuor conclusiones: quarum prima erit regula, alia vero limitationes ad ipsam regulam. Prima ergo conclusio, & regula est quod 173 prohibito alienationis facta per contrahentes, non impedit translationem dominij, sed qui prohibitioni contra facit tenetur ad poenam, si sit apposita, aliàs ad interesse prohibentis ut per Bartol. cum quo transeunt communiter doctores, ut hic per Iaso. & alios. Sed cum contrarium reperitur in prohibitione testamentaria, ut supra dictum fuit. Queritur quæ sit ratio differentia; cum alias valeat argumentum de vltima voluntate ad contractus. l. pactum, supra de pac. cum vulgaribus. Ad hoc breuiter respondetur, quod 174 circa materiam dominij, minoris potentia est contractus, quam sit vltima voluntas. Nam in vltima voluntate dominium rei legatæ transit recta via sine traditione. l. a Titio. infra de furtis, & l. legatum ita. infra titu. i. cum si. quod non reperitur in contractu regulariter loquendo. l. quoties. C. de rei vendi. & l. traditionibus. C. de pact.

Et sicut ita est, quo ad transferendum, ita debet esse, quo ad impediendum transferri, ut scilicet voluntas testatoris, quæ pro lege habetur, sufficiat, non autem pactum contrahentium. Et ad hoc in effectu tendunt duæ rationes allegatæ, per Iaso. in prima lectura. & illa, quam ponit in secunda, & fuit dictum Innocen. in cap. Raynaldus, tertia col. de testam. Ita etiam voluit Cy. post Ioan. & Azonem in l. ea lege, secunda columna. C. de cond. ob. causi. Et huius communis conclusionis, vltra hanc rationem est in d. l. ea lege, & in l. si ita quis, §. ea lege, infra de verb. oblig. quæ iura allegat hic Bartol. & vltra cum allegatur l. si sterilis. §. si tibi, supra de act. emp. Quibus addes l. qui fundum, l. secunda, supra de contrahen. emp. ibi, ut non alij, sed sibi & c. iuncto fine, ibi, ex vendito agere potest.

Et istam communem opinionem optime defendit Cynus in dicta l. ea lege, ab octo argumentis, quæ contra eam fiebant per Martinum, & Roger. qui contrarium tenuerunt, ut per eum. Crotus hic dicit contra communem facillime teneri posse, asserens se loqui contra omnes, de Martin. & Roger. nullam faciēs

mentionem. Et mouetur ex pluribus, inter quæ nulla sunt ex his quæ per Martin. & Roger. adducebantur. Ego reducam omnia ad tria argumenta.

175 Primo igitur arguitur. † Prohibitio alienationis per pactum æquiparatur prohibitioni per legem, vel per testatorem. l. seruus hac lege, infra de manumiss. l. ille seruus, in si, infra qui & a quib. ma. & l. si. C. de reb. alie. non alie. Sed in his prohibitionibus impeditur translatio dominij, ergo etiam & in ista, arguendo ab æq. paratis. Immo in d. l. si. videtur hoc aperte dici ibi, non solum dominij alienationem & c. ut in secundo argum. dicebat Crot. Sed tuendo communem responderetur, quod argumentum illud non procedit, nisi quando æquiparantur per viam regulæ, & etiam sit eadem ratio, ut traditur in l. i. §. eod. & ibi dixi, quod non est in casu nostro, ut nunc patebit, respondendo particulariter ad iura in contrarium allegata.

Ad prima ergo duo iura responderetur, quod illud est speciale in prohibitione manumissionis. Nam illa, etiam per pactum, impedit translationem libertatis, ut ibi, & Bart. hic subdit propter culpam aliquam seruorum in eorum poenam, ut infra dicam.

Facit l. 2. C. qui ad liber. peruen. non pos. & l. ea quidem C. si man. ita fue. alie. Sed ad d. l. si. quæ magis virgere videtur, respondere potest ex intentione gl. ibi, quod æquiparatio fit in hoc, ut scilicet cognoscamus, qui actus dicantur prohibiti, prohibita alienatione, ut ibi sequitur. Non autem fit quo ad effectus prohibitionis, cum tunc ratio sit diuersa, ut constat ex prædictis.

Et ita declarando illum textum patet responsio ad illa verba, non solum & c. secundo loco per Crotum ponderata, quia non important, ut omnino, & cum effectu in quolibet casu impediatur translatio dominij, sed quod non solum illa dicitur prohibita, sed etiam alia, quæ ibi sequuntur. Et ita respondit Cyn. in d. l. ea lege. Secundo allegatur contra communem l. si. C. de pact. inter empr. & vend. tam in dicto, quam in ratione eius, ut per Crotum in tertio, & quarto arg. Qui etiam tertio modo inducit ponderando quod in vers. Forsitam enim multum eius intererat & c. arguitur de prohibitione alienationis ad casum, de quo ibi, & sic præsupponitur non valere alienationem, sicut ibi concluditur non valere monumenti constructionem, ut per eum.

176 Sed † tuendo ad communem ad hunc text. & has tres inductiones responderi potest. Et primo caue, quia tertia inductio non videtur de mente illius legis.

Nam iudicio meo non fit ibi tale argumentum, sed potius ponitur ratio decisionis referendo eam proprie ad questionem, quæ Imperator intendit proposuisse. Non enim tantum erat prohibita monumenti constructio, sed omnis actus, per quem fundus ille humano iuri auferretur, ut patet ibi, vel alio modo, humano iure eum eximere, quæ verba licet communiter in antiquis impressionibus non legantur, prout & in codice meo non erant, tamen omnino esse debent ut in nouis libris reperiuntur. Et quod text. ille dicit, vel aggregatione vicini & c. potest intelligi propter monumentum, quod fieri timebat venditor, quia forte emptor vendit alteri, qui monumentum extruere volebat, quem ille peruenire volebat in vicinum, vel fiet forte vicinus, si in fundo ecclesiæ fiat, in qua postea velit habitare. Nam ei constructio ecclesiæ dicitur prohibita, cum per eam iure humano fundus eximatur. Vbi tamen quis velit tertiam illam inductionem admittere, ad eam statim patebit responsio.

Modo ad duas primas inductiones responderetur, quod ille text. secundum gloss. & Doctores ibi communiter intelligitur pactum seruandum esse & remanere immutatum respectu interesse paciscentis, eo enim interesse illi præstito, dicitur ei satisfactum, & in effectu non dicitur pati captionem, non autem ut impediatur monumenti constructio, aut alio modo locum fieri sacrum.

Ita ergo nec in proposito translatio dominij impeditur. Et cum iste sit communis intellectus ad illum textum ei standum videtur. Et ex hoc apertissime tollitur illa tertia inductio, si quis eam admittat, imo retorqueretur in contrarium. nam sicut constructio monumenti, aut locum fieri sacrum non impeditur, ita & in prohibita alienatione translatio dominij præsupponere non impeditur.

Tertio ponderat Crotus contra communem d. l. ea lege, ibi ne alteretur prorsus alienaret, & c. ut per eum, quem tex. etiam ponderabant Martin. & Roge. vbi per Cyn.

177 Sed tuendo communem † responderetur, verba illa esse intelligenda, eo quia timore obligationis ad interesse, non alienabit, non quod non possit alienare, & ibi velit alienare, alienatio valebit, sed per conditionem tenebitur ad interesse. Ita respondit ibi Cyn. qui in simili alleg. l. pacto quo poenam. C. de pactis, ut per eum. Videtur ergo totum pendere a voluntate prohibiti, in cuius potestate est, vel non alienare, vel per conditionem teneri ad interesse, si alienauerit. Et istud importat alternatiua, de qua ibi, non autem quod sit in potestate prohibentis petere interesse, vel rescindere, seu nullam dicere alienationem: quicquid in contrarium

D. Maria. Soc. Iun. in l. Filiusfa. §. Diui.

trarium dixerit *Crotus*. Et pro ista intelligentia ego pondero illum textum ibi, si non fuerit seruata conditio &c. nam illa verba arguunt, quod in arbitrio illorum donatariorum erat, conditionem illam seruare, vel ne, & sic alienare. Et hoc modo ponderando illum text. satis clare in eo probatur opinio Bartoli, & communis. Quae ex praedictis remanet defensata. Pro qua (vt verum fatear) videtur text. in d. §. ea lege, & in d. §. si tibi. Est bene verum quod *Crotus* his iuribus respondebat, dicendo, in eis non negari. quin detur etiam rei vendicatio, & debet dici, quod rei vendicatio cum remedio, de quo in dictis iuribus, detur ad arbitrium seu electionem actoris, per d. l. ea lege, prout ipse illum textum intelligit. Sed dic quod ista responsio non procedit.

Primo, quia in d. l. ea lege, illud non dicitur, sed aliter debet intelligi, vt modo dixi.

Secundo etiam, quia destruit dicta iura. Nam cum in eis in proposito casu quaeratur de remedio, & respondeatur, quod datur actio ad interese in d. §. ea lege, & quod datur actio ex vendito in d. §. si tibi, quod idem est, satis videtur denegari alia remedia, argum. l. cum praetor, in prin. supra de iudic.

Secunda conclusio Bart. est (per quam primo limitatur regu 178 la, & conclusio praedicta) quod si prohibitio alienationis, etiam per contractum, impedit translationem dominij quando facta alienatio esset irrevocabilis, vt videmus in libertate, vt l. ea quidem. C. si manci. ita fuerit alien. & l. ille ferrus. §. si. infra qui & a quib. cum similibus, & fuit dictum Imo. in cap. Raynaldus, tertio col. de testamen. Idem dixit Bar. in quacunque alia re, si alienatio sit irrevocabilis, qui idem dixit in d. §. ea lege, exemplificando si prohibeatur locum fieri sacrum vel religiosum. Sed breuiter in hoc puto contrarium, quia in talibus exemplis potius contrarium dicendum esset, fauore religionis. Et ita videtur probari in d. l. si. C. de pactis inter empto. & vendi. iuncta gl. ibi magis communiter approbata, vt supra dictum fuit. Et idem dicerem in libertate, nisi alia ratio contrarium suaderet. Illud enim de irrevocabilitate, non videtur in proposito considerandum. Nam etiam in re priuata, siue priuato homini vendita, posset considerari respectu eius, cuius interreat non alienari, vel qui alienationem prohibuerat. Pone enim quod emptor noluit vendere, certe non cogetur, l. nec emere. C. de iure deliber.

Et si consideras potentiam, dicam quod etiam libertas potest per ingratitudinem reuocari. l. 2. C. de libertis, & eorum lib. cum similibus. Similiter res sacra vel religiosa potest fieri profana. l. in ter stipulantem. §. sacram. §. de verb. obligat. cum similibus. Consideratio ergo reuocabilitatis vel irrevocabilitatis non videtur esse ad propositum. Nec obstat, quod de seruo prohibito manu mitti dicitur in iuribus praallegatis, quoniam, vt etiam supra dixi, ideo impeditur datio libertatis, quia eius prohibitio solet fieri in penam seruorum, qui propter eorum culpam sic a prohibere meruerunt, qui nolunt eos posse frui libertatis beneficio. Et ideo non consideratur tunc alicuius interese, per quod satisfiat voluntati prohibentis, si manumissio valeret.

Et vbi appareret, quod talis prohibitio non esset facta in penam, puta, quia fauore prohibiti, & ille sit talis, qui suo fauori posset renunciare, valeret manumissio, vt l. 2. iuncta doctrina Sali. ibi. C. qui ad liber. peruen. non poss.

Et ista opinio Bartol. videtur amplecti hic Alex. Iaso. & Iun. post Salice. in dicta l. ea lege. licet non ita declarant.

Tertia conclusio (& sic secunda limitatio praedictae regulae) 179 est, quod regula non procedit, quando talis prohibitio fieret ab eo, qui ius aliquod reale haberet in re ipsa. Nam tunc impeditur translatio dominij.

Exemplum erit in creditore, qui cum habeat rem hypotheca tam dicitur habere in ea ius reale. l. pignoris. C. & ff. de pig. vnde si pacificatur, ne debitori alienare liceat, impeditur dominij translatio, & pro hoc est text. allegatus per Barto. in l. si creditor §. si. supra de distract. pignor. ibi, nullam esse venditionem &c. secundum veram literam vt Barto. hic, & ibi attestatur. Et ita se habent omnes libri, Et ideo secundum Barto. si pro obseruantia promissionis de non alienando reseruati mihi rem venditam, vel alio modo translatam obligatam iure pignoris, non poterit tunc translati dominium. Idem voluit Bartol. in d. §. fin. & in d. §. ea lege, cum quo transcunt doctores magis communiter hic, & in locis praedictis, & in l. qui absent. §. fina. infra de acquirend. possessio, & alibi saepe. Ruin. instat contra Barto. & arbitratum quod habere ius in re non sufficiat, vt pactum de non alienando impediatur translationem dominij.

Mouetur primo per l. fina. C. de iure emphyt. quam Bart. pro sua opinione allegauit. Nam ibi si dominus habens ius in re. i. dominium directum, interpellatus emere noluerit, poterit emphyt. alienare, licet ipsi domino habenti ius in re esset obligatus ad non alienandum.

Secundo adducit, si conuenerit, la prima, supra de pigno. act. vbi licet pactum de non alienando sit factum a debitore habente ius in re, tamen non impedit, quin creditor post trina de

nunciationem possit alienare, & dominium transferre.

Non obstat d. l. si creditor, §. fina. quia respondet Ruin. quod ille tex. procedit specialiter ea ratione, quia in arbitrio debitoris erat posse libere alienare liberando rem hypothecatam a pignoris nexu, satisfaciendo. s. creditori: vnde si non facit, sibi debet imputare. Et propterea lex eo casu & illa ratione statuit, ne hypotheca cam alienando, transferat dominium.

Et cum illa decisio in hoc sit exorbitans, non debet extendi ad alios casus, vt per eum.

Et hanc opinionem ante Ruin. (licet ipse non dicat) tenuit Bald. & firmavit Sali. in d. l. ea lege, illam etiam tenuit Pet. de Besiu. in d. l. si ita quis. §. ea lege, vt ibi refert Ias. in octaua col. fundamētis, de quibus ibi per Ias. Sed a praedictis facile potest communis opinio defendi, pro qua multum vrget d. §. fina. Nam cum alias pactum de non alienando translationem dominij non impediatur, & ibi impediatur, non potest aliunde illud prouenire, nisi ex iure reali, quod creditor in re habebat, in quo solo differt casus ille a regula supra posita. Nec solutio Ruin. videtur bona, primo, quia videtur aliena a mente Iurisconsulti, qui non in eo se fundat, quod debitori sit imputandum quod se non liberaret, sed vt pactio fieret, intelligo. s. facta ab eo, qui ius in re habebat. Quae ratio cum semper procedat etiam si finis extra illos terminos, ergo &c. Secundo etiam quia ratio Ruin. non est generalis. Pone enim quod debitor nil aliud habeat, vnde creditori satisfaciatur, & pignus liberet, certe non videtur quod tunc ei sit aliquid imputandum: & sic cessaret ratio Rui. & tamen text. ille debet generaliter intelligi, per iura vulgaria.

Nec etiam obstat solutio alia, quam Bald. & alij praallegati dabant ad d. §. fina. dicendo, quod nulla dicitur venditio. s. in praedictum creditoris: remanet ei saluum ius pignoris, tamen transfertur dominium, sed cum sua causa, iuxta l. si conuenerit. §. si fundus, supra de pigno. actio. cum sim. Quoniam huic solutioni satis respondet Ias. in d. §. ea lege, quod istud procederet, etiam si non interuenisset pactum de non alienando. vnde cum illud pactum praesupponatur, seu factum narretur, videtur fundari decisio super eo. Praeterea non diceretur tunc nulla venditio, sed creditor non praedicialis, valuisse tamen quod esset illi tex.

Non obstant duo argumenta Ruin. quoniam respondetur ad primum, quod in d. l. fin. prohibitio erat legalis, sic tamen a lege qualificata, vt scilicet non procedat, si dominus interpellatus noluit emere, eo ergo interpellato, & emere nolente cessat prohibitio. Non tamen hoc crederem, si prohibitio facta fuisset per conuentionem, quia tunc taliter est seruanda, qualiter facta fuit, vt dicitur in princip. l. & sic impeditur translatio dominij. Quod procederet, quia dominus qui sibi fecit promitti de non alienando, ius in re habebat, cum esset dominus directus. Et ita credo, quod Bartol. voluerit pro se inducere illum textum. Ad secundum respondetur quod pactum vt creditor non vendat, de quo in d. l. si conuenerit, la prima, in si. dicitur habere tacitam conditionem a lege, videlicet si debitum sibi soluiatur, prout ibi signanter declarat Fulgosi. Quod quidem cum a debitore non fiat, inualidat pactum illud, seu redditur tunc inefficax. Et quod debitor id facere noluit, constat ex illa trina denunciatione & sua contumacia. Et hoc rationi & aequitati consonum videtur, quod ne alias creditori quodam modo inutile sit pignus, vt ibi voluit glo. & sequuntur Bar. Fulgosi, & alij.

Vel secundo responderi posset, quia illa pactio videretur contra substantiam pignoris, ideo in totum non seruatur, sed adhibetur trina denunciatio, vt ibi dicitur. Et hoc etiam dixit ibi Fulgosi. per quem videas. Et ex his defenditur communis opinio. Contra quam tamen valde videtur vrgeri, quia si promittis non alienare fundum tibi venditum, & pro obseruantia mihi illum obligas, alienum videtur a natura pignoris, quod per illud magis impediatur translatio dominij, quam alias impediatur, cum ad illud non tendat. Satis enim videretur esse, quod pignus remaneat firmum, & res cum sua causa transeat.

Pactum ergo de non alienando obligauit promittentem personaliter, & res dicitur pro eo hypothecata, vnde si in alium translatur, videtur quod tantum hypothecaria mihi competat pro satisfactione obligationis personalis, & sic vt interesse meum mihi praestetur, non autem quod dominij translatio impediatur. Et istud est de intentione Sali. in d. l. ea lege, & in d. l. si creditor, §. si. & certe videtur argumentum multum concludens. Et credo quod nisi fuisset d. §. fin. nullus vnquam istud dixisset. Fateor tamen, quod ille tex. valde vrget. Et videtur in eo casus pro communi opinione. Et ideo forte posset teneri alia litera, videlicet nullam esse conuentionem, vt scilicet illi cogantur stare partes, quia scilicet non stabitur ei quasi contra ius posita fuerit, vt ibi gloss. ponit in fin. 180 Et prout allegabat Bald. cum quo habuit Bar. controuersiam, de qua ipse ibi, & hic meminit, vt fama refert, prout scribit Alex. in l. si filio. §. si vir, 3. col. supra soluto matrimonio, quae fama etiam habet, quod Bald. omnes libros etiam illum Bart. ad sensum suum claudensine apertur, & postea veritate reperta luit penas. Quae fama

fama apud me non videtur verosimilis. Nec illud audeo de tanto viro credere, & maxime, quia ipse Bald. ibi videtur inharere literæ Bar. licet dicat illum tex. secundum illam literam non esse alibi, & mirum quid continere, vt scilicet contra naturam pignoris dominus illud vendere prohibeatur. Sed quicquid sit de ista fama, cui ego non assentio, alia litera videretur probabilior, & præcedentibus magis responderet, quia supra non dicitur factam esse venditionem de cuius validitate queratur, sed bene queratur de validitate conuentionis & pacti: vnde magis videretur conuenire sic legere, nullam esse conuentionem siue pactiōem: & ita legendo tex. ille probaret contra Bar.

Sed quia hodie omnes libri habent nullam esse venditionem &c. si vis tenere contra communem potest ad illam literam responderi, vt supra etiam retuli, scilicet respectu præiudicij creditoris. Et non dicam tantum respectu sui crediti, quin pro eo obligata res remaneat, cum illud etiam sine pacto de non alienando procederet, vt dicebat Ias. in d. §. ea lege. & supra retuli, sed etiam respectu interesse eius, quod prætendebat, vt res non alienaretur, puta, quia difficilius postea obtineret in hypothecaria propter aduersarij potentiam, vel etiam quia contra tertium possessorem non potest hodie exerceri, nõ facta discussione principalis, auth. hoc si debitor. C. de pigno. & istud etiam erat olim in certis casibus, vt inquit Cuma. in d. §. ea lege, in quibus casibus poterat de clarari d. §. fina. Et licet Ias. in d. §. ea lege, dicat hoc esse truffam, quia nimis restringeretur, tamen mihi non ita videtur.

Nec enim est restrictio, sed declaratio, vt sic dicamus, venditionem non præiudicare creditori respectu cuiuslibet sui interesse, declarando siue exemplificando, vt dixi. Et totum hoc prouenit propter pactum de non alienando, quod ibi factum narratur. Nec prædicta expositio tibi uideatur dura ad illa verba, quia proprie verificari non possunt. Nam falsum est dicere quod venditio non valet, quia si valet de re aliena. l. re aliena. §. de contrah. emp. fortius valet de re sua, licet alteri obligata, & venditor personaliter obligatur ad trahendum vel ad interesse emptoris. l. i. in prin. §. de act. emp. cum sim. vnde sicut fm Bart. & communem oportet dicere nullam esse venditionem. l. respectu translationis dominij, cum uenditio de se ualeat, cur etiam non licebit dicere nullam esse. l. respectu præiudicij creditoris cogita super istis, quæ dicta sint gr̃a disputationis, sed in practica non est recedendum ab opi. Bar. & cõi. Et eam tenendo ad urgens argumentum §. in trium factum pot forte rñderi, quod licet pignus per se non impediatur alienationem, ac et pactu de non alienando per se similit non impediat, tñ simul iuncta illud operabuntur, iuxta illud, singula q̃ nõ profunt &c. vt per gl. i. l. instrumeta. C. de prob. & i. l. 2. post prin. §. de excus. tut. cum simi. Facit quod in simili dicit Bar. in l. Centurio. col. i. 2. de vulg. & pup. uidelicet quod si filij positi in conditione sint etiam grauati, censentur ex testamento uocari, licet neutrum per se illud fuisset operatum. Et licet plerique teneant ibi contra Bar. ego tñ ibi soleo eum sequi, & fm eius opinionem aliquando

181 consului. Facit etiam quod communiter dici solet, duplex pactum nudum de eadem re producere actionem, licet nullam per se id possit, de quo tamẽ remitto me ad ea, quæ dixi in Rub. j. de uerb. oblig. in 7. q. in fi. Et ex ista cõi. inferrebat Imo. ut Ias. & Moder. referunt, ad materiam l. emptorem. C. loc. ¶ nam caute la erit colono, vt faciat sibi promitti de non alienando durante conditione, & pro obseruantia res illa locata sibi obligetur, quia tunc emptor eum expellere non poterit, ut per eos.

Et hoc pro not. doctores sequuntur, vt per Ias. hic. Et hoc alias ego sum sequutus in simili casu consulendo in patria mea Senen. si. Hanc autem conclusionem Bart. & quæ circa eam dicta sunt, 183 ¶ amplia, vt procedat, etiam si res illa non fuerit particulariter obligata, sed facta sit generalis obligatio omnium bonorum, ita dicit hic Crotus, quia in generali obligatione, & res illa comprehenditur, & satis est eam reperiri obligatam, vt sic in eam paciscens dicitur habere ius reale, vt per eum. & ita voluit Pau. de Cas. in d. §. ea lege. Et licet plerique contrarium tenuerint, quos sequitur Ias. in d. §. ea lege, & Ruin. hic, tamen ista opinio videtur in puncto iuris, vt inquit Alexand. in l. qui absentis. §. primo, infra de acquiren. possess. & refert & sequitur hic Crotus. Et ultra deducta per eum. istam opinionem videtur sequi Alexand. in consilio 39. viso themate, secunda colum. quinto volumi. Et est de intentione Patruj & Domini mei Socin. in consilio 80. In quaestione quæ vertitur, secunda colum. tertio volumi. Et expresse illam firmat Corne. in consil. 3. 2. In hac consultatione, prima columna. quarto volum. Et ante omnes fuit opinio Bald. consil. 306. In tres Marchiones, secunda columna quinto volumine. Et ita ego tenui in præallegato consil. facto Seuis.

Nec obstant fundamenta tenentium contrarium, scilicet quia d. §. si loquitur de speciali hypotheca, & non debet trahi ad alios casus, cū decisio illa sit exorbitans, vt dicebat hic Ruin. Quod respondetur, quod immo ille tex. loquitur simpliciter de hypotheca, vel pignore, & ita potest verificari in generali obligatione, sicut in particulari, quia etiam res quælibet sub generali obligatione

comprehensa, potest dici hypotheca vel pignus. Et eo magis hoc dicendum est, quia eadem ratio est utroque casu, vt ex prædictis constat. Et ex ista ampliatione infero singulariter, quod hodie si de pactis & promissionibus prædictis fiat instrumentum publicum, semper impediatur translatio, attenda communi practica notariariorum, qui semper in fine solent apponere clausulam illam, & pro prædictorum obseruatione partes inuicem se obligauerunt, & hæredes eorum, & bona eorum omnia presentia & futura &c. Quod perpetuo teneas menti, & in hoc inter cætera erit vile vt de promissione fiat publicum instrumentum.

Quarta conclusio Bartoli sit (& est tertia limitatio prædictæ 184 regulæ) quod si regula non procedit, quando cum pacto de non alienando, apponitur clausula resolutiua contractus, qui tunc celebratur, puta secundum Bar. si dicatur, si alienabis, res sit inempta, & ad me reuertatur: & in illum casum tu interim constituas te meo nomine possidere.

Et ita declarabis mentem Bar. & cessabunt multa dicta Ias. contra eum, prout etiam ipsemet Ias. postea declarat. Solu ergo vult, verba illa non esse necessaria, videlicet et si contingeret, te ad aliquem actum alienationis peruenire &c. vt dicebat Oldr. sed eorum loco sufficit dicere, & si alienabis &c. Sed alia verba Bartoli non intendit tollere, & certe videtur opportuna, vt scilicet eis mediantribus transferatur dominium, etiam sine actuali traditio 185 ne: quia si per illam clausulam constitui facto modo dicitur res tradita, iuxta tradita per Bar. in l. ab emptione. §. de pac. & per eum & alios in l. quod meo. in prin. j. de acquir. possess. Quod sine dubio credo verum, quando solum fuisset dictum si alienabis, res statim ad me reuertatur, prout loquitur Bar. Sed si etiam dictum fuerit, res sit inempta &c. vt supra exemplificabam, forte clausula illa constituti nõ erit necessaria, quia per illa verba directò videtur contractus rescindi, & dominium ad me dicitur reuerti. Pro quo optime facit l. i. & totus titulus supra de in diem adiec. ubi verba illa, res sit inempta, operantur retranflationem dominij, ita ergo & in casu nostro videtur dicendum, super quo tamen cogitabis.

Alias limitationes ad regulam prædictam, & sic alios casus in quibus per pactum impeditur dominij translatio, vide hic per Crotum, & per Alexand. & alios in d. l. qui absentis. §. i. de acquir. possess. & alibi etiam vt hic per Alexand. & alios. Mihi autem satis visum fuit eos tetigisse, quos Bart. hic prosequitur. Subdebat 186 hic Alexand. multum singulariter, quod si in omnibus casibus, in quibus per pactum de non alienando impeditur translatio dominij, si res transeat in alienas manus, licebit ei, qui prohibuit, propria auctoritate rem capere, prout voluit glo. in versic. licentiam damus. in Authen. vt de cæter. commut. non fia. post princ. Bal. in cap. i. §. i. de succes. feud. & Angel. in d. §. ea lege, cum alijs allegatis hic per Alexand. Verum, quia hoc non videtur ita clarum si generaliter intelligatur, vide per Alexand. in d. l. qui absentis. §. i. Et secundum eum ibi potest fortè dici, quod hoc procedat, quando in illo contractu erat appositum pactum manus iniectionis secundum Ange. in dicta Authen. vt de cæter. commut. non fi. Cætera circa hanc quartam quaestionem vide hic per Alexand. Ias. & Moder.

187 Querit Bar. quinto loco, si vtrum per sententiam arbitri prohibentis aliquid alienari, impediatur translatio dominij & concludit quod non, vt per eum, cum quo doctores transeunt, vt per Alex. Ias. & Modernos. Et fundamentum est secundum doctores in ca. Raynal. de testa. iuncta glo. super versic. neutra pars. Item & ratio allegatur per Bartoli. quia scilicet istud per pactum fieri non potest, ergo nec per arbitrum siue eius sententiam, cum omnis eius potestas pendeat à pacto compromittentium. l. non distinguemus. §. de officio, supra de arbit. Ad quod facit, quia compromissum & quod inde sequitur, dicitur quædam transactio, vt notatur in §. si vero. in Authen. vt differentes iudi. vt hic per Ias. Et 188 ex conclusione Bartoli: inferitur quod si lite pendente coram arbitro res alienetur, transfertur dominium. Ita Bald. in l. i. in fin. C. communi diuidum. & sequitur Ias. hic. Ratio est, secundum eos, quia cum sententia ipsa arbitri etiam prohibitiua alienationis, non impeditur dominium transferri, nec eius pendentia debet illud inducere, argu. l. Iulianus, secundum responso. §. de condi. in debi. Et si dicas quod pendentia litis solet impedire alienationem non respectu sententiæ ferendæ, sed ne mutetur dominus, iuxta tit. §. de alien. iudi. mut. cau. fact. & C. de litig. per totum. dicam quod 189 illud procedit quando contrahitur virum litigiosum, quod non contrahitur coram arbitro, vt dixit Bal. in d. l. i. C. commu. diuid. & tradit hic Ruin.

Limitatur conclusio Bartoli. per Crotum hic duobus modis, 190 primo quod nisi ex sententia arbitri oriretur actio, exemplum sit in terminis l. cum antea. C. de arbit. vt per eum, qui dicit quod ita voluit gloss. in d. cap. Raynaldus. in versic. neutra pars. Ista limitatio mihi non satisfacit, quia esto quod oriatu actio vt dict. l. ea lege. C. de condic. ob caus. Et tamen si in eo fiat prohibitio, non impeditur translatio dominij regulariter, vt dictum fuit Mar. Soc. Iun. Prima Pars. A a in præ-

D. Maria Soc. Iun. in l. Filius §. Diui.

in præced. q. Præterea ex eo, q. actio oritur, non tollitur ratio Bar to. de qua supra, merito &c.

Non obstat gl. in contrarium allegata, quia potest dici, quod non hoc voluit gl. nec cogitavit, nec debet ex verbis eius sumi argumentum a contrario sensu, quia resularet absurdum &c. iuxta tradita per Doctores in l. 2. C. de cond. inter. & in l. 1. §. huius rei, supra de offic. eius cui mand. est iurisd. Et si vis q. glo. ita sentierit sumpto ex eius verbis argumento a cessante ratione, dicam quod male sentit per prædicta.

Secundo limitatur nisi arbiter fuisset electus ex necessitate putata, quia statutum cogat coniunctos usque ad certum gradum de eorum litibus compromissum. † Nam tunc arbiter ita electus dicitur iudex delegatus, ut habetur in l. si vbi Bart. & omnes. C. de iud. Et si eligatur a partibus, & sic eorum consensus requiritur respectu personæ eligendæ, tamen cum aliquem eligere cogantur, sic virge nte statuto, eius auctoritas provenit a lege, ita ut dicatur habere iurisdictionem, sicut alij iudices, & non simpliciter notionem prout habent arbitri, in quos ex mero litigantium arbitrio compromittitur. Et hoc notabis, quia pulchrum est, & servit tibi ad plura. Et ego alias ex eo inferebam Senis in magna 191 causa, quod † statutum dictans, q. quandocunque petatur executio laudi, si ei de iniquitate opponatur, iudex compellat partes ad iterum compromittendum, non habebat locum in laudo siue sententia arbitri electi ex necessitate. Nam tunc ex quo ille habetur pro iudice & iurisdictionem habet, eius sententia facit ius, nisi legitime appellatur, ut d. l. si. Sic ergo erit, & in proposito ut si sententia eius prohibens alienari, tantum operetur, quantum sententia iudicis. Illa autem impedit translationem dominij secundum Bar. j. in sequenti q. ergo &c. Et ista limitatio, si aliud non vrgeat, de facili procedit, quia in ea cessat ratio prædictæ conclusionis allegata per Bart. ex quo auctoritas illius non a partibus, sed ab ipsa lege provenit ut dictum est. Verum, an hoc sit verum, & quomodo procedat, pendet ab his, quæ dicentur in sequenti questione, quam nunc aggredior.

193 Sexto ergo querit Bar. † utrum præceptum iudicis impediatur translationem dominij, & quicquid dixerit Innoc. concludit q. impedit, per iura plura ut per eum. Circa hæc conclusionem licet Alex. procedat eam reprobando, melius tamen est, prout Iason & Moder. faciunt, eam declarare secundum quod in effectu vult etiam ipsemet Alex. Dicamus ergo illam procedere, quando iudex ex causa legitima & in iure approbata, prohibet alienationem, puta ex causa prodigalitate, vel simili. Et (ni fallor) ista fuit mens Bar. Quod probatur, primo, quia ipse j. in ult. q. dicit, nudum præceptum iudicis non tenere, merito ergo hic præsupponit non esse nudum, sed ex causa fieri. Secundo quia eius doct. debet intelligi secundum iura per eum allegata, iuxta doct. Bar. & communem in l. non solum §. si liberationis verba, infra de libera. leg. sed in iuribus per eum alleg. sit prohibitio cum ea, ergo &c. Patet & tertio, quia Bar. non disputat, quæ prohibitio iudicis valeat, sed præsupposito q. valeat, & sic quod habet causam, querit, an impediatur translationem dominij?

194 Cause † aut legitime & in iure approbate multæ sunt, ut hic per Ias. qui quasdam enumerat, & ultra eas sufficit omnis causa, quæ in iure reperitur expressa, ut inquit Alex.

Imo etiam omnis alia iusta & rationabilis, & similis his quæ 195 reperiuntur in iure expressæ, ut dicit hic Claud. † Paria. n. sunt quid in iure exprimi, & iuridica ratione probari, l. cum ratio, infra de bon. damnato. cum similibus. Facit vulgata ista glo. in l. ob as, C. de præd. minor. Plus etiam dicit Claud. quod quo ad causas, idem est in sententia iudicis, quod est in testamentaria prohibitione. Quod est valde notandum.

Ex eo enim videtur inferendum, q. si iudex inhibeat, ne quis ex pluribus partem suam extra eos alienet, immo etiam generalius prohibeat, extra certam familiam alienari, valebit talis prohibitio, & impediret translationem dominij.

Sed considera quia forte ista non sunt vera. Nam non video quomodo in iudice possit hoc contingere, ut si iudicis præceptum debeat hoc operari. Dico enim, q. aut de eo an liceat alienare, nulla est lis coram iudice, aut est. Primo casu de eo non iudicabit. l. de qua re, §. de iud. in princ. Facit regula l. ut fundus, §. communi diuidi. & alias dicitur, q. stultus reputatur iudex, qui super alio sententiam profert, quam de quo erat facta petitio.

Secundo casu dico, q. lis de eo erat, quia allegabatur alienationem prohibitam esse, aut ex lege, aut ex testamento, aut ex pacto, & ex aduerso id negabatur, aliter non video quomodo caderet de eo controuersia. Vnde dico quod sententia istud dicēs, nihil noui inducit, sed de iure esse declarat, iuxta l. sicuti §. sed si queratur, supra si serui. vend.

Et propterea tunc an impeditur translatio dominij, debet considerari causa prima seu dispositio, in qua dicebatur facta prohibitio, ut si aliud sit, si provenit a lege vel testamento, & aliud si a pacto, secundum ea, quæ §. in præcedentibus questionibus dicta sunt. Non autem debet considerari sententia iudicis, quæ per se

196 & ex sui auctoritate illud non potest. † Nam prout etiam dicit hic Alex. sententia † licet plurimum possit, non tamen potest operari translationem dominij absque traditione, ut est glo. singularis & communiter approbata in §. si. Inst. de offi. iudic. Et sic in ea viget ratio, quæ diximus per pactum non impediri translationem dominij, supra in 4. q. merito ergo idem & in sententia dicendum est.

Et si hoc procedit, quando causa subeat, fortius erit nulla subsistente causa, quod etiam Bart. & sequentes fatentur. Verum etiam quando subest causa, translatio dominij impediatur potius ex causa ipsa, quam ex vi sententiæ, videtur quod possit simpliciter contra Bar. & communem concludi secundum Inno. in c. Raynaldus de test. quod prohibitio emanans a sententia iudicis, & non aliunde, non impediatur translationem dominij. Et si Alex. istud sensisset bene reprehendisset Bar. Sed non sic voluit, ut ex prædictis constet.

Nec obstant iura allegata per Bar. & primo potest dici, q. l. diuus, supra de petit. hæc. faciat in contrarium, cum ibi satisfactio præstetur solum pro æstimatione. Et hoc videtur sentire gl. fina. ibi super verbo, diminutio. Nisi dicas istud esse, quando præstatur satisfactio, sed vbi non præstaretur, inhibito videtur operatur impedimentum translationis dominij, super quo tamen cogita, quia hoc ibi non aperitur, sed solum dicitur prohibendum possessorem &c. Posito tamen, quod tale impedimentum fiat, respondetur illud esse, quia illa prohibitio, non a iudice dicitur provenire, sed a lege, quæ ibi talem prohibitionem facit. Et si iudex id exprimat, non propterea ipse dicitur talem prohibitionem facere, sed potius dicitur, legem sic prohibentem exequi. Ad l. seruus hac lege. infra de manu. cum qua concordat l. ille seruus §. final. infra qui & a quibus respondetur, quod speciale est in prohibitione libertatis, quæ respert delictum a iudice fit, ut ibi dicitur. Et illud procederet etiam quod talis prohibitio fieret per pactum, ut ibidem probatur, & ut dixi supra in quarta quest. in 2. conclusione Bar. Demum non obstant l. si sciens, supra de contrah. empt. & l. Iulianus. in princ. supra de cura. fur. quæ magis videntur probare opinionem Bar. Quoniam primo dici potest, quod in eis sit speciale, ea ratione, quia illa prohibitio demonstrat hominis inhabilitatem ad alienandum ratione prodigalitate: Ille enim dicitur similis furioso, & non dicitur habere voluntatem. l. furiosus. infra de regu. iuris. Vel secundo dici potest, quod prohibitio illa dicitur provenire a lege, & iudex declarat illam habere locum.

197 Pro quo benefact. † quia si iudex declarat, quem esse prodigum, absque alia expressione, dicitur facta interdictio bonis, prout voluit Alex. in l. si cui bonis. 3. col. vers. subdit Bar. &c. j. de verb. obl. dicens, q. ista opinio est vera, licet Bar. ibi aliter voluerit. Et ego ibi hanc opinionem contra Bar. sequutus fui.

Et ex his patet responsio, si pro Bar. allegentur ea, quæ habentur in l. si. C. de litig. & præsupponatur q. iudex rem litigiosam prohibeat alienare, quia dico, q. & ibi lex ipsa prohibet, & iudex dicitur ipsam legem exequi.

Sic igitur ex prædictis videtur concludendum cum Inno. ut supra, licet doct. communiter videantur contrarium dicere. Non tamen multum a communi doctrina ego disto, immo respectu effectus in nihilo videor differre. Omnes enim fatemur, vbi non sit causa probabilis, ex præcepto iudicis non impediri translationem dominij, vbi autem sit causa, doct. dicunt, tale præceptum impedire. Ego vero dico quod impedimentum illud provenit a lege, & ex eius auctoritate, non ex vi & auctoritate talis præcepti, seu sententiæ iudicis.

Et hæc dixisse volui gratia collationis, & propter istud dictum domini Claud. & tu super istis cogitabis. Et quæ dicta sunt de sententia iudicis, videntur habere locum etiam in sententia arbitri, quando fuit electus ex necessitate, secundum ea, quæ dicta fuerunt in præcedenti questione. Cætera circa hanc questionem vide hic per Mod.

198 Querit Bartol. septimo loco † utrum prohibita alienatione, censetur prohibita hæredis institutio? remittendo se ad dicta per eum in d. l. si ita quis. §. ea lege, ut per eum. De quo etiam Bartol. tractat in l. peto. §. fratre, infra titu. 1. In hac questione plura scribunt hic Iaso. Crotus, & alij, & maxime R. uin. qui vlt. que ad octo col. & ultra, scribit. Meæ intentionis non est omnia referre aut tangere, sed ea tantum quæ necessaria & vtiliora videbuntur pro resolutione huius pulchre, subtilissimæ, & valde vtilis questionis, tangendo etiam de successione ab intestato, prout erit opportunum.

Considerandi ergo sunt tres casus principales. Nam aut prohibitio facta est simpliciter, non habito respectu ad aliquas personas, aut facta est odio certarum personarum, aut tertio facta est fauore certarum personarum.

Primo casu concludendum est, & absque dubio non esse prohibitam hæredis institutionem, siue sit legalis prohibitio, ut l. si. C. de litigio. & lex hoc edicto §. alienare, supra de aliena. vend. mutand.

mutand. causa fact. siue conuentionalis, argumento dd. iurium, iuncta l. fin. C. de fideiuf. Siue etiam sit testamentaria, per eadem iura, declarando tamen in casu, quo talis prohibitio sit habitura effectum aliquem, & non dicatur nudum præceptum, quia tunc quolibet modo etiam per venditionem libere posset alienare. Et ponam exemplum, si dixerō, prohibeo illum fundum alienari, & si alienetur, veniat ad hospitale, & ita declarat etiam Ruin. hic.

Et huius conclusionis ita generaliter posite, ratio illa est, quia cum prohibitus semper viuere non possit, & sic res illa in alium sit transfutura, conuenit, ut transeat in eius heredem cum vniuersitate aliorum bonorum & iuris hæreditarii, argum. l. i. §. de fundora. & quasi alienatio necessaria, necessitate nature toleratur, attento maxime, quia hæres personam ipsius defuncti repræsentare dicitur, & quodammodo videtur vna persona cum eo, vt in Auth. de iureiur. a morien. præsi. post princ. colla. §. cum similit. Et istam opinionem latissime firmat Alexā. & aliquid in fortioribus terminis in consil. 55. Super primo dubio, 2. colum. 3. volu. quem omnino videas, quia multis in materia ista notatu digna inuenies.

Sed contra istam conclusionem videtur l. Imperator, infra de fideicommiss. liber. in eo quod ibi simplex prohibitio alienationis serui impedit eum transire in fiscum, publicatis bonis prohibiti.

Nam ex eo videtur inferendum, quod nec in extraneum heredem poterat transire, cum sit quod si alius esset, etiam in fiscum transfret, iuxta doctrinam Barto. in l. iura libertorum, infra de iure patrona. Huic argumento respondet Ruin. dicendo quod immo in heredem transibit, & sic erit permessa hæredis institutio iuxta conclusionem propositam, cum translatio quæ eo modo fit, dicatur fieri ex necessitate non proueniente à delicto vel alio facto prohibiti, sed ab ipsa natura, cum mors euitari non possit, sed in l. Imperator, non transit in fiscum, quia illa alienatio prouenit ex necessitate, causata a delicto prohibiti, vt hic per eum. Mihi videtur t quod immo in casu d. l. Imperator, nec in heredem transiret seruis, ita vt apud eum sit permansurus, sicut nec in fiscum transit permansurus, sed immediate debet publice manumitti, vt ibi dicitur, & ita etiam ab heredem auferetur, & deberet manumitti. Nam cum testator prohibuerit, ne alicui alii seruiat, voluit quod omnino post mortem prohibiti esset liber, alioquin alteri seruiret contra voluntatem, & expressa verba testatoris, & quod ita sit verum, probatur recte intuiti in l. rogo, §. de fideicom. liber. ibi, nec tamen, quasi post mortem hæredis &c. videbatur enim sic dicendum, quia si alii seruire non debet post mortem primi hæredis, dicitur sibi relicta libertas, & ita verum est, propter quod ita videbatur dicendum, & sic quod eo vivo, nullo modo libertas competere posset. Sed contrarium ibi dicitur, solum eo respectu, vt si vitius hæres eum alienet, statim petatur libertas.

Ex alio tamen illud procederet, quia post mortem esset ei relicta libertas, & sic ibi videtur casus quod non potest in heredem hæredis transire, vt apud eum permaneat. Et hoc modo declarando, remanet argumentum de d. l. Imperator, contra præpositam conclusionem. Sed respondetur, quod ibi non est facta simplex prohibitio alienationis, quia tunc ille seruis transiret in heredem, secundum conclusionem propositam, sed fuit dictum, ne seruis alii, quam ipsi hæredi, seruiret, quod non impleteretur, si in heredem hæredis transfret, igitur &c. Cogita super istis.

Secundo casu concludendum est, quod talis prohibitio comprehendit etiam modum succedendi, nedom ex testamento, sed et ab intestato. Sic ergo personæ in quas testator noluit bona sua alienari, non poterunt hæredes institui, si ita quis. S. ea lege, infra de verborum obligat. nec etiam ab intestato succedere poterint. Et pro hoc videtur l. codicillis §. nature, infra titu. i. Et ita se habet communis opinio, vt per Ias. hic. Sed aduerte, quia istud vltimum videtur dubitabile, eo quia quado quis succedit ab intestato, non videtur in eum fieri alienatio per personam prohibitam, quæ intestata decessit, sed ille dicitur vocari per legem, & sic à lege, non à moriente, dicitur habere. Nec videtur conueniens dicere in eum factam alienationem, cum ipse defunctum repræsentet, & eadem persona cum illo videatur. Et hoc considerato, non videtur quod prohibitus contrafecerit prohibitioni testatoris.

Nec obstat videtur d. §. matre, quia ibi non fuit prohibita simpliciter alienatio in certas personas. Sed testator dixit quod post mortem suam vxor instituta nihil relinqueret talibus personis, tunc enim non videtur mitum, si etiam ab intestato habere non possunt, quia etiam eo modo dicitur quis relinquere l. conficiuntur, in principio supra titulo proximo. Verum ex his non puto à communi opinione recedendum. Nam pro ea adest uero similis mens testatoris, qui noluit quod tales personæ quoquo modo habeant bona sua. Ad quod facit l. hac edictali, cum sua materia. C. de secun. nupt. ubi secundo nubens, quæ non potest

relinquere secundo marito, supra quam reliquerit vni ex filiis primi mariti, cui. s. minus reliquerit, non potest etiam facere, vt secundus maritus per legem id plus consequatur. Et ideo non lucrabitur ex forma statuti dotem aut eius partem, si sit supra prædictam portionem, vt ibi per Doctores.

Non obstat ratio in contrarium allegata, quia primo potest dici, quod etiam si uocetur ex testamento dicitur repræsentare personam defuncti, & si uideretur quod non esset propria alienatio, & tamen non est dubium institutionem talem non ualere. d. §. ea lege. Secundo etiam dico, quod licet decedens intestatus expresse non relinquat, & sic non uideatur alienare in eum, qui sibi succedit, ex quo uocatur per legem, tamen dicitur tacite ei relinquere, alium non instituendo, cum posset, ut d. l. conficiuntur, in princ. Et ex his constare potest responsionem ad d. §. matre, debilem esse & facile tolli posse, quia qui prohibet Titio quod relinquitur, uidetur etiam prohibere in eum alienari, saltem titulo lucratiuo. Et qui prohibet alienari in Titium, dicitur etiam prohibere ei relinqui, ut patet ex eo, quod dicimus, quod dicitur prohibita institutio hæredis de ipso Titio.

201 Tertio casu t quando. l. sit prohibitio fauore certarum personarum, & sic sit prohibitio alienationis extra certum genus hominum, puta extra familiam. Et tunc licet successio ab intestato etiam extra familiam toleretur per l. cum pater. §. cum inter, secundum intellectum Bar. ibi, infra tit. primo. Tamen institutio hæredis eius, qui non sit de familia, dicitur prohibita, ut hic per Ias. & probatur in l. peto. §. fratre, infra titulo primo. Et idem dico de relicto particulari in testamento. Nam per illud & etiam per generalem institutionem quis dicitur alienare, l. si quis prioris. §. certum. C. de secun. nup. Et t quod dixi de institutione hæredis, procedit, nisi instituitur ille, qui esset ab intestato successurus. Nam tunc institutio conseruatur, sicut si ab intestato succederet, quasi illa expressio institutionis (cum sit eius, quod tacite inerat) nihil operetur. l. 3. cum sua materia, supra eod. & ita est de intentione Bartol. in d. §. fratre, & in d. §. ea lege, & fuit opinio glo. in l. pater filium. §. Iulius, infra titu. secundo. Ita etiam firmat Paul. de Castr. in consil. 283. Visis statutis, primo uolum. dicens quod tunc prohibitus non dicitur contrauenire prohibitioni, quia si illum non instituit, omnimodo ad eum ab intestato peruenerit. Sic etiam tenet Alex. in consil. 23. Consideratis uerbis, num. 9. & 10. lib. 2. ubi eam opinionem defendit & dicit esse communem. Idem etiam dicit & sequitur Curt. Senior in consil. 63. Antiquissima & nobilissima, col. 16. in fi. & 17. in princ. cum multis concordantibus per eum adductis, & per Iason. hic, qui etiam hoc sequitur, & dicit se alias consuluisse, licet dicat articulum esse dubium, & reperiri Doctor. pro & contra, ut per eum. Quæ opinio iudicio meo tenenda est, posito quod ab intestato, qui non sit de familia, possit succedere, prout communiter tenetur per rationes prædictas.

Sed tamen ista opinio non videtur secuta. Nam ut repugnare uoluntati testatoris, qui noluit aliquo modo bona illa ad extraneos transire, quod videtur intelligendum generaliter, & sic quod nullo modo vadant extra familiam, merito ergo uidetur comprehendere etiam successio ab intestato, licet illa per legem deferatur cum etiam per eam dicitur colligi quædam tacita uoluntas prohibiti, vt dixi supra in secundo casu & istam opinionem tenuit Petr. de Bellaper. & Bal. in l. peto §. fratre, infra ut. primo. Fulg. in consil. 117. Ioann. q. 3. col. 2. Dec. in consil. 23. Et pro tenui, quarta, & quinta colum. Et Crotus hic. Et pro eam uoluntatem facit, quod si prohibitus alienare, sit testatori extraneus, non poterit de bonis prohibitis dare dotem, sicut illa secundum communem opinionem, ut fuit plene dictum supra in 2. q. quo stante pari modo videtur, quod illa, sibi ab intestato succedens, non possit acquirere bona sic prohibita. Nec ita tenendo obstat d. §. cuz inter, quia uno modo respondet hic Crotus, ut per eum. Sed tu responde altero de duobus modis, ut fuit dictum supra in ultimo notabili, in fi. Et stante ista opinione ut scilicet dicatur prohibita successio ab intestato eorum, qui sint extra familiam, fortius debet dici prohibita institutio hæredis, licet fieri de eo, qui ab intestato esset successurus. Cogita super istis & ueritas prædictæ opinionis pendet ab illa questione, utrum, si in isto casu dicatur factum fideicommissum simplex, etiam post mortem prohibiti, an uero solū in casum contrauentionis, de qua per Doctores in l. qui Romæ. §. cohæredes, infra de uerborum obligat. & tergi supra in d. ultimo notabili. Prædicta autem conclusio, quod dicatur prohibita hæredis institutio, & etiam successio eorum, qui non sunt de familia, absque dubio procedit, quando in prohibitione esset adiectum, quod bona remanent in familia, siue per uerba dispositiua, siue rationis reddituiua, & tunc pro tali opinione esset casus in d. §. fratre, ibi, sed si dom. ad extraneum &c. iuncto principio, & uersu. uel extraneo hæredem instituto, &c.

Capio octauam questionem Bartol. & eius conclusio in effectu est t quod prohibita uenditio, dicitur prohibitus omnis actus, per quem transfertur dominium, & sic omnis alienatio, Mar. Soc. Iun. Prim. ars. Aa 2 pua

202

203

ne bona alienentur, ex hoc tamen non debet dici prohibitio simpliciter in rem, sed potius in personam attentam expressione personarum, quæ alienare prohibentur. Non obstat d. §. fratre, quia respondetur, quod ibi demonstratur persona prohibita, & verba illa, fratre hæredem instituto &c. non respiciunt prohibitionem, sed ordinem testamenti, & bene fateor quod ibi frater dicitur prohibitus in effectu, sicut & alij sequentes, non quia verba prohibitionis eum respiciant, sed quia erat institutus. Ultra quod ad illum text. dici posset, quod ibi fuerat expressum, ut in familia relinqueretur. Nos mihi videtur quod Alexand. dicat illud, quod credit Crotus. Nam loquitur simpliciter quando prohibitio fit in rem & impersonaliter, sicut etiam loquitur d. §. fratre, quem Alex. allegat, cogitabis.

Secundo limitatur prædicta conclusio, nisi ratio expressa operetur ut etiam ad nepotes prohibitio pretendatur, puta, quia dictum fuerit, prohibeo filios alienare domum, quia volo quod perpetuo remaneat in familia. Nam tunc etiam nepotes & alij post eos dicerentur prohibiti, ut per Ias. & per Crotum in quarto casu. Quibus adde Curt. iuniorum in consil. 43. Habita diligenti, col. pen. Cætera circa hanc questionem vide per Alex. Ias. & Crotum, ad quos te remitto gratia breuitatis.

210 Undecimo querit Bart. si utrum prohibitio alienationis facta heredi, dicatur facta etiam heredi hæredis? In qua questione Bart. intendit, quod etiam heres hæredis dicatur prohibitus.

Primo, argumento d. l. sicut, §. penul. supra quibus modis pign. vel hypoth. sol. arguendo de permissione facta uni, quæ etiam dicitur facta eius hæredis ad prohibitionem, ut sic contrariorum eadem sit disciplina.

Secundo per text. in §. seq. dicas in fi. Tertio per l. pater filium, §. Iulius, tit. 2. quæ iura deducas ut hic per Crotum. Comprobat prædicta conclusio, quia ut vulgo dicitur, hæres hæredis testatoris est heres. l. fi. C. de hered. instit. unde dicimus quod hæredis appellatio ad omnes hæredes nedum primos, sed secundos & alios refertur. l. hæredis appellatio, §. de verbo. sign. & in animalibus. C. de lega. cum similibus.

211 Limitatur ista conclusio primo secundum Alex. Ias. & Crotum, ut non procedat, quando heres nominatim prohiberetur, puta, si instituto Titio, dixerit testator prohibeo Titium hæredem institutum alienare. Tunc enim ad hæredem Titij hæredis non transit prohibitio secundum prædictos. Et fuit dictum Bart. in l. Lucius, §. Sempronius, infra tit. 2.

Et ita etiam Bartolom. refert & sequitur Alex. in consil. quinquagesimo sexto. Consideratis verbis, numero primo ad fin. libr. primo. Ista limitatio sublimitatur tribus modis secundum Crotum, ut per eum.

Circa primum dum dicit, non procedere limitationem, quando fuisset præpositum nomen appellatiuum, arg. l. si communis seruus ita stipuletur, §. de stipula. seruor. Aduerte, quia illud apud me est dubium. Nam, si dicam hæredem meo Titio prohibeo &c. videtur quod possit dici nominatim facta prohibitio, cum vere fuerit nonnatus Titius. Cogitabis ubi plures fuissent hæredes, istud putarem verissimum, quia nisi nominatim testator voluisset prohibere, non vni tantum, sed omnibus prohibuisset: si autem esset solus hæres, res magis dubia esset, & potest dici inspicendum esse, an ex aliqua coniectura voluntas testantis appareat, & tunc illa attendatur: si autem sumus in dubio, potest teneri dictum Crotum per d. l. si communis seruus, quæ proprie loquitur in casu dubio. Fateor tamen quod facile sustineretur contrarium, sed gratia breuitatis non insisto, cogitabis.

Circa secundum, si pro causa fuerit dictum, quia fuit maiorum meorum &c. multa dici possent, cum Alex. hic tenuerit contrarium, tamen quia tempus non patitur, non insistam, sed vide per Alex. & Crotum, & ubi placeat opinio Croti, eam notabis, quia est valde notanda, & frequenter contingere potest.

Tertius modus optime de iure procedit, ut si ratio prohibitionis exprimitur, quia vult rem illam perpetuo in familia remanere, vel quid simile, ita ut etiam in hæredibus hæredum procedat, etiam quod prohibitio sit nominatim facta transit ad alios hæredes. Illa enim ratio sic generaliter expressa, operatur ampliationem prohibitionis, arg. l. nomen debitoris, §. si de leg. 3. sicut econtra potest operari restrictionem dispositionis. l. cum pater, §. dulcissimis, de leg. 2. Et ad hoc est doctrina Bar. in l. pater filium, §. fundum, quam etiam Crotus allegat de leg. 3.

Secundo limitatur conclusio prædicta, nisi fuisset dictum, prohibeo supra scriptos vel infra scriptos hæredes meos. Tunc non trahetur prohibitio ad hæredes hæredum, cum illi non possint dici supra vel infra scripti, ex quo in testamento legi non possunt. l. i. in princ. supra de his que in testa. delent. ut per Crotum hic in quarta concl. Pro quo adde quod eleganter consuluit Alex. in consil. 173. Visa facti narratione, secunda & tertia columna, lib. 5. & quæ ego dixi in l. cum filio, in ultimo notabili, in fin. supra cod.

Cætera in hac questione dic ut per doctores. Successive duodeci-

212 mo loco querit Bart. si utrum si contingat rem prohibita alienari,

seu in alium de facto transferri, possit talis res vsucapi vel prescribi? Et intellige in casibus, in quibus valet prohibitio, & impedit transferri dominium iuxta dicta supra in sexto notabili, & etiam alibi. Et ex dictis Bar. facias duas conclusiones.

Prima sit, quod res prohibita alienari in fauorem eorum, qui non sunt perfectæ ætatis, prohibetur etiam prescribi. Nam, sicut illi alienationi consentiendo sibi non præiudicarent, ita etiam patiendo rem possideri. Et ita ut mihi vera mens Bart. post Guli. de Can. licet Crotus non bene respiciens mentem, & verba Bar. dicat eum indistincte tenere contrarium, ut per eum.

Secunda conclusio est, quod si res prohibita alienari, vendatur, aut alio titulo tradatur, regulariter prescribi potest. Et cum Bar. transeunt Cuman. & Alex. in effectu & Iaso. sequitur. Mouetur Bar. primo per l. si. §. pen. C. communia de lega. sed mirum videtur quod Bar. illum text. allegauerit, cum videatur contrarium aperte probare in versiculo, ut nec vsucapio, nec longi temporis prescriptio procedat, verum est quod Ias. inducit pro Bar. ut per eum. Sed eius inductio videtur contra illum text. in versiculo quod similiter, ut hic per Crotum, qui postea aliter illi text. inducit pro Bar. aliter Bartolum intelligendo, quod faciunt Alex. & Ias. Inquit enim quod Bartol. intelligi debet de longissima prescriptione triginta vel quadraginta annorum. Et tunc ille text. facit pro Bart. in eo quod dicit negat vsucapionem vel longi temporis prescriptionem, videtur innuere, secus esse in alia prescriptione longiori, ut per eum. Quæ inductio videtur nimis extranea, nec forte Imperator ibi hoc cogitauit. Et si illud est in se verum, de quo infra dicitur, procederet non per illum text. sed per alia iura.

Præterea videtur iste doctor nimis restringere verba Bart. immo violare, cum Bar. loquatur de vsucapione, vel prescriptione, quæ alternatio semper in secunda parte intelligitur de prescriptione longi temporis decem vel viginti annorum.

Sic igitur videtur quod d. §. pen. nedum non sit pro Barto, sed probet contra illum.

Allegat tamen secundo Bar. l. qui hæredi, §. si pars, infra de conditio. & demonstratio.

Et tertio pulchram illam rationem de consensu patientis rem prescribi, ut per eum. Et pro eo etiam secundum Alexan. facit colorata ratio. Nam si quando aliquid alienari potest cum certa solennitate, potest etiam prescribi, ut voluit Barto. in l. si quarta colum. versiculo & dic secundu Jacob. de Are. C. in quibus causis in integr. restitui. non est necess. Sed res prohibita alienari, potest alienari interueniente consensu eorum, quorum contemplatione facta erat prohibitio. l. quoties. C. de fideicommiss. l. nihil. §. 1. infra eod. cum similibus, ergo &c. Huic tamen rationi respondent Ias. & Crotus, sed infra dicam.

Contrariam opinionem quod immo non possit prescribi, tenuit Imol. hic, Ange. in l. prima. C. de prescript. long. temp. Abb. in cap. cum non liceat, de prescriptio. & sequitur hic Crotus, & fuit opi. Bar. sibi contrarij, in l. secunda. C. pro empto. & in l. vbi lex, infra de vsuca.

Et pro ista opinione primo videtur casus ad literam in d. §. pe. ut supra dicebam, de quo aliquid infra dicam.

Secundo allegatur d. l. vbi lex. Sed certe nihil facit, quia ibi loquitur text. quando expresse prohibita est vsucapio, eo enim casu non videtur dubitandum, quod bona fides non proficit, ut ibi dicitur. Tertio allegat Crotus l. pater filium, §. Iulius, ubi diu possedit, cum quo concordat l. Lucius, in princ. eodem titu. scilicet de lega. tertio, inducendo ut per eum. Sed & hoc parum vrget. Nam posset dici quod argumentum Croti, fit a contrario sensu, quod tamen non videtur probabile, si veniat contra leges, vel ex eo resultat absurdum. l. secunda. & ibi Doctores, C. de condit. inferis. & traditur in l. prima. §. huius rei, supra de offic. eius cui mand. est iurisdictio. Item dici posset, quod illa mulier possidebat pro hærede, ex quo titulo, eo casu non procedit vsucapio. l. prima, infra, & C. pro hærede. Sed his dimissis, dico quod illa mulier iuste & secundum votum testatoris possedit, & non erat prohibita: nimirum si in ea non dedit consideratio prescriptionis.

Nos autem loquimur, quando res venit ad aliquem contra voluntatem testantis. Ultimo pro ista opinione videtur bona ratio. Nam prescriptio non currit sine titulo. l. diutina, C. de prescript. longi tempo. & tradunt Bartol. & alij in l. Celsus, infra de vsucap. Sed in proposito, si ex prohibitione impeditur translatio dominij, lex videtur resistere, ut sic per talem resistentiam titulus habeatur pro non titulo. d. l. fin. §. penul. ergo &c. Sed ad hoc licet videatur coloratum argumentum, respondetur secundum Iaso. quod immo non obstante resistentia legis propter iustam ignorantiam possidentis emptoris, inducitur titulus quantum ad eam, & potest procedere prescriptio, sicut in simili videmus in l. secunda. §. si a pupillo, infra pro empto. Et sic ex prædictis constat quod contra conclusionem Barto. hic

214 ex allegatis contra eum, solum si videtur vrgere dicit §. penul. per quem text. alia opinio. videtur efficaciter fundari, quæ videtur magis communis. Et videtur ille text. facere in fortioribus

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Filius fa. §. Diui.

terminis. Nam, si id est in tacita prohibitione, de qua ibi loquitur secundum doctores, fortius erit in expressa, de qua loquitur hic Bart. Verum si disputando velis sustinere opinionem Barto. hic, poteris ad illum tex. respondere, dicendo secundum Ias. quod ibi loquitur de fideicommissio in diem incertam, vel conditionali. Nam si interim res alienetur, adueniente postea die vel conditione, rescinditur alienatio, nec vsucapio aut praescriptio opponi potest, & ita proprie loquitur ille textum. Nec tunc obstat, quod sequitur de legatis vel fideicommissis puris, vel in diem certam, quia responderi potest, quod intelligitur respectu venditionis & iuris competentis ipsi legatario vel fideicommissario, prout videtur sequi ibi in litera, sed in his omnibus casibus &c. Et in hoc omnes casus aequiparantur, intelligendo de tempore, in quo erat factum legatum, vel fideicommissum, videlicet si pure, statim, si sub die vel conditione, adueniente die, vel conditione. Et tunc ei nihil ex his, quae ante acciderunt obesse poterit. Verum si postea currat longum tempus datis alijs habilibus, scilicet titulo & bona fide possidentis, & scientia legatarii, vel fideicommissarii, videtur posse dici quod currat praescriptio, per ea quae supra dicta fuerunt pro ista opinione Barto. quae hoc modo disputanter defendi potest.

Et pro ea facit, quia alias sequeretur quod plus iuris haberent isti, qui ex legato vel fideicommissio ius habent, quam verus dominus rei. Nam si rem meam vendidisti bonae fidei emptori, praescribitur aduersus me idem ergo & fortius videtur dicendum in casu isto, cum isti non essent domini, vel si erant, erant tantum per legalem dispositionem praeter regulam communem, iuxta l. Titio, infra de furt. cum similibus. Et sic ius debilius habebant, ergo facilius amittendum, argumento l. eius militis. §. primo, supra de milita. testam.

Et certe nisi hoc dicamus, videtur quod Imperator in d. §. pen. sine ministerio loquutus fuerit praesente de fideicommissio conditionali, vel in diem incertam: quod videtur praeter morem legislatoris. cogita super istis, quae pulchra sunt in disputatione. Tuendo tamen opinionem contra Barto. hic, & communem per d. §. pe. dicas quod iste intellectus videtur contra verba illius tex. in versiculo quod similiter &c. Nec tunc obstat allegata pro Barto. Nam primo ad dict. l. qui heredi. §. si pars, respondetur secundum omnes quod ibi vsucapio processit viuo testatore, vel saltem antequam ille dedisset, quod erat dandum causa conditionis implende, alioquin vana fuisset dubitatio de qua ibi. Non obstat illa ratio Barto. de consensu &c.

Et mirum est quod nec Crotus nec ante eum aliquis tali rationi responderit. Dicam enim quod d. l. nihil. §. primo, cum alijs allegatis per Barto. procedunt, quando consensus expressus & in actu ipso accommodatur alienationi, ita ut euidenter de voluntate constet. At in casu nostro est quidam consensus imaginatus potius ex negligentia, quam ex voluntate, si enim interrogaretur an vellent rem alteri acquiri, negaret.

Non obstat illa colorata ratio Alexan. quia secundum Ias. & Crotum ex mente Abb. in dict. cap. cum non liceat, de praescript. respondetur, quod illa procedit, quando lex non simpliciter alienationem prohibet, quin immo eam cum iusta causa & certo modo permittit, ut in re minoris, prout loquitur dicta l. fina. in contrarium allegata. Secus dicendum est, si lex vel testator simpliciter alienari prohibet, nam tunc nec praescribi poterit, cum praescriptio sit alienatio, l. alienationis verbum, infra de verborum significatione. Et hoc considerato bene facit pro ista opinione d. l. vbi lex, de vsucapion.

215 Hanc tamen communem opinionem limitabis secundum Iaso. & Crotum respectu praescriptionis decem, vel viginti annorum, sed bene procederet praescriptio longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum, cum per ea tollatur omne ius, & procedit etiam sine titulo ex negligentia non petentis, & sufficit bona fides possidentis, l. sicut, C. de praescriptio. triginta, vel quadraginta annorum, cum sim. Ita declarat Paul. de Castr. in d. l. si. §. penul. cum alijs allegatis per Crotum, qui etiam dicit quod bona fides, quae requiritur, praesumitur ex isto tam longo tempore secundum Barto. per illum text. in l. fin. C. vade vi. Et istam opinionem firmat Ias. in consil. 57. In causa mota, col. pen. & finali, primo volumine.

Ultimo Bartol. dicit quod Cyn. inducebat textum nostrum, quod nudum praecipuum iudicis non valet, & inductionem reprobat, dicendo postea ut per eum. Ex cuius dictis facias quatuor conclusiones.

216 Prima sit, quod non valet argumentum de nuda prohibitione testantis ad nudum praecipuum iudicis, quia si a testatore fit, dicitur mere in fauorem prohibiti: & ideo non valet cum ipse possit suo fauori renunciare, ut fuit dictum in primo notabili. At in praecipuo iudicis consideratur interesse alterius, aut saltem fisci, ut per Bar. ergo &c.

Sed aduerte, quia prout etiam dixit Iaso. videtur quod immo valeat, si dentur termini pares, puta si praecipuum iudicis sit

in fauorem eius, cui fit, & ita voluit Barto. in l. pater filium. §. Iulius infra titu. 2. Et fit tibi exemplum, si iudex praecipiat Titio ne talem fundum alienet. Si enim nudum sit praecipuum, & sine causa, dicitur factum solum fauore prohibiti, merito ergo non valebit. Confirmat hoc argumentum Ias. ex pluribus ut per eum. Et dum primo allegat l. seruus hac lege, infra de manumiss. Di. cas prout alias supra dixi, quod ille tex. loquitur specialiter in prohibita manumissione, quae in dubio propter delictum & culpam serui dicitur fieri.

217 Secunda est conclusio, quod t praecipuum siue multa in praecipuo iudicis adiecta, debetur fisco per iura allegata per Barto. Et haec est verissima conclusio, quae tamen procedit, quando iudex de tali poena aliter non disposuerit. Secus si alijs personis aut negotijs applicauerit, ut probatur in l. multarum. allegata per Barto. C. de mod. multat.

218 Tertia conclusio sit, quod t nudum praecipuum iudicis ex causis in quibus requiritur causae cognitio, non valet, eo quod deficiente causae cognitione, dicatur factum non seruato ordine iuris: & ideo valere non debet. l. prolatam, cum sua materia, C. de sentent. & interloc. omnium iudicium. Et pro hoc est totus titulus, quem Barto. allegat. C. commi. vel epist. &c.

219 Quarta & vltima conclusio est, quod t comminatio nuda a causa cognitione valet in his, in quibus non est necessaria causae cognitio. l. ius alimentorum. §. sed si non constat, in vers. prius tamen, supra vbi pupill. educa. debe. Ad quod etiam facit vltra Barto. l. tutor qui repletorium. §. si deponi, & §. sequenti, supra de administratione. Ista duae vltimae conclusiones licet sint verae, sunt tamen latius declarandae, ut per Imo. & Alex. hic, qui plenius hunc articulum attingentes, multa dicunt, vide per eos, & summarium plei dictorum per eos tibi in voce declarauit. Vltra Barto. tangunt plerique alias quaestiones, maxime Crotus, qui ponit vsque ad duodecim quaestiones. Ego tangam solum vnam, quam ipse primo loco ponit, quae est, vtrum t prohibitus alienare rem aliquam, & si alienet, ipso iure res veniat in Titium, vtrum inquam, vendendo partem rei priuetur tota? Et Ange. in consil. 168. Testator in omnibus, in secundo dubio, tenuit quod in totum priuetur, prout refert Crotus. Qui etiam refert in contrarium tenere Ias. in l. iur. prator, la. 2. in princ. §. de iure iuran. vbi etiam dicit Ias. se ita consuluisset contra Ang. Sed Crotus hic reiecta opinione Ias. sequitur Angel. Et mouetur primo, argumento l. stipulationum alia. §. si. j. de verbo. oblig. Nam sicuti ibi peccatum in non soluenda parte sortis facit totam poenam committi, ita hic contrauentio pro parte debet operari, ut tota re priuetur, veluti poena super contrauentionis. Secundo, quia vendens partem rei, saltem pro parte impugnat votum testantis, unde videtur, quod in totum debeat priuari, ut in simili probatur in l. etiaz §. i. partis, supra eo. solet enim dici, quod voluntas testatoris est indiuidua. l. cum qui, in princ. infra de his quibus ut indig.

Non obstat, quod alias poena non debeat egredi metam delicti. l. rescriptum, eodem titu. cum similibus, in quo erat praecipuum fundamentum Ias. quia respondet Crotus illud procedere in prouenientibus a lege, secus est in dispositione hominis, in qua peccatum in parte, facit poenam in totum committi d. §. fin. quia durius agitur cum homine, quam cum lege. l. Celsus, & ibi notatur, supra de arb. Sed tu considera quod forte contraria opinio, quam tenuit Ias. tanquam aequior, defendi potest. Etenim durum admodum videtur, quod qui solum partem vendidit, & sic in parte peccauit, puniatur priuatione totius rei, videtur ergo quod tantum illa parte priuetur, quam vendidit, & reliquum retineat. Moueor, t quia sic videmus in vasallo vendente partem feudi: nam non perdit totum, ut voluit Bald. in cap. 1. §. Calidis. de prohib. alien. feud. per Feder. & est de eo tex. in cap. primo, de vaial. qui contra. constitut. Lothar. Similiter nec emphyteuta, vendens partem, priuarit in totum. sed tantum pro parte, quam vendidit sine consensu domini, prout post alios, per eum relictos, firmat Iaso. in l. fina. colum. mihi 38. in vers. 13. quareo de vili. &c. C. de iure emphy. Tertio facit, quia quando testator dixit, quod si alienauerit, veniat in Titium, debet intelligi, scilicet res alienata, ut sic exponatur, si alienauerit, id est quatenus alienauerit, argu. l. Stichus, qui meus erit, §. eod. Ad hoc & pondero tex. in §. seq. ibi, nihil interim quandiu in familia res sit &c. quasi dicat, & si quid non sit in familia, illud petatur, quod solum verificatur in parte alienata. Et ita tenendo, non obstant fundamenta Croti. Nam ad primum respondetur, quod in d. §. fin. poena erat promissa, si fors soluta non esset, quod certe euenit, licet maior pars soluta sit, quia donec superest quid soluendum. verum est dicere, si res non esse solutam. Cum t in oratione negativa, si sit falsa in parte, dicamus eam falsam in totum. l. si is qui ducenta. §. vtrum, j. de reb. dub.

Secus est in casu isto, in quo ista oratio affirmatiua, si alienauerit, non est verificata, si sola pars sit alienata. Et ut dixi resolutur in quatenus, argu. d. l. Stichus qui meus erit.

Et licet ille tex. loquatur quando dictum fuit, qui meus erit &c. tamen

Et licet ille tex. loquatur quando dictum fuit, qui meus erit &c. tamen

ramen idem omnino est dicendum si fuisset dictum, si meus erit prout probatur in l. falsa demonstratio §. ff. infra de conditionib. & demonstrat. Immo in dicta l. Stichus, ita dicitur, quia illa verba reuoluntur in conditionem, & sic capiuntur pro si meus erit &c.

Non obstat secundum, quia in d. l. etiam si partis, testator reliquerat legatum, ut tutelam ille gereret in totum, sed ut dicebat ibi Dyn. legatum fuit factum, ut illam partem tutelae gereret, a qua se excusauit, vel etiam dicas secundum Petrum cum quo videtur ibi Bartol. pertransire, quod legatio non permittitur scindere legatum. l. legatarius, in princ. supra eo. & l. 4. infra tit. prox. cum similibus. Sic itaque videtur concludendum, quod ex alienatione rei prohibita pro parte tantum solum illa parte priuetur, sicut contingit in vasallo & emphyteuta, qui etiam prohibentur alienare, ut supra dixi. Nec obstat quod illi prohibeantur a lege, cuius qua mitius agitur, prout dicebat Crotus respondendo ad regulam d. l. rescriptum, de his quibus, ut indign. Quoniam respondetur, quod immo in casu nostro idem dicendum est de prohibitione testatoris, cum & ipsa habeatur pro lege.

Et alia valet argumentum de lege ad testatorem, sicut e contra Bar. in l. si quis legauerit, la secunda, supra eodem, & in l. prima, ubi etiam alij, C. de his quibus, ut indign. cum concordantibus, ut per Iason. in l. seruo legato. §. testator, in fin. secundi notabilis, supra eodem, quod est verum, si sit eadem ratio, unde cum in casu nostro sit eadem ratio, debet idem ius statui.

Cogitabis, quia fateor, articulum esse dubium, haec tamen pars, uti aequior, mihi tenenda videtur. Et ex his cum laudem summi Dei multum vtiliter, ut puto, sit impositus finis huic notabili §. & materiae prohibitionis alienationis hodie 15. Maij. In almo Patauino Gymnasio, anno quarto meae Patauinæ lectionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum primum per posterius, quod tamen iure perfectum sit, infirmatur, & nu. 10.
- 2 Voluntas testatoris ambulatoria est usque ad extremum vitæ exitum.
- 3 Clausula derogatoria testamenti, de qua in hac lege, duobus modis considerari potest, & quibus.
- 4 Clausula derogatoria sequentis testamenti, aliquando dicitur derogatoria potestatis, aliquando derogat solemnitate.
- 5 Ratio dubitandi in tex. qua fuit.
- 6 Legatum bis, aut pluries factum, in dubio bis, aut pluries debetur intelligi tamen ut ibi.
- 7 Clausula derogatoria de qua in tex. licet in testamento ponatur, respicit tamen nedum disposita in eo, sed etiam in codicillis.
- 8 Protestatio declaratoria animi nostri in his, qua a voluntate nostra dependet, an trahatur etiam ad actum, qui fiet ex interuallo.
- 9 Declaratio ad tex. hunc, & ad nonnullos alios.
- 10 Voluntas suprema attenditur regulariter ex pluribus voluntatibus defuncti, fallit tamen.
- 11 Nemo potest sibi legem imponere, a qua non liceat recedere.
- 12 Quis non potest sibi auferre liberam disponendi facultatem.
- 13 Voluntas precedens quando derogat sequenti sequens illa nunquam valet, vel censetur prima reuocata.
- 14 Voluntas prima in dubio non censetur reuocata.
- 15 Protestatio precedens ut tollatur, oportet quod duo copulative interueniant, & qua.
- 16 Clausulam derogatoriam positam in primo testamento an sufficiat in secundo testamento simpliciter reuocare.
- 17 Clausula derogatoria quando praecessit, sequens voluntas non valet, nisi clausula illa expresse reuocetur. fallit tamen, ut ibi, & vide num. 21.
- 18 Taciti & expressi idem est iudicium.
- 19 Testatoris voluntas semper debet obseruari, etiam si per coniecturas probetur.
- 20 Intellectus ad l. ff. in princ. supra de leg. 2. & num. seq.
- 21 Clausula simplex derogatoria solemnitate posita in prima dispositione, ad secundam nihil operatur.
- 22 Clausula simpliciter derogatoria voluntatis sequentis operatur sequentem dispositionem ab illa clausula regulari.
- 23 Limitatur praedicta conclusio, nisi in secundo testamento dicatur testator illud facit omni meliori modo. Clausula, omni meliori modo &c. operatur, ut primum testamentum tollatur, etiam habens clausulam derogatoriam. ibid.
- 24 Testamento secundo loco facto si fuerit instituta persona magis dilecta quam instituta in primo, operatur ut perinde valeat secundum testamentum, ac si in eo esset expresse reuocata clausula derogatoria posita in primo.
- 25 Persona dilecta si instituitur in testamento, talis dilectio operatur in eo clausulam codicillarem.
- 26 Extraneus si in primo testamento instituitur, & cum clausula derogatoria in secundo vero persona conuicta, primum dicitur reuocatum,

- etiam sine speciali reuocatione clausula derogatoria.
- 20 Imprecatio mali, puta maledictio, in secundo testamento facta, operatur ut primum testamentum tollatur.
- 21 Testamentum primum censetur sublatum per secundum, quando superuenit causa mutandi primum testamentum, licet non esset specialis mentio facta clausula derogatoria, & traduntur exempla.
- 22 Clausula derogatoria mixtum voluntatis, & solemnitate, regulatur a derogatione voluntatis.
- 23 Declarationes nonnullae ad l. Diuus §. licet de iure codicill. & num. etiam procedenti.
- 24 Clausula derogatoria potestatis testandi in futurum in primo testamento posita, nihil operatur.
- 25 Clausula derogatoria voluntatis respectu secundi testamenti, ualet & operatur, quod secundum postea factum non ualeat, nisi primum specialiter reuocetur, & nu. 37.
- 26 Per testamentum secundum simpliciter factum, an censetur a primo uoluntate recessum.
- 27 Posito uno de contrarijs, alterum necessario tollitur.
- 28 Experientia est rerum magistra.
- 29 Tex. in l. ex parte. §. ff. famil. eriscunde, qui mendose legitur, restituitur.
- 30 Donatio causa mortis licet sui natura sit reuocabilis, fallit tamen si donator promiserit non reuocare, quod intelligas si expresse promiserit, secus si fuerit dictum donationi non contrauenire.
- 31 Sciens aliqui, uelle praesumitur.
- 32 Intellectus ad textum in l. cum in plures. §. locator horrei, supra locati.
- 33 Clausula derogatoria dicitur quadam ademptio.
- 34 Testamenti ualiditas per hoc non impeditur, si testator in testamento minus solenni dixerit, si quod testamentum postea fecero, nolo ualere.
- 35 Voluntatem testatoris scitari semper debemus, & quærere, uti uenator leporem.
- 36 Causa testati etiam in minima re trahit ad se causam intestati, licet sit in maiori parte.
- 37 Limitata causa limitatum procedit effectum.
- 38 Hereditatis ademptio non ualet, nisi fiat in tali uoluntate, ex qua possit adiri hereditas.
- 39 Testator si dixerit, nolo testamentum per me factum ualere non propterea dicitur reuocatum testamentum, nisi dixerit, uolo decedere intestatus & est communis op.
- 40 Clausula derogatoria legati operatur, etiam si fiat in minus solenni uoluntate, & nu. 52.
- 41 Clausula derogatoria si reperitur in testamento rupto ob praeteritionem filij, an ea conseruetur, & operetur.
- 42 Testamentum primum factum cum clausula derogatoria secundi, ad hoc ut tollatur, qua uerba debent esse & apponi in secundo.
- 43 Reuocatio generalis in secundo testamento an sufficiat, ut primum dicatur sublatum, quod cum clausula derogatoria fuit factum, & numero 56.
- 44 Oblitio non praesumitur nisi per lapsum decenniij & nu. 58.
- 45 Testamentum primum si per decennium precedat secundum, tollitur per generalem reuocationem in secundo factam licet primum habeat clausulam derogatoriam.
- 46 Testamentum primum in quo erat clausula derogatoria, an sufficiat dicere, non obstante testamento &c.
- 47 Cautela utrum possit dari, & primum testamentum non possit reuocari, sed omnino obseruari.
- 48 Metus sequens probatur ex procedenti protestatione.
- 49 Praesentia uiciorum, & consanguineorum non inducit praesumptionem doli, & metus, immo contrariam praesumptionem. Testamentum factum coram uicinis, & consanguineis caret omni suspicionem doli, & metus, ibidem.
- 50 Testator si dicat in testamento, si contingat fieri nouum testamentum, omnia in primo facta, conseantur in eorepedita an institutio heredis, alia que in primo testamento ordinata, firma permancbunt.
- 51 Testamento abolito, omnis eius clausula censetur etiam abolita.
- 52 Donatio in testamento heredi facta, si contingat testamentum mutari, aut reuocari, de iure non ualet.
- 53 Testamentum irreuocabile utrum ne fieri possit per modum uenditionis.
- 54 Cautela nulla reperiri potest ne uoluntas mutari possit, nisi quae donatio inter uiuos pure & libere,
- 55 Iuramentum in testamento praescriptum de eo non mutando, non impedit aliud testamentum fieri & ualidum.
- 56 Per iuramentum an sit testator iurando non reuocare testamentum, si deinde illud reuocauerit.
- 57 Iuramentum de iure canonico, quod in hac materia seruari debet, non dicitur contra bonos mores, nisi sit nutritium peccati.
- 58 Argumentum perit, data instantia.
- 59 Iuramentum in testamento praescriptum de eo non reuocando, utrum habeat uim clausulae derogatoriae ad sequens testamentum.
- 60 Iuramentum operatur, ut testamentum & omnia in eo disposita ualeant.

D. Maria Soc. Iuni. in l. Si quis in prin. test.

omni meliori modo, & sic operatur clausulam codicillarem.

- 74 Clausula illa, Cassans omne aliud testamentum huius ultimi derogatorium, tollit precedens testamentum, licet habeat specialem clausulam derogatoriam.
- 75 Iuramentum de non reuocando si reperiatur appositum in testamento, & deinde quis vult illud reuocare, specialior reuocatio fieri debet, vt ibi, licet aliqui dicant quod sufficit generalis.
- 76 Substitutio pupillaris expressa excludit matrem pupilli, secus est in tacita, & est commu. opin.
- 77 Iuramentum de non reuocando testamentum sicut habet vim clausule derogatoria ad sequens testamentum, an ita per contrarium, si ponatur in secundo testamento, habeat vim talem respectu primi, vt scilicet tollat clausulam derogatoriam positam in primo.
- 78 Iuramentum apponi in testamento, non est moris.
- 79 Ex æquipollentibus quid fieri non refert in his, in quibus consideratur effectus.
- 80 Statutum primum si habeat clausulam derogatoriam secundi, & postea fiat aliud simplex, an secundum valeat.
- 81 Contractus primus si secundi clausulam derogatoriam habeat, & contingat secundus fieri, an valeat.

Interpretatio in l. Si quis in principio testamenti. ff. de lega. tertio.

LEx, Si quis in principio testamenti, notabilis est lex ista in sui principio, & tota aurea. Materiam enim quotidianam continet, & ideo non immerito iuris illuminator & auriga noster Bart. eam solenni commento declarauit. Et mirandum videtur, quod modernorum aliquis super ea non scribat, excepto Angelo de Perigl. qui tamen paucis contentus fuit. In eius interpretatione, quam pro communi utilitate in fine huius anni faciendam assumpsi, vtiliter & cum breuitate procedemus, in omnibus glossæ & Barto. ordinem sequendo. Et licet l. ita in tex. facilis sit, in materia tamen difficillima est, secundum Alber. de Rosa. hic.

- 1 Ad eius intelligentiam præmittant sibi Iuuenes regulam illam, qua dicitur quod per posterius testamentum, quod iure perfectum sit, primum infirmatur §. posteriore. Inst. quibus modis testam. infirm. & l. 1. & l. 2. & l. cum in secundo supra de iniusto r. pro testam. & l. si quis priore, in princip. infra ad Treb. cum similibus. Et huius regulæ ratio sumitur ex illo, quod vulgo dicitur quod quæ sit ambulatoria est testatoris voluntas usque ad extremum vitæ. infra de adim. leg. l. cum hic status §. ait supra de dona. inter vir. & vxor. cum similibus. Facit per l. p. fideicom. §. de condit. & demonstrat. Cur autem non valeat vtrunque testamentum, ratio est, quia nemo potest (de paganis loquendo) decedere cum pluribus testamentis l. querebatur, post princip. supra de militar. testam. inducendo per locum a speciali. Et rursus huius dicti ratio est, quia cum in testamento per hæredis institutionem (velut caput eius §. ante hæredis institutionem, de legatis) disponatur de omnibus bonis saltem per interpretationem. l. hæreditas infra de reg. iur. & l. nihil aliud, infra de verb. sig. si fecus diceremus, reperiretur quod vni duo in solidum essent hæredes, contra l. contra §. vni duo, §. de reg. iur.
- 3 Secundo præmittant, quod clausula derogatoria testamenti, de qua hic tractatur, duobus modis considerari potest. Vno vt ponatur in secundo testamento ad derogationem primi, ut puta, cassans irritans &c. vel non obstant tali testamento &c.

Quæ quidem quando sit necessaria, & qualis esse debeat, patebit ex infra dicendis. Alio modo, vt ponatur in primo testamento, vel alia dispositione ad derogationem sequentis, puta, volunt istud testamentum omnibus præualere, etiam si contingat in posterum testari, quia non vult illud valere, vel quid simile.

Et de hac clausula derogatoria ad sequentem dispositionem loquitur l. ista. Et talis clausula maxime in testamento apponi solet, vt vera & libera testantis voluntas sortiatur effectum. Timētes enim testatores, qui primum testamentum cupiunt omnino feruari, ne ad instantiam & importunitatem aliquorum contingat eos nouiter testari. Et ita per secundum testamentum tollatur primum, per regulam supra præmissam, hoc euitare volētes, ponunt in primo testamento clausulam prædictam, prout voluit Bart. in extrauag. ad reprimendum in ver. Non obstantibus &c. ibi, nam sicut priuatus præmittit illam clausulam timens &c. quod etiam dixit Corne. in consi. 56. Quæuis videtur. 3. col. 3. vol. Ge. minjan. in c. 4. de constit. libr. 6. Et tradit Patrums & Dom. meus Soci. in consi. 163. non fuisse opus. 4. col. in 1. volu. & in consilio 98. Alias consilii. 4. col. 3. vol. vbi dicit periculosum illud maxime esse existentibus in grauissima infirmitate & prope mortē.

- 4 Et notandum est, quod ista clausula derogatoria sequentis testamenti, aliquando dicitur derogatoria potestatis, quod est quando verba tendunt vt videatur sibi adimere potestatem nouiter testandi. Puta si dicat in primo testamento, quod non vult nouiter

posse testari, aut posse poenitere, vel quid simile. Aliquando dicitur derogatoria solennitatis quando. s. verba important quod in secundo testamento faciendo nouiter, debeat certa solennitas adhiberi, puta quod sint decem testes, vel quid aliud separatim a solennitate iure communi requisita. Aliquando vero dicitur derogatoria voluntatis. Et est quando verba important in testamento, quod nouiter fiet defuturam voluntatem. Puta, si contingat me nouiter testari, nolo quod testamentum valeat, quia in eo non erit voluntas mea, vel quid simile. Et sæpe dici solet, non valeat nisi in eo reperiatur scriptum aliquid, puta oratio dominica, vel saluatio angelica. Et alias vidi dictum, quod non valeat, nisi eo fuerit scriptum totum psalterium David.

Ista distinctio sumitur ex dictis Doctorum maxime Domini mei Soc. in l. si mihi & tibi, §. in legatis, §. titu. 2. in 2. & 3. col. vbi moderni de hac materia satis loquuntur. Et postit etiam hæc distinctio Barto. §. in l. ista, in 1. q. vbi dicitur. Quid autem istæ clausulæ derogatoriæ operentur, & quomodo tolli possint, est longioris speculationis, & apparebit ex infra dicendis.

His ita præmissis pro ornamento huius principij, diuide & summa, vt per Bar. Pone casum per te. Et quod dubium faciebat regula quod semel placuit, de reg. iur. lib. 6.

Nec videbatur obstare, quod sumus in pendentiibus ab vnus voluntate, quia & aditio hæreditatis a voluntate solius aduentis pendet, & tamen cum semel placuerit adire, non cadit poenitentia l. sicut maior. C. de repud. hære. Sic etiam & sententia pendet a solo iudice, & tamen non potest per eum retractari. l. iudex postquam, infra de re iudica.

Præterea ex illa declaratione voluntatis vñ quæsitum quoddam ius hæredi, vt eadem legatario vnus tantum legatum debeat, licet bis legetur. Vnde non videbatur, quod testator posset mutare talem voluntatem in præiudicium hæredis. l. nemo potest mutare, infra de reg. iur. Veruntamen aliter dicendum est, vt dicitur in prima parte.

In secunda allegatur ratio, ibi, nemo enim &c. Ex qua ratione recte intellecta tollitur omnis difficultas. Testator enim in illa sua ascriptione, seu protestatione videtur sibi ipsi & propriæ dispositioni legem imposuisse, merito, ab ea potest quandoque, voluerit recedere, cum nemo sibi imperare possit. l. pen. §. de arb. Et præsertim hoc procedit in vltima voluntate, quæ libera esse debet, & est ambulatoria vsque ad mortem vt §. dicebam. Et non potest recte dici vltima voluntas, si in ea non consistit. Et ideo non potest dici actus, cui lex validitatem & fauorem præstat. Illud, n. facit tantum vltimæ voluntati. i. quando aliud vltra, seu in contrarium testator nolit, vt de se est notum. Et bene facit l. 1. C. de sacrosanc. eccle. lib. postquam amplius velle non possunt, & ibi, quod iterum non redit arbitrium. Hinc est quod testamentum per mortem testantis confirmatur, quia tunc aliud velle non potest. Et tunc si aliud non potest in illo perseverat. c. cum Marthæ, cum similibus, de celeb. miss.

Non obstant allegata in contrarium, quia regula quod semel placuit, procedit in his quæ sunt aliquo modo obligatoria, vel quando ex tali placito alicuius ius perfecte acquiritur vt in contrariis, l. sicut. C. de actio. & oblig.

Et ita est in sententia vel aditione. In casu autem nostro aliud est, quia ista prima voluntas testatorum non obligat. Nec ius alicui perfecte per eam acquiritur. Et licet ea perdurante videatur hæredi quæsitum, vt vni & eidem ad simplex legatum tantum reneatur, tamen non ita est respectu perfectæ acquisitionis, sed solum dicitur quæsitum in spe, videlicet si testator in eadem voluntate manserit. Alioquin diceremus post primum testamentum non posse aliud fieri, in quo alius instituitur: quod esset ridiculum prædicta supra in primo præmissa. Ad regulam d. l. nemo potest mutare, respondetur similiter quod procedit, quando ius alteri perfecte acquiritur. Et hæc in prima & secunda parte. Sequitur tertia ibi, sed hoc ita. Vbi præcedentia limitantur vt per te intelliges. Ratio tertiæ partis, vt quia voluntatis mutatio non præsumitur nisi probetur. l. eum qui, §. de proba. & c. maiores. de baptis. Hic fit casus positus tantum pro tyrionibus.

Nota primo quod regulariter & in dubio cui bis aut pluries legatur, bis aut pluries debetur, ita notant hic Bar. & Ang. Probatur autem hoc iste tex. quia alias frustra testator hoc fuisset protestatus, vt dicitur in tex. Et probatur etiam ibi, suprema voluntas &c. dum præsupponit lex sæpe deberi ei, cui sæpe legatum sit. Contra hoc opponit Bar. in prima eius oppositione, quæ est extraglossa & soluit vt per eum.

Ex cuius dictis in effectu habes, hoc notabile esse intelligendum, solum in casibus, in quibus iure toleratur pluries deberi, de quibus per Bart. in suis diuersis solutionibus. Et in illis casibus est opus protestatione, & clausula derogatoria, de qua hic vel similibus, si testator nolit pluries deberi. Aliquid, n. semel tantum legatarius capit, licet nulla sit clausula derogatoria. Puta, si eadem res eisdem pluries a testatore relinquatur vt l. plane. §. 1. §. tit. 2. vt per Barto. hic & ponit Ange. de Perigl. in primo notabili.

Adverte tamen, quatenus Bar. in prima oppositione inter cetera firmat, quod si relinquatur eadem quantitas in diuersis voluntatibus, pluries deberet per l. quinquaginta, §. de probat. Nam in contrarium videtur l. cum centum, in si. iuncta gl. infra de adimen. lega. & l. Sempronius, supra tit. i. Verum pro solutione vide Barto. in d. l. cum centum, ubi respondet ad d. l. Sempronius, quod ibi illud est, quia illæ duæ non sunt diuersæ voluntates, sed diuersæ scripturæ vnius voluntatis, & si habentur pro vna tantum scriptura quo ad disponendum: & bene dicit. Sed Barto. ibi non videtur clare respondere ad d. l. cum centum. Igitur pro solutione considera, quia quando eadem quantitas relinquatur in diuersis scripturis, aliquando constat, quid voluerit testator, & illud omnino seruandum est, siue voluerit legatum repetere, siue duplicare, & ita loquitur d. l. cum centum. Non enim ibi simpliciter deciditur, quod si in testamento, & codicillis quinquaginta legentur, solum debeantur quinquaginta, sed quod stabitur voluntati testantis præsupposito, l. quod de ea constat.

Et in hoc, quando scilicet de voluntate constat, non differt eadem quantitas in eadem scriptura siue dispositione bis legatur, an in diuersis. Aliquando vero non constat de tali voluntate, sed dubitatur an voluerit repetere vel duplicare. Et tunc propter diuersas dispositiones lex præsumit quod voluerit duplicare, vt d. l. quinquaginta. Et hoc modo procedit conclusio hic. Quod tamen intellige, quando legatum esset simplex; secus si fuisset ob causam vnam & eandem, quia tunc per vltimam dispositionem tollitur prima, vt per Barto. in d. l. cum centum.

7 Secundo nota, quod ista clausula derogatoria, cui bis legauero &c. vt in text. licet in testamento ponatur, respicit nedum disposita in testamento, sed etiam in codicillis. Ita notat hic Cuma, in quarto notabili, & Ang. de Perigl. in vltimo.

1 Ex quo inferitur, quod testatio declarans animum nostrum in his, quæ a voluntate nostra dependent, trahitur etiam ad actum, qui fieret ex intervallo, vt hic ad codicillos, qui ex intervallo fieri possent.

Et istud etiam firmat Bald. in l. pacta nouissima. C. de pactis. & voluit etiam Aret. in l. qui in aliena. §. fina. supra de acquir. hered. Quod est contra Barto. in l. non solum. §. morte, in secunda questione, infra de noui oper. nunci. ubi concludit, talem protestationem non trahi ad actum ex intervallo. & cum Barto. est communis opinio, vt per Ias. & alios ibi, & per Alex. & alios in d. l. pacta nouissima. Vnde Alex. & Ias. in dictis locis sequendo communem contra Bald. respondent ad l. nostram, quod hic nimirum si ad codicillos, & sic ad actum ex intervallo trahitur, quia fuit protestatio facta per verba futuri temporis, videlicet cui bis legauero &c. Ego alias dum Pisis legerem d. §. morte, de anno 1519. contra istam resolutionem & communem illam conclusionem allegabam l. talis scriptura, in si. cum l. sequenti, supra de legat. i. vbi clausula illa, quas pecunias cuique legauero, trahitur ad codicillos, & sic ad actum futurum ex intervallo, & tamen in ea sunt verba temporis præteriti. Quare cogitabam tuendo illam communem opinionem Barto. & aliorum, illi text. & etiam text. nostro sic posse responderi, vt scilicet dicamus codicillos respectu testamenti non fuisse factos ex intervallo, sed incontinenti, vel saltem quod iuris interpretatione habentur pro factis incontinenti, ex quo per testamentum confirmantur, & sic ad illud videntur referri, & ideo dicuntur sequi ius testamenti, vt l. ab intestato, in fin. supra de iure codicil. & dicuntur etiam pars testamenti, vt l. quidam referunt, post princip. eodem titu. super quo cogita.

Et quicquid circa ista iura sit & dici possit. Considerabam quod in articulo illo sic forte distingui potest, vt dixi in d. §. morte.

Aut protestans erat in præparatione faciendi aliquem actum, qui tunc erat in promptu, & quasi imminerebat, & si tunc actus ille fiat, in eo absque dubio procedit protestatio. Verum si postea ex intervallo aliquid fiat in eo, non procedit protestatio, quæ iam in aliquo sortita est effectum. Ratio est, quia animus protestantis illud tale non respexit, cum protestatio censeatur facta respectu actus imminenti, & qui erat in præparatione, vnde si cessat in illo actu ex intervallo animus protestantis, non conuenit ad eum porrigi protestationem. l. non omnis, supra si certum petatur.

Si vero actus ille, qui imminerebat & preparabatur, tunc non sequitur, sed postea fiat ex intervallo, dubitari potest. Videtur enim quod ad ipsum protestatio referatur, cum alium non sit operata. Puto tamen contrarium verum & hoc ex defectu voluntatis ab initio. Nam videtur quod protestatio facta fuerit, solum propter actum tunc imminenti sumpto argumento a verosimili, iuxta l. non est verosimile, supra quod met. causa & notatur per gl. in l. tale pactum in fin. supra de pact. cum similibus, vnde ad alium, ex post futurum non videtur protestatio referenda, cum de illo in illo non sit cogitatum. Et dici tunc poterit, quod actus ille ex intervallo factus, sit factus, non considerata protestatione, sed animo ab ea remoto. Et in his casibus, procedere potest communis opinio. Aut protestans non erat in præparatione alicuius actus, qui tunc immineret, &

ad quem præcise posset referri mens protestantis, ita quod animus eius non potest dici applicatus magis ad vnum, quam ad alium actum, sed dicitur protestatio simpliciter facta propter actum futurum. Et tunc potest dici quod siue aliquis actus fiat incontinenti, siue ex intervallo, erit locus protestationi. Cum enim verba futurum simpliciter respiciunt, cuilibet casui siue actui, etiam ex intervallo possunt applicari, quia non præsumitur mutatio voluntatis. l. eum qui, §. de prob. & c. maiores de baptisim.

Et ideo si nihilo præparato vel imminente protestor, quod per actum, quem faciam, non intendo adire hereditatem, si quod postea ex intervallo faciam, erit locus protestationi. Et ita generaliter potest intelligi l. qui in aliena. §. Celsus §. de acq. her. c. ubi notatis: cum ibi non appareat, an illa protestatio fuisset facta de proximo, vel ex intervallo. Et in his terminis potest procedere opinio Bal. & Aret. in locis de quibus §. Notabis hanc considerationem & distinctionem, & super ea cogitabis, quia noua est. Mihi autem sicut tunc placuit, ita etiam nunc iuridica videtur.

Et secundum eam potest dici debere intelligi istam l. & l. si ita sit scriptum, & d. l. talis scriptura supra de leg. i.

9 Ex quo singulariter infero, quod testatio de qua hic, & de qua in d. l. talis scriptura, nihil operaretur, si post ex intervallo fieret aliud testamentum, cum propter illud facta non fuerit, sed propter illud, quod tunc imminerebat & preparabatur vel fiebat: quod propter aliquod impedimentum fortasse non fuit impletum, vel aliqua ratione inualidatum. Quod perpetuo nota ad declarationem istius l. & similitum. Quod autem in eis dicitur, protestationem trahi ad codicillos simpliciter, satis placet vt procedat, quia cum testamento confirmantur, ius sequuntur eius, & cum eo quodam modo facti videntur, vt supra dicebam.

10 Tertio nota secundum Cuma. & Ang. de Perigl. quod ex pluribus voluntatibus defuncti in disponendo de suis bonis suprema & vltima semper potior habetur. Concordat l. si mihi & tibi. §. in legatis, de lega. i. & l. si quis eum, in princ. supra de vulga. & pupilla. vt per eos.

Adde tu meliorem tex. in l. per fideicommissum, infra de conditio. & demonst. Illa enim iura loquuntur de scriptura, non de voluntate. Voluntas ergo sequens tollit præcedentem. Et ideo dicitur in l. diuus. §. licet, supra de iure codicillorum, quod quæ postea fiunt derogent prioribus. Et subdit Cuma. quod ista regula nunquam fallit. Nam licet quandoque vltima scriptura vel dispositio non attendatur, vt hic, & in d. §. in legatis. illud est ex defectu voluntatis. Nam præcedens protestatio declarat in sequenti actu deesse voluntatem. l. at si quis. §. plerique, §. de relig. & sumpt. fun. & dicit l. qui in aliena. §. Celsus, supra de acquir. heredit. Dispositio enim seu actus aliquis non operatur effectum, vbi non adest voluntas. l. obligationum substantia, infra de actio. & obli. Alias si adest voluntas, semper vltima præualere debet. Sed licet ita Cuma, dixerit, videtur tamen quod imo ista regula fallat, primo si fuerit voluntas minus iuridice ordinata, vt sic non possit aliquo casu sortiri effectum. Nam tunc, licet sit vltima, non tamen præualeat. Et hoc, quia a lege non approbatur, vt l. cum in secundo supra de iniusto rupto testam. & §. posteriore, Insti. quib. mod. testam. infir.

Secundo fallit nisi prima voluntas fuerit inter liberos, secunda non, quia tunc in dubio prima præualeat fauore liberorum, vt in auth. hoc inter liberos. C. de testamen.

Possit tamen dici tuendo dictum Cuma. quod immo regula, recte intellecta, nunquam fallit. Debet enim intelligi de voluntate sollemniter & iuridice ordinata, & ita vt possit sortiri effectum.

Et per hoc respondetur ad primam fallentiam.

Ad secundam dici potest, quod ibi iuris interpretatione non est voluntas, sed scriptura tantum propter clausulam derogatoriæ, quam dicitur habere præcedens voluntas inter liberos. Pater ergo, qui postea inter extraneos testatur, & non reuocat primam testam. inter liberos, iuris interpretatione præsumitur nolle testari.

11 Quarto nota, illud, ad quod semper iste text. allegatur. quod Neminem esse posse sibi legem imponere, a qua recedere non liceat. Quod intellige circa dispositionem bonorum suorum per vltimam voluntatem. Ratio est, vt §. dictum fuit, quia illa ambulatoria est &c. Et proprie loquendo non potest dici vltima voluntas, si testator postea in ea non persistat, vt dixi figurando casum. Sic ergo prima dispositio facta, vt vltima voluntas, perdit nomen & annihilatur, cum alia superuenit sibi repugnans, & illa sola debet seruari, quæ morte confirmatur d. c. cum Marthæ. de celebrat. miss.

12 Patet igitur quod quis non potest sibi auferre liberam dispositionem facultatē. Quod procedit nedum in testamento, & sic in dispositione pendente a sua sola voluntate, sed et in contractibus, licet a voluntate duorum pendeant, quia nec in eis potest quis sibi auferre testandi liberam facultatem. Illud enim tanquam bonos mores a iure non toleratur. l. stipulatio hoc modo concepta, cum materia, de verborum obligat. An autem sit dare aliquod remedium in contrarium, videbimus §. in §. q. Bar. & aliquibus sequentibus.

13 Item & quinto nota, quod quando præcedens voluntas derogat

D. Maria. Soc. Iun. in l. Si quis in prin. test.

rogat sequenti, sequens illa nunquam valebit, nec censetur primam reuocasse, nisi testator, ita volens specialiter, illud fecerit. Puta, quia dicat, prioris voluntatis se poenituisse vt in text. dicitur. Quomodo autem intelligatur hoc, quod specialiter debet exprimi poenitentia testatoris, variæ sunt scribentium sententia. De hoc dicemus inferius, maxime in quarta quaestione Bart. Et

14 ex hoc sexto loco successiue nota ¶ q̄ in dubio prima voluntas non censetur reuocata seu mutata. Quod maxime procedit in his, quæ citissime fiunt. Facit l. non ad ea, j. de 3dit. & demõstr.

Sic ergo sequitur, q̄ testator censetur in dubio permanere in præcedenti protestatione.

Ex quo etiam nota secundum Ange. de Perig. q̄ per actum contrarium, pendente a nostra sola voluntate, non dicitur recessum a protestatione præcedenti, animi nostri declaratoria. Nam licet bis leget, non tamen debetur nisi semel. Adde q̄ hoc dictum in terminis ponit Bar. & alij sequitur in dicit. S. morte, in secunda quaestione. Sed considera, q̄ illud non bene videtur colligi ex isto text. quia in casu isto non videretur fieri actus, qui proprie sit contrarius protestationi, sed potius videtur fieri secundum q̄ in ipsa protestatione fuit consideratum. Dixit eniz testator, si cui bis legauero, &c. Et sic considerauit, quod bis legare posset. Nihil enim censetur facere contra protestationem bis legando, sed ea inspecta, dicitur tantum semel legare quo ad effectum. Tunc autem diceretur facere actum contrarium protestationi, quando fuisset simpliciter protestatus, quod nemini volebat bis legare, & postea bis legaret.

Vel forte stante protestatione, de qua hic, si dicat, bis lego, vt bis debeatur. Quibus casibus dubitari potest, an censeatur a protestatione recessum? vide Bar. in d. S. morte, in secunda quaestione versi. nisi expressè diceret, se velle a protestatione recedere, vbi videtur velle, quod non, dum allegat istum tex. & cum Bar. videtur transire Docto. In contrarium tamē facit, quia in primo exemplo, protestatio non videtur collata in actum futurum, vnde videtur, quod si postea bis leget, bis debeatur, sicut si diceret, non intendo testari, & postea testet, valebit testamentum, secundum Bart. infra in prima quaestione, vbi dicemus. In secundo autem exemplo satis expressè videor a protestatione recedere, si dico, lego bis, vt bis debeatur, vnde super his cogitabis: & forte ex dicendis inferius in progressu habebis certiore determinationem. Adde tamen pro limitatione huius notabilis, vt procedat, quando in testamento, vel codicillis testamento confirmatis bis legetur.

Secus tamen esset si nouum fieret testamentum, & bis in eo legaretur. Nam bis deberetur absque aliqua speciali reuocatione illius protestationis. Ratio est, quia cum per secundum testamentum tollatur primum. d. S. postero, & supra dictum fuit, tollitur in qualibet sui parte: igitur &c.

Septimo & vltimo nota ibi, & voluisse, vt legatarius & q̄ 15 ¶ vt tollatur præcedens protestatio in proposito, oportet, quod duo copulatiue interueniant, videlicet, q̄ dicat se prioris voluntatis poenitere, & quod vult plura legata deberi. Ita colligit hic Cuma. Et probatur inspecta natura illius copulæ, & oratio eniz copulatiua requirit implementum omnium copulatorum. l. si hæredi plures. supra de cond. insti.

Ex quo videtur inferri, contra conclusionem Barto. magis communiter approbatam, de qua infra in quarta quaestione, 16 dum Bart. vult sufficere, ¶ quod in secundo testamento testator reuocet clausulam derogatoriam, positam in primo testamento, & non est opus in indiuiduo de ea meminisse, prout etiam hoc tradunt doctores in dicit. S. legatis, Angel. in consi. 313. viso dicto testamento. Pau. de Castr. in consi. 363. in facto presenti. & Alexand. in consi. 187. videtur prima consideratione. colum. si. in princip. quinto volumine videtur etenim per istum textum, quod immo non sufficiat, cum hic ultra specialem poenitentiam requiratur, quod dicatur, vt legatarius plura legata accipiat Dominus Alexand. in consi. 134. Præuiso themate. colum. pen. vers. item potest responderi, primo volumine, respondet ad istum textum, vt hoc in eo ideo fit, quia nisi secundo diceretur, quod volebat legatarium plura legata accipere: posset dici, quod nihil deberetur, ex quo dictum erat, q̄ prioris voluntatis poenituerat, quæ erat, quod legatum deberetur, licet semel tantum, vt per eum. Ias. in d. S. in legatis, quarta colum. tangit hanc difficultatem, & reprobat prædicta responsione Alex. & etiam alia, tandem relinquit cogitandum: dicens, q̄ super hoc dubitauerit semper. Adde quod contra solutionem Alex. facit etiam, quia si dico, bis lego, & poeniter me prioris voluntatis, satis de mente testantis constat, quod velit bis deberi absque aliqua expressione. Super illo tamen articulo, an scilicet sufficiat specialis reuocatio, nunc nõ est insistentum: sed de illo opportunius dicam inferius cum alijs in quarta quaestione Barto. Quantum vero pertinet ad istum tex. cogitabam posse responderi (tenendo pro nunc illam communem opinionem) quod Iuriconsultus hic loquitur ex quadam exuberantia sermonis, vt scilicet ostendat, q̄ omnino appa-

tere debet de contraria voluntate. Et dicã (claris hoc declarando) q̄ illa copula potest dici posita pro expositiua, cum (si recte consideremus) ponatur inter duo idem importantia, vt in simili habemus in S. si iuncta gl. Insti. de vsu & habit. in l. si iuncta gl. S. de relig. & sumpt. fun. in l. i. S. loc. & in l. i. S. de tranfact. & in l. consentaneum. C. quomo. & quan. iudex. vbi aliquando dixi, & dixit Ias. in d. l. i. S. de tranfact. in fine commenti.

In glo. r. declara eam, vt per Bart. in secunda opposi. dum opponit de d. S. in legatis. Et idem voluit, infra gloss. fin. in princip. Addens ad idem l. si ita scriptum. de legat. r. Et cum solutione, & declaratione Barto. quæ est verissima, transeunt Docto. hic, & in iuribus prædictis.

Glo. 2. habet duas partes, in secunda ibi, Item nota, & est per se clara. Et circa illud, quod in fi. gl. dicit, an sit verum, & quõ intel ligatur, patebit ex j. dicendis, maxime in 1. & 4. quaest. Bar.

Glo. si. habet nouem partes, quas omnes distincte declarabo: & vbi erit opus instabo. Secunda est ibi, sed contra, s. tit. i. Tertia ibi, Item contra, s. de codic. Quarta ibi, Item quid si dicat. Quinta ibi, Item quid si dicat. Sexta ibi, Item nota hic argumentum. Septima ibi, Item quid si dicat. Octaua ibi, sed argumentum contra. Nona, & vltima ibi. Item nota ex sola.

Prima pars glo. iam supra est expedita in prima glo. & in secunda oppositione Bar.

In secunda parte glo. dum opponit de l. si. in princ. S. de lega. 2. vide Bar. in tertia oppositione, qui glo. reassumit. Et ex dictis per eum collige duo.

17 Primo, ¶ q̄ licet, quando præcedit expressa clausula derogatoria, sequens voluntas non valeat, nisi clausula illa expressè reuocetur: tamen secus est, si clausula derogatoria precedens, sit tacita, vt per Bar. Hoc idem in effectu, licet per multa verba, firmat hic Alber. de Rosa. Et hoc modo euitatur contrarium de d. l. si. in prin. ibi enim clausula derogatoria non fuit expressa.

Cũ ista conclusionem Bar. & solutione ad d. l. si. transeunt Imo: & Pau. de Castr. in d. l. si. Et videtur ita velle Bald. in l. humanum, 2. col. versi. 2. casu. C. de legi.

18 Sed in contrariũ facit, quia pro regula, ¶ taciti & expressi idez est iudicium. l. cum quid, S. si certum petat. & dicit ibi Barto. q̄ illa regula procedit multo magis in testamentis. Sic ergo videtur, q̄ sicut expressa clausula derogatoria operatur actum sequentem pugnancem non valere nisi illa clausula reuocetur, vt hic. ita et videtur dicendum de tacita. Et pro ea videtur tex. in l. consuevitur. S. fin. S. de iure codicil. Et istam opinionem contra Bar. & sequaces videtur approbare Cuma. in d. l. si. in prin. & Ang. de Perigl. hic. Et fuit intentio Petr. in d. l. si.

Et ita tenendo ad illum tex. respondebat Petr. & sequunt prædicti, q̄ ibi non dicitur facta aliqua clausula derogatoria, sed verba illa, si quid ob signatum recepisset, id vice codicillorum valere, &c. sunt dicta ad argumentum iuris filii, & eius fauorem: vnde non dnt operari diminutionem, nec reuocari in eius damnum. l. quod fauore. C. de legi. & l. legata inutiliter, in argumentum infra de adimen. leg. cum similibus. Quod certe fieret, si ibi colligeretur tacita clausula derogatoria. Et sic illa epistola, postea scripta, ex eo non valeret, quia non fuerat signata. Ista opinio, vt scilicet tacita clausula derogatoria in hoc non differat ab expressa, videtur satis sustentabilis.

19 Pro qua facit, ¶ quia non solet attendi quomodo de voluntate testantis appareat, sed illa semper debet obseruari, et si per coniecturas probetur, non obstantibus quibuscuq; verbis l. 3. C. de lib. prete. l. quoniam indignum. C. de testa. cum alijs vulgaribus vt traditur in l. cum proponeretur. S. de leg. 2. Lex enim, quæ fauet voluntati morientis, nec reuocatur quomodo illa percipiat, modo eam cognoscat. Et ideo propter hoc in l. i. S. de leg. 1. tenuit q̄ etiam legati, tacite facti, transit dominium recta via, si aliud non impediatur. Vnde in proposito si lex acceptat clausulam derogatoriam, licet tacite dicatur facta per testatorem, & ita illam acceptando, fatetur testatorem sic voluisse, non video cur nõ debeat 20 tantum operari, si fuisset expressa. Et ita tenendo ¶ ad d. l. si. in prin. posset etiam aliter responderi. Nam ibi, clausula tacita, quæ sumi potest, est per argumentum a contrario sensu: cum enim ibi dixerit testator, q̄ ob signata valere volebat, sequitur tacite a contrario sensu, q̄ non signata nolebat valere.

Quo posito aduertendum est, q̄ ibi particulariter dicitur, q̄ ob signata valere volebat vice seu iure codicillorum, a contrario autem sequitur, q̄ non signata non valeant vice, siue iure codicillorum. Sed ex hoc non sequitur, si alio modo valere poterit, q̄ non valeant. Vnde dici potest, q̄ ibi illa epistola non signata valeat suo iure, id est iure epistolæ, cum sit, q̄ etiam per epistolam aliquid relinqui possit. l. miles ad forem, supra de legat. section. do. & l. & in epistola. C. de fideicom. & hoc inuadent illa verba ibi, Si fides epistolæ constaret, &c. quasi dicat, si de fide epistolæ constat, debentur, quæ in ea scripta sunt, solum ipsam epistolam considerando, & non dicentur deberi iure codicillorum, cum illud videatur prohibitum, per argumentum a contrario sensu. Ille

iste est pulcher, & nouus intellectus ad illum tex. secundum quem nihil penitus obstat conclusioni prædictæ, immo potius eã probaret, super quo tamen cogita, quia non audeo illum pro constãtã ponere, quia forte licet verum sit in epistola posse relinquifideicommissum, tamen videtur, quod vice codicillorum valeat, quasi codicillorum appellatione veniat omnis modus relinquendi, seu omnis vltima voluntas, quæ non sit solennis, vt sic quando testator ibi dicitur nolle ea, quæ non sunt signata valere iure codicillorum, videatur etiam noluisse, vt valeat ex causa fideicommissi in epistola relicti.

Præterea ille intellectus, si aliud ei non obstat, diceretur de indubitabili. Nam si validitas ex causa fideicommissi, tanquam in epistola relicti, differret a validitate vice codicillorum, nullus fuisset ibi dubium, quod sub tacita illa prohibitione validitatis vice codicillorum non esset prohibita validitas fideicommissi in epistola relicti. Nisi tuendo prædictum intellectum, dicas, quod vere omnis modus &c. largo modo venit appellatione codicillorum; sed non sic stricte capiendo.

Et vñ, quod stricte capi debeat, quod in illa derogatoria clausula tacite sumpta de codicillis dicitur. Et ita intelligendo non esset tunc illa decisio de indubitabili, quia poterat dubitare, quia videbatur, quod verba vice codicillorum, largo modo capiuntur in illa derogatoria. Cogitabis itaque super intellectu d.l. fina. & super alijs prædictis. Et si disputando quis velit tueri opinionem Bart. quod scilicet differat clausula derogatoria tacita ab expressa.

Ad regulam d.l. cum quid, rñdere posset, quod immo sæpe plus operatur expressum, quam tacitum, etiam in vltimis voluntatibus, vt nonnunquam, infra de cond. & demonst. & l. expressa nocent, & ibi Dec. infra de reg. iur. & ita voluit in effectu dicere Alb. hic 21 dic vt per eum. Adde tamen quod m̃a ista, & iura in ea allegata possunt aliter declarari, vt dicamus sic. Quando testator ponit expresse clausulam derogatoriam, i. eam claris verbis exprimit, tunc res clara est, & omnes consentiunt, eaz expresse reuocandã vt valeat sequens dispositio ð dictam clausulam, vt est tex. hic.

Quñ vero derogatoria clausula non exprimitur, sed tacite colligi videtur ex dispositione testatoris, & tunc an sic senserit testator potest dubitari. Et forte potest sic distingui, quod aut verba a testatore prolata, illam clausulam derogatoriam præcise importat, & quodammodo necessario, ita vt illud clarum sit quo ad vim verborum, & tunc perinde seruabitur, ac si esset expressa, & ita procedat d.l. conficiuntur, d. §. si. de iure codic. Nam cum ibi testator confirmet nouissimos codicillos, nõ potest dici quod aliquos alios confirmauerit, cum confirmatio sit præcise facta de nouissimis, vnde alij codicilli remanebunt sine confirmatione, per regulam l. cum prætor, in princ. §. de iudic. & ideo ipsi aut in eis relicta non valebunt.

Aut verba per testatorem prolata, non sunt ita certa, i. non ita necessario important, sed potest illud poni in ambiguo, & tunc interpretabimur voluntatem testantis ex coniecturis, prout semper ad coniecturas recurritur in casibus incertis. l. continuus. §. cum ita, infra de verb. oblig. & maxime sumenda sunt coniectura ex his quæ per eundem testatorem sunt vnde dico, quod in d.l. fina. ex quo testator post verba, de quibus dubitatur, fecit epistolam nõ signatam, non credemus, quod senserit prius per illa sua verba hanc tunc futuram epistolam, non obsignatam, non valere argumentõ l. quisquis, in fi. supra isto titulo, ibi, neque enim post eam præfationes, &c. Et istud si recte aduertatur, videtur de intentione Pauli de Cast. in dicta l. fin. dum dicit, quod eius ratio colligitur ex d. l. quisquis. Cogita.

22 Secundo quod collige ex dictis Bart. quod in terminis d.l. in prin. si post illam epistolam non signatam pater ille aliam signatã scripsisset, relicta in prima, non signata, non deberentur.

Et ita etiam tenet ibi Imol. dicens quod ex posteriori epistola signata sumitur coniectura, quod præcedens, non signata, nõ valeat, arg. d.l. conficiuntur. §. si. Quod vere est notabile, si est verum ad declarationem d.l. si. Verum in contrarium facit, quod modo dixit, aliter declarando illum tex. dum allegauit l. quisquis, supra titu. nostro. Nam ex eo, quod postea aliam signatam scribat, non tollitur coniectura, quam supra posui, vt si attentio, quod epistolã, nõ signatam, postea scripsit, non credatur ab initio voluisse, quod non valeat, vt modo dicebam. Et forte dixit, si quid obsignatum recepisset, &c. quia arbitrabatur aliter non valere, vel quia habebat tunc in mente omnino signare.

Postea vero melius informatus, vel mutata voluntate, fecit illam non signatam, certe ex eo videtur colligi, quod vsque ab initio non senserit, se nolle valere non signatam per vim clausulæ derogatoriæ. Nec ista coniectura videtur tolli ex eo, quod post ea aliaz signatam fecerit. Pro qua bene facit d.l. in sui generalitate.

Non enim ibi distinguitur, an postea aliam signatam fecerit, vel ne, ideo nec nos distinguere debemus l. r. §. generaliter, infra de leg. præst. & l. de pretio §. de publ.

Non obstat d.l. conficiuntur §. si. quia ibi illa confirmatio codicillorum est præcisa, & particularis de nouissimis, & ideo in a-

lijs non procedit, vt §. dixi. Et cum alij postea sunt, illi primi desinunt esse nouissimi. Sed in casu d.l. si. verba illa, si quid obsignatum, &c. non præcise relata sunt ad aliquid respectu ordinis, puta primo, vel vltimo loco factum, ideo non debet alterari, ex eo, quod signata præcesserint, vel sequentur. Vnde cum §. dictus sit, quod præcise non importabant, non signata non valere, sequitur quod semper epistola non signata valeat, licet eã sequatur alia epistola signata. Sed dicit aliquis pro tutela Bar. quod quamuis verba illa si quid obsignatum &c. non sint præcise ad aliquid relata (vt nunc dicebam) tñ attentio, quod testator post illa verba, in testamento posita aliquid obsignauit, & aliquid non obsignauit, videtur satis verosimile, quod per illam clausulam, si quid obsignatum, &c. voluerit solum signata valere, quasi postea illius clausulæ memor, qua valere voluit, obsignauit, alia non. Et istud certe est totum, quod dici potest pro tutela Bar. cogitabis tamen, quia apud me non est multum securum propter generalitatẽ d.l. si. Notabis tñ quia stante hoc, quod pro Bar. dictum est, infero contra Bart. in suo ordine. Nam secundum hoc videtur, quod siue epistola obsignata sequatur, siue præcedat, idem dici debeat per identitatẽ rationis, vtroque enim casu verisimilitudo illa sumi potest, cum aliquid signauerit, aliquid non.

Non obstat d.l. conficiuntur §. fin. vbi tantum vltimi codicilli valent, quia (ut iam dixi) illud est, quia vltimi tantum, & præcise fuerunt in testõ confirmati. Et fuit ibi consideratus ordo per testatorem, non sic in casu d.l. si. super his tamen (vt dixi) cogitabis. In 3. parte gl. circa opp. de l. Diuus §. licet supra de iure codic. Bar. hic in 4. opp. tenet in effectu solutionem, quem ponit glo. in d. §. licet, & ponit doctrinam suam, vt per eum, quem uideas. Et ex dictis eius, multis posthabitis, collige tres conclusiones. Prima sit, quod si simplex clausula derogatoria solennitatis, posita in 1. dispositione ad secundam nihil operatur, quoniam dispositio sequens cum debita solennitate valebit, etsi non interuenierit solennitas illa, de qua in clausula derogatoria. Puta, si dixerit, Nolo quod in testamento, quod faciam interuenierint decem testes, vel quid simile, valebit enim postea factum testamẽtum sine tali numero, modo ad sint tot testes, quot de iure requiruntur.

Et ratio est, quia cum solennitas sit iure publico inducta, non debet posse tolli siue alterari per voluntatem hominis, arg. l. ius publicum, supra de pact. Facit l. nemo potest, cum materia, supra de legat. primo.

Præterea quando sic dixit, erat illius opinionis, ut si decem testes adhiberet, postea cum non adhiberit, creditur mutasse voluntatem, sicut in simili dixit gl. pen. in l. humanum C. de legi. quod etiam Bar. allegauit. Cum ista conclusione Bart. transeunt communiter scribentes hic, & in d.l. si mihi, & tibi §. in legatis, supra de leg. 1. vt ibi per Patrum & dominum meum Soc. in secunda clausula derogatoria.

24 Secunda conclusio est, quod si clausula simpliciter derogatoria voluntatis sequentis, operetur sequentem dispositionem ab illa clausula regulari, & per consequens, quod sequens dispositio dicatur sine voluntate, & ita quod non sit attendenda. Exemplum sit in hoc text. uel si dicatur, quod si testamentum fecero, nolo valere, uel quid simile, & tunc, vt dicta clausula tollatur, & sequens dispositio ualeat, prout sit, necesse est, quod fiat ipsius clausulæ specialis reuocatio, ut hic cum si. Ratio est, quia in his, quæ pendet a uoluntate nostra, possumus ex arbitrio ea ualidare, uel inualidare, sicut uisum fuerit. Vnde licet quis non possit sibi leges imponere, a qua nõ liceat recedere, ut hic dicitur. Si tamẽ in 1. dispositione posuerit clausulam derogatoriam sequentis uoluntatis, seu dispositionis, & postea simpliciter disponat, creditur sine uoluntate disponere, quia non uidetur ob aliud illam clausulam posuisse. Et si uelit actum sequentem ualere, oportet quod ostendat se recessisse a prima uoluntate. Cum conclusione ista transeunt Doctores communiter hic, & alibi. Ex qua sequitur, quod licet alias per secundum testamentum tollatur primum, etiam si fuerit simplex, ut dicitur §. posteriore, cum alijs §. allegatis, illud tamen non procedit, si in primo erat clausula derogatoria ualiditatis illius secundi.

Hoc amplia, etiam si in secundo testamento fuisset dictum.

Cassans, irritans, & annullans omne aliud testamẽtum &c. pro ut communiter solet apponi. Nam per talia uerba specialis reuocatio seu poenitentia non inducitur, secundum quod requiritur, ut hic recte consideranti probatur. Ita est de intentione Bar. infra in 4. q. Et in pulchro casu consuluit Cor. in conf. §. 6. quamuis uideat 3. uol. Ad quod etiam uide Ale. in conf. 7. uideretur prima fronte. 4. uol. Pro quo facit, quia illa clausula in secundo testamento sit inest, arg. d. §. posteriore. Et in terminis dicit Bal. in l. in §. q. C. de edicto diui Hadri. tolligitur si exprimat, nihil operari dẽt, cum illo modo exprimeretur, quod inest l. 3. cum m̃a §. de leg. 1. Limita nunc istam conclusionẽ Bart. Quæ sit tibi pro regula, ut primo, ut procedat, nisi in secundo testõ dicatur, quod testator illud facit omni meliori modo, & quod uult cõtẽta in eo sortiri effectũ omnino, & quod executioni mandetur. Nã tunc tollitur primũ etiam hñs clausulam derogatoriã, licet specialiter de ea nõ sit facta mẽtio.

Ita

D. Maria. Soc. Jun. in l. si quis in prin. test.

Ita singulariter concludit Bald. in consi. 489. Reperitur quod quondam 5. volu. refert & sequitur Patruus meus Soc. consil. 2. in causa testamentaria, secunda, & tertia col. tertio vol. ubi dicit quod idem tenuit Ioan. Baptista Caccialup. in l. sancimus. C. de test. ubi etiam hoc tradit Ias. in octava fallentia. licet statim ipse videatur dubitare, aliqua in contrarium allegando. Ista prima limitatio licet videatur communis, apud me est valde dubia. Quoniam verba praedicta solent apponi, ut satisfiat petentibus testamentum, sed ex eis non constat de mutatione voluntatis, nec de speciali reuocatione clausulae derogatoriae, posita in primo testamento, prout requiritur. Nam quare posuit clausulam derogatoriam, puta, si quod facere testamentum, non valeat, nisi in eo sit aliquid scriptum, puta. Nunc dimittis seruum tuum &c. Certum non est aliud, nisi, ut postea possit quibuscumque verbis more gerere requirentibus testamentum cum securitate, quod primum non tollitur, & hoc in clausula illa, quod valeat omni meliori modo &c. voluit dominus meus Socinus in consilio centesimo sexagesimo tertio. Non fuisse opus, colum. fin. vers. ex quibus pater responso. Cogita tamen propter auctoritatem communis opinionis in practica. Secundo limita, nisi in secundo testamento instituat persona magis dilecta, quam instituta in primo, quia tunc ardor liciti amoris, & sic magna illa dilectio operatur, ut perinde valeat secundum testamentum, ac si in eo esset expressa reuocata clausula derogatoria, posita in primo, per quam validitas secundi ordinarie impediatur. creditur enim testato rem tam dilectam personam instituendo, velle, quod omnino, & alio quo non obstante, valeat illud secundum testamentum. Ita singulariter dicit Roma. in consi. 179. Amplissime doctor, 5. colum. 17 vers. 2. dico quod vltima &c. ¶ Quemadmodum. n. talis dilectio operatur in testamento clausulam codicillarem, ut voluit Bal. in l. si iure, C. de testa. manu. Ita isto casu operari debet reuocatio clausulae derogatoriae posita in tali testamento. Et ita proprie arguit Roma. ubi supra. Non autem dicit, quod Bal. in d. l. si iure, hoc expressè dicat: licet aliter videatur referre Ias. in l. non dubium, in fi. C. de testa. & in d. l. sancimus, in sexta fallen. Hoc singulare dictum Roma. licet de eo mentionem non faciat, sequitur dominus meus Soc. in d. consi. secundo, tertia col. vers. praesertim: quia instituendo, &c. tertio volu. ubi ex eo infert, quod si in primo testamento erant instituti duo filii aequaliter cum clausula derogatoria ad sequentia testamenta. In secundo vero vnus illorum instituitur in re certa, alius vero quem pater dilectum filium appellauit vniuersaliter cum generali clausula, cassans, irritans, &c. dicitur secundum praevalere, & primum erit reuocatum, licet de clausula derogatoria nihil sit dictum. Et hoc propter illam dilectionem maiorem, quam testator asserit se habere in illum vniuersaliter institutum. Et ex hoc notabili dicto Roma. potest generaliter inferri ad frequenter contingentia. Nam, si in primo testamento instituat extraneus cum clausula derogatoria, in secundo vero instituat persona coniuncta, quae ratione sanguinis praesumitur magis dilecta, primum dicitur reuocatum esse sine speciali reuocatione clausulae derogatoriae: & ita valebit secundum fauore personae magis a testatore dilectae. Et ita videtur velle signanter Ioan. de Anan. in consilio 56. His quae in facto. in fin. in versicu. ita etiam qualitas, ubi loquitur quando in secundo erat institutus frater testatoris.

Nota & perpetuo tene menti hanc limitationem secundam, quae videtur de facili admittenda, quando cum ista praesumptio concurrerent etiam aliae coniecturae, prout proprie loquitur dominus meus Soc. in d. consi. 2. Sed ubi solum ista praesumptio adest, ego plurimum dubito, & inuenio, quod Ias. in d. l. non dubium, in fin. dicit quod non credit verum dictum Roma. licet nihil in contrarium alleger, nisi quod Bal. illud non dixit in dicta l. si iure. Verum, ut dixi, nec Roma. ita dixit, sed dictum Bal. allegauit in argumentum prout ego supra inducebam.

Sed contra istam limitationem considero, quando. si sola adest coniectura ex praesumpta dilectione. Nam, ut in principio huius l. dictum fuit, istae clausulae derogatoriae in primo testamento non solent apponi, nisi quia saepe verentur testatores, ne a coniunctis aliquando inducantur ad testandum contra eius voluntatem, cum mens eorum sit, quod primum testamentum omnino valeat. Est. n. hoc quaedam cautela à lege permessa conseruatione primi testamenti, non obstante quod secundum fiat. Quae cautela quasi nulla redderetur, si ista limitatio esset vera, ut recte consideranti patebit. Praeterea ego, negarem illam dilectionem, quoniam cum testator in primo testamento cum clausula derogatoria alium praedixerit in bonis suis, creditur in eadem opinione perdurare, nisi de mutatione consistet, unde licet postea coniuncta persona in secundo instituat, non tamen sequitur, quod illam in bonis suis magis dilexerit, cum ex eo non appareat, eum recessisse a prima voluntate, & sic a maiori dilectione instituti in primo, loquor circa bona sua, cum in eis illum praetulerit omnibus, & etiam personae coniunctae, quae postea in secundo testamento non reperitur instituta, igitur tu super his cogitabis. Et ad consilium Ioan.

nis de Anania posset responderi, quod ille ex eo solo non mouetur, sed habet alia vrgentiora fundamenta, sicut per eum, & per Bolognium ibi in additione.

Faterer tamen, quod si secundum testamentum esset inter liberos, primum inter extraneos, vel etiam inter liberos, sed non ita eis fauorabile sicut secundum, ista secunda limitatio esset magis secuta, & teneri posset, prout eam firmat Ias. post plures ab eo relatores, in d. l. sancimus, in septima fallentia. Non tamen arbitror omnino securum ita tenere, quoniam in contrarium stat decisio Corn. in d. consi. 86. tertio volu. & domini mei Soc. in d. consi. 263. Qui loquuntur quando in secundo testamento erant institutae filiae, & in primo frater testatoris, & tamen nolunt esse sublatum primum, quia de clausula derogatoria non erat in secundo facta mentio specialis.

29 Tertio limita nisi in secundo testamento fieret imprecatio mali eis, qui fuerunt instituti in primo testamento. Puta quod dicat, cassans, irritans, &c. maledictionem relinquendo illis qui fauebant institutis in alio testamento.

Nam per talia verba videtur omnino praesumendum, quod mutauerit voluntatem: quod solum sufficit, ut primum tollatur. Quae quid enim supra dictum est in fauorem primi testamenti, in eo fundatur, quia lex praesumit, quod cum eo perduret testatoris voluntas, unde si praesumptio sit in contrarium, & ei stabitur. Ita multum singulariter determinat Gem. in consi. 115. super dubio. 2. consi. vers. hoc etiam apparet. Et licet testator isto casu non reuocet clausulam derogatoriam positam in primo testamento, creditur id euenisse potius per obliuionem, quam ex eo, quod dicitur persistere in eadem voluntate. Pro qua limitatione facit, quia ista imprecatio est actus multum insolitus, nec credendum est, a testatore eam factam, nisi ut ostenderet voluntatem suam omnino mutatam. Ex quo videtur posse inferri, quod si probari posset talis imprecationem esse factam ad instantiam petentium secundum testamentum, non procederet ista limitatio, & ita puto teneendum. Nam eo probato, non apparebit de mutatione voluntatis, quia sicut ipse (ut petentibus videretur satisfacere) fecit testamentum, ita etiam apposuit illam imprecationem, cogita tamen.

30 Quarto limita nisi per institutos in secundo testamento probaretur, quod post factum primum testamentum superuenit causa mutandi voluntatem, & primum testamentum reuocandi. Nam tunc diceretur sublatum per secundum vnà cum causa illa superueniente, licet in secundo non esset specialis reuocatio clausulae derogatoriae, posita in primo, puta, quia haeres in primo institutus factus fuit inimicus testatoris. Ita dixit Bal. quem alij sequuntur in d. l. sancimus, vt per Ias. sibi in secunda fallentia, tra dit Soc. in d. §. in legatis, col. f. & in d. consi. 2. col. 3. Gemina in d. consi. 115. 2. col. Corne. in consi. 174. In praesenti. 3. col. 3. volu. & Barba. in consi. 2. Clementissimi Dei. 3. col. 1. vol. Et ex hoc infero, quod si quis nesciens se habere fratrem, puta, quia fama erat esse mortuum, alterum instituit cum clausula derogatoria, & postea cognita vita fratris in secundo testamento eum haeredit instituat, valebit secundum ab iure speciali reuocatione primi seu eius clausulae derogatoriae. Ad quod optime facit l. fin. s. de herede instit. Et idem dicam de qualibet alia causa, quae probetur nouiter superuenisse. Quod valde nota, quia seruet tibi ad multa.

Et propter hoc alius consilium apud forum Sempronij, quod si quis cum sibi filius superueneret, declarauit solenniter se velle decedere intestatum cum clausula derogatoria ad sequentia testamentum si postea decedat ei filius, post cuius mortem faciat testamentum, valebit absque aliqua speciali derogatione illius clausulae derogatoriae. Ex eo, quia propter mortem illius filij, qui sibi erat vnicus, dicitur superuenisse causa mutandi voluntatem, & sic nonne amplius decedere intestatum. Nam fauore illius filij, & conseruandae agnationis, quod per eum fieri sperabat, creditur voluisse decedere intestatus. Quae causa dicitur sublatam per mortem eius, ut ibi plene dixi in quinta charta in versiculo, sed vltimus instando &c. Et reperitur inter impressa consi. 124. in 1. vol. & incipit consilium, Bartholomeus Perusi. ubi videndus est, & inter cetera allegauit decisionem Barbatiae in d. consi. 2. primo volu. 3. colum. dum vult mortem instituti in primo testamento esse causam probabilem mutandi testamentum, ita quod secundum valeat, licet simpliciter fiat, non obstante, quod in primo esset clausula derogatoria, vt per eum. Erant tamen in casu illo, super quo consilium aliae, & diuersae viae, quibus illud testamentum conseruari dicebam, sed inter alias praedictam allegauit. In eodem casu consilium Dec. contrarium in consi. 581. de quo parum est curandum, quia rationem praedictam non tollit, nec de ea verbum facit. Possent ad conclusionem Bar. & ad regulam praedictam poni aliae multae limitationes, vt per doct. in d. l. sancimus, maxime Ias. qui ponit vsque ad duodecim, sed de his paucis pro nunc dixisse sufficit.

31 Tertia & vltima conclusio Bar. est, quod clausula derogatoria mixtum voluntatis, seu validitatis, & solennitatis, regulatur a derogatione voluntatis. Et ideo requiritur etiam tunc specialis reuocatio.

reuocatio. Ex quo inferitur secundum Bar. ad intellectum d. §. licet, vt. si ibi dicatur necessaria specialis reuocatio, cum ibi esset clausula derogatoria etiam voluntatis, vt probatur ibi, dum dicitur. Non alius valere velit &c.

Et sic in effectu Bar. tenet ad illum tex. resolutionem gl. ibi & Dyn. quam etiam tenet Alb. dicens, qd conuenit, vnam legem terminari & declarari per aliam, ita qd si in aliqua materia vna sola lex cum aliqua qualificatione, seu determinatione loquatur, per illam qualificantur, declarantur, & terminantur omnes alie leges, quae in illa materia simpliciter loquerentur. Et hinc alius dicebam in l. cum filiosam. de leg. i. quod licet plurima iura dicant, cum qui aliquid consequitur de bonis meis etiam indirecte & per mediam personam alterius, vt est haeres haereditis, vel legatarii grauari posse, & simpliciter loquantur, debent tamen intelligi, solum ex benignitate legis, quia ita qualitate, & determinatione loquitur l. si fueris, §. isto tit. Et propter hoc inferebam ibi ad nouam rationem, quare a substituto exhaereditati legari non possit, vt l. si. C. de legat. cum si. De quo vide, quae ibi dixi in quarta conclusione primae partis. Hanc eandem solutionem ad d. §. licet, & conclusionem Bart. hic sequitur Cuman. dicit. n. qd sicut lex nostra ibi, suprema voluntas, &c. suppletur per vericulum quentem ibi, sed hoc ita &c. ita etiam d. §. licet suppleri debet per l. istam, in d. ver. sed hoc ita, & ita proprie considerabat gl. in d. §. licet. Sed Ang. de Perig. contrarium tenet, sequutus opinionem Iaco. de Arc. & aliorum. Quoniam licet in d. §. licet, prius fiat mentio de voluntate, tamen ordine intellectus prius dicitur fieri de solennitate, adeo quod consideratur ibi solum clausula derogatoria solennitatis, nimirum ergo si postea, aliter facti codicilli valent, vt supra in i. concl. Semper enim secundum eum attendi debet effectus, & id quod principaliter agitur. l. qui exceptione, supra de cond. inde.

Et per hoc ipse videtur tollere, quod dixit Bartol. testatorem disposuisse circa voluntatem, & de solennitate posuisse conditionaliter, vt per eum, quasi intelligat, qd Bar. ita dixerit, quia in d. §. licet, dicitur, non alius valere velit, quam sua manu, &c. & sic qd primo fit mentio de voluntate, quam de solennitate. Hoc. n. secundum Ang. de Perig. non debet ob stare, quia secundum ordinem intellectus praecedat derogatio solennitatis, de qua principaliter agitur. Tu aduerte, quia iudicio meo Barto. non fundat se in eo, quod prius ibi dicat, non alius valere velit &c.

Nam etiam si id poneretur, postea Bar. (ni fallor) idem diceret. Puta, nisi sua manu signati &c. noui valeat. Sed considerat, qd ibi testator intendit disponere inualiditate codicillorum, si sua manu non sint signati, & sic quod ibi clausula illa dicitur derogatoria voluntatis sub conditione, si sua manu non sint subscripti.

Iac. in d. §. in legatis, in secundo notabili sequitur Oldr. & Iaco. & Arc. concludens, qd ideo in d. §. licet, non requiritur specialis reuocatio, quia clausula fuerat derogatoria solennitatis, vt per eum, qui dicit, qd solutio gl. in d. §. licet & Bar. hic, & communis, est ceteris deterior. Primo, quia est diuiniua, secundo, quia est contra rationem illius tex. Quomodo autem id sit, non declarat forte voluit sentire, qd si specialiter peniteret, & ita exprimeretur non derogaretur primis, per ea, quae postea geruntur, sed per specialem reuocationem, quod repugnaret verbis illius tex. Nam qd postea fiunt &c. Nec secundum Iac. solutioni Oldr. obstat, qd dicit hic Bar. ponderando, qd in d. §. licet, disponitur circa voluntatem per verba illa, non alius valere velit &c. Quoniam dicit ipse qd sensus illorum verborum est abnegare validitatem actus respectu solennitatis, non interuenientis, & non respectu deficientis voluntatis, nisi in consequentiam solennitatis non obseruat, vt per eum. Et hoc ante eum dixit Patruus & dominus meus Soc. in d. §. in legatis, a quo ipse habuit.

Et licet valde dubitem, pro nunc, & vsque quo meliorem inueniam, sequor solutionem Bar. & communem.

Nec obstat, qd videtur diuiniua, quia non inconuenit concordia iurium vnam legem secundum aliam intelligi, & declarari. Omnia enim iura, simpliciter dicentia, secundum dispositionem primis verbis repugnantem valere, debent intelligi quando, si specialiter testatorem poenituerit prioris voluntatis, vt in lege ista, ex quo ita determinate loquitur, vt iam dixi. Nec est verum, qd ista solutio sit contra illum textum, seu contra eius rationem, vt secundo loco dicebat Soc. quia dico, qd quando postea fiunt codicilli cum poenitentia testatoris, vt supra dicitur, ista talis dispositio est, quae derogat priori, & ita verificantur verba text.

Immo dicam fortius, quod in ratione illa, ista solutio videtur probari subtiliter considerando. Et si recte aduertatur, hoc tenet ibi Bal. & ante eum gl. ibi. Nam ibi praesupponitur, qd testator contrarium dixerit eius, quod prius dixerat, per quod tollitur prima voluntas, quia ambulatoria est voluntas defuncti &c.

Et hoc videntur importare illa verba. Nam quae postea fiunt, derogant prioribus &c. & in hoc stat ista solutio Bar. & communis. Nec etiam videtur bona consideratio domini mei Socini. &

Iac. in d. §. in legatis, contra declarationem Bar. in d. §. licet.

Nam licet abnegetur validitas actus respectu deficientis solennitatis, illud tamen est propter expressam voluntatem testantis, qui non alius valere voluit, vt ibi dicitur, & sic per talem expressionem dicitur tolli voluntas ab actu sequenti, nisi solennitas illa interuenierit. Debet itaque de contraria voluntate aliquo modo constare alioquin sequeretur, qd si dixerit testamentum, quod postea fecero, alias non valere, quam si ibi scribatur saluatio angelica, tolleretur postea per aliud simplex, cum etiam tunc abnegaretur validitas in defectum illius solennitatis, & tamen contrarium communiter tenetur.

Omnes enim eo casu fatentur oportere fieri reuocationem primi, vt valeat secundum.

Et ex his defenditur solutio Bar. & communis, cogita tamen de meliori, quia rem dubiam arbitror. Nec in ea animus in totum quiescit. Non omitto, quod Sal. in l. sancimus, C. de test. aliter respondet ad d. §. licet, & dupliciter.

Primo, quia ibi testator solum dixerat, codicillos in scripturam redactos, non valere, nisi sua manu &c. non tamen reprobaui, alias legitime factos sine scriptura, postea vero fecit non scriptos legitime tamen, nimirum ergo si valent. Ita inquit Sal. ibi in 4. q. in fi. Et probat illud assumptum per exceptionem, quae sequitur in d. §. licet. Nam illa regulam declarat, vnde cum exceptio illa nisi sua manu scripserit, &c. tantum conueniat codicillis factis in scriptis, sequitur, qd etiam supra in regula de talibus loquitur. Sed licet iste sit subtilis intellectus, tamen mihi non videtur securus. Etenim dicere, qd codicilli postea facti fuerunt sine scriptis, diuinare est.

Præterea tunc non conueniret quod ibi dicitur, neque signati, nec scripti manu eius &c. Innuunt enim dicta verba codicillos scriptos per alium fuisse, quod est contra Sal.

Secundo modo respondet Sal. ibi in 6. q. dicens, qd in d. §. licet qd fecit codicillos non signatos, testator ignorabat suam protestationem, merito absque aliqua reuocatione eius valere debent sequentes codicilli, quia ignorans non tenetur particulariter reuocare secundum eum, qui pro hoc ponderat. Istam in verbo sciens &c. dicit enim Sal. qd vt tollatur prima voluntas, & clausula derogatoria onus specificandi imponitur tantum scienti, vt in l. ista, non autem ignorantibus, vt d. §. licet.

Et hanc solutionem pro notabili refert & sequitur D. Guid. Pap. in q. 127. in testamento adiectis &c. 3. col. Iste esset elegans intellectus ad d. §. licet, & tolerari forte posset, si ibi talis ignorantia probaretur. Verum probari non potest, immo scientia praesumi debet, cum simus ibi circa factum proprium, iuxta l. in. 1. pro suo, & ibi no. Præterea mirandum est, qd Sal. & Guid. Pap. dicant ibi praesumi ignorantiam ex eo, quia testator dixerit, se non recordari, & ubi esset memor specialiter reuocaret, cum de his uerbis ibi nihil constare possit.

Quare nec iste intellectus videtur tutum. Alium intellectum ponit Bal. in d. §. licet, qui etiam non est bonus, ideo eum poteris per te videre, tene ergo intellectum & solutionem Bart. & communem, uti minus periculosam, secundum qd supra dictum fuit donec tibi melior succurrat. In quarta parte gl. & in quinta dic qd eas tangit Bar. in 1. q. ex cuius dictis collige duas concl. Prima est, qd clausula derogatoria potestatis, & actus testandi in futuro, in primo testamento posita, puta, nolo in futurum posse testari, vel quid simile, nihil operatur. Et ideo simplex testamentum postea factum valebit, & primum tollet per regulam §. posterior re. Inst. quib. mo. test. in §. licet de primo nulla fuerit facta mentio. Cum ista conclusione transeant omnes. Quae illa praecipua ratione fundatur, quia verba illa tendunt ad tollendam potestatem testandi iure publico concessam, vt l. 2. supra de test. quaz nemo sibi auferre potest, cum nemo possit iuri publico derogare l. ius publicum, supra de pact.

Et præterea esset illud contra bonos mores, ergo &c. iuxta l. stipulatio hoc modo concepta, cum materia, infra de ver. obl.

Ex his inferitur male loqui gl. 2. huius l. duz in fi. dicit, si modo hoc exprimat &c. Nam absq; aliqua expressione clausula derogatoria in casu gl. per secundum testamentum reuocabitur primum. Similiter & inferitur contra gl. super verbo, interdum in fi. in d. §. in legatis, vt hic per Bar. & alios. Verum est, qd Imo. ibi conatur gl. illam saluare. Et licet Alex. reprobat ibi Inao. tamen D. meus Soc. nititur gl. & Imol. defendere, vt per eum, quem per te videas. Sed ultra eos puto gl. illam aliter defendi posse. Nam, ni fallor, gl. non intendit ponere, quod Bar. & alij crediderunt, vide licet qd quis dixerit simpliciter in testamento. Volo istud valere, & quod mihi non liceat poenitere.

Sed gl. loquendo continuatiue eum his, quae dixerat, & relata ad tex. vult, qd si dicam. Quod Titio infra legauero, id neque do, neque lego, & nolo quod mihi liceat poenitere, &c.

Quo posito dico eam bene loqui, duz dicit, quod debet in legato postea fieri mentio, & reuocatio illius primae voluntatis.

Quoniam clausula illa erat derogatoria voluntatis, iuxta dicta per

D. Maria Soc. Iuni. in l. Si quis in prin. test.

Et p. Bar. hic. Cogitabis. Sed circa istam conclusionem Bart. & cōem aduerte, & quoniam ꝑ eam facit, quia licet verba illa, volo posse testari, vel nolo posse poenitere, vel similia, de quibus loquitur Bar. sonent in derogationem actus testandi seu potentie, tamen in se continent etiam derogationem voluntatis. Quia si nolo posse mutare, ergo si mutauero, nolo valere, alias enim nō diceretur prohibitus mutare. Si quidem negata potentia, etiam validitas dicitur negata. c. 1. & ibi per Doct. de reg. iur. lib. 6. Nec dicatur, quod hoc de validitate venit in consequentiam, quia satis videtur, quod testator aliquo modo noluerit sequentem dispositionem valere. Nam semper requiritur quod fiat specialis reuocatio prima, vt sequens valeat, vt probatur ex his, quæ diximus circa intellectum l. diuis. §. licet, supra de iure godicil. Etenim si noluit valere, videtur in eadem voluntate perdurare, nisi probetur contrarium, l. cum tacitum, supra de proba. Et hoc est quod dicebat Imo. in d. §. in legatis, pro defensione illius glo. cōmuniter intellectæ, & reprobata. Sed tuendo conclusionem Barto. & communem responderi potest de mente Domini mei Socii. in d. §. in legatis, quod immo quia derogatio voluntatis solum dicitur venire in consequentiam, non debet attendi, arg. l. si quis nec causam, cum his quæ ibi dicitur Doctores, supra si certū peta.

Nec obstat, quod dictum fuit supra de d. §. licet, quia primo dici potest, quod ibi derogatio voluntatis non venit in consequentiam, sed potius principaliter. Vel secundo dici potest, quod ibi de voluntate illud erat expressum. In conclusione autē Bart. hic erat tacitum. Secundo etiam ad argumentum respondendi potest, negando quod talis fuerit voluntas testantis, vt scilicet secundum testamentum non valeat, si factum fuerit, attento quod postea illud simpliciter fecit. Nam, cum derogatio voluntatis non sit expressa, sed possit tacite comprehendi in verbis, quod intelligitur ex præsumpta voluntate testantis, quando postea simpliciter testatur, cessat talis præsumptio, & creditur, quod vsque ab initio non fecerit derogationem voluntatis, arg. l. qui quis, infra eo. & quod per illum tex. supra dictum fuit circa intellectum l. fina. in princ. supra tit. proxi.

34 Secunda conclusio Bar. sit, quod ꝑ clausula derogatoria voluntatis respectu secundi testamenti, puta, si quid fecero, nolo valere, vel quid simile, valet, & operatur quod secundum testamentum postea factum, non valet, nisi primum specialiter reuocetur, vt per Barto. cum quo est communis opinio. Verum, quia Doctores varie super hoc loquuntur, vt distinet procedamus in præsentem difficultate duo sunt principaliter discutienda, hanc communem opinionem in dubium reuocando.

Primo vtrum in his terminis secundum testamentum simpliciter factum, valeat, & primum tollat, licet de eo nulla mentio fiat, an vero debeat primum reuocari? Et de hoc ad præsens tractabimus. Secundo (posito quod debeat reuocari) videndum erit, quæ reuocatio requiratur? De quo dicemus in 6. quæst. Bar.

Circa primum, vidistis communiter teneri, quod requiritur expressa derogatio primi. Et præcipuum fundamentum est in l. lista in vers. sed hoc ita. Secundo etiam fundatur communis opinio in auth. hoc inter liberos, & in corpore vnde sumitur. C. de testa. Nam si ibi requiritur reuocatio primi testamenti expressa, in quo erat clausula derogatoria ad secundum non expressa, sed ꝑ benignitatem legis, fauore liberorum, idem & fortius dicendum erit in casu isto, in quo clausula derogatoria voluntatis ad secundum testamentum fuit in primo testamento expressa verbis.

Item & tertio facit secundum Bar. post Cyn. quia illa clausula recte considerata, dicitur habere vim protestationis declaratorie animi nostri circa actum sequentem, vt scilicet in eo non dicatur esse voluntas, iuxta l. qui in aliena. §. si. supra de acquir. hæred. cum simi. Vnde sequitur, quod testamentum postea simpliciter factum, dicitur sine voluntate factum. Cum testator in prima voluntate perdurare censeatur, nisi contrarium probetur. Hanc opinionem sequuntur hic Cuma. & Ange. de Perigl. & dicit Alber. de Rosa. quod eam sequitur totus mundus. Pro qua etiam bene facit, quia alias non facile consultum esset his, qui timerent ne ad testandum compellantur contra eorum voluntatem. Quod nequaquam tollerandum esset per ea, quæ dicta fuerunt supra in secundo præmissis. Nam, vt ibi diximus, per istas, & similes clausulas liberę morientium voluntati in eorum testamentis consulit.

Contrariam tamen opinionem, videlicet quod immo in casu prædicto secundum testamentum, etiam simplex, tollit primum, vt refert Bar. tenuit Iaco. de Are. & sequutus est Iac. de Beluis. Et eorum opinio secundum Alber. de Rosa. hic est de iure verior. Et licet præcipuum fundamentum istorum sit, quia nemo potest se facere intestabilem, & quia qui libet. habet liberum arbitrium disponendi, vt vellet, vt plenissime tradit hic Alber. tamen hoc parum facit. Quoniam vt dicebat Cy. & refert hic Bar. negatur, quod isto casu fiat intestabilis, & quod non habeat liberum arbitrium disponendi, sed dicimus, quod oportet quod de tali voluntate constet, cum ex clausula illa constat in testamento, arguamus, quod nunc testator sine voluntate, videtur, vt supra dictum fuit. Tota ergo

35 difficultas consistit vt videamus, ꝑ an per secundum testamentum, simpliciter factum, censeatur a prima voluntate recessum. Quare pro istis contra communem, quod videtur recessum, primo facit, quia nemo creditur facere actum frustratorium, sed præsumitur velle, quod valeat. l. quoties, cum si. infra de reb. dub. ne alius dicatur elegerit viam ad impugnanda iudicia sua. l. 3. §. de mil. test. Pro quo facit l. si iure, supra eo. vbi ex secundo testamento perfectio dicitur mutata voluntas, & recessum a primo. Stringe fortius. Nam qui vult vnum, dicitur velle omne eius antecedens necessarium. l. illud, cum sim. §. de acq. hæred. Sed testator, secundo loco testando, dicit quod vult illud testamentum valere, ergo necessario dicitur a primo recedere, cum nemo possit cum pluribus testamentis decedere (loquor in paganis) vt supra dictum fuit. Et in hoc videtur omnis difficultas, si qua est.

36 Secundo facit, ꝑ quia posito vno de contrariis, seu non compatibilibus, alterum tolli necesse est. l. hæc verba, ille aut ille. §. de verb. sig. Sed secundum testam cum primo non compatitur, ergo &c. Et si recte consideres, hoc argumentum cadit in præcedens. Et si contra prædicta dicatur, quod de ista voluntate & posteriori voluntatis secundi testamenti deberet verbis constare. Respondeo potest, quod immo satis est, quod voluntas ex facto sumatur, cum non referat, an voluntas, vt bis, an factis declaretur. l. de quibus, supra de legi. & l. Paulus, infra rem rat. hab.

Tertio facit l. pen. C. de instit. & substi. vbi testator non adiciendo conditionem in dispositione, dicitur recessisse a quadam declaratione prius facta, sic ergo & hic.

Vltimo arguitur per locum ab inconuenienti. Nam alias facile posset falsitas committi in testamentis, si forte in primo testamento, ignorante testatore, poneretur clausula derogatoria ad secundum. Nam testator postea faciens secundum testamentum, illam clausulam ignorans, non faceret illud validum. Et tenendo istam opinionem contra Bar. & communem ad allegata pro communi responderi posset.

Nam primo ad listam responderetur secundum prædictos Doct. quod hic non aufereret testator sibi testamenti factionem, sed tantum vult adimere ex duobus legatis vnum, & ideo quod femel est ademptum, non debebitur. l. si ita scriptum, supra tunc. nisi specialiter de contraria voluntate constet, vt hic & testator illud fecit, timens, ne cui pluries relinquat ex præconcepis mentis legandi. Et potuit sic disponere, quia legare, vel non, solū in eius voluntate consistebat. Sed non sic est in factione testamenti, quæ non pendet totaliter ex nostra voluntate, sed etiam ex dispositione legis, & dicitur publici iuris, ergo &c.

Ad auth. hoc inter liberos. C. de test. responderetur, quod decisio illa procedit specialiter fauore liberorum, sicut etiam est, quod testamentum imperfectum valeat ea ratione, vt ibi in l. præcedenti. Non obstat tertio fundamentum Cyn. & Barol. quia negatur, quod ex illa clausula arguatur, deesse voluntatem in secundo testamento. Quoniam cum illud faciat statim, creditur recessisse a prima voluntate per ea, quæ dicta sunt in primo, & secundo argumento pro ista parte.

Ad id quod vltimo loco allegabam non facile responderi potest, nisi dicas, quod in dubio quis non creditur compelli ad testandum, sed potius præsumitur, ex propria liberalitate testari toties, quoties testatur, & super hac præsumptione, videtur fundari ista opinio. Et vbi de compulsionem aliqua constare posset, tale testamentum, forte ex eo tantum, non esset obseruandum, iuxta l. primam cum ibi notatis per Doctores. C. si quis aliquid testa. prohi.

37 Licet ꝑ ista videantur colorata, & in disputatione pulchra esset, tamen non puto aliquo modo recedendum ab opinione Bar. & communis (quam ego arbitror verissimam) per fundamenta supra de ducta, quibus non fuit bene responsum.

Nam cum primo responderetur ad istum tex. quod loquitur in legatis, de quibus ad testamentum non valet argumentum, vt dicebatur, non satisfacit. Quoniam etiam in legando nemo potest sibi auferre liberum arbitrium, vt supra dictum fuit. Et licet posset condere testamentum vel ne, pendeat a dispositione iuris, tamen ex hoc non differt a legatis in proposito, quoniam & certari re ipsa pendet a voluntate testatoris, sicut & legatus, & etiam posse legare, vel ne, pendeat a dispositione iuris. Super his ergo voluntas pariter est inspicienda. Et ideo dico, quod ratio legis nostre procedit etiam in ipsiis testamentis. Nam ideo hic requiritur specialis poenitentia, quia alias testator præsumitur esse in eadem voluntate, quam prædixerat, vt scilicet cui bis legatur, semel tantum debeatur.

Quæ ratio ad vnguem idem operatur in casu conclusionis Bart. testamentum, alioquin sequeretur, quod timens ne nouiter testari compellatur, non posset sibi, & suæ voluntati quoquo modo prospicere, quod esset valde absurdum, vt dicebam supra in vltima ratione pro communi opin. deducta, cui responsio supra data nihil est, vt infra dicam.

Similiter, & secundo resposito data ad auth. hoc inter liberos, non

non est bona. Quoniam specialitas illa stat tantum in hoc, vt in testamento inter libros condito dicatur apposta clausula derogatoria sequentis testamenti, & huc tex. inducit ex præsumpta voluntate patris propter paternam affectionem. Sed in alio testamento non inter libros de tali voluntate testantis præstat propter expressa verba idem dici debet circa eius reuocationem. Et fortius, cum sepe plus possit expressum, quam tacitum. In non unquam de cond. & dem. & l. expressa nocent, infra de reg. iur. Nec etiã tertio loco est bona responsio data ad rationem Cyn. & Barto. quia negatur illa mutatio voluntatis, quoniam præsumitur in voluntate perdurare, per ea, quæ supra dicta sunt. Et maxime, quia illa talis voluntas ad istum casum secundi testamenti fuit relata, & propter illum expressa.

Denique dico, quod nec responsio data ad illud vltimum quicquam valet, quia licet lex in dubio non præsumat, quem cogi ad testandum, & si probetur compulsio, testamentum non valet, tamen ipse testator, et vt experientia docet, quæ dicitur rerum magistra, quam sit, de elec. lib. 6. timere, & suspicari potest ne aliquando infirmus ab aliquibus inducatur ad testandum contra propriam voluntatem. Vnde conuenit, vt per has clausulas derogatorias possint sibi prospicere pro conseruatione primi testamenti, non obstante, quod secundum faciant, si ita velint. Et si voluerit secundum valere, facile eis erit primum testamentum cuius clausula derogatoria reuocare.

Non obstant modo, quæ contra communem opi. allegata fuerunt, quia (vt verum fatear) nihil vrgent. Et responsio facilissima est, vt ex prædictis manifeste colligitur & magis declarando, ad primum respondetur, quod omnia dicta in argum. procedunt in dubio, & ex præsumptione, sed nos sumus in re clara contra præsumptionem illam. Quoniam testator in primo testamento voluntatem eius circa secundum testamentum declarauit, dicens quod non vult illud valere, si fieri contingat. vnde non est tunc opus coniecturis, aut præsumptione aliqua, cum simus in claris. l. continuus. §. cum ita, infra de verb. oblig. Sic ergo concluditur, quod quando facit secundum testamentum, non dicitur velle testari, & cum sit scriptura sine voluntate, per eam, seu testamentum illud, velut inualidum, non tollitur primum, cui quo dicitur perdurare testatoris voluntas vigore illius clausulæ derogatoriæ. Intellige tamen hoc, nisi causa aliqua probaretur subesse, propter quam verosimiliter testator posset præsumi mutasse voluntatem, & voluisse valere secundum testamentum, & primum tollere, secundum quod supra dixi circa tertiam partem gl. in secunda conclusione in quarta limitatione. Et ibi allegatis, adde Corn. in confi. 26. Quamuis videatur, tertio vol. Et per hoc respondetur ad secundum, quia negatur quod testator faciens secundum testamentum, ponat illud vt valeat, & ita vt cum primo sit incompatible, quia vt dixi, noluit valide testari. Ad tertium respondetur, quod in d. l. penult. est casus valde diuersus. Ibi enim non dixit, si quem pure in stituam, nolo talem institutionem valere, sed talis sit hæres secundum conditiones infra scriptas. Vnde cum postea nulla conditio fuerit scripta, ille remanebit hæres pure, vt ibi dicitur. Ex diuersis ergo non est arguendum, per iura vulgaria.

Ad vltimum respondetur, quod falsitas illa non præsumitur. Et vbi appareret, puniretur. Et plus dico, quod fraudes etiam per contrarium committi possent, non apponendo clausulam, quam testator voluit. Immo & in secundo testamento posset fraudulenter apponi, vel non apponi reuocatio primi contra voluntatem testantis. Verum vt dixi, talia non præsumuntur.

Et ex his remanet defensiva communis opinio, & est expeditum primum dubium.

Circa secundum, quæ. s. reuocatio requiratur, vt iam dixi, dicemus inferius in sexta quaestione Bar.

In sexta parte glo. dum notat argumentum pro rescriptis, remitto te ad dicenda infra in penultima, & vltima quaestio. Bart. vbi de hoc dicitur.

In septima parte gl. dum gl. allegat iura concordantia. Aduerte primo ad l. ex parte. §. si. s. famil. ericif. quia in multis codicibus mendose legitur ibi, vni ex filiis cum pecunia mutaretur, debet enim legi, vnus ex filiis, cum pecuniam mutaretur. Nam ita legitur in probatis codicibus, & ita ego in antiquo libro legi. Et ita etiam erit seruatus modus loquendi, quo Iuriscōsultū vtuntur, & etiam plerique Latinæ linguæ obseruatores. Nam apud eos mutuo in simplici voce passiuua non est in vsu, sicut nec mutuo in voce actiuua. Et ita mihi videtur obseruandum, si Iuriscōsultos nostros imitari velimus, tamen plerique passim, & in actiuua & in passiuua voce tali verbo vtuntur. Secundo aduerte ad l. si alienam rem §. de dona. cau. mor. Nam glo. vult allegare ibi §. iuncta glo. ibi in versiculo accepit, vbi glo. illa allegat istū tex.

In octaua parte glo. dum opponit de l. vbi ita donatur, de dona. cau. mor. Responde, vt per Bar. in quinta oppo. cum quo trāseunt scribentes. Et sic notabis, et quod licet donatio cau. mor. sui natura sit reuocabilis ad arbitrium donatoris, tamen hoc non procedit, quando ipse promiserit, eam non reuocare, tunc enim

transit in donationem inter viuos per d. l. vbi ita donatur. Quod tamen intellige, si expresse de non reuocando, vel non repetendo conuentum fuerit: secus si promittat donator tali donationi non contrauenire. Nam tunc, tali promissione non obstante, poterit donatio reuocari, & res donata repeti, cum per illud donationi non contraueniatur, de cuius natura est, vt reuocari & repeti possit, si quidem similes promissiones secundum naturam actus debent intelligi, vt l. quarto. §. inter locatorem. ff. loca. Ita signanter dixit Bal. in l. cum quis, supra de condi. ob causam. dixi in l. secunda, supra de leg. i. vide ibi in octaua col. in fine.

In nona, & vltima parte glo. ad iura quæ glo. allegat in contrarium, responde, vt per Bar. in vlti. oppo. Et ex dictis, & mente eius fac regulam cum fallentia, videlicet, quod sciens aliquid, velle præsumitur, nisi ex præcedentibus contrarium appareat. Ita transeunt omnes Doctores. Nam hic propter præcedentem illam clausulam, cui bis legauero, &c. contrarium constat, ideo sæpe non debetur. Sed contra istam fallentiam, & contra istum tex. sic declaratur, fortiter vrget tex. in l. cum in plures. §. locator horrei. §. loca. vbi propter scientiam inducitur dispositio, & tamen ex præcedentibus contrarium videbatur constare. Alb. hic respondet, quod illud propositum ibi non fuit expressum, sed in mente retentum, & ideo non operatur, per l. si repetendi. C. de condi. ob causam. Et ita illum §. locator horrei, intelligit ibi Pau. de Cast. Sed huic solutioni repugnare videtur ille tex. in fi. ibi remissus, &c. Quoniam si fuisset in mente retentum, non esset considerata remissionem ex patientia, cum per se nihil operaretur, vt d. l. si repetendi, quod esset contra illum tex. Vnde idem Albe. soluit secundo modo, videlicet quod ibi actus pendebat ex voluntate duorum, hic vero loquimur in pendentibus a voluntate vnus tantum, vt per cum. Tu potes dicere, quod illa ex interuallo fuerint illata, ponderando dictionem, deinde, quasi propter ea non fuisset facta illa protestatio, iuxta dicta supra in secundo notabili.

Vel secundo dicas, quod propositum illud, seu protestatio facta fuit propter ea, quæ ipso ignorante poterant inferri: timuit enim ne talia, eo inscio, inferantur, quod nolebat pro eis aliquo magno pretio obligari, & non propter ea, quæ ipso sciante inferrentur. Quoniam tunc ipse posset ea non recipere, vel dicere, nolo pro eis teneri. Et ideo si postea sciat aliqua ex preciosis inferri & patitur, cum possit animum suum declarare, & ita vel non accipere, vel se exonerare ab obligatione, videtur consentire, vt obligetur. Et in hoc videtur fundari ille tex. vt innuitur ibi, passus est, &c. Vel tertio dici potest, quod tex. ille loquitur de quodam proposito, quod horrearius habebat ante horreum, in quo publice significabat se aurum, argentum &c. non recipere suo periculo, de quo in simili loquitur tex. in l. sed & si. §. r. s. de pd. insti. vbi et appellatur proscriptum. Nam eo casu si horrearius sciens, patitur res illas inferri, tenetur, quia videtur propositum illud per suam patientiam remisisse. Et ita ego alias dicebam, prout in apostilla ad illum tex. scripsi. Et nunc reperio, quod istum intellectum ad illum tex. tradit elegans doctor Andr. Alciatus in l. de testatio, in nona col. infra de verb. signifi.

Et addit, quod protestatio illa seu propositum illud per se nihil operatur, nisi illi consenserit illator mercium. Quia lex vult locatorem illum teneri, non obstante sua protestatione, ad instar nautæ, cauponis, & stabularij, iuxta l. i. in prin. & l. fin. §. item si prædixerit, supra nautæ caup. & stabul. vt per cum.

Sed aduerte, quia licet hoc videatur subtile dictum, tamen mihi iste intellectus cum tali additione non videtur tutus. Primo quia tex. in illis verbis, ac si propositum fuerit remissum, videtur importare, quod locatoris erat remittere tale propositum, quasi dicat eo non remittente, esset firmum, & operaretur. Quod esset contra intellectum Alcia. Nisi ad hoc dixeris, quod propositum esset firmum in hoc, quia locator posset nolle recipere, & sic recipiendo videtur remittere. Secundo, quia secundum Alcia. semper locator tenebitur quomocumque, & quodcumque merces inferantur, nisi illator consenserit proposito, & illud clare confert, aliàs quam per illationem. Nam si tacens inferat, non dicitur consentire, sed potius tacere dicitur, quia scit ius suum durare, vt per eum. Et sic licet merces inferantur locatore inscio, ipse tenebitur. Hoc tamen videtur omnino repugnare verbis, & menti illius tex. qui locatorem ideo videtur velle teneri, quia sciens, inferri passus est. Cogita super istis. Et iste intellectus sine additione Alciai, secundum quod supra dixi forte defendi poterit, conuenit cum secunda solutione, supra per me data ad illum tex. super quo cogitabis.

Expeditis glo. omnibus, Bar. pro declaratione materiæ nostræ format aliquas quaestiones extra gl. & considerando duas solutates, vt per eum. Circa primam quaerit, quid si in voluntate minus solenni sit apposta prima voluntas, id est clausula derogatoria? & responde vt per eum. Ex cuius dictis collige quatuor conclusiones.

Prima sit, quod clausula derogatoria dicitur quaedam ademptio, prout etiam dicit hic glo. Pro quo bene facit l. si ita sit scriptum,

D. Maria. Soc. Iun. in l. Si quis in prin. test.

ptum, ibi, nam quod ademptum est, supra titulo secundo.

Ex quo inferitur, ademptionem fieri necdum eius, quod iam datum erat, sed etiam eius, quod dabitur in futurum.

Et si in contrarium dicatur, non videri posse adimi, quod non est datum, cum priuatio præsupponat habitum. l. decem, infra de verborum obl. & §. seruus, Inst. de capitis diminut. cum similibus. Hinc dici solet quod nullum est, rumpi & tolli non potest. l. nam & si sub conditione §. si. supra de iniusto rupto testa. Respondetur, ademptionem illam in casu nostro non sortiri effectum, nisi demum cum fuerit datum, & in talez casum dicitur talis ademptio collata. Sed an dicatur propria, & quo respectu patebitur ex infra dicendis.

44 Secunda est conclusio, quod si in testamento minus solenni dicat testator, si quod testamentum, postea fecero, nolo valere, per hoc non impeditur ualiditas testamenti, quod postea per eum fiet, etiam si in eo de primo & sua clausula nulla fiat mentio. Et ratio est secundum Bar. quia cum in secundo testamento detur hæreditas, non potest dici quod in primo fuerit adempta, quia non fuit solenne. Etenim in voluntate minus solenni non potest adimi hæreditas. l. 2. C. de cod. & Inst. eo. §. si. Cum Bar. transeunt Cuma. & Ang. de Perig. Et secundum Cuma. comprobatur, quia si prima illa voluntas fuerit insolennis, puta propter defectum testium, prout ipse præsupponit, non posset talis voluntas probari, & sic nec illa ademptio, ergo &c. vt per eum.

Considera, quod licet huic opinioni non inueniam contradictionem, tamen mihi videtur valde dubia. Nam secundum eam videtur sequi, quod valebit secundum testamentum sine voluntate testantis, cum ille prædixerit se nolle illud valere, quod certe absurdissimum esset, argum. §. cæterum, Inst. de milit. testa. & l. diuis, versic. cæterum, supra de milit. test. Et bene facit l. pen. in fra si tab. test. nul. extab. Facit etiam, quia omnis fauor a lege tributus testamentis, solum tribuitur, vt defuncti voluntas seruetur, & illa quæ sit vltima, & amplius non redeat. l. 1. C. de sacros. eccl. Sed isto casu voluntas eius fuit, quod testamentum illud non ualere, nec post eam alia reperitur voluntas contraria, igitur si volumus tale testamentum valere, certe id erit sine voluntate, immo etiam contra voluntatem talem defuncti, ergo &c.

Et profecto si allegata in contrarium tollerentur, ista opinio contra Bartolum, & communem satis clara videretur. Quare si disputando vis tenere eam, & sic quod testamentum non valeat, ad contraria, vt inferius poteris respondere. Nam ad rationem Bar. primo loco allegatam respondetur, verum esse, quod hæreditas in codicillis, & sic minus solenni voluntate adimi non potest. Sed id procedit quando hæreditas vere data fuisset, & expressa testantis uoluntas in eo adfuisset. At in casu nostro non fuit aliquo modo data, etiam quod postea fuerit factum testamentum, quoniam in eo defuit testantis uoluntas propter præambulã protestationem, seu suã uoluntatis declarationem, & sic defuit uoluntas dandæ hæreditatis. Ad rationem Cuma. secundo loco allegatam, respondetur, fatendo quod illa voluntas probari non poterit, ita. s. vt tanquam testamentum ualeat, cum defuerint testes ad illud necessarij, sed si fuerint duo, vel tres testes, per eos probari poterit uoluntas eius, uti simplex uoluntas, s. quod nolit secundum testamentum ualere. Merito ergo dici debet, vt non ualeat ex defectu uoluntatis, alioquin durum satis videretur, quod ualere

45 contra voluntatem, cum si nos quaerere semper & pedetentim sectari debeamus uoluntatem testantis, vt venator leporem, vt dixit Bald. in l. quidam, C. de necess. her. hæred. inst. Et cum iura in hoc, vt scilicet uoluntas testantis seruetur, simpliciter loquitur. l. 3. C. de liber. præter. l. quoniam indignum. C. de testam. & l. cum virum. C. de fideicom. cum similibus, non est quaerendum, vnde seu quomodo talis voluntas appareat, sed satis dicitur esse de ea constare.

Et ideo vltra Doct. infero, quod si quis coram testibus dixerit se nolle testari, sed quia vereor ne ad id aliquando compellar, ex nunc animum meum declarando protestor, quod si quod testamentum fecero, nolo quod valeat, si postea ille faciat testamentum absque reuocatione illius protestationis, non valebit. Et credo sufficere, quod illa protestatio legitime probetur. Ad hæc facit gl. super uerb. uocabula in l. 4. supra de leg. j. Et prædicta notabis, & super hoc cogita, quia pulchra sunt, & multum consona veritati, & disputando facile sustineri possent.

Verum si velis opinionem Bar. & communem sustinere, videlicet quod illud secundum testamentum ualeat (non tamen per viam Bar.) ad prædicta poteris respondere, negando quod in tali testamento desit uoluntas testantis. Nam, cum primum testamentum non ualuerit, interpretabimur quod secundum fecerit, ne debeat intestatus.

46 Etenim fauorabile est, quem testatum decedere, argu. l. vel negare supra quemadmodum testam. aperi. Et hinc est, quod causa testati, etiam in minima re, si trahit ad se causam in testari, licet sit in maiori parte. l. 1. §. si ex fundo, §. de her. inst. Vnde illa faciendo secundum testamentum, videtur id facere prætextu inualidi-

ratis primi, & sic cum uoluntate, vt secundum ualeat, quasi dicamus, cum testamentum illud primum non sortiatur effectum suum principale, quia non ualeat, non ualebit etiam aliquid in eo contentum, argumento l. si nemo, §. de test. tute. & sic, nec est illa clausula derogatoria non ualebit, nec quicquam operabitur: censetur enim posita eo prætextu, vt ex inualiditate secundi testamenti, sequatur conseruatio primi. Vnde cum illud esse non possit, censetur testatorem secundum testamentum fecisse eo animo, vt ualeat, arg. l. si iure, supra cod. & l. nihil §. si cum filiis, §. de inoffic. testamento.

47 Et non reuocatur primum, quia non erat opus, cum per se non ualere. Facit ad prædicta, quia illa clausula derogatoria & sic annullatio secundi testamenti debet restringi & limitari a causa sua, cum si limitata causa limitatum producat effectum. l. cancel lauerat, supra de his que in testam. delent. & l. in agris, infra de acquir. rerum domin. cum similibus, & ita uoluit Bar. in d. l. si iure. Sed annullatio prædicta fuit pro conseruatione primi, igitur eo stante inualido de te, nihil debet operari.

Et ista (ni fallor) melior & tutior uia est ad saluandã conclusionem propositam, quam sit illa Bar. & aliorum, cogita super istis.

Et ex illis infero, quod si derogatio sequentis testamenti fuerit facta alibi, quam in testamento non solenni, puta per simplicem protestationem legitime probatam vt supra dixi, testamentum simplex, quod postea fiet, non ualebit ex defectu uoluntatis, vt iam dictum fuit, quicquid in contrarium dixerint Bartol. & qui sequuntur eum.

48 Tertia conclusio Bartol. est, quod si ademptio hæreditatis non ualeat, nisi fiat in tali uoluntate & dispositione, ex qua possit adiri hæreditas. Quod etiam dixit idem Bar. in d. l. si iure, supra eodem cum quo uidetur communis opinio. Pro qua facit §. posteriore, Institut. quibus modis testam. infirm. & l. cum in secundo, supra de iniusto, rupto testam. Verum est, quod Rapha. Comens. hic tenet contra Bar. in d. l. si iure testatur de Bar. dicens quod contra eum tenuit Bald. in l. sed & si §. fina. supra de har. institut. Vnde ipse concludit hic, quod si coram septem testibus quis dicat nolo testamentum ualere, testamentum non ualebit, & sic dicitur adempta hæreditas, licet ex tali uoluntate non possit adiri hæreditas.

Tu dic pro resolutione presentis difficultatis ita posse distinguere. Nam aut loquimur de uera ademptione, hoc est dicere, postquam uolumus testamentum esse perfectum, agimus de eius reuocatione, & tunc uerum est, quod testamentum non tollitur, & sic ademptio hæreditatis non fit, nisi per uoluntatem, ex qua hæreditas adiri possit, vt d. cum in secundo, & d. §. posteriore.

Nec dico quod debeat adiri, sed sufficere quod aliquo casu adiri possit, vt dictis iuribus.

49 Et in his terminis & similibus procedat opinio Bart. & communis. Et ideo si tunc dicam coram testibus, si nolo testamentum per me factum ualere, non propterea dicitur reuocatum testamentum, cum ex prædicta uoluntate non possit adiri hæreditas. Nisi tamen dixerim, quod uolo decedere intestatus, quia tunc reuocaretur, cum ex tali uoluntate uideantur uocari uenientes ab intestato, qui ex illa uoluntate adire possent, prout declarat Bar. in d. l. si iure, & ita se habet communis opinio, vt tradit Cornel. in consil. 30. Quamquam in hac consulatione, 2. uolum. de quo plene scripsi in rubrica infra de acquir. possess. in vltima quod in octaua fallentia.

Aut loquimur de ademptione non uera & impropria, hoc est de impedienda ualiditate sequentis testamenti, propter quod uideatur certo modo adimi hæreditas eis, qui in eo testamento instituentur, prout sunt termini quaestionis nostræ.

Non enim tunc potest dici propria & uera ademptio, sed potius declaratio uoluntatis deficientis in actu sequenti, vt supra dictum fuit. Et tunc tenerem contra Bar. concludendo, quod testamentum sequens, simpliciter factum, non ualebit, vt patet ex his, quæ dicta fuerunt in præcedenti conclusione.

Siquidem quælibet protestatio siue declaratio deficientis consensus legitime probatur, operatur, testamentum quod postea simpliciter fit, non ualere, ut iam dixi. Sicut in simili probatur in l. si quis §. plerique, supra de relig. & sumpt. fun. & in l. qui in aliena §. si in iuncta glo. supra de acq. hæ. & ita procedit opinio Rapha. Comens. Inualidatur enim tunc illud testamentum, & sic fit illa quasi ademptio hæreditatis.

50 Caue tamen, quia non requiro, quod septem testibus probetur illa uoluntas, vt uoluit Comens. sed satis est eam legitime probari. si quarta & vltima conclusio sit, si quod clausula derogatoria legati operatur, etiam si fiat in minus solenni uoluntate, vt in clausula, de qua in lista, vel de qua in l. si mihi, & tibi. §. in legatis, supra tit. 2. cum Bar. transeunt Doct. Dicit tamen Ange. de Perig. hic se hoc credere uerum, non vt ipso iure tollantur legata, sed tantum ope exceptionis. ex quo sequitur mirabilis effectus, quia si legatarius reperitur legatum possidere, poterit illud retinere, & pro his allegat Comens. in l. militis §. veteranus, §. de mil. test.

Tu circa hæc considera, q̄ aut loquimur de ademptione legatorum vera, quia iam erant facta, & postea adimuntur, vt loquitur titulus, §. de adim. leg. & tunc si talis ademptio fiat in voluntate non solenni, bene loquitur Ang. de Perig. quia solum ope exceptionis tollitur talia legata, prout voluit Sal. in l. sancimus C. de test. & ita se habet communis opinio, vt ego dixi in præallegata Rubrica de acq. poss.

Et hanc opinionem posuit gl. in l. fideicommissum. C. de fidei comm. & in alijs iuribus allegatis hic per Bar. pro sua conclusio ne, & ista non est quæstio nostra, nec in his terminis loquitur Bar. Aut loquimur de illa quasi & non vera ademptione, quæ fit per præcedentem clausulam derogatoriam, prout proprie loquitur Bart. & tunc si fuerit talis protestatio seu derogatio simpliciter propter illud, quod continet, & non per viam testamenti, putarem, legatum postea factum non valere ex defectu deficientis voluntatis, sicut dixi §. de hæredis institutione, in sequenti testamento facta, & de toto ipso testamento.

Si vero talis clausula derogatoria ponatur in testamento, seu per viam testamenti fiat illa quasi ademptio, & tunc aut testamentum tale fuit imperfectum, & sic insolemne, legata in eo facta ex eo non valebunt, quia nec ipsum testamentum, vti imperfectum valet. Nec tunc est disputandum de clausula illa derogatoria, quia etiam absq; ea legata non valent, si aliud non appareat.

Nec talis derogatio potest trahi ad aliud testamentum, quod postea fieret, seu ad legata in eo facta, cum illud debeat valere, vt ex §. dictis constat.

Si vero testamentum illud primum fuisset perfectum & valeret, operaretur clausula illa in relictis in eodem testamento, vt in l. in ista, & in d. §. in legatis, licet iste casus sit extra terminos quæstionis Bart. vt de se patet.

Si autem talis quasi ademptio, & derogatio fiat in codicillis, qui sequenti testamento confirmantur, & sic fiat in voluntate minus solenni, clausula in eis posita ad derogationem legatorum operabitur et respectu relictorum in sequenti testamento, si tñ codicilli per se valeant, verum si non valerent, quia forte in eis non fuerunt quinque testes, prout requiruntur in qualibet vltima voluntate, excepto test. §. si. C. de cod. cum sim. putare, q̄ clausula illa nihil operaretur respectu sequentis testamenti, cum codicilli ipsi inutiles fuerint, nec fidem habeant.

Demum in hac materia vnum scias, q̄ quando per clausulam præcedentem derogatur legatis in futurum faciendis, legata ipso iure non valebunt, quasi non dicantur data, vt d. l. si ita sit ascriptum, §. de leg. i. etiam q̄ clausula illa fuisset in codicillis.

Quod nota contra Ang. de Perig. Non erit ergo opus aliqua exceptione nisi de facto, nam de facto agens, exceptione facti repellitur, ita Bar. in d. l. si ita.

Secundo quærit Bart. quid si clausula derogatoria in prima voluntate reperitur in testamento rupto propter præteritionem filij, ita vt præter institutionem cætera confirmantur iuxta auct. ex causa. C. de lib. præter. an. si ipsa clausula conseruetur & operet? dic vt per eum. Qui in effectu concludit, q̄ si talis derogatio respiciebat testamentum & institutionem hæredis, clausula illa nihil operatur, ex eo, quia, quo ad hoc testamentum rumpitur, & sic ex tali dispositione non potest adiri hæreditas. vult ergo Bar. virtualiter q̄ secundum valebit, licet simplex fuerit, & de primo nulla sit facta mentio. Sed si talis derogatio respiciebat legata, conseruabitur & operabitur, vt per eum. De vtroque videamus.

Circa primum Raphael Comens. tenet contra Bart. q̄ immo, etiam eo casu clausula derogatoria operetur.

Nam licet ruptum sit testamentum quo ad institutionem, tñ nihil ad nos, nec de eo quærimus. fatemur, n. in eo institutum nõ admitti, sed solum queritur, an clausula derogatoria in eo posita operetur, ne secundum, simpliciter factum, valeat? & concludit Comens. q̄ operatur, quia secundum erit sine voluntate testatoris, vt probatur ex prædicta clausula.

Nec obstat q̄ testamentum in quo erat, sit ruptum, & annullatum, quia etiam ex nullo testamento probatur voluntas testatoris, & attenditur l. si. §. de rebus eorum.

Et hoc satis potest tolerari respectu probationis voluntatis, q̄ tunc fuit testatoris, sed an in casu Bar. operetur, aliud est.

Quare cogitabam posse saluari dictum Bartol. (licet per alia via) & considero q̄ derogatio sequentis testamenti, facta in primo, non fuit simpliciter, sed propter validitatem & conseruationem primi, vt etiam §. dixi.

Vnde talis derogatio seu cassatio secundi testamenti detestatum suam causam regulari iuxta l. cancellauerat, §. de his que in test. delent. & ideo cum primum illud valere, non possit, cassatio secundi nõ operabitur arg. d. l. si iure, & d. l. nihil. §. si filius, supra de inoff. test. Ad quod plurimum facit fauor causæ testati conseruandæ, cum alias dece. teret intestatus. Sic ergo dico, q̄ ex quo primum testm valere non potest, creditur patrem illum, mutasse voluntatem, & secundum testm fecisse eo animo, vt valeat, quicquid ad eius derogationem dixerit in primo testō, & illud expref-

se non reuocauit, quia non erat opus, cum per se esset inualidus. Circa secundum q̄ n. clausula derogatoria respicit legata dicit hic Ang. de Perig. q̄ hoc pendet ab illa q. vtrum auct. ex causa, de liber. præter. in eo quod conseruat legata, procedat, si reperitur aliud testamentum iure validum.

De quo se remittit ad dicta per se in d. l. si iure, vbi concludit, q̄ non. Et sic recte intuenti videtur concludere contra Bar. hic, Tu considera, quia ista consideratio Ang. de Perig. videtur im pertinens, vt ex §. dicendis apparebit.

Dico. n. q̄ aut & primo quærimus de legatis factis in secundo testamento, & tunc clausula derogatoria legati, puta, cui bis legauero &c. posita in primo, non habet locum respectu secundi testamenti, vt dictum fuit §. in 2. not. Si vero consideras clausulam derogatoriã respicere legata in sui genere, eo q̄ respicit omne testamentum, & tunc dicam, q̄ sicut valebit testamentum, ita etiã valebit legata. Nec tunc legata facta in primo, conseruabuntur & sic non habebit locum in eo d. auct. ex causa.

Ex quo sequitur q̄ conclusio Bar. non potest aliquo modo procedere respectu legatorum factorum in secundo testamento.

Nisi dixeris, q̄ potuit testator in primo testamento diceret, q̄nunque & in quocunq; testamento bis legauero, semel deberi volo. Nam eo casu, clarum videretur, q̄ testator illam clausulam referre voluit, etiam ad secundum testamentum, & sic etiam ibi legata limitabuntur per dictam clausulam propter clara verba testatoris.

Aut & secundo quærimus de legatis factis in primo testamento, in quo est dicta clausula, vel in codicillis illo testamento confirmatis, puta, quia prædixit, Cui bis legauero &c. & postea bis legauit, & testamentum rumpitur propter præteritionem filij vti in hac q. præsupponitur. Et tunc legata prædicta conseruentur p d. auct. ex causa, certe conseruabuntur cum suis qualitatibus & sic habebit locum prædicta clausula derogatoria, vt sic binuz legatum, vni factum reducatur ad vnum tantum, si talis fuit clausula derogatoria, vel si alia, q̄ illa attendatur.

Hæc tamen intelligas, vbi ex post non fiat nouum testamentum de se validum. Nam eo facto, cum (vt iam dixi) non habeat locum d. auct. ex causa, frustra disputarem de prædicta, vel alia clausula derogatoria. Prædicta notabis, quia non inuenies p alios ita declarata, & ego credo vera, super his tñ cogitabis.

Descendit modo Bar. ad secundam voluntatem, seu, vt ipse dicit ad secundum testm. Et q̄ quærit in effectu, quæ verba debet esse in secundo testamento, vt tollatur primum cum sua clausula derogatoria, & prosequitur istã mãm per quatuor quæstiones, vsque ad illam quando quærit, an sit dare remedium, q̄ primum testamentum reuocari non possit. Et ex dictis Bar. illuc vsq; omnibus bene consideratis, colligitur ista cõclusio (pluribus dimissis gratia breuitatis) quæ postea ampliabitur, & certis modis limitabitur, q̄ quando in primo testamento reperitur clausula derogatoria sequentis voluntatis, puta, q̄ si contingat me facere aliud testamētum, nolo valere, nisi in illo scribitur, Saluatio Angelica, vel quid simile, tollitur primum per secundum, si in eo dicatur non obstante quocunq; alio testamento iam facto, etiam q̄ in eo esset clausula derogatoria ad hoc secundum testamentum. Nam hæc vltima verba inducunt specialem reuocationem primi, cum de clausula derogatoria sit facta mentio, quæ specialis reuocatio requiritur, & sufficit.

Non t̄ autem sufficeret generalis reuocatio, puta, non obstante quocunq; testamento præcedente.

Particularis verò, & in individuo reuocatio non requiritur, puta si dicatur in quo est clausula derogatoria requirens in hoc secundo testō scribi debere, Angelicam salutationem, vel quid simile. Habet autem conclusio tria capita. Vnum sit, quod generalis clausula non sufficit. Aliud q̄ sufficit specialis. Et tertium q̄ particularis requiritur. Et ita recte consideranti voluit hic Bar. cum quo transit hic Comens. & scribentes communiter in l. sancimus, C. de test. & in d. §. in legatis. Et ita ante Bar. voluit Feder. de Senis in conf. 47. Habita super casu prædicto, sequitur Angel. in conf. 313. Pauide Cast. in conf. 363. In facto præteriti in anti. quis, & in nouis est licet mutilatum, nu. 206. l. i. Bar. in conf. 27. Scripsit Doctissimus 4. col. 1. vol. & in simili voluit Ale. in conf. 187. Mideretur prima consideratione, col. filii. 5. cum concordantibus vt per Patrium, & Dominum meum Soc. & Mod. in d. §. in legatis. Et reperio q̄ idem voluit Ioann. de Ana. in confil. 56.

His que in facto præsupponuntur. Sed dicit aliquis q̄ primum caput conclusionis, & virtualiter etiam q̄ secundum. Nam si nõ sufficeret generalis reuocatio, sed requireretur specialis, posset sequi absurdum, q̄ testator etiam volens, non posset reuocare primum testm, si sit oblitus clausulæ derogatoriæ in eo posita.

Nam eã specialiter non reuocabit, quia de eã non recordabitur, quod certe, esset iniuriam. Et pp hanc considerationem Bal. in l. humanu, C. de leg. dixit q̄ det. sufficere gñalis reuocatio, puta nõ obstante quolibet testō. Et ita ante Bal. & per eandẽ rationem tenuit Jac. de Belu. de test. imperf. prout quidam allegant.

D. Maria. Soc. Iun. in l. Si quis in prin. test.

Sed tuendo Bart. ad hoc respondet Dominus meus Soc. in d. §. in legatis. 4. col. in versic. ex qua communi conclusione, negando illud absurdum, quia si fuerit illius clausulae oblitus, dicere poterit, non obstante quocumque testamento, cum quacumque clausula derogatoria, nam per haec dicitur fieri specialis reuocatio, id est nudi testamenti in genere, sed in specie, habentis clausulam derogatoriā. Et hoc est quod voluit hic Bar. vt in conclusione dixi.

55 Præterea negari potest obliuio, et quia non presumitur, nisi per lapsum decennij, quo casu ex eo videtur tolli primum testamentum, per d. l. sancimus. C. de testam. De quo tamen paulo inferius dicam. Sed dicit aliquis arguendo per contrarium, vt debeat requiri particularis, & in indiuiduo reuocatio, quod est contra conclusionem Bar. in tertio capite. Nam alias de facili instigatu petentium testamentum, primum tolli poterit contra voluntatem testantis, quasi illis non videatur satisfactum, nisi verba illa specialis reuocationis apponantur.

Verum tuendo Bar. etiam ad hoc responderi potest, quod immo verosimiliter satis eis videbitur, quod dicat, quod velit hoc vltimum testum præualere, non obstante alio quocumque testamento, cum illi de clausula derogatoria in primo testamento apposta non de facili cogitent. Et propterea si testator dicat etiam si in eo sit clausula derogatoria, & sic ponat specialem reuocationem, presumetur ipse ab ipso testatore apposta ex vera mutatione voluntatis. Et ex hac declaratione singulariter inferitur, quod si probetur illam clausulam appositam ad instantiam alterius, qui forte petebat nouum testamentum fieri, non sufficit ad reuocationem primi per rationem prædictam. super quo tamen cogitabis.

Ampliatur conclusio Bar. in secundo capite, vt procedat, etiam si in primo testamento ultra clausulam derogatoriam sequentis testamenti, sit etiam clausula derogatoria reuocationis primi testamenti, puta, etiam si in eo fuerint verba reuocatiua istius clausulae, nolo valere: ita voluit Bar. hic in vltima quaestione ex istis quatuor, cum quo videtur transire Doctores. Comens. tñ hic §. Bar. dicit, quod ipso casu specialior debet fieri reuocatio, non tamen hoc declarat. Forte sentit, quod dici debeat, non obstante testamento & clausula derogatoria, in eo contenta, etiam si esset derogatoria huius reuocationis, vel quid simile. Et istud mihi satis placet. Et ratione suadetur, quia credi debet, quod non sine causa in primo testamento fuerit apposta. Puta, quia testator noluit, quod per solam clausulam derogatoriam etiam specialem primum tollatur. Et ideo merito dixit, & si in eo fuerint verba reuocatus &c. vt modo dixi. Considera tamen, quia hoc idem videtur fuisse de mente Bar. dum dicit, si prioris testamenti faciat mentionem & qualitatis eius. & ita dixi vobis declarando Bar. Non enim esset facta mentio qualitatis testamenti, nisi illo vel simili dicitur: ergo constat ita fuisse de intentione Bar.

56 Limitatur modo ista conclusio, et primo in eo, quod vult requiri specialem reuocationem, & non sufficere generalem, vt non procedat quod vnum tantum testamentum præcessisset. Ita voluit hic Bar. in secunda quaestione ex istis quatuor. arg. l. 2. supra de liber. & posthum. & ibi Bar. hoc clarius dixit, vt per eum.

Sed ista opinio communiter reprobat per Rapha. Cuma. hic, & per Doct. in d. l. 2. & in d. §. in legatis, vbi Dominus meus Soc. in 4. col. versic. tertio inferitur. Pau. de Castr. in præallegato cons. 363. 4. vol. & Alex. in cons. 7. Videbatur prima fronte, col. fin. lib. 4. Fundamentum doctorum est, quia cum reuocatio sit facienda solum testamenti validi, inualidum enim per se nullum est, & reuocatione non indiget, vt de se notum est. Quo posito cum vnum tantum testamentum valere possit, scilicet vltimum, per quod præcedens tollitur. §. posteriore. Insti. quib. mod. testa. Insti. cum simil. sequeretur secundum opinionem Bar. quod semper per generalis clausulae sufficeret ad reuocationem præcedentis testamenti, cum semper vnicum tantum procedat validum. Quod esset contra mentem eiusdem Bart. Præterea contra Bart. facit, quia licet verba illa generalia, non obstante quocumque alio testamento, ad vnum tantum referri possint, tamen non potest dici specialis reuocatio clausulae derogatoriæ in eo contentæ. Quod Bar. intelligit esse necessarium, igitur &c. vide Dominum meum Soc. vbi §. Considerabam ego vltima Doct. quod forte Bar. non sentit illud, quod Doct. dicunt, & in quo eum reprehendunt. Quoniam quoniam ipse dicit, generalis reuocatio, intelligit ex eo, quia non habetur respectus ad vnum, magis quam ad aliud testamentum. Sed tamen ipse dicit in quo sunt verba derogatoria, quod pro specialis reuocatione habetur secundum eum. Est bene verum quod Bar. inferius non sic loquitur, dum de vno tantum testamento præcedente facit mentionem, super istis tamen cogitabis.

Et sic ex istis patet, quod Bar. in conclusione quæ expressè ponit in hac sua doctrina, dum de vno tantum testamento præcedente loquitur, videlicet quod per istam clausulam, Cassans omne aliud testamentum, in quo sunt verba derogatoria, tollitur vnicui præcedens testamentum, licet in eo sit clausula derogatoria, non videtur male loqui, quia verum est, tale testamentum tolli. In eo vero, quod videtur sentire, aliud esse, si plura testamenta præ-

cesserint: Dicas quod in eo Bar. se non firmat, sed statim prosequendo materiam voluit idem esse, eo quod, licet respectu testamenti non sit specialis reuocatio, ex quo non est demonstratum speciale testamentum, quod reuocatur: tamen, ex quo fuit dictum, in quo est clausula derogatoria, siue etiam quod in eo sit clausula derogatoria, dicitur facta specialis reuocatio, quia non omne testamentum habet clausulam derogatoriam, vt per eum. In eo autem quod Barto. præsupponit potuisse præcedere plura testamenta, reprobat per Bal. in præallegata l. humanum. C. de leg. & per Doct. magis communiter in d. l. sancimus, & in d. l. 2. de liber. & posthu. & etiam in d. §. in legatis. Etenim nunquam dici potest, quod præcedat nisi testamentum (loquendo in paganis) cum vnum tantum testamentum valere possit, per quod alia dicuntur sublata. Caue tamen, quia Patruus & Dominus meus Soc. in d. §. in legatis, tuetur Barto. quia ille dicitur considerasse plura testamenta de facto facta, prout contingens est, & ego saepe vidi, tamen vnum tantum sit validum. Et mihi hoc verosimile sit, quia credendum non est Bar. iuris nostri illuminatorem non nouisse vnicum tantum testamentum eiusdem hominis in paganis valere posse. Cum igitur id bene intelligens dixerit, seu præsupposuerit plura testamenta, ab eodem facta, præcedere potuisse, oportet fieri, quod intellexerit respectu facti, id est qui vere de facto plura fecerit.

57 Secundo limitatur conclusio Bar. circa idem et nisi post primum testamentum præcesserit decennium ante secundum. Nam tunc etiam generalis reuocatio sufficeret, & tolleretur primum, etiam quod haberet clausulam derogatoriam, ita firmat Bal. & quam plurimi sequuntur in d. l. sancimus. C. de testa. Ita etiam Alex. in cons. 105. Viso ac diligenter considerato. nu. 5. ad fin. lib. 4. & Dominus meus Soc. in d. §. in legatis, col. fin. versic. ex qua conclusione deciditur primo. Et mouentur per d. l. sancimus, vbi videtur casus in fortioribus terminis, quia. l. ita ibi disponitur quando voluntas vltima erat imperfecta. Et nisi hoc diceremus, curius decennij nihil operaretur: quod esset omnino contra illum textum.

58 Et pro hac limitatione facit, et quia curius decennij causat obliuionem iuxta glo. in l. furtum. in fin. infra de vlti. cap. vnde videtur quod propter obliuionem non fiat mentio clausulae derogatoriæ, non quia testator nolit mutare testamentum. Nam cum vere mutauerit, creditur, quod mutare voluerit accedente tantum tempore lapsu. Et cum ista limitatione est communis opinio. Ego alias considerabam contra eam teneri posse. (Et esset hæc pulchra conclusio ad disputandum) moueor, quia non video qualiter ex curius decennij inducatur mutatio voluntatis, que tumitur in homine perdurare, nisi probetur mutata. Leum qui, supra de probationibus. & c. maiores. de baptis. cum similibus. Vnde videtur quod propter clausulam derogatoriam, ad secundum testamentum positam in primo, secundum postea factum, etiam post curium decennij reperitur sine voluntate: ergo erit inualidum, & propterea primum non potest dici sublatum. Non obstat d. l. sancimus, quæ decepit doctos, quia respondetur, quod non procedit in terminis nostris, quando. l. in primo testamento erat clausula derogatoria ad secundum. Nam ibi specialiter disponitur propter curium decennij contra regulam §. ex eo autem solo. Insti. quib. mod. testam. Insti. Et sic quod ex sola voluntate contraria, cum solennitate tamen de qua ibi, absque alio testamento tollatur primum testamentum, si curius decennij interuenierit. Et hoc idem dicerem ego in casu nostro, si lapsus decennio testator diceret, nolo iam factum testamentum valere, non obstante clausula derogatoria in eo contenta. Nam reuocaretur illud testamentum, licet aliud non faceret. Et cum prædicta olim dixissem, inueni postea Aret. idem sentire in d. l. sancimus. vbi & ipse reprobat limitationem prædictam, vt refert & sequitur ibi la. 3. col. versic. quarto fallit. & mouentur, quia ibi cum cursu decennij requiritur contraria voluntas, quæ in casu nostro non censetur adesse propter clausulam derogatoriam, nisi aliquo modo constet, quod ea non obstante voluerit testator mutare, & hoc si bene considerabis, eadit in illud, quod ego dicebam. Nec ita tenedo obstat, quod de obliuione in primum dicebatur, quia negatur talis obliuio, nec in ea potest dici fundata decisio d. l. sancimus, cum ibi expressè præsupponatur contrarium. Nam cum dicit testator nolle primum testamentum stare, sequitur quod eius non erat oblitus. Præterea vbi talis obliuio daretur, satis esset dicere, vt dicit hic Bart. Cassans omne aliud testamentum, etiam si in eo esset clausula derogatoria huius sequentis testamenti, quæ verba secundum Bar. dicitur specialiter derogationem continere, generalis autem non sufficeret, non obstante cursu decennij. cogitabis.

59 Tertio limitatur conclusio Bar. in eo, et quod vult, non sufficere, si dicatur non obstante testamento &c. nisi dicatur etiam quod in eo sit clausula derogatoria, vel quid simile, vt per eum. Nam hoc videtur non procedere, quando habetur specialis & præcisa relatio ad testamentum, quod præcedit, puta, non obstante tali testamento tali tpe. & loco facti, de quo fuit rogatus talis notarius. Nam ex eo, quod tam specialiter ad se retulit, videtur quod voluerit omnino

omnino illud reuocare. Ita voluit Bal. in d. l. humanum. C. de legi. cum concordantibus allegatis per do. meum Soci. in d. §. in legatis. 4. col. vers. quarto infertur, ubi ipse videtur sequi. Nam attempta tam speciali relatione ad illud testamentum, illud reuocando, videtur quod ab eo & sui validitate animum amouerit, licet Bart. hic videatur contrarium sentire, dum concordat glo. nostrā hic, & glo. in d. §. in legatis. Et reperio quod hanc opinionem sequitur Io. de Ana. in præallegato confi. 5. 6. post princ. & sic videtur quod ista sit communis opinio. Mihi tamen ista opinio & sic tenet ista limitatio non videtur tenenda, quia non videtur, quod ista specifica relatio arguat mutationem voluntatis, sed potius quod facta fuerit ad instantiam perentis secundum testamentum. Qui facile scire aut considerare poterat primum factum tali tempore & loco, & rogato tali notario: eo enim modo dicendo, testator videtur ei satisfacere voluisse, non tamen ex eo argui debet, quod testator voluerit clausulam derogatoriam, in primo positam, reuocare, nisi aliud apparuerit. Vnde licet ex tali relatione appareat, de quo testamento loquatur, non tamen constat, quod ab eo amouerit animum, cum non reuocauerit clausulam derogatoriam secundi testamenti, ad hunc finem tantum in primo positam, ut scilicet in secundo appareat, non adesse voluntatem testantis. cogita tamen super hoc, quia est contra communem opinionem.

Limitatur conclusio Bar. & alijs quibusdam modis, ut etiā tertiū §. in 3. parte gl. Item & alijs, ut per patruum & do. meū Soc. in d. §. in legatis. & per Iac. in d. l. sancimus. quos per te videas. Querit successiue Bart. & est octaua quæstio in ordine, vtrum possit dari aliquod remedium, quod primum testamentum non possit reuocari, sed omnino debeat obseruari. Et licet referat pleraque opiniones volentes certis modis reperiri posse tale remedium, tamen concludit modum aliquem non reperiri, & verum esse testamentum quomodolibet factum posse reuocari, ut per eum. Ex cuius dictis ad vnguem declaratis, pluribus dimissis, collige quatuor conclusiones.

Prima sit, quod clausula illa posita in primo testō, quod non intēdit aliud testamenti, quod postea per se fiet, valere, quia erit fictum & simulatum &c. ut per Bar. non impedit posse fieri secundum testm, & primum reuocari. Ista est vera conclusio, & eam sequitur cōter doct. per rationes & iura Bar. Nō enī illa assertio, seu protestatio simulationis & metus, per testatorem in primo testamento facta, probat talia in secundo testō postea interuenisse, ut per Bar. Sed dicit aliquis, quod in contrarium facit tex. in c. Lotharius, iuncta gl. super ver. innotuit. 3. r. q. 2. dum ¶ ex illo tex. notatur ex præcedenti protestatione probari metum sequentem, ut per eam. Que etiam ad id allegat c. r. de his quæ vi metulve cau. fin. & ibi glo. i. notat, quod valet protestatio. Vnde in proposito videtur, quod valeat protestatio in primo testamento facta, & quod per eam probetur metus in secundo testamento. & ita cōtra Bart. hic arguebat quidam subtilis scholaris Mantuanus. Verum pro defensione Bar. respondebam tunc, quod casus illorum iurum est valde diuersus a casu nostro, & quod ibi concurrebat vltra protestationem aliqua præsumptio metus. Et arguens tunc visus est fatēri quod in vtroque loco vxor propter instantiam mariti fecit id quod volebat. Vnde ego dicebam stante hoc, sequitur præsumptio metus ob reuerentiam maritalem, arg. l. i. §. quæ onerandæ, & ibi glo. in vers. metu solo. ¶ quarum rer. act. non det. quæ responsio potest procedere stante assertione arguentis.

Sed nunc visus dd. iuribus aliter & clare responderetur. Dico. n. quod in d. cap. Lotharius, illa Feberga intelligebat se cogendam crimen admisisse fateri, & forsitan iam aliquis metus ei fuerat illatus, propter quod ipsa protestata fuit, quod si amplius cōpulsā erit, illa dicet quod maritus volebat, non pro veritate, sed timore mortis & ut tale periculum euadat, ut ibi in tex. dicitur. Vnde fateor quod eo casu concurrentibus his, quæ ibi præsupponuntur, ex illa protestatione potest dici probari metum, si postea illa confiteatur crimen, vti maritus requirebat. Et sic glo. ibi relata ad tex. bene potest notare, ut fecit, sed non est trahendum illud ad casum nostrum, & in quo nulla probabilis causa timoris imminet tempore primi testamenti, & factæ protestationis.

Minus obstat d. c. i. quod metus caus. quia ibi illa mulier iam metu mortis intrauerat monasterium, prout ipsa Episcopis, velū impositurus, id quærentibus facta fuit, protestando quod semper inde exiret quandocumque posset, ut ibi dicitur. Nimirum si ibi statur tali protestationi, ex quo metus aperte præsupponitur. Et vltra, etiam illa protestatio erat super pendētibus ab animo suo, & ideo nimirum si protestatio præcedens attenditur, eo quia ostendit animum deesse in ipso ingressu monasterij, arg. l. qui in aliena. §. si. cum gl. supra de acquir. hæred. & l. & si quis. §. plerique, supra de relig. & lumps. fun.

Sed ad conclusionem Bar. & cōmunem redeūdo, ea posita per vera, potest dubitari, qualiter debeat fieri reuocatio primi, ut secundum testamentum valeat? Et Bart. hic in vers. Remanet ergo solum nuda voluntas &c. ibi, ut dicitur est, videtur velle, li-

cet non exprimat, quod primum testamentum specialiter reuocari debeat, secundum ea, quæ dixit supra circa alias clausulas derogatorias.

Ang. tñ de Perigl. hic dicit sufficere quod fiat secundum testamentum. Nam ex eo solum reuocabitur primum. Mouetur, quia verba in primo testamento posita, fuerunt derogatoria actus testandi, ut per eum. Eo enim posito, illa clausula nihil debet operari, quin testamentum secundum, etiam simpliciter factum, valeat, iuxta dicta per Bar. supra in prima quæst.

Sed considera, quia mihi videtur hunc Doctorem male loqui, & verum esse quod sentit hic Bar. Nam esto, quod clausula, de qua agitur, contineat derogationem actus testandi, quod forte negari posset, cum nihil in ea reperiam, quod sonet in illud, tamen dico quod continet etiam derogationem voluntatis, & validitatis, ut patet ex illis verbis, Nolo valere in illis cōtra voluntatem meā, & in illis non intendo alicui aliquid dare &c. Posito ergo quod eo casu, quo fit derogatio actus testandi, non sit necessaria specialis reuocatio, tamen ex quo dicitur etiam derogatum voluntati & validitati testamenti, oportet quod specialiter prioris voluntatis prænitentia appareat, & ostendatur per istum text. ut voluit Bar. in d. r. quæst. & supra satis dictum fuit. Alioquin cum de mutatione voluntatis non constaret, præsumeretur testatorem esse & perdurare in illa voluntate, ut secundum testamentum non valeat, secundum quod dixit in sua protestatione & declaratione animi sui, quāam fecit in primo testamento, iuxta l. & si quis. §. plerique. supra de relig. & sumpt. funer. & l. qui in aliena. §. fin. iuncta glo. supra de acquir. hæred.

62 Secunda conclusio est, quod præsentia vicinorum & sanguineorum non præsumptionem doli & metus, immo contrariam præsumptionem inducit. Et ideo secundum Bart. testamentum, factum coram eis, caret omni suspitione doli & metus, argum. l. transactionem. C. de transact.

Sed aduerte, quia hoc dictum Bar. non videtur simpliciter verum, præsertim in proposito nostro. Nam, cum in primo testamento soleant poni clausulæ derogatoriæ ad sequentem testamentum: ea ratione, ne quis instigatione propinquorum compellatur nouiter testari, iuxta doct. Bar. in extrauaganti, Adreprimendum, in vers. Non obstantibus, & dictum fuit supra in prima lectione, sequitur in proposito, quod eorum presentia in secundo testamento, potius prædictam suspitionem inducat, quod remoueat.

Igitur pro resolutione difficultatis considerabam, quod aut in secundo testamento sunt instituti illi propinqui, qui præsentibus erant, vel etiam alij, quos hæredes fieri aliquo modo præsentium intereat, prout sæpe contingit, cum in primo forte extranei fuissent instituti; Et tunc putarem per illorum præsentiam nedum, non tolli præsumptionem doli & metus, ac instigationis ad testandum, sed etiam induci.

Si vero præsentium nullo modo interesse poterat secundum testamentum ita fieri, & putarem procedere dictum Barto. Et ita in simili putarem debere intelligi d. l. transactionem, cogitabis tamen.

63 Tertia est conclusio, quod institutio hæredis, & alia in primo testamento ordinata, non ideo firma permanebunt, quod in eo dicatur, si contingat fieri nouū testm, omnia in primo facta censentur in eo repetita, ut per Bar. qui dicit, quod isto casu, ut primum testamentum, & clausula in eo posita, tollatur, sufficit generalis cassatio omnis præcedentis voluntatis. Et cum Bar. transeunt Doct.

Sed aduerte, quia aut volumus quod clausula prædicta importet derogationem sequentis testamenti, & sine dubio tunc non videtur sufficere generalis cassatio, per ea quæ dixit Bar. in præcedentibus quæstionibus. & in eis iam dictum fuit. Aut volumus quod nullam importet derogationem ad sequentia, & tunc dico quod non erit necessaria, etiam generalis reuocatio, sed satis erit fieri secundum testamentum per d. §. posteriore.

Vnde pro resolutione considera, quod re vera in prædictis verbis nulla continetur derogatio sequentis testamenti.

Et propterea dico quod secundum testamentum, postea factum etiam simpliciter & absque aliqua cassatione, per se ipsum iure valet, & tollit primum.

Sed tunc omnia in primo disposita, vti in secundo repetita ex eo per fideicommissum peti poterunt, prout dicit hic Ange. de Perigl. argum. l. posthumus. §. fin. supra de iniusto, rupto testa. & ita etiam sentit Bar. hic, dum illum text. allegat. Nam voluntas, quod repetita omnia dicantur, cum non appareat mutata, censetur perdurare. Et consequenter dum fit secundum testamentum censetur eo animo & voluntate fieri, ut disposita in primo, in eo repetita dicantur. Et hoc est, quod dicitur tolli per cassationem generalem omnis præcedentis voluntatis. Et ita debes hic intelligere Barto. Et vide in simili Ruin. confi. 50. Casus de quo agitur, num. 2. vol. 2. qui idem voluit, quando in secundo testamento diceretur, quod testator confirmabat primum.

Sed adhuc contra prædicta occurrit dubium. Nam illa cassatio dicitur tollere omnem voluntatem præcedentem, quæ tam Mar. Soc. Iun. Prima Pars B b 2 men

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Si quis in prin. test.

men secundo testamento repugnaret, & cum eo stare non posset. Quod non videtur cadere in prædicta clausula repetitionis. Stant enim simul ista, quæ secundum testam. valeat, & tñ iure fideicommissi disposita in primo dicantur repetita. Et ideo forte tutius esset isto casu specialiter de illa clausula, & voluntate sic qualificata mentionem facere, per tradita per glo. in d. §. in legatis, iñ cñs dictis Bar. s. in quarta quæstione, super quo cogitabis. Et si dicatur in contrariu quod satis illa clausula debet dici sublata sublato 64 testamento, veluti quid contentum in eo. Nam si abolito testamento omnis eius clausula dicitur cum eo abolita, vti hoc modo loquendi vtiur Barb. in consi. 59. Clementissimi Dei patris &c. 5. col. 1. vol. & Albertus Brun. in consi. 43. Circa casum mihi propositum. 3. col. Respondetur & de plano illud procedere, nisi contraria fuerit testatoris voluntas. Ea enim est, quæ dñ regi na, & ante omnia attenditur in vltimis voluntatibus, & totum facit. In conditionibus, in prin. §. de cond. & demon. & l. ex facto, la grande, supra de hæred. insti. Isto autem casu voluntas testantis fuit, vt clausula illa repetens. procedat sublato testamento, in quo erat posita vt de se constat, ergo &c.

Præterea, si argumentum prædictum attendatur, satis fuisset facere secundum testamentum simpliciter, & absque aliqua conditione. Nam cum per illud primum tolleretur, dicerentur sublata omnes clausulae in eo contentæ, quod tamen est falsum & contra omnes, vt ex prædictis patet.

65 Quarta & vltima conclusio colligitur ex dictis Bar. quod donatio facta in testamento hæredi in eo scripto si contingat illud testamentum reuocari, de iure non valet, & ideo non impedit aliud testam. fieri posse, & primum per illud reuocabitur, & donatio illa nihil operatur. Ratio est secundum Bar. quia talis donatio dicitur facta sub conditione turpi, & sic de iure impossibilis, iuxta §. fin. Insti. de lega. Intelligit Bar. sane, vt. si conditio illa sit turpis & sic impossibilis, non quidem respectu verborum & eius quod sonant, quia dicere, dono si mutabo testamentum, conditio ista non est turpis, immo probabilis, cū ambulatoria sit voluntas vltima &c. l. 4. ff. de adimen. lega. cum sim. Loquitur ergo Bar. respectu effectus, quia scilicet ex ea conditione auferuntur libera testamenti factio, quod reputatur per bonos mores. l. stipulatio hoc modo concepta, cum ibi traditis per Doc. infra de verborum oblig. Ista conclusio Bar. sic declarata, est vera & communis, quicquid dixerit Dyn. in præallegato cap. quod semel. de reg. iur. lib. 6. & Cyn. & alij antiqui allegati hic per Bar. licet eorum opinionem etiam Alberi. hic sequatur. Hanc autem opinionem Bar. & communem vltra alios confirmo, nam, si donatio mera inter viuos fiat absque aliqua consideratione testamentorum quando per eam auferuntur libera testamenti factio, puta, si donem omnia bona mea presentia & futura, donatio non valebit, vti communiter traditur in l. stipulatio hoc modo concepta, infra de verb. obliga. sequitur quod minus valebit in casu nostro, in quo expresse ordinatur, & tedit ad tollendam testamenti factionem.

Et pro ista opinione consuluit (vt dicit hic Bar.) Dyn. sibi contrarius, & reperies hoc in eius consi. 7. quæstio talis est, prima col. Sed posita ista opinione Bar. pro vera dubitari potest, qualiter tunc debeat fieri secundum testamentum, vt tollat primum, & donatio in eo facta? Et putarem quod sufficeret facere secundum testamentum etiam simplex & absque aliqua clausula derogatoria. Et ita etiam voluit hic Ang. de Perigl. Pro quo facit, quia in d. clausula posita in testamento primo secundum quod ponit hic Bar. nihil ponitur, quod derogat voluntati & validitati secundi testamenti, sed tantum dicitur derogatum actui testandi, quo casu sufficit facere aliud testamentum, vt per Bar. & alios supra in prima quæstione, & supra dictum fuit.

66 Sequitur nona quod Bar. in qua quæritur, si vtrū per modum venditionis possit fieri testam. irrevocabile? Et Bar. respondit vt per eum. Circa cuius dicta aduertendum est primo, quia videtur quod Bar. in suis dictis habeat quandam implicationem. Nam si pretium vere fuit solutum, quomodo poterit primum testamentum remanere firmum, etiam in effectu, non video. Quoniam tñ hæres habebit bona defuncti ex causa onerosa, & hæres in secundo testamento institutus pretium illud inueniet in hæreditate. Si vero pretium vere solutum non fuit, quomodo cadet consideratio Bar. vnum scilicet plus vel minus sit in pretio, vt inde colligitur affectio testatoris, & ex ea inuitetur ad mutandum vel non mutandum testamentum spe præmij, vel metu pœnæ, seu priuationis. Quapropter secundo aduertendum est, quia considerationibus prædictis reiectis, ego sic concluderem.

Primo, quod ex prædicto modo non debet impediri nouum fieri testamentum & validum; quod est voluit hic Bar. Et vltra eum sic declaro, quoniam, si venditio fuit vera, & pretium interuenit, iam haberet testator, de quo disponeret. si pretium, quod esset in hæreditate. Nec ex tali venditione potest dici ablata libera testamenti factio, vt de se constat. Si vero venditio fuerit simulata, & sic pretium vere non interuenit, procul dubio nullius momenti erit tanquam simulata. Et ideo secundum testamentum suo iure valebit, & tol-

let primum, nihilo sibi repugnante, iuxta titulum illum C. plus valere, quod agitur, quam quod simulate concipitur.

Secundo concluderem, venditionem, eo modo factam, in dubio præsumi simulatam, ex quo facta videtur, vt hæres in primo testamento institutus, cum effectu sic hæres, & testamentum secundum impediatur, seu careat effectu, cum facta sit sub conditione, si primum testamentum mutetur.

Tertio dicerem, quod nunquam sit danda pretij repetitio, si enim simulata fuit venditio, res clara est, cum vere pretium non acceptum. l. imaginaria, §. de regu. iur. merito non potest fieri repetitio. Si vero venditio vera fuerit, idem dicendum est, licet ex alio. Nam si vera fuit, valuit & seruanda est, cum non auferat liberam testamenti factionem, vt dictum est.

Sic itaque ex supra dictis remanet firma ista conclusio, quod per similes donationes vel venditiones, in testamento factas, in casu mutationis dicti testamenti, non potest dici consultum hæredi instituto in eo, vt tale testamentum mutari non possit. Ad id. n.

67 non est dare modum si quis velit te facere successorem suum in effectu, si vis quod talis voluntas mutari non possit, saltem quo ad effectum bonorum, vt tua non sint, facias quod tibi donet inter viuos pure & libere omnia sua bona, nulla habita mentione testamenti, referuato sibi usufructu dictorum bonorum. Nam cum sit donatio inter viuos retractari non poterit. §. aliq. Insti. de dona. Nec poterit inualidari eo quod auferre videatur liberam testamenti factionem, quia illud est falsum. Nam poterit testari de fructibus, qui per eum viuentem percipientur, vltra quod etiam de bonis futuris testari poterit, cum eo modo solum bona presentia dicantur donata, & non futura, prout hæc omnia plene traduntur & magis communiter firmantur per Docto. in l. stipulatio hoc modo concepta, §. de verb. oblig. vbi aliquando dicitur.

Quærit decimo loco Bart. quid si testator iurauerit se non mutare testamentum? dic. vt per eum; ex cuius dictis collige duas conclusiones.

68 Prima sit, quod iuramentum in testamento præstitum de eo non mutando, non impedit aliud testamentum fieri & validum, ita vt tollat primum. Et in hoc c. Bar. concordant fere omnes. Ratio est, quia alias diceretur auferri libera testamenti factio contra bonos mores, iuxta d. l. stipulatio hoc modo concepta, cum sua materia. Nec iuramentum tale, sic contra bonos mores præstitum, obligat, cap. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Facit, quia iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum. c. inter cetera. 22. q. 4. cum similibus. Et iniquum videretur esse, non esse licitum & liberum, quod non redit arbitrium, iuxta l. 1. C. de sacros. eccle.

Et secundum hanc conclusionem consuluit Fulg. in consi. 93. Ad id de quo primo loco, circa mediū. Paul. de Castri. in consi. 363. In facto præfenti. Et Curt. senior in consi. 52. Super artic. 5. col. vbi alios allegat. Et idem dixit Bar. in l. si quis in quillos. §. fin. s. de legatis primo. vbi Imol. & alij plerique sequuntur.

69 Secunda conclusio Bar. est, quod nedum secundum testam. valebit non obstante prædicto iuramento, sed etiam non fit peritius testator, licet contra iuramentum fecerit illud testamentum, quicquid in contrarium dixerit Ioan. And. in c. quod semel, de regu. iur. in mercurialibus, qui voluit quod immo testator fiat peritius ad legando pro hoc c. i. de spons. duorum.

Aduerte, quia Ioan. de Imo. in d. l. si quis in quillos. §. fin. vbi datur sequi opinionem Io. And. Nam si iure canonico (quod in hac materia attendi debet) non dicitur quid contra bonos mores, nisi sit nutritiuum peccati, & sic vergeret in dispendium salutis æternæ: & in his terminis debet intelligi c. non est obligatorium, præallegatum, alias iuramentum seruari debet. c. cum contingat. de iure iur. &c. quamuis. de pactis. lib. 6. Sed isto casu obferuantia iuramenti, & sic non reuocare testamentum, non inducit aliquod peccatum, neque vergit ad dispendium æternæ salutis, ergo &c. Et hoc bene notabis, quia si est verum ex eo destruitur etiam prima conclusio Bar. & communis. Debet enim propter vinculum iuramenti seruari, quod promittitur, vt d. c. cum contingat, & d. c. quamuis. Posset forte defendi opinio Bar. in vtroque dicto, quia videmus quod immo iure canonico aliquando iuramentum non seruatur, etiam quod eius obseruatio non vergat ad dispendium salutis æternæ, vt in c. si diligenti, de for. compe. Nec videtur posse dici, quod ibi saltem ille clericus fiet peritius contra secundum dictum Bar. quia hoc negatur, attento quod lex ab initio tali iuramento consistit, vnde ex eo nullus potest sequi effectus. l. non dubium. C. de legi. Et si dicatur, ibi illud esse, quia derogatur publicæ vtilitati & libertati ecclesiasticæ, in quo fundatur decisio illa, vt ibi dicitur. Responderi potest, quod etiam in casu nostro derogatur aliquo modo publicæ vtilitati, quæ est, vt vltimæ voluntates implentur. l. vel negare, supra quemadmodum testam. aperi. & est etiam in casu nostro contra bonos mores, quos in ciuitate seruari publice expedit, iuxta litem apud Laboanem. §. sed si adijciatur, infra de iniur.

Præterea ad tollendum argumentum satis est, quod daretur casus vbi iuramentum præstatum, licet ex eo non nutriatur peccatum,

71 catum, & sic non vergat ad salutis dispendium, data tamen instantia argumentum perit. gl. est, & ibi tradunt Doct. in c. ficut vgeri, l. q. 1. & in l. si creditor. ff. de noui oper. nunc. cuz concondantibus allegatis per me in consil. 121. Hieronymus Zenobij nu. 26. l. vol. Sicut enim illud toleratur in d. c. si diligenti, sua ratione, ita & in casu isto sua ratione tolerandum est. Et ita vtraque conclusio Bar. videtur defensata. Nec eas tenendo contra secundam obstat c. r. de sponsa duorum, allegatum per Ioann. And. in contrarium, licet Bar. non respondeat (de quo non parum miror) quia responderi potest quod illud ibi est & fit iurans periturus, quia iuramento, de quo ibi, lex ab initio non resistit, cum non sit contra bonos mores, immo potius illud iuramentum approbatur a lege, & obligat iurantem, merito ergo ab eo recedens, fit periturus, licet ille recessus toleretur. At in casu nostro iuramentum ab initio non valuit, eum ei lex ab initio resistit, quia est contra bonos mores; auferens liberam testamenti facionem, iuxta tradita communiter per Doctores in d. l. stipulatio hoc modo concepta. Cogita super istis.

72 Querit super Bar. vndecimo loco, t vtrum iuramentum, de quo in precedenti questione habeat saltem vim clausulae derogatoriae ad sequens testamentum? Et responderi vt per eum.

Ex cuius dictis ponas hanc conclusionem. s. iuramentum positum in primo testamento de eo non reuocando, licet non impediat posse nouiter testari, tamen dicitur habere vim clausulae derogatoriae sequentis testamenti.

Quae conclusio communiter recipitur per Doct. vt per Alex. & Iaf. in l. sancimus. C. de testam. Sed aduerte, quia super hoc dubitari potest ex duobus.

Primo, quia si tale iuramentum dicitur t bonos mores, & propterea lex ei ab initio dicitur resistere, vt s. dictum fuit, nihil prorsus debet operari, iuxta l. non dubium, & tradita ibi per Doct. C. de leg. quomodo ergo potest habere vim clausulae derogatoriae?

73 Secundo, quia t licet iuramentum operetur, vt testamentum illud, & omnia in eo disposita valeant omni meliori modo, & sic operetur clausulam codicillarem. Et hoc est quod probatur in l. cum pater. s. filius matrem, de leg. 2. allegata hic per Bart. tamen hoc nihil videtur facere respectu secundi testamenti.

Detur enim q in primo testamento ponatur expressa clausula codicillaris in plenissima forma, ac etiam clausula q valeat omni meliori modo &c. certe si postea fiat secundum testamentum et simplex videbitur primum omnino reuocatum, prout voluit Bart. in l. i. s. de iure codic. Et firmat practica Papiens. in forma libelli pro legato rei singularis in gl. valere debeat iure codicillorum 3. col. vers. Rursum queritur. Si igitur expressa clausula praedicta illud non operatur, non videtur quod illud possit tacita comprehensa in vi iuramenti. Cogita super hoc. Et pro vero de hoc posset fieri pulchra conclusio ad disputandum contra communem. Pro communi enim nihil allegatur, quod ex praedictis non videatur sublatum.

Tuendo tamen conclusionem Bar. & communem, ex illa inferitur, quod si fiat secundum testamentum simplex, non valebit sed primum, quod fuit iuratum conseruabitur.

Et vt secundum valeat, opus erit, quod testatorez expresse peniteat prioris voluntatis, per istum rextum & eis praedictis costare videtur. Et secundum Bart. hic requireretur specialis reuocatio. Et licet ipse aliter non declaret, tamen vt ex iam dictis per eum colligi potest, mens eius est, quod requiratur, & sufficiat dicere, non obstante quolibet testamento etiam hnt clausulam derogatoriam ad sequentia. Pro quo bene facit decisio Federici de Senis in consilio 47. Habita super casu. Dum concludit quod

74 t clausula ista, cassans omne aliud testamentum, huius vltimi derogatorium tollit praecedens testamentum, licet habeat speciale clausulam derogatoriam. Esto ergo miles q iuramentum habeat vim, de qua supra tamen sufficere debet in secundo testamento clausula de qua supra.

Secundo etiam fuit decisio Geminiani in consil. 115. Super dubio an istud secundum testamentum 2. col. dum vult, q primum testamentum cum expressa clausula derogatoria sequentis tollatur per secundum, si in eo dicatur, cassans omne aliud testamentum in scriptis, vel nuncupatum, seu quouis modo factum.

Sic igitur eo modo tolleretur testamentum iuratum cum iuramentum solum habeat vim clausulae derogatoriae, fortius ergo deberet tolli per verba de quibus s. cum de clausula derogatoria in eis mentio fiat.

75 Sed aduerte, quia Pau. de Cast. in praedicta consil. 63. in an aliquis, quod in nouis est in 1. parte nu. 206. 2. col. vult, t requiratur specialior reuocatio, vt s. dicitur, etiam si in eo testamento contineretur iuramentum, vel aliquid simile de iuramento mentionem faciens, dicens q ita fuit mens Bar. hic, & ita debet intelligi. Et ideo ipse in casu suo concludit, q licet in secundo testamento dicatur, cassans &c. Oe aliud testamentum manu cuiusvis notarij sub quibuscunq; verbis & quacunq; forma fuerit conceptum, volens hoc omnibus praualere, & irrevocabiliter tenere,

tamen primum testamentum iuratum non erit reuocatum: Et quod est plus idem vult, licet fuisse etiam quod habeat clausulam derogatoriam, vt per eum. Quod vere est valde notandum, quia frequenter contingere potest. Mouetur, quia iuramentum non dicitur clausula derogatoria, & ideo illa vltima verba, etiam q habeat clausulam derogatoriam, non possunt referri ad iuramentum, vt sic ei dicatur specialiter derogatum. Et licet dicatur hnt vim clausulae derogatoriae, tamen ipsa clausula non dicitur explicita, sed implicita. Et ideo licet praedicta verba possint dici derogare clausulae derogatoriae explicitae, non tamen id videtur dicendum respectu implicitae in iuramento, vt ibi latius per eum.

Caue tamen circa praedicta & primo, quia ista decisio Pau. de Cast. videtur contrariari decisioni Gemin. in d. consil. 115. dum vult verba illa, quouis modo factum, referantur etiam ad clausulam derogatoriam. Nam Pau. vult, quod verba illa, quacunque forma &c. ad clausulam derogatoriam non referantur.

Et forte verior est opinio Pau. & sic videtur q male loquatur Gemin. ex eo praefertim, quod illa verba, quouis modo factum, non demonstrant necessario testatorem poenituisse prioris clausulae derogatoriae seu voluntatis, propter quam illam posuit, sed potest dici quod testator loquutus fuit ita generaliter, vt satisfaceret potenti nouum testam, solum n. per tales desiderari, vt gnales cassationes fiant, fateor tamen punctum esse valde dubium, id cogitabis.

Secundo aduerte, quia opinio illa Pau. de Cast. q in secundo testamto sit necessarium meminisse de iuro posito in primo, & quod non sufficiat dicere etiam q habeat clausulam derogatoriam, vt dictum est, videtur mihi dubia, nec etiam videtur ex mente Bar. hic, quia mens eius videtur illa, quam s. ego posui.

Et Pau. facit, quia si iuramentum solum tacite habet implicitam clausulam derogatoriam & non expressam, vt etiam ipse fatetur, & alia vbi clausula derogatoria fuisse expressa, illa verba etiam q heat clausulam derogatoriam sufficerent, vt fere oes tenent, fortius sufficere debent, qn clausula derogatoria solum tacite seu implicite de posita, & sic qn aderat iuramentum, cuz maioris sit roboris expressum quam tacitum. l. nonnunquam j. de p. dit. & demonstrat. l. expressa nocent, j. de reg. iu. Et probatur hoc

76 q expressa substitutio pupillaris excludit matrem pupilli, secus est in tacita secundum communem opinionem Bar. & aliorum in l. precibus, per illum textum C. de impub. & ali. substitit. & in l. Centurio, s. de vulga. & pup. de quo ibi plene scriptum, & ad ibi dicta me remitto. Et si non placet hoc argumentum a fortiori, facias illud a pari, cum regulariter dici soleat, taciti & expressi id esse iudicium. l. cum quid, supra si cet. pet.

Et magis praedicta & mentem meam declarando, dico q aut consideramus simplex iuramentum appositum de non mutando testamentum, per quod probatur enixa voluntas testatoris, ut primum valeat, iuxta praedictum s. filius matrem, de eo in secundo testamento non erit facienda mentio, cum ex ipso secundo testamento appareat mutata voluntas, & sufficit, cum ex verbis & iuramento in primo positus, solum continebatur expressa derogatio actus testandi, quae nihil operatur. vt per Bart. s. in j. q. & ibi fuit dictum. Aut consideramus ipsius iuramenti vim, & quod hnt implicitum secundum opinionem Bar. & communem, & sic clausulam derogatoriam sequentis voluntatis, & dico q non debet hoc plus esse vel operari, q si dicta clausula exprimeret.

Sic igitur ex praedictis videtur, q sufficiant illa verba, Cassans omne aliud &c. q habeat clausulam derogatoriam, absque eo, q sit facienda mentio iuramenti, quicquid in contrarium dixerit Pau. de Cast. in praedicta consil. 63. cogita tamen. Et ad praesentem materiam vide apostillam quandam ad Fel. in ca. non nulli, in 7. col. extra de rescr. ubi plura inuenies de materia ista.

77 Sed circa praedicta conuenienter queritur, t nunquid, sicut iuramentum de non reuocando testamentum habet vim clausulae derogatoriae ad sequens testamentum secundum communem, vt s. dictum est, ita etiam per contrarium, si in secundo testamento ponatur, habeat vim talem respectu primi testamenti, vt tollat clausulam derogatoriam positam in primo & consequenter videatur habere vim specialis poenitentiae prioris voluntatis? Bal. in d. l. sancimus, tenet q talem vim habeat, & ibi hoc sequitur Alex. & ita se habet communis opin. vt inquit Patruus & D. meus Soc. in d. l. si mihi, & tibi. s. in legatis, col. fi. vers. 6. inferitur. Verus est, q D. meus Soc. ibi videtur de hoc dubitare per aliqua fundamta, quae sibi ascribendo ponit Iaf. in d. l. sancimus, 2. col. vbi ex eis hanc communem op. restringit, qn de consensu testatis ad reuocandum primum testamentum saltem in gnt constar. Puta, quia reuocamus pro validitate secundi testamti omne aliud testamentum, & ita iuravit. Eo enim casu cessant omnia allegata per dominum meum Soc. & Iaf. vbi s. propter illum generalem consensum. Secus autem esset secundum Iaf. si solum fieret secundum testamentum, & in fine simpliciter iuretur, vt per eum.

Tu circa hac considera, primo hoc vltimum dictum forte exemplificari, si in testamento dicatur, & hoc uoluit esse vltimum testamentum, & ita iuravit. Vel etiam si post factum

D. Maria. Soc. Iun. in l. Si quis in prin. test

secundum testamentum simpliciter ad confirmationem omnium dispositorum in eo iuret, se ita velle, & disponere; alias non videtur quomodo verosimiliter cadat simplex iuramentum super quo tamen cogitabis.

Secundo etiam considera, quod forte communis opinio de iure procedit etiam in istis casibus etiam quod de primo testamento, etiam in genere, non sit facta expressa mentio. Nam in proposito nostro solum nobis perquirenda est voluntas testatoris, utrum scilicet secundum testamentum fecerit eo animo ut valeat, an vero ut alijs morem gerat, retinens in mente primum testamentum & eius validitatem. Et mihi videtur, quod ex illo iuramento sit omnino dicendum in secundo voluntatem testatoris adesse, ut valeat. Alioquin oporteret dicere illum cum iuramento scienter mentitum & falsum iurasse, & ita animam suam periurio illaqueasse quod verosimile non videtur, cum nemo presumatur immemor sue salutis. c. sancimus, l. q. 1. & l. si. C. ad l. iul. repetun. tradit Spe. in tit. de excep. & replicat. §. 1. vers. quid si probatur. Et Cyn. post Pet. in l. generaliter. C. de non nu. pec. cum alijs quae allegari ad hoc possent, ut alias dixi in cons. 73. Aloysius de Forcatura, nu. 9. secundo volum. Nec videtur dici posse, quod testator apposuerit iuramentum ut satisficeret petentibus secundum testamentum quonia m t cum de more non soleat iuramentum apponi in testamento, illud non videtur verosimile, sed potius creditur testorem iurasse, ut ostenderet enixam eius voluntatem ita esse, ut secundum illud testamentum valeat, iuxta l. cum pater. §. filius matrem, supra titulo primo. Et hoc in proposito sufficere videtur, ut constat ex his, quae dixi Gemin. in praallegato consil. 115.

Et Corn. in consil. 68. quamvis videatur. 3. volum. Et nota, quia non dicam consensum testantis suppleri per iuramentum, qui ab initio non erat, sed quod iuramentum declarat ab initio fuisse voluntatem, ut secundum testamentum valeat.

Et propter hoc tollitur argumentum Domini mei Soc. in d. §. in legatis, & Ias. in d. l. sancimus, dum dicunt, quod iuramentum non supplet consensum, quia alijs in actu presumitur deesse.

Quod ego fateor & procedere potest quando iuramentum talem consensum non exprimeret, prout in terminis l. si. C. de non num. pec. in qua l. predicti fundant suum argumentum.

Nam quando quis confitetur se recepisse decem mutuo spe futurae numerationis, & iurat se restitutum, in tali iuramento non dicitur, quod ei decem fuerint numerata, seu quod iurans consentiat solvere etiam quod non numeratur, sed inest a lege conditio, si numerentur. Sed in casu nostro cum iurem, secundum testamentum esse secundum voluntatem meam, iam illud exprimitur, ergo &c.

Nec obstat, quod videatur requiri specialis penitentia & reuocatio per istum textum ad quod simpliciter iuramentum non videtur sufficiens, iuxta gl. in auth. sacramenta puberu. C. si a dueris venditio, & tradit per Bal. in l. sed & si quis §. quae situm, col. fin. supra si quis caut. quia respondendo dico, quod immo specialis poenitentia & reuocatio dicitur adesse, ita ut sufficiat. Nam illa non requiritur, nisi ut appareat de mutatione voluntatis, quae voluntas, etiam noua pro lege seruanda est, vbi appareat per §. disponat in Auth. de nupt. & l. 1. C. de sacros. eccl. cum similibus.

At in casu nostro satis constat de voluntate, ut supra deductum fuit, ergo &c. Et licet testator expresse non dixerit, se mutasse voluntatem, tamen id per aequipollens demonstrat scilicet per 79. praedictum iuramentum, & hoc sufficit, t cum alias in his, in quibus consideratur effectus, non referat quid ex aequipollentibus fiat. l. 3. C. de insti. & subst. sub cond. fact. & l. mulier, in princ. infra ad Trebell. cum similibus. Et tradunt Bart. & alij maxime Patruus & D. meus Soc. in l. Gallus. §. & quid si tantum, supra de liber. & posth. & dixi in consil. 106. Bartholomaeus de Bonauenturis, num. 13. primo vol.

30. Querit Bar. duodecimo, t quid in statutis, si in primo praedit clausula derogatoria, & postea fiat aliud simplex, an secundum valeat? Et licet videatur velle, quod valeat per l. humanum, cu gloss. C. de legi. dum dicit, quod de ista q. est ibi tex. cum gloss. quae ita videtur firmare, tamen videtur se remittere ad ea, quae plene dixit in l. omnes populi, supra de iust. & iure dicas in 3. q. principali in vers. circa secundum quando praecedens statutum, mihi est in 9. col. vbi refert tres opiniones, & postea in ver. quid dicimus post Cyn. in quadam sua disputatione determinat, quod si in primo sit clausula derogatoria validitatis, puta, quod statutum, quod de caetero fiet istud non valeat, nisi certa forma fiat, statum aut factum non valebit, nisi fiat expresse reuocatio primi, ut per eum, qui idem in effectu voluit in extraneis. Ad reprimentum in vers. non obstantibus. Et hanc opinionem sequuntur Repentes in d. l. omnes populi, maxime Ioan. Bapt. de S. Severino, nu. 65. & Ioann. Crot. nu. 53. vers. 3. concl. est. Quod tamen de ber limitari, nisi superuenisset rationalis causa mutandi primum statutum, ut per Ioann. Crotum in loco praedicto. Pro quo bene facit, quod dictum fuit supra circa quartam oppositionem Bart. in 2. concl. in 4. limit. ad quod me remitto,

81. Ultimo querit Bart. t quid in contractibus; & remittit se ad dicta per Cyn. in locis per eum allegatis. Et Cyn. in l. pacta nouissima. C. de pactis, ponit exemplum, si ego solenniter praedico, & protefor, quod si vnquam pro Titio fideiussero, non intendo obligari, quia animus meus est, & erit omnino alienus a tali fideiussione, videor quodam modo derogare validitati sequentis contractus fideiussionis. Et concludit ibi Cyn. quod si postea fideiubeam, non ergo obligatus, ut per eum. Sed quia aliqui de hoc ibi dubitans, & vacante iam instant, ego ad ibi dicta per Doctores me remitto. Et per praedicta cum laude summi Dei satis vtiliter (ut puto) sit impositus finis Repetitioni huius solennis & subtilissimae legis, hodie 18. Aprilis 1553. in almo Gymnasio Bononiensi. Et si vnquam dabitur mihi oportunitas, huic Repetitioni annectam pulchras quasdam quaestiones in materia. Iterum laus Deo Opt. Max. Amen.

S Y M M A R I U M.

- 1 Legandi potestas libera erat lege 12. tabularum, sed auctore Falcidia arctata fuit, ne cui liceret supra dodrantem suae hereditatis legare, &c.
- 2 Testamentum ruit herede non adeunte.
- 3 Quarta falcidia, quae dicitur quarta hereditatis, dicitur heredi debita iure institutionis.
- 4 Quarta falcidia hodie detrahatur de omnibus relictis particularibus sine per viam legati, siue fideicommissi, & tam ab intestato, quam ex testamento factis. & hac est verior, & magis communis. Doctorem opinionem.
- 5 Falcidia uerbum multifariam declaratur.
- 6 Quarta trebellianica fuit indulta ad similitudinem quarta falcidia, ut illa detrahatur de vniuersali relictio seu fideicommissio &c.
- 7 Quarta trebellianica saepissime in iure appellatur falcidia.
- 8 Heres potest iudicio testatoris quid habere iure hereditario, & aliter etiam, ut ibi.
- 9 Posita in conditione, non sunt in dispositione.
- 10 Casus figuratio.
- 11 Falcidia est debitum necessarium, quia prohiberi non potest.
- 12 Falcidia est quarta bonorum detracto ere alieno. Trebellianica vero est quarta hereditatis simpliciter, non deducto ere alieno, sed vide nu. 14. in contrarium.
- 13 Verba quaedam tex. quomodo legi debeant.
- 15 Relatiui natura est generalitatem restringere.
- 16 Falcidia in imputatione, ea omnia imputantur, quae apud heredem sunt iure hereditario & nu. 43.
- 17 Legatum, uel fideicommissum hereditatum, in falcidiam non imputatur, nec quod habet causa conditionis implende, falsis tamen ut nu. 31.
- 18 Trebellianica in computatione omnia imputantur, quae ex iudicio testatoris quocumque titulo capiuntur.
- 19 Portio rei hereditariae heredi prelegata, quam ipse a coherede capit, non imputatur in trebellianicam.
- 20 In trebellianica computatur tota pecunia per heredem accepta ex ordine testatoris.
- 21 Argumentum ab auctoritate validum est, intellige tamen sane ut ibi.
- 22 In trebellianica totum imputatur, quando aliquid capitur vniuersimodum, si autem difformiter, non totum. & quae sit ratio differentie.
- 23 In falcidia licet non computeur, quod datum est gratia conditionis implende, secus autem est in trebellianica. fallit tamen, ut ibi.
- 24 Fideicommissum an dicatur, quod datum est causa conditionis implende.
- 25 Datum heredi causa conditionis implende, non prodest legatariis in falcidia ratione.
- 26 Prelegatum imputatur in falcidiam, si id testator expresserit.
- 27 Declaratio ad tex. in l. filium quem habentem. C. famelicis & tex. in l. Nefemius, supra titu. isto.
- 28 Legitima est aliquando pars bonorum, & aliquando dimidia.
- 29 Heredi non computatur in quartam etiam trebellianicam, quae ei de bonis testatoris non quaruntur ex testamento.
- 30 Declaratio ad l. pater filium. supra eod.
- 32 Heredi quod datum est simpliciter inter viuos, imputatur in falcidiam, intellige tamen sane ut ibi.
- 33 Donatio inter viuos non imputatur in legitimam.
- 34 Prelegata etsi de iuris rigore non imputantur in falcidiam etiam in fauorem soluentis, tamen secus est de aequitate.
- 35 Aequitas scripta rigori preferenda.
- 36 Prelegata facta a coherede veluti imputantur in falcidiam, an ita prelegata facta a legatario.
- 37 Ratio vbi adest, sufficit pro lege.
- 38 Decisio l. Nefemius, supra titulo isto nunquid procedat, si a coherede corpus hereditarium sit prestandum? & sic ut tale prelegatum veniat imputandum.
- 39 Falcidig beneficio non vitur, qui falsos codicillos dixit.
- 40 Argumentum fieri non debet a lege variis intellectus habente.
- 41 Heres quod recepit ab uno ex legatariis, non prodest alijs, ut eis detrahenda falcidia minuat.

- 42 Text. in l. Nefennius, supra isto tit. declaratur.
 44 Lex Titia, supra eod. intelligitur ne dum in trebellianica prout loquitur, sed etiam in falcidia.
 45 Falcidia, siue trebellianica ubi contra vel præter voluntatem testatoris venit detrahenda, tota portio hereditaria prælegati imputatur in eam.
 46 Verba ista, præter voluntatem, vel contra, vel secundum voluntatem, quomodo intelligantur.
 47 Quarta si detrahatur secundum voluntatem testatoris, in eam imputatur solum quarta pars portionis hereditaria, quam heres habet in prælegato, quod amplius, ut inibi.
 48 Argumentum de parte ad totum validum est, intelligas tamen sane procedere, quando inter totum & partem non datur diversa ratio.
 49 Filius grauatus restituere hereditatem paternam detrahit duas quartas, legitimam, scilicet & trebellianicam.
 50 Prælegatum pecunie hereditaria a coherede, vel eius substituto, solum pro parte imputatur in falcidiam.
 51 Indefinita æquipolet vniuersali.
 52 In testamentis fit latior interpretatio.
 53 Heres si coheredi grauetur dare pecuniam non hereditariam, coheres illam recipiens dicitur totam iure prælegati recipere, & ideo in falcidia nihil ex ea imputabit, veruntamen, in trebellianicam illam imputabit, & quidem totam.
 44 Heres grauatus restituere deductis centum, illa imputabit tam in falcidiam, quam in trebellianicam.
 55 In falcidiam venit imputandum, quod recipitur loco pretij rei hereditariae.
 56 Datum heredi causa conditionis implendæ, quo ad alios legatarios, qui non dederunt, non imputantur in falcidiam.
 57 Datum causa conditionis implendæ, etiam danti non prodest ut imputetur, si heres legatum possidens conuenitur.
 58 Conditionis implendæ gratia datum, prodest ipsi danti respectu falcidiæ si bi detrahendæ, ubi de exceptione agi potest.
 59 Legem generalem per aliam legem distingui, non est nouum.
 60 In falcidiam imputatur, quod datur in vim modi heredi, sicut id, quod datur loco pretij.
 61 Datum causa conditionis implendæ, non dicitur legatum, aut fideicommissum.
 62 Intellectus ad hunc tex. & quidem plures recitantur, quibus omnibus reiectis, tandem nouus accommodatur.
 63 Datum causa conditionis implendæ tunc imputatur in quartam, quando penes recipientem est remanens.
 64 Lex nummis, infra eod. & lex in lege falcidia, supra eod. qua repugnare inter se videntur, sedere distinctionis concordantur.
 65 Legata, fideicommissa, & etiam data coheredi causa conditionis implendæ imputantur indistincte in quartam trebellianicam, etiam quod grauatus heres sit de libris primi gradus.
 66 Lex ista & similes an corrigantur per legem iubemus, Codice ad Trebellianum.
 67 Exempla licet aliis regulam non restringant, eam tamen declarant, ut tantum in similibus procedat.
 68 Trebellianicam non potest pater filijs prohibere, & est communis opin. sed vide nume. 87.
 69 Fructus facilius imputantur in trebellianicam, quam legata.
 70 Differentia ratio inter falcidiam, & trebellianicam, de qua in text. nostro, qua sit.
 71 Dicitio, perinde, non importat omnimodam similitudinem, quando aliqua dissimilitudo in iure reperitur.
 72 Falcidia detrahatur detracto prius ære alieno, non sic in trebellianica.
 73 Rationes differentie inter falcidiam, & trebellianicam plures recitantur, quibus tandem reprobatæ noua ratio assignatur.
 74 Dominium relictæ via transit in particulares legatarios absque traditione, non sic in vniuersalem.
 75 Legata etiam in codicillis possunt relinqui.
 76 Heres particularibus legatis grauatus, etiam rogatus restituere per fideicommissum vniuersalem hereditatem, faciet imputationem in suam quartam diuersimode, &c.
 77 Prælegatum in pecunia totum imputabitur in trebellianicam, non tamen corpus hereditarium.
 78 Ratio differentie, qua sit inter corpus hereditarium & nõ hereditarium, ut scilicet secundum imputetur in trebellianicam in totum, primum vero in primum.
 79 Ratione assignatur differentia, de qua supra, & plures aliorum Doctorum reiectæ.
 80 Falcidia, vel trebellianica an in vna re detrahi possit?
 81 Heres an possit detrahere quartam de melioribus rebus, vel de qualibet re etiam minima, licet legatarij, vel fideicommissarij promiserint heredi esse contentos quacunque detractio.
 82 Falcidia dicitur rescare qualibet legata etiam minima.
 83 Legata & quacunque alia data heredi ex ordine testatoris ea mente ut in quartam imputentur, omnino imputari debent.
 84 Testator licet falcidiam prohibere non poterat, tamen ordinare in qua re detrahatur, ei permittitur, sed vide num. 87.
 85 Regula, quod vna via prohibetur, &c. quomodo procedat.

- 86 Fructus percepti per heredem iudicio testatoris, imputantur ei in quartam, limita tamen ut ibi.
 87 Falcidia veluti hodie prohiberi potest, ita & trebellianica secundum magis communem opinionem.
 88 Res alienatæ per heredem grauatum de restituendo, imputantur ei in quartam.
 89 Filius per fideicommissum grauatus de restituendo, si interim vendat aliqua bona subiecta fideicommissio, emptores erunt securi vsque ad dimidiam hereditatis, vsque ad legitimam, & trebellianicam, qua faciunt dimidiam dimidiam.
 90 Heres si nolit alienata in quartam imputare, sed illa redimere, & super alijs rebus quartam capere, an possit, & nu. 91.
 91 Fauendum est semper interpretationi, per quam res reddit ad pristinum statum.
 92 Imputatio, de qua supra, inuito fideicommissario non fit, quando alienatio fuisse facta in fraudem eius.
 93 Imputatio non fit in terminis prædictis, quando alienatio fuit facta pro ære alieno per soluendo.
 94 Alienatio rei legatæ ipso iure infirmatur.
 95 Pater si in vita concessit filio fundum in peculio, filius & heres an poterit dictum fundum pro quarta retinere, etiam inuitis aduersarijs.
 96 Res hereditaria si sint diuisibiles, de eis quarta non detrahiuntur, sed ex aliunde.
 97 Quarta detrahitur de rebus diuisibilibus, non de omnibus, sed de vna, vel duabus, aut pluribus, arbitrio iudicis.
 98 Index varie poterit arbitrari ex qualitate rerum, & personarum.
 99 Legitima virum detrahitur in vna, vel pluribus rebus arbitrio boui viri, quando partes non concordant.
 100 Filius in legitima dicitur creditor.
 101 Pater filium diligit plus quam se ipsum.
 102 Filius est quasi dominus in vita patris.
 103 Creditores indistincte præferuntur legatarijs.
 104 Declaratio ad l. eum qui, de iureiuran.
 105 Index dicitur bonus vir.
 106 Sortis remedio vti potest index & quando.
 107 In legitimam qua imputantur.
 108 Legitima dicitur quarta, & de iure nature debetur.
 109 Legitima an possit per statuta tolli, vel minui.
 110 In legitimam non imputantur ea qua apud filium sint extra patrimonium prouenientia, fallit tamen.
 111 Pater si legat rem alienam filio, an imputabitur ei in legitimam.
 112 Filius que capit de patrimonio patris ex eius vltima voluntate imputat sibi in legitimam quocunque titulo capiat.
 113 Legitima falcidia, & trebellianica in quo differant.
 114 Filius an imputet in legitimam, quod capit gratia conditionis implendæ.
 115 Legitima debetur statim a morte patris, & sine onere, & absque aliqua dilatione.
 116 Argumentum de legitima patrono debita, ad legitimam filio debitam an valeat.
 117 Declaratio ad tex. in l. i. c. de his qui sibi ascripsit in test. & ad tex. in l. filius, ad l. Corn. de fals.
 118 Datum in vim modi imputatur in legitimam, & est communis opinio.
 119 Querela remouetur ex sola approbatione testamenti, etiam nihil recipiendo.
 120 Testamentum patris ad hoc ut valeat, requiritur qd filius habeat aliquod iure institutionis, fallit tamen.
 121 Clausula codicillaris, & omni meliori modo operatur, qd testamentum patris valeat, si quid fuerit filio relictum etiam titulo particulari, quia traheatur ad institutionem.
 122 Donatio propter nuptias, vel ob causam aliquam facta a patre filio imputatur ipsi in legitimam.
 123 Vestes datæ filij an imputentur in legitimam.
 124 Verbum integra, seu integrum, valde operatur, & quid.
 125 Trebellianica videtur prohibita, si heres grauetur restituere integram hereditatem.
 126 Donatio facta a patre, si ab initio valuit, non imputatur filio in legitimam, fallit tamen.
 127 Donatio facta a patre filio in potestate iuramento roborata valet, & est magis communis opinio.
 128 Bona aduentitia, qua apud filios reperiuntur, in eorum legitimam non imputantur.
 129 Donatio facta filio, qua ab initio non valet, sed morte confirmatur in legitimam imputatur.
 130 Fictio idem operatur in castro, quod veritas in casu vero.
 131 Declaratio ad tex. in l. in donationibus. C. ad legem Falcid.
 132 Argumentum de collatione ad imputationem negatiue non valet.
 133 Filio concessam a patre vivente in peculium, mortuo patre in legitimam imputatur.
 134 Præsumitur potius quis insanire, quam donare.
 135 Ratio qua sit, qd in legitimam imputantur venientia extra testamentum, non sic in falcidia, & trebellianica.

D. Maria. Soc. Iun. in l. In quartam

- 137 Datum filio causa emancipationis non confertur, fallit tamen.
138 Nepotes an debeant imputare in legitimam eorum circa hereditatem aui, dotem quam mater eorum habuit de bonis dicti aui. latius disputatur. & multifariam distinguitur.
139 Pater si pro filia in potestate dat dotem, nulla facta stipulatione, sed ex post eam emancipat absque reservatione iuris in dote, non fit imputatio de dote in legitimam nepotibus.
140 Idem si stipuletur pater in omnem casum reddi dotem ipsi filiae.
141 Pater stipulando sibi ipsi tantum reddi dotem pro filia data, isto casu nepotes illam imputant in legitimam si habeant dictam dotem.
142 Pater dans dotem pro filia in potestate, si nihil stipuletur dotem reddi, vel simpliciter stipuletur &c. imputatio non fit in terminis, de qui bus supra.
143 Imputatio in legitimam & repletio differunt.
144 Legatarij si res legatas possident, an pro rata supplementum legitima ab omnibus fieri debeat, vel ab hereditibus.
145 Legitima non sumitur de legatis, si aliunde capi possit. limita tamen ut ibi & num. seq.
146 Haeres adiens hereditatem, & non consciens inuentarium tenetur creditorebus insolidum, & legatarij non tenentur ad supplementum legitima.
147 Filius an imputet in legitimam, quod habet ex substitutione facta legatario.
148 Filius imputat in legitimam, quod capit ex directa, vel fideicommissaria substitutione facta heredi.
149 In legitimam non imputatur, quod venit ad filium, cui legitima debetur, succedendo legatario &c.
150 Legatarij possunt granari quatenus eis relinquuntur.

Interpretatio in l. In quartam. ff. Ad leg. Falcid.

IN quartam. Lex ista, & materia eius quantam habeat difficultatem, quisque vestrum in eius ingressu facile nouit, magisque in dies intelliget in progressu. Est tamen secundum Pau. de Cast. & Moder. magistra in sua materia, & famosa. Adde, & valde utilis & quotidiana, & propterea ad eam diligentius aduertendum est, iuxta l. legauit, in princip. supra de libe. lega. Ego in ea explananda, solita diligentia, & etiam supra, si possibile sit, pro communi utilitate laborabo. Et quantum difficultas sit l. ista, & in se ipsa, & in eius materia; polliceor tamen uolentibus, quod illam & omnia in ea declaranda recte intelliget. Velle autem eos solum intelligam, qui praehabito diligenti studio, quaecumque dixerit attente perciperint. Diuino igitur prius praesidio implorato, ut in tanta difficultate mentes nostras ad ueros sensus aperire dignetur, ad rem ipsam deuenio. Et pro ingressu praemitte primo, quod lege duodecim tabularum libera erat legandi potestas. l. uerbis legis. infra de uerb. signi. §. disponat, in Auth. de nupt. & Insti. eo. in prin. Et si legata erant supra vires patrimonij testatoris, diminuebantur pro rata, & reducebantur ad vires ex ipsamet lege duodecim tabularum secundum Alex. supra eo. in Rubr. Pro quo facit l. in testamento, la secunda, in fi. C. de testa. mil. cum concordantibus, de quibus ibi per glo. Et est bonus tex. in l. in quantitate. §. fina. supra eo. Sed succedente tempore, regnante Octauiano Imp. auctore Falcidio Tribuno plebis Lata fuit lex, ne cui liceret supra dodrantem suae hereditatis legare, ut sic haeres institutus iure suae institutionis saltem quadrantem haberet. Et si supra dodrantem legaretur, eadem lege cautum fuit, quod haeres ex quolibet legato possit pro rata ita detrahere ut integrum quadrantem, & sic quartam partem habeat, ut est tex. in c. quaedam. secunda distin. Hoc autem, licet haereditatem respiciat, inductum fuit fauore ipsorum testatorum, quod ne scilicet alias haerede non aduente, ruat totum testamentum, per regulam l. si nemo, supra de testa. tutel. De hoc est tex. in Insti. cod. in prin.

Lex autem illa dicta est lex falcidia, a nomine auctoris, ut d. cap. quaedam, licet quidam uoluerint eam sic appellatam ab effectu, quia l. legata defalcet, ut traditur per glo. & alios Insti. eo. in prin. & in l. prima, in prin. §. eod.

Hinc postea quarta, quae secundum illam legem detrahitur, saepe appellatur falcidia, ut hic prope sibi in falcidia computatione, & l. haereditatem. §. fina. ibi, falcidiam non posse retineri, & in l. id. autem, ibi, in falcidiam non imputatur, supra eo. & alibi saepe.

Et ista quarta, quae dicitur quarta hereditatis, dicitur haereditaria iure institutionis, siue iure haereditario, ut traditur in l. r. §. i. in glo. in uers. quartam. §. eod. De quo inferius dicitur. Et adeo potens erat illa lex, ut uellet istam quartam detrahi, etiam contra uoluntatem testantis, ut l. quod de bonis. §. i. & l. Titia, in fi. supra eod. quod hodie est correctum, ut in auth. sed cum testator, & in corpore uide sumitur. C. cod. & inferius in progressu uidebimus. De ista quarta, quae falcidia appellatur, loquitur l.

ista, in prima parte.

Et nota, quia hodie ista quarta siue falcidia secundum opi. magis communem & ueriores detrahitur de omnibus relictis particularibus, siue per uiam legati, siue per uiam fideicommissi, & tam ab intestato, quam in testamento factis, ut hoc probatur in l. filius, in prin. §. eo. secundum Reper. Qui per illum tex. acriter mordent Cumanum, & Paruum meum Soci. qui. §. tit. secundo. in rub. tenent contrarium, ut ibi per eos uidere potes. Ego hodie simpliciter loquendo sequor hanc opinionem. Et pro ea allego tex. ab alijs non ponderatum ad hoc in l. quod autem, in fi. §. eo. agitur enim ibi de detractione falcidia, & loquitur tex. ita de fideicommissis sicut de legatis. facit & l. in testamento, la secunda. C. de testam. mil. Dico tamen quod opinio Cuma. & domini mei Soci. non meruit ita reprehendi, sed defendi potest intelligendo eam respectu originis & inuentionis legi falcidia: & quatenus ab illo Falcidio, tempore Octauiani, fuit inducta. Nam solum pro legatis fuit illa lex lata, ut d. c. quaedam. Et recte considerandum uidetur hoc probari in toto titu. Insti. cod. nam Imperator ibi semper loquitur de legatis. Et in eo libro mens eius est distincte materiam legatorum, & fideicommissorum ponere cum suis adherentibus respectu originis. Et istam suam opi. uidetur declarare dominus meus Soci. in d. Rub. in tertia solutione, quam dat ad l. r. in prin. illius titu. ad Trebel. Fateor tamen quod postea per extensionem procedit etiam respectu fideicommissorum particularium & ab intestato relictorum.

Et ita tenendo, dicam quod non obstat d. l. filiusfam. sed potius est pro Soc. quoniam si illud a Diuo Pio fuit inductum, ut l. falcidia etiam in fideicommissis ab intestato locum habeat, ibi dicitur, quod intelligo per extensionem, sequitur quod illud non erat per legem falcidiam in sui origine. Ultra quod ad illum tex. possit dici, quod ibi capitur falcidia pro trebellianica, ut ibi dixit gl. & uidentur sequi doctores, super quo tamen non intendo insistere, sed ibi est uidentum.

Verum quia saepe in iure fit mentio falcidia: seu etiam legis falcidia: tam respectu legatorum, quam fideicommissorum etiam uniuersalium, pro intelligentia variarum legum, & ut scias quomodo loquantur, sic dicendum putarem: quod quando ponitur respectu fideicommissi uniuersalis, vel legati, loquendo de uniuersali respectu hereditatis, vel quotae eius, stat pro quarta, quae doctores trebellianicam appellant, quod semper stabit improprie respectu effectus. Item etiam stat improprie respectu originis, quando agitur de uniuersali fideicommissio: sed si de legato uniuersali, potest dici quod stet proprie respectu originis, tenedo quod falcidia originaliter etiam pro legato uniuersali fuerit inducta secundum Cuma. & Dominum meum Soci. in d. Rub. & licet ipsi latius loquantur, tamen habito respectu ad originem (ut dixi) non uideo qui uergeat, quin etiam pro legato uniuersali fuerit inducta falcidia, cum effect eadem ratio. Bene tamen faterer quod inspecto eius effectu, non detrahitur proprie falcidia, sed trebellianica, ut inferius dicam.

Si uero falcidia ponatur in iure respectu legati particularis uel generalis in parte bonorum, uel etiam alterius uniuersalitatibus, quam hereditatis, ut gregis uel peculij, & tunc stat proprie respectu originis, & respectu effectus. Si autem ponit respectu fideicommissi particularis, generalis, uel uniuersalis, ut supra, & tunc stat improprie respectu originis, sed proprie respectu omnium effectuum legis falcidia: siue in testamento, siue etiam ab intestato talia fideicommissa praesupponantur relictis.

Haec notabis propter effectum computationis, de quo in l. ista. concludo enim ex praedictis, quod quarta detrahenda ex singularibus relictis, semper dicitur falcidia, & proprie respectu effectus, ut sic in ea procedat l. ista, in prima parte.

Secundo praemitte, quod ad similitudinem legis falcidia: seu quotae per eam detrahendae, fuit inducta detrahitio alterius quartae, quam trebellianicam dicimus, quando scilicet haeres grauiatur uniuersaliter hereditatem restituere, ut scilicet possit, si sponte adeat, quartam totius hereditatis detrahere, ut in §. postea Vespasiani, in fi. Insti. de fideicom. haere. & talis detrahitio etiam ex particularibus fideicommissis fuit permessa. Et licet talis detrahitio a Pegasiano Senatusconsulto tempore Vespasiani fuerit inducta ut ibi, tamen ipsa cum alijs eiusdem Pegasiani prouisionibus tributa est Trebelliano Senatusconsulto. ut in §. sed quia stipulatione, eo. tit. Fuerat. n. per prius inductum tale Senatusconsulto. reponere Neronis: quo cauebatur, actiones in fideicommissariu uniuersale transferri. §. restituta. Insti. eo. ti. Hinc est, quod licet huius quartae detrahitio fuerit prouisio Pegasiani, tamen appellatur a nostris maioribus quarta trebellianica. Et ita etiam appellatur in c. Raynal. extra de testa. Sed in iure ciuili hoc nomen nunquam reperit. Et ista quarta licet fuerit inducta respectu uniuersalium fideicommissorum, & etiam particularium, in quibus nihil erat cautum, tamen procedit etiam respectu legatorum uniuersalium, in quibus etiam est utilis, posito etiam quod in eis effect prouisum per legem falcid. quia per eam non erat inductum, ut traferretur actio nes.

nes, nec quod hæres cogatur adire, cum ista fuerint iuducta per Trebellianum Senatuse. & non minus conueniebant legato vni uersali, q̄ simili fideicommissio. Et ista opinio videtur mihi uerior, prout est etiam communis, præsertim hodie attenda æquiparatio ne, de qua in l. 1. §. de leg. 1. Quicquid in contrarium uoluerit domus Soc. post Cuma. in rub. j. ad Treb. quorum opin. solum potest procedere respectu originis legis falcidiæ, vt §. dixi. Notabis

7 tamen, q̄ ista quarta sæpissimè in iure appellatur falcidia, ut l. pater filia. §. eo. in l. cohæredi. §. cum filia. §. de vul. & pup. & in l. cum filio. vbi ego dixi in §. nota. §. de leg. 1. cum infinitis simi. Et toleratur hoc, vel quia ad similitudinè falcidiæ fuit iuducta, vel ab effectu defalcandi. Et de ista quarta loquitur secunda pars legis nostræ. Et vt in ea dicitur in hanc quartam aliter sit computatio, q̄ in quartâ falcidiâ, de qua loquitur prima pars huius legis.

8 Tertio præmitte, q̄ apud hæredem ex iudicio testatoris potest quid esse iure hæreditario. Item & aliter, & sic non iure hæreditario. Hæreditario iure erit, quicquid cum ipsa hæreditate seu tanquam in hæreditate existens apud eum est, ex eo tantum, q̄ hæres sit factus. Alio uero iure, & sic non iure hæreditario erit apud hæredem: quod ex eo solum q̄ sit hæres non haberet, sed habet ex alia superuenienti dispositione, puta, si quid ei iure legati, vel fideicommissi relinquitur, vel si quid datur causa conditionis implendæ. Nam, cum ista, vt hæres, per institutionem non haberet, non potest dici, q̄ habeat iure hæreditario, sed dicuntur apud eum esse alio iure.

Aduerte tamen hic, & sit quartâ præmissum, quia, aliquid esse apud hæredem, potest totum uniformiter, idest totum iure hæreditario, vel totum alio iure. Item potest etiam aliquid esse difformiter, idest partim iure hæreditario, & partim alio iure, puta, si hæres institutus certa re hæreditaria retenta, rogatus sit cohæredi restituere, vel cohæres grauetur ei rem illam hæreditariâ dare, aut expressè sibi prælegatur. Nam tunc illius rei partem habebit iure hæreditario, scilicet pro qua parte hæres est. Aliam uero habebit iure prælegati, & idem in similibus exemplis.

9 Vltimo præmitte, q̄ positi in conditione non sunt in dispositione. Et ideo quod datur gratia conditionis, non dicitur aliqua dispositio, idest non dicitur legatû, vel fideicommissum: nec quod recipit legatarius vel fideicommissarius. l. si quis conditione. §. si quis omis. cau. test. Et sic licet quo ad imputationem, de qua in hac l. quod sic datur, non videatur a legato differre, tamen in se uerè differunt, cum vnum non sit aliud, vt dictum est. Sed istis videtur repugnare admodum lex ista in fine 2. partis, in uersic. sed & quod implendæ &c. vbi datum gratia conditionis implendæ appellari videtur fideicommissum. In hoc stat non leuis difficultas, de qua inferius dicitur: pro nunc sufficit tetigisse.

His ita præmissis, diuide istam legem principaliter in tres partes, vt per Bar. & alios. Et secundam subdivide in quatuor vt per Moder. Caue tamen quia in tertia secundæ principalis videlicet in uersic. sed si accepta pecunia, non dico secundû Alex. & Perusi. q̄ loquatur de pecunia data causa conditionis implendæ, sed aliter accepta per heredem, puta per viâ præceptionis vel prælegati.

Summa vt per Barto. cuius summario vt totum tex. comprehendas, adde in si. & datum hæredi causa conditionis implendæ, nõ facit minus uideri legatum, vt sic profit legatarijs in computatione falcidiæ.

10 Ponas q̄ casum per partes. Et in prima dubitatio erat, quia lex solum requirit, vt hæres quartam habeat, unde videbatur satis q̄ haberet quocunq̄ue titulo, cuius emolumento allectus adire potuit, ad quem finè fuit iuducta detractio quartæ. Inst. eo. in princ.

Præterea secundum Moder. Regienses legata imputantur in debitum necessarium, in authen. præterea, & ibi doctores, C. vni

11 de vir & vxor. Sed q̄ falcidia dicitur debitum necessarium, quia prohiberi non potest. l. quod de bonis. §. i. j. eod. ergo &c. Contrarium tamè hic deciditur, vt in tex. De ratione videbimus post Bar. j. in prima quest. Et pro nunc (sine præiudicio veri) ponas rationem, de qua ibi per Bar. ex qua tollitur prima ratio dubitandi. Ad secundam, ni fallor, clara est responsio, licet Regienses super ea multum laborent in secundo notabili. Dico enim q̄ procedit respectu debiti necessarii, non causati a voluntate testatoris, sed ab ordine legis, taliter q̄ testator nullo modo poterat illud fugere, & tale est illud de quo in d. authen. præterea, & similiter in l. si cum dotem. §. si pater, §. soluto. mat. Quod non est in falcidia, q̄ solum causatur a facto testatoris, quia. l. tot legata facere uoluit. Nec certæ personæ debebatur sicut in iuribus prædictis, sed illi quem testator instituere uoluit, & legatis onerare. In secunda parte in prin. dubitatio erat, quia quarta trebellianica ad similitudinem falcidiæ fuit iuducta. §. sed quia hæredes, Inst. de fideicom. hîd. unde videbatur idem ius statuendum, vt. l. tñ in eâ imputarentur, quæ iure hîd. apud hîdem sunt. Imo fortius quia si

12 id est in falcidia, q̄ est quarta bonorum, detractio are alieno. §. cum autem, Inst. eod. magis debet id esse in quarta trebellianica, q̄ est quarta hæreditatis simpliciter, nõ deducto ere alieno. §. sed quia stipulationes, Inst. de fideicommiss. hæredi.

Contrarium tamen determinatur vt in tex. De ratione dicitur in prima quæstione Bar. ex qua apparebit responsio ad rationes dubitandi. Et hoc procedit, quâdo hæres per vniuersum grauatur non cohædi, vel si ei ab illo non recipit corpus hîd. arum. Sed in uers. Pro ea uero parte, vbi incipit secunda particula secunda partis principalis, queritur quid si hæres grauatus a cohærede rem hæreditariam recipiat? Et videbatur q̄ tota res illa imputaretur in quartam, cum partem capiat iure hæditario, de qua non est dubitandum, cum illa etiam in falcidiam imputetur. Partem uero a cohærede iure prælegati, de qua etiam non videbatur dubitandum, cum in quartam Trebellianicam etiam prælegata imputentur, vt dictum est. Nec quicquam videbatur obfata q̄ res illa non in totum capitur iure prælegati, quia arguendo de toto ad partem, iuxta l. que de tota, supra de rei uers. item videbatur respectu illius partis, quod esset respectu totius, si tota res iure prælegati caperetur. Et maxime sic videbatur, quia solet idè ius statui in mixto, quod reperitur in quolibet ex simplicibus separatis, vt traditur in l. 2. in princ. infra de uerborum obligat. Contrarium hic dicitur, quia in tali re dicitur extra quartam, & sic in eam non imputatur, quod a cohærede accipitur, hoc est pars q̄ habet iure prælegati. Et istud hic exprimitur, tacite autem innuitur, q̄ pars quam hæres habet a seipso & sic iure hæditario, debet in quartam imputari. Huius autem decisionis ratio est secundum glo. & Bar. quia vnus rei imputatio non debet fieri difformiter & diuerso iure, per quam rationem tolluntur allegata in §. rium. Quia procederent nisi difformitas imputationis de eadem re faciendæ repugnaret. Sed quia de hac ratione valde dubito, de eius ueritate discutimus inferius in §. q. Bar. Caue tamen circa istum uersiculum, quia in uerbis uideri habere quandam confusionem, & superfluitatem, & Repet. tangunt in §. not.

13 Quare cogita, q̄ an dici possit quod hic uersiculus in prin. de bear legi interrogatiue hoc modo.

Pro ea uero parte, quam accepit a cohærede? Quasi dicat, quæro quid iuris? & an in quartam sit imputanda? Cui statim responderetur, quod id est extra quartam, quod a cohærede accipitur. Et istud de plano uideatur procedere & satis placet.

Et si non admittas hanc interrogationem, potest secundo dici pro ea uero parte, idest pro ea re &c. Nam & res hæreditariâ largo quodam modo potest dici pars hæreditatis. Et tunc dici pro ea re quâ accepit a cohærede (scilicet quantum ad ordinationes & uerba testatoris) qui iussit per cohæredem dari talem rem extra quartam, idest nec in quartam imputatur, quod a cohærede accipitur, s. uere, & sic iure prælegati, quod cadit in dimidia, cum aliam dimidiam capiat a seipso iure hæditario.

Vel tertio sic uerba construes, id quod accipitur a cohærede, demonstrando totam rem, intelligendo, quod ab eo accipitur iuxta uerba testatoris, & sic exponendo id, idest ea res, dicitur extra quartam esse, solum pro ea parte, quam accipit a cohærede scilicet uere & secundum iuris ordinem, iuxta dicta supra in quarto præmissis.

Et ista declaratio virtualiter cadit in idem, quod præcedens.

In uers. sed si accepta, dubium esse poterat, quia videbatur idem quod in corpore hæditario. Nam & ista uideatur hæreditaria & sic difformiter capienda, uerum hic dicitur, aliud esse in pecunia.

Et ratio secundum Bar. infra in tertia q. est, quia in pecunia uniformiter uideatur capi. De quo, an sit uerû uidebimus in d. 3. q.

Et ista declaratio procedit, si habes literam, sed si accepta &c. Et sic ponitur declaratio restrictionis præcedentis, ut scilicet procedat in corpore hæditario, non in pecunia, quæ ille capit per viam prælegati. Sed si legas, sed & si accepta, prout in libro meo est, & prout noui libri habent, tunc referatur ad principium secundæ partis, & illud ampliatur, vt. l. procedat, etiam si ei sit danda pecunia, vt ipse hereditatem restitueret, de quo supra non uidebatur dictum fuisse.

In uers. sed & quod implendæ, vbi est quarta pars secundæ partis prin. Queritur quid in eo, quod grauato datur, causa conditionis implendæ? Et responderetur in eadem causa esse admittendû. Quod potest declarari, vt distinguatur, an sit pecunia, & tota imputetur, an sit corpus, & solius dantis & totum imputetur. Sed si hæditarium, distinguatur sicut in uers. pro ea uero parte, vt sic dicamus, datum causa conditionis implendæ esse in eadem causa cum prælegato quantum ad imputationem in quartam. Et ista declaratio ad istum tex. notabilior est & forte securior quàm dicere simpliciter, q̄ in quartam imputatur, sicut de pecunia dicitur in uers. præcedenti, ad eum solum faciendo relationem. Nã tunc posset dici, q̄ tex. nõ procederet in corpore hæditario per prædicta. Sic ergo relatio uideatur faciendâ ad omnia præcedentia in secunda parte prin. In tertia parte principali queritur, utrû datum causa conditionis implendæ, profit legatarijs generaliter in computatione falcidiæ? Non dico simpliciter, an in falcidiam imputetur, quia tunc esset hoc superfluum, cum in principio legis sit dictum, non imputari, licet quidam hanc superfluitatem admi-

D. Maria Soc. Iuni. in l. In quartam:

admiserint, & male. Et Iurisconsultus propositæ quæstionis ponit exemplum in versu. & ideo si centum prædium &c. Et dubitatio erat, quia videbatur non plus esse legatum, quam apud legatarium sit permanens per l. non amplius, in princ. supra de legat. 1. & argumentum l. sed si hoc §. 1. supra tit. proximo.

Et hoc posito, satis videbatur legatariis prodesse, ut sic pauciora legata dicerentur, & ita minus pro Falcidia videretur detrahendum respectu omnium legatariorum. Sed contrarium hic statuitur ut in text. Est enim extra hæreditatem, quod datum fuit hæredi causa conditionis implendæ, ut sic ab hæreditate dicatur legatum simpliciter, prout factum fuit, & sic totus fundus & ceteris precium integrum dicatur de hæreditate extractus, & hoc quia si secus diceremus, datum gratia conditionis implendæ imputaretur hæredi in quartam Falcidiam, quod fieri non debet, ut dicitur in prima parte istius legis.

Non obstat iura in contrarium allegata, quia illa procedunt respectu commoditatis legatarij, quia vere non dicitur plus recepisse, quæ sibi remaneat, detracto, quod dedit causa conditionis implendæ, & eatenus tantum grauari possit.

Ita dixit glo. communiter approbata in d. l. non amplius, in princ. Hic autem loquitur text. respectu hæredis, respectu legatorum, & respectu Falcidiæ ex ipsis legatis detrahendæ, & sic in diuersis, igitur &c.

Nota primo secundum Paul. de Castr. & aliquos modernos, 14 ¶ quod quarta Falcidia dicitur quarta pars hæreditatis, concordat l. 1. §. 1. supra eodem ibi, ne minus quam quartam partem hæreditatis &c. Et hinc est secundum eos, quod in eam imputantur solum ea, quæ iure hæreditario habentur. Et ita dixit Bar. infra in 1. q. Secus est in Trebellianica, quia illa non dicitur quarta hæreditatis, & ideo in illam imputantur omnia quocunque titulo habentur, ut hic in 3. parte, & ita Doctor. transeunt. Sed aduerte primo ad rationem differentie inter Falcidiam & Trebellianicam quia videtur indubitabilis, ut inferius in 1. q. Bar. ubi ponam nouam rationem. Secundo pro nunc aduerte circa hæc dicta, quia non videtur verum quod quarta Trebellianica non dicatur pars hæreditatis, licet Doctor. sic communiter dicant.

Nam contrarium videtur probari in l. ita tamen §. Trebellianum, in tit. 1. ibi partem, quartam Meuianæ hæreditatis in l. 1. C. ad Trebellian. ibi, quartam partem hæreditatis & in §. sed & si certa, cum similibus. Inst. de fideicommiss. hæred. Immo videtur quod ei magis conueniat tale nomen, quam Falcidiæ.

Falcidia enim sine onere consideratur. §. si. Inst. de lege Falc. Trebellianica vero cum onere, propter quod videtur quod conuenientius dicatur pars hæreditatis, cuius nomine etiam onera continentur.

Non obstat. lista, quia dici potest, quod potius est pro nobis.

Dicit enim in quartam hæreditatis, quam per legem Falc. hæres &c. Nam ¶ de natura relatiui est, generalitatem restringere. Ica tamen adiectio supra de leg. 3. Dico ergo hic ostendi, esse aliam quartam hæreditatis, & est quarta Trebellianica, de qua hic in secunda parte. Et in §. sed quia hæredes. Inst. de fideicommiss. hæred. non exprimitur, quod sit quarta hæreditatis, sed simpliciter dicatur quartam partem retineri, tamen debet omnino intelligi, scilicet hæreditatis, cum superius de hæreditate sit loquutus text.

16 Secundo ¶ nota secundum Imol. Alexan. & alios, quod circa imputationem in Falcidiam in hoc text. traditur vna regula affirmatiua, ut scilicet omnia, quæ apud hæredem sunt iure hæreditario. Et in hoc non differt a Trebellianica, quomodo autem hoc procedat infra dicitur.

17 Nota tertio ¶ circa idem aliam regulam negatiuam, videlicet quod in Falcidiam non imputatur legatum, vel fideicommissum hæredi datum, nec quod haberet causa conditionis implendæ, aut quocunque alio titulo, modo non iure hæreditario. Etenim ea omnia hæres præcipua habet, & quartam ex lege Falcidia detrahit, & in hoc differt a Trebellianica, cum in illa hæc omnia imputentur, ut statim dicitur. Et quæ sit ratio diuersitatis dicitur in prima quæstione Bart.

18 Quarto nota ¶ regulam generalem affirmatiuam circa quartam Trebellianicam, ut scilicet omnia, quæ ex iudicio testatoris quocunque titulo capiuntur, in eam imputentur. Sive ergo iure hæreditario (in quo non differt a Falcidia) sive iure legati, uel si fideicommissi, uel causa conditionis implendæ quid habeat, sive etiam quid deducere vel retinere iubeatur, omnia in Trebellianicam imputantur, licet secus sit in Falcidia.

Et ex his videtur secundum Alexand. & Reper. quod lex magis fauet hæredi in detrahenda Falcidia, quam in Trebellianica, & rationem inferius videbis.

19 Quinto nota ¶ in versu, pro ea vero parte &c. quod portio rei hæreditaria, hæredi prælegata, quam ipse a cohæredæ capit, ei extra quartam Trebellianicam est, hoc est in illam non imputatur prout expresse hic dicitur. Nec in hoc differt a Falcidia, ut ex prædictis constat.

Et ex hoc tacite inferitur a contrario, quod portio sua. I. quam hæres in re illa habet iure hæreditario, in Trebellianicam imputatur. Et in hoc similiter non differt a Falcidia ut in princ. istius legis, & dixi in ij. notabili. Sed cur pars illa, quam habet a cohæredæ, non imputetur in Trebellianicam, magna est difficultas, cum capiatur titulo prælegati. Et alias, tali titulo accepta, imputentur ut supra visum fuit. Verum de hac difficultate dicitur infra in 3. quæstione Bartol.

20 Sexto nota ibi, ¶ sed si accepta pecunia &c. quod pecunia per hæredem accepta ex ordine testatoris, tota imputatur in quartam Trebellianicam. Et istud notabile procedit, siue legas, sed si, siue sed est. Sed quomodo iste text. intelligatur, hoc est quomodo hæres talem pecuniam accipiat? an. l. de pecunia hæreditaria, vel de alia? quia Bar. tangit in 7. oppositione ibi referuo dicendum, & videbis super hoc magnam difficultatem.

21 Nota septimo ¶ ibi, diuus Pius constituit, quod valet argumentum ab auctoritate in qua sola videtur hic Mar. Iurisconsultus decisionem suam fundare. Intellige, quando sumitur ab eius auctoritate, qui habet legis condendæ potestatem, prout in isto text. uel etiam, quando ab ipso legis conditore in lege condenda auctoritas aliqua allegatur, quæ tunc non ex vi auctoritatis allegatæ, sed auctoritate allegantis ei standum est.

Alias extra istos casus argumentum ab auctoritate non concideret, sed tantum esset probabile, & negari possit, ut alias dixi in l. cum filiofa. in 3. not. §. de leg. 1. ubi videas.

22 Octauo nota ¶ ex dictis in 4. §. & 6. notab. quod in quartam Trebellianicam imputatur totum, quod aliquid capitur per hæredem vni formiter, id est vel totum iure hæreditario, vel totum alio iure puta legati, vel alio titulo. Si autem capiatur difformiter, non totum imputatur, sed solum illud, quod capitur iure hæreditario. Quæ autem sit ratio dicitur, cum alias valeat argui de toto ad partem. I. quæ de tota, §. de rei vend. maxima est difficultas, de qua dicemus

23 ¶ in 3. q. Bar. Non nota ¶ ibi, sed & quod implendæ &c. quod datum gratia conditionis implendæ, licet in Falcidiam non computetur, computatur tamen in Trebellianicam. Ita Imo. hic in 3. notab. ita etiam notant Alex. & Rep. Hoc tamen limitat Alex. nisi apud hæredem non sit omnino permanens, quia tunc nec in Trebellianicam imputatur. I. acceptis §. eodem vt per eum. Sed quia Bar. tangit in 4. opp. 2. partis, ibi dicemus. Hoc autem notabile tu scias de clarare secundum quod dixi §. ponendo casum super hoc vers.

24 Decimo nota ¶ ex eodem ver. hic videri text. quod datum conditionis implendæ dicitur fideicommissum. Quod videtur ¶ ea, quæ dixi §. in ultimo præmissis, & etiam ¶ istum text. in princ. cuius alternetur cum legato, vel fideicommissis, & alias alternatiua poni solet inter diuersa. I. ubi pactum, cum gl. 1. C. de transac. cum sint. Et cum particulari nomine legati vel fideicommissi non veniat, solet dici causa mortis captum l. mortis causa capitur §. de donat. causa mortis l. acceptis §. eo. & l. id autem, supra eo. sed de hoc dicitur ¶ post Bar. in 2. opp. 2. partis. Nota ¶ vnde cimo in 3. parte, quod datum hæredi causa conditionis implendæ non prodest legatariis in Falcidiæ ratione, ut in text. dicitur, & sic Falcidiæ, per hæredem retinendam, non minuit. Ratio est, quia ut iam dictus est in eam non imputatur. Et hoc de plano procedit respectu omnium legatariorum. Sed an saltem proficit legatario, qui illud hæredi dedit, potest dubitari? Sed dicitur, infra in 3. opp. Bar.

25 Duodecimo & ultimo nota quod licet legatarius in fundo valoris centum, det quinquaginta hæredi gratia conditionis implendæ, & ob eam causam dici solet eidem non amplius, quam quinquaginta legata esse. l. sed si hoc §. 1. supra tit. prox. cum si tamen in facienda computatione Falcidiæ, consideratur legatum integri fundi, & sic legatum factum de ceterum. Et illa quinquaginta sunt hæredi extra quartam seu extra hæreditatem, ut dicit hic text. Sed de hoc quomodo procedat & qualiter debeat intelligi, dicitur post Bar. infra in 10. opp.

Sic explicitis textualibus, declarabo gl. addedo, ubi erit opus, illud, quod inferius non veniet considerandum circa dicta Bartol. Ex prima gloss. ibi, singularibus relictis. Nota gloss. istam sentire, quod Falcidia detrahitur vniuersaliter de omni re relictis singularibus, non distinguendo inter legata & fideicommissa, cum ipsa indistincte loquatur, prout verum est, ut dixi §. in primo præmissis.

Et idem, eodem modo considerando, vult gl. 5. in prin. Quod tamen intellige, ut dixi in d. primo præmissis. In gl. 2. in si. ubi, ubi, sentit ista glossella ponere fallentiam, de qua in d. l. quod autem, in vers. sed si ideo, ubi secundum Bartol. Imo. Paul. de Cast. & Alex. ¶ imputatur in Falcidiam prælegatum, si id testator exprimat, prout etiam dicit Bar. infra in 9. opp. Sed vide ibi Alb. qui intelligit illum text. quando legatum fit sub modo vt. s. integra legata præsententur, & tunc non videtur, quod fiat computatio in Falcidiam, sed quod Falcidia uti non possit, volens legatum, ut sic modus impleatur. Pro quo facit, quia accepto legatum, videtur se obligare ad impleendum modum, arg. l. imperator §. si certum, §. de leg. 2. & l. si cui, la secunda §. tit. 1.

Quod posset tolerari, si prelegatum esset in specie aliqua, quia tunc videretur, tanti rem illam fecisse, quantum pro falcidia retinere poterat. Sed si in quantitate sit, & similiter falcidia detrahenda sit in quantitate, secus arg. d. §. si centum in princ. alioquin videretur prohibita falcidia, contra l. quod de bonis. §. 1. §. eod. & quod in d. l. quod autem, non ponatur limitatio ad istum tex. & sic, quod illud legatum non imputetur in falcidiam, probatur, quia si id esset, posset legata, non integra, prestari, si quid deesset ad falcidiam imputato legato, nam id detrahi posset, quod certe esset contra istum tex. qui vult prestari integra legata.

In glo. tertia in fi. dic. secundum Imo. & alios quod glo. male sentit regulam, de qua hic, fallere in l. id autem, §. eo. versic. sane si a statulibero, quia ibi non videtur poni aliqua fallentia.

Nam imputatio fit, quia capitur iure hereditario, vt ibi dicitur, prout etiam hic idem dicitur. Considerabam quod glof. potest forte defendi, dicendo, quod non vult ponere fallentiam ad regulam, quod capta, non iure hereditario, non imputantur, tunc enim si id vellet, bene erraret. Sed vult ponere fallentiam ad id, quod hic dicitur, scilicet datum causa conditionis implendę non imputari, quia vere ibi sic datur ex parte statuliberi & administrationis, & respectu verborum testatoris, & tamen imputatur. Bene fateor, illud ex eo fieri, quia iure hereditario percipitur, vt ibi dicit text.

In glo. quinta in versic. cohæredes, dum in distinctione sua, quam ponit in prima sui parte, allegat l. filium quem habentem. C. familiaris. Aduerte, quia pro vero intellectu illius l. debes videre nouissimos Senen. nostros ibi colu. 13. & 14. eo addito, & ego verbum illud, deducto, refero ad præcedentia, vbi ille refert ad sequentia, & (ni fallor) contra mentem auctoris. Hoc etiam addito eorum intellectu, quia ad l. Nefennius, supra isto tit. responderi potest aliter, quam ipsi faciunt, & duobus mod. Primo quod l. Nefennius, cum sim. procedit ex equitate per viam exceptionis, & sic præsupponitur ibi rem non datam hæredi grauato, uel per eum fuisse fideicommissum simpliciter solutum, & postea prelegatum peti, iuxta dicta Bartol. infra in decima oppo. At in d. l. filium, hæres grauatus iam habebat apud se fundum, vt text. ille præsupponit, ita quod exceptioni locus amplius esse non potest. Sic igitur non est opus facere differentiam inter prelegatum, & retentionem, quam prædicti Moder. faciunt, quæ potius uideatur uerbis, quam iuridica.

Vel secundo & forte melius dici potest, quod l. Nefennius procedit in his, quæ hædi grauato dantur non de rebus hereditariis, sed si datur corpus hereditarium, parte coheredis non fit imputatio, quia difformiter capitur, fm glo. Bar. & alios hic. Et procedit hoc etiam, quod datur a cohærede fideicommissario, vt est tex. hic in versic. pro ea vero parte. Et in his terminis loquitur d. l. filium, quæ in hoc concordat cum l. ista. Et secundum hanc solutionem non est necesse præsupponere in d. l. filium, quod filius ille grauatus de facto, haberet apud se fundum illum, prout necessario præsupponitur in præcedenti solutione. Et pro vero illud præsuppositum videtur parum releuare, quia licet haberet de facto, non tamen haberet de iure. Nisi dixeris tuendo primam sol. prædictam, quod immo de iure potest dici, quod haberet per regulam l. a Titio, in fi. j. de fur. cogita tamen, quia pro nunc magis applauditur secunda solutio, sed de hoc aliquid dicitur j. in 3. opp. Bar. & in 10.

Glo. si. debet esse posita super ver. centum legatis, licet multi co dices habeant in ver. centum legauerit. In ea. ibi est, & tertia, quæ debet iure nature &c. Dic. quod glo. voluit dicere, quod ultra duas quartas, de quibus hic scilicet falcidiam & Trebellianicam, reperitur tertia quarta, non autem voluit dicere, quod legitima sit tertia pars bonorum. ¶ Quoniam licet hoc sit uerum aliquando, & aliquando sit dimidia, vt in auth. nouissima & in corpore unde sumitur. C. de inoff. test. tamen glo. ista habuit respectum ad originem. Nam ab initio fuit tantum quarta pars, l. Papinianus. §. quoniam autem quarta, supra de inoff. test. & l. cum quæritur. C. eo. tit. cum sim. & hæc est vera mens glo. satis clara, quicquid dicat hic Rep. aliter eam intelligentes.

In eadem glo. ibi, quæ debetur curiæ glo. errat, quia auth. sed neque curialem. C. de episc. & cler. allegata per glo. loquitur de quarta, quæ ipsi curiali facto monacho, vel monasterio, quod ipse ingreditur, debetur. Curia vero debetur reliquum ultra quartam, vt ibi dicitur. Et glo. ista debuerat istud dicere in sequenti quarta, de qua loquitur l. 1. & 2. C. quan. & quib. quar. pars. debe. lib. 10.

Ibi enim dicitur, quod decedente curiali cuius hæredes extraneo ab ipsa curia, debetur quarta pars curiæ. In eadem glo. in fi. dic. quod glo. errat. Nam in §. consideremus in Authen. de trien. & semif. in glo. allegata nullum ponitur verbum de aliqua quarta, sed loquitur ille tex. de quadam portione concessa filiis naturalibus, videlicet de vncia, vel de duabus, vel de sex vncijs secundum casum diuersitatem, vt ibi dicitur, & ita etiam vterque Imo. aduertit cetera quæ in glo. traduntur, vel sunt supra declarata, vel declarabuntur j. in progressu materiae circa dicta Bar. Et satis sit ipsas glo. literaliter declarasse in voce. Veniamus igitur ad commentum Bartol. cuius ordinem, vt est moris mei, omnino sequar.

Et dum primo opponit de l. pater filiam, supra eo. ante omnia pro vera declaratione d. l. in vers. si pater dotem consentiente filia non repetisset, dicas, prout etiam ibi sentit gloss. licet non exprimat, quod pater nullo modo repetijt, & verba illa consentiente filia, sunt ostensiuæ modi, quo pater vt debet, dotem re petendo. Debet enim ex consensu filia repetere, regulariter loquendo l. 2. §. quod si in patris, & ibi Doct. supra sol. matr. Secundo aduerte, quod licet lex illa loquatur in Trebellianica, non tamen de ea male opponit Bar. ad Falcidiam. Quoniam negatiue loquendo, arg. videtur bonum, & a fortiori. Dicendo, hoc non imputatur in trebellianicam, ergo nec in falcidiam, cum in eam difficilior & pauciora computentur, vt in Lista. & ita etiam quidam alij aduerterunt. Est bene verum, quod ex alio oppositio ista est debilissima, vt ex eius solutione apparet. Non enim ex tex. col ligitur illud, ad quod Bar. opponit, sed bene, quod quæ non capiuntur iure hereditario, non imputantur in falcidiam, cui d. l. si pater filium, nedum non contradicit, sed ad stipulatur & concordatur vt est notum. Sed quicquid sit ex doct. Bart. in hac prima oppo. 39 sumitur conclusio, quod si ea, quæ hæredi de bonis testatoris non queruntur ex testamento, non imputantur in quartam, etiam trebellianicam. Ratio, quia, tam falcidia, quam trebellianica ex testamento, seu testamenti occasione debetur. Merito id solum debet imputari, quod ex testamento ad hæredem peruenit, licet 30 secus sit in legitima, de qua inferius dicet. ¶ In specie magis declarando d. l. pater filiam, dicas quod vera ratio est, quia ibi dos illa iam per patrem filie, aut eius viro data, exierat patrimonium testatoris, & fuerat effecta proprium patrimonium filia. l. 3. §. sed vtrum, in fi. §. de minor. Nec ad patrem redierat, cum eam non repetisset, & ideo ibi tex. in fi. hoc uolens, dicit, quia dos in hereditate patris non inueniretur.

Et quod ibi dicitur, & Bar. hic voluit de dote, procedit etiam in donatione propter nuptias, quoniam nec illa queritur ex testamento, prout hic per Ange. & Repe. per quos videas. Intelligendo tamen semper, quod talis donatio non reperitur in hereditate patris, sed sit extra eius patrimonium, vt de dote dictum est. Limita nunc prædicta seu d. l. pater filium, quia non procederet, quoniam dos filia instituta & grauata deberetur tantum ex testamento. Nam tunc imputaretur in quartam trebellianicam, per regulam istius l. in secunda parte, vt hic per Ang. & Repe.

Item est limita eandem l. & conclusionem Bar. vt non procedat, quoniam pater, dum pro filia dotem dat, cauere expresse ut ei in quartam imputetur. Si enim postea filiam illam instituat, & grauet restituere, dos imputabitur in quartam, ut hic per Ange. l. col. & Repe. mihi col. 18. Seruanda. n. tunc erit uoluntas patris, sic ordinatis. Etenim si dicit poterat in totum dotem sibi appropriare, eam sibi reddi stipulando. l. quoties. §. sol. ma. fortius uideatur, quod possit providere, quod filia sibi imputetur in quartam, quando hæres instituitur. Facit etiam l. cum quo. §. si. §. eo. ubi propter uoluntatem defuncti imputatur in effectu, etiam quod non capiatur ex test. Et licet ibi, quod fuit traditum, non esset debitum, sicut est dos filia, iuxta l. si. C. de dot. promiss. tamen cum illa imputatio, uel quod hæres aliter falcidia non utatur, fundetur in uoluntate defuncti, etiam tacita, & uerosimili, ut dicitur in seq. oppo. ut quod idem sit dicendum in casu nostro propter expressam patris uoluntatem, quasi in utroque casu ex tali uoluntate ualeat, cum ab initio sit referuatum ius illud imputationis in hereditate: potuit enim id facere, argumeto l. si binarum. §. de seruit. urban. præd. & eius quod dicitur, quod quis potest legem, quam uelit rei per se datæ iniungere. l. quoties. C. de don. quæ sub modo. Ex secunda oppositione 31 Bart. siue ex dictis eius, sit tibi conclusio, quod licet alias sit pro regula quod quæ ex testamento non capiuntur, immo quæ non iure hereditario in falcidiam non imputentur, vt hic in regula negatiua, & dixi supra in tertio notabili. Tamen aliquando secus est, quando. §. de uoluntate defuncti constat, d. l. cum quo. §. si. Et hoc vt de plano procedere, quoniam in traditione, inter viuos facta, qui dedit, uoluntatem suam declarauit, quod datur contemplatione falcidia, & vt in falcidia imputaretur, vt §. dixi limitando d. l. pater filiam. Sed si quid datum fuerit a uiuente simpliciter absque aliqua expressione, quod in falcidia imputetur, nunquid debeat postea imputari? non mediocri est dubitatio. Et certe Bar. hic uideatur sentire, quod imputetur, dum dicit quod in d. §. si. fuit actum tacite, uel expresse. Et in d. §. si. clarius loquendo dicit, quod in dubio debet intelligi ita actum, cum quid datur inter viuos futuro hæredi. Et cum Bar. transeunt ibi Ange. Imol. & Alex.

Et idem circa legitimam uoluit Bar. in l. 1. §. si parens, j. si ga paren. sue. manu. motus argumento d. l. cum quo. §. final. & per 32 quod ibi dixit. Hoc tamen quod de falcidia dictum est, vt. l. in eam simpliciter datum inter viuos, imputetur, limitari & declarari debet, quando fuit data integra quarta, & sic quantum per falcidiam fuisset ille retenturus, secus esset si non tantum dedisset. Ita uolunt Ang. Imol. & Alex. in d. §. si. moti argumento l. si quædo. §. & generaliter. C. de inoff. test. vt per eos. Repe. hic, licet dicant hanc limitationem propter auctoritatem prædictorum tenendam.

D. Maria. Soc. Iun. in l. In quartam

nendam esse, tamen in puncto iuris illam non approbant, quia secundum eos nimis restringit d. §. si. vt per eos. Sed eorum pace dixerim, vñr non aduertisse ad illum tex. Dico enim q̄ ex prædicta limitatione in aliquo non restringitur, cum in eo casu expresse loquatur. Et plus dico, quòd talis videtur mens illius tex. cum consideret in patrimonio esse centum & vigintiquinque, & sic quartam partem fuisse datam, quòd certe non videtur factum a Iuriconsulto ibi ad aliud, nisi vt ostendat decisionem illam in eo tantum casu locum habere.

Considera tamen q̄ d. §. & generaliter, allegatus per Docto. præfatos non facit pro eis, quoniam ibi non negatur imputatio, sed solum dicitur, q̄ agitur ad supplementum. Et sic videtur mihi q̄ tex. ille retorquetur contra eos. Nam ibi non fuit data integra legitima, & tamen fit imputatio.

Hoc tamen non obstant, mihi placet limitatio & declaratio prædicta per d. §. fin. vt supra consideratam. Quòd tamen intelligo concurrentibus alijs, de quibus ibi.

Primo vt est dictum, q̄ totam quartam sibi tradet, non declarando causam propter quam tradat.

Secundo quòd postea hæredem instituat. Tertio quòd dodrantem leget. Hæc enim omnia in eo tex. considerantur, & simul iuncta operantur decisionem, de qua ibi: eo quia sic in dubio præsumitur, testatorem illum voluisse vsque ab initio, dum quartam illam dedit. Et cum decisio illa sit exorbitans & contra regulam legis nostræ, contra d. l. pater filium, non debet trahi vltra casum proprium, in quo loquitur. Et hic infertur, quòd si eo casu non vigintiquinque, sed minus, puta decem dedisset, non fieret imputatio, vt voluit Docto. & sic vera est prædicta limitatio. Infertur etiam vltra alios, quòd si postea non legasset dodrantem, non præcederet illa decisio, cum cessaret vnum ex consideratis ibi per Iuriconsultum.

Non obstat d. §. generaliter, restatus vt supra quia primo potest dici, q̄ ibi fuit expresse dictum q̄ imputaretur in legitimam. Et 33 † vbi non fuisset sic dictum, ideo non imputaretur, quia esset donatio inter viuos, vt declarat Bar. in d. l. i. §. si parens. si quis a patre. sic manumit. Et præterea sumus ibi in legitima, in qua, etiã non iure hæreditario habita, possunt imputari, vt dicitur infra in prima quæstione Bar. circa legitimam. Cogita super istis, q̄ sunt pulchra & vtilia. Ex quibus potest inferri q̄ circa hanc imputationem faciendam in quartam falcidiam, vel trebellianicã procedimus ex coniecturata mente testatis, sicut etiam fit in cæteris ex vltima voluntate dependentibus. In conditionibus, in prin. §. tit. i. l. ex facto, la grande, circa medium, §. de hære. infri. & l. 3. cum infinitis similibus. C. de lib. præte.

Tertio opponit Bar. de l. Nefennius, & de l. filio, isto titulo, & soluit vt per eum.

34 Ex cuius dictis primo habes, † quòd secundum iuris rigorem prælegata non imputantur in falcidiam; etiam in fauorem soluentis cohæredis, pe istum tex. in prima parte, quia. si iure hæreditario non capiuntur. Et cum hoc text. concordat l. quod autem. in prin. supra eo. Et cum generaliter ista iura loquatur, videtur generaliter intelligenda, & sic etiam respectu cohæredis legatũ vel fideicommissum præstantis.

Secundo habes, quòd quicquid sit de rigore iuris, ex æquitate prælegata vel fideicommissa debent in falcidiam imputari in fauorem soluentis per iura pro contrarijs allegata. Et ista æquitas fundatur in eo, quia honestum & æquum videtur, id quod ego tibi præstare debeo, mihi prodesse, vt minus pro falcidia mihi detrahitur de legatis, per te mihi ex eodem testamento præstandis. Et cum de hac æquitate habeamus prædicta iura, quibus etiam adde l. hærede, supra de his quib. vt indign. quam allegat glòf. in 35 d. l. Nefennius, & † sic æquitas scripta, debet merito præferri prædicto rigori. l. placuit, cum materia. C. de iud. & dicit Bartol. hic quòd ista æquitas exercetur, & sic talia prælegata imputantur in falcidiam per viam exceptionis, vel replicationis. Et videtur hoc sumi ex dicta l. Nefennius, ibi, vel doli exceptione summouenda est, iuncta glòf. Et potest exemplificari, si hæres, multis grauatus legatis, & inter cætera cohæredi suo, puta in viginti, ab illo sibi factum legatum petat; cohæres dicet, quia tu mihi debes viginti, & forte erit locus falcidiam, volo quòd integra viginti mihi soluas, cum a me sis legatum recepturus: quod si facere nolis, repello te exceptione doli ex æquitate, vt dicit Bartol. quia non est æquum, vt mihi detrahas, a quo bonum legatum percepturus es, vt dictum est. Vel si forte ego petam illa viginti, tu opponas de falcidia detrahenda, & legatum a me petas, replicabo de dolo, in eo, quod vis mihi detrahere falcidiam, a quo legatum, ad illam idoneum, percepturus es. Poteris & alijs modis exemplificare, & tradit aliquid Bar. infra in decima oppositione.

Adde quòd quidam dicebat, regulam l. nostræ, & l. quod autem, supra eo, non debere limitari in fauorem cohæredis propter eorum iurium generalitatem, maxime cum in d. l. quod autem, ponatur vna limitatio. Nam ex eo videtur, quòd non sint alię limitationes. Ad d. l. Nefennius & ad l. filio, respondebat, id esse, quia

testator id expresse voluit. Et ita intelligebat in prima, illa verba, ex voluntate testatoris, ea referendo ad sequentia, non ad præcedentia. & hoc, ne sint superflua. cum idem videatur dictum paulo ante, ibi, aliquid ex testamento petit. & in secunda, illa verba, voluntati defuncti pareret. Et ita scolaris quidam arguebat, reprobando per prædicta conclusionem Bar. & communem modo collectam.

Verum ego tunc respondi, quòd conclusio Bar. est verissima, & vltra illa duo iura probatur in d. l. hæredi, de his quib. vt indign. & dixi, & nunc dico quòd in dd. iuribus verba, de voluntate testantis, sunt referenda, non ad imputationem, sed ad prælegatum: nec erunt superflua, si recte aduertes. Et ad generalitatem l. nostræ & similibus patet respõsio ex regula l. non est nouum, supra de leg. & infra dicitur.

37 Sed circa hanc conclusionem primo dubitatur, † vtrum procedat in fauorem legatarij, aliquid grauati dare hæredi? & fm nouissimos Perusi. videtur q̄ non, quia cum l. Nefennius, & l. filio, præallegata loquantur in prælegato, facto a cohærede, videtur q̄ non debeant trahi extra casum suũ, maxime attenda generalitate l. nostræ, negantis simpliciter legata imputari: Huic enim generalitati non reperitur derogatum, nisi in prælegato facto a cohærede, vt dd. iuribus. Non ergo videtur illa iura trahenda ad legata, vel fideicommissa, hñdi relicta a legatario particulari.

Præterea pro hoc videtur l. si a me, §. eo. vbi simpliciter dicitur, tale fideicommissum non imputari in falcidiam, & sic videtur intelligendum, etiam in fauorem eiusdem legatarij. Quinimmo intelligendo, q̄ ibi non essent alijs legatarij, vt dicunt Perusini, ibi esset casus apertus pro ista opin.

Contrarium tamen videtur dicendum, ut voluit Bar. in decima oppositione, dum loquitur de dato gratia conditionis implenda. De quo tamen ibi dicitur. Et ita vñr sequi alij Doctores, & expresse dñt hic Repe. Intelligendo tamen per viã exceptionis, vel replicationis, declarando, vt per eos. Vel et si legatarium dedisset hñdi, & ei petenti legatum, opponatur de falcidia. Nam replicabit, q̄ æquum est in eam imputari, quòd ipse hñdi dedit.

Et ego pro ista opin. pondero d. l. Nefennius. Nam licet in facti narratione ponatur, quòd a cohæde facta erant prælegata, tñ in decisione tex. ille loquitur generaliter, qñctiq; hæres, q̄ legatum p̄stat ab eo, cui p̄stat, petit aliquid ex testamento, vt patet ibi. Sed cum is, qui legatum. Præterea nõ videtur ratio differẽtie, sed eadem equitas, merito debet idem ius statui. l. si. C. ad l. falcidiam similibus. Non obstant allegata in contrarium. Nã primo ad d. l. Nefennius, patet respõsio, quia, vt dixi, videtur probare istam opinionem. Et ubi etiã quis illud non admitteret, satis est, quòd 37 fit eadem ratio. † Quando enim adest ratio, sufficit pro lege. l. cõ ratio, in princ. infra de bon. damnatorum.

Et præterea licet l. Nefennius, loquatur de cohæde, de eo tamẽ non loquitur, nisi vt legatario, idest quatenus iure legati percepturus est a cohærede suo.

Non obstat d. l. si a me, quia dico quòd debet intelligi quo ad alios legatarios, & secundum regulam, que est, quòd fideicommissa in falcidiam non imputantur, ut in l. ista in princ. Que tamen regula fallit in fauorem soluentis fideicommissum per equitatem d. l. Nefennius. Non enim inconuenit legem per legem distingui & declarari. l. non est nouum, supra de legi. Vel etiam dici potest, quòd hæres, non est recepturus fideicommissum eodẽ tempore, quo soluit legatum, ideo in quartam tempore solutionis imputare non potest.

Et nota, quia non videtur verum, quòd ibi erat solus ille legatarius, quicquid dixerint prædicti Perusi. quia tunc non fuisset locus falcidiam, ut cuilibet recte consideranti fiet verosimile. Et maxime, quia cum ibi queratur, an illud imputetur in falcidiam, ostenditur, quòd falcidia erat maior illo fideicommissio, vel saltẽ equalis, & sic præsupponendum videtur, quòd erant alia legata.

38 Secundo dubitatur: † nunquid conclusio supra posita, & decisio d. l. Nefennius, procedat, si a cohærede corpus hereditarium sit præstandum? Et sic nunquid procedat in eo quòd difformiter capitur? Et questio est, an in totum imputetur, an solum pars hereditaria, de qua non est dubium, cum iure hereditario sit apud hæredem per istum tex. Bartol. hic sentit, quòd totum imputetur, & idem voluit in l. filium quem habentem, C. fam. erc. dum reprobat Azo. Et fuit opinio Ia. de Are. in l. deducta. §. omnis, infra ad Trebel. Alberi. hic. & Cyn. & Sali. in d. l. filium. Et ita etiam sequuntur Reperentes hic. Et dicunt probari hoc in d. l. Nefennius, in sui generalitate vt per eos. Et certe nitnis videretur ille tex. restringi, si non haberet locum in prælegatis factis de rebus hereditarijs.

Præterea facit, quia alias parum prodesset cohæredi, tale p̄legatum soluenti: quòd pars hereditaria tantum imputaretur, et etiã quo ad filios sit imputanda. Et pro uero eadem equitas vt in corpore hñditario, q̄ in alijs prælegatis. Sed Ang. Imo. & Cuma. in d. §. nummis, Imol. hic & Perusini contrarium dicunt, moti per istum tex. in uersiculo, pro ea vero parte, & per d. §. nummis, in uersif.

versiculo, diuersa causa est prædiorum &c. videtur enim in his iuribus simpliciter dici, imputationem fieri solum pro parte hæreditaria: vnde vtr̄ intelligenda generaliter, etiam in fauorem dantis coheredis, maxime quia d. §. nummis, videtur sic necessario intelligendus, attento quod in præcedenti versiculo loquitur text. de coherede grauato coheredi.

Et pro ista opinione secundo facit ratio difformitatis imputationis euitandæ, in qua videtur fundari iste text. in vers. pro ea vero parte, cum simil. Etenim etiam isto casu consideratur; vnde p̄ locum ab identitate rationis idem videtur dicendum per iura communia.

Tertio videtur casus in d. l. filium, secundum intellectum, quæ s̄ dixi tenendum esse. Nam ibi coheredes soluebant fundū illū pro sua rata, & sic corpus hæreditariū, & tamē dicitur ibi, q̄ portio coheredum h̄etur s̄. quartam, non obstante q̄ ipsis met cohæredib. restitueretur hæreditas. Ego in hoc articulo valde dubito, si enim tenemus, quod supra dixi in quinta glo. circa dictam l. filium, videtur q̄ ista vltima opinio sit vera, & q̄ ibi (vt dixi) sit casus secundum solutionem, quam dedi ad d. l. Nefennius. Tamen mihi videntur duo iura valde vrgere.

Et primo l. filio, j. eo. dum loquitur de domo illa, & sic de corpore hæreditario. Et ita alias illum tex. ponderabam. Et inuenio nunc q̄ ita eum ponderat Ruin. j. in. 5. oppositione.

Secundo l. heredi, supra de his quib. vt indign. dum ibi dicitur q̄ ille, qui falsos codicillos dixit, non utitur falcidiæ beneficio, si tantum in amissis portionibus erit, quod falcidiam æquitate compensationis recusaret, nam illæ portiones possunt dici esse in corpore hæreditario, maxime exemplificando illum tex. secū dum gl. ibi. Et si per ista iura vis tenere primam opinionem Bar. & sequacium, ad contraria respondere poteris. Et primo ad l. nostram, & d. §. nummis, dicas q̄ debent intelligi secundum d. l. filio, hoc est, q̄ contra alios portio coheredis non imputatur, sed q̄ eum ad sui beneficium debet imputari.

Possit etiam secundo dici, q̄ loquuntur regulariter, & secundum iuris rigorem, qui est q̄ in nullius fauorem imputentur in falcidiam. Aliud autem dicendum est de æquitate secundum s̄. deducta. Vel q̄ loquuntur in casu, in quo de exceptione agi non potest, vt sic cesset æquitas d. l. Nefennius.

Ad secundum r̄deri potest prout etiā d̄nt Repetentes, quod ratio illa difformitatis &c. facit, vt de rigore non fiat imputatio, sed aliud dicēdū est de æquitate, maxime, si agitur de trebellianica. Et fiat argū, sicut quando non fit regulariter imputatio in falcidiam fauore dantis, ex æquitate receditur a tali regula, & imputatio fit. d. l. Nefennius, cum sim. ita & hic eadem æquitate recedatur a regula, & ratione difformitatis de qua supra.

Vel secundo dici potest, rationem illam esse dubiam. vt dicitur j. in tertia q̄. & ideo non videtur, quod ab ea argui possit.

Ad tertium & sic ad d. l. filium quem habentem, potest respon- 40 deri primo, q̄ quod cum lex illa habeat varios intellectus, non videtur quod ex ea argui possit, iuxta doctrinam Bar. in l. in ambiguo. supra de reb. dub.

Vel secundo quod ille tex. debeat intelligi prout in d. quinta gl. primo modo intellexi respondendo ad d. l. Nefennius. Iquod æquitas illa non procedat in d. l. filium, quia ibi filius iam fundū illum habebat & iure dominij. Cogita super istis, & forte aliqd̄ dicitur in decima oppositione.

Et quia prædicta dicta sunt propter dd. l. filio, & l. heredi, si eis poteris inuenire respōsum, contraria opinio facile suscipi potest, maxime per d. l. filium quem habentem. Quare cogita, an dici possit quod prædicta ll. non loquantur in corpore hæreditario, quod difformiter capiatur.

Et quantum ad d. l. heredi. cum non exprimat aliquid de corpore hæreditario, potest dici quod in eo non procedat p̄ alia iura, vna enim lex per aliam distinguitur & declaratur.

Et quantum ad l. filio, q̄ dum de imputatione loquitur, procedit tantum respectu aliorum prælegatorum, excepta illa domo, vt sic iura iuribus concordentur. Vel potest dici quod illa filia in illa domo non habet, nisi quartam iuxta l. legatum est §. 1. supra de legat. 1. & illam quartam dicitur habere vniiformiter, hoc est iure prælegati, cum tantum habeat eam de parte coheredis, tota enim pars sua videtur quod debeat esse liberti per d. §. 1.

Cogita super ista solutione, quia licet sit subtilis, tamen facile subuerti potest. Attento maxime q̄ in d. l. filio, ille libertus non fuit coniunctus filia in legato domus, sicut contingit in d. l. legatum §. 1.

Et vbi aliqua ex prædictis solutionibus tibi non placeat, & meliorem non inuenias, teneas aliam opinionem, vt s̄. dixi.

Et ad d. l. filium, detur responsio de qua supra. Vel si placeret, quod dicunt illi nostri Senesces ibi, videlicet q̄ ibi fuit dictum retento fundo, & q̄ illud differt a præallegato. Dic vt per eos.

Cogita super istis. Ego enim (vt s̄. dixi) valde dubito, & arbitror quod nihil omnino securum dici possit.

Capio quartam oppositionem Bar. & ex eius dictis colligo,

41 quod † receptum per hæredem ab vno ex legatarijs, nō prodest alijs, vt eis detrahenda Falcidia minuatur, sed bene vt in plus nō grauentur. Quod est dicere, perinde est, ac si etiam illi detraheretur Falcidia, qui hæredi dedit, per d. l. Nefennius, versic. planē,

42 † quem tex. declarando ex intentione Bar. sic eius conclusionē exemplificata, ponendo, q̄ portio illius hæredis sit in quadringētis, & quod vni fuit grauatus in centum, alijs vero multis in trecentis. Et ille, cui centum erant relicta, erat grauatus hæredi in quadraginta. Et cum de ineunda ratione Falcidiæ cum cæteris ageretur, volebat hæres illis imputare, id est, in numerum legato r̄i ex tota sua portione ponere vniuersum, quod illi hæredi præstabat, & sic integra centum, vt sic consumpta tota hæreditate in legatis sibi liceret centum pro quarta deducere, & quidem ab alijs legatarijs, quibus trecenta erant relicta, cum ab illo de centum nihil detrahere posset propter quadraginta, quæ ab eo erat per cepturus, seu perceperat.

Sed hoc ibi denegatur, & concludit quod solum alijs imputare eo modo potest, quod esset daturus, si illa quadraginta non p̄ cepisset, quod erit in septuagintaquinque, quoniam ex centū detracta Falcidia, sola septuagintaquinque erat soluturus, ita quod ei in effectu dicuntur remansisse vigintiquinque quæ non videntur legata quantum ad grauandos alios legatarios, & propterea ab eis detrahet vtique ad supplementum totius quartæ, quæ erat in centum, & sic detrahet tantum septuagintaquinque, quæ in effectu sunt quarta trecentorum eis legatorum, & sic alij legatarij nec in plus nec in minus grauantur.

Et per istud exemplum, quod est ex intentione Bar. ille tex. a parte declaratur, & conclusio Bar. redditur vera & clara.

Nota tamen q̄ id quod ibi dicitur, quantum daturus esset si nihil ab eo perceperit, solum dicitur, vt materia occurrens declaretur, non autem vt velit, quod si nihil recepisset, sit ad onus aliorum legatatorum, quando ex legato illo Falcidia detrahi non posset, vt esset hodie i legato ad pias causas, iuxta auth. similiter. C. eodem tit. licet aliqui ita crediderint, & male. Hoc enim, nihil fallor, est omnino alienum a mente Iurisconsulti ibi.

Et dicere q̄ quando legatum sui natura non patitur Falcidiā, detrahitur ante omnia vt æs alienum, vt sic fit ad onus hæredis & legatatorum cæterorum, vt dixit Bar. in auth. sed in ea. C. eo. vbi etiam sequitur Pau. de Cast. & dicunt hic Repetentes, mihi videtur falsum respectu aliorum legatatorum. Nam pone, quod legatum illud non defalcabile sit in centum, & tota hæreditas sit in quadringentis, & alia trecenta sint alijs legata? certe siue illa centum detrahantur vt æs alienum, siue etiam pateretur Falcidiam semper aliorum legatatorum eadem esset cōditio, quia vtroque casu detraherentur eis septuaginta quinque pro quarta trecentorum, & nil vltra. Non ergo talis detractio, vt eris alieni, in aliquo damnificat legatarios, quicquid dixerint Bar. & sequaces. Nisi salues eorum dictum in casu, quando omnia legata trāscendant vires patrimonij. Nam si tunc non defalcabile detrahitur, vt æs alienum, alij legatarij minus habebunt.

Sed tunc illud negando, dicā, q̄ eo casu et legatū nō defalcabile vna cum cæteris ipso iure, tanquam inualidum, dimittitur, & reducuntur omnia simul ad vires patrimonij, facta ex quolibet diminutione pro rata, iuxta tradita per Alexand. supra eodez in Rubrica, & Patrum & dominum meum Socinum in rubrica infra ad Trebell. Et ita dicunt Sal. Roma. & Corne. in d. auth. similiter, & in terminis fuit dictus Bar. in auth. sed in ea, ibi post medium. Sic igitur concludendum videtur, cæteris legatarijs nullum inferri damnum, ex eo, q̄ ex aliquo legato non detrahitur Falcidia.

Ex dictis Bar. in 5. opposit. collige duas conclusiones. Prima est † q̄ illud, quod hæres in prælegato, vel dato gratia conditionis implendæ capit iure hæreditario, omnibus legatarijs prodest & in Falcidiam absolute imputatur, vt iuribus allegatis per Bar. & est casus in l. ista, in prima & in secunda parte, ut dixi in secundo notabili in regula affirmatiua. Hæc conclusio est clara & ab omnibus approbata.

Secunda est cōclusio, q̄ illud, quod iure prælegati capit quo ad imputationem Falcidiæ, solum prodest illis, a quibus capitur, alijs vero nequaquam, & nisi tamen testatoris voluntas appareat in contrarium iuxta d. supra secunda gl. & in prima & in secunda oppositione.

Sexto opponit Bar. de difficillima l. Titia, supra eo. & soluit vt per eum ex eius dictis facio tres conclusiones.

44 Prima est † q̄ d. l. Titia, loquens de Trebellianica, procedit et in Falcidia, cum Bar. transeunt Doct. considerando maxime, q̄ si ibi solum quarta pars portionis hæreditariæ imputatur in Trebellianicam, fertius videtur id dicendum in Falcidia, cum circa imputationem negatiue valeat argumentum de Trebellianica ad Falcidiam vt s̄. dictum fuit.

Considera, quia ista conclusio non vt vera. Nam si in legato testator dicat, detracta quarta, vt sunt termini d. l. Titia, intelligendo de quarta rerum legatarum, puta, lego fundum detracta quarta, lego

D. Maria. Soc. Jun. in l. In quartam

ta, lego domum, detracta quarta, & sic de alijs, iam illa quarta nõ dicitur legata, sed remanebit apud hæredem, ergo nõ erit locus Falcidie, merito in eam non imputaretur, nec illa duodecima pars prædiorum, cum de imputatione non agatur, nisi quando Falcidia venit detrahenda.

Cogitabam pro defensione Bart. q̄ non loquatur, quando testator in quolibet legato dixerit, lego detracta quarta, tunc enim procederet argumentum. Sed quando post facta multa legata, dicatur, & hæres legata præstet detracta quarta siue Falcidia. Nã in hoc casu forte procederet d. l. Titia etiam in Falcidia. Et ita videtur saluari dictum Bar. Cogitabis tamen, quia nec mihi in totum satisfacit. Nam cum dicatur detracta quarta, vel Falcidia, videtur q̄ debeat intelligi de singulis relictis, nõ habito alio respectu, sicut est de natura Falcidie, iuxta l. lineam margaritarum, & quod ibi dicunt Doct. s. eo. Et tenendo q̄ d. l. Titia, nõ procedat in Falcidia s̄ Bar. & alios. Ratio differentie in promptu videtur, quia. In legatis particularibus, ex quibus venit detrahenda Falcidia, nullo modo comprehenduntur prædia prælegata ipsi hæredi, cum in eis hæres iste non grauetur. Et patet ad sensum, quia vna res sub alia non continetur, sed in fideicommissio vniuersali in quo agitur de Trebellianica, bene continentur prædia prælegata pro sua parte, & ideo merito potest nunc dubitari de prælegatorum imputatione in quartam, cum eius detractio sit locus. Non sic esset in Falcidia, cum illa sit salua & integra, per illa verba detracta quarta.

- 45 Secunda conclusio est, q̄ t̄ vbi Falcidia, siue Trebellianica s̄ vel præter voluntatem testatoris venit detrahenda tota portio hæreditaria prælegati imputatur in eam, casus est in d. l. Titia, in fine. Et intellige t̄ præter voluntatem, s̄ expressam, quia nec prohibuit, nec expresse permisit, si enim permisisset, diceretur detrahi secundum voluntatem, vt in d. l. Titia, si prohibisset contra voluntatem. Quando ergo nihil dixit testator, quarta venit detrahenda præter eius voluntatem. Similis declaratio de istis verbis contra, secundum, vel præter legem, traditur in l. stipulatio ista. s. alteri, j. de verborum oblig. caue tamen in proposito nostro, q̄ quando quarta detrahitur præter voluntatem, s̄ expressam, vt dixi, præsumptiue dicitur detrahi contra voluntatem vt d. l. Titia, in fi. & in c. R. aynaldus, in fi. de test. extra. Et hoc absque dubio procedebat olim & ante ius Authenticorum, quo tempore testator talem detractioem prohibere non poterat, vt l. quod de bonis s. r. s. eod.

Sed hodie si testator nihil dicat, videtur quod possit dici contrarium, hoc est, q̄ præsumptiue dicitur detrahi secundum voluntatem testatoris. Nam cum potuerit prohibere, auth. sed cum testator, cum materia. C. eo. & id non fecerit, videtur voluisse, vt detraheretur, cum videatur, testatorem voluisse se conformare dispositioni legis, iuxta notata in l. si duo, s. de acq. hær.

Et tradunt Doct. in l. hæres mei s. cum ita, j. ad Treb. & voluit Dec. allegando concordantes, in consi. 57. Queritur an legitimus prope fi. Et hoc posito, posset inferri, q̄ hodie, vbi testator expresse non prohiberet quartam detrahi in terminis d. l. Titia, solum imputaretur duodecima pars prædiorum, quod esset valde notandum. Sed de hoc plurimum dubito, quia verba d. l. in fine multum repugnant.

Et præterea ratio d. l. in prima parte videtur illa expressa permissio detractiois quartæ, vt j. dicitur, quæ isto casu cessat maxime, quia iura, etiam hodie, debent detrahi contra voluntatem testatoris, licet nõ prohibeat, vt d. c. R. aynaldus in fi. qui tex. vt est notum, loquitur post d. auth. sed cum testator. Et ita firmat hic Ioann. de Imo. & Alex. Et istud intelligitur respectu simplicis dispositionis, & quo ad vim verborum, quia cum simpliciter relinquit, videtur vniuersaliter & totaliter relinquere hæreditatem, aut aliam rem. Nec v̄ consequentia necessaria, potest prohibere, ergo non prohibendo d̄ concedere, quia prohibitio sua non valuisse, nisi expressim facta fuisset. Vñ stãt simul, q̄ expresse non prohibuerit, & tamen voluerit illam non detrahi, prout ex multis colligi posset vt per Doct. in d. auth. sed cum testator & tradit egregie Benedictus Capra in consi. 83. Punctus. Cyprianus de Fulgineo 2. col.

- 47 Tertia sit conclusio, q̄ t̄ si quarta detrahitur, fin voluntatem testatoris, intelligendo de expressa voluntate, in eam imputatur solum quarta pars portionis hæreditariæ, q̄ hæres h̄t in prælegato, vt d. l. Titia. Amplia, vt procedat hoc, et si hæres mortis causa capiat, i. si ei datur causa conditionis implendæ. Quoniam etiã tunc, imputatio sit tantum pro quarta parte hæreditariæ portionis, sicut etiam imputaretur tota portio hæreditaria, quãdo quarta non fuisset expresse per testatorem hæredi permisa, prout concludunt hic Imo. Ale. & Reperentes, & bene iudicio meo quicquid in contrarium dixerit Ang. vt per eos.

Nec dicatur, q̄ datum gratia conditionis implendæ totum capitur de manu cohæredis, et si sit quid hæreditarium, eo q̄ totus videtur capi causa mortis vt l. mortis causa capitur, j. de don. causa mortis & l. id autem, supra eod. in princip. Quoniam illud

procederet iure non hæreditaria: sed si sit res hæreditaria, in qua hæres per institutionem & aditionem habet partem suam, illam partem nõ dicitur habere alio iure, quã hæreditario, vt est tex. clarus in d. l. id autem, in versic. sane si a statulibero, contra quem loquitur Ang. & qui sequuntur eum.

Limitatur ista conclusio sic ampliata, vt procedat tantum, quãdo prælegatum, aut datum gratia conditionis implendæ capitur difformiter. Nam in his terminis loquitur d. l. Titia. Sed ubi totum uniformiter caperetur, puta totum iure hæreditario, secus esset, quia tunc, etiam quod testator exprimeret de quarta detracta, totum imputaretur in falcidiam, & fortius in trebellianicam. Ita dicit hic Paul. de Castr. in versiculo circa primum. Et erit hæc plura in l. non est dubium, cum l. seq. & in l. id autem, in fin. supra eod. cum similibus, dum illa iura loquuntur de legato, quod non habet effectum. Nam totum remanet apud hæredem iure hæreditario, & sic totum imputabitur. Ita etiam uolunt Reperentes, & ponunt exemplum in pecunia prælegata, idest, quando dictum est, vt accepta certa summa restituat, quia tota dicitur summi de portione sua, iuxta l. deducta. s. nummis, infra ad Treb. De quo tamen dicitur in sequenti oppositione. Sed in contrarium facit argumentum de parte ad totum iuxta regulam l. quæ de tota, supra de rei vend. Nam sicut quando pars capitur iure hæreditario, imputatur tota illa pars, vel quarta parte secundum distinctionem d. l. Titia, ita videtur distinguendum, quando totum capitur iure hæreditario. Et propter istud argumentum nouissimi Perusini tentant hic tenere contra istam limitationem, dicentes quod esset singularis limitatio ad listam in regula affirmatiua, vt scilicet non procedat, quando testator exprimit de quarta detrahenda. Potest tamen huic argumento responderi, quod non procedit quando inter totum & partem datur diuersa ratio, prout videtur in casu nostro, quia quando difformiter capitur quod est in corpore hæreditario, adest in eo expressa dispositio testatoris, quod sit hæres grauius, vel quia ei prælegatum, vel quia iustus fuit, tali re retenta, restituere, quod non videtur cadere quando solum capitur iure hæreditario, & sic uniformiter, vt patet in d. l. non est dubium, in fin. cum l. seq. cum similibus supra alleg. Certe omnia ista pendent ab intellectu d. l. Titia, seu ab eius ratione, cum tex. in sua decisione, & distinctione videatur clarus.

Quare ut bene eius rationem intelligas, præsuppono, quod q̄ testator prælegat vni ex suis hæredibus, licet pro parte, nõ valens, cum a se ipso legari nõ possit. l. legatum est, s. primo, supra de leg. primo. tamen creditur testatorem uelle, quod totum habeat, etiam si aliquo casu non habeat hæreditatem. l. qui filiius, s. fin. na. cum l. sequen. eodem titu. & l. post emancipationem. s. fina. de legat. 3. Et ideo quando illum grauat de restituenda hæreditate cohæredi, videtur omnino uelle, quod totum prælegatum retineat etiam pro parte sua hæreditaria, in qua nõ valebat. & istud probatur etiam in d. l. Titia, in ver. respondi, Titium legata integra retinere debere. Quod absque dubio procedit in eo. tex. etiam si testator in grauando non dixisset, detracta quarta, licet tunc tota portio hæreditaria veniret imputanda, vt ibi dicitur in fin. Quo sic posito, dico, quod quando testator in grauamine dixit, detracta quarta, intellexit scilicet ultra prædia prælegata, & respectu eorum, quæ restituenda erant. Exemplum: Finge quod in hæreditate erant septuaginta duo, & prædia prælegata valebant duodecim, quibus detractis in hæreditate restabant sexaginta. Et sic licet ille Titius frater, in tertia parte institutus, esset pro tali tertia institutus in viginti quatuor, tamen detractis prædijs prælegatis, nõ dicitur grauari, nisi in viginti. Et cum testator grauando dixerit, detracta quarta, attento quod non intendebat grauari in prædijs prælegatis, sed in reliquo, hoc est ad illa viginti, dicitur voluisse, vt de illis viginti detrahat quartam, quæ erit in quinque.

Sed tunc posset dicere Titius, cum sim habiturus quartam ex expressa testantis voluntate, ego volo ultra prædia quartam totius portionis hæreditariæ, quæ est in viginti quatuor, & sic de illis viginti volo detrahere sex, vt quartam illorũ viginti quatuor. Verum hoc ibi negatur, & dicitur, quod in quartã totius portionis hæreditariæ debet imputare duodecimam partem prædiorum, & sic vnum. Et sic in effectu considerabitur quarta in sex, prout quarta totius portionis hæreditariæ, prout solet dici quarta trebellianica, iuxta l. primam. Cad Trebellian. cum similibus. Quando autem testator de quarta detrahenda non expressisset, tunc in illam, similiter consistentem in sex, imputaretur tota portio hæreditaria illorum prædiorum, & sic quatuor, vt ibi dicitur. Et ita de viginti, ultra prædia, solum retinerentur duo. Et hoc non fit in primo casu, quia creditur testatorem voluisse vt primo integra prædia prælegata habeat, & ex reliquo postea habeat quartam, cum dixerit, quod restituat, retenta quarta, & ita in effectu fit. Prælegata enim per prius, virtualiter loquendo, præcipua ei conceduntur, & quasi quoddam es alienum, & postea detrahitur quarta reliquorum, quæ veniunt restituenda, vt dictum est.

49 Et ad hanc declarationem adduco in simili. Nam, ¶ quando filius grauatatur paternam hereditatem sub conditione restituere, prius detrahit legitimam, vt as alienum, ex reliquo postea quartam pro trebellianica, vt traditur communiter per doct. in l. filium quem habentem. C. fami. erc. si maxime per Bald. in 9. col. l. i. & in c. Raynaldus, de testam. & alibi sapissime, & si tunc filius diceret, ego volo quartam per Trebellianum respectu totius hereditatis, prout illa dicitur quarta hereditatis, respondebitur, quod illam realiter habet, computando in eam quartam partem legitimam per prius detractam. Exemplum, hereditas est in trecentis, legitima vt tertia erit in centum, iuxta auth. nouissima. C. de inoff. test. pro trebellianica postea detrahuntur quinquaginta pro quarta reliquorum ducentorum. & si vis quod habeat septuaginta quinque, prout sunt quarta totius hereditatis, in eam imputabis viginti quinque quae sunt quarta legitima. Hac eadem seu simili consideratione procedit d. l. Titia. in 1. parte. Cogitabis tamen.

Et ex ista declaratione infero, qd si testator iubeat Titium deducere centum, & grauet restituere hereditatem detracta quarta: idem erit de illis centum, si iure hereditario capiantur, quod de tertia portione praediorum dicitur in d. l. Titia, licet omnia capiantur vniformiter, quicquid in contrarium dixerit Imo. & clarus Reperit. mihi col. 29. allegantes Imo. expressè dicentes, quod isto casu non procederet d. l. Titia, sed tota summa deberet imputari, vt per eos. quod etiam videtur voluisse Pau. de Cast. vt supra tetigi, licet aliter exemplificet, vt statim dicam. qui omnes per praedicta non videntur bene loqui.

Et idem videtur, si centum fuerint simpliciter praelegata. Et in illis casibus procedere potest quod dicebat Perusini pro limitatione. l. nostrae in regula affirmatiua. Infero etiam, quod in legatis repudiatis, vel alias non fortientibus effectum, vt exemplificabat Pau. de Cast. non procedit d. l. Titia, prout ipse voluit & §. dixi: in eis enim cessat ratio d. legis. cum in eis non sit expressa voluntas testantis, qd sint haereditas, sicut est in casibus praedictis. Et sic tota imputabuntur in quartam, etiam qd detrahatur secundum expressam voluntatem testatoris. Non tamen id est respectu vniformis acquisitionis, sed quia non fuit illa quantitas coheredi expressè relicta, vt ex praedictis constat.

Infero & tertio, quod si haeredi grauato restituere, detracta quarta a cohærede, esset factum legatum, quod totum capiat iure praelegati, illud totum habebit, & quartam etiam deducet, & si non haberet locum d. l. Titia, circa imputationem quartae partis, cum nihil capiat iure hereditario. Nec etiam procederet lista in secunda parte, quia regula istius legis procedit in dubio, quoad scilicet de alia voluntate testantis non constat, quia cum praelegauerit, & dixerit etiam quod quartam deducat, intelligitur scilicet, de hereditate restituenda, per ea quae dicta sunt, cogita super istis.

Aggredior septimam oppositionem Barto. quam facit de l. c. i. pater, in princ. supra de legat. secundo. & de l. deducta. §. nummis, infra ad Trebell. qui respondet vt per eum. ex cuius dictis facio tres conclusiones.

50 Prima sit, ¶ quod si haeredi grauato praelegatur pecunia hereditaria a cohærede vel eius cohæredis substituto, solum pro parte imputatur in falcidiam. Ratio est, quia solum pro sua parte capit haerediario iure, ergo &c. per istum text. Fundamentum Bartol. est in l. id autem, versiculo sane, supra eod. vbi pecunia peculiaris, & sic hereditaria, pro parte tantum imputatur, cum solum pro parte iure hereditario capiat. Doctores super hoc scribunt plura & varia, & pro maiori parte reprehendunt Bartol. vt per Reperit. in sexto notabili. Ego multis dimissis, consulendo breuiatati, conclusiue ponam, quod credo verum. Et puto considerandos esse quatuor casus. Nam aliquando & primo capitur pecunia hereditaria, in specie demonstrata: puta signata in sacco, & dico quod opinio Bartol. est verissima eo casu, quia tunc talis pecunia pro specie habetur. l. plene, la prima. §. primo, & l. sed & si certos, supra de leg. primo. sicut ergo species hereditaria solum pro parte in falcidiam imputaretur, ita & in tali pecunia dici debet. Et si isto casu Bartol. intelligas, non meruit reprehendi. Et idem esset in trebellianica per l. istam in versiculo, ¶ pro ea vero parte &c.

Aliquando & secundo, non sic ostenditur pecunia, sed simpliciter cohæres grauatatur dare centum ex hereditate communi, vel ex tota hereditate. Et tunc idem dicendum puto, ex eo quia constant testatore voluisse, quod de hereditaria & communi pecunia soluantur. Et sic etiam in hoc casu Barto. bene loqueretur. Et optime pro eius conclusione facit d. l. id autem, secundo responsio.

Aliquando & tertio solum dicitur, quod Titius solutus sibi certum a cohærede de hereditate ei restituat suam partem hereditatis, & non constat ex aliquibus verbis, quod testator intellexerit de communi, & casus iste videtur dubius. Primo enim videtur idem dicendum, quod in precedentibus, & hoc forte voluit hic

Bar. Nam cum dictum fuerit de hereditate, videtur intelligendum de tota, & sic de communi, ¶ quia indefinita aequipollet vniuersali. l. si pluribus, supra de lega. secundo. & l. si plures, supra de leg. tertio, cum similibus. Pro quo etiam facit d. l. id autem, secundo respon. prout ibi soluitur de pecunia communi, & imputatur solum pars, quae capitur hereditario iure. Et in hanc opinionem videtur inclinare Alex. hic in 5. col. Sed in contrarium facit, quia videtur, quod immo haeres grauatus nihil capiat iure hereditario, sed cohæres videtur grauatus dare de sua portione. Nam sicut quando quis grauatatur restituere acceptis centum ex hereditate, intelligitur scilicet sua portione. d. l. deducta. §. nummis, infra ad Trebell. & l. cum pater. §. 1. supra de leg. secundo. Ita per contrarium videtur isto casu, qd cohæres soluere debeat de sua portione, cum contrarium sit eadem disciplina, iuxta tradita per Doctores vbi plene dixi, infra de acquir. possess. in Rubrica.

Nec verbum, de hereditate, videtur obstare, quia etiam tunc dicitur soluere de hereditate, scilicet ad se spectante. Et istud suadet etiam ex vi verborum, quia proprie loquendo de portione aliter soluere non posset. Facit etiam secundum Perusini. quia ¶ in testamentis fit latior interpretatio. l. in testamentis, infra de reg. iur. Latior autem erit modo praedicto, quia scilicet legatum valebit in totum, cum alias pro parte tantum, quia a se ipso legatum factum non valet. l. & quidem, supra de leg. primo, & l. legatum est. §. primo, eodem titulo.

Ego licet valde dubitem, sum tamen procliuor in hanc partem, quam etiam Reperit & Perus. sequuntur, per praedicta, & maxime per primum fundamentum. facit etiam l. qui heredi, §. fina. supra titulo primo, vbi de hoc videtur tex. nisi dicas, qd ibi non fuit expressum de hereditate.

Et per praedicta colligitur responsio ad allegata in contrarium. Nam dum primo dicebatur quod indefinita aequipollet vniuersali &c. respondetur, quod non procedit, vbi eadem ratio non reperitur, vt per Bartolum in d. l. si pluribus, & per Dynum in Rubrica de reg. iur. libro sexto. Sed hic non est eadem ratio, ergo &c. id autem ostenditur, quia quando indefinite dicitur, intelligitur scilicet ad grauatum pertinere, & sic non de vniuersali seu de tota, cum verba personam eius respiciant, argumento d. §. nummis, vt supra dictum est.

Non obstat secundo d. l. id autem, vers. sane, quia ibi statuliber non poterat dici iussus accipere magis de vna parte, quam de alia, cum nulla ad eum spectaret nisi administratio, & eo respectu totum peculium. Secus est in casu nostro, quia ad illum cohæredem portio pleno iure spectabat: & ideo eo respectu debet dici grauatus. Et ita defenditur ista opinio.

Nec forte contrarium sensit Alex. hic, quia ipse loquitur, quoad fuit dictum de pecunia hereditaria reperta in hereditate, per quae verba videtur habitus respectus ad totam hereditatem, cum in ea tota testator relinquat pecuniam. Non sic forte arguunt verba illa simplicia de hereditate. Sed quicquid fuerit de intentione Alex. ita videtur tenendum. Et licet articulus sit dubius, & hinc inde disputabilis, tamen (vt dixi) ego in hanc opinionem procliuor sum. Et eam tenendo sequitur, qd haeres dicitur totam illam pecuniam habere iure praelegati: & ideo ex ea nihil in falcidiam imputabit, vt hic in princ. sed in Trebellianicam imputaret totam per istum tex. in secunda parte.

Sed tenendo aliam opinionem cum Bar. & sic qd partem iure hereditario capiat, & partem iure praelegati, illam solum partem imputabit tam in falcidiam, quam in trebellianicam, quam iure hereditario capiet, cum difformiter accipiat, vt hic in vers. pro ea vero parte &c. Aliquando & quarto, & vltimo pecunia simpliciter praelegatur, nec dicitur qd vnus capiat aut alter soluat: & tunc videtur dici posse, qd si pecunia sit in hereditate, capiat difformiter, quia in dubio potest credi testatorem voluisse legare de illa pecunia, quae sit in eius hereditate, argumento l. si domus. §. fina. supra de lega. 1. & in hoc casu etiam potest saluari conclusio Bar. de qua supra. Si vero in hereditate non sit pecunia, dubitari potest per ea, qd tradit hic Caro. Ruin. verum quicquid ipse dicat, puto idem etiam isto casu dicendum, quia tunc censetur tota hereditas grauata in dicta pecunia inuenienda, inuenietur ergo de bonis communibus vel aliquid hereditarium pro tali pecunia soluatur. Et sic etiam tunc, & ita in toto isto quarto casu simpliciter accepto, Bar. bene loqueretur. cogitabis tamen.

53 Secunda conclusio Bar. est, quod ¶ si vnus haeres grauetur dare pecuniam non hereditariam, & illud aperte cognoscatur, ita vt in dubium reuocari nequeat, cohæres illam recipiens dicitur totam iure praelegati recipere: & ideo in falcidiam nihil ex ea imputabit, sed in trebellianicam imputabit totam, per istum tex. in prima & secunda parte. Hanc conclusionem sequuntur omnes & de plano procedit in isto casu. Quando autem dubitaretur, de qua pecunia senserit testator, videtur posse dubitari. Et videtur, qd hoc pendeat a dictis supra in praecedenti conclusione in tertio casu. Et tenendo, quod ibi tenui, videtur adhuc idem etiam isto casu dicendum. Quoniam, esto, quod de hereditaria senserit, debet tamen

D. Maria. Soc. Iuni. in l. In quartam

tamen intelligi de portione cohæredis grauati per ea, quæ ibi illa-
tius dicta fuerunt.

54 Tertia, & ultima sit conclusio, quod si hæres grauatus iube-
tur restituere retentis vel deductis centum, etiam si dictum sit de
hæreditate, dicitur tota centum habere iure hæreditario, quia
scilicet intelligitur, quod retineat, vel deducat, sua parte hæredi-
tatis, vt d. §. nummis, & d. l. cum pater, in prin. supra de leg. 2. & sic
sequitur quod totum imputabit tam in falcidiam, quam in Trebel-
lianicam, vt in d. §. nummis.

Sup octaua & nona oppositione dic vt per Bar. cui nihil est ad
dendū, nisi quatenus sumatur ex dictis supra circa primam & se-
cundam oppositionem Bar. Solum si in octaua oppositione quæ
ratur, an in terminis l. si a me, supra eod. de qua Bar. opponit, fiat
imputatio in quartam in fauorē illius legatarij, qui hæredi post
tempus dabit, solus Ruin. tangit hic, & concludit quod non.

Nec secundum eum obstat l. Nefennius, §. eo. cum similibus,
quia loquitur quando hæres capit quid de nouo, sed ibi restituit,
quod iam ipse dederat, vt per eum. Ego tenerem contrariū, prout
etiam videtur velle Comen. in d. l. si a me, declarando tamen vt
per eum. si quod talis imputatio fiet in effectu, quando post tem-
pus restituatur, quia tanto minus dabitur, quanto fuerat legatario
detrahendum ratione falcidiae.

Nec obstat consideratio Ruin. de receptione, nec est attenden-
da, quia vt ibi dicitur, non redit in eandem causam. vt. f. hæres iure
hæreditario, sed incipit iure fideicommissi habere. Vnde cum
vigeat æquitas d. l. Nefennius, & nihil obstat, videtur dicendum
quod ei sit locus, declarando tamen, vt supra dixi.

Capio modo decimam oppositionem Bar. & ex dictis eius, ad
verbum prius declaratis, collige quatuor conclusiones.

55 Prima sit, quod illud quod recipit loco pretij rei hæreditariæ, im-
putatur in falcidiam quo ad oēs legatarios, vt probatur in l. qui
fundum, in prin. & in l. si digni, §. eo. cum Bar. transeunt Docto.
Rō est fm eū (licet Repetentes addāt tanquā Bar. non dixerit) quia
tūc pretij succedit loco rei hæreditariæ, merito dicitur capi iure
hæreditario; & ideo imputatur secundum regulam istius legis.

56 Secunda est conclusio, quod datum hæredi causa conditionis
implendæ, quo ad alios legatarios, qui non dederunt, nō im-
putatur in Falcidiam. Hoc est expeditum, & omnes vbiq; te-
nent, & est tex. hic, in l. ad veterani. §. j. & l. si fundus legatur, §. eo
dem. Limita hanc conclusionem duobus modis.

Primo, nisi testator contrarium voluerit. Nam, cum in istis im-
putationibus ante omnia sit inspicienda voluntas testatoris, vt
dixi in 2. opposit. & j. etiam dicitur, sequitur, quod si constat, testato-
rem voluisse quod imputetur quod ita conditionis implendæ gra-
tia datur, debet fieri talis imputatio, arg. l. quod autem, & l. cum
quo, in fi. supra eod.

Secundo, quando sic datum, aliquo modo, iure hæreditario
caperetur. Exemplum. Si cohæres eo modo daret rem hæredita-
riam, sic ordinante testatore, nam tunc pro parte recipientis im-
putabitur, cum iure hæreditario capiatur per l. istam. Ita dicit hic
Ang. & sequuntur Repetent.

Et licet simpliciter videatur dicendum, quod sic datum, capiatur
causa mortis, vt l. id autem, in prin. §. eodem cum similibus, tamē
negari non potest, quin hæres partem iure hæreditario capiat, s. p
sua portione hæreditatis, vt d. l. id autem, vers. sane si a statuli be-
ro. Adde quod Ripa hic in fine tenet contrarium, vt per eum, sed lo-
quitur contra d. l. id autem, secundo responso. Item exemplifica,
si id quod eo modo datur, daretur, vt dissolueret naturalem obli-
gationem, inuentam in hæreditate, vt probatur in l. si pupillus, in
prin. §. eo. ita Alex. & Repet. quod nō. Et ratio est, quia tunc dicitur
capi hæreditario iure, eo quod per talem dationem extinguitur
naturalis obligatio.

57 Tertia sit conclusio, quod datum gratia conditionis imple-
ndæ, nec etiam danti prodest, vt imputetur, si hæres, legatum pos-
sicens, conueniatur, & ita de exceptione agi non possit. Et cum
Bar. in hoc transeunt Doctores & non videtur super eo dubitā-
dum, quia nec etiam legatum, vel fideicommissum ipsi danti
prodesset, quando de exceptione, vel replicatione agi non pos-
set. Eo enim casu non procedit æquitas dictæ l. Nefennius, su-
pra eodem, vt dictum fuit in tertia oppositione. Et ita se habet
communis opinio. Licet ergo clarum sit, illam æquitatem pro-
cedere respectu eius, quod datur cohæredi grauato iure legati,
vel fideicommissi, prout loquitur d. l. Nefennius, in princ. & l. si-
lio, infra eodem, tamen solum procedit, quando cohæres simul
& legatarius possidet, ita quod posset agi de exceptione, ut per
Bar. & alios.

Sed contra hoc videtur l. hæredi, in fin. supra de his quibus vt
indig. vbi portio prælegata, & sic imputanda in Falcidiam, erat
perdita, & transferat ad fiscum, & sic ille cohæres, & in parte le-
gatarius, cui erat Falcidia detrahenda, nec quicquam ab eo pete-
batur, sed possidebat alius, a quo petebatur, & tamen procedit
æquitas dictæ l. Nefennius. Secundo facit, nam prædicta com-
pensatio & sic æquitas illa videtur fieri ex præsumpta mente

testantis, qui hincinde dari voluit, vnde videtur quod hoc simpli-
citer procedat, etiam quod ille non possideat, & sic de exceptio-
ne videatur tractandum, si velis dicere etiam quod nihil petat,
semper enim adesse videatur eadem præsumpta mens defun-
cti. Tertio etiam facit, quia non videtur, quod debeat nocere
cohæredi, quod sponte soluerit, & sic vltro voluntatem testan-
tis impleuerit. Ne alioquin sit deterioris conditionis, qui spon-
te votum testantis implet, quam qui morosus quodammodo ex-
pectat a se peti.

Eo etiam addito, quod cohæres recipiendo sibi factum præle-
gatum, videtur consentire omnibus effectibus inde provenien-
tibus, & se obligare ad implendam voluntatem testatoris, argu-
men. l. si cui, in prin. supra titulo primo. Et ita hanc opinionem
contra communem videtur firmare Ruin. hic, quæ pulchra est
in disputatione. Nec tunc obstat d. l. Nefennius, ibi, vel doli ex-
ceptione &c. Quia responderi potest, quod text. loquitur quare
do, & per disunctiuam. Vnde dicam, quod in responsione de-
bet similiter disunctiue intelligi, scilicet, quod non possit vti fal-
cidia, secundum quod ibi dicitur. s. si ab eo legatum petatur, vel
doli exceptione repellatur, si ipse falcidiam petat, vel aliud, ita
vel vt locus esse possit exceptioni prædictæ. Et sic ista opinio cō-
tra communem facile potest sustineri. Si tamen vis tueri com-
munem opinionem, potest responderi ad contraria. Nam ad d.
l. hæredi, primo loco allegatam potest dici, quod immo hæres,
qui volebat vti falcidia, ibi non possidebat, sed cohæres, & ab
eo petebatur pro falcidia detrahenda secundum Barto. hic. Et
hoc videtur satis tolerandum, vt iura iuribus concordentur iux-
ta l. primam. C. de inoffi. dot. & c. cum expediat, de electione li-
bro sexto. Et suadet etiam, quia sicut ibi ex altera parte iam
res translata erant, & ita in fiscum peruenierant, attento quod
ibi dicitur, amittis portionibus &c. Ira etiam potest dici ex par-
te sua, vt scilicet ille cohæres inde habeat res sibi prælegatas, vt
sic ab eo propter falcidiam sit facienda petitio, & sic de exceptio-
ne sit tractandum.

Ad secundum respondetur, quod immo voluntas testatoris
præsumitur talis, solum quando concurrat æquitas exceptionis,
sic lege interpretante. Nam si lex fundat intentionem suam in
æquitate tali, sic debet voluntas testantis interpretari, vt sic dica-
tur conformis dispositioni legali, iuxta tradita per gloss. & docto-
res in l. si duo, supra de acquir. hæredita. & in l. hæredes mei, §.
cum ita, infra ad Trebel. vbi plene dicitur. Ad tertium potest di-
ci, quod ille debet sibi imputare, qui vltro soluit, quia pro iure
suo conseruando debebat expectare, cum sciret vel scire præsu-
meretur iuris dispositionem. l. leges sacratissimæ. C. de leg. Nam
& alias in simili sic accidit, vt solues sibi in aliquo præiudicet, vt
l. si in area, supra de cond. indeb. cum similibus. Ad quod bene
facit l. ex quibus causis, supra de condi. indeb. Et ex his tollitur
etiam quod vltimo loco dicebatur, argumento l. si cui, supra titu-
lo primo. Nam dicam, quod heres recipiendo in aliquo non ob-
ligatur, cum ex legis ordine prædicta æquitas compensationis
sit sublata per solutionem. Si enim ita volumus esse de iure, qui
recipit, non potest ad dictam compensationem obligari, quæ ip-
sa solutione perimitur. Cogita super istis, quia ego non habeo
pro securis, maxime illam responsionem ad d. l. hæredi, quia vi-
detur diuiniatua, ac etiam restrictiua illius text. Et vbi propter
hoc illa responsio non placeat, & meliorem non inuenias, po-
test facillime teneri opinio contra communem. Cogitabis.

Et vbi acceptes responsionem prædictam, adhuc cogita, an
possit dici, quod aut loquitur de possessione rei dandæ per co-
hæredem, eundemque legatarium hæredi grauato, & potest te-
neri, quod æquitas d. l. Nefennius, procedat, si ille possideat, cui
Falcidia venit detrahenda, quod est vltra casum & consideratio-
nem Bar. & videtur probari in d. l. Nefennius, ibi, sed cum is qui
legatum præstatum est, aliquid ab eodem ex testamento petat
&c. Nam qui falcidia vti vult, petens sibi datum prælegatum, nō
est audiendus, vt ibi dicitur. Aut loquimur de possessione rei le-
gata, de qua grauatus heres vult falcidiam detrahere, & tūc que-
rit quid dicant Barto. & alij, potest teneri, quod adhuc procedat illa
æquitas, licet adhuc hæres grauatus & falcidiam prætendens
possideat, & sic cohæres legatarius non possideat, si modo possi-
deat rem, quam ipse daturus sit. Etenim hoc ei satis videtur, quod
niam etiam tunc potest habere locum exceptio vel replicatio se-
cundum ea, quæ dicta fuerunt supra in tertia oppositione.

58 Quarta & vltima conclusio Barto. est, quod datum gratia condi-
tionis implendæ prodest ipsi danti respectu falcidiae, sibi detra-
hendæ, vbi de exceptione agi potest, declarando vt per Bar. cum
quo in hoc transeunt Angel. Paul. de Castr. Cuma. & Alex. hic
Quod etiam voluit Bald. in l. filium quem habentem. col. 4. C. fa-
mil. erci. fund. & Sal. in l. penul. C. eod.

Fundamentum est, quia ratio quæ est in legato seu prælegato,
de quo loquitur d. l. Nefennius, & d. l. filio. §. æquitas compensatio-
nis, vt dicitur iuribus, videtur pariter & eodem modo esse in dato
gratia conditionis implendæ. Nam etiam eo casu poterit, qui dedit,

si possideat, se tueri ope exceptionis, vt per Barto. Confirmatur, quia in l. nostra quo ad imputationem in falcidiam æquiparantur data causa cõditionis implendæ ipsi hæredi, & legata eidem facta: neutrum enim in falcidia imputatur. Vnde similiter debent in hoc æquiparari, vt respectu dantis imputentur, ita data, vt supra, sicut ipsa legata per locum ab æquiparatis. Cõtrarium tamen tenuit Cyn. in d. l. penult. C. eodem, & alii quidam, & ita etiam Imol. hic sequuntur Repetentes, & uidentur sequi etiam nouissimi Perusini. Mouentur omnes per l. istam cum similibus, dum simpliciter, & generaliter dicitur, datum gratia conditionis implendæ non imputari in falcidiam. Vnde cum generaliter, & indistincte iura loquantur, debet generaliter intelligi per iura uulgaria.

Sed hoc parum uidetur uirgere, quia ista generalitas debet intelligi respectu aliorum ab eo, qui dedit, vel quando hæres possidet legatum, ita vt de exceptione agi non possit non autem procedit respectu eius, qui dedit, si de exceptione potest agi, & hoc propter æquitatem. d. l. Nefennius, cum similibus.

Non enim est nouum legem, licet generalem per aliam legem distingui & declarari. l. non est nouum. s. de legi. Nam & in legato lex ista simpliciter dicit, quod in falcidiam non imputatur, & tamen debet intelligi præterquam respectu soluentis per d. l. Nefennius, cum similibus.

Sed aduertendum est, quia totum hoc procederet, si esset eadem ratio, quæ est in legatis, seu eadem æquitas: quod negant hic Repetentes. Nam in legato, vel fideicommissio. i. quia hæredi est relictum gratia sui, & potest illud petere ab inuito cohærede, vel legatario, & cum habeat illud commodum, seu sit in eo honoratus, conuenit ut dicatur grauatius sibi imputare in fauorem soluentis, argumento l. eum qui. ff. de iureiur. Ista ratio, seu æquitas sic considerata non uult procedere in dato gratia conditionis implendæ, cum illud detur principaliter in fauorem dantis, vt scilicet impleta conditione legatum consequatur. Immo nec in consequentiam datur in hæredis fauorem, sed in damnũ potius, cum ex eo teneatur ad legatum, quod alias non ualere. fm hanc considerationem si uis hanc opinionem tenere, constat allegata pro Bar. & cõi non obstat. Nam dum primo dicebatur eandem rationem, vel æquitatem considerari, negatur, ut dictum est.

Et ad secundum respondetur, quod argumentum ab æquiparatis tollitur ex diuersitate rationis. Nec ualet consequentia duo, vel plura in aliquo æquiparantur, ergo in omnibus a pari procedur, ut de se notum est. Ista quæstio apud me est multum dubia, & facile disputando utraque opinio sustineri posset. In dubio tamen non uidetur a communi opinione recedendum, quia uidetur eadem æquitas. Nam negari non potest, quin hæres illud, quod sibi eo modo datur, habeat a legatario, & ex iudicio testatoris. Et ideo uidetur, quod similiter exceptio opponi possit, sicut fit in legato, & uiget eadem æquitas, vt scilicet quod a me recipis, imputes in quartam in mei fauorem.

Non obstat ratio Repetentium, supra posita (quam in effectu ponunt etiam Perusini) quia respondetur, quod immo recte considerando, etiam datum gratia implendæ conditionis, dicitur fauore hæredis dari ex ordine testatoris, cum potuisset pure legare. Quod si fecisset, legatum ab initio ualuisse, & hæres nihil susciperet. Sed isto casu, nisi prius detur pro implendæ conditione, legatum non ualere. Cogitabis tamen, quia ut dixi, punctus est ualde dubius. Et si disputado uis tenere opinionem contra communem, dicas quod pro ea primo facit, ex mente Imole, quoniam l. Nefennius, uidetur fundari in eo, quod hæres, quid petens ex testamento, non debet uti falcidia contra eum, a quo petit, si id, quod petit, eam suppleat, quasi compensatio quadam hinc inde fiat. Hoc autem in dato, vel dando causa conditionis implendæ non cadit, quia peti non potest: & etiam quia de falcidia detrahenda agi non potest, nisi post datum, cum prius legatum peti non possit: ergo uidetur in eo cessare ratio, & æquitas. d. l. Nefennius. & si dicas, quod immo in d. l. Nefennius, est uerbum, percepturus, quod etiam dato causa implendæ conditionis conuenit. Respondebo, quod illud uerbum declaratur a præcedentibus, & sic intelligi debet per uiam legati, vel fideicommissi, & sic in eo casu, quo dabitur petitio. Secundo urget l. si fundus legatus. supra eodem. Et dicere, quod ille text. non procedit, si casu legatum uenerit ad manus legatarii, uidetur contra illum textum in sui generalitate, & satis durum esset, text. illum sic restringere, cum semper uigeat ratio d. legis. Immo uidetur quod ille text. determinet hanc questionem, cum agatur de falcidia detrahenda illi, qui dedit causam conditionis implendæ plusquam tibi detrahi posset, & tamen ibi dicitur quod legatum illud patitur falcidiam.

Tertio optimè facit lex nostra in fin. Nam, si in casu, de quo hic, fit computatio centum legatis, vt in text. dicitur, & quidem propter falcidiam, sequitur, quod etiam de illis detrahitur falcidia, & tamen text. dicit, quod quinquaginta data causa implendæ conditionis, in eam non imputantur. & ita legem nostram intelligendo, non erat superfluus iste finis.

Nec ita tenendo obstat d. l. Nefennius, cum similibus, quia loquitur in prælegatis vel fideicommissis, & ratione, de qua s. quæ in dato causa implendæ cõditionis non procedit, ut dictum est. Nec dicas, quod etiam in sic dato, uidetur idem effectus. s. vt hæres habeat ab eo, a quo falcidia uult detrahere: quoniam respon detur, & immo talis effectus non uidetur simpliciter considerari. s. quod habeat ut ab initio exigi possit: qui effectus cessat in dato gratia conditionis implendæ. Cogita super istis.

Ex dictis Bar. in uidecima oppositione collige hanc conclusionem, quod illud, quod datur hæredi in vim modi, imputatur in falcidiam, quasi loco rei succedens, sicut id, quod datur loco pretij, ut fuit dictum in præcedenti oppositione per l. in ratione. s. tametsi, supra eodem. iuncta glossella in ver. figura. cum Bar. transeunt Doctores. Sed aduerte, quia mihi uidetur ualde dubia, si quidem non uidetur in proposito faciendæ differentia inter datum in vim modi, & datum causa conditionis implendæ, quia non uideo, quod unum, magis quam aliud, succedat loco rei, ita ut possit dici res hæreditaria. siue ergo dicam lego tibi fundum, ut des centum hæredi, siue, si centum hæredi dederis nullo casu centum dicantur pretium fundi, sed dantur, quia sic testator ordinauit, sicut etiam, si hæredi esset aliquid in re legato, vel fideicommissi relicto, sic igitur uidetur, quod in his neutrum in falcidiam imputetur, cum iure hæreditario non capitur. Et licet modus & conditio in aliquo differant, ut l. si quis seruum, s. titulo primo, allegata hic per Bartol. & ea quæ habentur in l. quibus diebus. s. Termilius, eo. titulo, tamen non debent differre circa imputationem, cum neutrum loco rei hæreditariæ capiatur.

Non obstat d. s. tametsi, quia, quicquid ibi dicat gloss. de modo, ille text. non debet sic intelligi, sed loquitur in eo, quod datur pro pretio rei, sicut loquitur l. qui fundum, in principio. & l. si dignum, supra eod. Merito ergo, tunc rem ipsam representet, & eius loco succedat, imputatur, ut dictum fuit supra in prima conclusione præcedentis oppositionis. Nec obstat uerbum, quemadmodum, in d. s. tametsi, quia ibi stat tantum exemplificatiue, non autem similitudinarie secundum Dy. ibi. Et si recte quis aduertat, ista sunt de intentione Ang. ibi, qui etiam uult, quod in eo text. non fiat transitus actionum ex Trebellianico, quia non loquitur in fideicommissio uniuersali, sed transeunt ex titulo de hæreditate, vel actione vendita, quia in eo casu tantum loquitur. Quod mihi placet. Et ex eo ad plura notanda inferas, ut ibi per Ang. Cogita super ista reprobatione Bar. quia quæ dixi puto uera, licet uideantur contra Doct. hic.

Ponit modo Bar. ex dictis in præcedentibus oppositionibus suam dist. quam per te uideas, & dicas circa dicta Bar. prout constat ex dictis oppositionibus. Approba ergo, vel reproba conclusiones Bar. in hac distinct. secundum quod supra dictum fuit.

ueniamus cum Bart. ad secundam partem, in qua tractatur de Treb. Et circa primam oppositionem, quæ facit de isto text. in ver. pro ea uero parte ad se ipsum, in 2. par. simul iunctis, dic ut p. Bar.

In secunda oppositione ex dictis per eum collige duo. Primum est, quod datum causa conditionis implendæ, non dicitur legatum, aut fideicommissum. Ratio, quia posita in conditione non sunt in dispositione. l. si quis sub conditione damnorum decem. s. si quis omni. cau. testa. & l. 4. s. de rebus dub. Hæc conclusio uerissima est, & communis. Maxime capiendõ fideicommissum proprie, ut ex testamento peti possit, sed capiendõ largè, forte aliud esset, ut infra dicitur.

Secundum, quod colligitur ex dictis Bar. est declaratio, & intellectus ad l. istam in uer. sed & quod implendæ conditionis, & c. ut. f. dicamus fideicommissum hæredi datur, id est, iniungitur ab eo præstandum, ut per Barto. & iste intellectus magis communiter approbatur, ut per Ale. & Repetentes.

Pro quo ultra alios facit l. in testamento, la prima, in si iuncta glo. C. de testa. mili. dum ibi dicitur, tibi, & glo. dicit, id est a te. Verum mihi (prout & aliis multis) semper displicuit, quia uidetur repugnare uerbis, & menti Iuriconsulti. Nam hic text. præsupponit, quod fideicommissum est id, quod datur gratia conditionis implendæ, quod Barto. negat. Nec expositio sua uidetur tolerabilis, quia nil aliud est dicere datur. i. iniungitur, quam exponere quodam modo album pro nigro, & cõmodi pro onere.

Quare in hoc text. pro eius intellectu uariant Moderni, & fere quot capita, tot sententiæ reperiuntur.

Perusini hic dicunt, quod id, quod datur gratia implendæ conditionis, potest dici fideicommissum ex parte eius, qui dat, licet non eius, qui recipit. Vel secundo potest dici fideicommissum, postquam est datum, non autem antequam detur. Vel tertio, quod potest sic dici, respectu testatoris, non respectu eorum, in quos disponitur. Sed ego nihil istorum probarem, prout etiam nostris quibusdam uisum fuit. Nam ad primum dico, uerum esse, quod fidei. semp dicitur ex parte eius, qui dat, cuius fidei aliquid committitur, ut. f. det, vel faciat, sed postea assumitur nomen, & dicitur simpliciter fideicommissum.

Ad secundum dici potest, quod si faciendæ esset illa differentia, Mar. Soc. Iun. Prima Pars. Ec esset

D. Maria. Soc. Iun. in l. In quartam.

esset facienda per contrarium, cum antequam datur, fiet fideicommissum in fide eius, qui daturus est, postea vero, omnia sunt expleta. Et si quando dicitur, aliquid fideicommissum, post datum: dico quod tale nomen retinet, respectu principij.

Ad tertium dico, quod videtur ridiculum, quia inno testator noluit quicquam firmiter disponere, sed solum ponendo in conditione, voluit id esse in arbitrio honorati. Et ubi in casu isto deberet dici fideicommissum respectu alicuius personæ, certè deberet id fieri respectu dantis, quia in eius arbitrio est dare, non respectu testatoris. Reiectis itaque his tribus intellectibus, & illo Bar. quidam quinto loco dicebat fideicommissum, id est propter fideicommissum datur hæredi, &c. & est satis planus sensus, quia ille dat causam implendæ conditionis propter fideicommissum, quod consequi eo modo intendit. Verum hoc non congruit verbis istius text. nec talis expositio videtur toleranda, quia apud Grammaticos, aut in lingua Latina forte nunquam reperitur. Unde nouissimi quidam nostri in d. l. Filium quem habentem, mihi col. 21. & 22. aliter & sexto loco intelligunt istum text. (in eo plurimum se iactantes) sic enim declarando dicunt, fideicommissum hæredi datur, scilicet a cohærede, sic testatore iubente, causa implendæ conditionis. hoc est si ipse hæres decem, puta, daret, & sic uolunt quod fideicommissum dicitur dari hæredi causa implendæ conditionis, hoc est, quia hæres conditionem implebit propter fideicommissum, vel ea causa, quia hæres conditionem implet, datur ei fideicommissum, & ita uolet, quod ex una parte conditio impleatur, ex alia detur fideicommissum. Et declarando istum text. dicunt, quod est tale fideicommissum totum imputatur in falcidiâ, capiendo. scilicet, ut puto, pro trebellianica, tãcti pro eo hæres aliquis soluerit, subdentes, quod in hoc iste text. est sing.

Iste intellectus mihi non placet ex pluribus. Primo, quia repugnat uerbis text. quæ important fideicommissum esse illud idem, quod datur causa conditionis implendæ, & non ex alia parte.

Secundo, quia secundum talem intellectum non diceretur dari causam implendæ conditionis, sed potius impleta, quia nõ alias esset dandum fideicommissum, quam impleta conditione. Tertio, quia nõ habeo pro securo: quod ipsi inferunt ex suo intellectu. Nam respectu eius, qui dat causam conditionis implendæ, fideicommissum quod recipit, dicitur esse solum in eo, quod superest, detracto eo, quod dedit. l. non amplius, in princ. supra de lega. 1. & l. si hoc. §. 1. supra titu. proximi licet aliquid sit dicendum alio respectu, ut hic in fine. Hic uero ageretur respectu eius quantum scilicet ei sit imputandum in trebellianicam, super quo tamen cogitabis.

Reperio septimo loco, quod R. u. hic dicit, quod fideicommissum datur hæredi, si decem dederit Gaio: & sic cum causa conditionis implendæ, & dubitatur, an totum fideicommissum imputaretur in quartam, cum non totum uideatur habere propter id, quod dat causam implendæ conditionis, iuxta d. l. non amplius &c. Et concluditur totum imputari, quia lex falcidia respicit actum legandi, seu ipsum legatum, prout fit. Et si propter hoc hæres aliquo modo damnus patitur, cum imputet plusquam apud eum remaneat, sibi imputet, cur fideicommissum acceptauerit, argu. l. si cui, in prin. §. utu. 1.

Sed iste est in effectu intellectus nostrorum Senens. in d. l. filium quem hñtem, de quo supra, & ideo sicut supra illum reprobauimus, ita etiam & nunc reprobo. Eo etiam addito, quod cum R. u. uideatur loqui respectu falcidiæ, ut uerba eius sonare uidentur, si id uoluit, in hoc etiam male loquitur, quia iste text. in illo uersic. loquitur de trebellianica, prout satis constat iungendo illum cum præcedenti, & ita etiam communiter intelligitur, ut per Bar. & alios in diuisione huius legis, & supra etiam dictum fuit in figuratiõne casus.

Quare octauo loco cogitabam dici posse, quod iste text. mendo se legatur, fideicommissum, & quod legi debeat fideicommissum, & omnia de plano procedunt, quia uere aliquid datur causa implendæ conditionis fideicommissum, id est quæ erat adiecta fideicommissum, & facile credi potest fuisse erratum in scribendo, eo forte, quod aliqui libri habent fideicom. diminutum, & scriptor, qui fortasse ultra non intelligebat, uoluit complere uerbum, & scripsit fideicommissum, & adhuc reperiuntur aliqui libri in quibus diminute legitur fideicom. Et ego uidi aliquos libros in pressos Parisiis in paruo volumine, ubi in margine dicitur alias fideicommissum. Cogita super hoc, quia ubi acceptes, sopita est omnis quæstio, & nulla remanet difficultas. Sed si hæc literam non probes, propterea quia commuiter legitur fideicommissum, largo quodam modo & abusive, quia in aliquo simile est fideicommissum, & cum eo in multis pari passu ambulat, ut patet in prima & 2. par. l. nostræ, sed hoc, & alij plerique dixerunt. Vel decimo & forte melius, soleo dicere, quod hic præsupponitur fuisse factum expresse fideicommissum de eo, quod implendæ conditionis causa dandum est, & sic eadem rei utrumque nomen conuenit. Puta, si inter cohæres testator unius fideicommissum, quod det alteri decem, & postea grauatur alterum de restituenda hereditate cohæredi, si ei decem dederit:

hoc. n. casu decem sunt fideicommissum, & sunt danda causa implendæ conditionis, & sic uerba text. optime adaptantur. Nota tamen, quia ex post inueni, quod And. Alcia. in li. 6. Paradox. c. 4. prope fi. uidentur ponere hunc nostrum intellectum, uariat tamen ab exemplo meo propter quod potest dici quasi alius intellectus. Ponit. n. exemplum in fundo hereditario, & in eo casu uult text. debere intelligi, ut per eum, qui dicit quod ideo fundus hereditarius, per fideicommissum relictus hæredi grauato totus imputatur in trebellianica, quia datus fuit gratia conditionis implendæ: & quod tali modo datur solet totum imputari, ut per eum. Ego tamen istud non probarem, quia cum tunc ille fundus apud hæredem grauatum esset difformiter, & si uiget ratio de tota in uer. Pro ea uero parte, supra in hac l. non uideo cur debeat totum imputari. Et quod ipse dicit, datum causa conditionis implendæ totum imputari, nihil penitus obstat, quia idem ego dicam de legato, cum & illud solet totum imputari, ut hic in secunda parte. In quo tamen si sit de re hereditaria, in confesso est, non imputari totum, quia difformiter capitur, ut hic in d. uer. pro ea uero parte. Securius itaque uideatur text. istum declarare in quantitate, ut ego supra exemplificauimus.

Vel etiam dici potest, generaliter text. intelligendo secundum quod dixi supra in figuratiõne casus super isto uersic. Sed & quod implendæ, &c. ubi uideas, non repeto. Et ubi intelligas in corpore hereditario, putarem non totum imputari, ut tibi dixi, quicquid dixerit Alciatus in loco præallegato. Cogitabis tamen.

Adde quod Ripa hic aliter intelligit, dicendo, quod datum causa conditionis implendæ potest dici proprie fideicommissum, si a cohærede cohæredi datur, & ita dicit iste text. intelligi, quia tunc in uer. ut cogi potest dare p. l. fideicommissum. §. cum esset, de lega. 3. ut per eum.

Quod quidem licet uideatur satis coloratum, tamen mihi non satisfacit, quia d. §. cum esset, procedit quando dispositio fit per latium absolutum, non sit per modum expresse conditionis, quod & ipse Ripa uidetur pendere, dum dicit istum text. eo modo intelligendum, sed tamen est nimia restrictio. Præterea, tunc non uidetur quod proprie esset datum causa conditionis implendæ, sed potius fideicommissum, ex quo esset in dispositione. Præterea etiam non uidetur text. restringendus ad cohæredem, cum simpliciter loquatur. Nam a legatario potest dari fideicommissum: sed hoc ultimum non obstat, quia d. §. cum esset, procederet etiam in legatario quando posset grauari.

Circa tertiam oppositionem Bar. dic ut per eum iunctis his que dicta fuerunt supra in prima opp. primæ partis.

Quarto opponit Bar. de l. acceptis, infra eo. ex cuius dictis col. 63. lige, quod tunc imputatur in quartam datum gratia implendæ conditionis, quando penes recipientem est remansurum, secus si alteri sit restituendum, ut d. l. acceptis. Doctores hic trãferunt eum Bar. Et hæc conclusio ex intentione Bart. in eo, quod uultimo dixi, procedit etiam si sit restituendum post tempus, ut uidetur casus in d. l. acceptis, ubi post mortem suam ille hæres debebat alteri restituere illa centum. Tu aduerte, quia in hoc conclusio Bar. & sic decisio d. l. uidetur falsa. Etenim uidetur quod tempore, quo retinetur commodum, debet imputari, sicut in simili commodum mediij temporis imputatur in l. in lege falcidia non habetur. supra eo. in prin. Hanc difficultatem mouet Paul. de Cast. in d. l. acceptis, licet non alleget d. l. in lege falcidia, & miratur de decisione illius l. & reliquit cogitandum. Dicens etiam rem fieri magis dubiam, quia posset Titius, de quo ibi, interim decedere ante hæredem, & sic centum illa libere remanerent hæredi, propter quod ostenditur non uideri responsum Iuriconsulij ibi iuridicum, dum simpliciter dicit, illa centum non imputari. Alciand. ibi circa hoc ultimum saluat illam decisionem dicendo, quod hæres præstabit fideicommissario cautionem de satisfaciendo ei, si quid plus per legem falcidiam ab eo detraxerit, ut per eum.

Sed nihil dixit Alex. per quod tollatur primum obiectum de commodum mediij temporis, & apud me uidetur difficillimum contrarium. forte pro resolutione dici potest, quod cautio ille seruiet etiam in hoc, ut si sit restituendum id, quod minus pro falcidia esset retinendum propter tale commodum mediij temporis, & sic in effectu illud commodum imputabitur. sed ab initio id non fit, quia esset incertum quantum percipietur, sicut dixit Alex. non fieri imputationem ab initio, licet ille Titius posset procedere, quia tunc hoc esset incertum, arg. l. non quacunque, in prin. supra de lega. 1. Super quo tamen cogitabis, quia non uideatur par ratio, cum in casu nostro uideatur certum aliquod commodum mediij temporis esse percipiendum. Cogita insuper an pro concordia dici possit, quod l. acceptis, loquatur in quantitate, ex qua non omnis homo percipit commodum, sed tantum in d. l. in lege falcidia, lex autem contraria procedat in re per se ferente fructum, puta in fundo, ex quo quilibet commodum percipere potest. Non tamen hoc satisfacit, quia est magna restrictio ad uerba que legem, ut scilicet d. l. in lege falcidia. restringatur ad legatum fundi, & non procedat in quantitate, & d. l. acceptis, non procedat in industrioso.

Quare iterum cogita, an dici possit, quod si commodum medio tempore potest percipi ex re hereditaria, alteri legata, imputetur, & ita procedat d.l. in lege falcidia, sicut si ex re non hereditaria, vt d.l. acceptis, quae loquitur in centum, extrinsecus datus gratia conditionis implenda. Vel etiam & forte melius dici potest, quod in l. acceptis, non negatur commodum illud imputari, sed tantum dicitur, quod erit locus retentioni quartae: quod intelligitur cum imputatione commodi medij temporis percipiendi, vt sic ille tex. per alias leges declaratur. arg. l. non est nouum. §. de legi. Cogitabis, quia vt dixi, contrarium videtur difficile. Et pro minus periculosa solutione, ego tenerem istam vltimam iunctam prima, quam supra posui de illa cautione, & fortasse ita fensit Alex. in d.l. acceptis, licet non exprimat.

In quinta oppositione dic vt per Bar. Et circa d. l. Titia, satis dictum fuit supra in sexta oppositione primae partis.

Capio sextam, & vltimam oppositionem de l. iubemus. C. ad Trebel. & ex dictis Bar. collige, quod legata, fideicommissa, & data coheredi causa conditionis implenda imputantur in quartam trebellianicam indistincte, etiam quod grauatus haeres sit de liberis primi gradus. Et sic sequitur, quod lex ista & similes de tali imputatione loquuntur, non dicuntur corrigi per d. l. iubemus. Nam illa lex praecise debet intelligi solum respectu fructuum, interim perceptorum, prout vere de eis loquitur. Cum Bart. tenent hic Alexan. Repe. & nouissimi Perusini. Et ante Bar. ita tenuerunt Iaco. de Raue. Iaco. de Aren. & Cy. in l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. contra glo. ibi super ver. parte praedij. in fin. & ita se habet communis opinio.

66 Fundamentum huius opinionis est, quia d. l. iubemus, dicitur correctoria respectu l. in fideicommissariam, in princip. §. ad Trebel. pp. quod non debet extendi ultra casum, in quo loquitur, iuxta tradita coiter per Doct. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Sed ibi solum denegatur imputatio fructuum, ergo de eis tantum intelligatur. Et cum in legatis, & similibus, l. ista cum similibus non reperitur correctio, seruari debet. l. praecipimus, in fi. C. de appel. & l. sancimus. C. de testa. Et roboratur hoc, secundum Bar. hic ex eo, quod in fi. d. l. iubemus, dicitur, quod d. l. illa non procedit in alijs casibus, quam supra expressis. Declarabitur ergo l. illa, vt in legatis, & similibus non procedat per istum tex. & similes cum vna lex per aliam declaratur, distinguatur, & limitetur. l. non est nouum, supra de legi.

Contrariam opin. quod immo l. ista, & similes corrigantur per d. l. iubemus, & sic quod hodie in liberis primi gradus grauatis legata, fideicommissa, & data causa conditionis implenda non imputantur in quartam, tenuit glo. §. allegata, in d. l. filium quem habentem, & eam ibi sequitur Bal. in 3. col. & sequitur Ioan. de Imo. hic 4. col. Fundamentum istorum est d. l. iubemus, dum dicit, quod filii debent omnibus modis habere quartam de ipsis rebus hereditariis, ex quibus solus dodrans restitui debet, vnde cum legata, & similia non sint res hereditariae, sequitur quod in quartam non possunt imputari, & sic videtur, quod ibi sit text. clarus pro ista opin. quam si uelles tenere vnico verbo ad allegata pro communi opin. responderi posset. Quia dicam, quod d. l. iubemus, licet correctoria, per hoc non dicitur extendi, sed potius declarari. Nec dicitur trahi ad alios casus, quia virtualiter loquitur etiam in istis casibus. Nam cum generaliter & simpliciter dicatur, quartam illam detrahendam de rebus hereditariis, includitur correctio antiquarum legum in quocunque casu, in quo esset aliter dispositum, & sic etiam in casu: quo de legatis & similibus, in quartam imputandis, ageretur. Et licet ille tex. in uerbis suis de fructibus non computandis, loquatur, tamen potest dici, quod illud sit positum gratia exempli, & regula sit, quod solum de rebus hereditariis sit quarta detrahenda, quae regula per exempla non restringitur. l. damni infecti, la secunda, §. de damn. infecti. & c. i. ne cler. vel mona. cum similibus.

Verum est, quia Moder. qui communem opi. tuerent, respondent ad d. l. iubemus, quod illa uerba praecise loquuntur respectu fructuum, vt scilicet eorum imputatio excludatur, etiam si testator illam voluerit, & ita eo solo respectu dicitur ibi, quartam de rebus hereditariis detrahendam, inter quos non sunt fructus, non ergo procedit in alijs casibus, de quibus non loquitur, prout in fine nos admonet Imperator, & supra est dictum fuit. Et licet 67 alias exempla regula non restringant, eam tamen declarant, ut tamen in similibus terminis procedat, iuxta notata in c. sedes, de rescri. Dixit Ale. in apostil. ad Bart. in d. l. damni infecti, & clarius Dec. in consil. 65 §. Casus de quo quaeritur. sub num. 6.

Sed adhuc contra communem plura adduci possunt ultra Doctores. Primum, quia decisio d. l. iubemus, licet correctoria sit, est tamen fauorabilis, vt est notum, propter quod uidetur, quod debeat habere locum, etiam in casu simili propter identitatem rationis. l. illud, iuncta gl. C. de sacros. eccles. Sed isti casus sunt similes, & videtur habere eandem rationem, eo quod per cuiuslibet praedictorum imputationem impeditur quartam haberi de rebus hereditariis. Nec uidetur ob stare, quod in fin. dictae legis dicatur, quia

licet videatur ex eo illa decisio quodam modo taxati in casu ibi expresso, tamen non impeditur, quin etiam in simili procedere possit, propter eandem rationem. l. ob aes, cum ibi notatis. C. de praed. min. Secundum facit, nam quod communis opi. est ibi, quod pater filijs non possit trebellianicam prohibere, vt ibi per Bal. Ange. Sal. & alios plures, quos alias ego cumulaui talem opi. defendendo in quodam consilio facto in quadam causa Veronensi, Incip. Nobilis vir Nicolaus de Raymundis, quod imprimetur nu. 151. in primo vol. Et ista opinio sumitur ex illa lege, licet de hoc ibi nihil exprimat, sed colligitur ex vi rationis. Similiter ille tex. procedit, si filius rogetur extraneo, licet loquatur quando rogatur fratribus, prout est communis opi. fundata in rationis identitate, ita ergo videtur dicendum in casu isto, cum sit eadem ratio, vt dixi. Quinimmo videtur quod sit maior ratio (& 69 sit tertium argumentum) quia quod facilius solet fieri imputatio fructuum, quam legatorum & similium. Nam illi imputantur in falcidiam. l. qui quadringenta. §. fi. supra co. legata vero & similia non imputantur, vt ista l. in prima parte. vnde si illa prohibet imputationem fructuum, ad fin. vt quarta de rebus hereditariis detrahatur, fortius censetur prohibere legatorum vel similium imputationem.

Et simili arg. a fortiori vtitur ibi Bal. sumendo ex eo text. opinionem, quam supra ego posui in praecedenti arg. Quarto facit, (& per hoc videtur ostendi quare ibi solum de fructibus loquatur.) nam fructus semper possunt considerari facto graamine post tempus, prout ibi fuit, vt de se notum est, quod non est in legatis & similibus, quia illa non semper contingunt. Et ideo dicam quod lex illa de talibus nihil expressit, quia illo casu non erant facta, sed virtualiter videtur etiam de eis loqui, dum dicit, quod quarta omnimodo de rebus hereditariis percipi debet.

Et per ista alias disputando tenui istam opinionem contra communem, per que virtualiter videntur sublata fundamenta contraria. Sed tamen melius considerando, non puto recedendum a communi opinione per ea, quae supra pro ea adducta fuerunt, quae recte procedunt, si ad praedicta contraria respondeatur.

Et vltra etiam moueor: quoniam in compilatione C. nullum fuit appositum contrarium. §. quibus, in prima constitutione C. sed tenendo opin. contra communem, lex illa iubemus, si prohiberet imputationem legatorum & similium fauore filiorum, ex diametro pugnaret cum l. filium quem habentem. C. fam. ercisc. vbi in versu. compensatio praeterea & c. manifeste deciditur quod filius grauatus imputat sibi in quartam legata, sibi a coheredibus praestita, ergo & c. Et stante hoc fundamento, ex quo praecipue moueor, non obstant allegata supra in contrarium. Nam ad primum dici potest, quod argumentum procedit, quando aliqua dispositio respiciat publicum fauorem, & ita loquitur gloss. in d. l. illud, & tradunt ibi Doctores. Vel secundo quod procedit argumentum, nisi lex prohibeat extensionem, prout prohibetur in d. l. iubemus, in fin.

Nec obstat gl. in d. l. ob aes, C. de praed. minor. quia plus videtur expresse prohibere, ne lex in alijs casibus procedat, quam quod in decisione vel lege dicatur in hoc tantum.

Ad secundum potest responderi primo, quod multi, & non leuis auctoritatis, non admittunt illam opinionem, de quibus ibi, & in authen. sed cum testator, C. ad l. falcid. & sic illa opinio posset disputando negari, cum contraria multis rationibus roboretur. Et multi asserunt, quod magis communio est contra Bal. vt asserunt Reper. in hac l. licet contrarium teneant.

Vel secundo respondetur, posito quod illa opinio sit vera, quod illud ibi colligitur necessario ex dict. l. iubemus, quia si testator non potest quartam diminueri per imputationem fructuum, minus potest in totum tollere. Similiter etiam si imputatio fructuum non fit ibi, quando frater fratri grauatur, minus fiet quando grauatur extraneo. Sed non sic necessario, & a fortiori sequitur in casu nostro, cum non agatur de tollenda quarta, sed de imputatione diuersorum vnus non sequitur necessario ex alio, neque etiam a fortiori, vt §. dicam.

Ad tertium posset primo dici, quod in correctorijs non fit extensio, etiam ex maiori ratione. iuxta tradita communiter per Doct. l. si vero. §. de viro, §. solut. matr. cum similib. Et maxime illud videtur tenendum, quando lex prohibet extensionem prout fit in d. l. iubemus, in fi.

Vel secundo respondetur, quod immo minor est ratio: quoniam cum filius suscipiat fructus, non ex aliqua expressione testatoris, sed vt ex re iam facta sua, & ex sua cura, & cultura, non ita conuenit eos imputari, sicut legata, & similia, quae suscipit expressa dispositione testatoris.

Praeterea & tertio dico, quod argumentum procedit respectu falcidiae: nos autem loquimur respectu Trebellianicae, in qua ordinarie omnia imputant, sicut fructus. Vnde cum d. l. iubemus, correctorie veniens, lex prohibeat imputationem fructuum in casu illo, non debet trahi ad legata vel similia, de quibus non loquitur. Mar. Soc. Iun. Prima Pars. C c 2 tur.

D. Maria Soc. Iun. in l. In quartam.

tur. Et si de eis sensisset Imperator, sciuisset exprimere, sicut fecit de fructibus: unde cum non fecerit, creditur noluisse, arg. l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. &c. ad audientiam. de deci. cum si milib.

Ad quartum responderetur, quod nihil obstat, quia sicut ibi Imperator considerauit casum, quod post mortem filius erat grauatus, in quo cadit quaestio de fructibus, quia. l. de ipsis loqui intendebat. Ita etiam considerasset casum, in quo de legatis & similibus agi potuisset, si de eis loqui uoluisset. non fecit, ergo uersimiliter de eis loqui noluit. Et licet dicat de rebus hereditariis quartam detrahendam, tamen illud dicitur, solum respectu fructuum, de quibus ibi disputabatur. uide Repetentes & Perusi. hic, & nostros Senen. in d. l. filium quem habet. col. 3. Qui omnes tuerentur hanc communem opi. Cogita super istis, quia omnibus facile possit replicari, si possit cuitari arg. §. factu, quo ego principaliter sum motus.

70 Aggredior primam quaestionem Bar. & ex dictis eius collige rationem distae inter falcidiam & trebellianicam, de qua in tex. nostro, eam esse, quia uerba legis falcidiae sonant illam esse quartam partem hereditatis. non sic uerba Pegasiani Senatusconsulti. ut p. Bar. Et nota, quia uirtualiter hoc uidetur uoluisse gl. in uer. quartam. in l. 1. §. 1. §. o. dum dicit, quod ideo haeres debet habere iure hereditario, quia dicitur quarta iure institutionis. Subdit tñ Bar. si queratur, cur non sint posita eadem uerba respectu quartae trebellianicae, debet teneri ratio glo. hic super uer. imputatur.

Et sic si bene consideras, Bar. in effectu sequitur rationem gl. & ideo non instabo circa dicta Imo. arguentis contra Bart. de ditione, perinde. & Domini Alex. defendentis Bar. Quia non querimus de interpretatione legis, & quid dixerit, seu quomodo procedat, cum hoc iam exploratissimum sit.

Sed querimus, cur hoc sit ita dispositum? unde cuncte proueniat, maxime quia Bar. met illud perpendens, se ipsum ditione, perinde, ut. l. non importer omnimodam similitudinem, quando aliqua dissimilitudo in iure reperitur, prout erat in casu nostro, & prout etiam ita dixit Bar. in l. 1. infra de recepta. & in l. sacrilegii. §. pen. infra ad l. Iul. pec. & in extranag. ad reprimen. in uer. perinde. Sed ad rationem glo. & Bar. redeundo, uidetur ex pluribus quod non sit bona.

Primo, quia licet detrahens falcidiam remaneat omnibus obligatus, tamen non uidetur hoc sibi imputandum, cum spote adierit, argumento l. damnum quod quis, infra de regu. iur. eo. gi. n. non poterat. Sed in trebellianica uidetur secus, cum cogi. haeres possit, propter quod uidebatur ei magis succurrendum, & ita per hanc rationem inter cetera Repetentes hic reprobant rationem glo. Pro quibus (licet ipsi non allegent) facit l. si fideiusfor. §. necessaria. §. qui satis. cogan.

Sed considera, quia ratio gl. uidetur posse ab hoc argumento defendi. Nam in proposito nostro, l. circa quartae detractionem, uidemus quod lex magis fauet spote aduenti, quam coacte, cum secundo denegat detractionem quartae, quae primo conceditur. In nam quod, §. qui compulsus, infra ad Treb. iuncto §. sed quia haeres. Institut. de fideicom. haered. cum sim. & hoc forte fit, ut promptiores sint haeres ad aduendum, & ita ad cito confirmanda testamenta. Et regula d. §. si necessaria, procedit respectu illius, ad quod quis per legem compellitur, ut. l. in eo implendo contra eum non ita rigorose agatur, sicut quando sponte ad id se obligasset, ut ibi.

Præterea, si haeres cogitur, non sumus in casu, de quo disputamus, quia cum quarta non detrahatur, non est agendum de imputatione in eam faciendam.

Secundo contra rationem gl. facit secundum eosdem Repet. 72 quia falcidia detrahitur, detracto prius aere alieno. l. in imponenda. C. eo. non sic in trebellianica. Ex quo uidetur quod haeres in trebellianica sit deterioris conditionis, cum illam habeat cum onere, & ideo uidetur quod per rationem gl. esset ei magis succurrendum. Et dicunt quod hoc argumentum stringit, ut per eos.

Sed respondendo dici potest, quod imo non est deterioris conditionis, quia in effectu idem ius uis in utroque. Nam licet in trebellianica ex uniuersitate detrahatur, & sic etiam non detracto ere alieno, tamen realiter idem uidetur, quod in falcidia, quia sicut habet quartam aeri alieni, ita etiam eo dempto habebit quartam aliorum bonorum. In eo tñ uis deterior haeres, falcidiam detracturus, quia ad omnia onera tenetur, cum alter pro quarta tantum: ut dicebat gl. quae ita a dictis Repet. uis posse defendi. Sed & tertio ultra eos contra gl. facit, quia esto quod teneatur ad omnia onera, non tñ uidetur ex eo releuandus circa imputationem faciendam, cum habeat unde soluat, attento, quod per prius ante detractionem quartae totum aere alienum detrahitur, & sic non uis dignus hac releuatione, eum aliunde sibi sit succursum; & istud, ni fallor, magis stringit. Nisi tuendo gl. dixeris, quod licet haeres habeat unde soluat, negari tñ non potest, esse satis oneratus saltè personaliter. Præterea facile est, quod libere soluat legata integra absque cautio

ne de qua §. tit. 1. & postea emergat aere alienum, & ita haeres remanebit grauatus. Et licet forte ei coperat repetitio. l. error. C. eo. tñ in eo ipso grauatur. Et ultra et possit facile inuenire illum non soluendo. & per hanc uiam ista ratio gl. & cois possit defendi, aut saltè palliari. Fateor tñ, quod apud me est ualde dubia. Quis, quae ultimo loco dixi, non uis tuta, quia sunt casus raro contingentes, & non considera ndi. arg. l. inter stipulantem. §. sacram. §. de uerb. obli. Et præterea in praedictis uis, quod haeres culpa possit aliquid imputari, cur non diligentius rem suam gesserit, ergo &c. arg. l. quod quis ex culpa. §. de reg. iur. & c. damnum, quod quis. eo. tit. lib. 6. & solum hoc, quod personaliter sit obligatus, non uidetur operari, ut releuetur incomodo, de quo agitur, quia satis est, quod quartam habeat. Cogitabis tamen, quia potest dici, quod ista ratio glo. sit communis.

73 Aliam & secundam rationem ponit Bal. in d. l. filium quem habentem. C. fam. ercif. que uis satis applaudens. Inquit. n. rationem esse huius distae, quia falcidia respicit bona particularia, quae de illis detrahatur, ere alieno deducto. Trebellianica uero respicit ipsam uniuersalitatē et ere alieno non detracto. Unde delegata, & data causa conditionis implenda, quae de falcidia agitur, non possunt representare ea, quae per haerem dantur legatariis, & fideicommissariis, quia tunc in particularibus, nec pretium succedit loco rei. l. qui uas. §. si. §. de fur. & l. uenditor. la. 2. §. de haere. uel actio. uend. Secus respectu trebellianicae, quia tunc sumus in uniuersalibus, in quibus fit talis successio pretij in locum rei, ut d. l. uenditor. & l. si & rem & pretium. & ibi not. supra de peti. hered. Istam rationem Bal. uidentur sequi Alex. & nouis. Perusi. cum eam ponant, & non contradicant.

Sed non uidetur bona, & eam reprobant Repeten. & praecipue per l. si dignum, & per l. qui fundum, supra eo. ut per eos.

Et ultra eos dico, quod in hac ratione uidetur mihi quaedam deceptio. dico. n. quod si uis casu agitur de uniuersitate, & in alio etiam similiter, licet non sit eadem uniuersitas, nam respectu trebellianicae est cum aere alieno, respectu falcidiae sine eo, tamen etiam falcidia respicit uniuersitatem bonorum.

Præterea si consideremus, quod ideo in falcidia uis res non succedit loco alterius, quia sumus in particularibus, in quibus nec pretium succedit loco rei, certe etiam in trebellianica potest considerari, quod sumus in particularibus. Puta legatus est fundus Gaii, si decem dederit haerem per fideicommissum uniuersaliter grauato. Nam illa decem loco fundi sunt, cum imputentur, & tamen sumus in particularibus. Nisi tuendo dixeris, quod non dicitur esse in uniuersalibus respectu rei, de cuius pretio, seu de qua representanda agitur, seu respectu uniuersalitatatis, in qua res illa continebatur, & de qua ueniebat detrahenda quarta. Et ista uidetur fuisse mens Bald.

Sed quicquid sit, ex alio possit contra eum dici, quia. l. forte uis est, quod etiam in particularibus pretium succedit loco rei, ut alias dixi in l. 4. §. Cato. §. de uerb. oblig. uideas ibi in 20. col.

Reperio aliam & tertiam rationem traditam per Paul. de Cast. in l. 1. 2. col. §. eod. quam male referunt hic Repet. ipsi. n. dicunt Paul. dixisse, quod falcidia dicitur debita iure institutionis, quia in eam tantum habita iure institutionis, seu iure hereditario imputantur, & dicit quod Pau. assignat rationem, cur ita nominetur, non autem quare in eam imputatio sit diuersa a trebellianica, ut per eos. Sed pro Pau. de Cast. aliter loquitur, & proprie uult ponere rationem praedictae distae. Inquit. n. illud in falcidia esse, quia illa fuit inuenta, ut institutio rata sit, & sic, ut haeres adeat hereditatem, & ita legata confirmetur. Adde tu ex intentione tamen sua, cum nullo alio iure, uel remedio cogi possit adire. Secus in trebellianica, quoniam tunc haeres per fideicommissum uniuersalem cogi potest. Et propterea non fuit eo respectu opus, ita allicere haerem, sicut in primo casu: & ideo in trebellianica plura imputantur, & sic haeres pauciora habet, quam in falcidia, in quam pauciora dehent imputari. Ista ratio Pau. uidetur satis colorata, & multum probabilis; tamen ei uidetur ob stare, quia ista consideratio non uidetur habere locum, quando in utroque casu sponte adeatur hereditas. Nec etiam quando haereditas est aucta praelegata, uel fideicommissa, nec quicquam datum gratia conditionis implenda.

Præterea ista affectio in legatario non uidetur per legem habita, cum possit alia uia illis prouidere, haerem non aduente, ut hodie prouidetur in auct. sed cum testator. C. eo. & in aucten. hoc amplius. C. de fideicom. Unde cum non fecerit, uidetur, quod minus dilexerit eos, quam fideicommissarium uniuersalem, cui dedit beneficium cogendi haerem. l. si quis omnia, supra si quis omnia. cauf. testa. cogita tamen.

Quarta ratio ponitur per Mathefilanum in d. l. filium, uidelicet, quod in trebellianica fit maior imputatio fauore fideicommissarii uniuersalis, ut. l. pluribus imputatis uerius recipiat fideicommissum. Quod non fit respectu falcidiae fauore particularium legatariorum. Etenim eis iura non ita fauent, ut constat ex eo, quia uniuersalis potest cogere haerem ad aduendum, quod non possunt

possunt particulares legatarii, prout vtrunque probatur in d. l. si quis omnia, & hanc rationem sequuntur quidam nostri Senens. in d. l. filium. vol. 3. Est tamen inter hos Doct. differentia. Nam Mathefil. vult id fieri per fictionem, dicens, quod omnia, quae aliis titulis capiuntur, finguntur accepta iure hereditario, quasi velit, etiam trebellianicam iure hereditario esse sumendam: sed lex fauore fideicommissarii vniuersalis fingit, vt per eum. At nostri Senens. negant illam fictionem, cum iam lex aperte dicat imputari ea, quae non iure hereditario capiuntur, vt sic fictione tali non sit opus, vt per eos. Et in hoc, ni fallor, melius ipsi loquuntur. Vterque tamen vult suum dictum fundari in fauore fideicommissarii vniuersalis, vt dictum est, & per eos videri potest. Ista ratio videtur satis applaudere, & pro certo videtur adherere veritati, vt patebit ex infra dicendis. Verum non videtur omnino securum. Nam si arguere volumus a fauore extra casum istum praestito, certe reperiemus, quod in aliquo, etiam particulares legatarii maiorem habent fauorem, quam vniuersalis fideicommissarius, † quia. s. in particulares transit dominium recta via absque traditione, non sic in vniuersalem, vt per Bart. & alios in l. i. s. de leg. i. vbi plene. Et ita per hanc considerationem reprobat hanc rationem elegit Moder. Andr. Alcianus in lib. 6. Paradoxorum, cap. 4. Qui etiam & alia adducit in contrarium, sed parum vrgentia, ideo non refero.

Vnde ipse ibidem ponit quintam rationem praedictae differentiae, dicens, illud esse, quia lex falcidia, siue Falcidius, eius auctor prohibuit legari vltra dodrantem, volens, quod quadrans hereditatis remaneat iure hereditario, & allegat ad hoc Hiero. in chronica Eusebii, vt per eum, & ideo in falcidiam solum iure hereditario capta imputatur. Sed in trebellianicam secus est, quia solum disponitur per Senatusconsultum, quod ex fideicommissio quarta detrahatur, & ei satisficit vndeunque haeres habeat, modo quartam habeat. Ista ratio non tollit difficultatem, quia, si recte intuearis per illam ostenditur solum quod ita est, de quo non dubitabit, non autem cur ita sit, de quo quaeritur. Adde quod istam rationem ponit hic Ripa, & nescio quis illorum fuerit primus inuentor. Est bene verum quod postea pro ratione rationis, seu cur ita sit introductum, Ripa aliter loquitur, quam Alcianus. Et quod Ripa inquit, est virtualiter ratio Paul. de Cast. quam supra tertio loco posui. Et quia illam reprobaui, ita etiam ista Ripae venit reprobanda per eadem fundamenta. Et licet Alcianus videtur ponere rationem, saltem per suam, tamen mihi non placet. Inquit. n. quod potuit id esse factum per falcidiam ad hoc, vt qui in testamento sit scriptus haeres, habeat quartam iure institutionis, sicut hodie disponitur de legitima filiorum, vt. l. illa habere debent iure institutionis. §. illud quoque capituli, in Auth. vt cum de appell. cognos. vt per eum. Sed non videbat iste Doctor, quod etiam detractus trebellianicam dicitur haeres institutus in testamento. Et si pro Alciano replicas, quod Falcidius istud non cogitauit, & satis esse videtur quod potuit praedicta ratione moueri. Dicat quod si ratio non fuisset bona, non fuisset eius inuentio a iure recepta, sed recipitur vsque hodie, ergo ratio eius fuit bona & le gallis igitur non praedicta, quae (vt est probatum) stare non potest.

Præterea simile de legitima non videtur bonum, quia in eam imputamus etiam, quae non habentur iure hereditario: immo etiam quae extra testamentum habentur, vt inferius videbimus. Sexta ratio ponitur hic per Repeten. qui dicunt illud esse, quia falcidia tantum de legatis originaliter detrahebatur, legata autem tantum in testamento sunt, §. præterea, Insti. de fideicom. here. merito falcidia dicitur semper debita iure institutionis. Et ideo in eam imputantur solum ea, quae iure hereditario capiuntur: secus est in trebellianicam, quae de fideicommissis vniuersalibus detrahatur, cum illa etiam ab intestato relinquuntur; & sic quarta illa non semper vigore institutionis retinenda est. Et ideo etiam, quae non iure hereditario habentur, imputantur, vt per eos. Qui ex ista ratione inferunt quaedam singularia.

75 Ista ratio non videtur secuta. Primo, quia communiter tenetur, quod immo, etiam in codicillis possunt relinquere legata, vt per Doct. in l. i. s. de leg. j. & ibi diximus. Secundo, quia falcidia etiam de fideicommissis singularibus, ab intestato relicta, detrahatur, l. filius, §. & dixi supra in primo praemisso. Et dicere, quod tunc non habet locum l. ista est magna violentia & nimia restrictio, cum generaliter loquatur in falcid. debet enim temp. habere locum vbi de falcid. agitur. Item etiam dicere, quod hodie sublata est differentia de qua hic, vt ipsi dicunt, non videtur tolerabile. Nam cum l. ista non reperitur correctam, aut sublata, debet perdurare. l. praecipimus, in fi. C. de app. & l. sancimus. C. de testa. cum sim. Alioquin ad quid occuparet membranas? Attento maxime, quod a Iustiano nobis tradita fuit post aequiparationem legatorum, & fideicommissorum.

Cum igitur nulla ratio hucusque sufficiens fuerit inuenta, cogitabam ego rationem esse posse, quia in falcidia inspicitur ius mortis testatoris. l. in quaeritate, in prin. supra eod. & §. quaeritas, Inst. eo, unde videtur, quod solum ea imputantur, quae tunc reperiuntur.

quod solum verificari videtur in his, quae iure hereditario capiuntur, ea enim quae alio titulo capit haeres, non videntur esse tempore mortis apud eum, siue apud hereditatem: & ideo non possunt in falcidiam imputari. Sed in Trebellianicam non sic est, quia in ea non inspicitur tempus mortis, vt videtur probari in l. ita tamen. §. i. in fi. ad Treb. & in l. deducta. §. ante diem, eod. ti. Merito ergo videtur, quod in eam debeant imputari legata, & fideicommissa, & similia, licet contingant post mortem testatoris. Ista ratio videtur satis colorata. Attamen non videtur bona, quia de tempore inspiciendo in ratione falcidiae ineunda, non est arguendum ad imputationem. Videmus enim quod utilitas & fructus, qui iudicio testatoris post mortem eius per haerem percipiuntur ex re legata, in falcidiam imputantur, vt l. quod de bonis. §. fructus. l. Paulus, secundo responso, & l. qui quadringenta. §. si. §. eo. & tamen talis utilitas, siue fructus non reperiebantur tempore mortis. Quare cogitabam aliam rationem, vt scilicet dicamus differentiam (de qua agitur) inductam fuisse per legem ex praesumpta mente testatoris. Nam testator plus dicitur diligere fideicommissarium vniuersalem, quam particulares legatarios, vel fideicommissarios: Illum enim loco haeredis constituit. l. si filius, supra quod cum eo. & l. postulante. §. fina. infra ad Trebell. ibi, haeredis loco &c.

Immo dico, quod etiam plus, quam haerem dicitur testator eum diligere, vt est notum: quod non est in particularibus loquendo simpliciter, & in abstracto. Vnde cum in istis imputationibus procedatur ex uoluntate testatoris, vel clara, vel saltem praesumpta, vt dixi supra in secunda opp. primae partis, vt sic maior eius affectio maiores habeat effectus, & vt eius voluntas magis, & vberius impleatur, plusquam habeat iste magis dilectus, plura in trebellianicam imputantur, quam in falcid. Maxime quia, ut dixi, vniuersalis fideicommissarius plus dicitur dilectus, quam haeres, cum quo de imputatione contendit. Secus est respectu falcidiae, quoniam quo ad verba testantis haeres, videtur magis dilectus, cum ei ius vniuersale deferatur, & remaneat, quam particulares legatarii, cum quibus de imputatione disputat. Et quod in istis imputationibus procedatur secundum voluntatem testatoris, probatur, quia propter eius uoluntatem, saltem praesumptam, receditur a dispositione, & regula iuris, vt l. quod autem, in fine secundum communem intellectum, & l. cum quo, in fi. §. eod. Alias si talis imputatio fieret ex aliquo iuris rigore, nulla habita consideratione voluntatis testatoris, certe fieret, etiam tali uoluntate repugnante, quia ille non posset facere, quin talis rigor iuris habeat locum in sua dispositione. l. nemo potest, cum sua materia, §. de legat. i. Nota tamen quia non intendo, quod detractus quarta dicitur fieri de uoluntate testatoris, hoc enim esset contra l. Titia, §. eo. in fi. sed dico, quod postquam facienda est in imputatione in quartam faciendam, lex disponit secundum uero similitudinem uoluntatem testatoris praesumendo uoluntatem ex maiori, vel minori dilectione eius, secundum praedicta.

Et pro his facit, quia iura, in quantum possunt in materia testamentaria, querunt uestigia uoluntatis defuncti, ut illam sequantur, sicut uenator uestigia leporis. secundum Bald. in l. quidam. C. de neces. ser. hered. institui.

Sed contra hanc rationem facit, quia si fiat vnum legatum particulare, quod sit in dodrante, vel supra, iam constat legatum magis dilectum, quam haerem, & tamen quia agitur de falcidia, imputatur tamen, quae iure hereditario capiuntur. Praeterea, si legatis pluribus consumpta est hereditas, vt quod omnes legatarios simul plus dilexerit testator, quam haerem, cum ei minus dimiserit. Sed responderi potest ad primum, quod casus est rarus, & non attendendus, per l. non ad ea, §. de leg. praeterea haeres videtur magis dilectus, propter titulum honorabilem institutionis, & ille legatarius non dicitur loco haeredis, sicut fideicommissarius vniuersalis. Et per hoc respondetur etiam ad secundum. Ad quod etiam dici potest, quod affectio non est consideranda eo modo, sed in quemlibet legatum particulariter, quae proculdubio minor est, quam in haerem, cogitabis tamen, ego enim cum ista ratione quiescam, donec melior afferatur. Vel potest non eo loco dici, quod ratio sic fundata in uero simili, & praesistenti uoluntate testantis, aliter declarando.

Nam legando haeredi, grauato in particularibus legatis, non videtur, seu non praesumitur facere eo animo, ut imputetur in falcidiam, eo quod praesumitur ignorare ei locum fore, quia praesumitur ignorare vires sui patrimonii. Sepe enim de facultatibus suis, &c. §. in fraudem, qui & ex quibus cau. manu. non potest. quod pon potest dici, aut considerari circa trebellianicam.

Nam cum totam hereditatem petit restituere, iam scit, trebellianicam locum fore, unde legando aliquid haeredi grauato, praesumitur id facere, ut illi in quartam imputentur. Cogita super ista ratione, quod uidetur satis colorata, sed non videtur generalis. Ponere enim quod constet, quod sciebat vires sui patrimonii, certe secundum istam rationem legata imputarentur in falcidiam, quod esset contra generalitatem istius legis.

D. Maria Soc. Iun. in l. In quartam.

76 Circa secundam quæst. Bar. collige ex eius dictis, q̄ † quando hæres particularibus legatis grauatus est, etiam rogatus restituere per fideicommissum vniuersale hæreditatem, faciet imputationem in suam quartam diuersimode, hoc est, respectu quartæ, ex vniuersali fideicommissio detrahenda, imputabit omnia. i. nedom habita iure hæreditario, sed etiam titulo legati, fideicommissi, vel dati causa conditionis implenda, per l. istam in secunda parte. Sed respectu quartæ, ex particularibus legatis suscipiende, imputabit solum habita iure hæreditario. Et hoc omnino voluit Bar. licet non exprimat. Et sic ex omnibus detrahetur quarta, prout clare dicitur in l. Marcellus. §. idem Pompo. j. ad Trebel. quem Bart. allegat. Illud autem quod dicit Bart. de maiori imputatione facienda respectu fideicommissi vniuersalis, vt scilicet non prosit legatarijs, vno respectu, & alio prosit, vt per eum, est in se verissimum per l. Nefennius. §. i. §. eod. declarando secundum ea, quæ diximus supra in quarta oppositione primæ partis. Tamen non videtur conuenire exemplum Bar. hic cum exemplo d. §. primi, neque cum declaratione, facta in d. quarta oppositione. Ibi enim agitur de eo, quod hæres grauatus recipit ab eo, cui aliquid ex testamento prestat, hic vero a quibuscunque, & sic videtur q̄ Barto. non bene allegauerit d. §. i. Sed tuendo eum, di cas, quod immo conuenit. Nam cum aduersus legatarios particulares sit hæres detrahendus falcidiam, & sic quartam hæreditatis, & illam sit habiturus tantum iure hæreditario, vt hic in prin. dicebat quod illud, quod non poterat detrahere vniuersali fideicommissario, eo modo, quia quo ad eum cogebatur imputare, etiam habita alio titulo, volebat detrahere ipsi particularibus, vt sic integram quartam habeat iure hæreditario, sicut in simili uolebat facere hæres. in d. §. i. sed reiiciendus est hæres, nec in hoc sunt damnificandi particulares legatarij, quia perinde est, ac si ex fideicommissio vniuersali quarta falcidia secundum suam naturam detraheretur. Et ita scias declarare mentem Bar.

Capio tertiam quæst. & ex dictis Bar. collige duas conclusiones. Prima est, q̄ pecunia prælegata tota imputatur in trebellianicam: non autem corpus hæreditarium, quod solum pro parte, ut hic. Quoniam pecunia tota potest dici cœpta de portione hereditaria, non sic potest dici de corpore hereditario, vt vtrumque hereditaria in l. deducta. §. nummis, j. de Trebel. Docto. simpliciter transeunt. Et hoc de plano procedit, ponendo quod hæres iustus sit restituere accepta certâ pecunia, puta centum. Quia dicitur de sua portione illam percipere, & sic tota imputabitur, cū vniformiter capitur. Et idem etiam dicendum est, si coheres sit ei grauatus dare centum, quia de sua portione cœsetur grauatus, & sic tota imputabitur in trebellianicam, cum etiam tunc vniformiter capiantur, sicut in casu precedenti, diuerso tamen titulo. Nam isto casu capiuntur titulo legati, in precedenti autem casu, titulo institutionis, siue iure hereditario. Sed ponatur, q̄ pecunia prælegata sit in sacculo signata, & hereditaria, vel quod restator dixerit, q̄ centum capiantur de communi, uel tota hereditate, videtur, q̄ dictum Bart. & conclusio prædicta non procedat, quia tunc, non tota de portione vnus, sed de communi capietur, & sic difformiter. Et propterea in ea videtur dicendum idem, quod de corpore hereditario, secundum quod fuit dictum supra in septima oppo. primæ partis.

78 Secunda conclusio Bar. est, q̄ ratio differentie inter corpus hereditarium, & non hereditarium, vt scilicet secundum, totum; primum pro parte tantum imputeretur in trebellianicam, illa est (si qua reddi potest) quia una, & eadem res non debet diuerso iure imputari, argumento l. eū qui ædes. j. de vsucap. prout etiam dixit hic gl. quasi hoc quandam repugnantiam contineret. Fatur tamen Bar. hanc rationem esse debilem, ei tamen putat standum, quia non uidet meliorem, ut per eum. Sed contra hanc rationem secundum Dyn. Ang. & alios plures, facit, quia non videtur verum, q̄ si totum corpus hereditarium imputaretur, sequeretur aliqua repugnantia, aut aliquod de iure non tolerandum, licet imputatio fieret partim iure hereditario, partim iure legati, prout clare patet in casu isto. Nam hæres, cui res aliqua prælegatur, illam diuerso iure dñ habere ut est notissimum. Repugnantia autem esset, quando in una, & eadem re cœcurrerent iura contraria, vt esset in d. l. eum qui ædes. Sicut ergo in proposito hæres habet diuerso iure, ita deberet diuerso iure imputare, nec video, quid repugnet. & potius videtur contra regulam. d. l. eum qui ædes, istud quod pro parte imputetur, & pro parte non, quam si tota imputaretur. Nam proprie videtur censeri diuerso iure, id est, quod imputetur, & non imputetur, sic ergo ista ratio non videtur bona, quæ etiam ex alijs reprobatur, ut hic per Rep. vide per te. Mitto hic quandam rationem Ange. quia secundum Imo. & Ale. sua ratio procedit tantum inter pecuniam, & corpus hereditarium, & non inter corpus hereditarium, & non hereditarium, ut per eos. Plus dicit Ruyn. quod ratio Angel. etiam inter corpus hereditarium, & pecuniam non procedit, quia licet hæres possit sic receptam pecuniam rescire, ut dicit Bart. Ang. tamen non cogitur id facere, ut per eum. Sed parcat mihi

Rui. & de eo non parum miror. Nam ratio Ang. in terminis prædictis ponitur in l. deducta. §. nummis. j. titu. 2. Et in hoc in spicitur, q̄ hæres possit, non vt de facto cogatur, sed quia lex sic fingendo, disponit. Alia ergo, & secunda ratio ponitur per Bal. in l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. Inquit enim, q̄ ratio differentie est, quia diuersi modi capiendi in re illa. In corpore hæreditario, a testatore ordinati, non debent confundi, sed imputatio in Trebellianicam dicitur quedam cōfusio, quia postea omnia vt trebellianica retinerentur, ergo &c. Et hanc rationem videtur sequi hic Alex. licet ipse videatur postea recurrere ad l. nō omnium, supra de legib. Sed ista ratio non videtur bona, quia ex se sequeretur, q̄ si quid habet hæres iure legati, & quid aliud iure hereditario, non deberent ista simul in quartam imputari, ne distincti tituli, a testatore ordinati, confundantur: quod tamen est aperte falsum, & dicere q̄ Bal. loquitur respectu eiusdē rei, prout eum tuendo dixit Ale. non videtur securum, cū ratio differentie nulla appareat. Et si qua est, videtur in contrarium, quia magis videtur consideranda distinctio titulorum in diuersis rebus, quam in eadem re ad impediendam confusionem, de qua p̄ Bal. cum vna res magis in se vnionem recipiat, quam diuersæ. Adde q̄ Ripa hic dicit hanc rationem Bal. bene intellectam, nō aberare a voluntate testantis, & declarat eam duob. modis, vt per eum. Et quantum pertinet ad rationem Bal. v̄ q̄ stare nō possit per ea quæ hic dicuntur. Et quantum ad suas declarationes dicere spectu primæ, q̄ videtur virtualiter id quod ego j. dico in mea noua ratione, & quatenus discrepat rationi Bald. in hęcdo, dico quod non videtur stare posse, cum ratio Bal. hic reprobetur.

Secunda autem sua declaratio videtur virtualiter ratio Alciati, de qua infra. vnde sicut illa ratio inferius reprobatur, etiam ista declaratio reprobanda venit. Preterea pone in vna re quod restator dicat, Volo tibi restituere hæreditatem, si partem tui fundi dederis hæredi, & aliam partem eidem per fideicommissum relinquo. nonne isto casu in vna re ordinantur a testatore diuersi tituli? certe sic & tamen (vt credo esset clarum) tota imputabitur in quartam per istum tex. in secunda par. Preterea non videtur verum, quod difformitas tituli in corpore hereditario, simpliciter prælegato, ordinetur a testatore, quia ipse simpliciter & totum quo ad verba prælegauit. sed procedit illud per punctum rationis, quia si ibi a se ipso legari non potest l. qui filibus. in fi. cum l. seq. de leg. primo, & ibi bene probatur ex intentione testatoris rem dici totam legatam.

Tertia ratio ponitur hic per repe. qui dicunt totum hoc fundari in regula, qua dicitur, quod qui in vno grauatur, in altero debet releuari. l. eum qui, in prin. supra de iureiur. Nam cum hæres grauatur, vt omnia, per eum vniformiter accepta, imputeretur in trebellianicam vt hic, releuari debet in hoc, quod ea, quæ difformiter capit, solum pro rata hereditaria imputet, allegant in simili l. i. in prin. infra de coniung. eum eman. lib. & ibi glo. in ver. Iſque declarat. Sed nec ista ratio satisfacit, quia regula prædicta procedit, quando releuamen & onus simul videatur esse, & vnum cum alio per legem inducitur, vt sic vnum ab alio provenire videatur, quod non cadit in casu nostro. Pone n. quod hæres nihil capiat vniformiter, sed tantum difformiter? Certe secundum rationem prædictam non mereretur hæres in hoc releuari, cum grauamen illud non sentiat, & tamen id neutro dixerit, quia esset contra istum tex. in ver. pro ea vero parte. Et si dicas quod immo regula procedit etiam quando onus, & releuamen separatim contingunt. l. i. §. denique, il 2. de aqua plu. arcen. quem isti Repeten. allegant. Dico & nota quod decisio illius text. procedit per aliam regulam. i. per regulam l. secundum naturam, infra de reg. iur. Ad quam etiam facit §. sed & si post emptionem, Insti. de emp. & vendi. Dum ergo ipsi dicunt quod d. §. denique, est melior tex. de iure ad illud quod dicunt, decipiuntur. Preterea contra eorum rationem facit, quia non videretur deo qua ratione id esset factum, cum potius contrarium videretur, saltem eadem ratione arguendo de toto ad partem, iuxta l. quæ de tota. §. de rei v̄di. Ac etiam quia disposita in simplicibus solent procedere etiam in mixtis, iuxta tradita per Doct. in l. 2. in prin. infra de verb. oblig.

Quartam rationem ponunt quidam nostri Senenses in l. filium quem habentem, col. 34. C. famil. erciscund. Dicunt, nō esse, quia legatum rei alienæ strictius interpretatur, & ideo oportet probari, testatorem sciuisse fuisse alienam regulariter. l. cum alienam, C. de lega. & §. non solum, in fi. Insti. eo. cum ergo legatur corpus nō hereditarium & sic res aliena, strictius debet fieri interpretatio, & ideo totum imputabitur in quartam. sic n. cohæres plus habebit, & minus veniet legato grauatus, vt laius per eos. Sed nec ista ratio placet. Primo, quia immo postquam legatum valet, eadem interpretatio fit, præsertim in re hæreditaria, iuxta l. vnum ex familia, §. si rem, de lega. 2. & d. §. non solum, iuncta glo. Et ita improbat hanc rationem Alciati in d. c. 4. lib. 6. Paradoxorum, vbi etiam alia quædam contra eam adducit, licet pro prædictis dicta iura nō alleget. sed doct. Bar. in l. nemo potest, in

tertia oppo. de leg. 1. quæ tamen non videtur facere ad propofitum. Sed ultra eum facit contra hanc rationem, quia poffet coherere grauari reftituere hæreditatem vni extraneo, & a coherere de recipere legatum rei non hæreditariæ, quo cafu ifta ratio ceffaret, & tamen totum imputaretur,

Præterea cum legatur pecunia, non dicitur legatum rei alienæ, & tamen tota imputatur.

Quare Alciatus in loco prædicto ponit aliam rationem, licet prædixerit rationem Bal. de qua fupra, poffe defendi tamen frigidè vt per eum, inquit. n. prædictæ differentie illam effe rationem quoniam quando prælegatur corpus hæreditarium, pars hæreditaria folum imputatur, quia pars effe hæreditatis, cum ex ordine Senatusconfulti Pegafiani quarta hæreditatis fideicomiffariæ retineri debeat. Alia vero pars cum non fit hæreditatis, non imputatur. At in corpore non hæreditario totum imputamus, quia illud fubrogatur loco quartæ portiois fideicomiffi per fictionem legis. Quæ fictio non potefit adaptari in parte non hæreditaria corporis hæreditarij, quia fi id fieret in aliquo, legatum non valeret, cum a fe ipfo nemini legetur. Sed nec ifta ratio effe bona, & mihi videtur quod fe ipfam confundat. Nam attentò hoc vltimo dicto nec corpus non hæreditarium poffet per fictionem loco quartæ partis hæreditatis fubrogari, quia tunc nec in eo valeret legatum per eandem rationem. Dicam ergo quæ ifta fictio vel nunquam inducitur, fi prædicta ratio illa impedit, vel fi vno cafu inducitur inducit et in alio. f. refpectu portiois non hæreditariæ corporis hæreditarij. & certe non parum sum admiratus quod ifte Doctòr (alioquin præftantiffimus & multa laude dignus) fic fe ipfum confundat. Et fic patet nullam rationem a Doctòrib. traditã stare poffe. Et ideo forte dici poffet cum Domino Alex. & Nouiffimis Peruffinis, quæ recurrendum effe ad l. non omnium, §. de legi. Quod etiã videtur velle hic Carol. Ruu.

Et certe difficultas maxima effe, & pendet ex regula l. quæ de tota, §. de rei vend. & ex arg. de fimplicibus admixtum, vt modo dixi reprobando tertiam rationem, & clarius dictum fuit §. in figuratiõne cafus, in ver. pro ea vero parte. Immo videtur quod fit maior ratio in parte ifta, quæ capitur iure prælegati, cum & illa fit res hæreditaria, quam in toto corpore non hæreditario. Vt itaque quod lapis ifte, per fe durus, in dentibus Doctòrum magis perdurefcit, nec conteri poffe videatur. Quare cogitabam an nouo modo conteri poffit, dicendo. f. differentiam, de qua agitur, totam fundari in præfumpta mente teftatoris, ficut etiam dixi §. in alia difficultate, in prima quæftione. Etenim voluntas & mens teftatoris in iftis imputationibus attendi omnino debet, vt ibi dixi.

Hoc autem in propofito noftro fic videtur poffe demonftrari. Nam quando teftator legat corpus non hæreditarium, illud totum in quartam imputatur per regulam l. noftre, in fecunda parte, & per rationem de qua §. videtur. n. teftator, talem rem hæredi grauatò relinquere in locum hæreditariæ fuæ portiois, ad quam grauatur.

Sed quando corpus hæreditarium prælegat, non videtur ita velle, quia, ex quo poterat totum iure hæreditario (quantum in eo erat relinquere) declarando quod ille fundus fit in portione hæreditatis illius, quem fideicomiffò grauat vel etiam fpecialiter eum inftituendo hæredem in tali fundo & in dimidia cæterorum bonorum in alia dimidia, grauando poftea primum, vt fuam dimidiam reftitueret. Eo enim cafu totus fundus imputandus videretur, cum totum iure hæreditario ille haberet, in quantum teftator potuit. Vnde cum teftator illud non fecerit, cum poffet, creditur nolle quod pars coheredis imputetur. Quæ confideratio ceffat in corpore non hæreditario: quia illud iure hæreditario: etiam quo ad voluntatem teftantis, relinquere non potefit, cum hereditas fit de bonis noftis, non de alienis. I. hereditas, infra de regul. iur. & l. nihil aliud, infra de verbor. fign. In eo ergo ftabimus regulæ iftius l. quæ, vt in prima quæftione dixi, fundatur in vero fimili mente teftantis, quæ in parte corporis hæreditarij ceffat, ut dixi. Cogita tamen, quia non audeo hanc rationem pro concludenti ponere, fed vt ego etiam, licet minimus, aliquid in medium attuliffe videat, eam poffui, ab ea recessurus, cum melior afferetur. Et fi dicatur quod in immo, etiam quando in illo fundo fuiffet ille inftitutus, cū poftea cum alio fit inftitutus, fimpliciter dicitur fundum illum capere iure prælegati, & non titulo inftitutionis, iuxta l. fi certarum, in prin. fupra de mili. teftamen. & lex factò. la grande, fupra de hæred. inftit. Dicam quod illud procedit per iuris fubtilitatem: ego vero loquor quo ad ordinationem teftantis. & ideo fupra dixi, quantum in eo erat: & hæc voluntas teftatoris in effectu feruabitur, vt in dictis iuribus probatur. Et ex his videtur poffe fingulariter inferri, quæ aliquando res hæreditaria, etiam quod vniformiter capi videatur quantum ad ordinationem teftatoris, in nihilum imputabitur, puta, fi teftator vnum in provincialibus, alium in Italicis inftituit, & primum grauet certum fundum ex his provincialibus dare coheredi, qui eidem rogatus fit hæreditatem reftituere. Nam cum te-

ftator poffet illum fundum ponere in portione hæreditati; cum Italicis, & non fecerit, videtur quod noluerit illum imputari in quartam. & hoc valde nota, quia fi verum effe, effe pulchra limitatio ad l. iftam. Nam dum dicitur, quæ legata imputantur in trebellianicam, quæ vniformiter capiuntur, non procedit in re teftatoris, quam ipfe poterat hæreditario iure relinquere (quantum in eo erat) & hoc videtur refpiciendum, licet, quantum ad iuris difpofitionem, dicatur capi difformiter, ex quo Italica, & provincialia per inftitutos in eis dicantur capi iure prælegati, feu præceptionis, vt d. l. ex factò, cum fimilib. Et ifta effe noua conclusio, & pulcherrima in difputatione, cogitabis tamè fuper ea.

Sed contra rationem prædictam videtur facere, quia fi relinquatur pecunia hæreditaria iure legati, tota imputatur, vt in verfic. fed fi accepta pecunia. & ratio effe, quia tota de portione fuâ fufcipitur, vt l. deducta, §. nummis. fupra titu. fecundo, & tamen tota poterat relinquere iure inftitutionis.

Refponderi tamen potefit, quæ fi fimpliciter relinquatur pecunia, etiam quæ dicatur de hereditate, dicitur relinquere, vt genus, & fic proprie non dicitur res teftatoris, licet de fuis rebus affumi poffit. & tunc credimus teftatorem voluiffe, quæ affumatur de portione grauatè in dicta pecunia, prout fupra dixi in prima conclusio. & in 7. opp. primæ partis. Si autem reliquatur pecunia relinquatur in facculo fignata, uel etiã dixerit teftator, quæ pecunia illa capiatur de communi hæreditate, vel quid fimile, tunc vt fupra dictum effe, caperetur difformiter, & procederet lex ifta, in verfic. pro ea vero parte, cogitabis.

Sed adhuc contra rationem noftam inftabit aliquis, dicens, quæ etiam quando corpus non hæreditarium prælegatur, fi potentiam teftatoris infpiciamus, poffet dici, quæ teftator potuiffet aliquid hæreditarium loco eius relinquere, & ita videtur quæ etiam tunc videatur ad effe eadem coniectura, quod non imputetur, & tamen iftud effe aperte falium.

Sed tuendo noftam rationem refpondetur, argumentum iftud non valere, quia cum teftator voluerit certum illud corpus non hæreditarium relinquere, de illo tantum agendum effe. Nec fibi fatisfeciffet teftator illam aliam rem prælegando, cum aliam relinquere vellet, prout vere reliquit. Cogita fuper iftis. Quarit 80 quarto loco Bar. vtrum f. falcidia, vel trebellianica in vna re detrahi poffit? Et in hoc facit folennem & magiftralem diftinctionem. Ex cuius dictis facio multas conclusiones. Prima effe, quæ (quicquid alias de iure fit circa detractioem quartæ, in quibus fcilicet rebus fiat, de quo inferius patebit) fi partes confentiunt in qua re, vel in quibus, & quomodo detrahatur, talis confenfus feruabitur, & poterit tunc quarta detrahi in vna re, vel pluribus, prout partes concordabunt. Ifta conclusio communiter ab omnibus approbatur, & effe clara, argumen. l. potefit, quam allegat 81 Bar. §. de leg. 1. cum fimilibus.

Circa iftam f. conclusionem dubitari folet, fi legatarij, vbi de falcidia agatur, vel fideicomiffarij vniuersales, fi de trebellianica promiferint hæredi fe stare contentos quacunq; detractioem, quam ipfe facere voluerit, hæres autem in difcrete uelit quartam detrahere, puta meliorem rem fibi retinendo, vel de qualibet minima re partem fufcipiendo, vtrum id poffit? An vero talis concessio debeat limitari, dummodo hæres difcrete detractioem faciat. Hanc dubitationem tangent hic R. repetentes, remittentes fe, vt per eos. Mihi fatis conueniens, videtur hoc terminandum iuxta Doctrinam Bar. in l. fin. in fecunda q. j. de prator. ftipula. vt fic in effectu dici debeat, quæ poterit hæres declarare in quibus rebus uelit quartam detrahere. Verum fi eis declaratio afferatur in difcreta, vel iniqua, & fic quæ dolum continere videatur, poterit per aduerfarios peti, vt reducatur ad arbitrium boni viri, vt per Bar. quem per te videas quia nolo inftitere.

Notabis tamen, quæ dum Bar. ibi dicit, dolum præfumi, fi plus debito arbitretur, quia id videtur contra l. cum quidam ita, circa princ. de legat. 2. dum toleratur; quod indignum dignis præferat hæres, & cogita, an dici poffit, quod ibi id toleratur, nec reducitur ad bonum virum, quia ibi aduerfarius agebat de lucro, & iure querendo: fed in cafu Barto. de iure conferuando, & ita forte potefit dici in propofito de fideicomiffario. Nam ius illi iam erat quæfitum; & ita velle Alex. in l. prima, §. folutò matrim.

82 Secunda conclusio Barto. effe, quæ falcidia dicitur refecare legata quælibet, ita ut fecundum iuris regulas hæres dicatur habere quartam in qualibet re legata etiam minima, per iura Barto. dico enim quod per legem falcidiam impeditur pro illa parte, quæ effe detrahenda translatio dominij, quæ alias in legatis fit, iuxta la Titio, infra de furfis, & l. legatum ita; fupra de legat. fecundo, cum fimilibus. Et iftud probatur in l. lineam margaritarum, in fin. fupra eodem. Et fic fequitur, quod tunc in talibus legatis inducitur communiõ, & quedam focietas, ut probatur in l. Plautius, fupra eod. in princ. & fic Doctores tranfeunt. Aduertendum tamen effe, quia ifta conclusio de plano procedit, refpectu falcidiæ, de qua iura prædicta loquuntur, fed in trebellianica, hoc non reperitur expreffum: Bart. tamen idem in ea vult,

D. Maria. Soc. Iun. in l. In quartam.

cum de vtraque simul loquatur. Et ita dicunt Repetentes. Pro quo facit vltra eos §. sed quia hæredes, ibi, vt perinde liceret. &c. Insti. de fideicommiss. hered. Est tamen hoc sane intelligendum, scilicet secundum terminorum diuersitatem, falcidia enim refertur singularia relicta, vt scilicet illorum pars retinenda sit: trebellianica vero, vniuersalia, vt sic hæres, eam detracturam, dicatur habere quartam vniuersaliter. Et in hoc stat dispositio legis æqualiter in vtraque, & ita voluit Barto. sed, quod dixi de comunione rerum, non procedit respectu trebellianicæ, cum in fideicommissio vniuersali dominium non transeat ante restitutionem, vt per Bar. in l. 1. & ibi diximus, supra de lega. primo. nec etiam in legatis particularibus in quibus dominium non transit, prout sepe contingit, vt in d. l. 1. dictum fuit.

83 Tertia sit conclusio, ¶ q̄ legata & quęcunque alia data hæredi ex ordine testatoris, vel per ipsum, etiam extra testamentum, ea mente, vt in quartam illi imputentur, omnino debent imputari, & in eis ante omnia quarta detrahatur, siue sit vna res, siue plures. Et si ad quartam sufficiunt, satis est superfluo apud hæredem remanente, si vero non sufficiunt, suppletur ex hæreditate, vel aliis rebus, secundum q̄ in eam quartam debet imputari.

Hęc conclusio procedit, nedum si id testator exprimat, prout videtur l. quod autem, in fin. secundum communem intellectum §. eod. Sed etiam si tacite illud sentiat, & ex coniecturis ita sumi possit, vt l. cum quo §. si. §. eo.

Quod tamen intellige fm q̄ dixi §. in secunda oppositione primæ partis. Quod etiam probatur hic, prout loquitur de trebellianica fm Bar. ex eo quia testator legat hæredi grauatō vel quid simile ordinando, censetur voluisse, vt in quartam imputetur, cum sic iure caueatur, fundando talem dispositionē in præsumpta mente testantis, vt supra dixi in 1. quęst. in noua mea ratione. Quod vel ex eo constat, quia si testator dum legat dixerit, nolle illud in quartam imputari, certe non imputaretur, nequid contra testatoris voluntatem inducatur. l. autem quærebatur, quam allegat Bar. nihil facit ad propositum. Et credo fuisse errorem scribentium.

Et ex mente Bar. hic habes, q̄ in voluntate testatoris, saltem tacita & præsumpta, fundatur omnis regula imputationis, de qua in ista l. vt fuit §. pluries dictum.

84 Et ex ista conclusione Bar. habes fm Repetentes notare, q̄ licet testator aliquo iure falcidiam prohibere non possit. l. q̄ de bonis §. 1. supra eo. poterat tamen ordinare, in qua re detraheretur, volens quod hoc, vel illud in eam imputetur.

Tu adde, q̄ adeo potest testator circa imputationem faciendam, vel non, vt per eam uia possit sic ordinare, q̄ in effectu quarta non detraheretur, vt l. si debitor §. eo. ponendo q̄ debitum in casu illius l. æquiualeat quartæ, per legem falcidiam detrahendæ. Et idem videtur probari in l. Lucius §. maritus. j. ad Trebell. similiter ponendo, quod dos ibi debita, æquiualeat quartæ.

Et hic videtur posse inferri, q̄ antiqua regula, dictans falcidiam prohiberi non posse, debet intelligi, f. expressè, & directe.

Tacite tamen & indirecte per uiam imputationis faciendæ, vel nõ poterit in effectu eam prohibere. Super hoc autem ego semper & plurimum dubitauit. Quoniam uidetur contra c. cū quid una uia, de reg. iur. lib. 6. cum similibus. Item & secundo uidetur, quod ex eo reddatur prouiso legis falcidiæ defectiua, si quidem hæres, tunc nihil sperans ex hæreditate, illam non adibit, & ita testamentum ruet, contra intentionem ipsius legis falcidiæ, iuxta tex. Insti. eo. in prin. cogitabis pro resolutione.

Et ego interim dicam, quod mihi occurrit. Videtur itaque sic posse dici, vt prædicta difficultas aliquo modo tollatur.

Et primo, quo ad d. l. si debitor, dicas illud ibi esse, quia cum voluntate testatoris concurrat, q̄ debitum fuit aditione hæreditatis confusum & extinctum. l. Stichum §. aditio. infra de solu. cum similibus. Et ideo quando postea fit computatio, si hæres velit deducere, quod sibi debeat, & sic quodammodo extinctam obligationem suscitare exceptione doli, a tali deductione repellitur propter expressam prohibitionem testantis, vt ibi dicitur. Et ita quo ad illum tex. volunt ibi Bar. & alii. Nec obstat q̄ per cõfusionē obligatio ipso iure tollatur. l. Vranus infra de fideiur. vt sic non videatur opus esse exceptione, quod videtur contra d. l. si debitor, quia responderetur, q̄ exceptio non opponitur actioni, sed hæredi, volenti deducere, quod sibi debebatur ante aditionem, prout ordinare potuisset. l. in imponenda. C. eodem. ab eo enim eo casu remouetur exceptio doli propter voluntatem testantis, qui talem deductionem fieri expressè prohibuit. Et hoc quod ibi dicitur, q̄ ratione exceptionis doli, voluntas testatoris apud arbitrum falcidię seruetur.

85 Secundo ¶ hoc ita posito, dicas, q̄ non obstat regula. Cū quid vna via, quia illa procedit quando illud, quod vna via prohibetur, proprie & realiter per aliam fieret exemplum in l. scire oportet. §. si mater. §. de tut. & cura. dat. ab his. Hoc autem non continetur in d. l. si debitor, quia vere ex legatis falcidia detrahetur; sed solum est, q̄ in eius computatione non habetur ratio eius, quod

hæredi debebatur ratione prædicta, licet alias contraferret, vt d. l. in imponenda.

Et istis sicstantibus, tertio dicas non obstat, quod secundo loco supra objebebatur. Quia primo posset responderi, q̄ testatori videtur imputandum, q̄ sic disponere voluit, sciens talem dispositionem per legem non improbari. Vel secundo, q̄ poterit testamento & dispositis in eo consuli, quia hæres cum legatarijs in portione pacisci poterit, vt in simili dicitur in l. in quantitate, §. eo. & in §. quantitas, Insti. eo.

Et si tunc dicatur, ergo prouiso legis falcidiæ fuit superflua circa detractionem quartæ, cum satis esset, hæredem posse pacisci? Responderetur (& nota, quia est necessaria declaratio in hac materia) q̄ immo prouiso fuit utilis testatoribus, & etiam hæredibus testatoris, quia citius adibitur hæreditas, & sic testamentum confirmabitur, & res erit magis in securo: quoniam facile contingere posset, hæredem & legatarios non conuenire. Hæredibus autem, quia certi erunt se habituros commodum quartæ. Et hoc procedit regulariter.

Aliqñ tamen, vt testatori & hæredi, immo etiam ipsis legatarijs consulatur per pactum in portione, vt in casu d. l. in quantitate, & d. §. quantitas. Et illud eo casu specialiter procedit, quia fm iuris ordinem quarta detrahi non posset, cum hæreditas tpe mortis soluendo fuisset. Ita vt falcidię non esset locus, quod tempus in aduenda ratione falcidiæ inspicere debet, vt dd. iuribus.

Ad illud enim tempus aditio refertur l. hæres quandoque, §. ad acquir. hæred. Et ita placuit legi ratione prædicta disponere, de quo hæres non potest conuenire, cum hæreditas posset etiam augeri ad eius commodum, vt dicitur in dd. iuribus. Debet ergo pariter & æquo animo ferre damnum diminutionis. l. secundum naturam. j. de reg. iur. Facit l. si ex toto, in prin. §. de leg. 1. verum quia possit hæres propter talem diminutionem nolle adire, erat opus pacisci, vt dictum est, cum tunc alia via non esset ad conferuandum testamentum. Idem ergo dicat per eandem rationem in terminis d. l. si debitor, si hæres adire nollit. Nam cum lex tolleret imputationem illam non fieri, vt voluntas testantis in eo seruetur, & sic, q̄ in effectu hæres non sentiat commodum falcidiæ totius vel partis, oportebit legatarios cum hærede pacisci, si volunt, quod adeat. Et quęcunque dicta sunt de d. l. si debitor, dici etiam possunt de d. l. Lucius §. maritus, infra ad Trebell. quam supra allegaui cum d. l. si debitor. Cogita super istis, quia nemo tangit. Et ego etiam adhuc dubito, sed cum eis quiescam donec melior declaratio non succurrat.

86 Quarta sit conclusio, ¶ q̄ fructus percepti per hæredem iudicio testatoris imputantur ei in quartam. Et si ad eam sufficienter bene est, sin autem, suppletur ex aliis rebus vique ad quartam, immo & quarta fructus, prout de falcidia loquendo; probatur in l. quod de bonis §. fructus, supra eod. Et de trebellianica probatur in l. in fideicommissarium, in prin. cum ibi traditis per Doctorem, infra ad Trebell. Vbi autem fructus essent supra quartam, remanent hæredi.

Quod tamen limita, nisi legata fuerint supra vires hæreditarias. l. ita tamen §. hæres ex asse, j. ad Trebell. & voluit Barto. in prima oppositione. Et hoc forte est, quod voluit hic Barto. in veteri nec obstat, j. tit. 2. l. ita tamen §. hæres ex asse, vel forte Barto. voluit se referre ad ea, quæ ibi dixit in quinta oppositione.

Hęc conclusio limitatur, vt non procedat in liberis primi gradus, quoniam si ipsi grauentur hæreditatem restituere, fructus, quos perceperunt, non imputantur sibi in quartam trebellianicam, etiam q̄ pater in testamento illud voluerit, quia ipsi debent illam quartam habere de rebus hæreditarijs, vt est text. singularis in l. iubemus, C. ad Trebell. prout ibi Paul. de Castr. & alii dicunt, & sequuntur hic Repetentes, & diximus supra in sexta oppositione secundę partis. Super hoc tamen potest dubitari hodie, & sic an d. l. iubemus, hodie sit correctæ, attento ¶ q̄ sicut potest prohiberi falcidia, vt in Auth. sed cum testator, & in corpore unde sumitur. C. eod. ita etiam secundum magis communem opinionem, potest prohiberi Trebellianica, vt ibi per Doctorem, & in l. Marcellus, in prin. j. ad Trebell. Et si potest prohiberi fortius debet posse minui per imputationem fructuum.

Et istam opinionem p. d. l. iubemus, quod sit hodie correctæ, tenuit ibi Cyn. in prima oppositione, Raphael Comens. in l. co. hæredi §. cum filia, supra de vulgar. & pupillar. & videtur sequi Alex. in d. l. Marcellus. Ego tamen iam annis quinque (si bene memini) contrarium consului in pulchro casu in ciuitate Veronæ contingente. Et secundum consilium meum fuit iudicatum. Et fundamentum fuit, quia, quicquid in alijs hæredibus sit tenendum, in liberis primi gradus tenui nihil innovari hodie per noua iura. Et sic, quod d. l. iubemus, remanet incorrectæ. Et ita firmam quod pater proprijs filiis non possit trebellianicam prohibere per d. l. iubemus, inductam ibi per Bald. & Sali. vt in d. consilio laius uideri potest, quod imprimetur, est in primo volum. nume. 131. & ad ibi dicta me remittendo, hic vterius non prosequar.

38 Quinta conclusio Bar. est, quod res alienata per heredem grauatum, prout sepe contingit, imputatur ei in quartam, & in illis illam detrahere dicitur, prout de hoc est text. in d. Marcellus. §. res quæ, infra ad Trebell. Et ubi earum valor sit par prædictæ quartæ, res dicitur sopita: sin minus, suppleri debet. Si vero res tales sint pluris, pro eo pulri reuocatur alienatio, ita secundum Reperentes voluit hic Bar. sequuntur Alex. & alij vt per eos. Hinc in-

39 fertur, quod si filius per fideicommissum grauatus post mortem, interim vendat aliqua bona subiecta fideicommissio, emptores hodie erunt securi vsque ad dimidiam hæreditatis. Nam pro legitima filij erunt securi saltem in tertia parte, & pro trebellianica in quarta reliquorum: quæ cum illa tertia faciunt dimidiam totius. In has enim legitimam & trebellianicam per filium & sic per heredem eius detrahendas ante omnia alienata imputantur. Ita signanter firmat Areti. in consi. 18. Visa & discussa. & in consi. seq. & Alex. consi. 3. Viso processu. lib. 3. prout referunt & sequuntur Reperentes hic, & Crotus in l. filiusfamil. §. diui. §. de lega. 1. Et ego isto anno consului in quadam causa Ferrariensi in fauorem cuiusdam de Machiauellis, & imprimetur in 2. vol. in consi. 28.

Ista conclusio est indubitata, si partes consentiant, argumen. l. potest, supra de lega. 1. & eorum, quæ dixi §. in prima conclusione. Item etiam de plano videtur procedere, quando solus hæres, qui alienauit ita velit contradicentibus legatariis, vel fideicommissario vniuersali, cum limitationibus tamen de quibus infra dicemus. Sed si per contrarium hæres nolit alienata in quartam imputare, eaque redemerit, volens de alij rebus quartam assumere contradicentibus aduersariis, potest probabiliter dubitari, quid agendum, per ea, quæ inquit Roma. in l. Marcellus. §. res quæ, dum voluit in hoc casu heredem esse audiendum, & alij sequuntur vt infra dicam. Tamen etiam isto casu imputationem alienatorum fieri debere, & sic heredem non debere audiri, tenet Ange. hic & in d. §. res, quæ. vbi Ioan. de Imo. Ale. & dominus meus Soc. sequuntur, sic etiam firmat hic Alex. & Reperentes & est communis opinio. Fundamentum est, quia hæres, qui iam alienauit, non potest redimendo mutare propositum in præiudicium fideicommissarii, per regulam mutare, de reg. iur. lib. 6. & l. nemo potest mutare, infra de reg. iur. cum similibus. Pro quo etiam secundo facit. l. i. §. si rem depositam, supra de positi.

Contrarium tamen, vt dixi, tenet Roma. in d. §. res quæ. Et mouetur per l. si fundum p fideicommissum, supra de leg. 1. in fi. Nam sicut ibi auditur hæres, si fundum malit restituere in illo casu, ita & isto casu audiri debet, si fundum redemerit, & illum fideicommissario præstare velit. Hanc opinionem firmat etiam Imo. hic sibi contrarius.

Et secundo eum pro ea secundo facit bona ratio, quia non videtur quod fideicommissario in aliquo præiudicetur, cum probabile interesse prætere non possit, attento quod non facta alienatione ita esset, sicut hæres petit. Et alias ubi non detur interesse partis, locus est poenitentiae l. si pecuniam, in princ. §. de cõdic. ob cau. Et licita est etiam purgatio moræ, vt per Bar. & alios in l. si insulam, infra de verb. oblig.

Et ex ista ratione tenendo istam partem, videtur tolli ratio Angeli, quia regula per eum allegata procedit, quando vere alteri inferitur præiudicium, vt notatur in d. c. mutare. Et ad d. §. rem depositam, secundo loco allegatum pro communi opinione, potest responderi, illud ibi esse, quia illa alienatio rei depositæ cadit in dolum, vt ibi dicitur, & in eo fundatur decisio illa, vt patet ibi, quia semel dolum fecisti &c. Nimirum ergo si non est locus poenitentiae, quia per eam non tollitur delictum. l. qui ea mente, infra de furt. sed in casu nostro nullum est delictum, quia cum hæres sit dominus, & fideicommissum pendeat ex sui conditione, potuit interim alienare. l. fi. §. pen. C. communia de leg. & per talem alienationem vt dicit Imo. fideicommissarius non priuatur possessione, quam non habebat, sicut contingit in d. §. si rem depositam.

Præterea respondetur clarius, quod termini sunt omnino diuersi, & si depositarius, qui redemit rem ipsam restituisse, satis est, argumento l. sequitur. §. item Labeo, infra de vsucap. Immo etiam si nondum redidisset, extaret tamen res apud redimenterem, vt ibi dicitur. Sed in casu nostro res redempta extat, & parata est restitutioni, ergo &c. Et sic videtur quod ista opinio contra communem sustineri possit.

Veruntamen tuendo communem opinionem secundum Alex. in d. §. res quæ, potest ad fundamenta contraria responderi. Sed antequam respondeam pro communi opinione vltra Doctores facit primo, quoniam videtur probabile præiudicium, posse considerari, cum res sic redempta posset perire. Nam hoc esset in damnnum fideicommissarii, vbi si non redempta deficeret, non data esset, quia illam sibi imputaret. Quo posito sequitur, quod hæres non debeat audiri per d. c. mutare, cum similibus. Et per hanc considerationem videtur tolli totaliter ratio Imol.

Secundo facit, quia hæres modo alienando, postea redimendo, videtur sibi contrariari, & quodammodo hanc legem imputationis deludere, & ludibrio habere: quod non videtur tolerandum, vt in simili probatur in l. fi. §. vbi autem puerilis. C. de bon. quæ liber. Non obstant modo contraria. Nam secundum Alex. vbi supra ad d. l. si fundum per fideicommissum, allegatum per Rom. respondetur primo, quod illud ibi est, quia pretium debebatur respectu certæ rei, cum fideicommissum esset in illo fundo, nimirum si res ipsa & sic ille fundus, licet a iure hæreditario remotus, potest præstari, argu. l. fideiussor euictionis, infra de excep. doli. Non sic est in casu isto, quia quod res alienata imputetur in quartam, non fuit inductum loco alicuius rei seu respectu certæ speciei.

Ista solutio videtur dubia, quia hoc vltimum negari posset, dicendo quod immo pretium rei alienatæ debet hæres sibi in quartam imputare, quia rem ipsam soluere non potest. Vel etiam dici posset, quod immo in ea re poterat quarta considerari respectu quartæ arbitrio boni viri detrahendæ, super quo cogitabis.

Secundo respondet Ale. ad d. l. si fundum, quod ibi adfuit consensus fideicommissarii in alienatione: & ideo hæres non fuit in dolo, nec vt teneatur ad pretium, fuit inductum in eius odium. secus videtur in casu nostro, iuxta notata in d. §. res quæ. Sed nec ista responsio videtur rita, quia negatur, quod hæres in casu nostro alienando fuerit in dolo, vt dictum est. Similiter etiam negari potest, quod d. §. res quæ, illud disponat in odium hæredis, quia in eo potest etiam fauor considerari, ne scilicet ille grauetur redimere cogitabis.

Et quicquid sit de hoc primo fundamento contra communem, de quo infra dicitur, ad secundum, & sic ad rationem Imolæ respondet Alex. quod immo satis fideicommissarii interest & ei præiudicatur, si contra eius voluntatem hæres illud velit, arg. §. præterea, Instituti. de actio. & l. fin. ff. de vsu, & habita. Ad quod facit glo. fin. in l. pen. supra de condi. ob cau. vel tu potes aliter in teresse eius considerare, vt modo dixi in primo argumento, quod pro communi feci vltra Doct. & ita videtur quod etiam communis opinio defendi possit.

Quid tadem dicendum? fateor articulum esse valde dubium, & vtranque partem disputando sustineri posse. Et quamquam in dubio a communi non sit recedendum, tamen in puncto iuris præcliuor sum in opinione Roman. & Imolæ. Et in primis moueo; quia ratio Imolæ mihi videtur plurimum vrget. Nam si res ponitur in statu pristino, & in hærede non est delictum, non video, de quo fideicommissarius conqueri possit. Non obstat responsio Alex. quia replicatur, quod licet aliquo casu sola voluntas attendatur, tamen interesse, quod est mere voluntarium, regulariter non consideratur, iuxta tradita per Doct. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod interest profæ. Et ad iura Alexani respondetur, quod nihil faciunt; quia in illis potest considerari aliquod præiudicium. Nam in d. §. præterea si quis, potest forte debitor facilius soluere rem meliorem vt ibi dicitur, & in d. l. fina. vsus deterior fieri potest, licet res meliorem statum capiat. Præterea in dd. iuribus quod reuocatur, veniebat contra regulas iuris, vt in eis recte intuenti patebit. Quod non est in casu isto, quia immo ad iuris regulas reuertimur re alienata redempta, vt scilicet ex omnibus bonis detrahatur quarta, prout alias debuisset fieri, si res illa non fuisset alienata. Et ex hoc facio secundum fundamentum pro hac parte, quandoquidem semper fauendum est dispositioni & interpretationi, per quam res redit ad pristinum statum, argumento l. si vnus. §. pactus ne peteret. verliculo quod & in specie dotis, supra de pactis, & cap. ab exordio. 35. distinctio. & est glo. in verbo numerandum, in cap. statutum, de præben. lib. 6. Nec obstat consideratio interesse, quam ego feci in illo primo meo argumento pro communi, vt dicam infra respondendo in specie ad illud argumentum.

Præterea & tertio mihi plurimum vrget d. l. si fundum per fideicommissum, nouiter tamen considerata. Nam ibi hæres & fideicommissarius consenserunt alienationi, & sic vt pretium pro fundo debeatur, propter quod non videbatur posse solui fundum inuito fideicommissario, quasi de pretio soluendo simul conuenerunt, argumen. l. sicut. C. de action. & obligation. Et tamen determinatur ibi contrarium ex eo, quia res redit ad pristinos terminos, & in eo fideicommissarius iudicium interesse non potest prætere, ergo fortius ita dicendum est in casu isto, cum non defuerit talis consensus. Et si dicatur, quod fideicommissario iam fuit ius quæsitum, vt res alienata imputetur in quartam, & illud ab eo non debet auferri sine suo factio, per l. id quod nostrum, infra de regulis iuris.

Respondetur, quod illud erat quæsitum ex quadam equitate, in qua fundatur dictus §. res quæ, quæ cessat, si heres redimat. Et si bene aduertis, etiam in dicta l. si fundum, erat simile ius quæsitum, & fortius, quia ex pacto, & tamen fundus solui potest.

Et tenendo istam opinionem non obstant duo, quæ per me supra deducta fuerunt pro communi. Nam ad primum respondetur

D. Maria. Socin. Iuni. in l. in quartam.

detur negando in proposito nostro tale præiudicium posse con-
siderari. Quoniam nos præsupponimus rem, quæ fuit alienata,
& modo est redempta, extare, & reponi in hæreditate, & solum
queritur, an hæres ita reponens sit audiendus. Quando autem
post redemptionem perisset, cui pereat, aliunde est querendus,
nec est præsentis speculationis, cum sufficiat rem, ad pristinos
terminos restitutam extare.

Ad secundum vero respondetur, negando quod in proposito
lex, dictans alienata imputari in quartam, fieret ludibrio. Nam
lex illa dicit, quod, quæ alienata sunt, imputantur in quartam,
quod intelligo scilicet tempore, quo agitur de quarta detrahen-
da, & sic dum restituitur hæreditas. Hæc enim lex in hoc delu-
sionem non patitur, quia vere res vendita & redempta non di-
citur hodie alienata, licet olim fuerit, cum sit redempta & repo-
nita inter alias res hereditarias. Et ad dictum §. ubi puerilis, par-
ticulariter respondetur, quod illud ibi est propter manifestam
repugnantiam, in illo adulto ponderatam, quia modo dixerat
se deceptum in aditione, quam pro eo pater fecerat, & nuper
dicit contrarium, & quod in tali assertionem deceptus fuit. Quod cer-
te non cadit in casu isto, quia rem fuisse venditam, & postea red-
emptam non repugnant: secundum necessarium præsupponit
primum. Ex his ergo videtur, quod ista opinio contra communem
defendi possit, & sit de iure probabilior: super quibus tamen co-
gitabis quia pulchra sunt & valde utilia.

92 Tenendo tamen communem opinionem eam limitabis,
nisi redemptio fieret ante euentum conditionis fideicommissi,
prout signanter limitat Patruus & dominus meus Soc. in d. §.
res quæ. col. fin. Et secundum eum ratio est, quia tunc non erat
quæsitum ius fideicommissario ante redemptionem, merito ergo
non potest, nec debet quicquam allegare posse, ut per eum,
Repetentes hic reprobant hanc limitationem, quia per eam ni-
mis restringitur d. §. res quæ.

Præterea hæres alienando, dicit eligere rem illam pro sua quar-
ta attenda dispositione d. §. res quæ, unde quod semel placuit am-
plius non debet posse displicere. c. quod semel placuit, de reg. iu.
lib. 6. Ad quod in simili facit l. apud Aufidium, §. de opt. leg. Ego
defenderem limitationem patruus mei per rationem prædictam.

Nec obstant contraria, quia primo ad generalitatem d. §. res
quæ, respondetur, quod immo nulla sit restrictio. Nam ille tex. lo-
quitur quoniam agitur de quarta detrahenda, ut alienata in eam imputetur
per æquitatem de qua §. At isto casu dum de tali quarta agitur,
non reperitur res alienata, cum per redemptionem res fuerit re-
posita inter alias res hereditarias, ergo &c. Ad quod facit ille text.
in verbis illis, alienata sunt. Secundo non obstat, quod de electio-
ne dicitur, quia respondetur, quod d. §. res quæ, non procedit per viam
rationem electionis factæ, sed per æquitatem prædictam. Nec
alicubi legitur, dari hæredi talem electionem.

Et per hoc respondetur ad d. l. apud Aufidium, quoniam ibi
electio competeat ex ordine testatoris, quia illam legauerat.
Præterea dico quod ubi quis vellet, quod procederet ille tex. per viam
& rationem electionis, deberet intelligi, si in ea persistat, vsque
quo conditio impleatur, quia tunc dicitur quarta deberi, ex quo
iam cedit, & venit dies fideicommissi, & sic venit dies eligendi.
Id autem quod prius factum sit, nullius est roboris, arg. l. optio-
ne, §. de optio. lega. prout etiam dicebat Soc. meus ubi supra. Et
dicere quod immo etiam ante conditionem potest fieri electio in
casu isto per talem alienationem, ut dicunt Repetentes, mihi non
videtur verum, sed expectanda est dies fideicommissi, quia cum
antea non debetur fideicommissum similiter nec quarta venit
detrahenda. Et licet si pendente conditione alienauit, & nun-
quam redemit, alienatum postea imputetur in quartam per d. §.
res quæ, ex quo videtur offendi, quod etiam ante conditionis imple-
mentum hæres alienando potest eligere, & sic non videtur bonum
simile de l. optio. Et dicunt Repetentes hoc inconueni-
biliter stare contra dominum meum Soc. ut per eos. Tamen dico
tuendo Soc. quod eo casu illud est, quia ante euentum condi-
tionis non reuocando, sed in alienatione persistendo dicitur in
ipso conditionis euentu eligere rem alienatam pro sua quarta,
vel parte eius. Et ex hoc talis electio operatur, non autem proue-
nit ex prima electione. Magis tamen placet quod d. §. res quæ, non
procedat ratione electionis, cum talis electio non detur hæredi,
sed fundatur in æquitate, de qua supra, cogita super istis. Ex quibus
ponitur vna limitatio ad istam quintam conclusionem Bart.
ut scilicet non procedat, si res alienata redimatur, vel simpliciter
quandocumque ante detractionem quartæ, ut supra tenui: vel
saltem quando ante diem fideicommissi fieret redemptio secun-
dum dominum meum Soc.

Secundo limita eam secundum Ange. quod talis imputatio ini-
to fideicommissario non fit, quando alienatio fuisset facta in frau-
dem eius, & patrimonium ex ea posset dici quasi corruptum.
Exemplum, si de qualibet minima re alienasset quartam partem,
tunc enim æquitas non pateretur fideicommissarium inuitum
incidere in communionem omnium rerum, arg. l. 2. C. quando

& quib. quarta pars deb. lib. 10. Nam tunc hæres per talem alie-
nationem videretur patrimonium intricare, & quasi fideicom-
missarium fraudare, per illum text. quod tolerandum non est,
arg. l. summa cum ratione, in princ. §. de pecul. Et ita sequuntur
hic Alex. & Repetentes in secunda fallentia. Exemplificatur et
ista limitatio, si meliora hæres alienasset, deteriora seruando,
quia tunc non careret suspitione fraudis secundum Ang. argu-
mento glo. in vers. suspectum. in l. 2. in princ. §. solut. mat. ut per
eum. Imol. dicit quod si hæres præsertim filius ita fecit, non videtur
male fecisse, nec potest reprehendi, ex quo ei legitima seu quar-
ta trebellianica non debet dari in bonis deterioribus, ut per eum.
Sed Alex. tunc Ange. & bene, quia licet quarta non debeat dari
in deterioribus bonis, tamen nec etiam in melioribus, sed in me-
diocribus & arbitrio iudicis ut per Bar. & alios.

Pro quo bene facit l. legata generaliter, cum sua materia, su-
pra de lega. primo, considerabit ergo iudex alienata, & si ei vi-
debitur, declarabit ex eis aliqua in quartam imputari, vel non,
& pro non imputatis reuocabitur alienatio.

Multas alias limitationes ad conclusionem Bart. ponunt hic
Alex. & Repetentes quas per te videas, ego gratia breuitatis di-
mitto. Sed ultra doctores tamen limita & declara prædicta ut procedat
94 respectu alienationis voluntariae: & ex qua utilitas seu co-
modus acquiritur alienanti hæredi, sed si fiat ex causa necessa-
ria, puta pro soluendo ere alieno, non procedunt prædicta, nec
fit eo casu aliqua imputatio, cum nihil hæredi remaneat, quod
sit imputandum, & respectu falcidia probatur, quia illa consi-
deratur detracta ere alieno. l. in imponendo. C. eod. Respectu
vero trebellianicæ probatur in l. filius familias. §. Diui, de legat.
primo, & in l. pater filium. §. j. de lega. 3. Et hoc uoluit Bart. post
Dyn. in d. §. res quæ, in tertia oppositione. Vnum tamen nota-
bis, quod quæ de rebus alienatis dicta sunt de plano procedunt in
trebellianica, sed in quarta ex lege falcidia, quæ de singularibus
95 relictis detrahitur, non videtur, quod possit procedere. Nam si aut
res alienatae erant legatæ, & tunc alienatio ipso iure infirmatur
l. fin. §. pen. C. communia de lega. nec consideratur, an rediman-
tur vel non, quia per se alienatio non valet & debentur legatariis.
Aut non erant legatæ, & in quartam imputantur; non ex
eo quod essent alienatae, sed ex regula l. nostræ, quia scilicet apud
hæredem remanserunt iure hæreditario, nec ius alteratum, quod
res fuerint alienatae & postea redemptæ, quia semper in quar-
tam imputantur ratione prædicta. Ita alias considerabam.
Et inuenio quod ita etiam dicunt nostri Senenses in d. l. filium
quem habentem, colum. mihi 46. licet non omnia prædicta
considerent.

Sed dices tu quod si legata omnia sint in quantitate, in hæredita-
te autem sint corpora, quorum aliqua hæres alienauit. & postea
pro implemento seu satisfactione legatorum dentur res heredi-
tariæ solum legatariis, sed hæres tunc dicat se velle vnam rem
pro sua quarta & non res alienatas, dicens tamen eas redimi,
vel etiam dicat, volens quod iudex declaret in qua re falcidia sit detra-
henda, recusans alienatas sibi imputare, cum dicat, se eas redem-
nisse, prout supra fuit disputatum: certe videtur, quod etiam res-
pectu falcidia procedat prædicta disputatio; & ubi non fuissent res
illæ redemptæ, videtur quod ut alienatae per hæredem essent in quar-
ta imputandæ. Verum ad hæc potest responderi, quod hæres possit
res hereditarias vendere, & pro legatis soluere quantitatem, prout
facta sunt. Quo stante legatarij de imputatione rei venditæ,
vel alterius nihil dicere possent cum eis satis haberent quantitatem
eis legatam, detracta quarta pro falcidia hæredis. Et sic videtur
quod commune dictum respectu falcidia procedere non possit. Et
si iterum dicas, quod si pars rerum legatur, solutio fit iudicis arbi-
trio, & similiter alia pars retinetur. l. potest, supra de lega. primo.
sic ergo dicamus in casu nostro, si legantur res hereditariæ, ar-
guendo de parte rerum ad totas res, iuxta l. quæ de tota, supra de
rer. vendi. Responde, illud ideo esse, quia eo casu lex permittit
hæredi soluere estimationem, ut dicitur ibi in fin. l. præcedentis:
quod non reperitur concessum respectu particularium legatorum
quia res legatæ, non earum estimatio regulariter solui debent.
Præterea etiam dicam, quod ibi pars plurium rerum, id est omnium
vni tantum relictæ est, propter quod toleratur quod in vna vel dua-
bus rebus estimatio omnium habeat, ne cogatur in qualibet
minima repetere & consequi partem, ut ibi dicitur, sed in casu
isto res singule præsupponuntur singulis relictæ. Et sicut videtur
quod conclusio Bar. de qua supra non possit verificari respectu falcidie,
cogitabis tamen.

96 Sexta conclusio, quam ponit Bar. est, quod si testator pater
concessit in vita rem aliquam, puta fundum in peculio, filius &
hæres poterit dictam rem pro quarta retinere inuitis aduersariis:
allegat Bart. d. l. filium quem habentem, & duas rationes ut
per eum.

Sed hæc conclusio communiter reprobat per doct. hic & in
d. l. filium, ut per Alexan. hic, colum. 10. & per Repeten. Quo-
niam licet pater concesserit in peculio, talis concessio dicitur te-
poralis

poralis, & cum vita patris extinguitur, & res illa & totum peculium cum ceteris hæredibus mortuo patre communicatur, prout est casus in l. certum. C. famil. erciscund. Ad rationem Bartolice Alex. & Reperentes non respondeant, responderi potest. Nam ad primam dum allegat l. pen. de alimen. & ciba. leg. dico, quod talis ratio si attendereetur, concluderet, quod res illa diceretur præcipua concessa post mortem, sicut videbatur concessa in vita. Quod tamen esset contra dictam l. certum. Et d. l. pen. nihil facit, quia ibi sumus in declaranda aperta dispositione testatoris post mortem suam, incerta tamen per se. Nam tunc fateor quod in certitudo declarabitur ex his, quæ viuens testator præstabat, sed hoc nihil ad casum nostrum.

Ad secundum vero de melioratione dum allegat l. fin. C. de al. l. i. & palud. respondetur primo diuinare esse, quod filius rem illam in casu nostro meliorauerit, & esset restringere conclusionem Bar. ad illum casum.

Præterea in causa d. l. certum, poterat peculium meliorari per filium, & tamen nulli dubium est, quod mortuo patre communicabitur, eo non attento. Nec d. l. i. obstat, quia loquitur in casu valde diuerso, & in quo a principio res erat libere concessa, vel saltem certo modo, qui postea, ea meliorata, non debet alterari. Nec obstat d. l. filium, quam Bar. allegat secundum lecturam antiquiorum, quia illa lectura non est vera, & aliter lex debet intellegi, ut dixi supra in glo. super ver. a. coherede. Sed aduerte, quia secundum Reperentes hæc omnia fateretur Bar. dicendo tamen quod iudex debet arbitrari æquum esse fundum illum pro quarta retineri ex præsumpta mente testantis per rationes suas. Et sic secundum eos Bar. recte intellectus non discrepat a communi sententia. Nam & Bar. videtur ita velle, dum dicit quod officio iudicis in diuisione res illa debet filio assignari. Tu vero dicas, quod si iudex ita arbitrabitur, motus forte rationibus Bar. vel quacunque alia, res carebit difficultate, & stabitur tali arbitrio, sed hoc non erit ex ordine iuris, & quod ita fieri debuerit, ut voluit Bar. sed ex eo, quia sic iudici visum fuit, cui hoc a lege erat commissum. Sed si iudex nolit sic arbitrari. Bar. videtur velle idem fieri debere, cum dicat retineri posse aduersario inuito. Sed in contrarium est communis opinio per rationem præallegatam, quam opinionem ego puto veriorem, quicquid dicant hic Reperentes.

Septima sit conclusio, quod si res hereditariae sint indiuisibiles, ut sic earum pars retineri non possit, de eis quarta non detrahitur, sed ex aliunde, puta ex vna vel pluribus rebus, ut per Bart. Quod intellige prout iudici videbitur, si tamen non reperitur a lege aliter ordinatum. Hoc dico propter iura allegata hic per Bart. Nam in l. sed si non seruus. §. i. ex alio legato detrahitur falcidia etiam pro suo legato cui erat danda libertas, quod est notandum, cum alias libertas relicta minuat quartam. l. Papinianus. §. quarta. supra de inoff. testam. sed id est, quia etiam seruus ille erat legatus, & satis est quod ex tali detractione quartæ non impeditur libertas, sed ubi impediretur, secus esset, ut eo. §. i. dicitur in primo responso. Item in l. lege falcidia interueniente, quæ etiam allegat Bart. quarta debet offerri per legatarium de suo. Et similiter etiam in l. si fundus mihi, eod. tit. quam vltimo allegat Bart. ordinatur a lege quo modo de quarta hæredi satisfiat, vel per preemptionem legati de via, ut in princ. & in fin. illius l. vel per oblationem ab ipso legatario faciendam, ut in versiculo videndum.

Et si dicas, cur eo casu non detrahitur quarta de fundo respectu vtriusque legati, cum fundus sit diuisiuis, prout in simili fit in d. l. sed si non seruus. §. i. Dico s. m. gl. & Bar. ibi, quia tunc fundus tantum pro parte fieret legatarij, & sic seruus postea acquiri non posset. l. pro parte. §. de seruit. cum similibus. & hoc voluit Iurisc. in d. l. si fundus, ibi coacta ratione &c.

Octaua & vltima conclusio Bar. est, quod in rebus diuisibilibus, licet de rigore iuris falcidia quamlibet rem legatam diminuat, ut dictum fuit supra in secunda conclusione, tamen re ipsa non ita de omnibus quarta detrahitur, sed in vna uel duabus, aut pluribus rebus, ut iudici videbitur. Et sic conclusio est in effectu, quod quarta, ubi partes non concordent, arbitrio boni iuri est detrahenda, quod qui ex qualitate rerum aut personarum varie poterit arbitrari, ut in simili dicitur in l. in fundo, in princ. supra de rer. diuis. & in cap. i. §. ad hec, in titulo, hic finitur lex, deinde consuet. reg. incip. in vrb. feud. & fundatur ista conclusio in l. potest, supra de leg. primo. & in illa ratione, ne alias sequatur inconueniens, de quo in l. 2. C. quando & quibus quarta pars debet. lib. 10. Cum ista conclusione Bar. transeunt communiter Doct. hic, & in d. l. filium quem habentem, & in c. Raynaldus. de testam. ubi in specie Andr. Siculus, columna septuagesima secunda declarat, hoc pariter procedere tam in falcidia, quam in trebellianica. Et ita et voluit hic Alex. & Reperentes.

Sed aduerte, quia licet de plano procedat in trebellianica per rationem præallegatam, cum illa debeat de vniuerso. Nam in ea cadit illa conuenientia, ne in omnibus detrahatur. Item ne hæc eligat, sed quod bonus vir arbitretur. Verum in falcidia de singu-

laribus relictis detrahenda, conclusio Bar. non videtur vera, quia si legatae sunt res hereditariae singulatim, prout contingit, & sit locus falcidiae, non videtur quod possit pro quarta dari hæredi vna ex dictis rebus, aut duæ; quia sic hi, quibus erant legatae, legatarij non haberent, & alij legatarij, si sibi legatae res integras haberent, viderentur non pati falcidiam, quod proculdubio inconueniens esset, & contra mentem iuris. Et ideo videtur quod de quolibet particulari legato pars sit detrahenda, ita ut apud hæredem quarta remaneat: Nec aliter videtur posse fieri in iuris partibus. Et bene videtur hoc probari in l. lineam margaritarum, & in l. Plautius, supra eo. & in l. 2. C. eod.

Et licet Doctores in effectu velint illa iura non procedere, nisi secundum rigorem iuris, non autem quo ad effectum, per rationem de qua supra, tamen mihi videtur quod hoc sit violare & destruere illa iura: quæ non debent dici posita verbo tenus, sed debent in effectu seruari, argumento l. secundæ, in fi. C. communia de lega. Quinimo dico quod clare ex eis constat, quod procedunt in effectu, cum in prima dicatur, quod hæres vendicat partem pro falcidia: in secunda, quod ratione falcidiae res legata sit communis: in tertia, falcidia aduersus omnes legatarios habet locum pro modo legatorum.

Concludendum itaque videtur, quod quando contingeret, res omnes hereditarias esse legatas singulatim, falcidia de quolibet erit re ipsa detrahenda, nisi aliter inter partes conueniat. Ita alias dicebam. Et postea alias inueni quod ita etiam sentiunt Perusi. hic. Et idem etiam ante nos voluit Bald. in d. l. 2. Fateor tamen, quod si vni plures res relinquuntur, & sit locus falcidiae, possit tunc procedere conclusio Bar. Cum tunc falcidia de vna re pro alia detrahi possit, ut l. si ex pluribus, supra eo. luncta gl. Et ita voluit Bal. in d. l. 2. licet illum text. non allegauerit. Quod etiam voluit hic Perusi. per l. si pupillus. §. si ego, supra eodem super quo tamen cogita, quia aequaliter dubito, & pro nunc nihil sumo.

Nec prædictis obstat d. l. potest, de legat. i. quia ibi erat legatum generale, puta tertie partis bonorum, quo casu datur hæredi, ut æstimationem soluere possit. Quod in casu nostro non reperitur, quia nullibi cauetur, quod hæres pro re legata, quam præstare potest, possit æstimationem soluere. Et simpliciter in casu isto non habebit locum, quod de iudicis arbitrio dicitur in d. l. potest, quia illud fundatur in illa generali obligatione ad partem bonorum, & etiam quia vni tantum debetur illa pars, & sic fit illud, ne inducatur multiplicata communio bonorum, si singulariter rerum partem esset omnino habiturus: quæ ambo cessant in casu isto.

Nec etiam obstat illa ratio, ne communio inducatur, & fiat intricatio patrimonij, quia illa procedit, quando certa pars in vniuersum danda est, ita ut multiplex communio induceretur, illa enim euitari debet. Et ita loquitur d. l. 2. ubi quarta pars totius hereditatis debetur curte, & prout etiam est in trebellianica, quæ dicitur quarta totius hereditatis & de vniuerso debetur. At in falcidia secus est, quia ipsa de singulis rebus legatis detrahitur, & ipsis legatariis res in specie & particulariter sunt relicte, & in eorum dominium transferat, si erant testatoris. l. a Titio. in fin. cum sim. §. de furt.

Præterea si vni res, legata pro quarta omnium, retineretur, ei pro suo legato esset satisfaciendum & quidem ab aliis legatariis, sequeretur quedam maior intricatio.

Sed contra istam conclusionem & pro communi opin. facit, quia si hæres in trebellianica detrahenda non cogitur partem omnium rerum sumere, & ita esse in communione, videtur idem & fortius dicendum de falcidia, quia ille respectu hæredis dicitur fauorabilior trebellianica, ut probatur in l. ista, & supra in quarto notabili. Et certe ratio d. l. secundæ. C. quando & quibus quarta pars, satis virgere videtur. Nam hæres dicendo, non conuenit, ut in tot rerum communionem incidam, videtur audiendus per illum text.

Sed tamen tuendo prædicta responderi potest, fatendo quod in falcidia magis fauetur hæredi, in hoc, scilicet ut pauciora in eam impentur, sed ex eo non debet argui ad casum nostrum. Nam illud procedit ex præsumpta voluntate testantis simul cum illa regula iuris, quod ex quo detrahitur, ut hæres ordinarie tantum imputare debet, quæ iure hereditario habet. Illa autem voluntas cessat in trebellianica ut supra dixi in r. q. Hæc præsumpta voluntas non est in proposito, ut falcidia detrahat in vna re aut duabus, cum id subiecta materia non patiat, ut ex prædictis constat. Vnde dicam quod falcidia & trebellianica habent se ut excedens, & excessum. Et per eandem viam responderetur ad rationem d. l. 2. quia. i. in falcidia locum habere non potest per ea, quæ s. dicta fuerunt. Et hæc procedant quando res hereditariae sunt singulariter legatæ diuersis personis, sed si legata essent in quantitate, & pro eis esset facienda assignatio rerum hereditariarum pro rata & pro sua quarta hæredi, posset forte procedere communis opinio, quia tunc res particulares non sunt quefi-

tæ nec

D. Maria Socin. Juni. in l. in quartam.

re nec reliet legatariis: & sic videtur quod possit illa quarta in vna vel duabus retineri, cum ratio Bar. & aliorum in tali casu videatur considerabilis, super quo cogita.

Et considera, quia forte hoc non bene adaptari potest ad terminos questionis Bar. quia cum legatariis debeatur certa quantitas, poterit heres omnia bona vendere aut partem (facta prius estimatione bonorum, & declarato quid sit dandum legatariis) & eis dare quantum debet, retinendo pro se quicquid voluerit. Nam legatarii nihil aduersus eum dicere possent. Sed questio Bart. videtur procedere, quando agitur de vna vel pluribus pro quarta retinendis, & de reliquis dandis legatariis.

100 Sed iuxta praedicta quaeritur, quid in legitima, quae filii debetur ratione naturali, de qua loquimur in sequenti quaestione, vtrum, si detrahatur in vna vel pluribus arbitrio boni viri, quando partes non concordant, sicut de trebellianica dictum est? Bal. in l. i. C. eod. videtur tenere quod non, volens quod immo possit filius eligere in qua re vult habere legitimam. Quod etiam sequitur Imo. in d. l. Marcellus §. res quae. Et fuit opinio Cyn. & Ray. prout etiam refert Aret. in consil. 156. Diligenter visis, column. fin. licet ipse aliter velit.

Et hanc opinionem, illam sibi ascribendo late defendit And. 101 Siculus in cap. Raynaldus col. 74. de testa. Mouetur primo, quia filius in legitima dicitur creditor. l. Papinianus §. quoniam autem quarta, supra de inoffi. testa. & melius probatur in §. primum itaq; in Auth. de haered. & falcid. creditor autem de bonis debitoris potest eligere, quam rem velit. l. creditoris, §. de distr. pigno. etiam si esset alteri legata, ergo idem & in filio debet admitti, cum & ipse sit creditor. Et si cum Alexandro hic dixeris, quod argumentum procederet, si filius haberet obligata bona patris pro legitima, sicut de tali creditore loquitur d. l. creditoris, quod tamen vere cautum non reperitur ut per eum. Videtur quod replicari possit quod immo reperitur, si non expressa lege, saltem concludenti ratione. Nam lex magis fauet filio in legitima, quam legatariis, cum illa praeter omnibus legatis deducto aere alieno detrahatur, & cum sit creditor filius in legitima omnino legatariis preferitur. l. si §. si vero. C. de iur. delib. vnde cum quilibet legatarius habeat bona testatoris obligata. l. i. C. communia de legat. cum simil. fortius videtur, quod debeat habere filius pro sua legitima. Ita dicunt hic Repeten. dicentes propterea quod Alexan. in suo dicto errauit in terminis.

Secundo mouetur remouendo fundamentum, quod solet fieri per tenentes contrarium. sit enim argumentum de trebellianica, & de quarta curiali ad legitimam. Dicunt ergo tale argumentum non valere, cum legitima iure naturae debeatur, ille vero quarta iure positivo: sic ergo legitima dicitur fauorabilior, & maxime trebellianica, cum illam hodie testator tollere possit, athen. sed cum testator. C. eod. non sic in legitima. Praeterea quarta illa curialis capitur ut lucrum, sicut etiam trebellianica: legitima vero ut debitum, ut sic filius in ea videatur trahere de damno vitando, merito de vno ad aliud non valet argumentum. l. fina. C. de codicil. & l. Proculus, & ibi notatur, infra de damno infecto.

Tertio facit praesumpta voluntas patris, fundata in paterna affectione. Nam cum pater filium diligat, magis quam seipsum. l. isti quidem, supra quod met. cau. praesumitur voluisse quod filius sibi satisfaciatur in legitima, & sic quod eam ex arbitrio eligat in qua re velit.

103 Adde quarto quod quia cum filius sit quasi dominus in vita patris. l. in suis, §. de libe. & posthu. eligendo vnam rem, videtur retinere, non autem de nouo acquirere: & alias retentio fauorabilior est noua acquisitione vel petitione, secundum Bal. in l. 2. tertio notabili. C. de fideicom. Et certe ista opinio videtur valde aequa, & filii fauorabilis, attentio maxime quod si legitima venit detrahenda, caetera bona patris sunt filio auferenda contra naturale, & commune votum parentum, iuxta l. scripta, in fl. j. vnde liber. Vnde pro ista opinione quinto loco facit illa regula, qua dicitur, quod qui in vno grauatur, in altero est releuandus. l. eu qui, in prin. s. de iureiur. Sicut enim filius grauatur in amissione reliquorum bonorum patrum, videtur releuandus ut pro sua legitima eligat quam rem velit.

Contrariam tamen opinionem, quod immo arbitrio boni viri detrahatur, & quod filius eligere non possit, tenent Doct. magis communiter hic, & in d. l. filium quem habentem, vbi etiam Bald. sibi contrarius, & in d. cap. Raynaldus, & fuit dictum Bar. in l. suis quoque, in princ. supra de haered. insti. & in d. l. z. C. quando & quibus quarta pars &c. cum concordantibus ut per Alexand. & alios hic.

Fundamentum est in d. l. 2. & in eo, quod de trebellianica supra concludit fuit. Et nota, quia non arguitur ex decisionibus illis ad casum nostrum simpliciter, quia tunc posset responderi, quod casus sunt diuersi, ut §. dicebam in secundo fundamento pro alia opinione. Sed arguitur ex ratione d. l. 2. quae etiam in legitima procedit, sicut etiam in trebellianica. Et si dicatur, quod non

videtur militare, tenendo quod filius eligat: sed tantum si vellemus quod in qualibet minima re esset habiturus partem. Respondetur, quod si subtiliter considerabis, etiam data tali electione procedet illa ratio. Sed posito, quod non dico, quod illud verum sit in se, sed cum reperitur prohibitum ut de singulis rebus detrahatur, & in simili ordinatum, ut iudicis arbitrio fiat detractio, ut l. potest, de lega. primo. & non reperitur concessum filio ut eligat, potius in hac dubitatione dicendum est seruari illud, quod in simili reperitur, quam inducatur hoc nouum, quod filius eligat, praesertim, quia posset meliores res eligere, aut etiam minutatim: & vtrumque esset maxime damnosum ei, qui caetera bona post legitimam, esset habiturus. Nec decet ita filiis fauere, ut commoda alterius destruantur, ut dicebat Bald. in d. l. filium quem habentem, & alibi ut hic per doctores. Facit etiam d. l. potest, ibi enim debetur pars bonorum generaliter, sicut filio pro legitima, & tamen dicitur quod si iudici videbatur, potest illa pars seu eius aestimatio solui in vna vel pluribus rebus: sic ergo dicendum est in casu nostro per eandem rationem de qua ibi. Et hanc opinionem sequuntur hic Alexan. & alij Moderniores, Corne. in consil. 282. statim allegando Areti. in dict. consil. 156. Et mihi ratio verior.

Non obstant allegata in contrarium. Nam ad primum potest primo dici, quod responsio Alex. potest optime defendi, negando scilicet quod filius habeat bona patris hypothecata pro legitima, prout etiam tenet Corn. in consil. 282. Circa primum, secunda column. primo volum. Non enim hoc reperitur inter tacitas hypothecas, ut constat ex lectura totius tituli supra, & C. in quibus, caus. pignus vel hypoth. tacite contrah. vbi de hoc verbum nullum, nec etiam alibi. Vnde erubescimus cum sine lege loquimur. l. illam. C. de collat. & §. consideremus, in Auth. de triente & semis. Non obstat ratio Repetentium, quia respondetur, quod licet in aliquo legitima sit fauorabilior legatus, non tamen ex eo sequitur, quod pro ea sit inducta tacita hypotheca, cum a lege hoc non reperitur, ut dixi. Et pro legatis fuit inducta ex quadam praesumpta mente testantis, seu ut eius voluntas plenius impleatur, ut d. l. i. C. communia de lega. Quod non consideratur respectu legitimae, filio debita, nisi quando expresse illi relinqueretur.

Non obstat quod filius dicatur creditor, quia posito, quod sit verum (quod tamen patitur difficultatem) non tamen sequitur ergo ei sunt bona obligata, quia non omnibus creditoribus datur hypotheca, sed illam habent qui de ea conuenerunt, vel quibus a lege specialiter reperitur concessa. Et si creditores indistincte praeferrunt legatariis, quia ante omnia res alienum deducitur, vbi res alienum exuberat, legata non debentur. l. si haeres ab eo. infra titu. 2.

104 Sed posito quod vtrumque solui possit, negatur, creditores esse fauorabiliores legatariis. Nam legata transeunt recta via in legatarium iuxta l. a Titio, in si. infra de furtis. & pro eis datur a lege tacita hypotheca. d. l. i. C. communia de leg. quae cessant in simpliciter creditore. Sicigitur defensata solutione Alexan. sequitur quod non Alex. errauit, sed potius Repetentes.

Sed vterius posito, quod filius haberet obligata bona patris pro legitima, ad argumentum aliter respondeo dimissa quadam solutione Bald. in d. l. filium; relata & approbata hic per Repeten. mihi enim non satisfacit cum non vadit ad argumentum, dico igitur, quod argumentum solum importat quod filius loco pignoris posset quam rem voluerit eligere, retinendam, quousque ei de legitima satisfiat. Non autem quod praesertim in ea re capiat legitimam, sicut etiam dicimus in creditore, rem loco pignoris eligente. Et si debitor id quod debet, soluit, ei res illa soluto pignoris vinculo restitui debet pignoratitia actione. Et ita erit in casu isto dicendum, quia si filio legitima debita soluat, prout debetur, si arbitrio boni viri, tenebitur, rem quam pignoris loco acceptat, restituere. Et ex hac responsione, quae est verissima, constat argumentum illud primum esse extra propositum.

Ad secundum responsio patet ex praedictis, quia non arguitur de decisione, sed de ratione decisionis, ut in fundamento pro ista parte dictum fuit.

Non obstat tertium, quia, prout etiam Repetentes dicunt, in proposito illa praesumptio cessat, cum testator magis dilexerit si deicommissarium vel heredem vniuersalem, quam filium, quod forte in sola legitima instituit: praesertim quia extraneum vocat ut ex mera volutate, filium vero ex quadam necessitate, scilicet, ut eius testamentum valeat. Et in necessitatibus affectionem aut liberalitatem nemo demonstrat. l. rem legatam, §. de alimend. lega.

Praeterea allegata praesumpta affectio in filium non debet quam inducere ad damnum alterius: quod esset, si filius posset eligere.

Non obstat quartum, quia illud quasi dominium tollitur per contrarium dispositionem testatoris, & operatur continuationem dominij, quando de testatore bona vadunt ad filium: quod non

non videtur procedere in casu isto, si pater alium instituat hære-
dem. Præterea, quod dicitur in argumento procedit per fictio-
nem, & si operaretur in proposito, idem esset dicendum circa
trebellianicam, & fortius quia tunc vere hæres eam detractur-
us per aditionem, acquisiuit: & tamen aliud est, vt ex prædi-
ctis constat.

105 Vltimo ¶ non obstat regula d.l. cum qui, de iureiur. quia re-
spondetur, q̄ non est nostrum, vbi lex grauat, aut testatur, in-
ducere releuamen: sed procedit d. regula quando ex ordine le-
gis releuamen veniebat a grauamine legis, vel per d̄rium. Nā
si tunc remouet grauamen & sic in vno alleuiatur, grauabitur
in alio, quia commodum perdet. Et ita recte intuenti intelligit
Bar. Alex. & Iaf. in d.l. efi. qui. Et ego, nunc sunt quinque, vel sex
anni, declarauit in quodam consilio meo incip. viso testamento.
in fi. Quod Deo dante imprimetur, nu. 108. in j. vol. Præterea di-
ci potest, q̄ filius ex eo q̄ vniuersis bonis venit priuandus a lege
satis releuatur in legitima, quam omnino habebit: sed de modo
rem suscipiendi dicendum est vt supra. Et ex his videtur defen-
sata communis opinio, quam perpetuo notabilis.

106 Qualiter autem iudex, ¶ & sic bonus vir. l. continuus. §. i. j. de
verb. obliga. debeat arbitrari, dicas q̄ secundum casuum, perso-
narum, & rerum qualitatem varie poterit constituere, per l. in
fundo. cum simil. supra de rei vendi. & supra tetigi. Et si ¶ nemi
107 ni vult displicere, vbi partes concordare non possit, quod om-
nibus fauere debet vtatur remedio fortis, vt in simili facit Im-
perator in d.l. 2. C. quan. & quib. quar. pars &c. vt hic per Repe-
ten. per quos videas.

108 Capiō nunc primam quæstionem Bar. quam facit circa legiti-
mam, s. quæ in eam imputatur? & ex dictis Bar. colliguntur plu-
res conclusiones eius ordinem in hoc sequendo.

109 Prima est, ¶ q̄ legitima dicitur quarta, & iure nature debetur.
In eo quod dicit, seu appellat quartam, loquitur inspecto iure
antiquo Cod. & Digestorum, verum hodie ex noua constitutio
ne dicitur tertia vel dimidia secundum numerum filiorum, au-
then. nouissima & in corpore vnde sumitur. C. de inoffi. testa. In
eo vero quod dicit eam iure nature debitam, aduerte, quia pro
Bar. vt tex. in l. cum ratio. in prin. j. de bon. damna. & §. j. in Auth.
de hæ. & falc. Et cum dicto Bar. solent doct. hic & alibi trāsire.

Dyn. tamen in cap. indultum. de regu. iur. lib. 6. dixit, quod in
mo legitima debetur iure positiuo, motus quia si iure naturali
110 deberetur, ¶ non posset per statuta tolli vel minui. §. sed natu-
ralia. Institui. de iure natur. & tamen id fieri potest, vt ibi per eū.
Repetentes tangunt, sed non discutunt, neque resoluunt. Tu
potes tueri Bart. tenendo illam opinionem, q̄ legitima per statu-
tum solum potest minui, sed non in totum tolli, de qua per Bar.
ind. Titio centum. §. Titio genero. supra titu. primo. de cuius ve-
ritate tamen nunc non discutiam. Dico enim q̄ licet sit de iure
naturali, potest tamen diminui, & §. sed naturalia, satisfit, dum
modo non tota tollatur, licet in aliquo ei derogetur, vt ibi per
glo. & doctores. Et quod dicitur iure nature debita, videtur tex.
in e. si pater. in fin. de testa. lib. 6.

Sed aduerte, quia mihi videtur, q̄ non iure naturali debeatur,
sed ratione naturali fuerit inductum, vt de bonis patris aliqua
omnino veniant ad filios. d.l. cum ratio. in princ. infra de bono.
damn. vt sic potius hoc possit dici de iure gentium, q̄ naturali, iux-
ta doctrinam Bar. in l. omnes populi. in prin. §. de iust. & iur.

Et nota, quia non loquor quanta sit legitima, id enim fuit iu-
re positiuo, seu iure ciuili statutum, s. quod esset olim quarta iux-
ta l. Papinianus. §. quarta. & per totam. supra de inoffi. testa.
men. cum similibus. Et ideo nimirum si in hoc hodie alio iure ci-
uili reperitur facta mutatio per authen. nouissima, & in corpore
vnde sumitur. C. de inoffi. testamen. & posset etiam per sta-
tuta ciuitatum alterari, iuxta dictum §. sed naturalia, in fin. In-
mo licet sit iure gentium inductum, vt aliquid filio debeatur, vt
dixi, quod appellamus legitimam: posset tamen ex probabili
causa in totum tolli secundum doctores magis communiter, vt
per Corneum in consil. 150. Hanc quæstionem. in fin. j. volumi.
cum concordantibus, vt dixi in consilio quodam, in testamen-
to nobilis, in secunda charta, quod imprimetur nume. 25. pri-
mo volumine.

Nec obstant iura allegata supra pro Barto. quia non viden-
tur loqui de iure naturali, sed de ratione naturali, seu de natura,
quod re ipsa idem importat. Et ad dictum cap. si pater, vt iure
nature debita, responderet q̄ debet intelligi de iure gentium,
quod ius naturale appellatur. §. singulorum, Institui. de rerum
diuisio. Et hæc expositio necessario fit, quia illud ius nature re-
fertur ad rationem, vt d.l. cum ratio, per quam omnia alia iu-
ra debent intelligi & declarari, cum vna lex certo modo lo-
quens, omnes alias de materia illa simpliciter loquentes, de-
claret secundum Albericum. in l. si quis in principio testamen-
ti. in principio supra de legatis tertio. Facit quod dicitur vna
lex per aliam declaratur. l. non est nouum. cum l. sequenti su-
pra de legi.

111 Secunda conclusio Bar. est, ¶ q̄ in legitimam non imputantur
ea, quæ apud filium sunt extra patrimonium patri proueniē-
tia, per l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. quæ conclusio
sicut est verissima, ita communiter approbatur.

Sed limitatur q̄n apud filium reperitur aliquid tale contempla-
tione patris eius, puta, q̄ frater filie sui fratris dotem dedit, quæ
tunc de contemplatione patris eius dedisse. Et licet verè proue-
nerit ad illum extra patrimonium patris eius, tñ imputabitur ei
in legitimam fm Pau. de Cast. in cons. 120. Si dicta Cornelia, &
Alex. in cons. 179. viso processu. nu. 3. lib. 5. Nam cum contem-
platione patris filia illam dotem habuerit, dicitur sibi profecti-
tia, & perinde ac si de substantia patris prouenerit, per l. sed si
plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pup. Dicitur enim breui ma-
nu prius data patri, & de eo postea ad filiam profecta: vt in simi-
li traditur in l. singularia, §. si cer. p̄eta. ista est pulchra limitatio
& valde utilis, cum hoc sæpe contingat.

112 Sed contra eam insurgunt hic Repetentes. Nam ¶ si pater le-
gat rem alienam filio, non imputabitur ei in legitimam prout fm
eos voluit Bal. in l. cum alienam. C. de lega. & Arc. in l. non am-
plius. §. si. in 4. col. in vers. vnde alibi dixit Bald. §. de leg. 1. Minus
ergo ista filia imputabit rem alienam datam sibi ab alio, licet con-
templatione patris, cum & si pater reliquisset, non imputaretur,
quia est aliena fm eos, dicentes q̄ ista difficultas per alios non
tangitur. Soluunt tamen, dictam limitationem tuendo, dicentes
q̄ casus sunt diuersi, & ideo de vno ad alium non valet argumē-
tum. Nam quando frater dotat filiam fratris eius contemplatio-
ne, dos efficitur profectitia, & sic dicitur profecta virtualiter de
substantia patris, merito imputabitur. Sed quando pater legat
rem alienam, licet filius habeat de voluntate patris, non tamen
habet de substantia eius aliquo modo, cum eo viuente nunquā
fuerit in bonis eius, etiam per interpretationē: & ideo non im-
putabitur filio in legitimam vt per eos. Sed mihi videtur argu-
mentum eorum infidum, & solutio ridiculosa, & vtrunq; sic
ostenditur. Nam quando pater legat rem alienam, legatum est
dicitur profecti de substantia patris virtualiter, quia effectus est,
vt hæres redimere teneatur. l. non dubium, in fi. §. de leg. 3. & ita
pretium dicitur de substantia patris exire. Et proculdubio hoc
magis dici potest, quam in dote data a fratre, de qua disputatur.
Nam in illa vere nihil interuenit de substantia patris. Et ideo di-
co, q̄ si filius velit rem illam sibi legatam, aut eius æstimationem,
tenebitur sibi imputare in legitimam, per regulam, quam ponit
infra Bar. dicitur in sequenti conclusione, licet contrarium di-
xerint Repetentes & male.

Nec huic dicto obstat doct. Bal. & Arc. in locis prædictis, quæ
isti Repetentes non bene perspexerunt. Quia non dicunt ad quod
allegantur, sed solum dicunt, q̄ ex quo filius debet habere legiti-
mam de substantia patris per d. §. repletionem, non tenetur ta-
le legatum pro sua legitima acceptare, etiam si pater ei dixisset.
Verum si acceptet illud legatum, q̄ non imputet in legitimam
ipsi non dicunt, immo sentiunt contrarium, si bene aduertatur.
& istud puto verum. & sic defenditur prædicta limitatio. Sed ad-
uerte, quia ex alijs videtur valde dubia. Et primo, quia non viden-
tur verum, q̄ illa dos sit profectitia.

Nam videtur aduentitia, sicut contingit in eo, quod per auug
relinquitur nepoti: nam dicitur relictū propria contemplatione
nepotis, & sic dicitur ei aduentitium secundum doct. maxime
Alex. & Iaf. in l. qui in aliena. §. interdum, §. de acq. hære.

Secundo per l. profectitia. §. si quis certam, §. de iur. dot.

Nam si ibi datum patri, vt filia daret in dotem, dicitur illi fi-
lia aduentitium, licet ei a patre detur, fortius dici debet in casu
isto, in quo ab alio principaliter datur ipsi filia.

Sed & tertio, posito etiam q̄ possit dici dos profectitia, & sic
videatur a patre profecta, non tamen videtur q̄ valeat sequen-
tia, ergo debet imputari in legitimam, vt constat in donatione
facta a patre filio gratia emancipationis: etenim a p̄e proficif. i-
tur verè, & tamen non imputatur secundum Bar. in hac quæstio-
ne, & dicitur, infra in sexta conclusione.

Et si per ista velis disputando tenere contra istam limitatio-
nem, facile posses ad d̄rium r̄dere ex prædictis sumendo r̄sionē.
Sed tñ eis non obstantibus potest limitatio defendi, quæ videt
cōiter recepta. & ad primum posset primo r̄deri, negando illā
opi. Alex. Iaf. & sequacium, quia immo illud relictum v̄ profec-
tium, vt v̄ velle Bar. in l. dedit dotem, j. de col. bon. & in auth.
ex testō, C. de secun. nup. And. de Iser. in c. 1. §. & si clientulus. 3.
col. de alien. feud. pater. & Imo in d. §. interdum, & Alex. sibi d̄-
rius in cons. 175. Contingit dubitari, nu. 8. lib. 6. Secundo r̄r̄-
detur (posito q̄ relictum ab auo nepoti sit aduentitium) q̄ casus
isti sunt diuersi, & diuersa ratione determinati. Nam q̄n auus re-
linquit in testō nepoti, præsupponitur, q̄ iam filium instituerit
pro validitate testamēti. Linter cætera, §. de libe. & posthu. vnde
relinquendo postea nepoti, videtur propria eius contemplatio-
ne reliquisse, & non patris eius, quia si patrem tantum & filium
eius fuisset cōtemplatus, vtiq; simul cum alijs eidem reliquisset:
voluit

D. Maria. Socin. Iuni, in l. in quartam.

voluit relinquere nepoti separatim ab alijs, quæ patri relinquit, ergo videtur propriam personam nepotis contemplatus. Quæ consideratio non cadit in casu nostro, quia frater non fuit testator, sed simpliciter donat filiam fratris, quod censetur, si contrarium non probetur fecisse contemplatione fratris per d. §. in arrogato. Præterea, si etiam testaretur, non tenebatur relinquere fratri, & sic si fratri nihil relinquendo relinqueret filio fratris, idem esset dicendum, quia cessat prædicta consideratio. Et ita memini me consuluisse apud Mantuum, ut imprimeretur in 2. volum. nu. 77. Quod notabis, quia frequenter contingit.

Ad secundum videtur, illud esse in d. §. si quis certam, quia ille, qui dedit patri, principaliter motus fuit contemplatione filiae, dedit. n. ea lege ut filiae daret, quod si contemplatione patris motus fuisset, dedisset ei simpliciter proprio eius arbitrio relinquendo, & hoc videtur ibi probati, dum dicitur, quod pater teneatur dare filie, vel restituere. At in casu nostro frater in donanda filia fratris, fuit motus contemplatione patris eius, saltem ex præsumptione iuris, per d. §. in arrogato, merito dicitur profectitia dos.

Ad tertium potest responderi negando quod in casu, in primum considerato, donatio illa sit profectitia, licet a patre proveniat, sed potius videtur aduentitia, saltem quo ad effectus: nam ab initio valet. Nec aliquod ius dicitur patri reservatum in rebus donatis, sed totum quaeritur filio emancipato donatario etiam respectu ususfructus, & consequenter nequam videtur illa donatio aduentitia, sed ultra etiam cum in aduentitijs patri quaeritur ususfructus. Non sic videtur in casu nostro, quia cum breui manu dos videatur prius data patri, & ab eo postea in filiam profecta, apud patrem ius remanet, quia actio ad potestatem erit erit communis patri, & filiae. l. 2. §. si in patris. solut. matr.

Præterea in eo quod donatur filio gratia emancipationis (cui filius fiat sui iuris) non cadit nomen aduentitijs, vel profectitijs. si peculii, quia talia nomina solum filiis familiarum conveniunt. l. si in fi. C. de inoff. testa. excepto eo, quod sic dicitur et in emancipata respectu cognationis an dos sit profectitia vel ne, iuxta l. profectitia. §. si. §. de iure dot. In eo enim solum parentis nomen attenditur, non ius potestatis, ut ibi dicitur. Et ex his defenditur limitatio prædicta super quibus cogitabis, quia non nego articulum esse dubium. Tertia conclusio Bar. est, quod quæ cepit filius de patrimonio patris ex eius ultima voluntate, imputatur sibi in legitimam quocumque titulo capiat, siue ergo capiat iure hæreditario, siue iure legati, vel fideicommissi, vel in vim modi, vel aliter imputabat, ut per Bar. qui allegat l. quoniam novella. C. de inoff. testa. credo in si. ibi, si ex substantia. Quæ vere parum facit, & forte voluit allegare l. omnimodo, quæ ibi statim sequitur. §. 1. ibi in hæreditate, vel legato, vel fideicommissi.

114. Et in hoc differt legitima a falcidia, cum in falcidiam solum imputentur habita iure hæreditario, ut hic in prin. & videtur quod in hoc legitima æquiparetur trebellianicæ. Nam & in ea imputantur habita quocumque titulo ut hic in secunda parte.

Est tamen inter eas differentia, primo quia in trebellianicæ, quæ difformiter capiuntur, non tota imputantur ut hic in versu. pro ea vero parte, sed in legitimam tota imputantur, ut dicunt hic Reperentes: Quod est valde notandum.

Secundo, quia in legitimam imputantur, etiam capta inter vivos, sed in trebellianicam, solum quæ capiuntur iudicio testatoris, & quæ sit ratio differentie dicitur infra.

115. Sed quaeritur hic si verum hæc generalis conclusio Bar. procedat in datis gratia implendæ conditionis? & certe Bar. hic sentit quod et illa imputentur, cum dicat vel alio modo &c. hanc opin. sequitur Fulg. in l. filium quem habentem. C. fami. ercif. Pro qua opinione facit, quia circa imputationem videtur favorabilior trebellianicæ ipsa legitima, cum in eam solum computentur percepta ex testamento, non sic in legitima, ut dictum est: sed in trebellianicam data causa conditionis implendæ imputantur, fortius ergo videtur imputanda in legitimam. Sed glo. r. in d. l. filium quem habentem, tenuit contrarium ut. s. non imputentur in legitimam aliquo modo, quod etiam multi ibi sequuntur, maxime Bal. & Sal. Et idem tenent hic Imo. & Alex. Et ista videtur opinio magis communiter recepta. Cui non obstat argumentum de trebellianicæ, quia de vna ad aliam non arguitur, quoniam inuicem se habent ut excedentia & excessa. Nam in trebellianicæ imputantur solum quæ capiuntur ex testamento, etiam non de substantia testatoris in legitimam vero omnia, quæ de substantia patris, licet non capiuntur ex testamento, & vtrunq; bona ratione. Nam cum trebellianicæ solum habeatur ex causa testati, merito solum ex testamento provenientia in eam imputantur. In legitimam vero cum debeatur naturali ratione, omnia a bonis patris provenientia imputantur, cum rationi prædictæ satisfiat modo filius habeat de substantia patris.

Hæc conclusio videtur de plano procedere, quoniam implendæ conditionis causa non daretur quid hæreditarium, per d. l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. testam. Sed si daretur quid hæreditarium, videtur res dubia. Et Ange. hic eo casu tenet quod imputare-

tur, attento quod sumitur iudicio patris de substantia patris eius, per d. §. repletionem, & per conclusionem Bar. hic, quam modo collegimus.

Sed Imol. & Alex. tuendo communem opi. Et si quid hæreditarium detur, respondent, quod licet quid hæreditarium sit dandum, tamen per filium dicitur sumi ex quodam aduentitio casu, nec dicitur filio debitum: pendet. n. ex voluntate dare debentis. l. si voluerit implere conditionem, & incertum erat, an filius esset habiturus: & non convenit legitimam stare sub tali incertitudine. Cōprobatur cōis opi. ex intento. Bal. & Sal. in d. l. filium quem habentem, quia si legitima debetur statim a morte patris sine onere & absque aliqua dilacione. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. Sed in dando causa conditionis implendæ, consideratur dilatio, quando ille dare voluit, ergo &c. Præterea cum legitima sit debita statim a morte patris, filius dicitur tunc illam capere, saltim quo ad iuris effectus, ut patet ex his, quæ dixi §. in sexta oppo. primæ partis ad declarationem l. Titia, §. eo. quoniam declaravi quoniam prius detrahebatur legitima, & postea trebellianicæ. unde, si tunc dicitur detracta, cum tunc non esset datum, non erat quid imputaretur, & licet postea detur, non videntur amplius agendum de imputatione, cum iam legitima sit detracta. Tertio adde, quod quia cum 117 valeat argumentum de legitima patrono debita ad legitimam debitam filio, secundum Bar. hic videtur pro cōi opin. text. in l. si libertus. §. excludatur, j. de iure patron. dum ibi dicitur, suppleri legitimam patroni, ex his, quæ dilacionem, vel conditionem non habent. Et idem fortius videtur dicendum in legitima filij. Sed dandum causa conditionis implendæ habet dilacionem ut dictum est, item & conditionem. l. si ille dare voluerit, ergo &c.

Sed contra istam cōem opin. videtur virgere text. in l. etiam, §. si patrono, j. de bo. liber. Nam sicut ibi in legitimam patroni imputantur data causa conditionis implendæ, ita & in legitimam filij dicitur videtur, arguendo de una ad aliam. Verum huic text. respondet Alex. hic, negando tale argumentum affirmatiue quia legitima filio dicitur magis debita, quam legitima patrono, iuxta no. in l. si quis legatum. §. si. in gl. super ver. non posse, infra ad l. Cornel. de fal. dum gl. illa respondet ad l. r. C. de his qui sibi ascripserunt in testa. quam glo. sequuntur ibi Doct. & hic magis cōiter ut per Alex. concludentes, quod in d. l. r. filius, sibi ascribens, non priuatur, quia filio hæreditas & legitima dicitur magis debita, quam patrono. Sed tu obiter adverte, quia mihi videtur, quod Docto. non bene perspexerint d. l. r. & materiam eius. Nam primo dicam quod legitima filio sit magis debita, quam patrono non facile probaretur, cum utraque debeatur ipso iure sine onere vel dilacione, d. l. quoniam in prioribus, & §. sed nostra Institutio. de success. liber. & ex dispositione legis, naturali ratione illa, quia convenit filium, qui ex carne patris provenit, aliquid de bonis paternis habere, & quia æquum & conveniens est, ut qui amplissimum beneficium libertatis contulit, aliquid habeat de bonis liberti, argu. l. sed & si lege. §. consuluit, §. de peti. hæ. & Bar. hic vult valere argumentum de vna ad aliam, ut §. dixi.

Secundo dico, dato, quod aliquo respectu legitima filio possit dici magis debita, non tamen in eo se fundat d. l. r. cum de eo ibi nullum verbum. Unde si alii dixerunt, decisionem illam fundari in eo, quod filius patre dicente se scripsit hæredem, ut in ea. l. præsupponitur. Sed non placet, quia esset contra l. filius, in prin. j. ad l. Com. de fal. vbi pater iussit, & tamen incidit in falsum. Præterea videtur etiam contra eandem l. r. vbi asseritur id omnino esse contra legem Corneliam. Quare dico, quod ille text. fundatur in eo, quod filius, qui se hæredem scripsit ab intestato, solus erat successurus, ut ibi dicitur in ver. tamen si cum testamento &c. Et tunc ratio est, quia non constat id potuisse fieri in damnum alicuius, cum testō non factō ipse solus erat habiturus hæreditatem. Sed in d. l. si quis legatum, §. si. & in d. l. filius. ad l. Cornel. de fals. ascripsit sibi legatum, & sic præsupponitur quod alius erat hæres. ex quo sequitur, quod illa ascriptio poterat esse facta in damnū hæredis, & sic poterat de falso suspicari: merito non sufficit libertum patrono, vel patrem filio dictasse, ut legatum illud conferretur, & sibi ascribens poenā euitet. Et ita videntur velle Bal. & Sal. in d. l. r. & est de intentione Bart. in d. l. filius. §. maritus. Hæc notabis pro declaratione prædictarum legum, & mihi videntur verissima. Sic igitur ad rem nostram redeundo adhuc? communem vrget d. §. si patrono, cum responsio supra non procedat. Quapropter mihi videtur vera opinio Ange. ut si imputetur, si sit seu processerit de substantia patris, secus si aliunde: & ita et volun hic Reper. Et ista distinctio videtur probari in d. §. si patrono, ibi, si tantum de bonis sit liberti profectum, & forte aptius legetur, si tamen &c. Sed idem sensus est. & ni fallor, hanc distinctionem sentit hic Bart. quia ipse in sua conclusione loquitur, quando filius capit, de patrimonio patris.

Sed dices, quod datur in vim modi, imputatur ut per Bar. hic, licet aliunde proveniat. Et solum videtur id esse, quia succedit in locū eius, quod per dantem recipitur. Ita ergo dicitur videtur in dato causa conditionis implendæ, & propter hoc argumentum & alia quædam Nouissimi Perusini tenent indistincte de cōem, ut

vt. omnia, data gratia implendæ conditionis, imputentur: qđ
vt supra dixi, voluit Fulgo. in d. l. filium quem habentem.

Sed tuendo prædicta, dicerem qđ non valeret argumentum. Nā
119 † data in vim modi imputantur in falcidiam secundum com-
munem opinionem (licet ego aliter sentierim) vt ficut dictum su-
pra in vltima oppositione primæ partis. & tamen non data cau-
sa conditionis implendæ, vt in l. nostra, in princ.

Præterea Bar. hic, volens data in vim modi imputari, loquitur
solum qđ datur de patrimonio defuncti patris, & ita puto veris-
etiam posito qđ nullo modo imputetur in falcidiam, ut tenui in
d. vltima oppositione. Et tunc fatebor argumentum ad data cau-
sa conditionis implendæ, de quibus ad præsens disputamus, ut
scilicet imputentur, si sint de substantia patris, non alias.

Non obstant modo allegata supra pro cōi opin. quæ vult, nec
etiam quid hereditarium imputari. Nam dum dicebatur qđ legiti-
tima non patitur onus neque dilationem &c. Respondent hic
Repe. qđ in dando conditionis implendæ causa, non tolerabitur
onus, seu dilatio, sed reiciuntur, & sic volunt, qđ illa res hæredi-
taria sit danda statim, & sine onere debeat: & secundum eos
inconuincibiliter probatur. Nā in legitimam patroni imputa-
tur d. s. si patrono, quæ tamen debet esse sine onere & dilatio-
ne, vt d. l. siue liberus. §. excluditur, de iur. patro. & §. sed nostra, In-
stitu. de succes. liber. Sed nisi fallor, ipsi errant. Nā non prius fili-
us vel patronus, quam detur ab his, qui velint conditionem im-
plere, & nisi velint, cogi non possunt, quia non est in dispositio-
ne l. si quis sub conditione dandorum decem, supra si quis omni-
caus. testa. quæ generaliter loquitur in quocunque, in conditio-
ne posito, & cuiuscunque dando. Non obstat, qđ legitima patroni
debet haberi sine onere (quod recepit istos Repeten.) quia ego
fateor, sed dico, qđ dandum causa conditionis implendæ, non im-
putatur, sed solum datum, ante ergo quā detur, non fit de im-
putatio: & idem dico circa legitimam filio debitam. Si igitur
non sit datum, non hñ eius ratio, qđ legitimam de aliis bonis hæ-
reditariis detrahetur, ne patitur onus uel dilationem. Sed si po-
stea dabitur, eius ratio habebitur, & tantundem restituetur. Et
si dicas qđ hoc satis dilationis & conditionis videtur habuisse ab
initio cum penderet ex uoluntate dare debentis, quod uidetur qđ
d. s. excluditur. Respondetur, qđ hoc ab initio considerabile non
impedit imputatione fieri postquam est datum, sed solum quod
non imputetur dum pendet, & sic antequam detur. Sic uidemus
in simili in legatis, nam illa imputantur in legitimam. l. omni-
modo. §. i. C. de inoff. testa. & tamen pendet ex uoluntate cohe-
redis, si velit adire & ad illa legata teneri. fiet ergo imputatio in
proposito nostro postquam filio data sunt, & non prius. Nec
obst. qđ legitima debeat statim a morte testatoris, & si detra-
hitur antequam ista dentur, non est postea quod imputetur in
legitimam, ea iam detracta, vt dicebat Bal. quia fateor, eam debe-
ri ab initio, & posse etiam detrahi, sed postquam ea dantur gra-
tia implendæ conditionis, imputantur, & tantundem restitue-
tur, vt modo dixi. Et recte intuenti argumentum Bal. videtur qđ
d. s. si patrono, cum etiam legitima patroni debeat statim a
morte liberti, & tamen ibi simpliciter dicitur, quod datur causa
conditionis implendæ in eam imputatur. Quod certe debet in-
telligi fm prædicta. Et ex his sublati sunt omnia fundamenta
Bal. Imolæ, & Alex. Et similiter etiam illud, quod vltimo loco
dicebam de d. s. excluditur, quia ego fateor qđ donec pendet ex
uoluntate implere volentis conditionem, quia uidetur habere qđ
ditionem, vel dilationem, non imputatur, & si velit filius vel pa-
tronus, suam legitimam habebit de aliis bonis hereditariis, &
ita procedat d. s. excluditur. Sed postquam datum fuit, habebi-
tur eius ratio, cū tunc nec conditionem nec dilationem habeat,
& fiet de eo imputatio per restitutionem tantundem, vt dictum
est. Demum circa prædicta aduerte, quia videtur quæstio prædi-
cta sopita affirmatione & secundum opinionem Fulgo. per l. Pa-
pinianus. §. si conditionis. supra de inoff. testa. vbi Bar. summat, qđ
datum gratia conditionis implendæ, imputatur filio in legitimam:
& istum tex. allegat hic Ruin. licet non ad hoc propositum. Nec
videtur ille tex. restringendus, qđ daretur quid hereditarium.

Nā loquitur etiam qđ quid datur a legatario vel statulibero, qđ
a communiter accidentibus non dant quid hereditarium.

Sed tuendo prædicta, dico, qđ quicquid ibi dixerit Bart. & qui
sequuntur eum, tex. ille dictum eius non probat. solum enim ibi
dicitur, qđ recipiens gratia conditionis implendæ, perdit quere-
lā, ex eo, quia sic recipiendo, patris iudicium & testamentum vi-
detur approbasse, sit illud quantumlibet, etiam qđ non sufficiat
120 ad legitimam. Nā † ex sola approbatione etiā nihil recipiendo,
excluditur a querela. l. pen. in fi. §. de inoff. test. Sed ex hoc non se-
quitur, ergo illud sic receptū imputatur in legitimam: hoc. n. non qđ
fiderat ibi iuriconsultus & de eo. verbum non fecit. Sed an
imputetur, aliunde querendū est. & ideo vñ qđ imputetur, si sit
quid hereditariū, alias non, per d. s. repletionem. Et si dicas qđ
ibi pbat, qđ receptū cā implendæ conditionis remouet quere-
lam, ergo debet etiam imputari in legitimam. Respondeo, non

valere consequentiam, quia si tex. ille vellet talem imputationem
fieri, cum loquatur et qđ datur quid non hereditarium, esset cō-
tra d. s. repletionem. Fatebor tamen etiam in casu d. s. si condi-
tionis, posse fieri repletionem, licet non detur querela, quia id, in
iure toleratur. l. omnimodo. C. de inoff. testa. & l. si non mortis
causa, in prin. §. eod. tit. Vel si velles ibi id probari, potest dici qđ
in eo hodie corrigitur per d. s. repletionem, prout ibi declarat
Paul. de Cast. Prima tamen responsio melior est.

121 Quarta conclusio est, qđ vt testū patris valet, requiritur qđ fi-
lius in eo habeat aliquid iure institutionis. §. aliud quoq; cap-
tulum, in Auth. vt cum de app. cog. Aliter. n. testamentum vitia-
retur, vt ibi dicitur. Et hoc est clarum, & cōe dictum. Limitatur

122 † ista conclusio, nisi in testō, in quo alio titulo filio est relicto,
est appposita & clausula codicillaris, cum alia clausula, videlicet
qđ testamentū & omnia in eo contenta valeant omni meliori mo-
do &c. tunc. n. vt testamentum valeat, ille tit. particularis trahet
ad hæredis institutionem. Ita signanter dixit Pau. de Cast. in cō-
sil. 347. super primo puncto queritur, col. fi. verfi. confirmatur et
conclusio s. dicta, secundum antiquam impressionem, sed secun-
dum nouam est nu. 313. in prima parte, cum alijs allegatis hic p
Repe. qui ita sequuntur, qđ tu nota in practica: sed non examino.
Adde tamen qđ ita etiam ante alios voluit Bal. in l. quoties. 2. col.
C. de hære. insti. Idem sequutus est Corne. in cōsil. 62. Alias cō-
sili. 2. vol. vbi per hanc clausulam vult, qđ si filia relinquatur
quatuor floreni, valebit testamentum, quia intelligitur relicto
iure institutionis. & ita alias dixi in rub. §. de leg. 1. num. 69.

123 Quinta cōclusio sit, qđ data a patre filiis ob causam dotis vel
donationis propter nuptias, vel et in causam militiæ, imputan-
tur in legitimam, licet data fuerint a patre viuentē. l. quonia no-
uella. C. de inoff. testa. vbi probatur de dote, & donatione pro-
pter nuptias. & l. omnimodo. §. si. eo. tit. vbi probatur de militia.
Nota tamen qđ non imputatur id, quod a patre datum fuit pro-
pter militiam, sed id quod occasione talis militiæ ad filium, vel
hæredem eius, cui poterant peruenire, vt dicitur in d. s. fin. postet
hic dubitari primo, quid si pater in prædictis causis non dederit
de substantia sua, sed dedit pecuniam: an quia non est res hære-
ditaria procedat conclusio? & dicunt hic Repetentes qđ im-
putatio fit, quia talis pecunia potest dici, vel haberi pro eo quod ef-
feret de substantia patris, & ita per filium vel filiam dicitur acce-
pta, vide per eos, quia non discutio.

124 Secūdo etiam potest dubitari, † quid de vestibus & similibus
datis filia? & videtur qđ et ipsæ in legitimam imputentur, qua-
tenus tū extant, & vñ consumptæ non sunt, prout voluit Paul.
de Cast. in præallegato cōsil. 120. & Alex. in cōsil. 27. Videretur
prima consideratione. nu. 7. lib. 5. cum multis alijs, quæ allegari
possent, vt hic per Moder. Quod etiam gratia breuitatis non dis-
cutiam: sed nota, quia est frequens.

Ista conclusio Bar. limitatur, nisi pater postea in testō reliquit
filia, vel filio integram legitimam. Nam tunc, quæ ei ob cau-
sas prædictas data sunt, non videntur imputanda in legitimam
fm Pau. de Cast. in l. si cum dote. §. si patre, §. solum matri. Sed qđ
vñ velle Bal. in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testa. &
alii quidam post eum, relati hic per Repe. qui dicunt, qđ ista opi-
o Pau. de Cast. seruaretur in practica vt per eos. Mihi tamen ista
limitatio vñ multum probabilis attento qđ testator dixit integrā
legitimam. videtur. n. voluisse qđ filius ex suo testō & forsan iure
institutionis integram illam habeat, quod non esset, si prædicta,

125 in vita data filio, in legitimam imputarentur. Facit † quia alias
illa verba, integra, nihil operarentur, contra l. si quādo, §. de leg.
1. in prin. & c. si Papa, de priuile. lib. 6. & tritam illam doct. Bal.
in rub. C. de contrahen. emp. in nona q. dum inquit, qđ nectū ver-
bum, quodlibet, sed etiam qualibet syllaba debet aliquid ope-
rari. Et, ni fallor, Baldi doct. in d. l. quoniam in prioribus, non lo-
quitur in his terminis, sed solum quando testator simpliciter le-
gitimam relinquit absq; illo adiectiuo, integram. Et putarem qđ
Bal. huic opinioni non contradiceret, vt sic verbum, integram, ali-
126 quid operetur. Sicut † in simili si grauatur hæres integraliter
hereditatem restituere, censetur prohibita trebellianica: non sic
si simpliciter grauatur restituere hereditatē, vt per Bal. in l. preci-
bus, C. de impub. & alijs subst. vt refert & in effectu sequit Paul.
de Cast. in auth. sed cum testator, C. ad l. falc. Sic et voluit Alex.
in cōsil. 121. Per spectis verbis, nu. 11. & 11. & libr. 6. licet pleriq;
contrarium teneat, ut dixi in rub. §. sol. mat. in 1. parte.

127 Sexta conclusio est, † qđ donatio, facta per patrem filio, si ab
initio valet, non imputatur in legitimam, nisi expresse fuerit dic-
tum in ipsa donatione. l. si quando, §. & generaliter, ibi vel in-
ter viuos donatione &c. Ponit Bar. exemplum in donatione fa-
cta ex causa emancipationis. Item in donatione propter merita
precedentia, vt per eum, cum quo transeunt Doct. hic & in l. il-
lud, C. de colla. & alibi, vt per Raph. hic. Et potest vltra Bar. vti-

128 liter poni aliud exemplum. s. † in donatione facta per patrem
filio in potestate, iuramento roborata. Nam propter vinculum
iuramenti valebit, etiam sine aliquibus meritis secundum opin.

D. Maria Socin. Juni. in l. in quartam.

magis communem, vt per Bald. & alios in l. si donatione. C. de coll. & ego alias consuli, vt habebis in consi. 13. 2. vult.

Sed tunc quaeritur, quae sit ratio differentiae inter istam & precedentem conclusionem? cum etiam in ea a principio valeat datio in dotem, vel similem causam. Repe. ponunt vnam rationem, eam sibi ascribentes vt per eos. Sed ante illos posuit eam Paul. de Cast. in l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. & fuisse videtur prius ex intentione Bal. in l. omnimodo. §. si. in fi. eo. tit. intelligendo, quod dum ipse dicit, parentes cogi ad dotandum, vel ita loqui non de praecisa coactione (licet in patre id sit. l. qui liberos. ff. de ritu nup. & l. si. C. de dotis promiss.) sed de illa quasi necessitate, fundata in charitate in descendentes, de qua loquuntur Repe. cogitata tamen an Bal. sic senserit. Et vt poteris breuius & clarius propositae quaestioni respondere quod ratio sit, quia cum pater aut alius ascendens dotem, aut donationem propter nuptias dat descendenti, vel etiam militiam, videtur seu praesumitur ea mente dare vt bene filiam, vel filium, aut alium descendentem collocet, cuius praedicta multum conferant, & quodam modo necessaria videatur ad vitam hominis concedentem.

Non autem vt in caeteris ius bonorum suorum diminuat. arg. l. cum de indebito. §. de proba. & propterea talis donatio dicitur ob causam, prout appellat Bal. vnde lex fauens huic praesumptae voluntati parentis fauore, induxit, quod talia sic data, in legitimam imputentur. Quae consideratio non cadit in libera donatione valida ab initio, vt in exemplis supra positis. Quoniam in eis non potest dici, tales donationes ratione praedicta factae: sed dicuntur prouenisse ex sola liberalitate, vel dicuntur factae, vt iulibet extraneo, iuxta tradita in l. si donatione. C. de colla. Et propterea cum eis casibus donans voluerit omnino ius suum largiri, lex non inducit tales donationes in legitimam imputari, nisi ita fuerit in eis faciendis expressae dictum, vt per Bar.

129 Septima sit conclusio, quod bona aduentitia, quae apud filios reperiantur, in eorum legitimam non imputantur. Et ista conclusio, sicut est verissima, ita est clara & communis. Et ratio est, quia ad filium non peruenerunt de patrimonio & substantia patris: etenim imputatio fit tantum ex substantia patris. d. l. scimus. §. repletionem, vt fuit dictum supra in secunda conclusione.

130 Octaua conclusio est, quod donatio facta filio, quae ab initio non valet, sed confirmatur morte, iuxta l. donationes. la. r. C. de dona. inter vir. & vxor. in legitimam imputatur, etiam quod ab initio nihil fuerit dictum de hoc. cum Bar. est communis opinio & mihi placet, tamen Repe. dicant quod disputando posset teneri contrarium.

Et pro ista cõopi. vltra dicta per Bar. facit l. in donationibus. C. eo. ti. Nam si donatio, quae morte confirmatur, sapit naturam fideicommissi, vt ibi dicit, ergo sicut fideicommissum debet imputari. Secundo facit, quia sine dubio dicit similis donationi causa mor. Nam & illa morte confirmatur, & qualibet potest ex arbitrio donantis reuocari. vnde cum donatio causa mortis imputetur in legitimam, sicut etiam imputantur legata, vel fideicommissa. §. si. Inst. de inoff. test. cum si. sequitur quod et ista donatio debet imputari. Tertio dico quod vt casus in l. si donatione, in fi. C. de colla. quam vltimo loco allegat Bar. arguendo de collatione ad imputationem in legitimam, quod affirmatiue forte valeret per l. qm nouella. C. de inoff. test. Nec obstat quod in d. l. si quando. §. & generaliter, de inoff. test. dicatur quod donatio inter viuos, tunc demum imputatur, quando in ea fuit sic actus ab initio, in quo tex. se fundant Repe. Quod respondetur fm Alex. & bene iudicio meo, quod loquitur in donatione, ab initio valida, & ita conuenit quod verba in dubio intelligantur, arg. l. 4. §. condemnatum. §. de re iud. & l. non putauit. §. non quaeris. §. de bon. pos. contra tab. Facit etiam quod dicitur, verba debere capi & intelligi in potiori significatione. l. r. §. si. si ager vestiga. vel emphy. per. & non est ista restrictio ad illum tex. vt quidam dicunt, sed potius rationalis declaratio. Nam non ex alio videtur requiri ibi quod ab initio fuerit dictum de imputatione, nisi quia donanti nullum ius remanebat. Alioquin non esset opus, vt patet ibi in dona. causa mor. quia in ea ius reuocandi remanet donati. Sed in casu ius donanti remanet, reuocandi quodcumque voluerit, ergo &c. sed contra praedictam conclusionem multum facit l. filiae cuius. C. fa. erc. nam non confertur talis donatio, vt ibi dicitur, videtur quod etiam non imputetur, arguendo de collatione ad donationem, iuxta l. illud. C. de col. & l. quoniam nouella. C. de inoff. test. Praeterea, si confirmatur morte, de validitas retrahit ad tempus donationis. d. l. donatione, la prima, C. de dona. inter vir. & vxor. & consequenter dicitur saltem per fictionem validam vsque ab initio, ergo non debet imputari in legitimam per dicta supra in 6. conclusio. Idem

131 etiam operatur fictio in casu ficto, quod veritas in vero. §. sponfalibus, in Auth. de nupt. iuncta gl. l. qui vxorem, & ibi glo. ff. de iniusto rupto testam. cum similibus, & traditur per Bar. & alios in l. si is qui pro emptore. ff. de vluca.

Tertio facit, quia talis donatio videtur conditionalis. si si pater non reuocauerit. d. l. filiae cuius, sed in contractibus conditio-

nalibus, quando impletur postea conditio, inspiciuntur tempus quo contrahimus. l. si filiusfam. in prin. §. de verb. obli. cum concordantibus de quibus ibi in glo. ergo sequitur quod videtur perinde haberi, ac si ab initio valuisset.

Quarto, quia cui competunt verba legis, competit & eius de cilio, iuxta tradita per Paul. de Cast. & alios in l. 4. §. toties. §. de dam. infect. Sed tali donationi competunt verba d. l. si quando. §. & generaliter, dum requirit, quod ab initio de imputatione agatur, loquitur enim de donatione inter viuos, ista dicitur donatio inter viuos, ergo &c.

Nec videtur obstare responsio supra data, quia vt nimia restrictio ad illum tex. generaliter loquentem. Nec ratio restrictio nis allegata videtur vrgeri, quia considerabitur, conditione illam apponi respectu eo, quod donatore mortuo absque reuocatione dicitur valida vsque ab initio, & sic tempore mortis dicitur extra patrimonium patris, secus in donatione causa mortis, quia illa videtur in patrimonio eius, tempore mortis, vt hic per repetentes. Et super ista vis disputando tenere contra cõem, ad allegata pro ea poteris respondere. Nam primo ad iura Bar. dices quod l. filium quem habentem, nihil facit, quia lectura allegata per Bar. to. in ea. l. non est vera, sed alia vt supra dictum fuit. Ad l. etiam §. si debita, ver. sed & mortis causa, de bon. liber. potest dici cum repetentibus, quod loquitur de legitima patroni, cui non ita debetur, sicut filio, vel quod loquitur in donatione causa mortis, quae aliquo modo differt a donatione inter viuos facta filio in potestate. Si enim non differret, cur talis nominis differentia? l. i. de §. C. de codicil. Non obstant quae vltra Bar. allegauit. Nam primo ad l. in donationibus. C. ad l. fal. responderi potest, primo, quod loquitur tantum respectu falcidia, in alijs aut non sic, vt ibi per Bald.

132 Sal. Corne. & alios. Vel secundo quod dici potest (illum tex. nouiter intelligendo) quod ibi dictio, quoniam, non stat pro quoniam, sed casualiter, hoc est dicere, tunc ex illa donatione potest detrahi falcidia, quoniam fungitur vice fideicommissi, hoc est quando ex verbis testatoris, quia iam donauerat, constat, quod voluit habere vim fideicommissi, non autem si simpliciter confirmauit donationem, iuxta l. ex verbis, cum sua materia. C. de dona. inter virum & vxor. cogita super hoc, quia pulchrum est. Ad secundum responsio colligitur ex praedictis, quia ideo donatio causa mortis in aliquo differt a donatione de qua agimus, vt dictum est.

Ad tertium de d. l. si donatione, rñdetur, quod loquitur quando pater concesserat in peculium, fm gl. & Doct. magis cõter ibi. Vel posset dici, quod ibi donatio facta fuit ab extraneo, sicut i prima parte: sed differentia est, quia in prima parte post mortem patris, in secunda viuentis patris, & filiam in potestate retinente: & propterea dicebatur patri ille fundus acquisitus, & ideo postea cõmunis esse debet inter filias, prout signanter illum tex. intelligit ibi Fulgo. & in d. l. filiae cuius, vt per eum, qui intelligit verbum, a patre, superflue poni, vel esse regendum a verbo constitutae. Vel tertio dici potest, quod argumentum de collatione ad imputationem etiam affirmatiue non valet, nisi in iure reperitur expressum, vt l. illud. §. r. v. si. haec autem regula. C. de inoff. testa. Et per haec disputando poteris tueri opinionem quod communem.

Sed tamen eis non obstantibus, opinio cõis iure defendi potest. Et quia plurimum tria opinio consistit in differentia §. posita inter donationem de qua agimus, & donationem causa mortis. Aduertendum est, quod illa differentia supra posita, non videtur vera, nam etiam in donatione causa mortis considerari potest, vt non reperitur donata res in patrimonio donantis tempore mortis, ponendo quod tempore donationis res donata, & eius dominium tranfierit in donatarium, prout potest. l. si mortis causa res, in vers. si vero sic vt iam nunc haberet. §. de don. causa mortis. Et ex his cõfunditur responsio data supra ad secundum argumentum pro ista parte factum vltra Bar. Potest etiam defendi primum de l. in donationibus. C. ad leg. falci. Nam capiendū ibi verbum, quando pro quoniam, vt cõter capitur, & sic quod ibi ponatur ratio: sequitur quod debet intelligi generaliter, cum ratio soleat esse generalior, dicto. l. cum pater. §. dulcissimis, & ibi per doct. §. de leg. 2. & quod ibi, quando ponatur casualiter, est contra communem intellectum, & ideo non tenendum per iura vulgaria. Circa tertium verum de l. si donatione, quicquid sit dicendum, quod pro nunc non curo resolvere, satis nobis est, cõem opinionem fundari ex alijs pro ea allegatis. Nec tunc obstant quatuor contra communem opin. §. allegata. Nam ad primum (dimissis multis, quae dici possent) responderi potest quod negatiue non valet argu. de collatione ad imputationem in legitimam. Saepē enim accidit quod aliquid non conferatur, & tamen illud in legitimam imputetur. l. filiam testō. C. de colla. Nam ibi dos non confertur, & tamen imputaretur. l. quoniam nouella, C. de inoff. testa. Sic etiam vt probatur in l. filiam cum fratribus, C. de colla. vbi relictum in codicillis non confertur, & tamen imputatur. l. si quoniam. §. si. C. de inoff. test. & alibi saepe. Iura aut in trium allegata procederent forte affirmatiue.

Quinimmo dico, quod nec affirmatiue procedit, nisi reperitur in iure expressum, vt d. l. illud, vers. haec autem regula. C. de inoff. test.

test. Et per hanc viam ad argumentum melius respondetur.

Ad secundum responderi potest, quod illa fictio retractiva solum procedit quo ad fructus & utilitates ex re donata, interim perceptas, prout videtur velle Doc. in d.l. donationes, & alibi sepe. Vere tamen non perfecte acquiruntur, nisi tempore mortis, & cum possent per donatorem, viuentem quocumque reuocari, non potest perfecta acquisitio nisi demum eo mortuo appellari. Et ex hoc respondetur etiam ad tertium, quia fateor, conditione retrotrahi quo ad cognitionem cui acquiratur ex illo contractu, vt d.l. si filius f. & l. quæ legata, in ff. de regu. iur. Sed non potest dici perfecta acquisitio ante mortem patris, cum prius possent reuocari. Et sic tempore, quo dicitur impleta conditio, si pater non reuocauerit. Nam cum esset conditio negatiua, non poterat vere impleri in vita patris. l. mutiana, & ibi Bar. & alij s. titu. proximi.

Ad vltimum placet responsio s. posita, vt s. d. s. & generaliter, loquatur in donatione inter viuos valida & efficaci, quoniam fit, cum conueniat verba simpliciter prolata de donatione debere intelligi de valida, & sic de donatione in potiori significatione, vt s. dictum fuit. Nec videtur ob stare responsio supra data ad predictam declarationem, quæ non videtur bona, quia attento quod pater poterat semper reuocare, non dicitur extra patrimonium eius, eo viuentem, sed videtur tempore mortis in patrimonio patris fuisse, non minus, quam donatio causa mortis.

Et vbi est quis vellet acquisitionem prius considerare saltem per retrotractionem, dico, quod ex eo non impeditur, quin imputetur, cum idem in dona. causa mor. possit considerari, vt s. dictum fuit. Ratio ergo imputationis in vtroque casu est, quia cum ipse visus ad mortem pater reuocare possit, quoniam non reuocatur, vt in articulo mortis quodam modo dare, & sic in vltima voluntate: quo casu non est dubium, imputationem fieri, vt fuit dictum s. in 3. conclu. Cogita super prædictis, quia articulus est pulcher, & disputabilis: magis tamen placet communis opinio, a qua etiam in dubio non est recedendum.

34 Nona & vltima conclusio Bar. est, quod concessum filio a patre viuentem in peculium, mortuo postea patre, in legitimam filij imputabitur, vt per eum, qui allegat d.l. filium quem habentem, secundum vnum intellectum. Sed non facit, tum quia intellectus ille ad illum textum de iure non procedit, sed aliter debet intelligi, vt supra dictum fuit. Tum etiam quia ille textus loquitur non de legitima, sed de trebellianica. Hanc tamen conclusionem Bar. sequuntur cõiter Doct. vt per Alex. & Repeten. Pro quo secundum Bar. & alios facit l. si donatione, C. de colla. Immo est ibi casus fecundum communem intellectum. & ratio illius conclusionis videtur esse, quia si creditur fuisse de intentione patris, quando in peculium concessit, arg. l. cum quo s. si s. eo. Ampliatur ista conclusio est quod in concessione non fuerit facta mentio peculij, quia quoniam pater simpliciter concedit filio, præsumitur in peculium concedere, ne alias videatur sibi præiudicasse: sicut etiam in d. s. fin. præsumitur ille dedisse pro quarta falcidia. Ita voluit Barto. in l. 1. s. si parens. infra si a patre, quis sue. man. Ista ampliatio videtur vera, si vera sit conclusio (de quo statim dicam) quia non videtur ratio diuersitatis, cum talis concessio videatur in peculium facta, licet de eo non sit facta mentio. Quoniam peculium dicitur, quod pater a rationibus suis separatim, filio concedendo. l. peculium est, in prin. & l. depositi. s. peculium, s. de pecu. Hæc tamen ampliatio limitatur, vt non procedat, quoniam pater tantum dedisset, quantum erat in legitima. arg. d. l. cum quo. s. si. fin. Immo ibi & Alex. sic etiam dixit hic Pau. de Cast. vt per eos. Repetentes contradicunt, volentes quod indistincte procedat ampliatio, quia semper creditur, patrem dedisse ea mente, vt sit filio in peculium: & maxime quia in dubio donatio & amissio iuris sui non præsumitur. l. cum de indebito, supra de proba. ¶ Et aliam dixit Bal. in l. generaliter. 2. colum. C. de nonum. pe. quod potius quis præsumitur insanire, quam donare.

Ego in hoc sum cum illis, vt s. donatio non præsumatur, sed semper præsumatur concessum in peculium per iam dicta. Sed in eo, quod ita concessum, imputetur in legitimam, nec cum eis, 35 nec cum alijs. Et ideo salua veriori opin. (quicquid Doct. dixerint) credo quod concessa in peculium siue expresse, siue præsumptiue, non imputentur in legitimam filij, & sic mihi videtur, quod conclusio Bar. & communis de iure non procedat. Moueor, quia in rebus, ita concessis, filius vel hæres non potest legitimam, vel trebellianicam detrahere secundum communem opi. vt supra dictum fuit in 6. conclu. præced. quæstionis. minus ergo potest aut cogitur in legitimam imputare.

Facit etiam quia concessio in peculium, solum arguit quandam administrationem, & non ius proprium, vt supra de pecu. per totum, & quidem temporalem, tum quia potest adimi. l. peculium nascitur, in ff. illo ti. Tum est quia post mortem patris debet esse cõe inter filios & hæres eius. l. certum. C. famil. ercif. & dixi in d. sexta conclusione. Quo stante, dico, quod siue filius dicat, nolo istas res peculiarias pro legitima mea, aut in eam imputare, sed volo eam concedi mihi arbitrio boni viri, seu iudicis. siue e. contra dicat aduersarius, nolo quod eas tibi imputes, aut aliquo modo retineas pro legitima, quilibet eorum audiri debet: vt sic con-

cludam aliquo inuito, talem imputationem non esse faciendam. Nec res esse concessas in peculium expresse vel tacite, quicquam obstat. Quoniam ex eo nihil inferitur ad imputationem in legitimam, sed tantum voluit pater quod filius propria industria in eis administrandis vteretur in acquirendo & retinendo donec ipsi patri placuerit, quod beneplacitum finitur morte, sicut in simili dicitur in c. si gratiose, de rescriptis, lib. 6. Sed quod in legitimam imputatur, non sequitur, quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. vnde legit. & c. in præsentia, de probat. Non obstat d. l. si donatione. C. de collat. quia est quod intellectus communis sit verus de concessione in peculium, de quo tamen potest dubitari, respondetur quod nihil ibi dicitur de imputatione, sed solum quod ille fundus debet communicari & non esse præcipuus illius filiae, cui fuerat concessus, iuxta d. l. certum. C. famil. ercif. vt etiam ego iam dixi.

Et si dicatur, si tex ille vult, quod conferatur, ergo etiam debet imputari. Respondetur, quod ista consequentia non valet, vt d. l. illud, ver. hæc autem regula, in eo. tit. Præterea, ibi collatio fit ponendo in communi, vt cum alijs bonis communibus diuidatur. Concluditur itaque rem concessam in peculium, altera parte inuita, non esse in legitimam imputandam.

Quæ conclusio forte limitari possent, nisi pater tantum dedisset in peculium, quantum esset legitima filijs. Et postea institueret eum hæredem, & rogaret vt restitueret hereditatem, & trebellianicam prohiberet. Nam tunc (valeat d. prohibitio vel non) constare videtur, patrem voluisse ea mente concedere in peculium, vt filio seruiat pro legitima, argumento l. cum quo. s. fin. j. co. & eorum quæ dixi supra in secunda opp. primæ partis. Cogita tamen 36 men quia non firmo. Ex t. secunda quæst. Bar. circa legitimam collige rationem, cur in legitimam imputentur venientia extra testamentum, non sic in falcidia, & trebellianica. Illud enim est secundum Bar. quia falcidia, & trebellianica debentur occasione testamenti, ideo in eam solum imputantur, quæ ex testamento proueniunt. Legitima vero extrinsecus debetur, id est iure naturæ, & ideo in eam, etiam extrinsecus venientia imputantur.

Et licet etiam legitima filio iure institutionis debeatur. s. aliud quoque capitulum, Auth. vt cõ de appel. cogn. tamen id est ad obligationem patris &c. & in quolibet minimo &c. non tamen quo ad originem eius, quoniam illa originaliter debetur instinctu naturæ. Et ita his paucis verbis habes, quod Repetentes omnem multa verba. Tu autem ultra alios clarius loquaris, & tolles omnem difficultatem. Dicas igitur, quod falcidia & trebellianica dantur hæredi, vt hæres ille, aliquo emolumento allectus adeat, sed ad aduentum non dicitur allectus, ex eo, quod ei extra testamentum venit, cum illud omnino habeat, ideo &c. Sed legitima extrinsecus debetur & naturali ratione, quia s. rationi naturali prouenit, vt filius tamen habeat de patris bonis &c. Vnde undecumque proueniat, modo de substantia patris, & dicitur illi debito satisfactum. Sed aduerte, quia in contrarium facit l. filiabus. s. fin. cum l. seq. s. de leg. primo. Nam etiam quod non adiret haberet ille prælegatum, & tamen imputatur in trebellianicam, ut in l. nostra hic. Potest forte dici, quod id est, quia postquam adit, habet iure hæreditario partem, & illam imputatur, si sit corpus hæreditarium, licet alias totum. Et potest illud esse ratione contrarietatis cum testamento, id est, quia proueniunt ex testamento. Vel dicas quod ratio mea est, ut ostendam, quare extra testamentum venientia non imputentur, quæ licet aliquando procedat in uenientibus ex testamento, ut in argumento: tamen id imputatur alia ratione, cum habeatur iudicio testatoris.

Collige de alijs quartis ut per Bar. & quicquid dicant Repetentes, dic quod auth. præterea, dici potest quod allegetur pro exemplo, non ad probandum, quod extrinsecus imputetur, uel quod immo probatur in argumentum. Nam si legatum imputatur, ergo &c. cum id uideatur extrinsecus uenire. s. a legali dispositione, quarta illa inducente. Vel tertio, quod Bar. intendit allegare iunctis dictis Doctorum, uel pro bona intelligentia. Nam si uir uxori donat, illud debet imputari, siue ualeat ab initio, siue morte confirmetur. Nam propter id minus dicitur inops, ergo &c. Quod non esset in trebellianica uel falcidia, cum non ueniant ex testamento, quicquid dicant Repetentes.

De quibus non parum miror, quod contrarium dicant. Cogita tamen.

Ex tertia quæst. Bart. dum se remittit ad dicta per se in l. peto, collige tamen quod licet alias, quod datur filio causa emancipationis non conferatur, ut dictum est, tamen si in ipsa datione dicitur, quod ei datur per parte sua uigore horum uerborum inducitur onus imputandi, & ita debet imputari. Et cum Bar. trasset doctores hic, & in d. l. peto, ubi Alex. Et idem uoluit Bal. in c. si pater, de testa. lib. 6. ut Alex. allegat ibi. Ratio est in promptu, quia si propter illa uerba apparet de intentione patris dantis, quod uoluit imputari: & pinde est acti expressisset. Et bene facit l. scimus, in prin. j. prout Ale. allegat in d. l. peto.

38 Ex quarta quæst. Bar. & quinta, concludit Bar. tamen quod nepotes debent imputare in legitimam eorum circa hereditatem autem, dotem, quam mater eorum habuit de bonis dicti aui, cum Bar. tenent plures, ut hic per Repetentes maxime Alex. in l. illa. C. de collat. Quibus adde Deci. in d. l. illam. ubi etiam plures allegat tenentes cum Bar. Mar. Soc. Iun. Prima Pars. D d Con-

D. Maria. Soc. Iun. in l. Hæredes. §. cum ita.

Contrariū tenuit Iac. de Bel. & Bal. in d. l. illā, Angelus hic, & alij plures vt per Repet. Quibus adde Corn. confi. 116. 2. vol. & Barba. in confi. 61. 5. & 6. col. & confi. 85. per totum 4. li.

Quæstio ista est ardua, & multum frequens. Et propter eius difficultatem reperio aliquos Doct. sibi contrarios, & reperio in ea tres diuersas opiniones, & in qualibet reperitur Bal.

Prima est Bar. hic q̄ imputetur, & hanc sequitur Bal. in l. qm̄ nouella. C. de inoff. test. qm̄ stipulatio fuit interposita, prout etiaz v̄ loqui Bar. hic. Secunda est P̄ria, q̄ non imputetur, & vt dixi, tenet hanc Bal. in d. l. illam, & alibi sæpe, vt per Repet. maxime in confi. 342. in fi. 2. vol. Tertia est vt distinguatur, an succedat cum zis. i. cum patris, & imputetur. An cum paribus in gradu, & non imputetur, & ita videtur postea residere Bal. in d. l. illam, vbi etiam Sal. & v̄ Dec. qui dicit q̄ opinio Bar. hic maxime pro cederet si cum patris & c. Ego, ne disputemus vbi non sit opus, primo pono aliquos casus, in quibus res non habet tantam difficultatem, & Doct. videntur concordantes, & sic videbimus successue in quo casu habeat locum disputatio. Sit ergo primus casus quando datur dos pro filia emancipata, & nulla sit stipulatio, & tunc non imputabitur, quia illam nepotes non ab auo, sed a matre, vt eius hæredes habent. Ratio est, quia dos & ius eius totaliter queritur ipsi filia d. l. 1. §. accedit. vnde, ea postea decedente, vadit ad filios vt eius hæredes, & non dicuntur eam habere de substantia aui, merito non debet imputari vt d. §. repletionē, & huic primo casui applicetur alius casus, videlicet, quādo dos data sit per matrem, vel alium ascendentem ex linea materna, si nulla sit facta stipulatio. Nam, nec eo casu, fiet imputatio per eādem rationem.

139 Secundus casus fit, † quando pater pro filia in potestate dat dotem, nulla facta stipulatione, sed ex post eam emancipat absque reueratione alicuius iuris in dote, & tunc idem videtur dicendum, vt non fiat imputatio, quia licet ius ad dotem ante emancipationem filiae esset commune eius & patris, tamen ipsa emancipata, dicitur totum consolidatum in personam filiae. l. 2. §. quod si in patris, vbi per Doc. §. sol. mat. erit ergo perinde ac si ab initio pro emancipata dos data fuerit, vnde & c.

140 Tertius casus est, † quando pro filia in potestate, sed stipulatur pater in omnem casum & c. reddi dotem ipsi filiae. Et idez dicas, q̄ non fiet imputatio. Ratio est, quia per talem stipulationē, dicitur pater donasse filiae, & ei totum ius querit vt per Barto. in d. l. post dotem, in 4. q. Pater dedit dotem, sic ergo filij habebunt vt hæredes matris, & non ab auo, ideo & c. Et idem est quo ad propositum nostrum, si pater stipulatus fuisset sibi reddi tantum in casu, quo filia sine liberis decedat. Nam eo casu, quo extent liberi (de quo nos agimus) censetur filia donasse. l. inter socerum. §. cum inter, §. de pactis dotal. merito est idem, quod supra.

Et in hoc ultimo casu ita Rep. in l. lim. dicunt, q̄ est communis opi. Sed considera, quia potest dubitari, quia immo videtur, q̄ nepotes habeat ab auo, ex quo præsupponitur filia defuncta cum liberis, & sic ei non potest stipulatione acquiri, sed videtur acquiri nepotibus ex stipulatione aui. Nisi dicas, q̄ immo queritur eo casu filia, in spe transitura ad filios, ex quo pater solum in vnum casum sibi prospexit. cogita. Et in his casibus videtur quia si omnes Doct. concordare, vt supra, ut sic concludamus in nullo prædictorum casuum imputationem fieri secundum communem opi. Sed aduertendum est, quia tria videntur ob stare. Primo argumentum Bar. quod tertio loco fecit per l. omnino. §. fina. ibi occasione & c. Nam licet filij habeant vt hæredes matris, tamen habentur occasione dotationis, ab auo factæ.

Secundo facit, quia non est dubium, q̄ in omnibus prædictis casibus mater ipsa imputaretur dotem in legitimam d. l. quoniam nouella, ergo videtur idem & fortiori ratione in eius filijs arg. l. si viua matre, circa medium, C. de bon. mater. Illi. n. subrogantur in loco matris. Tertio facit d. l. quoniam nouella, ponderando q̄ loquitur etiam quando a matre, vel auo materna dos datur & c. sic etiam in casu, quo filij habent, vt hæredes matris, & tamen ibi videtur probari, dotem illam debere imputari, & per ista fundamenta disputando facile posset teneri † Doct. in casibus prædictis. Sed tuendo iam dicta, a quibus non esset recedendum in practica. Responderi potest ad primum, q̄ ille tex. loquitur de occasione rei ad rem, non de persona ad personam, prout loquimur nos. Ita Bal. in d. l. illam. Ratio, quia quādo rei ad rem & c. queritur immediate ipsi filio, vt d. §. fina. non sic est respectu personæ, quia prius queritur matri, & postea ab ea filij habent, & sic filij inspecta causa proxima, non ab auo, sed a matre habet & c. ita Rep. Posset etiam dici secundum eos q̄ d. §. fina. loquitur quando pater iam aliqua naturali ratione fuit motus. Quod nō est hic respectu nepotum, quia illi capiunt a matre vt iuratum, verum tamen fatendo, ista solutio virtualiter est eadem cum solutione Bal. Ad secundum responderetur, q̄ argumentum procederet vbi eadem ratio consideraretur, quod hic non est. nam mater ideo imputaret, quia habuit de substantia patris, & c. Non sic nepotes, quia ipsi non ab auo hnt, sed a matre, & c. Adde Soc. in cō

fil. 95. col. 9. li. 1. Et ita sentit Pau. de Cast. confil. 251. & referunt Repet. col. 82. Nec est nouum vt ipsi dicunt, plus iuris aliquādo dari hæredi, q̄ auctori. l. reperitur, §. eod. & l. si per imprudentem. §. non mirum, de euct. sed parum faciunt in proposito. Ad tertium videlicet ad l. quoniam nouella, respondetur, q̄ ille tex. loquitur de dote data ipsi nepti, vel pronepti. Nam illam bene debent imputare vt ibi dicitur, & in veritate ita sonant verba eius.

Et ratio tunc est quia ipsa proprie habent de substantia aui vel proau. Sed nos loquimur quando dos data fuit earum matri, & ad matrem & ad nepotem peruenit, non tanquam de substantia aui, sed ab ipsa matre. Et ita cōmunis opinio videtur de 141 fenata. Quartus casus fit, † quando pater dando dotem pro filia, stipulatur sibi ipsi tantum reddi, in omnē causam soluti matrimonij, etiam cum liberis, & isto casu non est dubium, quod nepotes si casu dotem habeant, debent imputare in legitimam, cum tunc sit proprie de substantia aui, cum ad eum dos deberet reuerti post mortem matris eorum, & non ad eos. Si igitur illi habeant, de facto habet, & non vt hæredes matris, sed ex permissione aui, & ideo fiet imputatio, si volunt hæredes. Et si plus est hæredibus aui, dandum est. Ita in simili tradit Dec. in l. illaz, col. pen. in primo casu suo.

Quintus sit casus, quomodo pater dans dotem pro filia, stipulatur eam, decedente ipsa filia cum liberis, ipsi liberis dotem restitui. Et tunc, quo ad imputationem idem est, quod in casu præcedenti, & c. Ratio, quia ipsi proprie habent ab auo & ex provisione sua, ideo fiet imputatio d. §. repletionē. Sed si quis plus est in dote, illud retinebunt, & in hoc differt iste casus a præcedenti sic est de intentione Corn. confil. 192. 2. volum. & sentit etiam Dec. in d. l. illam, in suo secundo casu. In prædictis ergo casibus conclusiones videntur de plano procedere, & non est locus disputationi.

142 Sextus casus sit, † quando pater pro filia in potestate dat dotem, & nihil stipulatur, vel stipulatur simpliciter dotem reddi, quibus casibus dos & actio ad eam soluto matrimonio erit cōmunis inter patrem & filiam l. 2. §. q̄ si in patris, §. sol. matr. Et tunc si consideramus iuris ordinem, quo dos ad patrem reddere debet, etiam q̄ filia decedat cum liberis secundum communem opinionem in l. post dotem, §. sol. matr. & in d. l. dos a patre, res clara v̄, quia cum dos sit apud auum, & in eius substantia, non agitur de imputatione, nisi de facto esset apud nepotes, & tunc dicit vt dixi §. in 4. casu. Et hoc nota, quia licet communiter istud non seruetur propter contrarium consuetudinem, si tamen aliquo casu, vel aliquo loco id fieret, vt dos ad patrem rediret, scias quid iuris. Si vero attendas consuetudinem, & sic dos reperitur apud nepotes, ex dicta consuetudine, & postea moritur auus, & querat an imputetur & iste est casus dubius, & in eo procedit disputatio. vidistis opinionem Bart. q̄ debeat imputari per argumenta sua. Et ultra eum facit, quia videtur q̄ in hac materia sit consideranda tantum origo. Vnde cum origo a substantia aui & c.

Et præterea videtur q̄ necessario probetur in l. quoniam nouella, vbi videtur fieri regula, q̄ circa dotem & donationem propter nuptias, que conferuntur etiam imputantur. vnde cum ista dos conferatur. l. illam, in fi. ergo & c. Non parum facit, quia isti nepotes veniunt ex persona matris, vnde non debent esse melioris conditionis & c. Et si dicatur, q̄ ista omnia cessant tenendo cum Cuman. in confi. 10. vez q̄ isti nepotes habeant vt hæredes matris, & istud operatur consuetudine. Respondetur, q̄ istud dici non potest, quia ex quo mater nunquam fuit domina dotis, non potest dici, q̄ in ea habeat heredem. Ita Pau. de Cast. confi. 250. Remanet ergo dos apud filios non vt hæredes, & c. sed ex consuetudine, quæ ita induxit, non considerando quomodo, & potius videtur q̄ ab auo auferatur & c. Ita Pau. de Cast. d. confi. 250.

Sed in contrarium tenuit Iac. de Beluif. & Bal. in d. l. illaz & c. Et mouentur, quia legitima debet proprie deduci ex substantia eius, & c. tempore mortis d. §. repletionem & c. Sed ista dos non est talis, ergo & c. Nam per prius in vita aui diuelli de substantia, quia statiq̄ mater moritur, illi filij ex illa consuetudine sūt domini. Vnde non potest amplius dici de substantia aui.

Secundo facit, quia cum statim a morte matris sint effecti domini, non debet eorum ius alterari & mutari per mortem aui, ut sic dicantur nunc habere ab auo. Sed si fieret imputatio, hoc esset necessarium, quia nō posset fieri, nisi dicerentur de nouo hère ex substantia aui, igitur & c. Et certe si imputatio fieret quasi ex noua causa hæret, ex legitima, & causam possidendi mutaret, quod iure non toleratur, quia qui dominus est, ex alia causa nō fit dominus. l. 3. §. ex pluribus, vbi Doct. de acq. poss. d. l. non solum. §. quod vulgo, de vsuc. l. 2. §. 1. pro her. & l. cū nemo. C. de acq. poss. Si vis tueri opinionem Bar. quæ videtur fm Mod. communis, potest responderi. Nam ad primum dico, q̄ immo de substantia aui euellitur originaliter. Et licet dum moritur, hoc non fiat, nō est hoc necessarium, vt patet in dote data filiae emancipatæ, vel per matrem, vel donatione pp nuptias. Nam per prius valuit, & tñ imputatur. Immo valet et data filiae in potestate l. Pōponius Philadel-

Philadelphus, s. fam. ercis. satis enim potest dici de substantia eius inspecta origine.

Ad secundum respondetur, quod nihil obstat, quia negatur quod mutetur causa possessionis, aut dominium ex noua causa dicatur dari sed ex prima remanet, & solum hoc fit ut imputetur in legitimam id est facit minus detrahi pro ea. alioquin nec filia emancipata, nec recipiens dotem ab auo materno possent imputare, nec mutarent sibi causas possidendi &c. contra d.l. quoniam nouella.

Si vis tueri opinionem Bal. contra Bart. facias fundamentum quod isti filij iam per prius perfecte habuerunt in vita aui, & cum postea non ex eius substantia &c. nec obstat quod originaliter &c. quia videtur quod attendatur tempus mortis &c. & sic quando fieri debet talis imputatio. Nam qualitas adiecta verbo, secundum tempus verbi debet terminari in delictis. s. si extraneus, de noxal.

Vnde cum in §. repletionem, dicatur eam fieri de substantia &c. videtur quod debeat esse tempore repletionis, sed hoc non est, ut dictum est, ergo &c. & ex isto fundamento cunctis his, quae s. diximus, & omnibus & rationibus. Bart. & pro eo allegatis potest responderi. Nam procederent, quando ante mortem aui perfecte non acquisiuisent prout isto casu contingit, sed debile est fundamentum, ut s. dicam.

Quid dicemus? tu propter difficultatem articuli, potes tenere quod vis, maxime disputando. Ego (ut verum fatear) sum procliuor in sententiam Bar. a qua in iudicando & consiliando non est recedendum per iam dicta. Et facit, quia isti nepotes non habent ius aduersus autum, nisi propter personam matris, vnde videtur quod omne ius eorum ex persona matris mereri debeant.

Vnde si mater propter dotem excluditur a legitimam, eo quod illa in eam imputatur, non video cur etiam nepos proueniens ex persona sua non sic excludatur, tanquam proueniens ex radice infecta, seu exclusa, vel excludenda. Praeterea si aliter dicatur, auus posset conqueri.

Nam &c. fecit enim quod debuit, erga filiam, & quantum in eo erat, ut ipsa cum sua parte excludatur.

Non obstat quod supra dixi de d. §. repletionem, dicendo quod qualitas adiecta verbo &c. quia dico, quod illud est falsum, ut patet in filia respectu matris, vel aui materni, nam tempore mortis non dicitur de substantia aui vel matris, & tamen imputatur. Nec obstat regula d. §. si extraneus &c. quia ex illo §. repletionem, apparet, quod non debet attendi, quia ille tex. loquitur de his quae filius est lucratus, & distinguit, an ex substantia patris vel alijs causis.

Et clarius dico, quod illa qualitas non tempore imputationis, sed tempore lucri inspicitur. Alioquin si tunc esset de substantia patris, non ageretur de imputatione.

Praeterea (& hoc nota, quia ista est verissima responsio) dico quod §. repletionem, non loquitur de imputatione, sed de repleione, quae sunt diuersa. Imputatio enim arguit rem esse penes eum, cui legitima debetur, & quaerit quod illam sibi imputet in legitimam, hoc est ut minus pro legitima detrahat, & in hac nos loquimur, in qua ut supra dictum est, videtur, quod inspicitur origo.

Repletio vero fit de re quae non est apud eum, cui legitima debetur, sed debet fieri de substantia patris vel aui, ut dicitur in d. §. repletionem. Et tunc bene procedit argumentum de regula l. in delictis. s. si extraneus, s. de noxal. quia, si qualitas illa ut sit de substantia &c. debet adesse tempore, quo fit repletio. Ex qua declaratione sequitur, quod Doctor. omnes satis impertinenter in hac q. circa imputationem allegant d. §. repletionem, & per hanc rationem etiam in primis quinque casibus posset hoc tenere, cogitata. Facit etiam quia nepos dicitur intrare locum matris, nec plus de bonis aui habere debet, quam haberet mater si viueret. §. cum filius. Inst. de haer. quae ab intest. ergo &c.

Et hanc op. in puncto iuris simpliciter defendunt Perusini, & Ripa hic col. 40. & 41. & maxime facit d.l. quoniam nouella, ponderando quod ibi videtur probari in dote & donatione propter nuptias valere argumentum, conferuntur, ergo imputantur.

Nec tunc obstat quod nepotes in dictis casibus videantur habere, ut haeredes matris, & non ab auo, ut supra dicebamus.

Quia respondetur, quod non refert, sed satis est, quod id habeat, quod ex substantia patris seu aui sit profectum, licet mediante persona matris, &c. Attento quod mater est illa, propter quam ipsis nepotibus debetur legitima.

Et sicut in quantitate non debetur eis, eorum personis consideratis, sed solum persona matris, ita ut non dimidia debeatur, licet sint quinque, sed tertia, &c. ita etiam videtur, quod inspecta persona matris debeat dos eius in legitimam imputari. Cogitabis etiam in dictis quinque casibus.

Et licet ista opinio esset pulchra in disputando & facillime sustineretur, tamen in iudicando difficile esset recedere a communi op. quae est, quod in illis casibus non fiat imputatio. cogita. Et maxime ista opinio communem procederet, quoniam isti nepotes ad ius legitimae admittuntur solum ex persona matris, puta, quando cum paruis & similibus vocantur, quia tunc solum representantes personam matris vocantur, iuxta §. cum filius, Inst. de hę

red. quae ab intest. defer. secus si absque tali representatione ex propria persona, tunc, n. contrarius op. in dictis casibus procedere posset, immo secundum hanc distinctionem totus articulus videtur terminandus secundum Bald. in l. illam, Imol. hic, & Salicet. in d. §. repletionem. cum alijs allegatis hic per Modern. cogitabis.

144 Ex 6. q. Bar. colligitur ista conclusio, quod si legatarij res hereditarias sibi legatas possident, sicut etiam haeredes alias res, ab omnibus pro rata supplementum legitime fieri debet, per rationes suas. Et sic Bart. loquitur quando legata consistebant in speciebus hereditarijs. Et consequenter videtur posse dici ex intentione Bar. secus esset si legata sint in quantitate, quia tunc cessaret ratio sua, ut per te ipsum intelliges. Et videtur sic intelligere Ale. qui super hoc articulo multa, & satis confuse scribit, & etiam Peru. Repetentes, qui breuius loquitur, & magis ad veritatem. Ego vero breuissime dicam tantum quid sentio.

Et primo aduerte, quia declaratio Bar. hic in fi. ad d. §. ceteri, ut s. referatur ad l. si libertus. §. si libertus, vñ admodum aliena a mente Imperatoris ibi. Nā licet et d. §. libertus, possit dici lex Iustiniani propter eius auctoritatem, quia, si eius auctoritas pro lege feruatur, iuxta §. omnia enim merito, in l. i. C. de vet. iur. enuic. tamen videtur, quod Imperator in §. ceterum, voluerit se referre ad leges per se promulgatas. Maxime, quia secundum relationem Bar. oportet dicere ab haeredibus. s. tantum si soli sint, vel vna cum legatarijs, si illi dentur, quod quidem videtur satis durum. Quare cogita an dici possit, quod relatio illa habenda sit ad legem omnimodo & d. §. repletionem. C. de inoff. test. ut sic dicamus declarando d. §. ceterum, ab haeredibus impleatur secundum alias leges nostras quibus cauetur repletionem fieri, & testamentum non rumpi, ut d. l. omnimodo, & quod repleatur de substantia defuncti, ut d. §. repletionem. Et istud fiat ab haeredibus prout re ipsa ita iura illa antiqua sentiebant, & Imperator in d. §. ceterum, expresse declarauit.

Dic ergo, quod aut haereditas est diues, & soluendo, id est, non est consumpta legatis, & non videtur dubitandum, quod solum ab haerede supplementum fieri debet & legatarij in effectu non dent molestari. Nam si omnibus satis fieri potest, satis durum esset legatariis impediri, & sic contrauenire voluntati testantis. Et ita procedat d. §. ceterum in Auth. ut cum de app. collat. s. Facit quod si filius haeres & grauatus, non sumit legitimam de bonis legatis, si aliunde, &c. Bal. in l. j. vel rub. de rerum diuisio. & repetentes hic.

145 Limita (prout & Repetentes dicunt) nisi meliora essent legata, & sic quasi in fraudem legitimae viaeatur factum. Nam tunc potest de reb. legatis supplere. Non dico pro rata (prout dicit Bart. & prout forte sentiunt Repe.) sed prout iudici videbitur in vna vel pluribus, totum. n. eius arbitrio committitur, ut fuit dictum supra in 4. q. Bar. principali, & probatur in d. l. scimus in princ. Et nota, quod isto casu, quod legatario aufertur, debet per haereditatem re faciri, & sic in effectu semper ab haerede fiet supplementum. Et hoc modo procedat d. §. ceteri. Aut haereditas non est ita soluendo, ut omnibus legatis, & supplemento legitime satis fieri possit, salua Falcidia, & tunc legitima per prius, ut a alienum detrahitur, & postea de eo quod superest, retenta Falcidia pro rata satisfieri debet legatis. Et tunc circa legitimam detrahendam, vel eius supplementum aduertendum est. Quoniam, si legata sunt in quantitate, res procedit sine scrupulo, quia quodlibet legatum, & haereditas etiam pro rata diminuetur, & hoc modo potest intelligi. l. si libertus. §. libertus, in fi. de bon. lib. Si vero sint in corporibus hereditarijs, crederem quod per prius legitima detrahi debeat, ut supra in una vel pluribus reb. arbitrio iudicis. Et posset iudex de re legata arbitrari, &c. In dubio tamen non deberet, ut magis testatoris voluntas seruetur, argumento doctrinae Bal. in d. l. i. de rerum diuisio. Et facta tali detractione habebitur postea consideratio eius, quod superest & seruata Falcidia, & pro rata satisfiet legatarijs. Et si res legata fuerit pro legitima occupata, debet tantum de

146 in aestimatione dari legatario, pro rata tamen &c. Limita quod si filius haeres adierit non confecto inuentario, quoniam tunc re ipsa legatarij non debent haere onus supplementi, quia haeres solum de suo tenetur, & et tenebitur omnibus legatarijs in solidum l. fin. C. de iure delib. & ita vñ dixisse Ang. in l. Pap. §. si conditioni, de inoff. test. Et non dico, quod filius cogatur accipere, quod haeres voluerit, sed quod erit ad damnum haereditis. Et quo ad filium erit perinde ac si haereditas esset soluendo, & fiet supplementum arbitrio iudicis, qui et in re legata posset arbitrari. Ex seq. q. Bar. colliguntur duae q. cl.

147 Prima est, quod si filius non imputat in legitimam, seu eius supplementum, quod habet ex substitutione facta legatario. Puta, si Titio sunt legata centum, & ei filius est substitutus, per §. repletionem, s. m. gl. lib. Sed Bar. in hoc communiter reprobat, ut per Ale. & Repet. veritas ergo est isto casu, quod imputatur, quia dicitur re ipsa haere ex substantia patris. Nam legatum est de substantia patris, & si primo factum fuisset imputantur, ut per Bar. supra in alia quaestione, ergo & isto casu imputatur, quia mediante substitutione ne est punde ac si primo ei fuisset relicto. Non obstat d. §. repletionem

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Hæredes. §. cum ita.

innata gl. in qua est fundamentum Bal. quia missis multis, respōdetur, q̄ ille tex. debet aliter intelligi. Puta ex substitutione. s. de filio facta patri, puta per fideicommissum, vel iure accrescendi similiter proneniēte a persona patris, prout ibi apostillauit in margine, & alias vobis dixi.

Et licet ista procedant in substitutione vulgari, seu simplici facta in legatis, tamen si fiat per fideicommissum, dicas vt dicam §. in sequenti conclusione.

Limitatur hoc in legato vsufructus, vel in vsufructu obueniente filio ex substitutione, vel ex iure accrescendi. Nam illud non imputatur. Et ita loquitur d. §. repletionem. Et secundū hoc potest intelligi Bar. in isto casu, prout aliquando s. dixi.

148 Secunda conclusio, q̄ illud, quod filius capit ex directa, vel fideicommissaria substitutione, facta hæredi, imputatur in legitimam declarando, vt per Bar. §. quando sit facta hæredi. Et hoc ex eo, quia omnis conditio, & omne onus respectu legitimæ reijcitur d. l. quoniam in prioribus.

Vnde licet vulgaris sit facta, si ille hæres non erit, &c. tamen reijcitur conditio. Item licet fideicommissa sub alia conditione, videlicet si sine liberis, &c. tamen reijcitur conditio, & pure dicitur habere, & imputatur quatenus legitima patitur. Cum Barto. transeunt Doct. vt per Rep. qui multum notant, &c.

Ego non sic intelligo. Et dico, q̄ quicquid habet ex substitutione directa, vel fideicommissaria, imputatur, &c. non quia reijcitur conditio, sed quia habet ex substantia, & dispositione testatoris, si quando habeat. Nec credo reijci conditionē aliquo modo, ita vt dixerim, ante conditionem eum habere ex substitutione. Sed bene dico, q̄ etiam ante conditionem impletam possit petere supplementum, quod non habebit ex substitutione, sed conditione ex l. omnimodo. C. de inoff. testam. præsuppositi, to, q̄ conditio non extat. Et si prius extet conditio, illud imputatur, nec est opus agere ad supplementum eius respectu.

Nec obstat quod de legitima reijcitur omnis dilatio, quia ego fateor, quando esset cum dilatione relicta, sed in casu isto nō sic est. Nam præsupponimus q̄ aliquid sit relictum iure institutionis, & si in eo esset dilatio aliqua reijceretur, sed si non est, ille agit ad supplementum respectu primi gradus, & illud non habebit ex substitutione, sed ex legis ordinatione, & per condictionem, dicitur l. omnimodo. C. de inoff. test.

Facit, q̄ imputatio præsupponit rem requisitam. Substitutio enim non potest habere locum nisi eius conditio impleatur, nec est opus ex substitutione conditionem reijcere per d. l. quoniam in prioribus, quia illud fieret quando alias legitimaz simpliciter habere non possit, quod isto casu non est. Haberi enim potest statim, & pure, vt dixi.

Et pro his facit in argumentum l. 3. §. si. §. de libe. & posth. vbi quæ in primo gradu facta sunt, attenduntur quo ad filium.

Nam ex eo, q̄ erat in eo præteritus, non valet, sed valet secundus gradus, attento q̄ primus valere non potuit propter præteritionem filij in eo factam. Sed isto casu facta in primo gradu attendendo filius agit statim ad supplementum, & sic de legitima dicitur plene satisfieri, & ideo non est opus venire ad secundum gradum, & ad reijciendum conditionem eius respectu legitimæ. Cogita.

Et pro ista opinione vide in simili Corn. in consi. 108. col. fin. 2. vol. vbi vult. in casu suo non reijci tempus de substitutione, ne quid fiat contra votum testantis, quod ex toto non aduersatur legati dispositioni de materia loquenti. Sic ergo, nec isto casu reijcitur, cum satis filio sit consultum per prædicta.

Faterer tamen, q̄ si filio fuisset præstitum supplementum, & postea conditio substitutionis, vel fideicommissi impleatur, deberet imputari, & quod s. recepisset, restitui deberet. Et ideo conuenire, vt in præstando supplemento daretur cautio si plusquaz recipere, quam legitima pateretur, arg. tit. §. si cui plusquam per Falcid.

149 Ex vltima q. Bar. collige, q̄ id quod venerit ad filium, vel alium cui legitima & eius supplementum debetur, succedendo legatario, vel hæredi patris eius, non imputatur in legitimam, eo q̄ aduentio iure, & casu, non ex ordine patris eius ad eum peruenit, iuxta l. sed si sic. §. 1. de leg. 3. & l. qui fundum. §. qui filios, §. eod. in ver. diceret aliquis si aduentio iure, ergo non imputatur d. §. repletionem. Et ista conclusio, Bar. est vera & communis. Et licet ipse loquatur quando peruenit ad filium ex successione ab intestato, tamen idem est, si ex testamento per eandem rationē, licet ergo filius succedendo legatario, vel hæredi, acquirat fundū legatum, qui fuerat patris eius, vel etiaz hereditarium, tamen eum non imputabit, quia aduentio iure &c.

Limitatur conclusio, si & quatenus ille talis legatarius tenetur supplere legitimam. Nam tunc iste filius vti illius heres imputatur, cum heres ad omnia onera sui auctoris tenetur. Et exemplificat Rep. si testator expresse disposuerat, q̄ ille legatarius (suppleat legitimam). Possunt n. legatarij grauari quatenus eis relinquatur l. 1. §. pen. C. communia de leg. & l. si fuerint, §. 1. §. de

leg. 3. Adde q̄ potest etiam exemplificari in casibus in quibus diximus, legatarium teneri ad supplementum. Et hæc de legatariis.

De hærede vero cui filius succedat, q̄ teneatur ad supplementum res est expedita, quia regulariter onus supplendi est hæredis secundum tamen ea, quæ diximus s. in 6. q. Cætera vide hic per Doct. maximè Repet. qui subiiciunt vltra q. Barto. quinque alias quaestiones, vt per eos.

Et circa quintam in qua ipsi plurimum instant dicit vt aliàs dixi in quodam consilio meo, quod feci in pulchro casu occurrente in ciuitate Veronæ, quod imprimeretur in 1. vol. nu. 131. Et ibi conclusi veram, æquam, & communiorem opinionem esse, q̄ pater liberis primi gradus Trebellianicam prohibere non possit, vt etiam s. aliquando commemorauit. Et ex his sit impositus finis huic difficillimæ Repetitioni ad laudem summi Dei, cui soli & semper sit laus & gloria, hodie 10. Iunii. 1533 in almo Gymnasio Patuino.

S V M M A R I V M.

- 1 Nomina collectiua, & distributiua, qua sint, declaratur, & nr. 3.
- 2 Dicitio, vtique, dicitur collectiua, & etiam distributiua, & nr. seq.
- 3 Distributiua quedam sunt simplicia, quedam verò duplicia.
- 4 Sermo pluralis, vel collectiuus vtrum resoluat in suas singularitates, & sic in quolibet verificetur.
- 5 Casus figuratio.
- 6 Hæredis institutio aliquando præsupponitur, licet narretur.
- 7 Fideicommissum reciprocum inducitur per verba. Si quis eorum, & c. ad dictum fuisse, eos inuicem substituo.
- 8 Fideicommissum, & reciprocum, & tacitum inter institutos inducitur per illa verba, omnem hereditatem, & c.
- 9 Qui vult vnum, vult & omne id sine quo illud esse non potest.
- 10 Fideicommissum reciprocum an aicatur factum inter postulos in conditione.
- 11 Substitutio quædo fit vltimo morienti in tota hereditate videtur facta ad inuicem ipsis substitutis.
- 12 Venderi prohibitus, non dicitur prohibitus relinquere in testamento.
- 13 Qui in aliquo grauatur, non semper ad illud dicitur vocatus, sed quando, & c.
- 14 Substitutio quando fit simpliciter post mortem plurium honoratorum, non tamen dicitur in tota hereditate, tunc non dicitur inuicem facta ipsa substitutio.
- 15 Declaratio ad l. codicillis, in prin. supra de vsufr. leg.
- 16 Verba hoc amplius, omnia superiora repetunt.
- 17 Substitutio quando post mortem plurium fit vltimo decedenti, sed non exprimitur in tota hereditate, tunc illi non dicuntur inuicem substituti.
- 18 Indefinita non æquipollet vniuersali, quando sumus in onerosis, & sic in odiosis.
- 19 Substitutio quando fit post mortem plurium in tota hereditate, sed non dicitur ab vltimo moriente, an dicatur inductum reciprocum fideicommissum.
- 20 Substitutio directa per coniecturas non inducitur, & hæc est communis opinio.
- 21 Fideicommissum reciprocum non est inductum, quando omnes, post quorū mortem fit substitutio, sunt grauati.
- 22 Idem quando non omnes sunt grauati, sed sunt tales quorum vno decedente superstitis non excluderent substitutum.
- 23 Substituti inuicem an censentur, quando illi post quorum mortem fit substitutio in toto, sunt tales, quorum altero decedente alij excludunt substitutum.
- 24 Narrari aliquid in lege pro facti explicatione, non est nouum, quod tamen postea in decisionem non consideratur.
- 25 Verbum peruenire, an dicatur verbum obliquum, vel commune.
- 26 Filio vnum tantum superstitie deficit conditio illa si sine liberis decesserit, licet in plurari numero prolata fuerit, idem etiam si fuisset dictum sine filiis.
- 27 Dicitio sine, requirit omnimodam carentiam.
- 28 Statutum si dicat, q̄ ex tantibus masculis femina non succedant an si vnum tantum extet statutum habeat locum.
- 29 Rationem dubitandi ponere in de cisionibus laudabile est.
- 30 Opposita circa seposita magis elucescunt.
- 31 Dicitio, vtique, ex natura sui atque proprietate requirit concursum vtriusque, idem de dictione, ambo.
- 32 Testatoris voluntas in fideicommissis attendi magis debet, quam verbum, multa tamen vt nr. 34.
- 33 Institutio, vel substitutio directa, licet ex manifesta testantis voluntate induci possit, etiam q̄ verba non ita sonent, tamen secus est ex coniecturata voluntate.
- 34 Argumentum ab absurdo vitando, vltimum est.
- 35 Mandato principis, aut superioris, qui non obtemperauerit, excusatur, si ex obseruantia mandati fuisset subsequutum scandalum.
- 36 Fideicommissum conditionale, pendente conditione non transmittitur ad hæredes, & filios.

- 37 Ratio decisionis istius tex.
 38 Decisio huius tex. an procedat, si nepos fuisset tantum substituta in portione ultimo decedentis sub illa conditione si uterque, &c.
 39 Fideicommissi etiam iure, quod consequutus fuisset secundo moriens per mortem primo decedentis, videtur rogatus restituere.
 40 Ordo scripturae an attendendus, & nume. sequen. & etiam nu. 45.
 41 Appellatione hereditatis neque legata, neque fideicommissa veniunt.
 42 Verba hæc, quas pecunias cuique legauero, &c. an futura determinent, licet sint temporis præteriti.
 43 Verbum præteriti temporis est significatiuum actus pendentis a voluntate testatoris, scilicet relinquere, vel non.
 44 Prælegata an, & quando veniunt in restitutione fideicommissi.
 45 Legata, vel fideicommissa pure relicta, siue etiam institutiones transmittuntur ad suos, &c.
 46 Substitutio conditionalis, siue fideicommissum conditionale decedente bonorato pendente conditione, non transmittitur etiam ad suos descendentes.
 47 Legis correctio non dicitur fieri nisi de ea expresse constet.
 48 Declaratio ad §. in nouissimo. l. vni. c. C. de cadu. toll.
 49 Condicio deficiente euanescit conditionalis dispositio.
 50 Declaratio ad l. primam. C. de his qui ante apertas tabulas, & numero sequen.
 51 Verbum quod, est relatiuum substantiæ.
 52 Appellatione heredis vtrum veniant tantum liberi, an etiam extranei.
 53 Coniectura si que sint admittenda, & dubietur, totum hoc circumspicendi iudicis arbitrio relinquuntur.
 54 Fideicommissum an transmittatur, si inter filios institutos fiat reciproca si sine liberis aliquis decedat, & si omnes decedat sine liberis substituat extraneum, si vnus cum liberis præcedat.
 55 Transmissio fideicommissi an fiat in eo, quod erat relictum si sine filiis decedat, quando decedenti ante euentum conditionis fuit in testamento facta dicta substitutio.
 56 Sermo pluralis, vel collectiuus tunc resoluitur in singularitatem, quando in eis considerantur diuersi effectus.
 57 Pater substituendo singulis filiis tollit ius legitimæ successionis.
 58 Voluntas non refertur ad impossibile.
 59 Substitutio quando fit pluribus, & post mortem vnus superest, persona, que ex præsumpta mente testantis excludat substitutum, non habet locum substitutio ipsa, secus vero si non superest persona.
 60 Declaratio ad l. pen. hic allegatam, & ad hunc textum, & an concordant ista duo iura, vel oppugnantia videantur.
 61 Filii duobus instituti, alter ipsorum excludit substitutum ex præsumpta mente testatoris.
 62 Filio instituto, si post eius mortem Gaius substituitur, & tempore testamenti extabant nepotes testatoris ex dicto filio, qui postea supersint post mortem eorum patris, an ipsi nepotes substitutum excludunt.
 63 Pater si duobus filiis instituis dicat, & post mortem alterius substituo alterum, & si ambo decesserint sine liberis substituo Gaium, qui erat extraneus, non subauditur conditio liberorum, quia de eis cogitauit &c.
 64 Persona, que superest an sit talis, que ex præsumpta mente testantis excludat substitutum, inspicitur quomodo se habeat ad defunctum.
 65 In fideicommissa a testatore ordinatis, an videatur consideranda proximitas respectu testatoris, vel persona ultimo morientis.
 66 Testator in sua dispositione presumitur illud velle, quod vult statutum suæ ciuitatis, limitatur tamen &c.
 67 Emphyteusim accipiens pro se, filius masculis, & feminis dicitur accepta ordine successiuo, stante statu &c.
 68 Substitutione facta pluribus an, & quando requiratur, quod conditio impleatur in persona omnium, vt substitutioni sit locus.
 69 Filius duo si sint instituti, & sit fideicommissaria vni post mortem de extraneo, & ille decedat sine liberis, sed cum fratre, an vocetur substitutus.
 70 Substitutio vulgaris si pluribus institutis fiat simul, vel per copulam, si T. & S. hæredes non erunt, non habet locum dicta substitutio, nisi omnes non sint hæredes.
 71 Substitutus regulariter excludit ius accrescendi.
 72 Testator semper dicitur magis institutum, quam substitutum diligere.
 73 Oratio negatiua falsificata in parte, vota redditur falsa.
 74 Constitutio dictans, quod in ecclesia carente clero, & populo episcopus persci non debeat, non procedit si vnus habeat.
 75 Substitutio vulgaris quædo est facta per nomen collectiuum, vno repudiate non vocatur substitutus.
 76 Negatiua postposita signo vniuersali, facit equipollere suo contrario.
 77 Substitutus vocaretur, si testator in datione substituti prohibuisset ius accrescendi.
 78 Substitutio pupillaris pluribus facta simul, si sit simpliciter facta, vel per copulam, ex vi verborum vno mortuo vocatur substitutus, etsi hoc non sit ex præsumpta mente testantis, & est commu. opi. limitatur tamen & nu. seq.
 79 Substitutus si sit vnus filius alteri, in casu proposito potior est propter expressam &c. & sic limitatur prædicta conclusio.

- 80 Item limitatur quando conditio impletur in persona vltimi, id est, quod ille solus impubes decedat, cum primus decesserit pubes, licet auctor contra.
 81 Substitutus extraneus excluditur extantibus filiis primi defuncti.
 82 Substitutus si est de liberis admittitur contra liberos prædefuncti, & qua sit ratio.
 83 Fideicommissaria si fiat pluribus simul & simpliciter, vel copulatiue, vno decedente statim vocatur substitutus ad partem eius.
 84 Limitatur tamen nisi ex præsumptiuam mente defuncti excludatur substitutus.
 85 Patrum commune votum est pro filiis thesaurizare, & non pro extraneis.
 86 Quæ dicitur persona, quæ ex verisimili mente testantis excludat substitutum.
 87 Fideicommissaria simul an facta sit, quando inter filios institutos sit admixta persona extranei.
 88 Quis sæpe consequitur ex persona alterius sibi admixta, quod ex propria consequi non possit.
 89 Vt usufructus si duobus relinquatur, & post eorum mortem relinquatur Gaius, vno mortuo remanet apud alterum, & Gaius expectabit mortem omnium, licet multi contra.
 90 Vt usufructus vno decedente accrescit alteri.
 91 Substitutio quando fit in tota hereditate, vno moriente, substitutus an vocetur.
 92 Declaratio ad tex. in l. quidam testamento Proclium, supra de vulg. & pupill.
 93 Testator si iusserit construi ecclesiam, si instituti filij decesserint sine liberis, vno præmoriente non constructur ecclesia, sed expectanda est mors alterius.
 94 Effectus operis in partes scindi non potest.
 95 Substitutio fideicommissaria si fiat pluribus, simul per nomina collectiua, purificata conditione in persona vnus, substitutus non admittitur ex proprietate sermonis.
 96 Substitutus an vocetur si non fuisset facta reciproca, verificata conditione in persona vltimo decedentis.

Interpretatio in l. Hæredes. §. cum ita. ff. ad Trebell.

CVM ita. Materia istius §. pulchra est, & subtilis maximæ que difficultatem continet: quia vt dicit Bar. in l. pe. C. de impu. & alijs subfti. habet difficillima contraria. Et ob causam forte inquit hic Pau. de Cast. quod nunquam legit hunc §. quin maxime laboraret. Est tamen valde vtilis, quotidiana, & tota aurea materia: merito ergo Ale. hic dixit §. istum esse notabilem. Itaque tum propter subtilitatem, tum & maxime propter vtilitatem eius, ad eum summa diligentia est aduertendum. Sed qualiter ego homuncio in tanta difficultate potero vnquam, non dicam plene, sed in aliqua particula vestre expectationi satisfacere? certe ita difficilimum est, vt pene impossibile id futurum iudicem: Nisi Deus optimus Maximus gratiarum vberimus fons gratiam suam in hoc nobis impartiri dignetur. Quod, vt faciat, humillimo corde mirum in modum oro atque obsecro. Ipso enim adiuuante, spero difficultates omnes planas reddere, & cum maxima omnium vtilitate §. istum cum sua materia expedire. Et pro intelligentia præmittendum est primo, quod ex varijs terminis siue dictionibus, seu maius dicere nominibus, reperiuntur quædam nomina collectiua, & quædam distributiua: collectiua sunt, que in sui sono, & significatione comprehendunt seu colligunt plures personas, vt nomen liberi, agnati, vel quid simile. Nam in primo omnes descendentes, in secundo omnes coniuncti per virilem sexum continentur, & collecti dicuntur. Ex his tamen quædam nomina dicuntur collectiua plurium personarum, & plurium graduum, vt in prædictis duobus: similiter & in nomine familiaris. Nam continentur omnes descendentes, omnes agnati, & omnes de familia (singula singulis referendo) licet sint in diuersis gradibus. Quædam vero sunt collectiua solum plurium personarum, vt filij, prout plene per Patrum & dominum meum Soc. in l. Gal. l. §. 1. col. supra de libe. & posth. Quod tamen intellige respectu propriæ significationis, sed per interpretationem etiam tunc plures gradus possunt colligi, cum etiam nepotes & alij sub nomine filiorum veniant. l. iusta, & l. filij, infra de verbo. sign. Sed de his nihil ad propositum §. nostri. Scias tamen quod inter alias dictiones collectiuas dicitur, omnes, & vterque, secundum Bar. in l. hoc articulo. 2. col. supra de hære. insti. vbi plene de materia scribitur.

Et de verbo omnes, est tex. in l. non distinguemus. §. cū in plures, §. de arbitri. vbi vt omnes dicant iuncta glo. & in l. filij pluribus. cum gl. §. de leg. 2. De uerbo autem uterque, est tex. in l. pen. C. de impube. & alijs substitui. quam glo. hic pro òria allegat. Et nota, quod Bar. in d. l. hoc articulo, dicit, quod vterque dicitur uerbus merè Mar. Soc. Iun. Prima Pars. Dd 3 colle-

D. Maria Soc. Iun. in l. Hæredes. §. cum ita.

collectiuum, quia requirit concursum vtriusque vt per eum ibi, dum respondet ad d.l. pen. in 4. opposit. Licet postea prope finem videatur dicere, quod est distributiuum, quia interdum distribuit sicut verbum; quilibet, vt per eum, ad idem est tex. in l. i. in prin. ibi, vtroque loquente, infra de verbor. obl. in §. vtrum, ibi, vterq; stipulantium, & §. seq. ibi, ab vtraque parte, Inst. de verb. obligat. & in l. properandum. §. si autem vtraque parte. C. de iud.

Et ita ista iura allegat Bar. in §. ne autem, in Auth. de iudic. col. lat. 6. Differunt tamen ista duo, quia, omnes, dicitur colligere plures simul ad vnum, ita vt per se nullus faciat, sed simul omnes puta, omnes isti ferunt lapidem, vt per gl. in d.l. vt si pluribus.

Quod tamen intellige nisi subiecta materia contrariū demonstret, vt si dicam, omnes vos estis scholares. Non sic est de vterq; Nam dicēdo vterque fert lapidem, quilibet per se dicitur ferre, prout de verbo, quilibet dixit gl. in d.l. ut si pluribus.

† Et isto respectu † dictio, vterque dicitur distributiuum, cum dicitur cuilibet tribuere in solidum id, de quo agitur, hoc est quod voluit Bartol. in d.l. hoc artic. prope fi. Sed clarius hoc dixit in d. §. ne autem, vbi proprie dicitur, quod vterque dicitur dictio collectiua, & etiam distributiuum, diuersis tamen respectibus, vt per eum.

3 Distributiuum † vero nomina sunt, quæ cuilibet in solidum rez distribuunt, & in quolibet verificantur, vt quilibet, si quis, & similia. Ex distributiuis autem quedam dicuntur simplicia, eo qd regulariter vnum tantum verbum requirunt, & cuilibet in solidum tribuunt, vt quilibet, quisque, & similia, puta quilibet fert lapidem, vt quilibet, quisque, & similia, puta quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio. l. qui lib. §. hæc verba supra de vulga. & pupill. vel si quis prior decedat, restituat, vt hic, licet tunc possit dici potius particulare, quia non videtur cuilibet distribuere totum, vt in omnibus verificetur, sed tantum in vno. De hoc tamen, quia non est materia nostra, vltra non prosequor, sed vide Bart. in d.l. hoc articulo.

Et quantum est in proposito nostro, dicas dictionem, vterque de qua in text. posse dici collectiuam, item & distributiuam, diuerse tamen respectu. Vel dicitur distributiuum habens effectum collectiuum, siue collectiuam habens in se distributionem. Ita voluit Bald. in l. fina. r. colum. C. de impuber. & alijs subst. Et ita etiam dici potest voluisse Alex. in l. pen. eo. tit. dum dicit quod est collectiua, & distributiuum simul.

Doctores tamen frequentius talem dictionem appellant, collectiuam. Quod potest tolerari, quia requirit concursum vtriusque, & sic colligit vtrunque. Ita appellant Bar. & alij hic, & in d. l. pen. Adde qd secundum dialecticam subtilitatez posset forte dici simpliciter, qd sit dictio distributiuum, vt hic per Ripam. Verum de hoc non curo, sed dico quod inspecto effectu in iure nostro vera sunt supradicta.

4 Secundo præmitte, qd in mā §. nostri magna consistit difficultas inter cætera, † vtrum. l. sermo pluralis, vel collectiuus resoluitur in suas singulares, & sic in quolibet verificetur, prout per viā præmissi inquit Curt. iunior in l. pen. C. de impub. & alijs subst. Videtur. n. ex vna parte, qd resoluitur, per l. falsa. §. si. §. de cond. & demonst. & l. 2. §. si. §. de cond. inst. cum si. Sed ex alia vñ triū, cum sermo pluralis in vno non verificetur. l. vbi numerus, §. de testi. & l. si. §. eo. cum si. Super hoc Doct. varie loquuntur, vt per Curt. in d.l. pen. & inferius veniet declarandum. Sed pro nūc pro aliquali doctrinā dici potest, vel secundum Fel. in c. omnes. r. dist. qd totū hoc pendet a voluntate disponentis, vt sic aliquando resoluitur, aliquando non, prout ostenditur disponentem voluisse, vel nō. Et hoc sequitur Curt. vbi §. Vel fm Ias. in l. Gallus. §. qui suis 3. col. §. de lib. & posth. qd regulariter non resoluitur, sed fallit qd identitas effectus, vel rationis talem resolutionem induceret, vt per eum. Et si recte considerabis, istę duæ doctrinæ siue declarationes valde amantur, & ita, vt quasi non videantur differre nisi in verbis. Nam ista secunda admitteret totum pendere a præsumpta voluntate disponentis, & illa primā similiter admitteret omnia ab identitate rationis, & effectus regulari, vt per te intelliges. Sed de his 3. differemus. His sic præmissis, diuide hunc text. in quatuor partes. In prima, ponitur forma testamenti, siue testatoris dispositio. In secunda contingentiā facti post mortē testatoris, ex qua oritur q. In tertia ponitur ratio dubitandi. In quarta decisio cum ratione eius, ex qua ratio dubitandi remouetur.

Partes de se patent Summa, vt per Bart. quem ad verbum sequuntur Ang. & Imo. Sed id quod dicit in fine, si persona nō superest, &c. non ponitur in text. sed in sumario superius sum est. Potes ergo summare, vt per Ale. qui post Pau. de Cast. non egreditur, & totum comprehendit. Sed quia nimis longū est, tu breuius sic summa. Fideicommissum vniuersale relictum a duobus inuicem substitutis, si vterque sine liberis decesserit, impleta conditione tñ in persona vltimo decedentis, debetur respectu portionis illius, hoc dicit. Ponas † casum vt in text. & rationem dubitandi declarā, quia dictio, vterque, vti collectiua, saltem quoad

effectum requirit in quolibet conditionē impleri, vt dixi in præmissa. Et pro hoc est tex. in d.l. pen. C. de imp. & alijs subst. Prætere vñ fortius alia ratio vrgere. Nam filij vtriusq; dicuntur positi in conditione ad exclusionem substitutæ neptis, cum sit de ea facta vnica substitutio, si vterq; decesserit sine liberis gl. est & communiter approbata in l. si iusta. §. cum quis, §. de leg. r. & probat in l. Lucius, la 2. §. de hered. inst. & l. generaliter in princ. C. de in fit. & subst. sub pd. factis prout hæc iura allegat ad hoc Patruus & D. meus Socin. hic in primo notabili, licet loquatur ad aliud propositum, & non ad dubitationem tex. nostri. Merito ergo filij cuiuslibet debent excludere neptem substitutam.

His tamen non obstantibus, contrarium hic deciditur, vt in tex. in quo etiam ponitur ratio decidendi, quia, si præsumptis attendi debet voluntas testatoris, & omni verborum rigori præferatur l. 3. C. de lib. præter. In casu autem isto creditur testatorē voluisse, vt illa admittatur ad portionem vltimo decedentis, cum si ne liberis decesserit, vt arguitur.

Et ex virtute huius rationis respondetur ad rationem dubitandi. Nam ad primam, quam ponit tex. & fundatur in d.l. pen. ul. respondetur, qd procedit nisi de contraria mente disponentis constaret, sed hic constat, vt in text. dicitur, ergo &c. Et per eandem viam videtur tolli etiam secunda ratio.

Et si dicatur qd per secundam rationem vñ ostendi, testatorem non ita voluisse. Rñderi potest, filios vtriusque positos in conditione ad exclusionem substituti. l. distincte considerādo, hoc est dicere quicumque vltimo decedat cum liberis, illi excludant substitutum a portione sui patris, & ab eo, quod habebat ex hereditate testatoris. Et istud forte voluit hic D. meus Socin. in r. notabili. Non autem intelligas, si primo eorum pater decedat, quia tunc liberi eius non videtur excludere neptem substitutam, sed fratrem patris, qui per reciprocam erat ei substitutus. Nisi dicas, qd eo modo satis dicitur excludere neptem illam in quandam consequentiam, eo qd bona primi decedentis propter eos non vadunt ad nouissimos morituros.

Collige notabilia iuxta ordinē literæ seu eius contextus non ex ordine scribentium.

6 Primo ergo nota, quod (cum hic præsupponatur hæredis institutio. filiorum filiorum, licet non narretur) hic est tex. pro illo intellectu, quem ad c. Raynal. extra de test. dedi in rubr. §. de leg. r. col. 14. negando, qd institutio in eo tex. dicitur facta puerbum, lego. Dixi. n. qd illa præsupponitur, licet de ea non fiat mentio. Et sicut ibi id procedit, quia de institutione non fiebat disputatio, ita & hic. Et ad disputationem, quæ sit, semper præsupponuntur termini habiles l. qui in testamento in princ. §. de testa. & c. r. de ætate, & qual. Et tradit Dec. in l. si pater 2. notabili. C. de inst. & subst. sub conditio. factis. Et ita hic & ibi contingit.

7 † Secundo nota ibi, si quis eorum, &c. qd per talia verba inducitur reciprocum fideicommissum, vt per talia verba inducitur reciprocum fideicommissum substitutio. Illa. n. dictio, si quis, dicitur distributiuum, cum tribuat cuilibet actum verbi in solidum vt supra dicebam post Bar. in d.l. hoc articulo, vt sic in quolibet verificetur, in quem cadat euentus, a testatore consideratus, siue etiam malis, qd sit particularis, cum in vno tantum sit verificanda. Nota tertio ibi, omnem hereditatem, &c. Nam † secundum Pau. de Cast. ex illis verbis inducitur tacitum, & reciprocum fideicommissum inter institutos filios, etiam si pater illud nō expressisset. Non enim posset neptis totam habere, nisi pars primi decedentis peruenisset ad nouissimum. Vnde testator in necessarium antecedez suæ dispositionis dicitur voluisse facere reciprocam substitutionem. Qui enim vult vñ, vult omne id, sine quo illud esse non potest. l. nec is, §. r. & l. illud §. de acq. hered. l. veteres, & ibi notatur j. de itin. actusq; priua. cum sim. Facit optime l. denique. §. interdum, §. de pecul. leg.

Et pro hac opinio. secundum Pau. vñ tex. in l. Titia Scio. §. Scia libertis, §. de leg. 2. Sed illi tex. respondet Alex. qd ibi erat facta substitutio vltimo morienti, & in eo decisio illa fundatur, quo casu bene procedit ratio de qua §. Sed in casu nostro substitutio non dicitur fieri vltimo decedenti, sed sub illa conditione, si vterque decederet &c. Et facile intelligi posset, qd primus non esset grauatus secundo, sed vterq; quando uterque decesserit sine liberis & effectus esset magnus, vt per eum. Qui de hac materia se remittit ad dicta per se in l. pater, §. si. §. tit. 2. Et de qua etiā scribit in l. si pater impubes, §. de vul. & pup. in vtroque loco reducit rem totam ad tres casus vt per eum. Patruus, & D. meus Soc. alius exorditur hanc difficultatem, & considerat quinque casus distinctos. Et similiter facit in consi. 249. Mā præsentis, & c. §. colum. cum quatuor sequentibus incipiendo in vers. circa primam difficultatem; in 2. vol. vbi etiā longius prosequitur, vt per eum.

Et quia materia est subtilissima, pulchra, & frequentissima, intendendo eam plene discutere, sequendo ordinē domini mei Soci. 10 Primus † ergo casus est, quando post mortem plurimum positorum in conditione substitutio de alio, vt in exemplo domini mei Soci. Et tunc inter positorum in conditione, nō dicitur facta

reciprocum fideicommissum, etiam si dictum fuisset in tota hereditate. Ita est de intentione Bal. & Sali. in l. precibus. C. de impub. & ali. substi. Et dixit expressè Ioan. de Imo. in l. Centurio, supra de vul. & pup. cum concordantibus de quibus hic per Patrum meum Soc. Et ratio est in promptu, quia cum positi in conditione, non dicantur vocati, vt per gl. Bar. & alios in l. Lucius, la ij. §. de here. inst. non possunt dici inuicem substituti, qui aliquo modo non sunt vocati. Et certe tenendo opinionem illam, de qua in d. l. Lucius, ista conclusio, huius primi casus, procedit de plano. Et ita alias consului apud Tridentum. Verum si teneres, qd immo positi in conditione censentur vocati, vt plurimi tenuerunt, & ego in d. l. Centurio, disputando dixi posse teneri, saltem quando positi in conditione essent grauati: quo casu post Barto. ibi tenui, eos dici vocatos, conclusio prædicta esset dubitabilis, & penderet ex his, quæ dicentur infra circa vltimum casum, & ibi videbis.

11 Secundus casus est, † quando post mortem plurium institutorum fit substitutio vltimo morienti in tota hereditate. Et tunc clara res videtur, vt dicantur inuicem substituti, per d. l. Titia Seio. §. Seia libertis, de leg. 2. vbi Dyn. Bar. & alij tenent, & ita est communis opinio, vt per dominum meum Soci. hic, & ita etiam tenet Ale. in locis de quibus supra.

Sed aduertés, quia gloss. in d. §. Seia libertis, super versiculo vèdatis, dicit qd decisio illius §. non fundatur in eo, qd vltimus fuerit grauatus, sed quia illi liberti fuerunt prohibiti alienare.

Et eo modo glo. ibi tollit contrarium de l. vel singulis, supra de vul. & pupilla. qua videbatur contra d. §. Seia libertis, vt per eam, cum qua videtur transire ibi Rapha. Comens. & memini, quòd alias ita dicebam in d. l. Centurio.

Ex quo videtur inferri contra prædictam conclusionem, licet communem, vt. f. nec in isto secundo casu dicatur factum reciprocum fideicommissum, nisi etiam fuerit facta prohibitio alienationis, cum ille tex. sm prædicta videatur loqui solum in tali casu, attento, qd solum in eo fundatur communis opi. prædicta. Nec ita tenendo obstat ratio, qd tale reciprocum fideicommissum videatur factum in necessarium, antecedens substitutionem factæ vltimo morienti in tota hereditate. Quia videatur posse responderi, qd non valet consequentia, quis in aliquo grauatur, ergo illud dicitur ei relictum, vt probatur in l. hereditas ad Statium, supra de hered. insti. & in l. eum quasi. §. si plures. infra de fideicom. liber. cum sim. de quibus per docto. in d. l. Centurio. & in l. cum filio. supra de leg. 1. vbi ego dixi in secunda glo. in secunda conclusio. quam ibi pono, vbi videas. Verum ex his non potest deducendum a communi opinione, pro qua videtur tex. in d. §. Seia libertis, vbi Iurisconsultus pro decisione illa non se fundat in prohibitione alienationis, sed in eo qd vltimo decedens fuit in illo fundo grauatus. Et cum ratione videtur, qd in dicta prohibitione non debeat fieri fundamentum. Tum quia illa per se erat nuda causam non habens, & sic nullius momenti. l. filius familias. §. diu. supra de lega. j. nisi fuisset iniunctum onus vltimo morienti: tum † etiam quia prohibitus vendere, non prohibetur in testamento relinquere. l. pater filium. §. fundum. de lega. 3. & voluit Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. 2. col. j. de verb. obli. Et qd illa decisio fundetur in eo, qd vltimo decedens fuerat grauatus, reprobandò glo. ibi tenent Dyn. Bar. Albe. Pau. de Cast. & Imo. & ita ibi communis intellectus. Non ergo est consideranda prohibitio venditionis, de qua ibi, cum de ea in decisione non fiat verbum.

Nec obstat si dicatur, qd nec etiam ibi sit verbum, quòd vltima substitutio fuerit facta in toto fundo, & tamen hoc necessario videtur præsupponendum, secundum docto. sicut in isto secundo casu diximus, qd fuit dictum in tota hereditate. Quoniam responderi potest, qd immo in d. §. Seia libertis. non erat necesse, qd illud exprimeretur, sed satis erat de fundo simpliciter fieri mentionem: quia cum simus ibi in re particulari, certis finibus terminata, & proprio vocabulo appellatur, puta fundus Seianus, iam constat, quòd de toto loquuta fuit testatrix, cum fundi certi prolatione totum complectatur, immo & plenum. l. si alijs. supra de vlt. iur. lega. & l. si Titio, eo. titu. Illud autem quod de hereditate dicunt docto. si verum est, procedit, quia cum sit nomen iuris, & uniuersale, potest in ea haberi respectus personæ, de qua loquimur, id est quam testator grauatur, ut sic sola eius portio contineatur sub nomine hereditatis, iuxta l. si Titius ex parte. supra de leg. 3. & l. Titia. supra ad leg. Falcid. Et nota, quia decisio d. §. Seia libertis, vt supra fundatur in illa ratione necessarij antecedentis, vt supra dixi in prin. huius tertij notabilis. Illud † tamen non intelligas simpliciter, ut scilicet semper, qui in aliquo grauatur, ad illud dicatur uocatus id enim est falsum per ea, quæ supra in contrarium allegata fuerunt. Sed solum procedit, quando ad illud concurrat aliqua alia coniectura, prout contingit quando grauatus esset positus in conditione, vt voluit Barto. in l. Centurio. colum. mibi 12. vers. quæro ulterius quid fit testator. Et licet opinio illa Bar. per Alex. Ias. ibi reproberetur, tamq̃ multi eam sequuntur, & ego illam defendi, & secundum eam pluries con-

sului, secundum quam etiam consuluit Deci. in consi. 132. in casu, col. fin. dicens, qd opin. Barto. a multo tempore citra dicitur canonizata, vt per eum, & quam etiam tenet, & plures concordantes allegat Beltran. in col. 179. ex themate. nu. 22. cum aliquibus sequen. tertio vol. ex vltimis.

Sed in casu nostro concurrunt alia coniectura, quia scilicet istam erant instituti, ex quo constat, qd erant omnibus prædilecti. Vnde cum postea grauatur vltimo decedens, & in tota hereditate, facile colligitur, qd testator voluit, qd de prædecessentibus ad illum veniret hereditas, & sic qd essent inuicem substituti. Et hoc modo apertissimè tolluntur adducta supra in contrarium. Sed vltra etiam dico, qd ad duo iura in contrarium allegata specialiter responderi potest.

Et primo ad d. l. ad Statium, qd ibi erat necessarium antecedens, qd Statius esset hæres, cū agatur de particulari grauamine. Possent etiam dici, qd cum ibi agatur de inducenda heredis institutione, illa non inducitur ex coniecturis, iuxta l. quoties. §. si quis nomen, & tradita ibi per docto. supra de hered. insti. Nos vero loquimur in fideicommissis, in quibus tacita, & coniecturata voluntas sufficit, vt hic, & l. cum proponebatur, cum sua gloss. de lega. 2.

Et hanc solutionem ad illum text. sequitur Galiaul. in d. l. Centurio, col. 94. de vulg. & pupil. Et si tunc dicas, maxime attèta prima responsione, cur saltem legatum nō præsumatur factum Statio, in quo grauatur? Responderi posset, qd ibi non negatur hoc. Sed postea, qd ita esset, vt credo, secundo responderetur, qd ibi nulla alia extabat coniectura.

Secundo ad d. l. cum quasi. §. si plures, responderi potest, vt modo dicebam, scilicet qd ibi non concurrebat aliqua alia coniectura. Et præterea dico, qd ibi non erat antecedens necessarium ad validitatem relicte libertatis, quia qui ad illam grauabantur, tenebantur omnino, etiam quòd seruus eis non esset relictus, cum essent hæreses, & sic onus manumittendi valuit, & impletur modo de quo ibi. Sed nos loquimur quando alijs non valeret onus eo modo prout est iniunctum, nisi illi essent inuicem substituti, post quorum mortem vltimus grauatur in tota hereditate.

14 Tertius casus est, † quòd substitutio fit simpliciter post mortem plurium honoratorum, non tamen dicitur in tota hereditate, nec grauatur vltimo decedens. Et tunc illi non censentur inuicem substituti, cum cesset ratio, de qua supra in præcedenti casu. Et pro hoc per aliquos allegatur l. pater filiam. in fin. supra ad leg. falcid. Nam ibi ex substitutione, facta duobus institutis, non dicitur facta reciproca substitutio. Et ita per illum tex. hanc opinionem tenent ibi Ang. Imo. & Alex. Idem tenent Ang. & Castrens. in l. qui duos. supra de vulg. & pupil. per illum tex. vt hic per do. meum Soci. Sed cum illa iura loquantur in directa substitutione, melius facit l. Lucius. §. Gaio. vbi ita tenet Bar. j. eo. Et ita etiam illum tex. allegando tenent Ang. Imo. & Alex. in l. si pater impubes. supra de vul. & pup. Et illi tex. etiam concordat l. fin. §. filium. supra de lega. 2. & ita se habet communis opinio.

Sed in contrarium secundum Patrum, & Dom. meum Soc. multum vrget l. codicillis. in prin. supra de vlt. iur. leg. vbi fit substitutio in illa domo post mortem plurium simpliciter, vt in isto tertio casu præsupponitur, & tamen illi liberti dicuntur inuicem substituti.

Et si per illum tex. velis tenere contra communem, ad iura contraria poteris respondere, quia duo prima loquuntur in pupillari substitutione, nos vero in fideicommissaria. Alia vero, quæ loquuntur in fideicommissaria, procedunt, quia omnes fuerunt grauati, vt per Do. meum Soc. qui tamen dicit se inferius latius explicaturum. Sed tamen defendendo communem conclusionem, em, 15 † ad d. l. codicillis, dantur multæ responsiones, vt ibi per Bart. & alios, & etiam hic, & alibi sepe. Ego super eis non insitam, sed solum dicam, quòd verius puto. Et tu notabis, quia seruiet tibi et circa sequentes casus:

Dico igitur, quòd ille tex. non videtur conuenienter allegari ad propositum, & quòd nihil obstat, concludendo, quòd ibi fideicommissum censetur relictum ab vltimo moriente, vt clare dicitur ibi post cuius nouissimi decessum, &c. Et plus etiā dico, quòd ibi testator fecerat reciprocam substitutionem vt patet ibi, vt qd ab his, qui decesserit alijs accrescat, &c. Et licet ista exprimentur in primo legato factò de fundo, tamen censetur testatorem idè voluisse in secundo legato de domo seu de habitatione, cum illud fecerit per illa verba, hoc amplius, &c. † quæ dicuntur omnia superiora recipere, modo sint possibilia, vt per Bar. in l. si tibi pure, per illum tex. & in l. in repetendis, supra de leg. 3. Et si dicas secundum Bar. ibi, qui hoc perpendit, quòd non potest dici facta repetitio proprietatis ab vltimo, cum in secundo legato non proprietatis, sed habitatio domus, sit relicta. Respondetur verum esse talem repetitionem non fieri, quia repugnaret legato habitationis, sed bene dicitur fieri repetitio reciproci fideicommissi, & sic verba illa, accrescat ita vt ad nouissimum pertineat, cū illud optime conueniat etiam legato habitationis. Et, ni fallor, hoc voluit ibi gloss. fin.

Notabi-

D. Maria. Soc. Iun. in l. Hæredes. §. cum ita.

Notabis tamen quia forte dici potest, quòd ad vltimo morientem ex liberis perueniet proprietates domus. Nam cum illam testator reliquerit Reipublicæ, & sic in ea grauauerit nouissime decedentem, videtur quòd respectu eius relicti habitationis intelligatur pro ipsa proprietate, propterea quia in ea dicitur grauatus Reipublicæ. Nam & alias ex qualitate oneris relicti vsusfructus intelligitur de proprietate, seu de re illa plene considerata. l. Proculus. supra de vsufr. cogita super hoc. Et per dictam declarationem ad d. l. codicillis, notabis, quia per eam euitarentur multe difficultates.

Et clare etiam ostenditur, quod ille tex. nihil facit contra communem opinionem in hoc tertio casu. Posset etiam dici, quod ex alio nihil facit, quia ibi non videtur probari, quòd illi sint inuicem substituti, cum tantum ibi dicatur, quòd Reipublica non vocatur, nisi omnibus liberis mortuis, vt inquit hic Ripa, per quem videas sub nu. 2. Mihi tamen magis placet, quòd dixi, quia ibi dicitur totum fideicommissum deberi ab vltimo, & nihil ab herede, vel ab alijs, cogita super istis.

17 Quartus casus, est quando post mortem plurium vltimo decedenti fit substitutio, sed non exprimitur in tota hereditate, & tunc illi non dicuntur inuicem substituti. Et talis substitutio dicitur facta solum in portione vltimo decedentis. Nam cum non sit dicitur in tota hereditate, cessat ratio illius antecessoris necessarii, in qua fundatur d. §. Seia libertis. Facit l. vel singulis, supra de vulga. & pupilla. & ibi Bartol. hoc notat. Et hanc opinionem communiter ferè omnes simpliciter sequimur.

Reperio tamen quod Cur. iunior in d. l. pen. C. de impube. & alijs substi. §. 6. col. in effectu restringit hanc conclusionem, vt procedat, quando de hereditate nulla sit mentio, puta, si dicatur post eorum mortem vltimo decedenti substituo Gaium. Sed si diceretur substituo in hereditate, vel volo hereditatem peruenire ad Gaium, licet non exprimitur signum vniuersale, putat esse indutum inter eos reciprocum fideicommissum.

Mouetur primo, quia illud verbum, hereditatem, debet exponi scilicet totam, cum indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus. & ibi per Bar. & alios de lega. secundo.

Secundo per d. §. Seia libertis, nam ibi testator simpliciter de fundo sicut loquutus, non de toto, & tamen dicitur inductum tacitum, & reciprocum fideicommissum. Et sic ibi probari videtur, quòd illa indefinita prolatio de fundo in proposito sufficit, ita ergo sufficere debet indefinita prolatio de hereditate, vt per Cur. ibi, qui dicit quòd ita sentiunt Docto. allegantes in hac materia d. §. Seia libertis, & quòd ita voluit Alexan. in consil. 91. Ponderatis his, 2. & 6. col. l. r. subdens, quòd ista opin. est vera, sicut euangelium, & quòd secundum eam consuluit, & obtinuit. Et ita reperio, quod firmavit in consil. 13. Diligenti consideratione, & in consil. 139. Presupponitur in facto, in quibus fere omnia ponit, que dixit in d. l. pen. ista opin. in disputatione pulchra est, & videtur valde æqua, quia tendit ad considerandum verosimilem voluntatem testantis.

Nec ei obstat, si dicatur, quod quando quis rogatur restituere hereditatem, qui pro parte sit heres, solum de parte eius intelligitur. l. Titia. supra ad l. fal. & l. si Titius ex parte. supra de leg. 3. quoniam responderi potest, quod illud ibi est, quia ille, pro parte heres, non grauatur post mortem omnium, & vt vltimo decedens, sed grauatur in vita, propter quod dici non potest, testatorem considerasse, quod ad eum, reliquum hereditatis perueniat. At in casu isto grauatur post mortem omnium, qui vltimo decesserit, ita quod ad eum per aliorum mortem testator considerauit alias partes hereditatis peruenire, & ideo substituendo simpliciter in hereditate, sic indefinitè loquendo, censetur de tota sensisse per supra dicta, & ita poteris hanc pulchram conclusionem, etiam simpliciter positam, sustinere.

Verum si vis tueri communem opinionem per allegata pro ea, ad fundamenta Curtii respondere poteris.

Et ad primum dicas, quod tunc indefinita æquipollet vniuersali, quando est eadem ratio, vt declarat Dyn. in Rubr. de reg. iur. lib. 6. & alij in d. l. si pluribus, de leg. 2. Et Florian. in l. si seruitus, in prin. in secundo notabili, supra de seruit. vrba. præd. Et dixit Dec. in consil. 425. in casu proposito, in fi. Sed in proposito non videtur eadem ratio, ergo &c. Id autem probatur, quia quando dicitur, in tota hereditate, clara voluntas testatoris est, quod vltimo decedens totam restituat, cum verba clara sint, & sic in eis non cadit interpretatio voluntatis. l. ille aut ille. §. cum in verbis, de leg. 3. Vnde hoc attento lex admittit reciprocum fideicommissum, cum alias clara voluntas testantis, & expressis verbis ostensa saluari non possit. Et sic fit illud in necessarium antecessoris. Quæ ratio cessat, si simpliciter grauatur restituere hereditatem, quia tunc potest intelligi de illa, quæ reperitur apud grauatum, & sic de parte eius, sicut contingit in d. l. Titia. ad l. fal. & in d. l. si Titius ex parte, de leg. 3.

Nec ita intelligendo, offenditur aliqua testatoris voluntas, quæ sit certa & nota. Immo potest dici, quòd talis interpretatio,

& intelligentia fiat secundum præsumptam mentem eius, quia cum grauatur solum vltimo morientem, videtur solum sentire de hereditate illa, quæ ad illum ex suo testamento peruenit, & sic de parte sua tantum. Et maxime hoc videtur dicendum, quia in ducere reciprocum fideicommissum, est onus inducere. l. cohæ. 18 redi. §. cum filij, supra de vulga. & pupillari. Quando autem sumus in onerosis, & sic in odiosis indefinita non æquipollet vniuersali. l. 2. vbi per Docto. §. de libe. & posth. Bart. in l. r. §. sed & si, de ventr. in post. mitt. Et licet in d. l. si pluribus, agatur de onere heredi inuncto, tamen ibi æquipollet vniuersali, quia non potest cognosci de quo herede testator sentiat. Nec erat ratio magis de vno quam de alio, & ibi onus illud fit leuius, cum in plures diuiditur. Sed in casu nostro, secus est, cum testator expressè grauatur vltimo decedente, & sic constat de quo loquitur. Non obstat modo d. §. Seia libertis, pro secundo fundamento allegatus, quoniam respondetur, quod ille tex. procedit in casu suo, hoc est in fundo, quia certis finibus circumscriptur, & certo nomine demonstratur, vnde cum dicitur, & eum fundum, qui ex vobis vltimus decesserit, &c. necessario de toto intelligitur, & quo cunq; modo apud aliquem sit suo nomine fundus erit, puta Seianus, & vt talem illum habebit. Non sic est in hereditate, quæ est nomen vniuersale, & potest in eo haberi respectus ad personam, de qua loquimur. Vnde si dicam, Titius est heres Gai, intelligam pro ea parte, pro qua est heres. Similiter si damnatur restituere hereditatem, intelligas (sicut etiam supra dictum fuit) pro sua parte. d. l. si Titius ex parte, de leg. 3. Sic itaque videtur concludendum secundum communem opin. quòd non inducatur tacitum, & reciprocum fideicommissum in isto quarto casu, licet de hereditate sit habita mentio, si non fuerit dictum, de tota.

Putarem tamen opinionem Curtii posse defendi, si testator dicat, substituo in hereditate mea, vel quid simile dicatur, quod demonstrat simpliciter hereditatem testatoris, quia tunc videtur intelligenda substitutio de toto, nec verificari verba possunt in parte grauati, quia pars eius non potest dici simpliciter hereditas testatoris, sed pars eius. cogita super hoc. Quod absque dubio putarem esse verum, si instituti essent inuicem substituti, & post mortem omnium vltimo decedens grauaretur restituere hereditatem testatoris. Dico enim quod eo casu veniret tota in verbo, hereditatem, licet eo casu non esset quæstio de reciproco fideicommissum, cum a testatore fuisset expressum.

19 Quintus & vltimus casus est, quando fit substitutio post mortem plurium in tota hereditate, sed non dicitur ab vltimo moriente. Et iste casus sicut est frequentior, ita est dubitabilior, videtur enim ex vna parte, quod non sit inductum reciprocum fideicommissum per l. si filium, de leg. 2. Et licet ibi non constet de superexistencia liberti, tamen præsumenda est, cum contrarium ibi non asseratur. Facit etiam l. Lucius. §. Gaius. tit. nostro. Et licet ibi substitutio, non in toto, sed in dimidia, fiat, tamen in proposito satis est, quia fit vniuersaliter respectu dimidiæ, i. in tota dimidia, de qua agitur. Et ista opinio est de mente Bart. hic. Et ea sequuntur Ange. Imo. Comen. & alij quidam relati hic per Doct. meum Soci. qui dicit quod ita videtur iudicari Ferrariæ. Sed contrarium tenet hic Paul. de Cast. & in consil. 254. Duo videnda in antiquis. In nouis est consil. 404. in 1. parte. Quod etiam tenuerit alij quidam vt per Doct. meum Soci. Mouetur Paul. Nam substitutio facta post mortem plurium, censetur facta ab vltimo moriente. l. penul. C. de impube. & alijs substi. prout per illum tex. dixit glo. r. in fi. in l. si pater impuberis, §. de vulg. & pup. Ad quod etiam facit l. qui duos, co. tit. vbi erat dictum, si ambo mortui essent, & in effectu substitutio dicitur facta vltimo morienti. Et licet ibi & in d. l. pen. substituti inuicem non dicantur, illud est, quia agitur de pupillari, & sic de directa substitutione, quæ per coniecturas non inducitur. Si igitur dicitur substitutio facta ab vltimo moriente, sequitur reciprocum fideicommissum esse inductum per d. §. Seia libertis. Sed ista ratio Paul. reprobat hic per Alexan. & Doct. meum Soci. quia iura præallegata, & gl. prædicta loquuntur respectu pupillaris, in qua illud dici potest, quia testator inter filios pupillos dicitur conseruare voluisse ius legitimatum hereditatum, quod omnino inter eos erat habiturum locum. Sed non sic est in fideicommissaria, quæ potest fieri eis, qui inuicem non succederent, vel si succederent, postea præcedens per testamentum alterum priuare, vt sic inter eos non cadat conseruatio legitimæ successionis. Et ideo tunc non debet dici, quòd substitutio dicatur facta ab vltimo moriente, licet fiat post mortem plurium, vt per Parruum & Doct. meum Soci. hic. Qui subdit quod immo etiam directa potest fieri, seu induci tacite per coniecturas, vt videmus in tacita pupillari, si fiat expressa vulgaris. Iam hoc iure, in princ. supra de vulga. & pup. Sed in hoc non videtur bene loqui ad propositum nostrum, vt scilicet ex eo inferri possit ad reciprocam directam per coniecturas. Solum enim communiter teneri, directam substitutionem per coniecturas non induci, vt post alios tradit Galiaul. in l.

in l. Centurio, col. 94. supra de vul. & pup. Et ipsemet Soc. noster istud sequitur in l. cum auus, col. antepen. supra de cod. & demō. Ad l. iam hoc iure, respondetur, quod loquitur in substitutione inducā a lege ex suprema eius potentia, ex presumpsa tamen mente testatoris, quia l. lex presumit quod si pater cogitasset illum casum euenturum, etiam in eo fecisset substitutionem, non autem id fit per verborum interpretationem. Et hoc est quod voluit Ias. in l. potest. 2. col. supra de vul. & pupil. dum dicit quod tacita pupillaris inducitur ex expressa dispositione legis, ut per eū. Sed pro Soc. nostro hic, & quod etiam directa induci possit per coniecturas, facit l. si supra de her. inst. vbi ex coniecturata mente testantis illa Pacumeuia censetur testamento instituta, quod tamē vere nō erat, & totum fundatur propter verba posita in procemio secundi testamenti. Sed tuendo prædicta responderi potest, primo, quod immo Pacumeuia habet expressam voluntatem testatoris in primo testamento declaratam, postea in procemio secundi. Præterea ei non dicitur hereditas in secundo testamento tacite dari, sed non auferri, ut sic decisio illa sit in eo, quod secundum testamentum non valeat quod ad heredis institutionem, licet quod ad legata conferretur. Sicut & aliās contingit in auth. ex causa, & in corpore vnde sumitur. C. de libe. pret. Et respectu legatorum procedit, quod in d. l. si. dicitur perinde ac si in secundo testamento sit scripta, sic enim tenetur ad legata in eo facta, sed hereditatem habet ex primo. testamento, quod per secundum non dicitur sublatum quo ad institutionem, & totum (ut dixi) fundatur in verbis expressis in procemio secundi testamenti. Stante itaque difficultate & varietate opinionum in hoc quinto casu pro vera resolutione Dominus meus considerat in eo tres casus distinctos ex intentione Alexand. in locis per eum allegatis.

21 Primus est, quando omnes, post quorum mortem fit substitutio, sunt grauati: & tunc non dicitur inducitur reciprocum fideicommissum, quia cum omnes sint grauati, & sic quilibet in sua portione non potest dici fideicommissum relictum ab ultimo moriente. Et ista cōctō est clarissima, & per oēs approbatur. Pro qua sunt d. l. Lucius. §. Gaio. j. eo. & d. l. fin. §. filium, de leg. 2.

22 Secundus casus est, quando non grauatur oēs, sed sunt tales, quorum vno decedente, superstitēs ex verosimili mente testantis non excluderent substituti, puta, si sint extranei: & tunc idē dicendum vī, & ita est cōis opi. de mente Bar. & aliorum, ut per Soc. qui tñ dicit quod in puncto iuris posset probabiliter contrariū sustineri, quia sūm eum in dubio, substitutio facta post mortem plurium, censetur facta ab ultimo moriente, vt probatur in l. codicillis, secundum summarium Bar. supra de vīstr. leg. Et isto modo posset defendi opinio Pau. de Cast. in d. cons. 354. quā vī approbare Alexand. in l. si pater impubes, in tertio casu. supra de vulg. & pup. & in l. pater filii, sūr in tertio casu, licet dicat super hoc cogitandum. Non obstat declaratio & responsio Bar. ad d. l. codicillis, quā responderi potest ut hic per Dñm meū Soc. quē per te videas. Qui (vt dixi) putat hanc conclusionem probabilē de iure. Sed ego aliter sentio, quia cum totum fundamentum eius sit in d. l. codicillis, quā aliter debet intelligi, quā ipse & alij putēt, vt dixi supra circa tertium casum principaliter consideratum, sequitur fundamentum eius nullum esse. Non enim ibi aliquo modo probatur summarium Bar. ibi, quia ab ultimo moriente dicitur fideicommissum relictum, non quia fuerit factum post mortem plurium, sed quia in primo legato id erat expressum, & in secundo fuit virtualiter repetitum per illa verba, hoc amplius, vt iam dixi in prædicto tertio casu.

23 Tertius casus est, quando filii, post quorum mortem fit substitutio in toto, sunt tales, quorum altero decedente, alij ex presumpsa voluntate testatoris excludunt substitutum, prout sunt liberi eius: & isto casu dicit Dominus meus Soc. quod indubitanter debet censi inuicem substituti: quod probatur sūm eū ratione concludētis, vt per eum. & est et ex intentione Bar. in d. l. codicillis, dū dicit quod lex illa non hēt locum in proprietate. Et postea illud limitat, nisi superstit persona, quē ex verosimili mente testantis excludat substitutum: sed isto casu adest, ergo &c. vt per Dominū meum Soc. Sed in contrarium vī tex. noster: nā hic sumus in filiis, & tñ non cōlīeretur factū reciprocū fideicommissum, nisi fuisset in testō expressum. Alioquin ad quod opus erat quod exprimeretur, si fuisset in ductum ex substitutione facta in tota hereditate post mortem plurium? Si vis tueri opinionem Dñi mei Soc. potest primo rideri, quod forte superstit filius non esset talis, qui substitutam Claudiā excluderet, cum illa esset neptis forte pariter dilecta, sui patris personam representans. Immo solet dici nepotes nobis esse chariores filijs ob longiorem propagationem, quae in eis consideratur, iuxta notata in l. liberorum, in si. j. de verb. sig. Sed ista rñsio nō vī ad propositum, quia cū testator prius vocauerit filios, eos instituit, & Claudiā postea substituit, demōstrauit se magis diligere filios, arg. l. Publius. supra de condi. & demonst. nisi dixeris quod hoc attentio super superstitēs excluderet verosimiliter substitutum, cum fuisset prædictus in institutione: & potest facile dici

quod non probetur prædictio ex sola institutione ad finem excludendi substitutum. Igitur secundo rideri potest, quod hic narrat factū prout in testō continetur: non quod alias reciprocum fideicommissum non sit locum habiturum. Nec est quod nouū aliquid in l. aliqua narrari profaci explanatione, quod tñ postea in decisione non consideratur, vt videmus in d. l. fin. §. filium, de lega. 2. vbi narratur in testō heredis, quae tñ in decisione non consideratur: & sæpē idēz alibi reperies. Sic etiā videmus in d. §. Seia libertis, vbi narratur prohibitio venditionis, & tñ in decisione non consideratur, sūm quod dixi circa sūm casum principalem. Solum ergo narratur hic reciprocum fideicommissum, quia sic in testō scriptum erat, vt sic totū factū narretur, non autem vt inde inferatur, quod alio reciproco fideicommissio nō esset locus, sicut in simili contingit in iuribus prædictis, & alibi sæpē. Et maxime tolerabitur in isto tex. & in relato testō, quia in eo præcedit expressum reciprocum fideicommissum. Verba autēz ex quibus tacite sumi posset, subsequuntur postea, & sic non potest dici quod talis expressio fuerit superflua, quasi facta de eo quod iam tacite posset dici inductū. Et ex his videt defenāta ista pulchra & singularis opinio Dñi mei Soc. super qua cogitabis: Quāz eā facit, quia non vī bene probari potest quod dicitur substitō facta ab ultimo moriente, cum argūm de pupillari ad fideicommissariam non videatur procedere, cum in fideicommissaria ius legitime successionis non sit necessariū, ex quo per testū tolli potest, prout et dixerat s. idē Soc. meus & iā dictū fuit. Et sic ratio sua cludens vī posse evitari. Et præterea fundamentum de d. l. codicillis, non vīget per ea, quae s. dicta fuerunt. Quapropter cogitabis, & forte super hoc & et præcedenti casu aliquid inferius dicemus circa dicta Bar. Est tamē prædicta opinio multū æqua: & sūm eam pluries consului, & semper cōsulerem, vt est videre in cont. 180. & in cons. 253. r. vol. 2. Et dici potest quod non fiet fundamentū in argō de pupillari ad fideicommissariam, sed dicemus præsumi fideicommissum relictum ab ultimo moriente propter illam verosimilem mentem testantis, vt liberi sui alijs preferantur, iuxta l. cum acutissimi, in fin. C. de fideicom.

25 Quarto nota ibi peruenire volo, quod quod verbum peruenire, dicitur verbum obliquum, cum hic fideicommissum importet: ita notant hic Albe. Imo. Alex. & Caro. Rui. vt per eos. Concordat l. hæredibus. §. si. j. eo. & l. fideicommissa. §. hæc verba, de leg. 3. cuz similit. Et ita ista tria iura allegat Bar. in l. Centurio, col. pen. s. de vulg. & pupil. Sed quod immo sit directū vī lista in prin. & l. cū vīrū C. de fideic. cum multis similibus. Ea ideo stante varietate legūz prædictarum (vt hic dicunt doc.) dicendum est, quod dī verbū cōis, cum aliquando in sensu directo, aliquando in obliquo, reperitur, & ita firmavit Bar. in d. l. Centurio, vbi post eum & alios dixi. Quod notabis in materia compendiosē substitutionis.

26 Nota quinto ibi superstit filio, quod conditionem illam, si sine liberis decesserit, deficere vno tñ filio superstito, licet fuerit plurali numero prolata. Et hoc in proposito, de plano procedit, quia non potest dici sine liberis, qui etiam vnicum tñ habet. l. nō est sine liberis. j. de verb. sig. Rō est, vt ibi dī, quia liberi sū plurali numero proferuntur. Sed si dictum fuisset, sine filijs, cum filius etiā singulariter proferatur, posset dubitari, attenda natura pluralis locutionis, quae saltem dualem numerum requirit. l. vbi numerus. §. de testi. Hanc dubitationem tangit Bal. in l. 1. C. de cond. infer. et tandem determinat idem, quod si esset dictūz, sine liberis. Quod credo verissimum, & ibi semper vidi obseruari. Et certe cum cōditio fuerit negatiue prolata, videlicet sine filijs, recte intiendo, quod vnicum filium habet, non dicitur sine filijs, id est non dicitur carere filijs. Talis n. carentia (vt ita dixerim) non dī, nisi vnuerſaliter sit, sūm Iac. Butrig. & Bal. in d. l. 1. dicunt enim quod quod dictio, sine, requirit omnimodam carentiam, vt per eos. sicut n. non dī carere oculis, qui vnum habet, ita nec filijs. & ita probat l. nam que. j. de verb. sig. Verum si dispositio de filijs affirmatiue loquatur, puta, quod statutum dicat, quod si patri extant filij masculi, sūmna nō succedat, caderet tunc probabilior dubitatio, videtur enim quod si vnus tñ extat, non videtur verum, quod extēt filij per d. l. vbi numerus. Et cum sumus in statuto exorbitante debet fieri stricta interpretatio, vt sic intelligatur tantum in casu, in quo loquitur, & sic quod plures filij masculi extant. Casus autem quando extat vnus masculus tñ, dī in statuto ommissus, & ideo debet remanere in terminis iuris cōis. l. illam. vbi Are. in 2. not. C. de colla. cum vulg. vt dixit Bar. in l. maritus. C. de procu. sed de iure cōis sūmna cum masculo pariter succedit, ergo &c. Et sūm istam opin. alias tempore recolendæ memorię D. Mariani Soc. cui meī consūlue runt quidam magni docto. vt ipse refert in c. super eo, col. 2. de cond. apposit. Inquit tamen, quod requisitus de subscriptione d. cō filij noluit subscribere: & quod semper vidit seruari contrarium. Et sic in effectu auus meus vult, statutum prædictum procedere, et si vnus tantum masculus extet. Et ita refert & sequitur Feli. in c. omnes. 3. col. in prin. i. dist. Licet Curt. iunior in l. pen. C. de impub. & alijs substitui. in prin. non bene verba Feli. considerans dixerit eum ibi tenere contrarium. Hanc opin. puto verissimā: quia mens statuentium fuit fauere conseruationi agnationis,

D. Mar. Soc. Iun. in l. Hæredes. §. cum ita

- qua per masculos, & non per feminas fit. sed talis rō ita verificat in vno masculino sicut in pluribus, ergo &c. Et ita hanc opi. tenet Alber. Br. in tractatu flauo. rōi exclud. foeminas pp masculos. art. 12. in q. 13. Facit, quia si negatiue non pōt dici sine filiis, q vnicum hēt, vt dictum est, vñ necessario dicendum q filios hēt, vt d. l. non est sine liberis, cum l. seq. de verb. sig. Nisi diceret q ilud fundatur in qualitate nominis liberorum, quod semper pluraliter profertur, quod tamen mihi non satisfacit per prædicta.
- 29 Sexto nota ibi, prima quidem facie &c. hic esse bonuz tex. q semper in decisionibus bonum est ponere rōnem dubitandi. Concordat l. apud Iulianum. §. si Titius. §. de leg. 1. ibi, vñ quidez prima fronte. l. quinquaginta. §. de proba. ibi prima fronte &c. & l. 1. §. si vero non oēs. C. de cad. toll. ibi prima facie. Et apud Canonistas c. ad euidētiam. il primo. ibi, prima facie videbatur, & de refr. & c. dilectis filiis, prope fin. ibi, prima facie videretur &c. de 30 appel. cum sim. Et hoc bona ratione fit, quia. l. naturaliter t opposita iuxta se posita magis elucescunt, & melius intelliguntur fm Philo. lib. 2. de Cælo & mundo. Et apud nos dicit Bal. in l. 1. §. de his qui sunt sui vel alien. iur. Qui etiam dixit in l. precibus. 7. col. C. de impuber. & alijs substitit, q ferro viam aperire dicitur, qui per contraria transit. Hinc maiores nostri ac etiam ista tempestate doctores in consilijs vt plurimum tali stylo vtuntur. Ponunt enim in primis ea quæ primo aspectu facere videntur contra opinionem, quam ibi firmare intendunt.
- 31 Nota septimo fm Pau. de Cast. q t dictio ista, vterq; ex natura & proprietate sui requirit concursum vtriusq;. Ita probatur ibi pp pōnis verba. Sic itaq; dī dictio collectiua, sicut et est dictio ambo. Et fm Paul. de Cast. istæ dictiones respectu pprehensorū a ciuit orationem vniuersalē, ita vt in vno falsificata tota reddatur falsa. iuxta l. si is qui ducenta. §. vtrū. §. de reb. dub. Quod nota, quia ita seruandum esset, vbi de contraria voluntate testantis non appareret. l. non aliter, in princ. de lega. 3.
- 32 Octauo nota, & ad hoc saepe allegatur, t quōd in fideicommissis voluntas testatoris attendi debet magis quam verba. concordat l. pen. de leg. 1. & l. cum virum. C. de fideicom. que iura allegat hic gl. 3. quæ ex hoc fit expedita. Cui adde l. quisquis, de leg. 3. cum multis concord. quæ per glo. in d. iurib. allegantur. Et adeo voluntas debet attendi, vt sufficiat de ea constare per coniecturas. l. cum proponebatur. & ibi per glo. & doct. de leg. 2. Et fecundum Alexan. hic in 2. not. hoc procedit etiam in directa substitutione, vt. l. inducatur per coniecturas per l. iam hoc iure, supra de vulg. & pupil. Dicat quōd t licet directa instō vel substō possit induci, vbi sit manifesta voluntas testantis, licet verba non ita sonent. l. 3. C. de libe. præt. tamen per coniecturas & verborum in interpretationem non ita, quia eo modo hæreditas dari nō potest, cum nomina hæredum palam sint exprimenda. l. hæredes palam, in prin. supra de test. Non ergo per coniecturas, & ita tradunt Doct. in l. quoties. §. si quis nomen, supra de hæ. insti. & dixi in lect. præced. circa dictum Dom. mei Soci. in suo quinto casu prin cipali. & ibi etiam respondi ad d. l. iam hoc iure, & ad ibi dicta me refero. Sed ad notabile redeundo, illud ampliatum, vt supra
- 34 t limitatur primo, nisi verba testatoris expresse repugnent, & ad assertam voluntatem adaptari nullo modo possent, etiam cū eorum improprietate: Tunc enim actus non valeret, si voluntas omnino repugnaret verbis, iuxta l. in ambiguo, & tradita ibi per Bar. supra de reb. dub. Secundo limita seu de clara, vt procedet, dummodo asserta voluntas colligatur aliquo modo ex dispositis in testamento. Alioquin si quid testator voluisset, nihil tamen in testamento dixisset, ex quo talis voluntas colligi possit, illa tali casu non attendetur, quia non sufficit testatorem aliquid velle, nisi aliquo modo disponat. l. quidam cum filium, & ibi not. Bal. Imo. & alij, supra de hæ. insti. Quod nota, quia saepe tibi feruier. Et ita hoc notab. declarat Alexan. in d. l. 3. in fi. C. de lib. præt. Et secundum istam limi. procedit l. si alij, supra de vlt. leg. Nam quod ibi testator forte volebat, non apparebat ex dispositis in testamento, Et quod ibi dicitur, quāmodum actum est, intelligitur ab ipso testatore in mente, vel aliter, ita tamen q non costabat fm Roger. cuius opinio magis cōiter recipitur, vt ibi per Bar.
- 35 Nota nono ibi, absurdum esse respondi, t quōd valet argū ab absurdo vitando. Concordat l. in pendum, supra de vlt. l. diuorio, vbi Ias. in 5. nota. supra sol. mat. l. consulta diualia, C. de test. & l. si. C. de auct. præst. Et est tex. vulgatus in l. nam absurdum, §. de bon. liber. Et apud Canost. est tex. in c. clericos, de offi. uicæ. & in c. cum satis, de offi. archi. cum infinitis similibus. Et eiusmodi argumentum laudatur, & est validissimum & vrgentissimum, lectū dum Bal. in l. Poinponius, la secunda. 3. col. supra de neg. gest.
- Ernimirum, quia sumitur a discretione naturali, quæ absurda non patitur, prout dixit Bald. in consi. 29. col. penul. & fin. 3. vol. secundum vnam impressionem. Dicimus ergo q quælibet dispositio sic debet interpretari, vt ex ea nullum sequatur absurdum, aut inhumanum. Hinc singulariter dici solet, quōd t excusatur, qui principis vel sui superioris mandato non obtemperauerit incontinenti, quando ex obseruantia mandati seu ex obedientia fuisset sequutum scandalum aliquod, aut absurdū, prout est Doctr. Card. Imol. Feli. & aliorum per illum tex. in c. si quando, de rescip. Et tradit Roma. in l. si vero. §. de viro. in 7. fall. supra solut. mat. Quod tene menti, quia est notabile.
- Decimo nota ibi, cessante prima substitutione, hic esse tex. satis clarū, t q fideicommissum cōdōale, pendente cōdōne, nō tranmittitur ad hæredes, et filios, etiā q fuerit factum ab ascendētibus. Nā hic pater inter filios fecerat fideicommissum reciprocum, puta inter Titium & Seium filios institutos, & sic Titium substituit Seio sub conditione, si decesserit sine liberis: decessit Titius cum filio pendente cōdōne, dī hic q cessat substō, ergo sequitur q non fuit per Titium translata in filium eius. Quod bene no. §. gl. in l. is cui. §. de actio. & obliga. sed de hoc plene dicā in 2. oppo. Bar.
- 38 Nota t undecimo ibi, quā totā habere voluit auis &c. ratio nē decisionis tex. nostri, qui in ea est singularis. Nam cū testator uolerit, neptē Claudiam habere totū, utroq; sine liberis morietē, quo casu ultimus totum habuisset, absurdissimum esset illi dene gare partem in casu, qui euenit ut in tex. dī. Hinc t inferit hic Ange. q si neptis fuisset substituta tantum in portione ultimo decedentis sub illa conditione, si uterque sine liberis decesserit, non procederet decisio istius §. quia tunc cessaret ratio præalleg. Nam cum testator substituit neptem solum in parte ultimo decedentis, satis constat, quōd noluit etiam habere totam hæreditatem. Cessante ergo ratione prædicta, fundata in uoluntate testatoris, standum erit proprietati uerborum, uidelicet quōd illa conditio, si uterque &c. requirat concursum utriusque. Vnde cum primus decesserit cum liberis, conditio substitutionis factæ de nepte dī defecisse: & per consequens illa non admittitur ad partem ultimo decedentis, licet sine liberis. Et ita etiam post Ange. & clarius dixit hic Pau. de Cast. Io. de Imo. reprobatur hoc dictū, negando q cesset ratio istius tex. siue decisionis eius. Quā licet ultimus dicat expresse grauius in portione sua, t si ad eū alia portio puenierit, tenebitur etiam illa restituere. l. Marcellus. §. qui dam liberis. §. eo. & sic in effectu dici potest, q testator uoluerit, neptem eo modo habere totum, vt hic dicitur, cum dicatur se conformare cum dispositione iuris. arg. l. si duo, & que ibi not. §. de acqui. hære. Et hic etiam traditur per Bar. & alios, & inferius dicitur. Alex. hic propter rationem Imol. restringit dictum Ange. vt procedat, si substitutio facta sit in portione hæreditaria ultimo decedentis. Tunc enim sub ea non ueniret portio cohæredis, quæ ad eum ex fideicommissio peruenerit. l. si Titius ex parte, de leg. 3. Sed si simpliciter dictum fuerit in portione ultimo decedentis, secus erit, & procederet dictum Imo. per d. §. quidez liberis, vt per eum. Patruus & Dominus meus Soc. in 1. not. tunc opinio Ang. etiam in ultimo casu Alex. vt sic illa opinio indistincte procedat. Nam liberi in conditione dicuntur positi ad exclusionem substituti in eorum fauorem, vt est glo. in l. si Iulianus. §. cum quis, supra de leg. 1. & probatur in iuribus allegatis hic per eum. Quo stante quando substitutio esset facta simpliciter ideo non restricta ad portionem ultimo decedentis in conditione illa, si uterque decesserit &c. liberi dicuntur seu dici possunt positi in conditione distincte, hoc est liberi primi decedentis, vt excludant a portione patris eorum primo decedentis: liberi secundi ad exclusionem in portione secundi eorum patris. Quod tu declara, vt liberi primo decedentis excludant substitutum, qui tunc datus erat scilicet eorum patruum: & ita etiam in consequentiam etiam neptem, vt supra dixi: sed liberi ultimo decedentis vt excludant neptem, illi substitutam. Et hoc modo declarando Dominus meus Soc. bene loquitur, quicquid contra eum dixerit Ruin. hic, vt etiam §. dixi. Et stante hoc, bene videtur sequi, q liberi primo decedentis in casu istius §. nō sunt positi in conditione ad exclusionem substitutæ neptis a portione ultimo decedentis, saltem per interpretationem ex uoluntate testatoris, in qua fundatur decisio eius, licet rigor uerborum contradiceret. Quando autem neptis fuisset expresse uocata ad portionem ultimo decedentis sub illa conditione, si uterque &c. vt præsupponit Ang. non possit dici, q liberi primi defuncti sint positi in conditione ad exclusionem substituti respectu portionis patris eorum. cum in ea non sit facta substitutio, vnde necesse est, q dicantur positi respectu portionis ultimo decedentis, in qua substitutio fuit expresse facta, vide per do. meum Soc. Mihi vñ q opi. Ang. & Pau. de Cast. de iure procedat etiā preter predictā considerationem do. mei Soc. Nam cū dicatur si uterq; sine liberis decesserit, in vñ uerborum tantum est, ac si diceretur, si ille & ille, puta Titius & Seius sine liberis decedat, & sic substitutio dī facta sub duplici conditione, & ideo debet vtraque conditio impleri. l. si hæredi plures. §. de cond. insti. Et cum isto casu testator non uocauerit Claudiam ad totum, sed ad partē, videtur omnino cessare ratio, de qua hic in ver. quam totum &c. ut dicebant Ang. & Pau. de Ca. sequitur ergo q per locū a ratione cessante. l. adigere. §. quamuis. §. de iur. pat. & e. cum cessante, de app. cum similib. debet etiam in d. casu cessare decisio tex. nostri, vt dictū est.
- Non obstat quod in contrarium dicebat Imol. per d. §. quidam

dam liberis, & mirum est, quod dominus meus Soc. non respon-
derit. Quoniam responderi potest primo, quod text. iste ibi, quam
totum habere voluit &c. loquitur de voluntate expressa cum tes-
tator dixerit omnem hereditatem ad neptem meam peruenire,
volo. At in casu Ang. & Pau. de Cast. esto milies quod portio pri-
mi includeretur in fideicommissio per d. §. quidam liberis, de quo
dicitur in seq. notab. non tamen illud haberet ex expressa testa-
tis voluntate, cum solum expresse de portione ultimo decede-
tis. sed diceretur totum habere per interpretationem legis. Vel
secundo responderi potest, dicendo, quod immo isto casu non
haberetur totum: quoniam cum testator diuiserit hereditatem in
duas partes, & grauet ultimo decedentem in sua, & sic in vna ex
duabus, videtur quod noluerit grauari in alia: Immo videtur quod
ita de parte dixerit, solum vt alia portio non includatur, argum. l.
cum praetor, supra de iud. & c. nonne, de praesump. facit l. i. §. si
autem ad deficientis. C. de cadu. tol. Non obstat d. §. quidam libe-
ris, quia text. ille loquitur in perceptionibus certis, quae possunt
dici pars eius, cui relictae sunt vsque ab initio. Ita enim perceptio
nem sibi relictam quilibet ex filijs vti propriam portionem ab
initio dicitur suscipere, nimirum si tota venit in fideicommissio
relicta sub nomine portionis.

Sed in casu nostro portio, quam quis habuit a fratre, non po-
test dici portio sua, maxime respectu grauaminis, vni iniuncti de
portione sua. Et pro hoc facit in argumentum l. pater filium, §.
quindecim, de leg. 3. vbi grauatus suam portionem non vende-
re, potest vendere portionem alterius, quae ad eum licito iure per-
uenisset, sic ergo in simili casu isto. Cogita super istis, quae pen-
dent ab his, quae statim dicentur in seq. notab. circa primam opo-
po. Bar. quam expeditam in seq. lectio.

40 Duodecimo & ultimo nota fm Bar. hic in 2. not. quod secu-
do moriens videtur rogatus restituere etiam id, quod iure fidei-
commissi consequutus fuisset per mortem primo decedentis, vt
probatu ibi, quam totum habere &c. Ita etiam not. Ange. in 2.
not. Imol. in tertio. Alexan. in tertio, & Carol. Rui. in quarto: &
idem etiam nota Ripa in 9. not. Sed contra istud opponit Bar. de
l. Titia. supra ad l. falcid. & soluit duob. mod. vt per eum. Circa pri-
mam soluit. quod de ordine scripturae, quam etiam ponit Bar. in d. §.
quidam liberis, & in l. Sceuola. infra eo. aduerte, quia glo. ibi vi-
detur hoc velle, & in d. l. Titia. in d. §. quidam liberis, & in d. l. vi-
rum, C. de fideicommiss. Sed in contrarium videtur text. apertus in
l. cum pater. §. fidei tuae, de lega. 2. ibi, nam ordo scripturae &c. Et
quod ordo scripturae non attendatur, tenuit Bal. quem multi sequun-
tur in d. l. cum virum. Caue tamen, quia d. §. fidei tuae, potest eui-
tari, eo quod ibi erant verba generalia. l. quicquid ad te quoquo no-
mine de bonis meis peruenerit &c. per quae omnia comprehen-
duntur, etiam postea relicta, quia referuntur ibi ad tps mortis vxo-
ris grauatae, & hoc ex natura verbi, peruenerit, quod etiam ad futu-
rum referuntur. l. verbum erat. §. de verb. sig. & declarat Bar. in l. oes
populi. supra de iust. & iu. & in l. Ceturio. col. 5. §. de vulg. & pup.
Sic itaq; videtur quod vbi de clara voluntate constat, ordo scriptu-
rae non attendatur, vt d. §. fidei tuae. Et hoc non videt hinc difficul-
tatem. Et ita voluit Alexan. in d. l. Titia. 2. col. in prin. §. ad l. falcid.
Sed si effemus in dubio, forte attendendus esset ordo scripturae,
vt si praecedat praelegatum vel fideicommissum comprehendatur in
grauamine: modo tamen verba grauaminis sint apta talia comprehen-
dere: puta, si grauet testator de omni sua hereditate, vel de omni
bus suis bonis: illi relictae restituendis. Sed si verba, non sint ita
apta, puta, quia grauatur de sua portione hereditatis restituenda,
& sic hinc respectus ad grauatum. secus erit, quia non comprehen-
42 dentur, etiam si praecesserint, cum quod appellatione hereditatis ne-
que legata, neque fideicommissa veniant. l. si Titius ex parte, de
leg. 3. Et ita procedat l. in fideicommissaria. in fi. supra eod. & d. §.
quidam liberis, in eo quod ibi dicitur, non venire praelegata, si
grauaretur de portione hereditaria restituenda. Sed contra praedi-
cta facit l. talis scriptura, in fi. cum l. sequenti. supra de leg. 1. vbi
43 quod verba illa, quae pecunias cuique legauero &c. etiam futura de-
terminant, licet sint temporis praeteriti: & ita illud text. ad hoc po-
derant Fulg. & Corn. in d. l. cum virum: sic igitur in proposito
nostro videtur, quod si dicitur, rogo vt restituat, quae sibi reliqui, co-
prehendantur etiam futura: & quod quod nullo casu ordo scripturae
attendatur, pro ut multi tenent: vt inferius dicam. Ad quod bene
facit doctrina Bar. in d. §. fi. in 2. opposi. du pro ratione illius text.
44 dicit, illud ibi esse, quia quod verbum praeteriti temporis est signifi-
catorium actus pendens a voluntate testatoris. l. relinquere vel
non. In eo enim non semper videtur considerandum futurum, cum
actus semper pendeat vsque ad mortem vt ibi per eum. Si quis
vellet aliquo casu tueri praedicta de ordine scripturae, posset forte
dicere quod quae lo testator primo reliquit, & postea grauat, vt quae
reliquit, restituantur, & eidem postea reliquit alia quaedam, illa
non erunt restituenda propter ordinem scripturae, & simul pro-
pter illud verbum reliquit, praeteriti temporis. Ex eo enim viden-
tur quod sumatur voluntas testatoris, vt solum prius relicta debean-
tur. Et maxime si grauet incontinenti. Nam quod postea reliquit,

videtur eo animo relinquere, vt id pro se libere retineat. Nec ita
tenendo obstat d. l. talis scriptura. §. fin. Quoniam responderi pos-
set, quod illud ibi est propter praesumptam voluntatem testatoris si-
mul cum fauore haereditatis, vt. minus grauetur ob illam qualita-
tem, vt. soluantur annua bima trima die. Et eo praesertim, quia
testator ibi non respicit particulariter certam personam legata-
rij, vt. appareat totum factum fauore haereditatis, merito etiam pos-
tea legata respicit. Et in illis terminis bene procedit dictum Bar-
to. ibi, vt. futurum consideretur, quia pendes actus a voluntate
testantis vt modo dicebam, cum ibi agatur solum de qualifican-
dis legatis fauore haereditatis. Non ita ergo esset, si qualificatio illa
tenderet ad grauamen haereditatis. Ast in casu nostro aliud dicendum
videtur, quia agitur de onere multiplicando & ad damnum haer-
editatis. Vnde videtur standum proprietati verbi, reliquit, quod est
temporis praeteriti. Quod non solet trahi ad futura, maxime quae
postquam grauauit de restituendo sibi relicta, si nolisset eum
aliquid habere sine onere, frustra id sibi reliquisset. Debuisset. n.
alteri relinquere, cui iam per fideicommissum alia reliquerat. Cogita
super istis quia (vt verum fatear) super eis non parum dubi-
to. Et vide doc. maxime Corn. in d. l. cum virum, & Imo. in d. §. fi-
dei tuae, qui videtur inclinare in opinionem praedictam, vt. l. pos-
tea relicta non comprehendantur. Verum recte considerando,
illud non erit simpliciter propter ordinem scripturae, sed propter
illa verba, quae reliqui, temporis praeteriti. Et ego semper putauit
quod ex solo ordine scripturae in proposito nihil inducatur, sed sem-
per concurrat aliqua particularis ratio, quae legata vel fideicommis-
sa comprehenduntur. Et inuenio quod et Ripa hoc dicit, qui etiam
dicit, se credere quod ita sit cōis opin. vt per eum num. 43. Et ita alias
consulit. Sed quicquid sit, pro nunc ulterius non insistent o, hoc
pro certo habeas, hanc primam soluit. Bar. ad d. l. Titia, non vide-
ri bonam. Quoniam ibi non constat, quod praelegatum sequutum fue-
rit grauamen, sed potius innuitur contrarium, inspecto illo ver-
ba praelegauerat, vt in libro meo, & in multis alijs legitur, cum sit praete-
riti plusquam perfecti. Sed posito quod legatur, praelegauit, vt reperitur
in nouis, adhuc non constat, quod postea fuerit factum praelega-
tum, nec in eo fundatur ille text. sed quia ille grauatur restituere
hereditatem, cuius appellatione non veniunt legata. d. l. si Titius
ex parte. Soluit ergo secundo modo Barto. quod in casu isto tes-
tator fuit vsus verbis generalibus vt per eum, quem videtur se-
qui Alex. hic. si. n. non dixisset omnem hereditatem, sed heredita-
tem in definitiue, aliud esset secundum eum: vt d. l. Titia. Punctus iste
apud me est dubius. Sed reiecta disputatione, putarem idem esse
in terminis istius text. saltem, siue testator dixerit, omnem heredi-
tatem, siue hereditatem simplr. Dico. n. saltem in terminis §. no-
stri, quoniam in eo verbum, hereditatem, non potest intelligi
aut considerari nisi respectu testatoris: vel si respectu grauatorij,
respectu vtriusque, cum testator non grauet certum haereditem,
sed in effectu, ultimo decedentem, ad quem ex sua prouision e
portio alterius peruenerit. Et vbi vellemus quod isto casu si di-
ctum esset, volo hereditatem restituui, non veniret portio alterius,
ea ratione, quia appellatione hereditatis fideicommissa non ve-
niunt. d. l. si Titius ex parte, certe propter signum vte, omnem, non
videtur quod alteretur verbi significatio siue natura. Sicut si di-
xero, lego ornamenta, quorum appellatione non venit pecunia,
non magis venit quod dixerim omnia ornamenta. Puto ergo quod
in text. isto idem fuisset, si non fuisset dictum, omnem. Et ita in si-
mili inuenio quod voluit Fulgo. inter consilia Cuma. num. 3. Te-
stator B. Fundamentum est, quod soleo sapissime facere, videlicet
mens testatoris, & identitas rationis. Nam testator ordinan-
do, quod primo decedente sine liberis, sua portio veniat ad alium.
Dum postea dicit, si omnes decesserint sine liberis, hereditas re-
stituatur nepti, creditur voluisse de tota hereditate loqui, ac si ex-
pressisset, tota vel omnis hereditas, cum non sit dare rationem
differentiae. Alioquin non fuisset opus considerare mortem om-
nium sine liberis, sed satis fuisset vni illorum quocumque de-
cesserit sine liberis neptem substituere. Probatur etiam ista opi-
nio per locum ab absurdo remouendo, qui validissimus est, vt
dictum fuit in 9. no. Dico enim quod si contrarium diceremus,
magnum absurdum sequi posset, ergo &c. Id autem ostenditur.
Pone quod erant quinque vel sex filij instituti, & inuicem substi-
tuti, & postea erat facta substitutio de nepte, si omnes sine filijs
decesserint, per ista verba: Volo hereditatem meam peruenire ad
neptem. Detur modo quod vnus post alium decesserit sine libe-
ris, & sic iam tota hereditas peruenerat ad ultimo decedentem
vigore substitutionis reciprocae, certe ex contraria opinione, ne-
ptis haberet solum sextam partem, quod, (ni fallor,) absurdissimum
videretur & contra mentem testantis. Et ita proprie arguit Fulg.
in d. cons. 3. inter consilia Cuma. Nec huic opinioni obstat d. l. si
Titius ex parte. Quia respondendo dico, quod ibi cessat praesumpta mens
testantis, cum grauauerit pure & sic in continenti certam personam
hereditatis, & postea eidem partem aliam per fideicommissum reli-
querit. Et cum de alia mente testantis non constaret, statim pro-
prietati verbi hereditatem, cuius appellatione fideicommissa
non

D. Maria. Soc. Iuni. in l. Hæredes. §. cum ita

non veniunt, vt ibi dicitur. Ab illa autem proprietate recedimus quando de contraria voluntate constat, per l. non aliter, in prin. §. de leg. 3. Et ita erit in casu nostro prout ex prædictis constat.

Ex quibus etiam recte intuenti apparebit verum esse, quod §. dixi in fi. præcedentium not. Sic itaque stantibus prædictis, sequitur, quod nec etiam secunda solutio Bar. est bona ad d. l. Titia.

Si enim vera est conclusio, vt non sit differentia, an dicatur, omnem hæreditatem, vel hæreditatem absque illo signo vsq; ex eo quod hic sit vsus verbis generalibus. omnem hæreditatem, nõ tollitur contrarium de d. l. Titia. Quare pro vera responsione ad illum tex. & pro resolutione materiae f. an. f. & quando prælegata veniant in restitutione fideicommissi, cum quis de hæreditate restituenda rogatur. Puto dicendum, quod pro regula non veniant, & ni fallor, hoc probatur in d. l. Titia, vbi hoc pro claro præsupponitur. Cum. n. ibi solum dubitetur, an integra retinenda sint, an solum pro portione a coheredibus. percepta, aperte ostenditur veram esse conclusionem, quod prælegata non sint restituenda.

Et fundatur hoc & regula prædicta, quia prælegata nõ veniunt appellatione hereditatis, vt d. l. si Titius ex parte. Et idem probatur etiam in l. in fideicommissarium §. si. §. tit. nostro. Et licet respectu portionis, quam grauat caput iure hereditario, illa iura videntur contraria. Nam ibi dicitur, quod venit in fideicommissum cuius contrarium vsq; dicitur in d. l. Titia, dum dicitur intra prædia retinenda, tamen istud non est presentis speculationis, sed ibi pro concordia videndum est, vbi per gl. & Doct. varia ponuntur solutiones. Et inter alias satis videtur probabilis illa, quia dicitur, quod illa portio venit in fideicommissum, quia imputatur in quartam d. l. Titia, in secundo casu. Sed quicquid sit pro solutione talis contrarietatis (in quo nihil firmo, & ad dicta in d. iurib. me remitto) satis nobis sit in vtroque loco probari, prælegata non veniunt in restitutione hereditatis. Etenim proprie prælegatum dicitur, quod capitur a coheredibus. id enim iure prælegati capitur, sed quod a se ipso capitur dicitur haberi iure hereditario. Hæc tamen regula negatiua fallit, vbi de contraria mente testantis constare potest, vel ex verbis testamenti, puta, quia dictum sit, quicquid ex hereditate vel ex bonis meis ad te peruenerit. d. l. cum virum. C. de fideicommissis. & l. cum pater §. fidei tuae, de leg. 2. vel etiam aliter ex bona interpretatione, puta, quia prælegata sunt pro testatore data quodammodo pro sua parte & grauat testator eum vt portionem suam restituat, vt d. §. quidam liberis. In tex. autem nostro illud prouenit propter reciprocum fideicommissum factum inter filios institutos simul cum eo quod hic non grauat certa persona, sed virtualiter dicitur grauari, qui vltimo decesserit sine liberis. Vnde cum ad eum voluerit testator etiam partem primi decessentis sine liberis peruenire, credendum est, quod voluerit in grauiamine vltimo iniuncto comprehendere etiam portionem alterius. Cogita super istis, quæ credo vera, & secundum ea alias consilui in ciuitate Paduae, prælegata regulariter non contineri.

Expeditus textualibus, venio ad apparatus gl. & dimissis alijs vt claris, & nihil habetibus, capio gl. si. quæ diuiditur in tres partes. In prima declarat text. In secunda facit vnam oppositionem. In tertia aliam secunda ibi, sed videtur quod primo moriens. Tertia ibi, item contra.

Prima pars est clara, & l. qui duos. de vulg. & pup. in gl. allegata, facit in eo, quod ibi dicitur, quod in hæredi nouissimi pueri per substitutum inuenitur hereditas primo morientis.

Secunda pars expeditur hic per Bar. in 2. opp. Sed antequam ad eam deueniam, aduerte quia dum gl. hic in solutione contrarij dicit, quod hic primus sub conditione tacita partem fratris erat habiturus, reprehenditur hic per Ioann. de Imo, & Alex. dicitur quod immo conditio de qua hic agitur, fuit expressa. illa. si quis eorum prior sine liberis diem suum obierit, vt per eos. Et si forte gl. velle referre verbum, tacita, ad substitutionem, adhuc videtur male loqui, cum substitutio fuerit expressa. Sed tamen tunc posset gl. saluari, quia poterat dici tacita respectu specificæ expressionis filiorum & eorum nominum. Non enim dictum fuit, Titius restituat Seio, vel e conuerso, sed qui prior diem suum &c. Et præterea cum sit reciproca, nulla substitutio dicitur expressa, quo ad specificatam substitutionem, sed tacita sub generali expressione, iuxta doctrinam Bar. in l. 1. 2. col. & in l. Centurio 2. col. §. de vulg. & pup. Cogitabis super istis. Et ad gl. & dicta Bart. in 2. opp. redeundo collige ex illis duas conclusiones.

46 Prima sit, quod legata vel fideicommissa pure relicta, siue etiam institutiones, transmittuntur ad suos, etiam non agnita, ac etiam ante aper. tab. prout est tex. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. Immo etiam ad extraneos, loquendo de legatis & fideicommissis l. §. cum igitur. C. de cad. toll. Ac etiam institutio seu hereditas modo sit adita d. l. 1. §. in nouissimo. Hanc conclusionem ampliat & limita iuxta ea, quæ alias scripsi in l. cum filio, in 2. parte & in quod nib. §. de leg. 1. Ad quæ gra breuitatis (cum publice pateant) me 47 remitto. Secunda conclusio est, quod substitutio conditionalis, siue etiam fideicommissum conditionale, decedente honorato pendente conditione non transmittitur etiam ad suos descen-

48 dentes, & ita se habet communis opi. vt hic per Alex. & alios, licet plerique contrarium voluerint post glo. in l. is cui. §. de actio. & oblig. & in l. si in personam. C. de fideicommissis. vt est Patruus & Domin. meus Soci. & plerique alij vt per eum. Et pro ista communi opinione primo allegatur tex. noster hic, vt fuit dictum supra in 10. not. Sed ad istum tex. reperio dari varias responsiones per tenentes contra communem.

Prima responsio est, quod ideo in tex. isto non potest dici factam transmissionem, nec de ea, nec de fideicommissis tractandum est, quia defecit conditio eius prout prolata fuit. Nam dictum fuerat, si quis eorum prior decedat &c. Secundo autem decedens, licet sine filiis, non dicitur prior decedere, ergo dicitur defecisse conditio, igitur &c. Ita dicebat hic Raph. Comen. & sequitur Dominus meus Soci. Et ante eos hoc fuit de intentione Alberici in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. Quæ responsio, ni fallor, non est bona, & videtur contra mentem testatoris & Iurisconsulti hic. Nam testator non dixit simpliciter, si quis prior decesserit, sed adiecit sine filiis, vt sic totum hoc simul requiratur, vt conditio confideretur, vt si prior sine filiis decedat, & in hoc esse priorem satis est. Fuit. n. ita dictum a testatore, quia vltimo sine filiis decedenti quod si etiam alius sic decessisset, substituebat Claudiam neptem. Illi autem, qui primo sine filiis, decederet, alter dicitur substitutus. Et certe licet vnus eorum secundo decesserit, tñ dicitur prior sine liberis decessisse, ex quo alter qui prædecessit, cum filiis decessit. Tolle simile exemplum, pone caueri, quod qui prior intrauerit scholas togatus, certum quid lucretur: Titius ingredi tur primus sine toga, postea Gaius cum ea, putarem quod Gaius lucretur, quia licet non fuerit primo ingressus tamẽ fuit primo ingressus togatus, & sic in eo vere & proprie verificatur lex, lucrus deferes: Hoc idem, alio vtens exemplo, voluit hic Ripa vt per eum. sic etiam dicendum est in casu nostro, quicquid in contrarium dixerint Alberici, Cuma, & Soci.

Secunda responsio datur ad istum tex. per Dñm meum Soc. hic in fin. articuli. §. ideo hic nõ fit transmissio, quia erat substituta neptis testatoris, fauore eius propter testatoris affectionem in illam, secus autem essent, si extraneus esset substitutus. Sed nec ista responsio satisfacit, quia tex. iste in versu. cessante prima substitutione, in quo probatur non fieri transmissionem, videtur loqui simpliciter. non habito respectu aliquo ad qualitatem substituti, sed quia filius non reperitur tempore existentis conditionis. Præterea inspecta verosimili & quasi expressa voluntate testatoris contrarium potius videretur dicendum, quia filij filiorum sunt positi in conditione ad exclusionem neptis substituta, ergo videntur magis dilecti, iuxta l. Lucius, la 2. in fin. supra de hæred. m. sit. merito igitur si ex alio transmissio fieri deberet, non deberet impediri, quia neptis fuerit substituta.

Tertia responsio colligitur ex dictis Dñi mei Soc. §. quod iste tex. & similes denegantes transmissionem, procedunt de iure veteri, & ante d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. sed hodie secus est per illum tex. per quem transmissio nouiter inducitur. Verum nec ista responsio videtur tuta, quia vt j. dicitur, negatur quod per d. l. 1. hoc inducatur, maxime ad correctionem tex. nostri hic & similibus. Et vbi essemus in dubio, illud dici non debet, ne sit illa l. 1. 48 contraria §. nostro. Nec quod correctio debet dici fieri, nisi de ea expressè constet. l. præcipimus, in fi. C. de appel. & eo præsertim, quia tex. noster in compilatione ista digestorum positus fuit post d. l. 1. & postquam illa iam posita fuerat in primo C. ita vt verosimile nõ sit, iste tex. fuisset positus, hic si iaz fuisset per d. l. 1. correctus. Maxime quia compilatio istorum fieri debuit ex mandato imperatoris fm constitutiones C. l. 1. §. cumque hæc. C. de veteri. i. enucl. ibi fm nostri C. constitutionem. Reperio quarram responsionem, quam ponit hic Ripa, vt fideo in tex. nostro cesset substitutio, quia substitutus erat iuperstes, qui non reperitur, vt sic videtur conditionem omnino defecisse, vt per eum. Sed mihi hoc non placet, quia, ni fallor, conditio, respectu sui, dicitur impleta, ex quo vltimo decedens dicitur prior sine filiis decedere vt supra ostensum fuit, in quo stabat conditio, & factum eius a testatore consideratum. Et quamuis substitutus non sit iuperstes propter quod in persona eius dicitur defecisse conditio, quod fateor per l. hæres meus. §. de cond. & demon. tamen poterat dici, quod transmissio in eius filium spem fideicommissi conditionalis, de quo nunc disputamus, alias quod ista de transmissione nunquam fieret, si verum esset conditionem principalem defecisse præmortuo fideicommissario: quod certe dicendum non videtur. Sic itaque videtur quod pro cõi opin. vrgeat tex. noster reiectis omnibus responsionibus. Secundo etiam vrget prout omnes dicunt, l. §. si in autem aliquod sub conditione. C. de cad. toll. Nam cum ibi tex. generaliter loquatur, debet etiam in liberis intelligi, quia si in eis aliud voluisset, vti que expressim excepisset sicut iuperis fecerat in §. in nouissimo, ibi, exceptis liberorum personis &c. maxime cum d. §. si in autem, veniat continuatiue, vt considerab. in l. Bal. Et quod 49 etiam in liberis procedat, quod probatur satis concludenter. Nam in §. in nouissimo, ponitur in effectu duplex reg. l. vna affirmatiua.

tua scilicet quod legata & fideicommissa cedant, & transmittantur a die mortis, & hereditatem similiter posse adiri etiam ante aper. tab. Et in hac regula non est dubium comprehendendi etiam liberos, quoniam in eis fortius dicta regula procedit.

Alia est regula negatiua, scilicet quod hereditas non adita non transmittatur, a qua statim excipiuntur liberi, vt dixi.

Et paulo post in versiculo, libertatibus &c. excipiuntur a prima regula libertates relictae, & quae seruis testamento manumissis relinquuntur. Item & vsusfructus vt ibi dicitur.

Et statim postea subditur, sed haec omnia in his obseruari scimus, secundum praefatam dispositionem, quae pure vel in die certam relicta fuerint. Et sic recte intuendo loquitur ille text. etiam de prima regula, in qua, vt dixi, etiam liberi comprehenduntur, alioquin non diceretur, sed haec omnia &c.

Qui enim omne dicit, nihil excludit iuribus vulgaribus. Modo subsequitur tex. sin autem aliquid sub conditione &c.

Qui venit aduersatiue ad praecedentem versiculum, sed haec omnia, vnde sicut ille versiculus etiam in liberis loquitur, ita similiter & versiculus, sin autem aliquid sub conditione &c.

Et ita inducendo & declarando constat non ob stare, quae dicit hic D. meus Soc. volens ad illum tex. respondere, vt. sin liberis non procedat, vt per eum, licet pro vero obscure loquatur. Dico etenim contra eum quod immo d. S. sin autem aliquid, et in liberis procedit vt deductum fuit. Posset praeterea ille tex. aliter induci secundum Ruin. hic in versic. quod si in medio &c.

Nam ibi praeficiuntur fideicommissarium ante impletam conditionem decedere, & conditionem ipsa deficere, sed si deficiat conditio, expirat fideicommissum, etiam factum liberis, ergo si militer idem dici debet, si ille praemoriatur, licet cum filiis, & sit ipse de liberis, arg. regula. Liam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. Et propter hoc solum Ruin. tenet hanc communem op.

Ego tamen ex eo tantum non moueretur, quia si ex alio vellemus, quod ille text. non loqueretur in liberis, prout dicit D. meus Soc. argumentum omnino cessaret, quia illud procederet circa ea, de quibus lex loquitur. Et licet quod in eo tex. dicitur, si conditio deficiat, sit verum, et in liberis, tamen id non esset per illum tex. Sed per alia iura, quibus pro regula dicitur, deficiente conditione euanescente dispositionem conditionalem. I. qui heredi. S. Plautius, vbi Bar. D. meus Soc. & alij notant s. de cond. & demonst. & l. cedere diem. j. de verb. significat. cum multis concordantibus.

Dicas igitur quod d. S. sin autem aliquid, loquitur & procedit et in liberis secundum inductionem supra factam. Non obstat si dicitur, tex. illum non debere sic intelligi, ne dicitur illi l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. vbi inducitur specialitas quaedam in liberis etiam in relictis sub conditione s. m. Dominum meum Socinum vt sic S. ille sin autem aliquid, recipiat interpretationem passiuam, vt videtur velle Soc. meus, quoniam respondetur, negando ita induci per dict. l. i. vt statim dicitur. Posset praeterea pro ista communi op. allegari l. cum ex filio supra de vulg. & pupill. l. si vnus ex familia, & l. cum pater. S. hereditatem, de legat. 2. & l. si in personam, a contrario sensu. C. de fideicommiss. cum multis similibus, vt per Doct. hic & alibi. Sed quia praedicta duo sunt clara & vrgentissima, super alijs non insistam gratia breuitatis.

Et quamuis ista communis opinio verissima sit, & conclusissime sit probata, oportet tamen ab illa remouere, quae in contrarium considerat hic Patruus & d. meus Soc. Et licet multa dicat & videatur vti sex argumentis, reducuntur tamen oia eius dicta ad tria. Primum est, quod in d. l. i. C. de his qui ante aper. tab. nisi ita disponeret, quod legata conditionalia transmittentur, nihil specialitatis in liberis induceretur. Nam lex Papia erubuit sub sua lege liberos comprehendere l. i. S. i. C. de cadu. toll. videtur ergo quod in liberis ita specialiter inducatur, ne inanis & sine specialitate in liberis illa lex procedat contra illum tex. Et maxime, quia si tamen in liberis loqueretur, etiam in extraneos fieret transmissio, ex quo etiam tunc cedit dies a morte testatoris in quibuscunque relictis filiis, cum in eis non loqueretur lex Papia. Secundum est, quia si ante apertas tabulas filij in liberos transmittunt, licet non cessisset dies, ita videtur dicendum in conditionalibus, cum etiam tunc non diceretur cessisse dies.

Nec videtur posse dari rationem diuersitatis, videtur itaque vniuersum speciale in liberis. Primum. l. per reservationem in eis factam per legem Papiam. Secundum per nouam prouisionem d. l. i. de his qui ante aper. tab.

Tertium est, quia ita suadet d. l. j. Ne autem desiderium propter causas fortuitas frustraretur, vt ibi dicitur.

Quod certe uideretur euenire, si propter praecedentiam filij pendente conditione posteri priuarentur. Et illud vltra hoc repugnaret naturali & communi voto parentum, quod est, vt bonum suum ad posteros deueniant. l. scripto. j. vnde lib. & l. nihil. S. i. j. de bon. lib. praesertim loquendo de his, quae a parentibus suis descendentes relinquuntur, quia in eis dicitur praedilexisse nequam eum, cui reliquit, sed etiam omnem eius posteritatem. l. cum auus, supra de cond. & demon. cum similibus. Et ex his vt possit firmari ista opinio contra communem secundum Dominum meum Soci. l. quod conditionale legatum vel fideicommissum per liberos ad ipsorum liberos transmittatur, prout voluit glo. s. in l. i. cui. j. de actio. & obliga. & in l. si in personam. C. de fideicommiss. vt plenius per dominum meum Soci.

Veruntamen ex his non puto recedendum a communi opinione, & quia vt vidistis illa est optime fundata, nec eius fundamentis potest bene responderi, super eo non insistam, sed solum ad praedicta contraria respondebo.

Ad primum igitur primo responderi potest, quod immo in d. l. i. de nouo statuitur & specialiter in liberis s. m. Pau. de Cast. & Corn. ibi, & in eis decisio illa generaliter procedat, etiam vltra tertium gradum, cum lex Papia solum vsque ad tertium gradum locuta fuerit, vt d. l. i. probatur ibi, cuiuscumque sexus vel gradus. Item etiam quod procedat, et quod liberi non essent scripti haeredes, sed esse esset aliter aliquid relictum, vbi lex Papia solum de liberis scriptis haeredibus loquebatur, vt constat in d. l. i. de caduc. toll. ibi, si scripti fuerint haeredes &c. Quando ergo non erant scripti haeredes, clauderentur sub lege Papia, & ideo nouiter fuit inductum per d. l. i. de his qui ante aper. tab. quod transmittentur.

Ad secundum respondetur, quod non valet argumentum, quia licet utroque casu non efferret dies, est tamen diuersa ratio. Nam quando ante apertas tabulas &c. illud prouenit a lege, & non ex ordine testatoris, immo testator prouidere non poterat. Nemo potest, de legat. i. merito ergo fuerat consulendum, quasi in hoc lex sequatur voluntatem testantis, & istud voluit d. l. i. in si. Sed quando est conditionale relictum, quod non cedat dies, prouenit a testatore, qui sic voluit disponere, cum posset pure relinquere. Et ex praesumpta mente eius, vel ex expressa, debet expectari euentus conditionis. Dispositio ergo d. l. i. loquens ante apertas tabulas, non est trahenda ad legatum conditionale propter diuersitatem rationis.

Et ipsi testatori videtur imputandum, qui conditionem apposuit, cum posset prouidere, pure disponendo. Et ita in effectu responderi hic Ruin. dicens quod in simili considerat Bar. in l. i. in vers. venio ad quartum membrum. s. de reg. Cato.

Et ex hoc etiam respondetur ad tertium, quia negatur quod autem desiderium tunc frustraretur. Nam si ipse posuit conditionem, creditur noluisse valere ante eius euentum. Et licet postea ex eo conditio, tamen non reperitur tunc persona, cui sit relictum, quia cedit dies merito sit eadum. l. i. S. cum triplici. C. de caduc. tollend. Quoniam legata habent tacitam conditionem, scilicet si persona legatarij reperitur tempore quo cedit dies legati. Non obstat quod dicebatur de naturali voto parentum &c. per d. l. i. scribitur, quia respondetur, illud verum in dubio, & ideo liberi primo loco ab intestato vocantur, non sic est vbi aliter sumitur ex dispositione parentis testantis. Vnde cum hic dispositio conditionaliter, & solum in personam filij, non potest fortiter effectum, nisi ipso filio viuente conditio impleatur per praedicta.

Non obstat quod in eo quod vni relinquuntur, censetur suam prolem dilexisse, per d. l. cum auus, supra de cond. & demon. Quoniam dicam illud procedere, postquam ad eum peruenit, cum primo reliquit, quia tunc propter illum & eo mediante, creditur velle quod transiret de eo in suam posteritatem, vt d. l. cum auus. Sed in casu nostro nondum venit ad eum, quia conditione pendente cessit: merito non potest dici, quod per eum voluerit ad alios transire. Sic igitur firma & vera remanet communis opinio. Et sic etiam firmatur quod d. l. i. de his qui ante apertas tabulas non loquitur in conditionaliter. Et istud vltra praedicta probatur ex verbis Rubricae, dicitur enim de his qui ante apertas tabulas hereditatem transmittant, ex quo clare constat, quod loquitur in eo casu tantum secundum verba rubricae: solet enim rubrum esse demonstratum eius, quod in nigro continetur, ergo &c.

Praeterea in prima parte quod loquitur de hereditate tantum ante apertas tabulas, & non conditionaliter, videtur clarum, & etiam Soci. fatetur. Hoc stante sequitur secunda pars, & dicit, quod locus habet etiam super legatis & fideicommissis &c. Pondero modo illud verbum, quod si nam dicitur relatum substantiae, vt est glo. in S. alteri, super versiculo quae sit, Instit. de inutil. stipula. & in l. vnica, super versiculo profertur. C. de senten. quae pro eo quod inter. Et declarat Barto. in l. i. in tertia oppositione. C. de summa Trinita. & fide cathol. si igitur refertur ibi substantia praecedentis decisionis circa hereditatem, & trahitur ad legatum, ergo solum de transmissione ante apertas tabulas loquitur, & non pendente conditione, vt supra loquebatur. Posita autem pro verissima prout est communis opinio, & sic regula generalis, d. S. sin autem sub conditione, debet limitari, nisi appareat de voluntate testatoris contrarium expresse, vel etiam tacite, vt hic plene per Soci. post Bal. in locis per eum allegatis. Expresse autem dicitur constare, si testator dicat, quod substituit, siue ad fideicommissum vocatalem & eius haeredes. Nam tunc fideicommissario praecedente pendente conditione, eius haeredes habebunt: & sic videtur

D. Maria Soc. Iun. in l. Hæredes. § cum ita

heri transmissio &c. Ita inquit Socin. hic post Bald. in l. i. C. vt acti. ab hære. & contra hæred. Et certe istud non videtur habere dubium, videlicet qd hæredes habeant propter expressam testatoris voluntatem. Et reperio qd ita voluit Bar. in l. cum fundus, supra de condi. & demon. in 4. colum.

Sed prout etiã dicit hic Ruin. non videtur qd tunc illi veniant iure transmissionis, sed potius proprio iure tanquã expressè vocati, & consequenter videtur, quod non sit conueniens limitatio ad communem conclusionem supra postam. Putarem ergo bonum exemplum esse, si dicat, substituo talem hac declaratione qd si interim decedat, transmittat ad suos hæredes. Hoc enim casu ex expressa dispositione testantis fiet transmissio. Sed hoc 54 stãte pot multum vtiliter dubitari, qd vtrum appellatione hæredis veniant tantum liberi, an etiam extranei? Et certe regulariter dicitur, qd hæredis appellatione omnes continentur. l. hæredis appellatione, infra de verbo. signifi.

Sed tamen reperio in terminis quod contrariũ consuluit Fulgo. in conf. 17. Testator quidam, in primo dubio, Et ita ego alias consului, vt patet in conf. 158. secunda, tertia, & quarta col. 2. vol. Verum puto sic dicendum, quod standum sit regulæ & propria significatione, vt scilicet etiam extranei, veniant, nisi aliter constet disponentem voluisse. l. non aliter, de lega. 1. sed vbi constet saltem verosimiliter & per bonas coniecturas contrarium dicerem. Et ita procedat decisio Fulg. que in suo casu mihi placet: & quod ego consului. Exemplum sit, si filius meus decesserit sine liberis, volo hæreditatem restitui fratri meo, & eius hæredibus. Nam tunc debet intelligi de liberis ex verosimili mente testatoris, qui non creditur magis dilexisse extraneos hæredis fratris, quã filij, sicut enim prædilexit filium & eius liberos, & postea fratrem, ita creditur prædilexisse extraneos hæredes filij. Vnde cum substituerit fratrem & eius hæredes, debet intelligi, scilicet liberos, vt præsumptæ voluntati satisfiat, argumento l. ex facto. §. fin. infra eodem.

Et in his vel similibus terminis loquitur Fulgo. in d. conf. 17. qui in indiuiduo mouetur per prædictam rationem. Et ista doctrina siue resolutio, si recte aduertat, sumitur ex his, que tradit doctores in l. Gallus. §. etiam §. de lib. & posth. Tacite vero dicitur constare, quando ex coniecturis apparet, qd testator nedum fideicommissario, sed eius liberis voluit providere, secundũ Bal. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. & in alijs locis, vt hic per Soc. Et non est dubium qd si talis voluntas ostenditur, qd seruabitur, quia illa ante omnia attendi debet: & potest facere fideicommissum non transmissibile sui natura, transmissibile, sicut etiam econtra. l. in conditionibus. §. 1. de cond. & demõ. Ita magistraliter inquit Bal. in l. si pater, in 4. q. C. de insti. & substi. sub cond. fact. & ita communiter dicunt doct. nostri vt per Iaf. conf. 52. col. pen. 3. vol. & conf. 154. 3. col. 4. volu. Et per Dec. in conf. 397. 2. col. & conf. 515. post princ.

55 Sed tunc si dubitetur, qd quæ coniecturæ sint assumendæ? Respondetur, qd totum hoc circumspeditioni iudicis relinquetur, qd varie ex personis & causis iudicare debebit, iuxta l. in fundo, in pra. derei. vendic. & c. r. §. 1. hic finitur lex deinde consuetu. reg. incip. Et ita post alios declarat Curt. iunior in cõsi. 96. post princ. 1. volu. Et Soc. ponit hic aliquas coniecturas ex mente Bal. in d. vnica. C. de his qui ante apertas tabulas. Et inter alias vna est, quam primo loco ponit. Si testator instituat fratris filios, & altero sine liberis decedente, substituat alios filios: quibus non existentibus, substituat extraneum. Nam hoc casu si interim decedat cum liberis, transmittunt spem fideicommissi &c. Tum qd appellatione filiorum veniunt nepotes. l. liberorum, infra de verbo. signific. tum quia filij, nedum sunt substituti, sed etiam positi in conditione ad exclusionem extranei, ergo veniunt nepotes, quia nedum illos filios, sed etiam eorum liberos prætulit. Et dicit Socin. quod omnia formaliter probantur in l. Lucius, la. secunda, supra de hæred. insti. Sed aduerte, quia illa loquitur respectu filiorum fratris, qui sunt positi in conditione: quod nõ est hic, quia filij filiorum fratris non sunt positi in conditione, sed eorum patres, vnde remanet prima ratio, quia appellatione filiorum veniunt nepotes: nisi dicas quod stante prima, stat etiam secunda.

Sed hic est aduertendũ, quia prout considerat hic Ruin. si illi filij filiorum vocantur, non prouenit hoc iure transmissionis in eos facta per eorum patrem, sed dicitur venire proprio iure velut a testatore vocati sub generali nomine filiorum: Et sic nõ vñ conueniens limitatio ad regulam, & communem conclusionem. Et idem dicit Ruin. de alijs coniecturis, seu de alijs exemplis positus hic per Soc. excepto vltimo, in quo Soc. dubitanter loquitur. Dicit enim qd in oibus bene venient alij, sed non iure transmissionis, sed tanquã vocati, super quo non insistam.

Sed benedicam qd intentio Soc. (vt credo) non fuit alia inspecto enim effectu, quia, silli admittentur, sicut eorum pater, dixit fideicommissum de patre in filios transferri. Et sic loquitur de quadam transmissione impropria & larga, videlicet quia possit

eum vocantur. Non tamen dicerem Socin. non vidisse, qd proprio iure vocabantur, quod cognosces ex suis fundamentis. Subdit Soc. (sub dubio tamen) qd si inter filios institutos fiat reciproca, si sine liberis aliquis decedat, & si omnes decedant sine liberis substituat extraneos, qd vno præcedente cum liberis, transmittatur spes fideicommissi ad filios. Mouetur, quia ponendo filios in conditione, videtur prædilexisse eos, magis quã substitutum, iuxta l. Lucius, la. secunda, supra de hæred. insti. Facit regula l. cum acutissimi, in fi. C. de fideicom. cum simi. Item etiam quia ista substitutio ab initio fuit vnita cum iure accrescendi, merito sicut illud transmittetur ratione vnionis, argu. l. qui patri, supra de acqui. hære. vt per Soc. Ruin. reprobat hanc opinionem, & dicit qd est contra istum tex. & ita tollit primum fundamentum de præsumptione & prædilectione, quia tale fundamentum videtur contra istum tex.

Præterea illud fundamentum vt dicit hic Ripa procedit tantum respectu portionis patri eorum relicta, qui positi sunt postea in conditione fideicommissi de eadem portione facti, & dixi supra in vndecimo notabili.

Ad secundum de iure accrescendi respondetur, qd non est in proposito; maxime quia hic cessat ius accrescendi, cum iam omnibus esset quæsitã hæreditas, iuxta tradita per docto. per illum textum in l. cohæredi. §. qui discretas, §. de vulga. & pupil. & in l. i. §. interdum, de vlti. accrescen. Et inuenio quod ita etiam hanc rationem reprobat Crotus in §. Cato. l. 4. in 2. lect. in 4. colum. 7. de verbo. obligat. Et istud fundamentum de vnione cum iure accrescendi reprobatur etiam Ripa ex quibusdam alijs rationibus; sed non curò referre. Ego in hoc sum cum istis, qui illud quod dicitur in dict. l. qui patri, semper mihi visum fuit dubium, & memini me aliquando tentasse contrarium, sed nunc non instabo, & vbi procederet, procederet speciali ratione de qua ibi per docto. s. fauore pupillaris substitutionis. Sed quantum ad decisionem subsisto, & dico qd pendet ab his, quæ dicuntur in sequenti oppositione. Subdit tamen Ruin. qd si in isto tex. fuisset extraneus substitutus, non procederet, non tamen iure transmissionis &c. sed habuisset ille vltimus suos hæredes, de quo vide per eum. Sed quicquid sit de exemplis & coniecturis Soc. do. tibi vnã coniecturam optimam, secundum quam isto anno con-

57 apud Vincentiam & est frequentissima videlicet quando decedenti ante euentum conditionis in eo, qd sibi erat relicta, fuit in testamento facta substitutio de alio si sine filiis decesserit. Nã tunc transmissio fieret, quia ex illa substitutione, vltimo facta, apparet qd testator non solum considerauit primum fideicommissarium, sed etiam eius liberos, in quos etiam videtur habuisse actionem, ex quo eos in conditione posuit ad exclusionem vltimi substituti, maxime si etiam ille sit de agnatione. Et casus ille erat, qd filiis institutis, atque inuicem substitutis, si sine filiis masculis aliquis decederet, & si ambo sine filiis masculis decederent, substituit Christophorum filium fratris. Et si d. Christophorus, sine filiis masculis decederet, substituit quasdam foeminas. Decedit Christophorus cum filiis masculis, viuente adhuc filio, qui postea sine filiis decessit. Dixi filios Christophori esse ad mittendos ex pluribus, vt ibi aliquando videri poterit. est num. 141. 2. volum. Et inter alia iure transmissionis per coniecturam prædictam, quam posuit Bal. in d. l. si pater, in 4. q. C. de insti. & substi. sub cond. fact. & eam sensit, licet non exprimat Soc. hic, & dixit in conf. 6. lib. 3. Eandem posuit Fulgo. in conf. 15. 2. col. Cumã. in conf. 13. 1. col. in fin. Cur. senior in conf. 75. col. penul. & Iaf. in conf. 52. lib. 3. & conf. 154. lib. 4. cum alijs quos tunc allegaui. Quod tu notabis, quia est pulchrum & quotidianum, habes illud consilium impressum, numero 141. 2. vol. vt iam dixi.

Adde aliam si filio decedenti sine liberis substituo Titiam & Seiam sorores eius, & filios Meniæ prædefunctæ, quæ omnes sunt filia meæ. Nam si Titia præcedat cum liberis &c. Item si instituto decedenti sine liberis substituo Titium & Seium eius fratres, & eos inuicem substituo in infinitum in stirpes, & non in capita. Nam etiam si præcedat cum liberis &c. Ita alias consului, habes conf. nu. 89. in 3. vol.

In tertia parte glo. format difficillimum contrarium d. l. pen. C. de impub. & alijs substit. & soluit duobus modis vt in ea. Hanc oppositionem format Bar. in sua tertia oppositione, & multa dicit, & tandem tenent secundam solutionem gl. ut per eum. Ex cuius dictis collige quinque conclusiones.

58 Prima est, qd tunc una pluralitas, dicas tu vel sermo collecti utis resoluatur in suas singularitates, quando in eis considerantur diuersi effectus, per l. falsa. §. fin. & ibi dicta per Bar. §. de posth. & demen. De quo an sit uerum, & quomodo procedat ibi est videntum, & forte inferius dicitur, quia ista conclusio videtur contra d. l. penult. Ex hac conclusione infer Bart. primam solutionem glo. licet approbatam per Dyn. non esse veram, quia tam in pupillari, quã in fideicommissaria sunt considerati diuersi

diuersi effectus, ut per Bar. ergo semper debet fieri resolutio in singularitate, & sic remanet falsa ratio Dyn. Nec alia ratio differentie inter pupillarem & fideicommissarium uidetur dari posse, ergo &c.

Sed Imol. & clarius Soc. per eum, defendunt primam istam solutionem. Et ponunt ratione differentie, quae uidetur probabilis. Nam in pupillari & sic in l. penul. pater cogitauit conseruare ius legitimae successionis, quam ipse tollere poterat singulis substituendo. l. vel singulis, supra de vulga. & pupilla. Et ita uidetur uelle tex. in d. l. pen. ibi, cogitasse. n. patrem primo decedente &c. sed in fideicommissaria hoc dici non potest, cum sit facta maioribus, ut in §. nostro, & quilibet testando poterat alii priuare. Et si non facit, & frater succedat ab intestato, dicitur a casu prouenire, non ab ordine testatoris, a quo illud non pendeat, cum prohibere non poterat, & ideo uoluntas eius ad illud, uelut sibi impossibile, referri non debet, iuxta not. per Bar.

to. in l. si quis sub conditione. §. de condit. instit. & est tex. in l. Lu. cius. §. pen. §. ad municip. & in c. a nobis, de sent. excom. Ruin. reprobat hanc defensionem, quia contra eam facit l. si quis ducēta. §. item si pater, supra de reb. dub. ubi ex mente defuncti est, seu pro ea conseruanda disiuncta capitur pro coniuncta, &c. & loquitur ille tex. etiam in maioribus, cum loquatur indistincte, & uult quod substitutus non uocetur, nisi nec filius nec filia sint haeredes, ergo inquit Ruin. sequitur quod in l. penul. uidetur uerum quod testator uoluerit conseruare ius legitimae successionis. Sed ista consequentia Ruin. uidetur ridicula, quid enim commune habet quod in §. item si pater, ex mente testatoris disiuncta pro coniuncta sumatur, & loquatur in maioribus, cum hoc quod in d. l. penul. non sit conseruatum ius legitimae successionis, ego certe non uideo? & dubito Ruin. intentione non bene sumpta.

Quare Ripa aliter tollit saluationem Soci. quia scilicet, licet hic non procedat ratio conseruandae legitimae successionis & hereditatis ab intestato inter filios, tamen militat ratio conseruandae inter fratres hereditatis per reciprocam substitutionem, ut sic tantum operetur mens testatoris inter maiores in fideicommissaria, precedente reciproca, uidelicet quod inter eos procedat successio, quantum operatur in d. l. pen. in pupillari conseruatio legitimae hereditatis ab intestato.

Sed considera, quia forte ista responsio non erit tuta. Pone. n. quod non est facta reciproca. Nunquid, primo moriente sine liberis, uocaretur substituta? certe, licet Imo. dixerit quod sic, tamen Ale. & Soci. tenent quod non, ut per Soci. Et hoc uidetur probari ea ratione, quia ut superesse persona alterius filii testatoris, qui ex praesumpta mente substitutum excludit. Plus et dici potest, quod reciprocum fideicommissum sit tacite factum, quia dixit, omnem &c. & post mortem plurimum &c. Praeterea non esset recedendum a proprietate uerborum, si uterque &c. cum non constet de contraria uoluntate, cum non sit facta reciproca. Et quod responsio Ripae non procedat, patet, quia licet sit factum reciprocum fideicommissum, tamen quando moritur ultimus, non potest habere locum, cum alius praecesserit. Et sic non tantum facit in casu isto reciproca substitutio, quam in ultimo impletur conditio ut in isto tex. quantum conseruatio legitime hereditatis, si in primo conditio impletur in d. l. pen. Et sic uidetur quod ratio differentiae Imolae, & Soc. p. tuenda prima solutione gl. possit defendi.

Sed ex alio ista solutio prima non uelut secunda, quia ratio allegata hic in tex. uidelicet, quia absurdum est, neptem non admitti ad partem, quam testator totum habere uoluit &c. non uidetur magis fideicommissariam, quam pupillarem comprehendere, immo uidetur quod et in pupillari, in casu l. pe. procedat. Nam & ibi testator uoluit substitutum habere totum, si portio unius peruenisset ad alium, qui ultimo decessisset impubes. Sed ad hoc, dic ut ex infra dicentis patebit in fine articuli. Nisi dixeris quod immo ista ratio ibi non conuenit, cum non agatur de parte ultimi decedentis, sed primi, ad quem peruenisse partem alterius non potest considerari, cum adhuc uiuat. Et si ita dicere uelis, sequitur quod in effectu ista prima solutio glo. quam Barto. tertio loco posuit, uel de ab illa dependet & inferius dicitur, est dubia. Ego tamen pronunc arbitror hanc primam solutionem recte intellectam posse defendi, declaratam tamen ut in sequenti conclusione.

Secunda conclusio Bar. in solutione, quam tenet, est, quod quando substitutio fit pluribus, & post mortem unius superest persona, quae ex praesumpta mente testantis substitutum excludit, non habet locum substitutio, secus si non superest persona &c. & in hoc residet Bartolus pro solutione propositae oppositionis sic declarando secundam solutionem glo. ut per eum cum quo. & cum illa solutione gloss. est communis opinio. Socin. reprobat, quia non uidetur conuenire d. l. penul. nec etiam text. nostro.

Primo, quod ad d. l. pe. patet, & primo quia secundum hanc solutionem & declarationem Bart. si ibi primus decessisset maior, & secundus impubes, substitutus uocaretur, quia non superest persona. &c. Quod uel contra illum tex. in si ibi, non aliter sub-

stitutionem admittendam censemus, nisi uterque in prima etate decedat. Et licet plerique ibi teneant, quod immo tunc substitutus uocaretur, ut Bal. Pau. de Cas. & Moder. Perusi. Pau. & Ruin. hic &c. tamen eorum opinio uel repugnare generalitati illorum uerborum.

Et si dicas quod generalitas illa debet restringi ad casum propositum. scilicet quando primus decessit impubes, sicut alias solemus dicere, quod quandoque generalis ratio restringitur ad terminos dicti §. fratris, cum glo. Insti. de nupt. Et sic secundum Ruin. dicas quod loquitur quando superstitius, qui possit succedere, & eodem temate retento dicas pro uero non conuenire illis uerbis. Nam tunc dixisset, nisi secundus in prima etate &c. cum autem dixerit, uterque, non curatur quis prior decedat, semper enim cessabit substitutio, nisi uterque &c. Praeterea illud, quod generalitas restringatur &c. procedit solum quando per alia iura ad illud inducimur, ut dixi in §. Diui. in 2. q. in l. filius fa. supra de leg. 1. alioquin generale dictum generaliter debet intelligi. l. i. §. generaliter, infra de lega. praestant.

Secundo quia dicit Soc. stante declaratione Bar. & communi in d. l. pen. si substitutus fuisset vnus alius filius, deberet admitti, sicut hic, cum esset in pari gradu cum superstitibus. Quod licet Cuiusma. admitteret) uidetur contra mentem Imperatoris ibi, qui se fundat in eo, quod testator uidetur uoluisse conseruare ius legitimarum hereditatum inter pupillos.

Et maxime sic uidetur dicendum propter generalitatem illius tex. ubi qualitas substituti non consideratur, sed uis & proprietates uerborum attenditur. Et conseruato iure legitimarum hereditatum, sequitur quod dabitur aequalitas inter filios, istum scilicet substitutum, & illum superstitem ex impuberibus, ut dicit & poterat Soc. in tertia sua ratione.

Qui etiam subdit, quod nec tex. nostro uidetur communis declaratio conuenire, quia si hic fuisset substituta proneptis, non procederet tex. cum illa sit in gradu remotiori. Nisi dicas secundum Ruin. quod tunc, licet sit remotior in gradu, tamen idem ius de habere, quia representat personam suorum parentum, & sic proneptis & in loco cum neptis de succedere, & ita non erit in remotiori gradu. Verum est, quod potest huic dicto replicari, ut ipsemet Ruin. dicebat, quia talis representatio non admittitur, nisi in successione ascendenti, sed inter transuersales non reperitur quod proneptis in loco cum neptis, licet reperitur quod filius fratris in locum fratris ad successionem patris admittatur. Non tamen uidetur multum securum, cum uideatur hic agi de affectione testatoris, & sic inter descendentes, quo casu semper admittitur representatio. Nisi adhuc replices quod licet de praesumpta affectione istud sit, tamen nos agimus de successione patrio facienda, in qua creditur testatorem uelle quod uult lex. Sic ergo uidetur quod iste tex. non procederet in pronepte substituta, cum uno decedente superstitius alius, qui ex praesumpta mente &c. ut per Soc. in 3. membro §. casus, in 2. no. Sed dices tunc, quod in contrarium uiget iste tex. ubi sumus in filiis, & tamen reciprocum non censetur: alioquin frustra fuisset expressum. Potest forte dici, quod hic non erat talis ille filius propter neptem pariter dilectam. Vel melius, quod hic narratur factum, non quod alias reciprocum fideicommissum non procederet. Nec est nouum aliquid narrari ex contingentibus in testamento, quod in decisione postea non consideratur, ut uidebis in d. l. §. filium de lega. 2. de institutione haeredis. Et maxime hoc toleratur in isto tex. in casu eius, siue in testamento de quo hic, quia expressum reciprocum praecedat uerba illa, omnem hereditatem &c. ex quibus induceretur &c. Et sic non potest dici quod talis expressio fuerit facta de eo, quod iam tacite esset inductum, cogitabis. Et minus in extraneo ultra Soc. Quod tamen uidetur contra istum tex. in ratione decidendi, dum dicit, quia totum haberet. Et quod iste tex. procedat etiam in extraneo substituto tenuit hic Imo. licet Paul. de Cast. contrarium dicat. Et pro Imola facit ratio hic allegata, ut modo dixi.

Et si dicas quod immo ratio uidetur poni in nepte & eius respectu, ut sic in tex. uideatur considerari, quod neptis erat substituta, ut uidetur probari ibi. Absurdum est nepti petitionem denegari, respondetur, quod illa uerba ponuntur, non quod fiat fundamentum in tali coniunctione, sed quia sic de facto neptis erat substituta, de ea loqui oportebat.

Sed uiterius contra hanc communem facit secundum Ruin. quia immo uidetur quod superstitius persona, quae ex uerosimili mente testantis excludat substitutum, scilicet nepos. Nam si neptis illa erat ex filia & sic cognata, non succedebat cum agnato &c. merito agnatus nepos dicitur praedilectus, ergo &c.

Alia ergo fuit solutio Rayn. de Forli. quod hic fuit facta reciproca substitutio non sic in d. l. pen. Et istam solutionem licet reprobat Imo. sequitur Soc. declarando, quod hic receditur a proprietate uerborum, quia colligitur contraria mens testantis ex illa reciproca &c. Sed in l. pe. non receditur a uerbis, quia de tali mente non constat. Et licet praesumatur uoluisse conseruare legitimas successiones, & sic uideatur etiam ibi testator uelle, quod totum habeat, tamen non constat ex uerbis eius, sed tacita & aliam

D. Maria. Soc. Iun. in l. Hæredes. § cum ita

plus expressa &c. l. expressa nocent, infra de reg. iur.

Et ex ista solutione Ray. sic declarata, inferret Soc. qd iste tex. nō procederet, si non esset facta reciproca substitutio. Nam tūc expressa voluntas non apparet, nec sufficeret tacita, vt dixi. Item et inferret, qd si in l. pen. esset facta reciproca, haberet locum, illud quod dicitur in isto tex. Intelligit, scilicet qd conditione verificata in persona vltimi tantum, substitutus vocaretur ad partem, vt hic: & ista est mens Soc. Non autē intelligas, vt vnus vestrū heri mihi dicebat, videlicet qd tunc non procederet decisio illius legis pen. vt scilicet primo moriente, substitutus non vocatur. quoniam istud esset ridiculum. nam si non vocatur vbi non sit facta reciproca, vt ibi dicitur, ratione de qua ibi, fortius ea facta. nam &c.

Circa istas illationes dic, vt inferius patebit, similiter et circa solutionem Ray. R. u. hic dicit, qd ista iura omnino recte intellecta concordant, & quod inter ea nulla videtur differentia. Male ergo fuerunt allegata pro contrariis. Nam si cōditio impleatur in persona vtriusq; clarum est, qd & ibi, & hic substitutus in totum vocatur: si vero in persona primi tantum, prout ibi accidit, et clarum est, qd sicut ibi substitutus non vocatur, ita etiam non vocaretur hic, quia alter frater succederet. Si vero in persona secundi tantum cōditio impleatur, dicit, qd sicut hic ad partem vocatur substitutus, ita vocaretur & ibi, si primus pubes, & secundus impubes, decessisset, vt etiam supra retuli. Et certe bene dicit iste Doctor. Excepto hoc vltimo, quia licet multi teneant & videatur communis opinio (vt ibi per Deci.) tamen veritas videtur qd in d. l. pen. si primus decedat pubes, substitutus nō debeat admitti per verba illius tex. in l. si, in eorum generalitate, vt d. dictum fuit, & prout ibi dicit Dec. & hoc stante, constat ista iura esse valde contraria, & in hoc pro vero consistit omnis difficultas: non autem in eo, qd ibi expresse dicitur.

Reperio qd R. u. hic dat nouum intellectum ad istum text. Et alium pariter nouū tradit Dec. in d. l. pe. col. 3. Verum quia licet vterq; sit subtilis, & ingeniosus, tamen non in totum satisfaciunt. Et ideo non curo eos referre gratia breuitatis. Aliū ponit Ripa coniungendo omnes solutiones simul, sed non puto tot necessaria. Sed dicaz breuiter quid sentio. Dico ergo qd prima solutio glo. hic (si bene declaratur) videtur sustentabilis & de iure verior, maxime iuncta solutione Ray. de qua supra.

Dicendum itaq; videtur, qd iste tex. procedit in fideicommissaria substitutione, in qua attendimus mentem testantis magis quam verba. Et sufficit mentem colligere per coniecturas, ibi vero in directa pupillari, in qua hoc non datur.

Et dico qd hanc solutionē ponit hic Iuriconsultus in vers. sed cum in fideicommissis, & miror qd doctores nō aduerterint. Cū ergo in ver. neptis, prima quidem facie arguatur a vi, & proprietate verborū, ostenditur qd regulariter non deberet admitti substitutus. Et secundum illam procedit d. l. pen. non tantum in casu expresse, sed etiam in tacito, videlicet si cōditio tantum in persona secundi impleatur, prout contingit in tex. nostro. Sed cum postea decisionem ponit iste tex. dicit a regula recedendu, quia in fideicommissis, de quibus hic agitur, voluntas magis, qd verba debet considerari. Et in hoc sit præcipuum fundamentū, per quod tollitur ratio in contrarium allegata. Et hoc sufficit p ratione differentie inter directam, & fideicommissariam, non eundo per subtilitatem Dyn. & Soc. hic de quibus supra.

Cum autem postea queritur quō de hac voluntate constet. Respondetur, qd constat ex eo, quia cum testator voluerit neptē habere totum, si prima substitutio locū habuisset, creditur, prima substitutione cessante, qd voluerit eam vocari ad partem, vt in tex. dicitur. Si autem queris quomodo constet, qd testator voluerit neptem habere totum? respondetur, quia illud expresse dixit, vt constat in ver. omnem hereditatem, & vbi id non dixisset, constaret ex reciproca substitutione, prout dixi s. in tertio nota. Et in hoc feruiat vobis solutio Rayn. non qd illam per se solam putarem posse procedere. Et istud credo de mente Soc.

Nec verum puto, qd si in l. penul. fuisset facta, aliud esset dicen dū, quia non sumus ibi in fideicommissis, merito, &c. Et si hic facta non fuisset, nec aliter constaret, qd voluisset eam neptem hēre totū, diceret, qd non procederet iste tex. per locum a cessante ratione. Infero etiam ex prædictis, qd iste text. procederet etiam qd substitutus esset omnino extraneus, licet multi & maxime R. u. contrarium teneant, & sum cum Imola.

Tertia conclusio Bar. est, quæ colligitur ex præcedenti, videlicet qd alter ex duobus filiis institutis ideo dicitur persona quæ ex præsumpta mente excludit substitutū, quia nō creditur testatorem alienas successiones propriæ antepone, vt l. cū acutissimi. C. de fideic. Et hinc inferitur ex mente, s. m. Soc. qd præsumptio d. l. procedit etiam respectu liberorum, iam natorum tempore testamenti. Vnde si filio instituto, post eius mortem substituo Gaium, & tempore testamenti extabant mihi nepotes ex dicto filio, qui postea supersint post mortem eorum patris, substitutum excludit, per d. l. cum acutissimi, cum similibus.

Ista est ardua, & profunda difficultas, & cum casus de facto

contigisset, varii doctō. hinc inde consuluerunt. Auis meus Dominus Marianus Soci. in consil. 23. tenuit istam partem, pro qua adduxit vsq; ad viginti quatuor argumenta. Quam etiam consulendo tenuit Cuma. & alii plures, vt poteris videre per Cacialup. in l. qualiter. §. cum autem. C. de insti. & sub. sub. condi. factis, & per Soc. in l. cum auus. col. mihi 39. cum trib. seq. supra de cond. & demon. & est in l. q. extra Bar. Et totum fundamentum est, quia videtur in iam natis eadem ratio, quæ in nascituris, videlicet coniectura pietatis, & quia plus dictum, minus scriptū &c. vt d. l. cum auus. Contrarium tū consuluit Rom. in cōs. 370. Et ita etiam firmat Bart. in d. l. cum acutissimi, vbi longe profertur. Et similiter Soc. in d. l. cum auus. dicens, qd hæc opinio s. per sibi placuit, & qd pro ea consuluit, prout reperies in cōs. 191. ij. vol. Et qd eius consilium subscripsit Bald. Noue. qui referrebat ita consuluisse Ioan. Petru. & Bened. Capram. Et ita hinc inde sunt auctoritates, qd non facile cōgnosci possit, quæ sit communis opinio. Et huius opinionis fundamentum est, quia cum sint nati, & testatori cogniti, videtur qd cesset ratio d. subauditionis, de qua in d. §. cum autem, qui tex. cum in hac materia sit vltimus videtur omnia iura declarare. Ibi. n. dicitur. Nulla liberorum ex his procreandorum adiectione addita &c. & postea dicitur, Nō esse verosimile patrem, si de nepotibus cogitasset, fecisse talem substitutionem. Ego nunc nolo esse iudex inter tot tantosque doctores. Sed bene dicam hanc vltimam opinionem posse procedere, saltem quid de dictis nepotibus aliqua mentio facta fuisset in testō, & sic clare constaret qd de eis cogitauerit. Et ita reperio qd firmant nouissimi Perusini in l. ex facto. §. si quis rogatus, in 7. limit. quam ponunt ad d. l. cum auus, cum similibus. Immo ibi 13. col. in fi. prædictæ limitationis, dicunt idem esse respectu nasciturorum, vt. f. non excludant substitutum, qd de eis in testō sit facta mentio, cum tunc cesset totaliter ratio d. §. cum autem, vt p. b. batur ibi, Nulla eorum liberorum mentione habita. Et ideo alias conituli in magna causa, qd si pater duobus filiis institutis, dicat, & post mortem alterius substituo alterum, & subdat qd si ambo decesserint sine liberis; substituo Gaium, qui erat extraneus, id est non de descendentibus, in prima substitutione inter filios facta inuicem non subauditur cōditio liberorum, quia cū de eis cogitauerit, & fecerit expressam mentionem, ponendo eos in conditione in alia substitutione, constat qd in prima voluit eos esse in conditione, quia si ita voluisset, vtique dixisset, sicut fecit in alia. Et illud consilium meum subscribendo comprobatur quam plures Doct. vsque ad viginti duo, inter quos Dec. Hercula. Curti. Iun. Io. Fran. Calcan. Horman. Prepositus Senes. Lancelot. Politus, & multi alii, vt dixi. & feci in illo consil. 13. fundamenta, habes consilium 128. i. vol. Nec obstat fundamentum contrarium, de quo supra, quia primo dum dicebatur esse plures rationes, dicam quod immo est vnica, scilicet coniectura pietatis, vt per Socin. in d. l. cum auus. Et illa ratio declaratur, & vt ita dicam glossatur, in d. §. cum autem. vt scilicet pietas in hoc sit, quod si pater de nepotibus cogitasset, non est verosimile quod talem substitutionem fecisset eis exclusis, vt ibi dicitur. Et istud fundatur, quia non creditur, quod voluerit proprias successiones excludere, & extraneos præferre, vt d. l. cum acutissimi.

Cum igitur in casu illo de eis cogitauerit, & ita in specie, vt posuerit in conditione in vna substitutione, cessat omnis coniectura pietatis, quæ fundatur in eo, quod non creditur de eis cogitasse, & si cogitasset, sic disposuisset, constat. n. contrarium.

Non obstat qd in d. l. cū auus, dicitur plus dictū, & minus scriptum, &c. quia illud posset procedere, qd nihil esset in tali conditione scriptum, sed cū in illo casu esset scriptum, quia erant positi in conditione in secunda substitutione, non præsumitur plus dictum, quam scriptum reperitur, quia sicut fuit scriptum in ea parte, & in ea fuit memoria scribendi, ita et in alia fuisset scriptū, & memoria præsupponeret, si fuisset dictum, i. si voluisset. Sed quando nihil reperitur scriptum, potest dici dictum fuisse, i. per præsumptionem, i. ea ratione, quia si de liberis illis cogitasset dixisset, cum ergo cogitauerit, & in conditione posuerit in alia substitutione, sequitur, &c. vt dictum est. Cogita tamen, quia non nego articulū valde dubium; & quod æquior est contraria opinio, ista tamen opinio videtur in puncto iuris verior. Et rō cur id testator fecerit, potest considerari, quia in prima substitutione vocauit filium siue nepotem, in secunda vero extraneū, ideo non posuit in conditione filios.

66 Quarta conclusio Bar. sit, qd vt sciatur, an persona, quæ superest, sit talis, quæ ex præsumpta mente testantis excludat substitutum, inspicitur quomodo se habet ad finem, & eius successionem. Nam si ei respectu successionis sit proximior, puta, quia ex forma statuti masculus præferatur femina, nepos, de quo hic, excluderet, &c. Ex quo multum notanter colligitur se 67 cundum Socin. quod si in fideicommissis a testatore ordinatis, puta quod illi de familia semper succedant, quo casu proximior vocari debet, iuxta l. fin. cum ibi notatis. C. de verb. sig. videtur consil.

consideranda proximitas respectu testatoris, non autem personae ultimo morientis, & quae reperitur per fideicommissum grauata. Refert tamen Soci. q. Bal. alias consuluit contrarium, prout refert Alex. in l. si cognatis. supra de reb. dub. & ibi Soc. plene discutit, & firmat istam partem, vt. inspiciatur proximitas personae grauatae, & in si. dicit, q. plene consuluit. Et tu inuenies in consi. 249. lib. 2. in consi. 86. lib. 3. & consi. 73. lib. 4.

Est bene verum quod Ias. in consi. 159. 4. vol. & Dec. in consi. 546. sequuntur aliam opinionem, & expresse reprobant opinionem Soci. in d. l. si cognatis. Et alias vidi consilium excellentissimi cuiusdam Doctoris Vicentini. f. D. Ferrandi de Tiene, qui contra Soci. consulendo dixit, quod eius opinio erat contra omnes & erronea. Ego nunc non intendo disputare ad partes, quia est materia aliena, sed dicam, q. aliis dum Padue legerem, in casu illo in quo consuluerat ille Vicentinus, ego contrarium consului, sequutus opinionem Soci. Et erat tunc quaestio inter filias ultimo decedentis & forores. Erat enim factum fideicommissum inter masculos, & illis deficientibus erant vocatae foeminae descendentes, & omnes praedictae erant de descendentes, &c. Ego enim consului pro filiabus ultimo decedentis, qui erat fideicommissum grauatus; habes consilium meum nu. 126. 1. volum. Et motus fui per plurima fundamenta, omnibus contrariis respondendo. Et plus etiam ostendi q. in terminis istius opinio Soci. erat communis. Et ita nunc dico addendo Ruy. in consi. 191. 2. vol. & Paris. in consi. 40. lib. 2. Et adeo vt solum Ias. & Dec. reperiantur expresse tenuisse contrarium in consiliis praedictis. Sed de eis non est curandum, quia & ipsi aliquando sequuti sunt istam opinionem, vt Ias. in consi. 84. 1. volu. Et Dec. in l. 1. in 14. not. C. de secun. nup. dum se remittit ad Soc. in l. si cognatis, & in consi. 73. Quae nota, quia casus frequenter contingit.

Et vnum nolo praetermittere, quoniam principale fundamentum alterius partis est, vt ipsi dicunt, quia cum per fideicommissum succedatur testatori, & non grauato, (pro quo allegatur l. cohered. §. cum filiae, §. de vulg. & pup.) sequitur q. testatoris proximitas, & non grauati debet attendi.

Sed tenendo, quod credo verius, praesertim in quo consului, respondetur. Et primo dico, q. illud quod solet dici, q. in fideicommissum succeditur testatori, iure non probatur. Nec d. §. cum filiae, probat: ibi enim solum dicitur, q. fideicommissum propriae facultates filii non tenebuntur. Quod certe verissimum est, & rationale, quia testator regulariter de alienis disponere non potest. l. conficiuntur. §. 1. de iure codicil. Dicitur ergo eius dispositio procedere tantum respectu bonorum suorum, & hoc est, qd. voluit dicere ille tex. (loquor si aliud non constat) non tamen nego immo aperissime fateor, q. qui per fideicommissum succedit, dicitur habere & venire ex dispositione testatoris: verum quod testatori succedat, qui iam habuit suos successores, ibi non probatur. Nec etiam verum puto simpliciter loquendo: nam cum bona deuenierint ad grauatum, fideicommissarius dicitur ei in d. bonis succedere.

Illud ergo quod vulgo dici solet, s. q. succedat testatori, debet intelligi respectu dispositionis siue ordinationis, vere tamen non testatori, sed grauato succeditur, qui immediate bona habuerat. Et ita in simili dicitur de veniente ex pupillari, vt scilicet ex dispositione patris veniat, tamen pupillo dicitur succedere, vt est notum, & declarat Bald. in consi. 216. in fin. lib. 3. Nota tamen, quia non dico q. fideicommissarius sit haeres grauato, sicut etiam non est haeres testatoris. Sed dico, quod in illis bonis succedit grauato ex dispositione testatoris: & illo respectu potest dici testatori succedere, & ita potest saluari quod communiter dici solet, vt videtur declarare Soci. (licet ad aliud propositum) in d. l. cum auus, col. mihi 49. versic. vndecimo dicebatur.

Vel secundo dici potest, q. id quod dicitur, fideicommissarium succedere testatori, procedit & intelligitur. s. mediante persona grauati, de cuius manu accipit, & cui immediate in bonis illis succedit. Et tolerabile est hoc, argumento eius quod dicitur, q. haeres haereditis dicitur haeres testatoris. l. si. C. de haer. instit. Et ita in terminis declarat Corne. in consi. 97. lib. 1. & in consi. 22. lib. 2. Illud ergo quod dicitur, inspiciendam proximitatem eius, cui succeditur, verum est, quando succeditur directo, vel immediate, vt sic de manu sua capiat: sed in proposito immediate aut directo non succeditur testatori, nec de manu eius capitur, sed mediante persona grauati de cuius manu capitur: ergo sequitur, q. non testatoris proximitas, sed grauati attendi debet. Et ita praecipuum fundamentum partis contrariae videtur retorqueri.

Hanc tamen conclusionem semper limitabis, nisi de contraria voluntate testatoris constaret, quia tunc eam seruaremus. Procedat ergo in dubio, quando aliquibus deficientibus vocantur proximiores, cogita tamen.

Quinta & vltima conclusio Barto. sit, q. testator in sua dispositione praesumitur illud velle, quod vult statutum suae ciuitatis. & cum eo se conformare creditur. Et ideo infertur secundum Barto. q. tex. noster non procederet stante statuto, vt per eum

Cum quo transeunt Cuma. Pau. de Cast. & alii pleriq. Sed in 7. rium videtur vrgere tex. noster. Nam si talis conformitas attendatur, certe in isto tex. ambo pariter succederent sic interpretata mente testantis, cum ita sit de iure communi, vt. s. nepos & neptis, de quibus hic pariter admittendi essent: & tamen hoc est falsum, vt est tex. hic. Non. n. creditur testatorem se conformare cum dispositione iuris cōis respectu partis haereditatis, ita ergo nec in casu Bar. videtur q. se conformet cum statuto respectu totius arguen. de parte ad totum &c. vt per Imo. qui ita contra Bar. arguit: subdens etiam q. contra Bar. facit, quia videtur constare de praedilectione neptis, cum illam totaliter & expresse substituerit & non nepotem. Cuma. transiens cum Bar. dicit vñ, ex quo tolleretur argumentum Imolae, videlicet, q. iste nepos tempore mortis patris erat mortuus, sed vt dicit Ale. & Ruin. istud nimis restringeret, & violaret istum tex. & non saluaret intellectum Bar. qui absolute praesupponit, nepotem viuere Pau. de Cast. hic in lect. Paduana, quae communiter habetur, tenet cum Bar. limitando tamen quando ille vltimus decederet intestatus, quia tunc bene procederet consideratio statuti, facta per Bar. secus si testatus decederet & extraneum institueret, &c. vt hic per Alex. qui dicit quod in l. pen. hoc sequutus fuit.

Considera, quia ista limitatio non videtur tuta. Nam Bar. considerat praesumptam mentem testatoris, fundatam in statuto, ex qua dicitur, quod testator eo casu non creditur voluisse neptem vocari. Haec autem voluntas non debet alterari ex eo, q. ille filius fuerit testatus, cum testator sit mortuus cum illa praesumpta voluntate, & eius arbitrium non redit amplius. l. 1. C. de sacrosanc. eccles. & ita dicitur immutabile.

Contra Bar. et tenet Pau. de Cast. in lect. Bonon. vt hic per Ale. & Rui. Mouetur, quia tunc persona ex praesumpta mente testatoris vocatur, q. est de numero institutorum, vt loquitur d. l. pe. quod non est in isto nepote: non enim fuit institutus. Praeterea statutum loquitur ab intestato, sed a dispositione eius in successione intestati dicitur recessum per causam testati, ergo &c. Neptis igitur succedet ex testamento, &c. Et dicebat Pau. de Cast. in lectura Bonon. q. dictum Bar. sibi nunquam placuit. Alex. in effectu post multa sequitur Bar. in terminis istius tex. attento q. interpretando secundum statutum, verba non improprantur.

Sed quando verba improprantur, nō sic diceret, iuxta Doctrinam communem in l. Gallus. §. quidam recte, §. de lib. & posthum. videlicet, quando instituo fratrem & filios eius &c. per c. Rayn. extra de testa. Nisi tamen tunc effemus in casu, vbi aliqua necessitate deberemus sic interpretari, puta pro conseruando testamentum prout loquitur d. §. quidam recte, secundum vnum intellectum. Et ista consideratio necessitatis cadit etiam in l. si duo, supra de acquiren. haered.

Sed aduerte, quia ista distinctio vtrum verba repugnent siue improprantur, & tunc in actu voluntario, non dicatur se conformare, videtur quod non procedat, quia prout etiam dicit hic Ruin. hoc videtur contra Doctrinam Bar. in l. vt iurisur. §. si liberis, infra de oper. liber. allegatam hic per Alexan. f. nam ibi recipiens emphyteusim pro se filijs masculis, & foeminis, stante statuto, de quo agitur, dicitur accepta ordine successiuo, vt statuto videatur habita conformitas: & tamen ibi verba copulatiua improprantur.

Sed contra Alex. si in tex. isto primus decessisset cum femina, statutum non loquitur, sed ius commune vocat pariter, cui videtur conformare, & tamen non credo verum, quia si id esset, nunquam procederet iste tex. Et ita tenendo non obstant allegata in contrarium per Imo. & Pau. de Cast.

Nam primo ad argumentum Imolae de isto tex. respondetur, q. hic concurrat, q. ista neptis hēt expressam voluntatem defuncti in totum, & habet dispositionem legis in parte pariter cum nepote, & ita illa dicitur habere ius potentius. Quae ratio cessat in casu Bar. stante statuto, quia nepos habet dispositionem legis siue statuti in totum, cui dicitur testator conformari. Est verum, q. ipsemet Alex. videtur hanc solutionem reprobare seu ex verbis eius videtur reici, quia negari potest, q. neptis in isto tex. habeat expressam voluntatem, quia verba repugnant, ex quo vocatur, si vterq. &c. quod non euenit. Et licet Alex. hoc dicēs, loquatur respectu casus, quando praesupponitur statutum, tamen procedunt etiam quādo loqueremur extra statutum: & ita Ruin. hic hanc solutionem Alex. reprobat.

Ad secundum argumentum Imolae respondetur secundum Alex. q. non valet illa consequentia. Non est quis vocatus, ergo non potest dici praedilectus, seu non praepositus. Nam hoc videtur contra d. l. cum auus. Sed hanc solutionem reprobat Ruin. quia dispositio d. l. cum auus, & similibus procedit tantum respectu eius, quod alicui iam fuerit acquisitum. Nam in eo etiam eius descendentes dicuntur dilecti, licet non sint vocati: sed hoc non est in casu nostro, quia agitur de alia portione, scilicet persona grauata, quae non erat pater nepotis.

Ad argumenta Pau. de Cast. videt Alex. Ad primum respon-

D. Maria Soc. Iun. in l. Hæredes. §. cum ita

det, q̄ licet iste nepos non sit de numero institutorum, tñ satis est q̄ est de descendentiis, & ex vno ex institutis, arg. d.l. cum auus, & l. cum acutissimi. C. de fideic. Verum vt dicit Rui. ille tex. non facit, quia loquitur respectu portionis patri eius acquisitæ. Nos autem loquimur respectu alterius, vt modo dixi.

Respondet etiam Ale. ad secundum argumentum Pau. dñ dicebat, q̄ statutum loquitur ab intestato. Nam dicit Alex. q̄ et cum causâ intestati concurrat tacita voluntas defuncti, per l. con ficiuntur, §. de iure codicil.

Sed ista solutio secundum Ruin. videtur inepta, quia cum iste testator fecerit testamentum, dicitur totaliter a causâ intestati recedere. Et ex his videtur q̄ opi. Bar. hic (licet communis videatur) non videatur iure procedere: tum quia non habet fundamētū bonū, tum et quia fr̄is non videtur posse bene responderi.

Contra Bar. et facit l. ex facto. §. si quis rogatus, il primo, §. eo. iuncta auth. licet. C. de natur. liber. Sed quo ad l. ex facto. §. si q̄s rogatus, dic q̄ non videtur vrgere. Et potest duobus modis responderi.

Primo quia ibi non consideratur concursus de iure inter filium naturalem, & substitutum, vt scilicet de iure substitutus excludat naturalem ab intestato, quia potest esse nō extraneus. Et dictum Bar. intelligitur, q̄ testator videtur se conformare, &c. scilicet ab intestato.

Secundo potest responderi, q̄ si alio modo inspicitur ius in casu illo, hodie testator videretur se conformare, quia. l. quando q̄ ditio, si sine liberis &c. subauditur, vere etiam naturales faciunt conditionem deficere. d.l. generaliter. §. cum autem. Et in hanc partem q̄ Bart. videtur inclinare Rui. licet non se firmet. Ripa post longam disputationem, & plura hinc inde allegata, dicit, q̄ teneret contra Bar. si aliud non alleget quam sola dispositio statuti: Sed si alia adesset præsumptio, teneret cum Bar. Et putat distinguendum in casu, de quo disputamus. Aut testator dixit, si decesserint sine liberis masculis, & tunc propter expressionē masculinitatis, per quam conseruatur agnatio, dici potest q̄ testator videatur habere considerationem statuti, in quo propter masculos foemine excluduntur, & quidem fauore agnationis, cui etiam testator v̄ voluisse fauere. Aut dixit simpliciter si sine liberis &c. & tunc quia etiam foeminae veniunt. l. liberorū. §. de verb. signi. l. i. & ibi Doct. C. de legiti. hæred. & de cond. infer. stabitur verbis, & nepos excludet, non obstante statuto. Cogitabis, quia vbi velis tenere simpliciter contra Bar. vbi non fuerit dictum, sine masculis &c. forte etiam si addatur, masculis, idem dicendum erit: posito tamen, q̄ ita esset dicendum, vbi nullum extaret statutū, loquēdo simpliciter in terminis iuris cōis. Pone enim q̄ in isto §. fuisset dictū, sine masculis? Nā si tenemus, q̄ procedat tex. noster, credo q̄ procedet, et dato, q̄ extaret statutum.

Licet. n. dixerit sine masculis, propter quod videtur habuisse affectionem ad agnationem conseruandam, tñ neptis ista excluderet nepotem, per §. istum simpliciter loquentem. Similiter et v̄ idem dicendum, stante statuto. Nec te offendat prædictio testatoris, quam videtur habuisse ad sexum masculinum, quia ea non debet neptis excludi a parte vltimo decedentis per rationem allegatam hic in tex. Qm̄ & vbi non dixerit masculis, constat de prædilectione filiorum suorum, cū illos posuerit in conditione ad exclusionem neptis: & tñ neptis uocatur ad partem vltimo decedentis. Et quod prædicta distinctio non sit uera, considera etiam q̄ expressio masculinitatis nil aliud facit, nisi q̄ in casu, quo substitutus excludi deberet, non per omnes filios excludatur, sed tantum per masculos: sed non operatur exclusionem fieri, vbi alias non esset per filios simpliciter exclusus.

Nunc autem dico, q̄ filii primo decedentis non sunt positi in conditione ad exclusionem substituti a portione vltimo decedentis, ut est casus, hic merito illud sequi non debet propter extensionem masculinitatis, illa enim facta est, ut exclusio substituti magis restringatur: vnde non debet illam augere, argumento l. legata inuuliter. supra de legatis primo, cum simil. Facit l. quod fauore. C. de legi. Sed secundum illam distinctionem augetur exclusio propter illam expressionem, ergo &c. Sic igitur v̄ q̄ indistincte contra Bar. teneri possit, & est pulchra conclusio ad disputandum, quia est contra communem. Cogitabis tamen.

Bar. format quartam, & quintā oppositionem extra gloss. & post eas reasumit fere omnia supradicta per distinctionem & re-
70 resoluit difficilem illum & nodosum articulum, † An & quando facta substitutione pluribus, requiratur conditionem impleri in persona omnium, ut substitutioni sit locus, an vero sufficit existere in persona vnus respectu portionis eius. Et sequendo eius ordinem ex dictis eius in primo membro colliguntur nonnullæ conclusiones. Prima ergo conclusio sit, quod quando substitutio facta ex pluribus separatim, ita vt testator videatur cuiusque personam considerasse, sufficit conditionem impleri in persona vnus, vt scilicet respectu suæ partis locum habeat substitutio: & istud operatur illa separatio substitutionis per iura Barto. Et nota, q̄ ista conclusio procedit in quacunque sub-

stitutione, & tu scias ponere exemplum in qualibet. De vulgari est tex. in l. pen. §. de iniust. rup. test. posito, q̄ ibi substitutio esset facta separatim, prout magis cōiter intelligitur. Et licet Docto. hoc velint probare, ponderando q̄ in simili casu, de quo in l. si posthumus a primo. in fi. prin. ibi. nam & cum duobus, & singulorum locum &c. de libe. & posthu. substitutio fuit facta separatim. Tamen, ni fallor, consequentia est satis inepta præsertim cū sint leges diuersorum Iuriconsultorum. Videtur ergo separata substitutio aliter probari, prout aduertit Ruin. quia ibi præsupponitur, nobis plures fuisse substitutos, ibi a substitutis nostris, &c. Et statim vno institutorum deficiente, dicit q̄ in eius locum substitutus vocatur, ergo separatim, quia alias diceret substituti vocantur. Probat etiam in d. l. si posthumus a primo, iuncta glo. & in l. cum ex filio. §. si. ibi. vt in tertio gradu, quasi dicat, nō sic in secundo, de vulg. & pupil.

De pupillari probatur in l. pater filium. §. si. secundum vnū intellectū §. ad l. Fal. & est tex. in l. vel singulis, §. de vul. & pup. De fideicommissaria probatur in l. si. filium, de lega. 2. & in l. Lucius, §. Gaio, §. eo. inducendo a fortiori, ibi enim fuit facta substitutio simul, sed quia ambo censentur grauati, procedit quod ibi dicitur, ergo fortius si separatim fuissent ambo grauati.

Nota etiam quia ista conclusio sic generaliter posita ex intentione Bar. procedit quicunque fuerint instituti.

Item etiam quicunque substituti, etiam extranei, cum non distinguat vt videtur facere in sequenti membro, quando simul. Sed reperio, q̄ Pau. de Cast. in d. §. Gaio, dicit, q̄ si duo filii sint instituti, & fiat fideicommissaria vni post mortem de extraneo, & ille decedat sine liberis, sed cum fratre, non vocabitur substitutus, ex quo frater ille a patre erat etiam institutus: Sicut enim subauditur conditio liberorum. d. l. cum auus, ita etiam fratrum institutorum, per rationem d. l. cum acutissimi.

Ad quod etiam allegat l. si. C. de insti. ibi, si enim suæ substantiæ partem &c. sic igitur videtur dicendum in proposito, vt non sufficiat vnū mori, licet substitutio fuerit facta separatim. Pulchra est opinio, & videtur habere æquitatem, tamen mihi videtur, q̄ repugnet verbis testatoris, & iure cautum non reperitur, vnde standum verbis videtur, vulgata d. l. non aliter &c.

Ad d. l. cum auus, rēderetur, q̄ non facit, quia loquitur tantum de filiis grauati, nō de fratribus. Et licet frater sit de liberis testatoris, tamen non est mediante persona grauata, & ita respondeatur, ad l. cum acutissimi, ad l. si. C. de insti. respōdetur, q̄ loquitur in substitutione pupillari tacita & subaudita a lege, vt. l. §. marē non admittatur, cum fuerit facta cohæres: sed nos loquimur in substitutione expressa a testatore. Sic igitur videtur contra Pau. concludendum, q̄ etiam in fideicommissaria conclusio prædicta procedat indistincte, etiam extraneo substituto filiis. Et pro hoc videtur d. l. pater filium. §. si. secundum vnū intellectum, prout etiam allegat Ripa. Cui adde l. vel singulis, §. de vul. & pu. in eorum generalitate. Et licet iura illa loquantur in pupillari, fortius procedat in fideicommissaria, quia in ea non consideratur conseruatio legitimiæ successione, sicut in pupillari.

Secunda conclusio Bar. sit, (& nunc ingredior materiam vul-
72 garis, facte pluribus simul) q̄ si pluribus institutis fiat vulgaris simul, vel simpliciter, puta, si hæredes non erunt: vel per copulam si T. & S. hæredes non erunt, non habet locum substitutio, nisi omnes non sint hæredes.

Et nota, quia Bar. idē et tenet in proposito vulgaris, qñ subfō esset facta cum adiectione nominis collectiui, puta si ambo, omnes, vterq; &c. non erunt hæredes. Sic igitur secundū Bar. in vulgari firmatur conclusio quasi generalis, vt conditio debeat impleri in persona omnium. i. q̄ nullus sit hæres, vt substitutus vocetur. Et cum Bar. est communis opinio vt per Alex. qui in hoc articulo satis confuse procedit Soc. plene examinat in l. i. de vulg. & pupil. in secunda questione quintæ questionis prin. col. 23. & distinguit quinq; casus, vt per eum, & nos consideremus tres, in quibus loquitur Bar. omisso tertio & quinto ex casibus Soc.

Aut ergo simpliciter, aut copulatiue, aut cum nomine collecti-
uo sit substitutio vulgaris. In primo casu qñ simpliciter, Ang. hic tenet contra Bar. per d. l. pen. de iniust. rupto testa. dices q̄ ibi videtur esse casus. Nam ibi videtur q̄ substitutio fuerit facta pluribus simpliciter, cum ibi tantum dicatur institutis fuisse datos substitutos, nec appareat quomodo, vnde videtur intelligendum. §. simpliciter: & tamen ibi vocatur ad partem. Et idem per illum tex. ante eum voluit Bal. in d. l. penul. C. de impub. & alijs subfō vt hic per Alex. & Soc. in d. l. i. Qui Bal. etiam pro hoc allegat d. l. Lucius. §. Gaio, §. eo. Et tenendo istam opi. non obf. d. l. quamuis, cum glo. allegatis per Bar. quia nihil faciunt, neque videtur sentire quod Bar. credidit. Nam in l. quamuis, non dicitur, q̄ vno decedente, vel repudiante substitutus non vocetur. Nec etiam glo. ibi illud voluit, quoniam vt doctores dicunt ibi, glo. intelligit substitutionem, de qua ibi, non resolui in singularitates respectu cōprehendēde tacite pupillaris in persona impuberis, vt declarat Alex. hic, Soci. in d. l. i. & ita etiam debent declarari gloss. in l.

in hoc articulo, & in l. falsa, allegatae per Bart. Quod satis suaderi potest, quia cum de d. l. quamuis loquatur, debent intelligi fin terminos eius, iuxta Doctr. Bar. in l. 3. §. si liberationis verba, de liber. leg. Et ad rationes Bar. responderetur, ad primam dū considerabat vnum effectum, potest dici, quod ab eo non videtur pendere, an in singularitates fiat resolutio, ut iam dixi. Posset etiam dici, quod immo considerari possunt plures effectus, prout dicebat Bald. in d. l. pen. & refert Soc. in d. l. i. in secundo casu, ubi declarat Bart. ut ibi dixi. Dicit enim Bald. quod cum sint plures instituti, quilibet pro parte, considerantur plures effectus.

Ad secundam rationem de iure accrescendi allegatam per Bart. potest responderi, quod regula est contra eum, quia pro regula substitutionis excluditur accrescendi. l. j. §. in primo, & sequenti. C. de caduc. tollen. & l. 2. §. penult. de secund. tabu. Et ita in effectu respondebat Ale. ut Ruin. refert.

Et nota, quod Imo. hic hanc opinionem in puncto iuris dicit esse veriorum, necdū in casu illo primo quando simpliciter, sed etiam in secundo, quando copulatiue, puta, si T. & S. hæredes erant & c. licet Ang. eo casu sequatur Bar.

Mouetur Imo. ratione vrgenti. Nam vno tantum hæreditatem adeunte, si alius repudiat, non dicitur verificari conditio affirmatiua si T. & S. hæredes erunt & c. per regulam l. si hæredi plures, de condi. insti. Quo posito, sequitur, quod si affirmatiua non impletur, videlicet & c. dicitur impleri negatiua, ei opposita videlicet Si T. & Seius hæredes non erunt, & sic dicitur impleta conditio substitutionis, ergo & c.

Et hanc opinionem in puncto iuris sequitur hic Alex. Sed tamen prædictis non obstantibus, in vtroque casu videtur tenenda communis opinio, quam postea vtr̄ etiam Imo. saluare. Et cum ea etiam (licet aliquoties dubius) vtr̄ transire Soc. in d. l. i.

Nam s̄m Imo. hic negari non potest rem habere dubietatem. Nam vtr̄ non esse verum, eos non esse hæredes, cum vnus sit. Sed e contra etiam videtur verum eos esse hæredes, ex quo vnus non est. Vnde in dubio debemus capere eum sensum, qui magis respondet verosimili menti testantis, vt. si considerare debeamus vtrum testator voluerit, vel velle præsumatur, substitutum, vel cohæredem vocari. Sed inquit ipse verosimilius est, quod voluerit admitti cohæredem, quia cum dicitur magis dilexisse.

Cum pro regula dici solet, quod testator semper dicitur magis institutum, quod substitutum diligere. l. Publius. §. si de cond. & demon.

Caue tamen, quia hoc videtur procedere respectu partis eius, in qua fit substitutio: & ita loquitur d. §. si. Nam ibi quod erat dandum puero, cum fuerit annorum sexdecim: non erit prius dandum substituto eius, quam tale tempus transferit, ne plus ad substitutum, quam ad puerum perueniat & c. Sed nos loquimur respectu alterius instituti, & portionis alterius. Si enim ex alio substitutus esset vocandus, velut repudians substitutus, ex hoc, quod sit alius institutus, non esset excludendus, quia prædilectio de qua in d. §. i. consideratur respectu eius, de cuius substituto agitur: quod non est hic. Cogita tamē. Pro cōi tamen facit pulchra consideratio Soci. in d. l. i. in secundo casu, quia in vtroque casu videtur, quod significatio sumatur ex vniuerso in oratione negatiua. Nam & c. vnde succedit regula, quod illa falsificata in parte, tota redditur falsa. l. si is qui ducenta. §. vtrum. §. de reb. dub. ergo in proposito non est impleta conditio substitutionis. Et dicam, quod vtrunq; falsum est. l. Titium & Seium hæredes non erunt, & similiter Titium & Seium hæredes esse, prout dicitur in d. §. vtrum. de illa oratione, omnes impubes decepsisse, vel omnes puberes decepsisse. Et ita dicit Soc. in d. l. i. Quo posito aperte sequitur, non debere uocari substitutum, qui solum dicitur vocatus si Titius & Seius hæredes non erunt, vel simpliciter si hæredes non erunt, quæ conditio dicitur deficere, vno adente, ergo & c. etenim cū substitutio sit facta sub dictione pluraliter prolata, nõ verificabitur parte conditionis impleta, nisi tota impleatur, quia ut dicit Doctr. a verborum proprietate non debet recedi, nisi constet de mente testatoris, d. l. non alter, s̄pius alleg. hic aut nõ costat, ergo & c. dixi in præmissis post las. in l. Gallus. §. quod si is, §. de lib. & posth.

Et tenendo hanc eõem opinionem in utroq; casu, non obstat allegata in contrarium. Et primo ad l. penult. de iniusto rup. testat. patet responsio ex iam dictis, quia procedit ea ratio, quia dicitur facta substitutio separatiu, ut dixi in prima conclusione.

Non obstat d. §. Gaio, allegatus per Bal. quia ille tex. (ut est cõe dictum) procedit ex eo, quia omnes instituti sunt grauati, ut probatur ibi, redditis restituatis & c. Et si es memor diximus supra in tertio notab. in illo difficili puncto, in quinto casu Soc. in primo memb. Præterea ibi sumus in fideicommissaria, nos loquimur in vulgari. Non obstat illa vrgens ratio Imolæ, quia non ualet consequentia, non verificatur ista affirmatiua, si T. & S. erunt hæredes, uno repudiante, ergo verificatur negatiua, si T. & S. non erunt hæredes.

Nam ut dictum est, dicam vtrunq; falsum, dicendo significationem ex vniuerso esse præsumptam mente, & dicitur hic Rui. licet multū obscure, quod si aliter diceremus, & uellemus substitutum

vocari, vno tantum repudiante, cum sit vocatus simpliciter, faceret, ut nec volens adire posset, quia videtur vocatus ad totum, & conditio videretur impleta. Hoc autem esset omnino alienum a voluntate defuncti, qui dicitur vocasse substitutum in defectum institutorum. Licet ista consideratio pulchra sit, & mihi satis placeat stantibus alijs pro ista opinione ponderatis supra, tamē ex ea sola ego non mouerer. quoniam facile posset responderi, dicens, quod substitutio non dicatur facta nisi ei, qui non adierit, & ad partem eius. Et dici posset quod significatio sumeretur ex particulari, & ita non impediretur alter adire. Verum quia alia vrgent, & volumus potius ex vniuerso sumi, ut per Soci. in loco prædicto, fundando totum hoc in præsumpta mente, dicam, quod ista consideratio Rui. potest admitti, dependens ab alijs s̄. deductis. Sed aduerte quod cõtra communē secundum Ruin. videtur gl. cõiter approbata in cle. in plerisque de elect. sup. ver. & populo,

vbi dicitur substitutio illa, volēs quod in ecclesia illa carere clero, & populo, episcopus p̄fici non debet, non p̄cedit, si vnū habeat. Et sic oratio illa copulatiua, & negatiua nõ procedit, si vnum deficit. Sic igitur videtur in casu nostro, ut dicamus, quod substitutus vocatus, si Titius & Seius non erunt hæredes, vocetur, vno tantum non existente. Et dicit iste Doctr. quod hoc valde vrget, & quod Imol. ita p̄derabat in d. clem. & incipit referre quædam dicta Imol. hic quasi videatur inelinare per illam glo. contra opinionem Bar. & communem. Sed tandem dicit quod dicta Imo. sunt logicalia, & non attendenda in iure. Et concludit propterea non esse recedendum ab opinione Bar. Sed ad illam gl. virtualiter nihil respondet. Sed ut respondeas, & dic quod nihil facit. Immo facit in contrarium. Nam substitutio dicit, si ecclesia caret clero & populo, si clerum aut populum habet, non procedit, quia verba eius non verificantur, cum tunc ecclesia non caret vtroque, vnum habens. Sic ergo & hic substitutus vocatus, si illi non sint hæredes, non vocabitur vno adente: quia verba non verificantur, ut illi non sint hæredes, cum vnus sit. Et sic non agitur ibi, ut dispositio copulatiua in vno verificetur, sed procedet si vtraque non adit, sicut p̄prie dicimus in casu nostro. Et miror quod Rui. alioquin oculatissimus,

ad hoc non aduerterit. Circa vero tertium casum quando d. i. vulgaris esset facta per nomen collectiuum, ut si ambo, si vterque, si omnes & c. ut dixi, conclusio Bar. eadem est, ut si vno repudiante, non vocetur substitutus, sed demum nullo existente hærede, & cum Bar. est communis opi. Imo. tamen hic videtur tenere contrarium, quia, si est dicitio collectiua, negatiue prolata, verificatur vno nõ adente, quia verum est ambo, aut omnes non esse hæredes, ergo debet esse locus substitutioni factæ sub ea conditione. Pro resolutione difficultatis aduertendum est, quia aut instituti sunt filij testatoris, & substitutus est extraneus, & indistincte credendum est, testatorem voluisse non vocare substitutum, nisi in defectum omnium filiorum, & de hoc in simili videtur tex. in d. §. Item si pater, vt sic alias substitutio non sit locus, quam si omnes non sint hæredes, & hoc siue velis, quod verba sui natura importat, ut voluit hic Bar. siue etiam velis, quod aliter importent, quoniam a verborum significatione receditur, ut menti testatoris satis fiat, ut d. §. Item si pater, in simili casu.

Aut instituti sunt extranei, & reperio quod Ripa col. 12. distinguit, quibus verbis sit vsus testator. Nam si dixerit, si ambo & c. potest procedere opinio Imole. Quoniam verbum illud, ambo dicitur mere collectiuum, & vno non adente, verum est ambo non esse heredes, ergo & eo casu standum erit verbis, cum non adit præsumpta mens testantis in contrarium, cum de liberis non agatur. Sed si vsus fuerit, si omnes, vel si vterque, tenet communem, quia tales dictiones, licet sint collectiue, possunt tamen accipi etiam distributiue. Et dicuntur tantum importare, quantum si nullus fuerit hæres, quia negatiua postposita signo vniuersali facit, & qui pollere suo contrario, ut est gl. & ibi Doctores in l. legitimos, §. i. de legit. tut. Et in casu nostro debet capi isto secundo modo, & per consequens requiritur nullum esse heredem, ut substitutioni sit locus, ut per eum. Cogita, quia forte verius est, quod etiam in primo casu procedet communis opi. licet dicitio, ambo, videatur mere collectiua, quia mihi videtur, quod ex eo debeat multo magis procedere. Nam collectiua dicitio dicitur, quæ in sui sonõ comprehendit & colligit plures, ut dixi s̄. in primo præmissis; vnde si dicam, si ambo non sint hæredes, substituto & c. videtur, quod substitutio non procedat, nisi impleatur conditio, ut. si. ambo non sint hæredes, quod est dicere, quod in persona cuiusque reperiat hoc, quod non sit hæres. Et vt s̄. dictum fuit, licet verum sit hoc, ut illa propositio sit falsa, videlicet ambo esse hæredes, cum vnus repudiet, tamen dicitur falsa etiam contraria, si ambo non esse hæredes, cum vnus adeat: sic ergo vtrunque falsum erit, ut in simili dicitur in d. l. si is qui ducenta. §. vtrum. §. de reb. dub.

Aut instituti sunt extranei, & reperio quod Ripa col. 12. distinguit, quibus verbis sit vsus testator. Nam si dixerit, si ambo & c. potest procedere opinio Imole. Quoniam verbum illud, ambo dicitur mere collectiuum, & vno non adente, verum est ambo non esse heredes, ergo & eo casu standum erit verbis, cum non adit præsumpta mens testantis in contrarium, cum de liberis non agatur. Sed si vsus fuerit, si omnes, vel si vterque, tenet communem, quia tales dictiones, licet sint collectiue, possunt tamen accipi etiam distributiue. Et dicuntur tantum importare, quantum si nullus fuerit hæres, quia negatiua postposita signo vniuersali facit, & qui pollere suo contrario, ut est gl. & ibi Doctores in l. legitimos, §. i. de legit. tut. Et in casu nostro debet capi isto secundo modo, & per consequens requiritur nullum esse heredem, ut substitutioni sit locus, ut per eum. Cogita, quia forte verius est, quod etiam in primo casu procedet communis opi. licet dicitio, ambo, videatur mere collectiua, quia mihi videtur, quod ex eo debeat multo magis procedere. Nam collectiua dicitio dicitur, quæ in sui sonõ comprehendit & colligit plures, ut dixi s̄. in primo præmissis; vnde si dicam, si ambo non sint hæredes, substituto & c. videtur, quod substitutio non procedat, nisi impleatur conditio, ut. si. ambo non sint hæredes, quod est dicere, quod in persona cuiusque reperiat hoc, quod non sit hæres. Et vt s̄. dictum fuit, licet verum sit hoc, ut illa propositio sit falsa, videlicet ambo esse hæredes, cum vnus repudiet, tamen dicitur falsa etiam contraria, si ambo non esse hæredes, cum vnus adeat: sic ergo vtrunque falsum erit, ut in simili dicitur in d. l. si is qui ducenta. §. vtrum. §. de reb. dub.

Et sic etiam isto casu dici potest, quod significatio sumetur ex vniuerso, & ideo falsa in parte, tota erit falsa, ut d. §. vtrum, & dicit Soc. in d. l. i. in d. 2. quæstione. Non ergo vocabitur substitutus, nisi vterque repudiet, vel alias non sit hæres.

Si ergo

D. Maria Socin. Iuni. in l. Hæredes. §. cum ita.

Si ergo vnus tantum repudiat, alter, qui adiuit, vti coniunctus, vocabitur.

Et nota, quia per eandem viam idem dico in secundo casu Ripæ, non quia sapiat distributum. Nam ego non video quomodo id considerari possit, quod non quadret, etiã in primo casu eius, quando dictum fuerit, si ambo, si cuncti, vel vniuersi, quos casus æquiparat. Nam si dictio, omnes, sapit distributionem, vel diuisionem, ita & alię dictiones, vel si illę non habent, nec etiam dictio, omnis. Sed ego in omnibus negarem regulariter: sed dico vtrunque requiri, quia sic est natura dictionis collectiue, vt dixi.

Nec prædictis omnibus obstat, quod alias substitutus soleat cõiuncto præferri, vt l. 2. §. penul. de bon. poss. secun. tab. l. 1. §. in primo. C. de cadu. toll. Quoniam respondetur, illud procedere quãdo fit locus substitutioni.

Sed in casu nostro non fit locus substitutioni, ex quo cõditio non impletur: & non vocamus coheredem siue coniunctũ, eo quod ipse præferatur substitutioni: sed quia substitutio euanescit eius cõditione nõ impleta. Et ex his saluata est opinio Bart. & cõmunis simpliciter, & in quolibet ex tribus casibus per Bart. cõsideratis.

79 Limitatur tamen in quolibet casu secundum Ang. hic nisi testator in datione substituti prohibuisset ius accrescendi.

Nam substitutus vocaretur, quia sic credit testatorem voluisse, & ita etiam Soci. in d. l. 1. Tunc enim cessat omnis ratio contraria, quia non potest dici, quod testator videatur voluisse referuare ius accrescendi, cum illud expresse prohibuerit: nec lex debet inducere contra voluntatem testantis.

Et licet cõditio fortasse quo ad vim verborum non videatur impleta, dicitur tamen impleta, quo ad mentem, Nam si prohiberetur accrescendi, creditur testatorem velle, quod non repudians, substitutus admittatur. Vel melius dicam, quod immo eo casu vere impletur, quia ex mente testatoris significatio orationis dicitur sumpta ex particulari, videlicet quicumque non fuerit hæres &c. Et istam limitationem simpliciter, & vno verbo ponit etiam Ruin.

Hæc pauca circa regulam sufficiant, quæ proprie respiciunt dicta Bar. Cætera vero iuxta eius dicta vide hic per Doct. & per Socin. in d. l. 1. ubi ponit in tertio casu, quando esset dictum, si neque Titius neque Seius &c. & in quinto casu, quando alternatiue facta esset substitutio, de quibus etiam hic per Ale. cõfusse tamen procedentem. In quibus tamen Soci. concludit in primo, si neque Titius neque Seius hæredes erunt, conclusio est, quod uno tantum repudiante non uocetur substitutus, quia illa cõditio nõ dicitur impleri ex quo vnus est hæres, ita post Bar. Imo. Pau. de Cast. & alios firmat Soc. in d. l. 1. in suo tertio casu, & secundum eum probatur in d. l. si is, qui ducenta. §. item si pater, in uer. si. hoc enim modo concipi oportet &c. §. de reb. dub. & in l. quidam testamento Proculum, §. de uulg. & pupillar.

In secundo, & sic in suo quinto, scilicet si Titius uel Seius hæredes non erunt, cui etiam æquiparat, si dicatur, si quis ex institutis hæres non erit: & post Ange. & alios concludit, quod uno etiam solo repudiante uocatur ad illam partem substitutus, quia talis est natura alternatiui, & distributiui, ut per eum, licet punctus sit dubius. Qui tamen post Ange. limitat, nisi instituti essent filij, & substitutus extraneus, pro quo tamen facit d. l. si is qui ducenta, §. item si pater, supra de reb. dub.

30 Circa pupillarem substitutionem pluribus factã simul, conclusio Bart. est quod si facta sit simpliciter, uel per copulam, ex ui & importantia uerborum, uno mortuo uocatur substitutus.

Ita recte intuenti uult Bar. dum dicit idem in pupillari quod in fideicommissaria. In qua postea pro regula sic dicit.

Motus quia confertur in tempus, quo non est locus iuri accrescendi, & quia respicit diuersos effectus, ut per eum.

Vult tamen quod licet ita esset dicendum ex ui uerborum, tamen ex presumpta mente testatoris non sic est dicendum, sed debet expectari mors utriusque. Et hoc quia superest alter pupillus, qui ex presumpta mente defuncti substitutum excludit, fundando se in l. penul. C. de impuber. & alijs subst.

Et istud multo fortius procederet, si pupillaris facta fuisset per nomina collectiua, quia tunc non solum adest ratio prædicta, sed etiam proprietates uerborum, quæ est ut utrunque impleatur, ut hic in uer. prima quidem facie, &c.

Ista est intentio Bar. respectu pupillaris substitutionis. cum quo est communis opinio. Non ergo sufficit cõditionem impleri in persona unius, sed oportet utrumque impuberem mori. Socin. hic in tertia limitatione secundæ conclusionis, in uno casu dicit hanc, conclusionem de iure non procedere, uidelicet quando facta esset substitutio, puta &c. Nam tunc putat, quod uno moriente, licet alius uiuat, substitutus uocabitur, & quod talis substitutio sic simpliciter facta, resoluatur in singularitates: dicens quod ita uoluit Bar. in d. l. pen. Est uerum quod ita Bar. ibi, dicit, sed tamen in si. se remittit ad ea, quæ hic dicit, unde &c.

Sed quicquid de mente Bar. sit. Soci. probat primo per regulam d. l. falsa, §. fina. & l. 2. in fi. §. de cond. institutio. cum diuersi effectus considerentur.

Secundo per d. l. pater filium, §. fin. inducendo fortiter, ut per eum. §. quod ambo decedant testati, & sic etiam primo decedens.

Tertio, quia solum videtur conseruatum ius legitimarum hæreditatum quando fit supremo, ut ibi, & quando per nomina collectiua, ut d. l. pen. ergo alia secus, puta, quando simpliciter pluribus fit. Et pro hoc videtur text. in l. vel singulis, §. de uulg. & pupilla. dum dicit, quod conseruatur ius legitimarum hæreditatum, si nouissimo fiat substitutio, quasi dicat non alias. Nã vñ facta substitutio singulis, quod potest intelligi, vel separatim, vel simpliciter.

Non obstat ita tenendo, d. l. pen. quia ibi erat facta per dictionem, si uterque, & in eo fit ibi fundamentum, ex quo videtur, quod a proprio sensu faciat pro Soc. Ad l. cum acutissimi, & §. cum aut, &c. respondetur, ut pluries dictum est, quod procedit respectu portionis uni relictæ, ut scilicet in ea illum, & suos liberos dicatur prædilexisse. Non sic respectu portionis alterius, ut in isto casu. Ista est pulchra opinio in disputando, quam tenet Ang. in d. l. penul. & ego alias illam l. interpretando in iuuentute mea, illam sustinui. Nunc autem arbitror non esse recedendum a communi opinione Barto. & aliorum hic, quicquid dixerit Socin. prout etiam sequuntur hic Rui. & Rip.

Et fundamentum sit ex intentione Bar. quia presumpta mens testatoris, ne scilicet extraneus præferatur filio suo, & fratri defuncti, operatur, ut dicatur testator voluisse conseruare ius legitimarum hæreditatum, & quod substitutionis cõditio pluraliter expressa requirit implementum in utroque, & non resoluatur in singularitates, maxime cum illa resolutio aliquo modo repugnet uerbis, & non fiat, nisi de mente appareat, ut per Iac. in l. Gallus, §. quod si is, supra de lib. & posth.

Ad quod bene facit, prout etiam Rui. dicit d. l. si is qui ducenta, §. item si pater. Nam si ibi recedimus a uerborum significatione fauore filiorum, multo magis uerborum significatione eodem fauore debet inferri.

Non obstant allegata per Socin. Nam ad regulam d. l. falsa, §. si cum similibus respondetur, quod isto casu non procedit, quia uerborum significatio, sed etiam mens testatoris repugnat, prout etiam dicunt Ruin. & Ripa. Ad d. l. pater filium, §. fin. respondetur, quod in eo text. communis est intellectus, & satis uerus, quod ibi fuit facta substitutio separatim. Nec istud uñ diuinatio, quia ut dicit Ruin. præsupponuntur ibi termini habiles ad quoniam propositam. Quæstio autem proponitur de contributione hæreditatum circa falcidiam computationem, & cum text. dicit in principio, quod substitutus utriusque fuit hæres, præsupponit sic factam substitutionem, ut illud contingere possit secundum alia iura: unde conuenienter dicitur, quod fuit facta separatim.

Ad tertium respondetur, quod immo conseruatio legitimarum hæreditatum præsumitur facta, nisi cõtrarium appareat: & hoc fauore filiorum propter paternam affectionem in eos, ut §. dictum fuit, arg. l. scripro, in fi. unde lib. Et non ualet ista consequentia, quando quis nouissimo substituit: cõseruatur ius legitimarum hæreditatum, ergo alio modo non cõseruatur. Sicut si diceret, hac uia itur Romam, ergo non alia: falsa enim esset consequentia. Vel si vis, quod ualeat, dicam etiã in casu nostro virtualiter factam substitutionem nouissimo, licet uerbis non expresserit. Nam & si dicam, si ambo, uel si omnes decesserint in pupillari ætate &c. dicitur facta ultimo morienti, & tamen non fuit expressum. Et ex his opi. Bar. generaliter, prout cõiter tenentur apparet defensata.

71 Quæ primo limitatur, nisi substitutus sit vnus alius filius, nã cum ille sit in pari gradu cum filio superstitute ex institutis, uidetur quod sit potior per expressam substitutionem, & ita uidetur de intentione Bart. hic. Et esset fundamentum in illo text. secundum declarationem Bart. in 3. oppo. & in fi. huius §. ubi uidetur hanc opin. ponere, ex quo ibi loquitur generaliter in qualibet substitutione. Et idem uolunt expresse Bal. Ang. & alii multi in dicta l. pen. C. de uulg. & Pau. de Cast. hic, & ut dicit Soc. in l. limit. secunda conclusionis est communis opin.

Imo tamen & Soc. hic contrarium dicunt. Et ratio est, quia generalitas dicta l. pen. non patitur hanc restrictionem: & ita ego supra tenui. Ad istum text. respondetur fin eos; quod est casus diuersus, quia in pupillari dicitur testatorem uoluisse conseruare ius legitimarum hæreditatum, prout ponderat text. in d. l. pen. Et illa cõsideratio non præiudicat substituto, cum & ipse sit frater, & in pari gradu: quod non est in text. isto, cum agatur de fideicommissaria, in qua conseruatio talis non cadit. Et præterea fin Soc. alter frater in l. pen. qui uult excludere substitutum, fuit institutus simul cum mortuo, & utriusque simul facta fuit substitutio, & simul mors eius in pupillari ætate fuit posita in cõditione substitutionis. Quæ non cadunt in text. nostro respectu nepotis, qui uolebat substitutum excludere.

Dicit tamen Socin. quod cõis opin. procedere, & saluari potest, quando substitutio non per nomina collectiua, sed simpliciter facta esset. Nam tunc proprietates sermonis substitutionem non excludit: nec presumpta mens testantis, cum sit de liberis. Sed ista saluatio, ut etiam Ruin. dicit, non uidetur bona. Et dic quod non

non videtur posse dari ratio differentiae, cum etiam tunc tenuerimus eodem regulam procedere, quando per verba simplicia, licet Soc. contra dixerit. Et videtur, quod immo mens repugnet propter ius conseruandae legitimae successione, & ratione equalitatis.

Secundo si limitatur conclusio, quoniam conditio impletur in persona ultimi. quod ille solus impubes decedat, cum primus decesserit pubes. Ita dicunt Doct. hic, & in d.l. penul. Sed Soc. primum tenet in 3. concl. Et ego s. idem firmavi in 3. opp. Bar. in 2. concl. ad ibi dicta me remitto. Solum dicendo, quod praecipuum fundamentum meum fuit generalitas verborum, d.l. pen. in fi. dum dicitur, non aliter substitutionem admittendam, nisi uterque in prima aetate decesserit, & hanc generalitatem defendimus, ut non restringatur ad casum propositum, vide ibi. Sed tenendo, quod sit locus substitutioni, prout videtur cois opin. videtur ista cois opi. limitanda, ut non procedat, quoniam primus decessit pubes cum filiis. Nam tunc substitutus non admittitur, quia superest persona, quae ex verosimili mente testantis excluderet substitutum. Et ex tali limitatione colliguntur duae conclusiones. Prima sit, quod existentibus filiis primi defuncti excluditur substitutus extraneus per rationem, d.l. cum acutissimi. Ita Bar. hic, & sequuntur Doct. hic, & in d.l. pen. & est pulchra declaratio ad istum text. Sed Imo. contradicit, quoniam etiam quando extraneus substituitur, viget ratio §. nostri. Sed Ale. respondet, quod ratio, de qua hic, debet intelligi, nisi super sit persona, quae ex praesumpta mente testantis excludat substitutum, per d.l. pen. Sed hic superest. s. filius primi defuncti, ergo &c. Verum est, quod d.l. pe. non fundatur in tali superexistencia, sed in proprietate sermonis, ut supra dictum fuit, ac etiam in conseruatione legitimarum hereditatum. Et istam opi. Imo. sequitur Soc. & allegat. pater filiam. §. fin. s. ad l. falci. vbi facta substitutione pupillis duobus, primo decedente, admittitur substitutus: & tamen ibi superest persona fratris, quae ex verosimili mente testantis debet excludere substitutum. Si igitur persona fratris instituta non excludit substitutum, ergo minus excludent filii praedefuncti, qui non sunt instituti. Sed posset responderi, quod ibi substitutio fuit facta separatim, & ista opinio non placet per generalitatem text. nostri, in quo non fit fundamentum in qualitate substituti, sed in eo, quod testator voluit substitutam Claudiam habere totum &c. vt in text.

Secunda conclusio est, quod si substitutus fuit de liberis, admittitur contra liberos praedefuncti, quia non superest persona in priori gradu, quae excludat substitutum, ita Bar. hic per istum text. & hoc etiam tenent Bald. & Sal. in d.l. pen. Et ista conclusio de plano procedit, si teneas, quod in d.l. pen. si esset substitutus alius filius testatoris, non procederet ille text. prout multi tenent. Et fin. Soc. est communis opi. Sed si teneas contrariam opi. quae videtur verior de iure propter generalitatem, d.l. vt s. tenuimus contra conclusio illa videtur dubia. Nam sicut ibi substitutus frater contra fratrem non admittitur, ita hic liberi vnus ex filiis institutis, & sic vnus fratris, non videtur admittendi contra liberos alterius fratris praedefuncti.

Verum tamen dicit Soc. quod immo praedicta conclusio defendi potest, etiam tenendo quod s. tenuimus contra comunem, quia inter casum illum, & istum, datur ratio dicitur. Nam in casu d.l. pe. si esset substitutus alter filius, ageremus de admittendo substitutum parem in gradu contra alium filium institutum, & quasi positum in conditione ad exclusionem substituti, & ideo non admittitur substitutus. Sed hic agimus de admittendo substitutum contra liberos praedefuncti non institutos, nec in conditione ad exclusionem ipsius substituti: nimirum si eis substitutus praefertur. Subdit tamen Soc. (& est corruptus liber) quod vna ratio facit, quod in vtroque casu substitutus non admittatur, licet sit de liberis. Nam in casu d.l. pen. si sit substitutus de liberis iam dictum est. In alio casu scilicet cum decessit pubes, cum dictum sit, si ambo impubes &c. ostenditur, quod testator non cogitavit eos habituros liberos, & ideo praesumendum est, quod eis noluerit praedecedere, ut per ipsum. Licet ergo non sint instituti, neque positi in conditione, tamen sunt de liberis, & haec opi. mihi placet, non ex hoc, sed per generalitatem d.l. penul.

Circa fideicommissariam substitutionem similiter breuiter procedendo, & tangendo solum dicta Bar. & pauca alia magis utilia.

Prima conclusio Bar. sit, quod si fideicommissaria fiat pluribus simul & simpliciter, puta, si sine liberis decesserint, vel copulatiue, vno sic decedente, statim uocatur substitutus ad partem eius. & cum Bar. est cois opi. quod fundatur per d. §. Gaio, & per d. §. filii, prout Bar. allegat. Facit etiam ex mente eius, quia isto tempore non potest habere locum ius accrescendi, quod possit dici referuatum, ergo &c. Item etiam facit regula. l. falca. §. fina. cum sim. §. de condi. & dem. Sed in contrarium facit fin. Rui. doct. Pau. de Cast. in l. si pater impubes. §. de uul. & pup. dum uult, quod si dicatur, duobus institutis post eorum mortem &c. uno mortuo non uocabitur substitutus, sed mors omnium debet expectari, & idem fin. Rui. dixit Pau. in cons. 3. sed caue, quia Pau. in lib. meo hoc non dicit in d.l. si pater. & in d. cons. non loquitur in his termi-

nis, sed quoniam fuit dictum si oēs filii moriantur sine liberis, substitutio vxorem in tota hereditate. Rui. licet non satis explicet, vbi distinguere. Aut est dictum post eorum mortem &c. & debeat expectari mors omnium, secus si decesserint sine liberis, vel copulatiue, ut §. dixi. Nam in istis videtur sequi opi. Bar. Sed considera, quia forte disputando in quolibet casu potest teneri contra Bar. Nam siue dicam, si decesserint sine liberis, vel etiam copulatiue si Titius & Seius decesserint &c. vel post mortem eorum &c. semper potest dici conditionem non completam donec vnus uiuit.

Cum igitur condiciones voluntariae sint implendae praecise & in specie prout sunt prolatae, & merum factum in eis inspiciatur. l. Meuius. supra de cond. & demon. Doct. in §. & quid si tantum. l. Gallus. supra de lib. & posth. Sequitur quod nondum sit locus fideicommissio, conditione nondum impleta. Non obstat §. tria: nam primo ad d. §. Gaio, & ad d. §. filium, respondetur, quia ut pluries supra fuit dictum, illud est, quia oēs, siue quilibet fuit grauatus, prout etiam dicit hic Rui. eo. n. casu bene sit resolutio in singularitate. s. reddatis. i. quilibet vestrum reddat &c. sic. n. clare de mente constat, cum omnes grauauerit. Et si dicas, ut unus vestrum dicebat, quod etiam hic quilibet dicitur grauatus: nam non dicitur ab ultimo relictum, sed a quolibet virtualiter, ut etiam inferius dicam respondendo ad secundum argum. Respondetur, quod licet ita sit, tamen istud venit per legis interpretationem, grauamen. n. fuit impersonaliter factum: & verba testatoris non sonabant hoc, ita ut possit colligi quemlibet post suam mortem grauari. Istud autem bene videtur colligi in d. §. Gaio, ibi, post obitum vestrum reddatis. i. quilibet vestrum post suum obitum reddat. Et similiter in d. §. filium, ibi, contenti sitis uiuentes, & post vos restituantis. i. quilibet uiuens contentus post te restituat. Quae expositio non ita conueniret in casu nostro, quia testator non vertit verba sua ad institutos, vel alios honoratos, sed simpliciter dicit, volo restitui, vel substitui, &c. & sic impersonaliter, ut dixi. Et licet intelligi possit quemlibet grauari, ut dixi, non tamen post propria ipsius mortem. Sed vtroque mortuo, ut statim dicam.

Ad secundum respondetur, fatendo non esse reseruatum ius accrescendi, sed dicam, vel inuicem factum fideicommissio. si verba importarent, secundum ea, quae dixi §. in iij. not. Vel quod expectata morte omnium haeres cuiuslibet pro sua rata tenebitur, ut voluit Ale. in prin. istius. §. Ad tertium respondetur, quod regula d.l. falca. §. fin. cum sim. procedit contra proprietatem verborum, solum quando de mente constat, ut per Ias. in l. Gallus. §. quod si is. supra de lib. & post. Cogita super istis, quia videtur quasi contra omnes: sunt tamen pulchra in disputatione. Tenendo tamen communem opi. quod in casibus praedictis vno mortuo sit locus fideicommissio, cum limita ex intentione Bar. & sit secunda conclusio. Primo, nisi super sit persona, quae ex praesumpta mente defuncti excludat substitutum. Et mouetur per l. pe. C. de impu. & al. subst. volens conseruatum ius legitimarum hereditatum: Item & arg. l. cum acutissimi. C. de fideic. cum sim. & per d. §. ite si pater. Sed Imo. hic, & Pau. de Ca. hic, & in cons. 355. & Soci. hic contrarium tenent. Mouentur, quia hic non potest dari ius conseruandae legitimae successione: propter quod tollitur fundamentum d.l. pe. nam inter pupillos potuit tale ius conseruari. Item & secundo, quia nec potest dici conseruatum ius accrescendi, cum haereditas praesupponatur adita: merito ergo non videtur, quod ista praesumpta voluntas testatoris possit habere fundamentum, ut substitutus excludatur. Et pro uero non videtur praesumi talis uoluntas, quae nulla uia uideatur posse habere locum. Facit & tertio secundum Imo. & bene declarat Ripa, nam si frater super sit praefertur substituto, ut uult communis opi. sequeretur absurdum, quia si postea alter moriatur, substitutus non cosequeretur portionem primi decedentis, quia iam fuisse fratri acquisita: & ipse solum in portione sua censetur grauatus, & non in alia, quam non habuit ex dispositione defuncti, sed casu potius. Quod quidem esset alienum a mente testantis & absurdum, cum ucluerit simpliciter hereditatem restitui, non aut portionem ultimi decedentis: Sic ergo, ut absurdum tollatur, uidetur quod statim substitutus uocetur uno mortuo.

Ad hoc tamen respondetur, ut etiam Ripa dicit, quod immo non sequeretur absurdum, quia ultimo decedens uel eius haeres tenebitur ad utraque, uidelicet ex persona primi ad eius portionem, & ad aliam ex persona ultimi decedentis. Et ista responsio recte intuēti colligitur ex d. §. Gaio. uer. an uero. Sic ergo pro ista opi. contra comunem stant tantum duo fundamenta, de quibus supra. Omitto fundamentum, quod facit Soc. de d.l. pater filia. §. si s. quia responsum fuit. Similiter & illud quod primo loco facit de d.l. falca. quia hic mens repugnat.

Et tenendo istam opi. contra comunem, quae pulchra esset in disputatione, non obstat contraria. Nam primo ad d.l. pe. patet responsio ex iam dictis. Et potest etiam dici, quod ille text. fundatur in natura dictionis, uterque, ergo ubi non sit, aliud uidetur, prout etiam dicit Socin. Ad regulam d.l. cum acutissimi, respondetur, ut pluries §. dictum fuit, quod procedit respectu portionis uni relictae, ut scilicet in ea liberi eius dicantur praedilecti, non autem loquitur respectu portionis

D. Maria Socin. Juni. in l. Hæredes. §. cum ita,

tionis alterius. Ad d. §. item si pater. respondetur, q̄ loquitur in vulgari, ubi potest dici conferuatur ius accrescendi. Si tamẽ uis tueri communem hanc limit. facias fundamentum in ratione d. §. item si pater, quæ non est, vt videatur testatorẽ conferuare uoluisse ius accre. sed est, quia non conuenit ubi filius, aut filia re-
27 periat, q̄ extraneus uocetur. † Patris. n. commune uorum est, & naturale, thesaurizare filiis, & non extraneis. l. scripto, in fi. j. unde lib. l. nihil. §. i. j. de bon. liber. Cum igitur in testamentis taliter debeat attendi mens testantis, maxime in fideicommissis, sequitur vt filius cohæres prædefuncti substitutum excludat.

Non obstat in cõtrarium dum dicitur, q̄ isto casu non datur, q̄ testator præsumatur uoluisse conferuare eius legitimam hæreditatem cum simus in fideicommissaria, quæ etiam in maioribus procedit. Nec etiam ius accrescendi, quod post aditam non habet locum. Quoniam responderi potest primo, q̄ dicitur factum reciprocum fideicommissum, si uelimus tenere illam opinionem, de qua §. in tertio membro quinti casus Soci. in suo secundo notab. & ego dixi in tertio notab. Vel secundo si illud non teneas, uel simus in casu, in quo locum habere non potest, responderi potest, q̄ pater confidit in fraterna charitate, uel f. per unum ex filiis alteri relinquatur, si testetur, uel ab in testato remaneat, licet hoc totum pendeat a uoluntate ipsorum.

Lex, n. hoc considerans pp. paternam affectionẽ in filios, posito q̄ alias pluralitatem resolveret, hoc casu non resoluit, ne præsumptam mentẽ testantis offendat. Stabit ergo pluralitas in suo sensu, vt requiratur cõsummum, & sic vt conditio impleatur in persona omnium. Et si dicatur, q̄ forte frater fratri non relinquet, extraneum instituendo, potest responderi altero de duobus modis, primo q̄ de hoc lex non curabit, & omnino expectabit mortẽ omnium, & postea restituetur tota hæreditas, vt §. dixi. In hærendo. n. proprietati uerborum lex ita disponit ex præsumpta mente testantis, nõ curãdo postea quid sequatur, sicut in simili dicitur de positus in conditione, cõ uero sit non parua differentia. Vel secundo & forte melius dici potest, q̄ ista cõmunis opi. debeat limitari, dum modo frater superstes primo morienti succedat, sed si non succedat, secus sit. Et ita multi Doct. hic tenent, & in d. l. pe. vt per Ruin. & Ale. in consi. 3. §. in fi. lib. i. & in consi. 92. cum seq. lib. 3. cogita super istis, quia certe articulus est ualde dubius tenendo communem in arti. principali. Sed tenendo, quod disputando dixi posse teneri, res procedit in casu isto sine scrupulo & a fortiori. Sed stãte cõmuni opinione in i. limi. de qua §. in præ-

cedenti lectione dubitatur † primo, quæ dicatur persona, quæ ex uerosimili mente testantis excludere habeat substitutum, dicit Imola q̄ quilibet ex institutis & grauatis, qui præmoriẽti succederet ab intestato, dato etiã q̄ non sit de liberis testatoris. Exemplum, si uirum, & uxorem instituo, & post eorum mortẽ substituo Gauium, posito q̄ inuicem essent successuri per titulum C. vn. de uir. & uxor, quia. f. non sunt alii proximi cognati. Idem si instituo duo fratres inuicem non filios aut descendentes meos.

Et mouetur Imo. ex eo quod dixit Bar. in uulgari, respectu iuris accrescendi. Nam q̄ testator dicitur illud reseruasse, procedit inter quoscuq; ita isto casu, cum possent ab intestato succedere, &c. sed contrarium tenent Bal. & Sal. in l. pe. C. de impu. & ali. substi. concludentes quod tales personæ dicentur, quando sunt de liberis testatoris, & ita tenent hic Alex. & alii, & sic in hoc est communis opi. & est de intentione Bar.

Et licet nullus exprimat, fundamentum uidetur, quia uerosimilis intentio testatoris debet habere aliquid naturalitatis respectu sui, in quo fundet, puta paterna in liberos affectio, & commune uorum parentum, parare diuitias filiis, & in eo uero fundari regula d. l. cum acutissimi, in fi. C. de fidei. & mihi etiam placet ista opi.

Nec obstat fundamentum Imolæ de conseruatione iuris accrescendi in uulgari, &c. Quoniam vt omnes dicunt, illud potest testator conferuare, & procedit inter inuitos. l. i. §. his ita. C. de caduc. tol. Sed non sic est in casu nostro in iure legitimæ successio- nis. Nam cum simus in maioribus, non potest per testatorẽ conseruari, quia (prout pluries dictum fuit) potest præmoriens testari, & extraneum instituere.

Nec consideratio iuris accrescendi locum habet, cum præsupponatur adita hæreditas, vt §. dictum fuit. Soc. dicit quod opinio Imolæ potest probabiliter defendi, quando substitutio esset facta per nomina collectiua, puta, si ambo, si uterque decesserit sine liberis. Nam inquit, q̄ cum (ultra id, q̄ inuicem ab intestato erant successuri) conuenit q̄ nomen collectiuum requirit implementum in persona utriusque, substitutus non admittitur, quia possit dici, q̄ superesset persona, quæ ex uerosimili mente testantis excluderet substitutum.

Sed vt et Ripa aduertit, uero q̄ tunc egrediamur terminos questionis nostræ. Nam nos disputamus de præsumpta mente testantis, i. quado dicatur talis persona superesse, quod est quado ex uerborum aliud fuisset dicendum, secundũ ea, quæ dicta fuerunt. At quando facta fuisset substitutio p̄ nomẽ collectiuum, tunc uerba important, vt mors utriusque requiratur, nec tunc consideratur an su-

perfit persona, quæ &c. Sed bene ab eo, quod uerba important, aliqui recedunt ex præsumpta mente testantis, ut in casu §. nri.

Secundo dubitatur quid iuris sit, q̄ inter filios institutos sit admixta persona extranei, & facta sit fideicommissaria simul, quæ post eorum mortẽ substituo, exemplum, puta post mortem institutorum substituo filium & extraneum. Et Areti. in consi. quodam, diligenter discussis, est forte §. allegato per Socin. uoluit, q̄ consideretur persona extranei, & ab ea debeat regulari substitutio etiam respectu filiorum institutorum &c. Motus ratione æqualis determinationis faciendæ in vna, & eadem dispositione, arg. l. quamuis, & l. 2. C. de impub. & ali. subst. sicut. n. i. o. i. substitutio dicitur facta eo modo, quo omnibus conuenit: ita et &c. Sed uero q̄ in trium faciat. l. j. §. si filius. de coniung. cõ emanc. lib. ubi nepoti emancipato cõfertur pp. fratrem in potestate. Sed ad hoc rãdet Aret. illud ibi fieri, eo quia si persona emancipati inspiceretur, nullo modo haberet locũ collatio, et respectu nepotis i. præte. Sed in casu isto substitutio potest in persona utriusq; aliquo casu locum hãre. Soc. hoc reprobatur, & tenet, q̄ imo attenditur persona liberorũ, & sic substitutio non hãret locũ vno mortuo, altero filio superstite. Mouetur per doct. Bar. in l. Titia. §. si de leg. 2. dicas in uer. q̄ pone, q̄ testator, dum loquitur de uxore relicta dña, & usufructuaria filiis cum extraneo institutis, cõchudat enim pp. extraneum non auferri fauorem filiis, unde &c. allegat l. si ita scriptum. j. de manu. testa. ubi dicitur, cum Titius ante. nor. 3. o. erit, Stichus liber esto, eiq; lego fundum. Item l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto, C. de testa. & l. si in fi. C. fam. er. ubi idem dicit. Allegat secundo, et Soc. l. i. C. si in cõi eademq; causa in inte. resti. postul. ubi in eadem causa minor ex persona sua restituitur non alij. Tertio Soc. ponderat istum tex. quatenus in eo propter præsumptam mentem receditur a proprietate uerborum, & a regula orationis collectiua, sic etiam recedatur a regula uniformis determinationis: ad quod allegat l. in testamento, in fi. C. de testa. mil. Demum quarto, allegat dicta §. per se, quando esset facta substitutio filio & extraneo simul, vt. l. in filio habeat locum l. cum acutissimi. C. de fidei. Et tandem dicit quod ita consuleret, & iudicaret, si aliud non ostenderetur, & hanc opi. amplectitur hic Ripa, attentõ q̄ superest frater & filius testatoris, qui solus est, qui ex præsumpta mente testatoris excludit substitutum, quia filius, & vt inter filios conseruatur legitima successio. Quæ ratio procedit etiam si admixta sit persona extranea.

Sed contra prædicta uidetur facere, & contra principale fundamentum dum dicitur, q̄ præsumpta mens testatoris creditur fauore liberorum. Nam uero, q̄ immo præsumpta mens sit in trium. Si n. testator extraneum cum filiis instituit, uero in cum hãre parem affectionem. Et hinc est, q̄ inter eos ius accrescendi pariter procederet. Unde pari modo uero q̄ habuerit eandem affectionem ad eos in substitutione. l. si in testamento, & l. si plures. §. de uulg. & pupil. Unde sicut extraneus non impedit substitutum, ita nec filii. Sed tuendo prædicta, responderi potest, q̄ argum. istud retorquetur, quia si par est affectio, ergo par dispositio, ut sic fauor liberorum trahat ad extraneum ratione æqualis affectionis. Ad quod facit illud, quod dici solet, q̄ sepe quis cõsequitur ex persona alterius sibi admixta, & coniuncta, quod ex propria consequi non possit. Quod semper intelligo fauorabiliter, prout de hoc dicto multa exempla, usq; ad decem & septem cumulat. l. si in l. si emancipati, mihi in 3. col. uerũ. nota diligenter ex ista solutione Barto. C. de collat. & hoc faceret, ut nec extraneo mortuo substitutus admittitur. Et econtra, q̄ extraneus etiam cum filio uocaretur. Vel forte melius dicas, q̄ par dilectio est in institutione, & etiam in substitutione, si ipsi simul essent substituti: & ita loquitur d. l. si in testamento, & d. l. si plures. Sed non erit par interpretatio, quo ad exclusionem substituti. Si igitur quando filii sunt soli instituti, tenemus quod substitutus uno mortuo excluditur, prout tenetur communiter, ita etiam tenendum erit, si cum extraneis sit admixtus, ut sic talis admixtio non tollat illam præsumptam mentem.

Non obstat argum. Are. de uniformi determinatione, quia, ut ex prædictis patet, responderetur fm Soci. q̄ ab illa regula receditur fauore conseruandæ uoluntatis testatoris præsumptæ. Vel ultra eum dici potest, q̄ illa regula non obstat, quia uniformis sit determinatio respectu factæ substitutionis, ut scilicet dicatur facta illa, quæ omnibus conuenit, uidelicet fideicommissaria.

Sed quando postea habeat effectum, considerari possunt personæ distinctæ, & dari possunt diuersi effectus. Pone, q̄ facta est substitutio uulgaris duobus pupillis, quorum alterius uidebat mater? Certè in persona utriusque continebitur potentia pupillaris. Sed si moriantur impuberes uia unius matris, erunt diuersi effectus, quia in uno ualebit, in altero non fortietur effectum contra matrem, secundum communem opinionem. in l. Centurio. supra de uulg. & pupil.

Quæ dixi procedunt tenendo communia, sed tenendo, quod etiam in prorsus extraneis substitutus excludatur, ut disputando dixi posse teneri, omnia hæc sunt inania.

Secundo

Secundo fit fm Bar. limitatur eois conclusio prædicta, nisi natura rei, per fideicommissum relicte ðrium fuaudet, quia. fm ea sic locus iuri accresc. Et post acquisitum emolumentum, puta in usufructu, vel habitatione, aut similib. iuxta l. i. §. interdum. s. de usufr. accre. ¶ Si ergo usufructus duob. relinquatur, & post eorū mortem relinquitur Gaio, vno mortuo remanet apud alterum, & Gaius expectat mortem omnium. Et pro hoc Bart. dicit esse casum in l. codicill. s. de usufr. leg. Sed ðrium tenent hic Ang. Imo. & Ale. vñ sequi Soc. & idem etiam vñ sequi Ruin. & Ripa, qui oēs multa dicunt circa d. l. codicillos. Duo sunt videnda, primo, an d. l. probet intentionem Bar. secundo, an sit in se vera. Circa primum dicendum est, qd non. Nam ut quidam dicunt (ut Ang. & sequaces) qd ibi est, quia fuit factum reciprocum fideicommissum, & dictum qd res perueniat ad nouissimum, vt patet in princ. l. dum loquitur de legato fundi. l. f. n. qualitates sunt in sequenti legato repetitæ per dictionem, hoc amplius, iuxta no. per Bar. in l. si tibi pure. de leg. 3. & fuit hoc de intentione glo. ibi, & dixit hic Ang. vt per Ale. & Soc. & hoc satis tolerabile vñ. Alii uero, vt Ruin. & Ripa dicunt, qd tex. ille non est ad propositum, quia ibi hæres dicitur grauatus ad domum post mortem libertorū. Nos autem loquimur qñ plures grauantur post eorū mortem, & fuit hoc de intentione Ale. hic. Sed parcat mihi, vñ non considerasse illum tex. Hoc n. est de directo contra eum in ver. respondi secundo ea, quæ proponuntur, &c. ibi enim clare dñ non hæredem, sed vltimam ex libertis morientem grauari. Non omitto qd quidam dicebant, illud ibi esse, ut l. mors omnium expectetur in illo legato habitationis & domus: Quia Reipub. erat legata domus pleno iure. si iure domini, & usufructu. siue habitationis, cum fuerit relicta simpliciter, iuxta l. si alii. s. e. ti. Vñ ut ad Rempub. plene transeat, sicut relicta est, oportet expectare mortem omnium, quibus habitatio erat relicta. Verū istud nihil est. Nā nulli dubium est, legatum domus simpliciter importare eam legatam pleno iure. Et respectu habitationis conueniret expectare, sed respectu proprietatis poterat statim valere, cum separata possit esse proprietatis ad usufructu, seu habitatione. Præterea ex hoc non tollitur argm, quod ex illa l. sumit Bart. quia iam ibi p. batur, qd legatum habitationis, relictum post mortem plurium, non debetur statim vno mortuo, sed mors omnium expectatur. Et idem videretur in usufructu per eandem rationem. Possent ergo dici quarto loco illud esse ibi ratione indiuiduitatis habitationis, vt l. vñ pars, & per totum. s. de vñ. & habit. Cum enim pluribus relicta fuisset, omnib. in solidum debebatur, & ideo si post mortem eorum alteri relinquatur, iure merito debet expectari mors omnium. Et hoc satis pcederet, si habitatio post illorum mortem relicta fuisset. Quod tamen non est, quia domus, nō habitatio relicta fuit Reipub. ut ibi clare dicitur in uer. quam domum &c. Omitto hic quedā dicta Soci. circa istum text. in quibus animus non in totum quiescit, sed tu qui uides, super eis cogita. Et puto, qd apertissime ostendatur, illum text. non probare conclusionem, seu limitationem Bar. Nam nos loquimur quando plures post eorum mortem grauantur in eo, quod erat eis relictum, sed ibi libertis erat relicta habitatio, & post eorum mortem Reip. relinquatur domus. Et si dixeris, quō ergo grauantur liberti in eo, quod sibi non relinquebatur? Respondetur, qd immo qui tali domo grauatur, dicitur esse honoratus in ea. Dico. n. qd non oēs sunt grauati, sed qui nouissimus decesserit, ut ibi clare dicitur pp. quod dico, qd ei, qui nouissimus decesserit, dicitur etiam domus relicta, vt sic ea grauari potuerit. Et licet relictum, libertis factum, sonauerit de habitatione, tamen ex qualitate oneris ipsi nouissimo iniunctum habitationis, quo ad uerba, dicitur re ipsa legatum proprietatis. arg. l. species. s. de aur. & arg. lega. & l. Proculus. s. de usufr. ubi est bonus text. Legatum enim usufructus ibi ex qualitate oneris efficitur legatum proprietatis.

Circa secundum potest forte dici, quod conclusio Bart. sit vera. Nam ¶ si plurib. legatur usufructus vno decedente accrescit alteri. l. i. §. interdum. de usufr. accre. merito ergo substituto nō debetur, & hoc fortius dicendum vñ in habitatione pp. eius indiuiduitate. Nisi forte quis dixerit, qd hoc procederet, nisi fuisset datus usufructus, qm tunc facile potest substitutus in locū decedentis succedere. Posset et dici, qd d. §. interdum, loquitur qñ in usufructu sunt partes per concursum, non qñ ab initio sit coniunctim relictus, qd forte tunc post acquisitum non hñet locum ius accrescendi. Nihil tamen horum firmo, sed super istis cogitabis, quia Doctorum intentio vñ, quod conclusio Bart. in hac secunda limi. non sit uera. Et quo dlibet prædictorum talem communem conclusionem defenderet, sed tamen neutrum videtur tutū; qm ius accrescendi in usufructu habet locum et dato, & realiter constituto usufructu, si perdatur, vel moriatur fructuarius. Et videt probari, & quidem clare in d. l. r. §. r. de usufructu accre. Ibi enim dicitur, qd si communi seruo relictus sit usufructus, & per eum vtrique domino acquisitus. i. delatus, si alter repudiat, uel postquam suscepit, amittat, ad alterū pars eius pertinebit. Sic igit habet locum ius accrescendi etiam postquam datus fuerat, & sic

realiter constitutus erat usufructus, & pñr ð illud, quod prius loco dicebam pro tuenda communi opi. contra Bar. & sim. liter. etiam ostenditur, quod nec secundum, quod dixi, potest procedere, dum dicebam qd §. interdum, loquitur tantum quando sunt partes in usufructu per concursum, non autem quando ab initio esset coniunctim relictus, dicendo, qd forte tunc post acquisitum realiter usufructus, non erit locus iuri accrescendi. Dico. n. quod ex d. §. r. etiam hoc ostenditur falsum, quia ille tex. loquitur quando usufructus erat coniunctim relictus, & tamen dicitur, qd ad alærum peruenit, si acquisitus amittatur. Sic igitur ille tex. videtur facere pro opi. Bar. ð communē, quæ opi. Bar. esset pulchra cōclusio ad disputandum. Et eam tenendo non obstat. d. l. Lucius. §. Gaio, & l. si. §. filium, in eorum gñalitate, in qua se fundant Ang. Imo. & alij tenentes ð Bar. Quoniam respondetur qd nō incōuenit, illam generalitatem restringi, & declarari per alia iura l. non est nouum, s. de legi. Et præfertim, qd subiecta materia in dd. iurib. non videt verificari in usufructu. Nā in d. §. Gaio, erat facta in f. ð in semisse, & ex quadratē, & sic respectu domini. Et præterea in vtroq; dñ, reddatis, vel restitutiis. Quod non conuenit fructuari, quia res de se vadit ad proprietarium. i. commoditas percipiendorū fructuum. Et vltra etiam in d. §. filium, dicit, cōtēri sitis viuentis, quod si de usufructu loqueretur, esset superfluum.

Tertio limitatur prædicta cōis conclusio, ¶ quando talis substitutio fieret in tota hæreditate, vel in toto eo, in quo fit. Nam cum totum alias habere non possit substitutus, nisi omnes decedant, vno moriente substitutus non vocatur. Ita voluit Bar. in l. quidam testō Proculum, s. de vul. & pup. Quod tãquam singulare sequitur ibi Bal. & Are. defendit ab obiectis. Ita etiam firmat Ang. in consil. 79. prout allegat Are. in d. l. quidam testō; sed mihi est consil. 80. ad fin. sequitur etiã Soc. hic, & videtur sequi Ruin. licet videatur confusè loqui. Et ita etiam sequitur Ripa, dicens qd potest dici communis opi. vt per eum. Fundamentum est in d. l. quidam testō Proculum. Nam ibi substituti tertio gradu erant vocati ad totam hæreditatem, quia. s. ad dimidiam & quartam Claudii, & ad aliam quartã alij plures, & non vocantur ad partē Proculi ea ratione, vt ibi dicit, quia creditur testator eos tunc vocare. voluisse, quando tota hæreditas vacasset. aduertendum est, quia si intelligamus factū reciprocum fideicommissum inter institutos, vel quia testator exprimat, vel quia tacite dicatur factum secundū ea, quæ dixi in 3. not. Et tunc ista limitatio & conclusio in ea posita, nullam habet difficultatem, Nam si facta sit reciproca, excluditur substitutus. Et ita dicunt hic Soci. Ripa. sed si non fit facta expressa reciproca, & teneas qd nec etiã tacita dicatur facta, punctus est dubius. Nam Ang. Imo. & Ale. hic reprobant istam limitationem, tenentes contra Bar. & sequa. Quod etiam tenent Imo. Comens. Ang. & Pau. de Cast. in d. l. quidam testō, & in d. §. Gaio, cum concordantibus multis, vt hic per Ripam. Et qdam, dicunt qd ita cōtra Bar. se hñt communis opi. vt Ale. in consil. 81. lib. 1. & in consil. 92. li. 3. & quod seruatur in practica. Mouent omnes primo per l. si. §. filium, s. de le. 2. Nam ibi fuit dictū, quicquid verbis reliq; & sic vniuersaliter & in toto legato, & tamen primo moriente substitutus vocatur ad eius partē. Secundo contra Bar. allegatur tex. noster. Hic. n. facta fuit substitutio in tota hæreditate, vt patet ibi, oēm hæreditatē &c. & tamen condōne impleta tantum in persona vnus, vltimo decedentis admittitur substitutus ad eius partem. Et ita tenendo non obstant fun-

damenta Bar. d. l. quidam testō, ¶ quoniam Imo. rñdet, quod loquitur in vulgari substitutione, in qua iam s. fuit conclusum requiri, qd nullus sit hæres, quia testator vñ faciendo vulgare, simul conseruare ius accrescendi. Quæ solutio non videtur tuta, attento qd ibi verba in propria significatione admittent substitutos, quia verum erat, Florum, & Sosiam non esse hæres, & sic impletam fuisse condōne substitōnis. Præterea ille tex. se fundat in eo qd substituendo diuisit in plures vncias quàm xii. & ita ostendit, qd tota debet vacare. Vnde cōsidera si potest dici, qd nil faciat pro Bar. Nam potest dici, qd verba substitutionis nō sonabant, qd in tota hæreditate. Et si dicas immo, quia in dimidia & quarta, ergo in tota, dicam qd ita tenendo ille tex. retorquetur ð Bar. Nā si eo casu testator non excessisset 12. vncias in substitōne, certe ille tex. non procederet, argu. a cessante ratione. l. adigere. §. quamuis, de iu. patr. & c. eñ cessante, de appe. Et sic esset ibi casus, qd substitutio esset facta in tota hæreditate, & tñ substitutus admittetur ad partē. Et hoc notabis, qd pauci tangūt. Et hoc mō melius qd p. alium defenditur opinio ð Bar. ab illo tex. Mihi tñ vñ qd opi. Bar. quæ forte est hodie cōis, sustineri possit. Et pro ea cōsidera, qd testator dicit, si decesserit sine liberis, substituo Gaium in tota hæditate, vñ non vocare Gaium nisi qñ tota hæditas vacet. Debet. n. verba substitutionis intelligi prout sonant: sonant in tota, ergo non in parte. Et si dicas, verba in tota hæditate poterunt verificari diuersis temporibus, fm qd decedent hæres, Dicam primo quod potest id non habere locum, si alter decedat cum filiis. Secundo etiam dico, qd dato qd etiã eo modo possit intelligi, tamē melius est intelligere, qd testator voluerit, quod tota vacet.

MARIANI SOCINI
 IUNIORIS,
 ALITER SOCINI NEPOTIS.
 PATRICII SENENSIS.
 Iurisconsulti præstantissimi

COMMENTARIA CVM PROFVNDISSIMA,
 tum fructuosissima in quatuor (vt vocant) lecturas vespertinas, siue ordinarias, communi
 Interpretum more in celebrioribus Italiæ Gymnasijs prælecta.

Nunc quartò in lucem edita, illustrata, & repurgata.

PARS SECVND A SVPER NONNVLLIS DIGESTI NOVI TITVLIS.

*Cum Summarijs, in suis locis adiectis, Indiceq; alphabetico, & quidem locupletissimo,
 ad studiosorum commoditatem non exigua.*



VENETIIS, MDLXXV.